BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVII
II
N. 5

Digitized by Google

XLVII
H
5

Digitized by Google

Digitized by Google

Google

ANNALES
ECCLESIASTICI
AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
Ordinis Minorum Convent. S. Franciſci.

In qua rerum narratio defenditur, illuſtratur, ſuppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur præterea Diſſertatio Hypatica ejuſdem Pagii; *& Epiſtola conſularis Henrici* Card. Norisii.

In hac vero editione Faſti Conſulares ab Æ.U.C. 709. ad annum Chriſti 567. illuſtrantur, ſupplentur, & caſtigantur.

Accedunt animadverſiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digeſtam.

Tomus Quartus.



LUCÆ
Typis Leonardi Venturini MDCCXXXIX.
De Superiorum Licentia.

Digitized by Google

Digitized by Google



ANNALES ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI ANNUS	SILVESTRI PAP. ANNUS	CONSTANTINI IMP. ANNUS
319.	6.	14.

I. CHRISTI anno trecenteſimo decimonono Conſtantinus Imperator quintum adiit Conſulatum, collegamque ſibi adjunxit ſororis Conſtantiæ Auguſtæ filium Licinium * Juniorem; id plane fecit, cum indulgendi cauſa ſorori, ut accipere illa videretur in filio, quod amiſiſſet in viro, tum etiam ut tyrannidis ſuſpicione careret; ſicque eumdem Licinium Juniorem non tantum paſſus eſt retinere Cæſaris nomen ac dignitatem, ſed etiam ſibi adſcivit Conſulem ordinarium.

* Licinianum.

Conſulatus Licinii junioris.

II. Quo anno barbaros, qui viſi ſunt tumultuari adverſus Imperium Romanum in Oriente, compreſſit: fuerunt ii Sarmatæ, quos putant a Sozomeno, & ante eum Euſebio Sauromatas nominatos. De his enim hæc ipſe Sozomenus (a): *Porro Imperator poſt bellum cum Licinio geſtum, tam ſecundo fortunæ ſtatu in prœliis contra alienas exteraſque gentes faciendis uſus eſt, ut tum Sauromatas, tum Gothos ſubjugaret; & ad extremum, quo aliquid beneficii eis afferre videretur, fœdera cum illis percuſſit. Iſta quidem gens tunc temporis trans Iſtrum fluvium habitavit; quæ cum eſſet tum propter multitudinem, tum propter corporum magnitudinem belliciſſima, & in re militari aſſidue exercitata, alios quidem barbaros devicit. Romanos autem ſolos habuit qui ipſam bello æquarent, ſtrenueque reſiſterent. Dicitur præterea Conſtantino in hoc bello vel maxime*

Sarmatæ compreſſi a Conſtantino.

(a) Sozom. l. 1. c. 8.

PAGIUS SÆC. IV. Olymp. 274. an. 3. ſecundum Baronium. Olymp. 274. Anno Urbis 1071. ſecundum Baronium 1070. I. Conſules.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5812.

☉ 10. D. ☽ 16. P. 20. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 319.

SILVESTRI PAPÆ 6.

CONSTANTINI 14. LICINII 23.

[1] ANnum I. ad VI. Coſſ. *Conſtantinus Aug. V. & Licinius Cæſar*. Quo ex Conſulatu manifeſtum fit, nondum *Licinium* Auguſtum fuiſſe profligatum, cum ejus filius Conſul proceſſerit. Secundo, nuncupationem Cæſarum anno tantum CCCXVII. factam fuiſſe, ob idque Licinium Cæſarem juxta primam regulam, Collega Conſtantino Auguſto juxta tertiam, Conſulatum iniiſſe.

II. *Quindecennalia* Imperii Cæſarei Licinii Aug. quorum indicium perſecutio adverſus Chriſtianos excitata, ut anno CCCXVI. oſtendimus.

Quindecennalia Licinii Aug.

III. Bellum adverſus *Sarmatas* hoc anno tribuſque conſequentibus geſſit Conſtantinus, de quo bello Euſebius in Vita Conſtantini lib. 4. cap. 5. & 6. Sozomenus lib. 1. cap. 8. Zoſimus lib. 2. & Porphyrius in Conſtantini Panegyrico cap. 19. 21. & 23. Ad illud Conſtantinus filios Veteranorum evocavit, ut docet L. 1. Cod. Theod. *De filiis milit.*

Bellum Sarmaticum.

NOTÆ [1] COſſ. *Conſtantinus Aug. V. & Licinius Cæſar*. Faſti Idatiani, Libellus de Præf. Urb. & Proſperi Chronicon: *Conſtantino V. & Licinio Cæſare*. Vindobonenſes, & Bucherii laterculi: *Conſtantino V. & Licinio*.

per ſigna ac ſomnia declaratum, quam ſedulo Deus ſua providentia ipſi proſpexiſſet. Quare cum in omnibus bellis ſuo tempore geſtis victoriam eſſet conſecutus, velut gratiam Chriſto redditurus, veram religionem ſummo ſtudio excolere, ſubjectoſque ad eam ſolam ſancte obſervandam, & ſalutarem ducendam hortari cœpit: Huſcuſque Sozomenus.

III. Euſebius vero in fine Vitæ Conſtantini dum barbaros ab eo domitos ſimul recenſet, de Sauromatis, & Scythis, quos Sozomenus Gothus appellat, hæc ait (a): *Jam vero quid attinet illa minime neceſſaria recenſere, quemadmodum barbaras, & immanes gentes ſub Romanum Imperium ſubjecerit; & ut Scytharum, & Sauromatarum nationes, qui numquam parere Imperio Romano didicerant, primus is ſub jugum miſerit, coegeritque eos, vel invitos profiteri Romanos eſſe rerum dominos? Nam cum ſuperiores Imperatores vectigalia Scythis perſolverent, ipſique Romani a barbaris ſervitute preſſi quotannis tributa pend rent; cum hac conditio Imperatori minime ferenda videretur, alienumque exiſtimaret ab omnium gentium victoris dignitate, perinde ut maiores ſuos tributum pendere; Salvatoris ſui ope præſidioque confiſus, triumphale illud ſignum contra iſtos etiam obtendens, brevi ſpatio omnes ſuperavit; & reluctantes, quidem armata manu coercens, reliquos prudentibus legationibus placans, ab inculta, & fera vita ad humanam civilemque traduxit: atque ita tandem aliquando Romanis Scythæ parere didicerunt.*

(a) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 5.

Gothi Scythæ.

IV. Bellum ſervile. *Sauromatas vero Deus ipſe Imperatoris pedibus ſubſtravit; quos barbaru ſuperbia elatos hoc modo fregit, & compreſſit. Cum a Scythis Sauromatæ invaderentur, ſervoſque ſuos cogerentur armare, ut eorum vim & impetum repellerent; poſtquam penes ſervos victoria conſtitiſſet, iidem jam eadem arma, quibus contra hoſtes uſi ſunt, in dominos convertunt, omneſque ſuis ſedibus, & domiciliis deturbant. At domini ſalutis portum, præter Conſtantinum, reperiebant nullum. Is cum ſolitus eſſet ſalutem dare miſeris; omnibus in Romanam religionem receptis, quos idoneos reperiebat, in ſuorum militum ordines referebat; reliquis vero ad neceſſarios vitæ uſus agros ad colendum dividebat; ut fortunate, ac feliciter hanc ſibi calamitatem accidiſſe faterentur, quando immanem feritatem cum Romana libertate commutaſſent. Sic Deus immanium barbarorum univerſas gentes Imperatori parere fecit:* Hæc Euſebius, ſed non hoc uno anno ea omnia geſta ſunt; ſiquidem de Sauromatis pulſis a ſervis S. Hieronymus refert in Chronico anno vigeſimooctavo ejuſdem Conſtantini Imperatoris. nummus autem pervetus, hoc anno poſt Licinium expugnatum, quinto Conſulatu ipſius Conſtantini devictos ab eo Sarmatis, expreſſis hiſce notis ſignificat: CONSTANTINVS AVGVST. SARMATIA DEVICTA P.L.C.V. habetque expreſſam Victoriam alatam & ſtolatam, gradientem, ſiniſtra palmam geſtantem, cum captivo humi procumbente. Ponitur ab Adolpho, ſed haud recte, ſub Conſtantino Juniore. Nos autem poſt primam editionem nacti id genus numiſma, in ſecunda editione formis expreſſum (ut vides) hic exhibemus: accepimus illud Romæ ex Antiquitatum promptuario D. Lælii Paſqualini Canonici S. Mariæ Majoris.





☞ Cæterum non ſemel, ſed ſæpius Sarmatas a Conſtantino eſſe ſuperatos, habet Porfirius in Panegyrico eidem Conſtantino oblato, in quo inter alios hi leguntur verſus.

Tantorum merita ſtatues captiva trophæa
Victor Sarmatiæ totiens, en accipe clari
Ductor ubique tuis votorum reddita felix
Debita ☜.

V. Zoſimus (b), & ipſe de Sauromatis iiſdem a Conſtantino ſuperatis agens eodem ferme tempore, quo bellum vigebat adverſus Licinium, confectum hoc eſſe ab eodem Conſtantino tradit, quod & his ver-

(b) Zoſim. l. 2. Sauromatæ expugnati.

PAGIUS *milit. appare.* quorum multi per Italiam militiam detrectavere, ut & proximo anno Lex 2. *De Veteranis.* Quod & alias ſæpe factum, ut notat Gothofredus in Comment. ad eas Leges.

A num.

verbis enarrat: *Cum autem Conſtantinus audiſſet, ad Mæotidem paludem habitantes Sauromatas, Iſtro navigiis trajecto ditionem ſuam aggredi, copias in eos duxit. Itidem barbari cum Rauſimodo Rege obviam ei profecti, primum oppidum quoddam tentabant ſatis magno præſidio munitum: cujus ea pars muri, quæ a terra ſurgebat in altum, erat opere lapideo facta, pars ſuperior lignea. Quamobrem arbitrati Sauromatæ, facillime ſe potituros oppido, ſi quicquid eſſet in muro ligneum exuſſiſſent, ignem admovebant, & conſiſtentes in muro telis petebant. Sed cum murorum propugnatores telis ac lapidibus ex loco ſuperiore dejectis, barbaros interficerent, jamque Conſtantinus adveniſſet; in barbaros impetu facto, de loco ſuperiore multos occidit, plures vivos cœpit, reliquis fuga ſibi conſulentibus. Rauſimodus, majore parte copiarum amiſſa; naves, ingreſſus, Iſtrum trajecit, cum haberet in animo ditionem Romanam populari. Quod ubi Conſtantinus comperiſſet, & ipſe trajecto Iſtro inſequitur, ac fuga quemdam ad collem ſilvis denſis delatos adoritur, & multos interficit, quorum in numero Rauſimodus erat; multiſque vivis captis, reſiduam multitudinem, quæ manus porrigebat, in fidem recepit; eoque pacto magna cum multitudine captivorum in Prætorium reverſus eſt:* Hucuſque de bello adverſus Sauromatas geſto Zoſimus; quod ejus ſententia anno præterito potius, quam præſenti fuerat collocandum; nos vero Sozomenum ſequentes, & antiquiora monumenta, hoc anno poſuimus. Cæterum alias ſæpe cum barbaris Conſtantino fuit tempore ſui Imperi confligendum,

VI. Quod autem ad res ſpectat Eccleſiaſticas; cum Conſtantinus Imperator (ut ſuperiore anno dictum eſt) eas ad Alexandrum & Arium litteris de mutua reconciliatione ſcripſiſſet, quibus & in Alexandrum ſe nonnihil exarcebarum, falſis perſuaſus relationibus, demonſtraverat; quid deinde ipſe Alexander ad Conſtantinum reſcripſerit, haud conſtat; ſcripſiſſe tamen ad eum, auctor eſt Epiphanius (*a*). Cæterum Arium liquet ad Conſtantinum reddidiſſe litteras parum officioſas, minuſque tam ſublimi Imperatoria majeſtate dignas; quibus acceptis, Conſtantinus ad eum reſcribere non eſt dedignatus; ſed plane tales dedit, quales decebat accipere inſanum hæreſiarcham. Meminit harum litterarum Epiphanius (*b*), & pauca quædam ex eis recitat, cum ait: *Attamen Rex zelo ductus, epiſtolam magnam ad totam Romaniam* (hoc interdum nomen uſurpatum invenimus pro Catholica Eccleſia) *contra Arium ſcripſit, eamque fide, & omni ſapientia ac veris verbis refertam, ſicut & hæc hodie apud ſtudioſos ſervatur, hoc principium habens: Conſtantinus Auguſtus Maximus Ario, & Arianis: Malus interpres, & (ut ita dicam) imago & ſtatua Diaboli eſt. Deinde inter alia, & poſt multam contra ipſum ex divinis Scripturis productam contradictionem, etiam ex Homeri verſibus quemdam, contra ipſum invehens, miſeriæ gratia appoſuit; quem ipſum etiam hic apponere, neceſſarium duxi, & hic eſt: Age ſane, urge Ari, ſcutis opus eſt; ne tu hoc facias, rogamus; cohibeat te ſaltem Veneris converſatio:* Hucuſque Epiphanius. Hæc plane epiſtola illa eſt, cujus Socrates meminit, dicens (*c*): *Alias quoque litteras Imperator contra Arium, & ejus opinionis fautores magis populari, & fuſa ſcribendi ratione compoſuit; quas quidem, quo eius amentiam ſalſius morderes, & lepida diſſimulationis ſpecie acrius pun-*

(*a*) *Epiph. hæreſ.* 69.

Arius quid ad Conſtantinum.

(*b*) *Epiph. hæreſ.* 69.

(*c*) *Socrat. l.* 1. *c.* 6. *in fin.*

PAGIUS IV. *Litera Conſtantini ad Alexandrum Epiſc. Alex. & ad Arium.*

A num. VI. ad XXVII. Cum *Licinius* anno trecenteſimo viceſimo quarto debellatus fuerit, & ante eum annum Conſtantinus neque Ægyptum neque Orientem obtinuerit, hujus literæ ad Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum & Arium, Hoſii Legatio, & Concilium Alexandrinum, eo præſidente, celebratum, anno CCCXXIV. aut inſequentis initio collocanda. Nec *Hoſius* in Oriente aut Ægypto diu commorari potuit, cum anno CCCXXV. menſe Junio Synodo Nicænæ interfuerit.

V. *Synodus Gangrenſis.*

[2] Si *Hoſius* Synodo Gangrenſi præfuit, ut exiſtimavit Baronius, ea ante annum CCCXXIV. celebrari non potuit; cum eo tantum anno *Conſtantinus*, cujus ſubditus erat Hoſius, Oriente potitus fuerit. Verum *Divum* præſtantiſſimum Præſulem

NOTÆ [1] SI quid ſapio, Gangrenſis Synodus poſt Nicænam I. conſtituenda eſt, quidquid reclamet fragmentum illud, quod laudat D. Couſtantius in Præfatione ad Epiſtolam Romanorum Pontificum, nam in Canonum collectionibus ſemper poſt Nicænos Concilii hujus Canones recenſentur etiam in vetuſtiſſima Collectione Canonum Eccleſiæ univerſæ, quam citat Concilium Chalcedonenſe, extatque integra in Biblioth. Jus. Can. Juſtelli *t.* 1. Quin & in ea Collectione poſtponuntur quidem Nicænis canones Neocæſarenſes & Ancyrani, ſed admonentur Lectores id factum eſſe propter dignitatem Concilii Oecumenici, quod tamen *non* admonetur in Gangrenſibus. Adde in Codice Eccleſiæ Orientalis Tiliano, qui probatus videtur Patribus Trullanis (A. 680.) exprimi claris verbis Gangrenſem Nicæna poſteriorem eſſe. Neque etiam ſatis exploratum eſt interfuiſſe Concilio illi Hoſium, quamquam enim ejus nomen legitur in Synodica Collectione poſtrema Veneta Labbeana *t.* 2. tamen non legitur in Codice Eccleſiæ Orientalis, in Nomocanone vulgato a Cotelerio, *Græc. Monum. t.* 1. *p.* 136. Nec videtur id nominis legiſſe pariter Auctor Synodici, de quo hic Pagius n. 6. alioqui enim hanc Synodum inter tertiam, & quartam Romanam non conſtituiſſet.

Digitized by Google

pungeret, in ſingulis Civitatibus paſſim devulgandas curavit. Porro epiſtolam ipſam integram accepimus ex Vaticana Bibliotheca; quam Latinitate donavit R. P. Petrus Morinus, vir cum aliarum diſciplinarum, tum Græcarum facultatum peritia clarus, mihi vero (quod magni facio) amicitia & uſu rerum Eccleſiaſticarum conjunctiſſimus. Nos autem eam, ut egregium antiquitatis monumentum, hic deſcribentes, appoſitis interdum notulis, pro viribus elucidabimus, quibus eam germanam eſſe conſtabit. Et quod primum occurrit; eumdem dicendi characterem in his exprimi, atque in aliis Conſtantini litteris, qui eas accurate intuetur, intelliget; licet, pro diverſorum interpretum varietate, varius quoque, etſi non in ſententiis, tamen in verbis ſtylus appareat. Rurſum vero, & ex titulo atque exordio ejuſdem epiſtolæ, eam plane eſſe, quam Epiphanius ſignat, perſpicue demonſtratur; hujuſmodi vero eſt.

VII. Publicæ litteræ Conſtantini. *Conſtantinus Auguſtus Ario, & Arianis.* Licet autem Ario & Arianis habeatur inſcripta; Conſtantinus tamen voluit eam eſſe publicam; nam (ut in fine ipſius patebit) eamdem ſuo ipſius chirographo conſignatam ad Alexandrinos miſit, & publice recitari ſtatuit. Porro hanc ipſam epiſtolam ſcriptam eſſe hoc tempore ante Nicænum Concilium, nulla eſt apud me dubitatio; quod in Catholica Filii Dei divinitatis aſſertione, vocis *Conſubſtantialitatis*, quæ poſtea appoſita eſt in Nicæno Concilio, nulla ſit mentio, nec ipſius Magnæ Synodi memoria aliqua; Epiſtola autem ſic ſe habet:

VIII. Epiſtola Conſtantini ad Arium. *Malus interpres, negotium eſt Diaboli, ejuſque effigies ac imago. Nam quemadmodum illum callidi opifices ad eſcam fraudis effingunt, decorem ei pulchritudinis moliences, qui natura eſt turpiſſimus, ut miſeros mortales perdat, iis errorem prætendens, ac propinans, ſic (ut arbitror) is facit, cui id tantummodo dignum ſtudio videtur eſſe, ſuæ audaciæ venena, nemini parcendo, offerre. Et quidem novam, quæque ex quo tempore nati homines ſunt, numquam extiterat, infidelitatis fidem inducit. Quare id verum eſſe experimur, quod divino eloquio definitum eſt (a), nempe quod ad malum ſapientes ſunt. Atque illud dici poteſt, eum quod conſilii capiendi gratiam amiſerit, nullam amplius opem expetere ſublevandi ſui.* Hæc prolocutus Imperator, ad Dominum Jeſum Chriſtum convertit magna emphaſi orationem, atque ait:

(a) Hier. 4.

IX. Apoſtrophe. *Cur igitur, Chriſte, Chriſte, Domine, Domine, cur nos quotidie impium hoc latrocinium ſauciat? Stat ex adverſo violenta quædam audacia, rugit ſtridens dentibus, deformis jam præ ignominia, variiſque percuſſa criminibus. Hæc igitur in lege & prædicatione nominis tui, Chriſte, quaſi quibuſdam procellis ac malorum fluctibus huc atque illuc fertur, excitabiles eructans ſermones, eoſque ſcribendo edit, quos non tu, qui Patri æterno tui ipſius fonti, coexiſtis, ſententiis tuis definiſti. Colligit autem ac congerit perniciosa quædam & atrocia ſcelera, modo linguas vibrans, modo vero miſerorum ſindiis elata, quos ipſa præſentes libenter decipit, ac interimit. Jam autem volo ejus, qui tanti ſceleris præſul eſt, naturam expendere.* Pergit poſt hæc reſpondere ad ea quæ ad ipſum Arius ſcripſerat: ſi enim ipſæ extarent Arii Litteræ, facilius redderetur ſenſus verborum Imperatoris, qui videtur obſcurus; nam ſe habet ſermo ejus, ut dialogiſmus, dum modo ab Ario dicta recenſet, modo ad ea reſpondens ſua ſubnectit; ideo ſubdit:

X. Dialogiſmus Conſtantini & Arii. *Quid enim dicit? Aut teneamus id, inquit, cujus jam compotes ſumus; aut reta ſit, ut ipſi volumus.* Hæc quidem Arius. Ad quæ ſic Imperator lætans eum cecidiſſe: *Cecidit, ac cecidit, interfectus.* Rurſum Arius: *Dolo*, inquit, *aut ſagaci calliditate, nihil differt*: Imperator: *Id ſolum grave ac probandum ducit, quod improba excogitatione ad eum inflaxerit. Multitudinem*, inquit, *habemus*. Reſpondet Imperator: *Ipſe igitur exiguus. propius accedam, ut iſtorum bellorum ſpectator ſim, ego ipſe inquam, prorſus accedam qui hominum dementium bella ſedare conſuevi.* Illudit procaci homini ironia, & Homericis ſalibus ex nomine occaſione capta, Arium exagitat, ut furentem hominem, & nihilominus Veneri inhærentem, alludens nimirum ad virgines, quas (ut dictum eſt ſuperius) ſecum ductabat; recitat enim Homeri hunc verſum ex Iliade (b):

(b) Iliad. 5. prope princip.

Ἄρες, Ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα.) hoc eſt:

Mars, Mars, hominum pernicies, inquinate cæde, murorum oppugnator:

verba ſunt Palladis: idemque verſus inferius eodem libro ab Apolline repetitur: pervulgatum carmen ob licentiam Græcorum poetarum, de quo Martialis (c) de Earino Domitiani ſic:

(c) Mart. l. 9. Epigr.

Sed

AGIUS ſulem hujus Synodi Præſidem fuiſſe, docet Libellus Synodicus; *Hoſium* autem eidem duntaxat adfuiſſe recte deducit Marca in Differt. de veteribus Collectionibus Canonum cap. 2. quod recenſeatus quidem in epiſtola Synodica, ſed permixtus aliis Epiſcopis, & inter ultimos; quod cum Sedis Apoſtolicæ dignitati non congruat, dici non poteſt Legatione Romana *Hoſius* in ea functus. Quod ſi *Symmachus* Papa in Synodo Romana habita anno DIV. Synodi Gangrenſis Canones duos citet, aſſeratque, *Apoſtolica auctoritate hos canones conditos eſſe*, factum id, quia etſi

Baron. an. 361. n. XLIV. & ſeqq.

Sed Græci, quibus eſt nihil negatum,
Et quos Κρὰς Κρὶς decet ſonare:
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui Muſas colimus ſeveriores.

XI. Illudit Ario Conſtantin. Conſtantinus autem illudens Ario, Homericum carmen ſic uſurpat: *Agedum, Mars, Ari, clypeis ſane utendum eſt. Ne hoc, quæſumus, facias; cohibeat te ſaltem Veneris congreſſus. Atque utinam ſicuti armis egregie inſtructus videris, ita pietate erga Chriſtum floreres!* Rurſus Imperator recitat verba Arii humiles ſpiritus ſimulantis; ſunt vero hæc: *En rurſum ſupplex venio; & armorum copia præpollens, pugnare nolo, ſed Chriſti munitus fide, tibi, atque aliis volo mederi.* Quem Conſtantinus ludens, quod Mars ſimulet lenitatem, ſubdit: *Cur autem ea te facere dicis, quæ tuis moribus non conveniunt? At cum quali quiete, dic quæſo, aut quibus fretus copiis, vel potius quo temeritatis progreſſus? O audaciam dignam quæ fulminibus deponatur! Audite enim, quæ nuper mihi ſignificavit, calamo viras inſtillante ſcribens: Sic, inquit credimus. Tum neſcio quæ ad inanigens accurate atque ad faſtum meditata, alterſuſque procedens, nihil mali reticuit, ſed univerſum (ut ita dicam) amentiæ theſaurum exprompſit: Expellimur, inquit: recipiendi nos poteſtatem auferunt. Sed quadam hac ad rem; cætera attendite; ejus enim verbis utar.*

XII. Exclamatio in Arianos. *Poſtulamus, inquit (ſi quidem in eadem ſententia Epiſcopus Alexandriæ maneat) poteſtatem nobis poſthac ex legis conſtitutione dari, legitima, & indeprecabilia officia Deo perſolvendi. O gravem impudentiam, quam ſtudio veritatis redargui conveniebat! quod enim ipſi cordi erat, id brevitate ſermonis expreſſit. Quis locus ſermoni tuo eſt? putrem fractamque quaſi navim mentem tuam nobis apponere moliris, diſſidium ſpecioſum? eoſque qui tibi in malum adhæſerunt, perdere ſtudes? Quid igitur, inquis faciam, ſi nemo recipere me dignatur? hoc enim ſæpe uſuſariis faucibus exclamas. Ego vero contra rogabo te: Ubinam apertum ſententiæ tuæ ſignum ac teſtimonium oſtendiſti? quam te divinis humaniſque actibus explicaſſe ac declaraſſe oportuit; idque minime, quod venenati ſerpentes tunc magis efferantur, cum ſe in profundos latibulorum receſſus abdiderint. Hoc autem illius valde ſcitum eſt, quod magno ſtudio ſilentium, quaſi ſub quadam verecundia perſonam, ſimulet; te ipſum placidum ac lenem ſimulationis artificio præbes: fallit autem pleroſque animus tuus ſexcentis intus malis atque inſidiis ſcatens. O inſignem calumnitatem! Sic Malus, ut volait, Arium nobis exhibuit ſcelerum officinam.*

Dic jam mihi, in medium progreſſus, fidei tuæ argumenta, & indicia noli reticere; o qui et perverſum, naturam proclivem ad omne genus improbitatis habes. Unum dicis Deum; habes ejuſdem me ſententiæ; ſic igitur ſentias. Ejus eſſentiæ Verbum, & principii, & finis expers, Verbum eſſe dicis; eo contentus ſum; ita crede. Si quid præterea adjungis, id tollo. Si quid ad impiam ſeparationem fraudulenter conſuis, id nec videre, nec intelligere me confiteor. Si hoſpitium corporis aſſumis ad divinorum operum diſpenſationem, non improbo: Hæc pie interpretanda, non diſtorquenda ad Neſtorii impiam ſententiam; reperimus enim veteres ſcriptores ita nonnumquam eſſe locutos, quamvis ſentirent Chriſti Dei, & hominis unam eſſe perſonam: *Si ſpiritum æternitatis in supereminenti Verbo genitum dicis, accipio. De Verbo hæc interpretanda ſunt, non de Spiritu ſancto, quem nemo umquam dixit genitum, ſed procedentem a Patre atque Filio.* His ſubdit: *Quis Patrem novit, niſi qui venit a Patre? Quem novit Pater, niſi quem ab æterno ac ſine principio ex ſe genuit? Tu quidem hypoſtaſin peregrinam ac nobis inauditam ſubjicere putas oportere, male utique credens. Ego vero poteſtatis ſuperpræcellentis, & ad omnia permanentis plenitudinem Patris, & Filii eſſentiam unam eſſe judico.* Quod hic habet textus, plenitudinem, Græce πλήρωμα legitur, quod cum ſignificat plenitudinem, quæ contineat plures perſonas, & opponitur ſingularitati, quam ſancta Trinitas explodit. Sed rurſum poſt hæc Imperator: *Si igitur aufers quidem ab illo, a quo ſeparari ne cogitatione quidem contentioſorum umquam potuit; additionis autem characterem præſtruis ac præmunis, & penitus notat ac ſigna quæſtionum diſterminas; illi totam ex ſe æternitatem dedit, cogitationem vero integram ac incorruptam, immortalitatemque per ſe, & Eccleſiæ attribuis fidem.* Quæcumque enim Verbum habet, *a* Patre accepit, *a* nativitate æterna; cogitatio quidem non cadit in Deum proprie, ſed Chriſto ut homini convenit. Sunt hæc igitur pie intelligenda; ſed pergit Imperator: *Di-*

PAGIUS etſi Provincialis Synodus Gangrenſis eſſet, tamen cum auctoritate Sedis Apoſtolicæ jam eſſet in Occidente recepta, perinde erat ac ſi ab initio eadem auctoritate Canones illos conſtituiſſet. Cum vero *Hoſius* ſub Conſtantio Imperatore vita exceſſerit, & ut ſuo loco videbitur, anno CCCLVIII. in Hiſpaniam reverſus ſit, liquet, ante eum annum hanc Synodum congregatam. Valeſius in Notis ob Socratem lib. 2. cap. 43. perperam ſcribit, hoc Concilium ante Valentis Imperatoris tempora congregatum non eſſe, quia Divus Baſilius in epiſtola LXXIV. quam ad Occidentales ſub Valente contra *Euſtathium* Sebaſtenum dedit, Gangrenſis Concilii nullam mentio-

XIII. Arguitur perfidia Arii.

XIV. De Taleia Arii. *Depone igitur, depone hanc ſceleris amentiam, o prædite urbanis moribus, & clara voce, & ad inſipientium perfidiam mula decantans.* Alludere Conſtantinus videtur ad Talejam Arii, obſcœnum poema ſcilicet, Sotadicis rhythmis attemperatum, quo ſuam hæreſin canebat, & aliis dederat publice concinendum; de quo alias pluribus. Sed ſubdit: *Tuo te merito Malus ſubvertit per malitiam ſuam (ac nonnullis forsuſſe jucundum hoc videtur) ſic enim te ipſum comparaſti; eſt autem uſquequaque perniciosum malum. Agedum igitur ab abſurditatum palaſtra diſcedens, audi egregie Ari (te enim appello) An non ſentis te ab Eccleſia Dei utique abdicatum? ſcias te periiſſe, niſi ad te reſpiciens, amentiam tuam damnes.*

XV. Oraculum de Ario. *At dicas magnum hominum numerum tecum facere, & ſublevare curas tuas. Audi, & parumper aures præbe, nefarie Ari, intellige dementiam tuam. Tu vero Deus, qui omnium curam habes; propitius eſto ſermoni, ſi fidem teneat: ego enim homo tuus, o miſericors, qui providentiæ tuæ defendor, ut e Græcorum Latinorumque vetuſtiſſimis ſcriptis inſaniam Arii aperte demonſtrabo ante tria millia circiter annorum ab Erythræa præſignificatam ac prædictam; ſic enim fata eſt: Væ tibi Libya in maritimis poſita locis; tibi enim veniet tempus, quo una cum populis ac filiabus tuis grave certamen, & crudele, & perdifficile ſubire cogeris; ex quo fidei pietatiſque judicium in omnes dimanabit; tu vero ad extremum verges exitium; vos enim cæleſtium florum receptaculum convellere, morſuque dilacerare auſi eſtis, atque adeo ferreis dentibus temeraſtis.* Peculiare fuit Conſtantino, ſcriptis ſuis oraculum aliquod interſerere, ut in edicto vidimus ad Provinciales dato (a), & in oratione illa ad S. Cœtum conſcripta. Rurſus in eumdem:

(a) Apud Euſeb. Vit. Conſt. l. 2. c. 47.

XVI. Invectiva in Arium. *Quid igitur, verſutiſſime, ubi nunc terrarum eſſe te fateris? ibi videlicet; tuas enim habeo litteras, quas ad me inſano calamo exaraſti, quibus affirmas omnem Libyæ populum tibi ad ſalutem ſcilicet aſſentiri. Sin hæc ita eſſe negabis; Deum jam teſtor, me quidem vetuſtiſſimos Erythrææ pupillares, Græca lingua ſcriptos, Alexandriam mittere, quo citius pereat.* Tum vero ad Arii verba reſpondens ait: *Deinde tu ſine peccato? gemma inſignis galea; an non aperto periiſti? o miſer, tanto malo circumventus! ſcimus, ſcimus conatum tuum. Qua cura, quinam te perturbat metus? id non fallit nos, o infelix & calamitoſe, o hebetem mentem tuam! qui ne morbum quidem tuum, animumque incertum premere, ac tegere potes ſceleſte; qui veritatem variis ſermonibus lædis ac ſubruis: cumque hujuſmodi ſis, non te pudet vituperare nos: modo redarguens, ut quidem tibi perſuades; modo commonens, quaſi fide doctrinaque ſuperior. A quo miſeri quidam homines opem ſibi parare geſtiunt? tametſi oportebat omnes, & congreſſum tuum, & ſermonem fugere, niſi forte quis in fraudulentis hujus verbis recte vivendi ſpem moderatis hominibus poſitam eſſe putat. Sed non ita eſt, longe abeſt. Quod autem verum (o veſtram, qui hujus conſuetudine utimini, dementiam!) qua vos coegit inſania, hujus acerbam linguam, & aſpectum perferre? Sed jam ad te ſermonem convertam, o qui inſano animo es, lingua blanda, infida mente. Da ſermonem non ancipitem ac volubilem, ſed cujus orbem circumſcriptum noſcamus; non putidum ac infirmum, ſed robuſtum, & ſolidum, o ſcelerate ac nequiſſime, & mente obſcura; cogor enim hæc dicere; quinimmo jam tibi laqueum iniiciam, teque ratione compeditum in medium adducam, ut improbitatem tuam populus omnis intelligat. Jam ad rem veniam.*

Abluta utique manus ſunt; accedamus ad preces: Hæc cum ipſe dicat, ad antiquum illum morem alludit, quo conſueverant Fideles precaturi Deum, antea manus abluere, juxta illud Apoſtoli ad Timotheum (a): *Levantes puras manus ſine ira, & diſceptatione.* Niſi potius verbis illis alluſiſſe voluit ad animi ſui innocentiam de impio judicantis, ſecundum ea quæ dicta ſunt primo Annalium tomo. Sed rurſum epiſtola: *Invoca Deum; vel potius morare paulisper, ac dic, quem, o ferventiſſime, Deum in auxilium advocabis? Verum quieſcere non poſſum, Domine qui rerum omnium poteſtatem habes, o potentiam ſolus obtinens Pater, hujus nefarii hominis cauſa, opprobria, & dolores, & vulnera Eccleſia tua ſuſtinet. Arius tibi locum jam accommodat, admodum ſcilicet convenienter, in quo Concilium ſibi conſtituens, Chriſtum Filium tuum ex te natum, ducem ſalutis noſtræ, Filium adoptionis lege arrogat, ac tenet; audi, obſecro, mirabilem fidem; te locali motu, Domine, moveri exiſtimat; audet te definitæ ſedis orbe circumſcribere. Num ubi præſentia tua non adeſt? aut ubi tuam non* XVII.

(b) 1. Tim. 2.

Preces Conſtant. ad Deum.

omnes

PAGIUS tionem facit; argumentum enim ab auctoritate negativa petitum, infirmum. Recte tamen Valeſius obſervat, *Euſtathium* illum, qui in Synodo Gangrenſi damnatus eſt, diverſum non eſſe ab *Euſtathio* Sebaſteno; quod tamen Baronius nullius Auctoris teſtimonio nixus affirmavit. Baronii etiam conjecturæ de *Euſtathii* Monachatu, & de Monachis in Armenia parum facienda; cum Sozomeno Socrates & Nicephorus a Baronio laudati ſuffragentur. Porro tam Epiphanius in hæreſi Arianorum, quam Divus Baſilius in citata epiſtola, teſtes ſunt, *Euſtathium* Sebaſte-

omnes operationem atque efficaciam ſentiunt, ex tuis quaquaverſum permeantibus legibus? Omnia enim ipſe contines; extra te nec locum nec quicquam aliud cogitare fas eſt: ita tua poteſtas efficaciter eſt infinita. Tu ergo unus Deus; vos vero, populus omnis, mentem attendite. Nam hic inverecundus, & nequam ad ſummam improbitatem, & iniquitatem progreſſus, pietatem ſimulat, ac religionem obtendit. Apage (inquit) nolo videri Deum paſſione contumeliarum teneri; atque ideo ſuppono, ac fingo mirabili quidem fide, quod Deus novellam nuperque conditum Chriſti ſubſtantiam fabricatus, auxilium ſibi comparavit, ut mihi quidem videtur: quod enim, inquit abſtuleris, eo id minus quid feciſti.

XVIII. Rurſum invehitur in Arium. *Tua igitur, o pernicies ac lues, eſt fides hæc? Tu ex hypotheſi figmentum ſumis eum, qui Gentium figmenta condemnavit? Tu adſcititium eum vocas, ac tamquam officiorum miniſtrum, qui ſine cogitatione, & ratiocinatione, quod Patris æternitati coexiſtat, omnia effecit? Accommoda jam, ſi audes; accommoda, inquam, Deo & præcautionem, & timorem, & ſpem eventuum, & cogitationem, & ratiocinari; & quod conſiderans, ſententiam pronunciat, ac decernit, & delectatur, ridet, dolet. Quid igitur ais? o miſeris omnibus miſerior! o Neſtor, ipſum malitiæ negotium intellige, ſi potes, quod tua ipſius malitia, & aſtutia improbus conſumeris. Chriſtus (inquit) propter nos paſſus eſt. At ego jam dixi, quod forma corporis miſſa eſt. Sane, inquit; ſed metuendum, ne eum aliquatenus imminuere videamur. Deinde o ferarum meditator, cum hæc dicas, non inſanis? aperte furimus. Ecce enim mundus ipſe forma ſive figura eſt; & aſtra characteres ſuos oſtendunt; ac omnino ſpiritus hujus globoſi Orbis, ſpecies eſt eorum, quæ ſunt, & veluti formatio. Attamen Deus ubique adeſt. Ubinam igitur in Deo contumeliæ ſunt? aut aliatenus minuitur Deus? O æquitatis parricida! Ex te ipſo conjecturam capiens, conſidera & cogita, ſi peccatum videtur eſſe, in Chriſto adeſſe Deum. Ille quidem vidit ſermonis ignominiam, nec tarde pœnas irrogavit. Præterea quotidie fere in mundo peccata committuntur; & tamen Deus adeſt; nec iis diu ſupplicium debetur, tandemque luitur; an ideo minuitur poteſtatis ejus amplitudo? ſi quæ ubique patrantur ſentit? non opinor. Mundi enim mens per Deum eſt; per eum omnis ſtabilitas, & permanſio; per eum omne jus, omnis pœna. Chriſti fides ex ipſo eſt ſine principio; denique univerſa Dei lex Chriſtus eſt, per ipſum infinitam vim & indeſinentem habens.*

XIX. Arii effigies & habitudo corporis. *Sed de his ex te, exque modulo tuo cogitas; o incredibilem inſaniam! In exitium jam tuum converte gladium Diaboli. Videte omnes, videte, ut lamentabiles prætendat voces, Viperæ morſu læſus; videte, ut venæ ejus, ut carnes veneno occupatæ acerbos moveant cruciatus; ut corpus ejus tabe diffluxerit, ut attenuatum, & ſqualore ſordibuſque obſitum, lamentatione, pallore, horrore, infinitiſque malis conficiatur, miſereque ſtrigoſum ſit; ut deformis illuvie ſordibuſque capillus; videte ſeminecem, obtutu jam languido, vultu exangui, mæſto, tabido; cernite, ut ad eum propter mali diuturnitatem confluxerint furor, inſania, vanitas, eumque immanem ac ferum reddiderint; ne ſentit quidem, quibus ſit in malis.* Sane quidem quantumlibet Libya, & Ægyptus monſtrorum ferax complura & varia portenta genuerit, numquam certe deformius, & humano generi peroſius, quam Arium, monſtrum protulit. Deſcribitur etiam ac pingitur quaſi coloribus Arii deformis monſtri vultus turpiſſimus, & corporis habitus ab Epiphanio his verbis (a): *Erat (inquit) ſtatura valde longus, ſubtriſti ſpecie, figuratus velut doloſus ſerpens, qui decipere poſſet omne innocens cor per verſutum ſuum prætextum, dimidium enim pallium hic ſemper indutus, & ſtolum, dulcis erat in colloquio, perſuadens ſemper animas, & blandiens*: Hæc Epiphanius, qui eum ſæpius vidiſſe potuit, utpote (quod & ipſe teſtatur b) adoleſcens in Ægypto verſatus. Sed reſpondens ruſſus ad Arii verba, hæc ſubdit: *Effert me* (inquit) *voluptas, tripudio, exulto gaudio, in altum quaſi pennis attollor. Rurſum invidus admodum, & ferox: Heu (inquit) perimus. Hoc quidem ſolum verum: tibi enim ſoli ſtudia conatuſque ſuos malitia largiter præbuit: quodque magno pretio emerat, tibi facillime donavit. Agedum jam dic; ubi egregia tua monita, Elue, quæſo, mala tua Nili aquis, ſi fieri poteſt, o plene abſurdiſſimo ſtupore; & quidem univerſum Orbem ſceleribus tuis conturbare ſtuduiſti. Nonne intelligis, quod omnia, qui Dei homo ſum, ego ſcio? At jam dubito, utrum manere, an abire oporteat; nec enim poſſum reſpicere, & peccatum erubeſco. Nos, Ari, videlicet, Ari, in luce collocaſti; te ipſum vero infelix in tenebras conjeciſti; hic laborum tuorum finis.*

XX. *Sed eo redeo, quod multitudinem juſtas bo-*

(a) Epiph. hæreſ. 69.

(b) Epiph. hæreſ. 26.

PAGIUS haſtenum Hæreticum fuiſſe, & in Arianæ hæreſis defenſione ad obitum uſque perſeveraſſe.

VI. Error Libelli Synodici circa Synodum Gangrenſem. In Libello Synodico *Synodus Gangrenſis* inter tertiam Romanam Synodum Damaſi anno CCCLXXIV. celebratam, & Romanam quartam Damaſi paulo poſt Valentis Imperatoris mortem recitatur. Quod eſſe non potuit, cum *Hoſius*, ut diximus, Synodo Gangrenſi interfuerit, & ad

In Arium invectiva.

hominum circum te vagantium: par eſt, aptior; hos recipe, recipe, inquam; ſeſe enim lupis ac leonibus devorandos addixerunt: quin immo eorum unuſquiſque additamentum eſt decem capitum, ac tanto numero oppreſſus valde ſudabis, niſi quamprimum ad ſalutarem accurrens Eccleſiam, charitatis pacem ſtudio concordiæ ſuſcipiat: de cetero enim a te non decipientur ob malam conſcientiam condemnato; neque funditus perire ſuſtinebunt, ſceleratis tuis quæſtionibus implicati. Aperta, & nota omnibus ſunt impoſterum quidem captionum tuarum ſophiſmata; nihil tibi procedet; ſed incaſſum figuris te involves, æquitatem & ſermonum lenitatem aſſimulans, ac ſimplicitatis (ut ita dicam) perſonam extrinſecus ſuſcipiens: artificia tua vaneſcent; cito enim te veritas circumvallabit; cito flammas tuas divina potentia (ut ita dicam) imber extinguet. Et quidem ſocios ac ſuffragatores tuos, qui Curiæ ſe jam obſtrinxerunt, publicorum munerum cura excipient; niſi quamprimum, evitata conſuetudine, & congreſſu tuo, incorruptam fidem ſequantur. Tu vero ferrea mente vir, da aliquod mihi ſpecimen tui propoſiti, ſi tibi confidis; ſi fretus es ſtabilitate fidei, ac puram omnino habes conſcientiam. Veni ad me, veni, inquam, ad Dei hominem; credo quod interrogationibus meis cordis tui abdita ſcrutabor. Ac ſi quidem in te furor inſediſſe videatur; divinam implorans gratiam, a virulento morſu te melius curabo. Sin mente ſana vid beris; veritatis in te agnoſcens lumen, & Deo gratias habebo, atque agam, & mihi cæterique manui, quæ opem attuleriti pietati gratulabor; & alia manu: *Deus autem dilectiſſime*.

XXI. Publici nuncii.

Per Syncletium, & Gaudentium Magiſtros hæc allata ſunt, cum eſſet Paterius Præfectus Ægypto, & in Palatio recitata ſunt. Erant hi Palatini Magiſtri tabellariorum, qui etiam poſtea detuliſſe leguntur ejuſdem Conſtantini litteras ad Athanaſium; quod ipſe in ſua apologia teſtatur, cum ait (*a*): *Pars autem epiſtolæ ſic ſe habet, quam detulerunt Palatini Syncletius, Gaudentius, &c.* Cæterum quo teſtatum redderet Conſtantinus animum ſuum in Arium Alexandrinis, has ad ipſum Arium ſcriptas a ſe litteras Alexandriam perferendas curavit, atque publice recitari, quibus, & ſuo chirographo ſalutationem appoſuit.

(a) *Athan. Apolog.* 2.

XXII. Res geſtæ ab Oſio in Ægypto.

Sed jam ad Oſium Cordubenſem Epiſcopum redeamus, quem legatum miſſum diximus in Ægyptum ad componendas turbas cauſa Arianorum atque ſchiſmaticorum conflatas, ut Alexandrinæ Catholicæ Eccleſiæ laboranti ſuppetias ferret. Quid igitur Oſius, cum a Silveſtro Romano Pontifice ad hujuſmodi Orientalis Eccleſiæ rixas ſedandas miſſus eſt munitus Conſtantini litteris, quas ſuperius recitavimus, egerit, perveſtigandum nobis eſt, Conſtat quidem Athanaſii teſtificatione, eum in Ægyptum profectum eſſe, & ibi Generale Concilium celebraſſe; ſic namque illud Athanaſius (*b*) nominat; quod præſente Apoſtolicæ ſedis legato, omnes Epiſcopi illarum provinciarum quæ parebant Antiſtiti Alexandrino, fuerint ad Synodum convocati.

(b) *Athan. ibid.*

XXIII. Concilium generale Alexand.

Quæ autem in eo geſta fuerint, cum exciderint ipſius Acta, perpauca quædam tantum ſuperſunt, & illud in primis, quod duobus locis Athanaſius atteſtatur, in eodem Concilio Colluthum presbyterum Alexandrinum (de quo ſuperius mentio facta eſt) quod, cum non eſſet, Epiſcopum tamen ageret, & plurimos ordinaſſet, fuiſſe in ordinem redactum: ſunt hæc verba Athanaſii (*c*) loquentis de Iſchyra ab eo ordinato presbytero: *Cum Iſchyram quemdam ſubornaſſent, quem ſecum adduxerunt, hominem minime presbyterum, tametſi ſe eo nomine jactitet, quippe ordinatum a Collutho quodam non vero, ſed imaginario Epiſcopo, cui in Generali Concilio ab Oſio, & a cæteris Epiſcopis, qui una aderant, juſſum fuit, ut ſe pro presbytero, qualis ante fuerat, haberet; atque ideo omnes ab illo conſtitutos in veterem ſuum ordinem recurriſſe, inter quos etiam Iſchyras numerandus eſt, &c.* Hæc ibi Athanaſius; & ne quis putet, cum Generalem Synodum dicit, Nicænam intelligere, idem ipſe Athanaſius celebratam eam eſſe Alexandriæ demonſtrat his verbis de eodem Iſchyra ſermonem habens (*d*): *Idemque cum talem ſibi titulum vendicaſſet in Alexandrina Synodo, in præſentia Patris noſtri Oſii depoſitus eſt, & cum laicis in ordinem redactus, atque in eo ſtatu reliquum tempus permanſit*.

(c) *Athan. ibid.*

(d) *Athan. eadem Apolog.* 2.

XXIV.

Rurſum vero in hac eadem Synodo Alexandrina tradit Socrates (*e*) Oſii legati ſtudium in eo maxime verſatum eſſe, ut perverſum dogma Sabellii, quod in illis regionibus plurimum invaluerat, prorſus exploderet; quod enim ille trium perſonarum diſtinctionem non reciperet in Trinitate, & in unam eas omnes eſſentiam indiſtincte confunderet, factum eſt in eadem Synodo, ut in ſanctiſſima Trinitate ſicut una prædicaretur οὐσία, id eſt, eſſentia, ita tres dicerentur ſubſiſtentiæ, nempe

(e) *Socrat. l.* 3. *c.* 5.

Acta contra Sabellium.

PAGIUS

ad Valentis tempora non pervenerit. Quæ de hac Synodo Libellus Synodicus habet, referuntur Tomo II. Conciliorum editionis Labbeanæ pag. 418. ſed cum in Libello Synodico collocetur poſt Nicænam, & proxime ante Tyriam, miror, Labbeum Lectorem non monuiſſe, ex mente Auctoris Libelli Synodici eam inter III. Romanam Damaſi & IV. Romanam ejuſdem Pontifi-

nempe ὑποςάσεις: ſed cum hæc vox apud nonnullos acciperetur pro ſubſtantia, inde major oborta eſt controverſia, num recte dicerentur tres eſſe in Trinitate ſubſtantiæ; ſed de his ſuis locis agendum pluribus.

XXV. De cauſa Meletianorum. Ex his igitur, quæ in ea Synodo adverſus Colluthum geſta ſunt, & contra Sabellii hæreſin definita, facile poſſumus intelligere cætera, quæ ſunt de eodem Concilio oblivione ſepulta, de rebus geſtis adverſus Arium, & Arianos, atque Meletianos, quorum cauſa potiſſimum miſſus Oſius videbatur. Qui quidem quod jugiter legatum ageret Apoſtolicæ ſedis urbis Romæ; non in ea tantum, quam diximus, hoc anno celebrata Synodo Alexandrina, ſed & in aliis multis, quæ diverſis in locis eadem quoque ex cauſa, vel aliis emergentibus coactæ ſunt, principem locum obtinuit; unde de eodem hæc alibi idem Athanaſius (a): *In qua enim Synodo ille non dux & anteſignanus fuit? Quem non ille recta tuenda in ſententiam ſuam pertraxit? Quæ Eccleſia illius præſidentia non pulcherrima monumenta retinet? &c.*

(a) *Athan. in Apolog. de fuga ſua.*

XXVI. Legatio Oſii a Silveſtro Papa. Cum igitur ex his manifeſte appareat, Oſium habuiſſe in Ægypto Synodum tam celebrem, & in ea quoque cognoviſſe controverſias atque cauſas Meletianorum, & Colluthianorum ſchiſmaticorum; ſatis ſignificatum videtur, functum eſſe ipſum Oſium legatione ab Apoſtolica ſede; nam cum in Conſtantini litteris nonniſi de componendis diſſidiis inter Arium, & Alexandrum mentio habeatur, quorum tantum cauſa litteras illas ab eo accepiſſe diximus; ut ipſe præterea ſchiſmaticorum cauſas agnoſceret, ab alio quam a Conſtantino id ei oportuit imperatum; porro non ab alio id poteſt dici, vel fingi, quam ab ipſo Romano Pontifice, qui Alexandri litteris, ut de cæteris (quod dictum eſt ſuperius) de his fuerat interpellatus: qui ad hoc potiſſimum delegit Oſium, virum cum eruditione, tum confeſſione clariſſimum, Conſtantino præſertim in Donatiſtarum cauſa notiſſimum, ac pariter (ut demonſtratum eſt ſuperius) acceptiſſimum. Quantum autem temporis in his Oſius legatus inſumpſerit, haud liquet; ſed quantum conjectura aſſequi licet, diu multumque eum his de cauſis in Ægypto moratum eſſe, intelligere poſſumus; cum tria obiret negotia difficillima atque inter ſe diverſa, & cum diverſis hominibus, has nempe cauſas, Arianam, Meletianam, & Colluthianam: eoſdem vero hæreticos atque ſchiſmaticos omnes refractarios, & obſtinatos in omnibus extitiſſe, quæ ſunt de eis ſuperius enarrata, & quæ inferius dicentur annis ſingulis declarabunt. Quamobrem, quæ hoc anno cœpta diximus per Conſtantinum, in plures annos eſſe pariter propagata, certum eſt: non tamen ſemper ibi in Ægypto detentum Oſium exiſtimamus, quem & eadem legatio in componendis Aſianorum Syrorumque diſſidiis occaſione Paſchatis celebrandæ diei obortis poſtea occupavit.

XXVII. Philogonii Epiſcopi Antioch. obitus. Hoc eodem anno, ſecundum Nicephori Chronicon, Philogonius Antiochenus Epiſcopus, cum ſediſſet annos quinque, ex hac vita diſceſſit; inque locum ejus Paulinus eſt ſuffectus (licet alicubi Paulus legatur) qui totidem ſedit annos. De Paulini ſuffectione in locum Philogonii non tantum citatus auctor eſt, ſed & S. Hieronymus in Chronico: ex quibus redarguitur Theodoretus (b), qui ponit Euſtathium Philogonio ſubrogatum, nulla de Paulino penitus habita mentione. Quod autem ad Philogonium ſpectat, quem hoc anno vita functum diximus; is ea claruit vitæ ſanctimonia, ut inter ſanctos relatus ſit Epiſcopos, & anniverſaria ejus memoria in Eccleſia ageretur vigeſima die menſis Decembris, qua tabulis Eccleſiaſticis annotatur: qua die S. Joannes Chryſoſtomus (c) habuiſſe reperitur ex more in laudem tanti Antiſtitis Panegyrin, quam in hunc ferme modum exorſus eſt: *Ego quidem, & hodie deſtinaveram adverſus hæreticos luctaturus veſtem exuere, quodque reſtabat debiti, vobis perſolvere; verum beati Philogonii dies, cujus hodie memoriam celebramus, ad ipſius benefactorum enarrationem linguam*

(b) *Theod. l. 1. c. 7.*

(c) *Chryſ. t. 3. ad fin.*

PAGIUS

tificis collocandam fuiſſe. Porro extat Libellus Synodicus in Bibliotheca Juris Canonici Tomo II. De Concilio Gangrenſi, vide quæ infra dicam.

VII. *Obitus S. Philogonii Antiocheni Epiſc.* Ad num. XXVII. *S. Philogonius*, qui in Martyrologio Romano, & Menæis die XX. Decembris colitur, mortuus eſt anno circiter CCCXXI. Theodoretus enim in lib. 1. cap. 3. tradit, eum *pro veritatis defenſione ſingulare ſtudium Licinii temporibus* declaraſſe; Liciniana autem perſecutio hoc tantum anno cœpta. Præterea Theodoretus ibidem cap. 4. recitata Alexandri Epiſcopi Alexandrini epiſtola Synodica ad Alexandrum Epiſcopum CP. adverſus Arium, ait: *Hic conſona ſcripſit ad Philogonium Eccleſiæ Antiochenſis Antiſtitem.* Ea autem Synodica anno ſequenti, vel anno CCCXXI. ſcripta. Quis, quove tempore Philogonio ſucceſſerit, valde obſcurum. Sozomenus in lib. 1. cap. 2. ait: *Conſulibus Criſpo & Conſtantino Cæſaribus* (anno ſc. CCCXXI.) *Antiochiæ nemo adhuc poſt Romanum conſtitutus fuerat Epiſcopus, perſecutionibus, ut veriſimile eſt, ordinationem fieri prohibentibus. Sed non multo poſt Epiſcopi apud Nicæam congregati, cum Epiſcopus eſſet* (nempe Euſtathius) *vicinæ urbis Berrœæ, illum inde Antiochiam tranſtulere.* Nicetas in Theſauro Orthodoxæ Fidei lib. 5. cap. 5. ſcribit, Paulinum Philogonio ſucceſſiſſe, & Paulino *Romanum*. Nicephorus etiam, ſicuti Theophanes, & Zonaras, & Hieronymus in Chronico, Paulinum Philogonii ſucceſſorem fa-

quam noſtram evocavit: & omnino parendum eſt, &c. Hæc enim perpauca ex multis recitaſſe voluimus, ut antiquæ conſuetudinis memoria ſaltem teneatur, Sanctorum videlicet natalitia ea induſtria & diligentia in Eccleſia celebrari ſolita, ut quamvis magni momenti negotium intercederet, tamen nonniſi in Sancti, cujus ageretur natalis dies, laudibus fas eſſet Epiſcopum, & clericos atque populum occupari.

XXVIII. *Conſtantinus recedit ex Oriente.* Hoc eodem anno Conſtantinus Imperator, licet inſtituiſſet profectionem in Orientem, ob barbaros tamen rurſum turbas concitantes revocatur in Occidentem. Recedens itaque, in Myſiam inferiorem atque Pannoniam deſcendit, ubi Sirmii cum eſſet, ad Ruffinum Præfectum Prætorio ſcripſiſſe reperitur (*a*); at quomodo anno ſequenti ad occidentem pervenerit, ſuo loco dicemus: adverſus autem tumultuantes Alemannos præmiſit Criſpum Cæſarem filium, quem poſtea ſecutus ipſe eſt in Gallias; ſed de his anno ſequenti. Hoc itidem anno, iiſdemque Conſulibus, idem Conſtantinus Imperator adverſus Aruſpices, qui privatorum domos adire ſolerent, & cuncta ſolita ſuperſtitione miſcere, atque ita clandeſtine idololatriæ venena inſtillare in hominum mentes; ne id amplius uſurparent, ad Maximum reſcripſit. Præfectum Urbis hunc fuiſſe hoc anno, iiſdemque Conſulibus, Græcorum tabulæ fidem faciunt, in quibus ſub eodem Conſulatu inſcriptus reperitur (*b*) Valerius Maximus Baſilius Præfectus Urbis, cujus Præfectura uſque ad annum quartum propagata eſt; verba autem reſcripti hæc ſunt (*c*):

(*a*) *l.*1. *de ſponſal. Cod. Theod.*

(*b*) *Apud Cuſp. comment. in Caſſiod. Conſul.*

XXIX. *Nullus Aruſpex limen alterius accedat, nec ob alteram cauſam; ſed hujuſmodi hominum, quamvis vetus, amicitia repellatur; concremando illo Aruſpice, qui ad domum alienam acceſſerit; & illo qui eum ſuaſionibus, vel præmiis evocaverit, poſt ademptionem bonorum, in inſulam detrudendo: ſuperſtitioni enim ſuæ ſervire cupientes, poterunt publice ritum proprium exercere. Accuſatorem autem hujus criminis, non delatorem eſſe, ſed dignum magis præmio arbitramur. PP. Kalendis Februarii, Romæ, Conſtantino Aug. quintum, & Licinio Cæſ. Coſſ.* Sed & ad Gentilem adhuc populum in hæc tunc item verba reſcripſit (*d*): *Aruſpices, & ſacerdotes, & eos qui huic ritui adſolent miniſtrare, ad privatam domum prohibemus accedere, vel ſub prætextu amicitiæ limen alterius ingredi: pœna contra eos propoſita, ſi contempſerint legem. Qui vero id vobis exiſtimatis conducere, adite aras publicas atque delubra, & conſuetudinis veſtræ celebrate ſolemnia. Nec enim prohibemus præteritæ uſurpationis officia libera luce tractari. Dat. Idib. Maji, Conſtantino Auguſto quintum, & Licinio Coſſ.*

(*c*) *l.*1. *de maleſic. Cod. Theod.*

Conſtantinus adverſus Aruſpices.

(*d*) *l.*2. *eod. Cod.*

XXX. Iiſdem quoque Conſulibus, idem Imperator

PAGIUS

faciunt. Imo Theodoretus in Indiculo Epiſcoporum, qui magnis urbibus præerant, quando Hiſtoriam ſuam abſolvit, Epiſcopos Antiochenos hoc ordine recenſet: *Vitalis, Philogonius, Euſtathius*. Et in lib. 1. cap. 7. ait etiam Euſtathium Philogonio ſucceſſiſſe. Præterea in controverſia verſatur, an Paulinus, qui Euſtathium præceſſit, ſit Paulinus ille, qui e Tyri Sede ad Antiochenam aſſumtus: an vero is eidem Euſtathio ſucceſſerit; ita ut hic inter duos Paulinos ſederit.

VIII. *Ei Paulinus ſucceſſit.* Qua in re non parum intricata dicendum exiſtimo, Paulinum illum, qui Philogonio ſucceſſit, diverſum eſſe a Paulino, qui e Sede Tyria ad Antiochenam tranſlatus eſt. Prior itaque Paulinus, ut laudati Auctores teſtantur, Philogonio ſucceſſit; ſed ob pravos mores dignitate motus eſt, ut docet epiſtola Synodica Concilii Serdicenſis anno CCCXLVII. celebrati, in qua & dicitur: *Uſque in hodiernum diem in apoſtaſia permanens, cum concubinis publice & meretricibus fornicatur*. De quo Paulino mentio etiam apud Sozomenum in lib. 3. cap. II. de iis loquentem, quæ in Synodo Serdicenſi acta ſunt. Sozomenus autem & Nicetas *Romanum* Philogonio ſucceſſiſſe ſcribunt, quia, ut conjicere licet, poſt Paolini abdicationem Eccleſiam Antiochenam Paſtore deſtitutam rexit. Fallitur autem Valeſius in Notis ad lib. I. Sozomeni cap. 2. ubi exiſtimat, Sozomenum & Nicetam loqui de *Romano* Diacono Cæſareæ, cujus martyrium recitat Euſebius in Appendice de Martyribus *Palæſtinæ* cap. 2. Is enim anno primo perſecutionis Diocletianeæ morti traditus eſt. Quare Sozomenos & Nicetas de alio *Romano* hoc tempore vivente, intelligendi. Nicephorus autem aliique annos quinque Paulino tribuunt, quia ab hujus electione ad Euſtathii initium anni quinque fluxere.

IX. *An unus Paulinus vel plures.* *Hankius* in libro de Byzantinarum rerum Scriptoribus Græcis cap. L. num. CCXLIII. & ſeq. difficultatem hanc examinavit, concluſitque, unicum admittendum eſſe *Paulinum*, qui Tyro Antiochiam poſt Philogonii obitum tranſlatus fuerit, & ante Concilium Nicænum e vivis exceſſerit. Addit, Euſebium eidem *Paulino* Tyriorum Epiſcopo decimum Hiſtoriæ ſuæ librum dicaſſe. Sed hæc opinio ſtare non poteſt. Quis enim ſibi in animum inducet, *Euſebium* librum illum viro ob crimina Epiſcopatu dejecto nuncupaſſe? Præterea anno trecenteſimo viceſimo quinto, quo Hankius Euſebium Hiſtoriam ſuam abſolviſſe, & ante celebratam Nicænam Synodum publicaſſe arbitratur, non Tyri, ſed Antiochiæ Epiſcopus *Paulinus* erat; cum in Concilio iaorum Nicæno, ut infra dicetur, *Paulinus* Euſtatio ſucceſſerit. Denique anno CCCXLVII. Paulinus quondam Antiochenus Epiſcopus adhuc in vivis erat, ut mox dixi. Quare ſi unicus Paulinus admittendus ſit, ut vult Hankius, is non niſi poſt Euſtathium depoſitum Antiochenam Sedem obtinuit, & præterea ante Synodum Nycænam Tyriorum Epiſcopus fuit.

X. *Conſtantinus laborat ut mores populi Rom. in melius vertat.* Ad num. XXVIII. & ſeqq. *Conſtantinus* hoc anno & tribus proximis nunquam in Gallia conſtitit, verum ſemper in Pannonia *Sirmii* aut *Sabaria*, vel in Dacia *Serdica*, aut *Naiſſo* ferme, niſi quando proximam Pannoniæ *Aquileiam* diver-

Digitized by Google

rator pro clericorum immunitate hæc ad Octavianum reſcripſit (*a*): *Quod divino cultui miniſteria religionis impendunt, id eſt, hi qui clerici appellantur, ab omnibus omnino muneribus excuſentur; ne ſacrilego livore quorumdam a divinis obſequiis avocentur*. Dat. XII. *Kal.* Novembr. *Conſtantino Aug. quintum, & Licinio Cæſ. Coſſ.* Addit autem hæc his Sozomenus (*b*): *Illud porro, quod eſt plane maximum reverentiæ Imperatoris erga religionem argumentum, quod clericos ubique per legem ob eam rem conditam immunitate donari voluit; quodque illis, qui erant in judicium vocati, dedit poteſtatem, ſi modo in animum inducerent civiles magiſtratus rejecere, ad Epiſcoporum judicium provocandi; atque eorum ſententiam ratam eſſe, & aliorum Judicum ſententiis plus habere auctoritatis, tamquam ab ipſo Imperatore prolatam, ſtatuit. Quinetiam juſſit, ut magiſtratus res judicatas re ipſa exequerentur, militeſque eorum voluntati inſervirent; præterea ut Conciliorum deciſiones firmæ, & immutabiles exiſterent*: Hucuſque Sozomenus de immunitatibus clericorum. Reſcripſit quoque hoc anno Imperator ad Verinum Vicariam Præfecturam in Africa agentem, advurſus eos qui famoſos libellos ſcripſiſſent (*c*); ſed & contra ambientes magiſtratus, ad Leontium (*d*); iiſdem enim Conſulibus hujus anni data habentur ejuſmodi reſcripta, quorum alterum publicatum habetur Hierapoli quinto Idus Julii, Carthagine alterum Kal. Aprilis. Notæ enim illæ, PP. quæ interdum in fine reſcripti reperiuntur, publicationem ſignificant; quas qui ignorant, in multos errores ferri neceſſe eſt, exiſtimantes ſæpe datas eſſe leges illas, ubi ſunt publicatæ.

(*a*) L. 2. de Epiſc. & cler. Cod. Theod.

Conſtantinus pro clericis reſcribit.

(*b*) Sozom. l. 1. c. 9.

(*c*) L. 1. de famoſ. libel. Cod. Theod.

(*d*) l. 1. de numerariis Cod. Theod.

PAGIUS divertere libuit; bello enim *Sarmatico* occupatus fuit. Aquileiam autem aliquandiu ſubſtitiſſe docent Leges Codicis Theod. 9. *De appellationibus*, & 6. *De Decurionibus*, menſe Junio, Julioque datæ. Interim tam hoc anno, quam reibus conſequentibus *mores populi Romani* in melius variis rationibus vertere, atque ad pietatem, humanitatem, pacem & concordiam tradocere inſtituit, tum edictis *ad Populum* emiſſis, Romæque propoſitis, tum Conſtitutionibus *ad Baſſum*, Maximumque Præfectos Urbi datis, quæ in id conſulendæ ſunt omnes per hoc quadriennium. Cui alioquin rei fidem quoque faciunt Porphyrius in Panegyrico carm. 6. & Nazarius in Panegyrico capite 38.

XI. *Prohibet Haruſpicinam.* Inter alia vero Romæ, quæ veteris ſuperſtitionis retinentior erat, *Haruſpices* privatim conſulendi poteſtatem inhibuit, publice conſulendi poteſtate adhuc facta. Unde tamen non recte collegit Baronius, Conſtantinum hoc tempore viſum eſſe in deterius lapſum. Verum, quia evellendæ e Gentilium animis *Haruſpicinæ* par nondum erat Conſtantinus, & Romæ quidem ac per Italiam, quam *Haruſpicinæ* nominatim fidem maximam habuiſſe ſcribit Herodianus lib. 8. cap. ideo ſatis habuit Conſtantinus ſuæ interim ſaluti & publicæ quieti Leg. 1. Cod. Theod. *De maleficis & mathematicis* ea ratione conſuluiſſe, prohibitis ſacrificiis domeſticis, & privatarum ædium ingreſſu Haruſpicibus interdicto. Vice verſa ſicut *Haruſpicinam* privatim exerceri Conſtantinus vetat, ita publice eam exerceri permittit, ſcilicet apud aras publicas, & delubra, & retento more veteris obſervantiæ. Quare per hæc *reformationis*, ſi ita loqui fas eſt, initia, delubra omnia & aræ inviolatæ ſtabant. Quin & Leg. 1. ejuſdem Codicis *De Paganis* Haruſpicinam in publicis quoque cauſis a Senatu Urbiciſque Magiſtratibus Romæ uſurpari Conſtantinus conceſſit; ſic tamen ut ad ſe reſponſa Haruſpicum referri vellet, de cujus rei ratione anno CCCXXI. quo hæc Lex data, agemus. Quæ omnia accurate a Gothofredo in Commentario Legis 1. *De maleficis & mathematicis* obſervata. Hinc in Arcu Conſtantini in ejus Decennalibus erecto ſculpta ſacrificia, ut videre eſt anno CCCXII. num. IX. propter rationem ſcilicet a Gothofredo inſinuatam. licet Euſebius in Vita Conſtantini cap. 48. de Conſtantini Decennalibus ſcribat: *Dum in hoc ſtatu eſſet, decimus Imperii ejus annus evolutus eſt. Cujus rei cauſa feſtis diebus per univerſum Orbem Romanum celebratis, preces cum gratiarum actione tanquam puras victimas, ignis & nidoris expertes, Deo omnium Regi obtulit.* Hæc enim cum ſacrificiis in Arcu Conſtantiniano ſculptis non pugnant,

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 320.	SILVESTRI PAP. ANNUS 7.	CONSTANTINI IMP. ANNUS 15.

I. ANnus vigeſimus ſupra trecenteſimum Conſularibus Faſtis habetur adſcriptus Conſulatu ſexto Conſtantini Imperatoris una cum Conſtantino Juniore Cæſare collega, quo celebrata ſunt Romæ Cæſarum Quinquennalia, in quibus Nazarius (a) celebris horum temporum orator Panegyrin habuit, abſente tamen Conſtantino Imperatore, qui (ut dicemus) agebat in Galliis, cum Criſpus ejus filius, Cæſarum natu major, Alemannos bello compreſſit. Hæc quidem ex ejuſdem Nazarii Panegyrico facile erit demonſtrare. Ac primum quod ad Quinquennalia Cæſarum ſpectat, id ipſe ſuæ orationis ingreſſu egregie profitetur, cum paulo poſt ſubdit: *Quintumdecimum annum maximus Princeps ſalutaris Imperii degit; ſed auguramur jam Vicennalia, & venturi fidem ſuperiorum felicitate ſentimus. Quinquennalia beatiſſimorum Cæſarum occupatos in gaudiis habent, ſed in deſtinatis decenniis jam vota properantia, & ſpes volucres conſtituerunt.* At de abſentia Conſtantini idem orator his verbis: *Quis, oro, Conſtantine Maxime (præſentem enim mihi alloqui videor) qui etſi a conſpectu abes, revelli tamen mentibus non potes, &c.*

(a) Nazar. Paneg. Conſt. 3.

Quinquennalia Cæſarum.

II. Porro hæc geſta eſſe poſt Licinium, & barbaros ſuperatos, idem auctor paucis complectens, agenſque de liberata Urbe ab ipſo a Maxentii tyrannide, alias eam victoriam nit præceſſiſſe feliciſſimas expeditiones, alias vero poſtea ſubſecutas, intelligens plane de victoriis adverſus Licinium atque barbaros comparatis: nam poſt debellatum Maxentium, nulla alia interceſſiſſe bella, eſt memoria apud hiſtoricos, niſi adverſus Licinium atque Sauromatas. Quod vero ad Criſpi victoriam ſpectat hoc anno de Alemannis obtentam; idem Nazarius his paucis attingit, cum agit de Conſulatu Conſtantini Cæ-

Criſpi victoria adverſus barbaros.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5813.

SÆC. IV. Anno Urbis 1073. Olymp. 274. an. 4. A. C. 320.

☉ 11. CB. ☽ 27. P. 20. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 320.

SILVESTRI PAPÆ 7.

CONSTANTINI 15. LICINII 14.

I. Conſules. [1] ANum. I. ad V. Coſſ. *Conſtantinus Aug. VI. & Conſtantinus Cæſar.*

II. Quindecennalia Conſtantini. Conſulatus *Conſtantini Cæſaris* juxta priorem regulam; tres enim Cæſares anno CCCXVII. creati deinceps Conſules fuere. *Conſtantini* vero *Auguſti* Conſulatus juxta ſecundam; in hunc enim annum Imperii ejus Cæſarei *Quindecennalia* incidunt.

III. Quinquennalia Criſpi & Conſtantini jun. Exiſtimavit Baronius, Criſpum & Conſtantinum Cæſares anno currenti Quinquennalia celebraſſe, qui error ex alio natus, quod nempe utrumque cum Licinio Licinii Auguſti filio anno trecenteſimo decimo quinto Cæſares nuncupatos fuiſſe crediderit. Sed hanc dignitatem anno trecenteſimo decimo ſeptimo illis conceſſam ſuo loco demonſtravi: Criſpum vero & Conſtantinum ejus fratrem anno tantum ſequenti, quo ſecundum Conſulatum geſſere, Quinquennalia exhibuiſſe, indicant eorum Numiſmata mox referenda, in quibus uterque Cæſar cum habitu Conſulari repræſentatur, & hæc Vota diſerte memorantur. Rem magis certam redderet Numiſma a Patino in Numiſmatis Imperatorum relatum, in quo Criſpus dicitur *Conſul II.* CRISPUS N. C. COS. II. in poſtica: BEATA TRANQUILLITAS; & in baſi: VOTIS XX. Verum in Criſpi Cæſaris Nummis aliorumque Imperatorum, aut Cæſarum, qui per hæc tempora vixere, Conſulatus nunquam cum numerali nota legitur, ideoque Nummus ille male deſcriptus. Ea *Quinquennalia* anno ſequenti edita Conſtantino M. abſente, & apud eum conſtitutis Criſpo & Conſtantino filiis, ut teſtatur Nazarius in Panegyrico in hac feſtivitate dicto.

IV. Quindecennalia Conſtantini M. Conſtantinum vero Magnum præſenti anno Quindecennalia dediſſe indicat ibidem Nazarius cap. 2. quando ait: *Quintum decimum maximus Princeps ſalutaris Imperii degit, ſed auguramur jam Vicennalia, & venturi fidem ſuperiorum felicitate ſancimus. Quinquennalia beatiſſimorum Cæſarum occupatos in gaudiis habent, ſed in deſtinatis decenniis jam Vota properantia, & ſpes volucres conſtituerunt.* Quare anno trecenteſimo vigeſimo primo, quo eam Orationem recitatam certum, Conſtantinus Auguſtus jam Quindecennalia peregerat, & Vota Vicennalia, ut moris erat, ſuſceperat: Nazarius enim de Quinquennalibus filiorum & Vicennalibus patris æquabili ratione loquitur, ſeu de Votorum Quinquennalium ſolutione, & de Vicennalium nuncupatione poſt Vota Quindecennalia ſoluta. Quod ſi Kalendis Martiis anni CCCXXI. quo die ea Quinquennalia edita, Conſtantinus Auguſtus Vota Vicennalia nondum nuncupaſſet, ſed octavo Kalendas Auguſti, Imperii Natali, nuncupaturus fuiſſet, Nazarius non diceret, *venturi fidem ſuperiorum felicitate ſancimus.* Significat enim, ſe ex felicitate, qua per annos jam quindecim Romani potiti eſſent, futuri quinquennii felicitatem augurari. Nec Vota Vicennalia in laudato Criſpi Cæſaris Nummo expreſſa referuntur ad

NOTÆ [1] COſſ. *Conſtantinus Aug. VI. & Conſtantinus Cæſar.* Nummi *Conſtantini M.* apud Bandurium tom. II. pag. 247. cum epigraphe: P. M. TRIB. P. COS. VI. P. P. PROCOS. Faſti Idatiani, & Libellus de Præf. Urb. *Conſtantino VI. & Conſtantino Cæſare.* Vindebonenſes: *Conſtantino VI. & Licinio.* Proſperi Chronicon: *Conſtantino IV. & Conſtantino Cæſare.* Bucherii laterculi: *Conſtantino VI. & Conſtantino.*

Digitized by Google

Cæſaris, qui hoc anno contigit: *Nobiliſſimorum quoque Cæſarum laudes exequi velle, ſtadium quidem dulce, ſed aut & cura mediocris, eſt, quarum in annis pubeſcentibus non eruptione virtutis tument germen, non flos præcurſor indolis bonæ lætior quam uberior apparet, ſed jam facta grandifera & contra rationem ætatis, maximorumque fructuum matura perceptio. Quorum alter* (nempe Criſpus major natu) *jam obterendis hoſtibus gravis, terrorem paternum, quo ſemper barbaria omnis intremuit, derivare ad nomen ſuum cœpit: alter* (Conſtantinus ſcilicet) *jam Conſulatum, jam venerationem ſui ſentiat, ſi quid intactum aut parens aut frater reſervet, declarat mox victorem futurum, qui animo jam vincit ætatem.* Barbaros autem a Criſpo devictos, Alemannos fuiſſe, docent antiquorum nummorum Inſcriptiones, ut illa (*a*): FL. JUL CRISPUS NOB. CÆS. parte adverſa aſtat figura nuda, & radiata, dexteram elevans, ſiniſtra globum tenens, atque hæ litteræ: ALEMANNIA DEVICTA SIRMI. & alius ſic: ALEMANNIA CAPTA: alius item Labarum habet cum duobus captivis, atque has litteras: VIRTUS EXERCITUS. VOT. X. S. C.

(*a*) *Recenſet has omnes Adolph. in lib. Imp. Roman. numiſm.*

III. Vota publica nuncupata.

Rurſum vero de ejuſmodi votis Criſpo nuncupatis, ejuſque victoria, hæc ibidem Nazarius: *Declarant ecce rationem cupiditatemque votorum facta Criſpi Cæſarum maximi, in quo velox virtus ætatis mora non retardata, pueriles annos gloriis triumphalibus occupavit; cujus ita jam uberes ſcatent laudes, ut plenæ poſſent videri, niſi cœpiſſe & patrem cogitaremus. Qui quidem nunc nobiliſſimus Cæſar venerandi patris, fratrum, ſuorumque omnium fruitur aſpectu, ſeque fruendum omnibus præbet: cruda adhuc hieme, iter gelu intractabile, immenſum ſpatio, nivibus infeſtum, incredibili celeritate confecit; ut intelligamus alacritatibus nihil aſperum, qui ipſam, quam a ſuis petebat, tam laborioſam inſtituerit voluntatem. Quæ tuum, Conſtantine Maxime, mite pectus inundavit gratulatio, cui tanto intervallo videre filium licuit, & videre Victorem? Narravit utique exhauſta bella, & hoc ad ſuam gratiam, non ad ſui oſtentationem, qualis excipiendo hoſte, quam reſiſtenti vehement, quam facilis ſupplicanti. Audivit frater intentus, & puerilem animum ſpes læta, & blanda gaudia titillarunt; cumque miraretur fratrem, etiam ſibi favit, quod ex annis ejus, quam proximus tantæ gloriæ eſſet, agnovit:* Hæc Nazarius. At alio ac plane diverſo oculorum obtutu Criſpum Cæſarem aſpexit Fauſta Auguſta noverca, quæ in eum oculos conjiciens impudicos, adoleſcentuli victoris capta forma, turpem mox inde hauſit amorem, ut eum miſera deperiret, novaque Phædra novum in Criſpo renovavit Hippolytum. Sed de his inferius ſuo loco.

Quod

PAGIUS ad Conſtantini patris Vicennalia, quæ ſolutis Votis Quindecennalibus is ſuſcepturus erat; quia, ut dixi in parte II. Diſſert. Hypat. cap. 7. num. XVII. Votorum nondum nuncupatorum rationem aliquam habitam veroſimile non eſt. Certe Vota Vicennalia ab Imperatoribus qui ſoli regnarunt, ipſo Imperii initio aliquando nuncupata, ut oſtendit Nummus Probi ſuo loco recitatus, in cujus poſtica legitur: VOTIS X. PROBI AUG. & XX. Neque enim dici poteſt, hunc Nummum in Decennalibus cuſum, aut in ejus Quinquennalibus; cum Probus ſeptimum tantum Imperii annum attigerit, & ante Conſtantinum Magnum Quinquennalia in Nummis expreſſa non fuerint. Quamobrem ſicut Probi Nummus de propriis ejus Votis, ita & Criſpi explicandus videtur.

V. *Criſpus in aliquibus Nummis cum veſte Conſulari, in aliis ſine ea.*

Papebrocius tamen in Actis Sanctorum menſis Maii ad diem XXI. Conſtantini Magni Vitam illuſtrans, refert ejus ac filiorum Nummos Conſulares ab Alexandro Wilthemio illuſtratos, inter quos habetur Nummus Criſpi inſcriptus: JUL CRISPUS NOB CAES, in poſtica, BEATA TRANQUILLITAS, in laurea, VOTIS XX. & alter Nummus Conſtantini junioris inſcriptus: CONSTANTINUS IUN NO, cum eadem poſtica, utroque Cæſare in habitu Conſulari repræſentato. Ex quibus infert Wilthemius, Conſtantinum M. anno trecenteſimo viceſimo quarto, quo Criſpus & Conſtantinus junior Cæſares tertium Conſulatum geſſere, paternorum Vicennalium eo anno Nicomediæ, ut ipſe putat, editorum, honori in Nummis participaſſe, dante hoc Conſtantino liberorum ſuorum Conſulatui, ut cohoneſtaretur pompa & celebritate Vicennalium ſuorum. Animadvertit enim Wilthemius, Criſpum Cæſarem in aliquibus Nummis Votis XX. inſignitis habitu Conſulari efformari; in aliis vero, quibus eadem Vota Vicennalia inſcripta, ornamentis Conſularibus carere; indeque deduci autumat, priora Vicennalia eſſe Conſtantini M. *Nicomedienſia*, cum Conſul eſſet Criſpus, & poſteriora eſſe Vicennalia paterna *Romana*, quibus Conſul erat ipſe Conſtantinus pater. Sed, præterquam quod Conſtantinum M. Vicennalia *Nicomedienſia* anno trecenteſimo viceſimo quinto poſt Concilium Nicænum habitum celebraſſe certum indubitatumque ſit, ex Nummo *Probi* Vota Vicennalia propria Nummis Imperii initio cuſis aliquando inſcripta fuiſſe jam oſtendimus, patetque ex Conſtantini junioris Cæſaris Nummo in quo cernitur cum habitu Conſulari, & Vota Vicennalia notantur, in Quinquennalibus ejus mentionem factam eſſe Votorum Vicennalium propriorum ſuo tempore ſolvendorum. Denique infra viſuri ſumus, Criſpum & Conſtantinum Cæſares non anno trecenteſimo viceſimo quarto, quo Conſulatum geſſere, ſed anno trecenteſimo viceſimo quinto, quo privati, Probus nempe & Paulinus, annum aperuere, Decennalia ſua dediſſe. Quare Wilthemii explicatio rejicienda.

Ceterum, ut rem hactenus valde obſcuram magis explicem, Vota Quinquennalia patrum Nummis filiorum, & e contra filiorum Quinquennalia & id genus Vota patrum Nummis aliquando inſcri- VI.

ſcri-

IV. Conſtantinus agit in Galliis.

Quod autem dictum eſt ſuperius, hoc anno Conſtantinum in Galliis egiſſe, edictum ejus de immunitate veteranis conceſſa declarat his verbis (a): *Idem Auguſtus cum introiſſet Principia, & ſalutatus eſſet a Præfectis, & Tribunis, & viris eminentiſſimis, acclamatum eſt: Auguſte Conſtantine, Dii te nobis ſervent; veſtra ſalus; noſtra ſalus; vere dicimus, jurati dicimus.* Sic legitur in Codice Theodoſiano; in Juſtinianeo (b) vero non Dii, ſed, *Deus te nobis ſervet*. Atque demum poſt immunitates veteranis conceſſas, quas ad nos referre non ſpectat, eodem in Codice Theodoſiano hæc leguntur in fine. *Dat. Kal. Martii in civitate Velovocorum, Conſtantino Aug. VI. & Conſtantino * Cæſ. Coſſ.* Apparet igitur ex his Conſtantinum cum Cæſaribus filiis egiſſe in Galliis: hinc eodem Panegyrico Nazarius precatur, ut cum illis ie Romam conferat; hæc enim habet ad calcem: *Unum modo eſt, quo fieri poſſit Roma felicior, maximum quidem, ſed tamen ſolum, ut Conſtantinum conſervatorem ſuum, ut beatiſſimos Cæſares videat, ut fruendi copiam pro deſiderii modo capiat, & nos * alacris excipiat; & cum Reipublicæ ratio digredi fecerit, receptura dimittat*, Hucuſque Nazarius.

(a) l. 1. de Veteranis Cod. Theod.

(b) l. 1. de Veteranis Cod. Juſtin. l. 11.

* Conſtantio.

* vos.

V. Quod autem ad ſanctiſſimas leges Chriſtiano Imperatore dignas pertinet hoc eodem anno ab ipſo Conſtantino promulgatas; ad Populum edidit ſanctionem, qua leges adverſus cælibatum ſtatutas voluit abrogatas, ſiquidem illæ jure olim ſancitæ leges (ut conteſtatus eſt Auguſtus oratione apud Dionem (c)) adverſus turpem, fictum, & ſterilem cælibatum, injuſte a Gentilibus converſæ eſſent contra verum, ſanctum, atque fœcundum Chriſtianorum hominum cælibatum, divinis oraculis præcognitum atque laudatum (d), Domini ſententia comprobatum (e), & Apoſtolico (f) teſtimonio firmiter ſtabilitum. Harum igitur legum injuriam Conſtantinus penitus abolevit, cum ſic ad Populum ſcripſit (g).

De legibus Conſtantini.

(c) Dio hiſt. l. 56. Tacit. l. 3.

(d) Iſai. 54. 56.

(e) Matth. 19.

(f) 1. Cor. 7.

(g) l. 1. de infirm. pœnis cal.

VI. Conſtantini reſcriptum pro cælibatu.

Qui jure veteri cælibes habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur; atque ita vivant, ac ſi numero maritorum matrimonii fœdere fulcirentur; ſitque omnibus æqua conditio capeſſendi, quo quiſque mereatur. Nec vero quiſquam orbus habeatur; propoſita huic nomine damna non noceant. Quam rem & circa fœminas æſtimamus, earumque cervicibus impoſita juris imperia velut quædam juga ſolvimus promiſcue omnibus; verum hujus beneficii maritis, & uxoribus inter ſe uſurpatio non patebit, quorum fallaces plerumque blanditiæ vix etiam oppoſito juris rigore cohibentur, ſed maneat inter iſtas perſonas legum priſca auctoritas

PAGIUS

Quinquennalia filiorum in Nummis patrum & e contra repræſentata.

ſcripta fuiſſe, multi Nummi demonſtrant. De Votis fratrum vel filiorum liquet ex Numiſmate *Decentii* Cæſaris Magnentii Tyranni fratris, quod extat apud Bandurium, in quo legitur: DN. DECENTIUS NOB. CAES. in poſtica VICTORIA DD. NN. AUG. & CAE. VOT. V. MULT. X. Cuſus ille Nummus poſtquam *Magnentius* tyrannidem arripuit, & *Decentius* Cæſar nuncupatus Quinquennalia Vota ſuſcepit poſt quintum annum ſolvenda. Teſtatur enim Zoſimus lib. 2. *Decentium* Cæſarem renuntiatum non eſſe, niſi poſtquam *Vetranio* jam Auguſtus dictus fuerat. Ad hæc, Occo exhibet Maxentii Tyranni Nummum in averſa parte inſcriptum: VICTORIA DD. NN. AUG. & CAES. VOT. V. MULT. X. Percuſſus is Nummus non ipſo Imperii Maxentiani initio, ſed eo tempore, quo jam victoriis inclytus *Romulum* filium Cæſarem appellavit, in cujus Nummis Vota Quinquennalia jam a ſe, cum Imperium arripuit, emiſſa, repræſentari voluit; quod in re poſtea eum *Magnentius* ſecutus eſt, ut ex *Decentii* fratris Nummo relato diſcimus. Ex quibus intelligimus, Vota patrum, etiamſi nondum ſoluta fuiſſent, modo emiſſa eſſent, in Nummis filiorum aliquando expreſſa, perperamque a Wilthemio ſcriptum, Conſtantinum M. Vicennalia Nicomedienſia anno trecenteſimo viceſimo quarto celebraſſe, quod in Nummis Criſpi & Conſtantini Cæſarum filiorum ejus Vota Vicennalia paterna, ut ipſe putat, repræſententur; cum ipſo Imperii eorum Cæſarei initio, vel anno, quo Quinquennalia exhibuere, ſimiles Nummos percuti in more poſitum fuerit. Interim ex Nummo *Maxentii* conſtat, *Romulum* ejus filium Cæſarem renunciatum non eſſe ante annum CCCVIII. cum anno inſequenti Conſul iterum proceſſerit, ejuſque ſecundi Conſulatus nulla alia ratio reddi poſſit, niſi quæ ex ejus nuncupatione petitur.

VII. Conſtantinus hoc anno in Galliis non fuit. Baron. n. IV.

Exiſtimavit Baronius, hoc anno Conſtantinum in Galliis fuiſſe, quod Lex 1. Codicis Theod. *De Veteranis* dicatur data *Kalend. Mart. in Civitate Velovocorum, Conſtantino A. VI. & Conſtantio Caſ. Conſ.* Velovocorum enim nomine *Belovacorum* in Gallia urbem, ut alii paſſim, intelligit. Verum loco *Velovocorum* reſcribendum, *Velanorum*, ut obſervat Gothofredus in illius Legis Commentario. Ea enim urbs in Mœſia ſuperiore fuit, & quidem interior ſeu mediterranea, non ad Danubium ſita, ſed ab eo diſſita, teſte Ptolomeo lib. 3. cap. 9. & media quidem inter Serdicam, cui etiam propior, & Sirmium. Neque enim Conſtantinus hoc tempore in Gallia ſubſtitit, ſed vel in Pannonia, vel in Myſia, aut Dacia, Sirmii aut Serdicæ, ut ex Legibus Cod. Theod. deducitur, idque propter bellum Sarmaticum. Hæc porro Lex 1. *De Veteranis*, qua varia privilegia tam iis, quam eorum filiis largiuntur, ad Quinquennalia Conſtantini M. referenda. Errore autem qui ſæpe in Codice Theod. occurrit, dicitur ea data, *Conſtantino & Conſtantio Coſſ.* ubi ſecundus Conſul Conſtantinus Cæſar, non vero Conſtantius frater, qui nondum Cæſar erat, intelligendus. Eorum etiam Quindecennaliorum occaſione varia privilegia a Conſtantino conceſſa, ut videre eſt in Codice Theod.

VIII. Silvanus in exilium miſſus.

Hoc anno *Silvanus* Donatiſta Cirtenſium Epiſcopus in exilium miſſus, quod pacem Eccleſiæ Africanæ aſſiduis factionibus perturbaſſet, ut videre eſt anno CCCVI. quo cum Baronio, loco non ſuo, hac de re egimus.

* Sardicæ * Conſtantino

*ctoritas. Dat. prid. Kal. Febr. Serdicæ *. P. P. Romæ, Conſtantino ſextum, & Conſtantio * Cæſ. Coſſ.* Deſcripſimus hanc legem ex Codice Theodoſiano, ut antiquiore, & e fonte petivimus; quæ in Codicem Juſtinianeum derivata (*a*), aliis ab his diverſis habetur notata Conſulibus, nec ipſa integra recitatur, qua Imperator ea ex parte voluit legem Papiam ſuas habere vires; illa enim inter alia decernebatur, ut ejus, quod vir relinquebat uxori liberos non habenti, deberetur decima Fiſco, & contra; quod tamen poſtea, lata ab Honorio Imperatore lege contraria, fuit penitus antiquatum, qua hæc ſancita ſunt (*b*): *Inter virum, & uxorem rationem ceſſare ex lege Papia decimarum; & quamvis non interveniant liberi, ex ſuis quoque eos ſolidum capere teſtamentis (niſi lex alia imminuerit derelicta) decernimus. Tantum igitur poſthac maritus, vel uxor ſibi invicem derelinquant, quantum ſuperſtitis amor exegerit.*

(a) l. 2. C. de infirm. pæn. cælib.

(b) l. 1. C. de infirm. pæni. cal.

VII. Meminit ejuſcemodi Conſtantini legis Euſebius his verbis (*c*): *Quemadmodum etiamſi quis recenſere cupiat, quot leges ad majorem æquitatem traducens, e veteribus novas fecerit, & quomodo id fecerit, exempli cauſa facile aliquis poſſit paucis verbis demonſtrare. Quibus nulli eſſent liberi, hos veteres leges fœcundorum ſucceſſionis ademptione plectebant. Dura ſane contra infœcundos lex, quæ illos tamquam ſcelus aliquod admiſiſſent, gravi ſupplicio afficiebat. His ille ſublatis legibus, ſanxit, ut ad propinquos hæreditas deveniret; ſummam in hoc corrigendo moderationem, & æquitatem ſecutus; cum ita ſentiret, qui voluntario ſcelere ſe implicaſſent, digno ſupplicio coercendos eſſe: at multis liberos non voluntatem ſuam multorum liberorum cupidam, ſed naturæ imbecillitatem denegaſſe; alios ſine liberis vixiſſe, non quod ſobolis propagationem ſucceſſionemque abhorrerent, ſed quod acerrimum philoſophiæ amorem muliebri connubio anteponerent. Præterea caſtitatem, & inviolatam virginitatem multas mulieres ſacris dicatas conſtanter retinuiſſe, eum, omni puritate, & ſanctitate perfuſa vita, ſe totas corporibus, & animis Deo conſecrarent. Quid ergo? Supplicio ne hoc dignum exiſtimari debet, an potius admiratione quadam, & approbatione? Etenim propenſa ad hoc genus vitæ voluntas magni facienda eſt; ſed eam recte factis tueri, & uſque ad extremum, longe ſupra naturam. Quibus igitur non ipſorum voluntas, ſed naturæ imbecillitas liberos denegavit; eos miſericordia, non ſupplicio dignos eſſe; at divinioris vitæ amatores non aliqua pœna afficiendos, verum incredibili admiratione ſuſpiciendos eſſe. Atque iſto modo Imperator legem hanc ſumma æquitate emendabat:* Hæc Euſebius.

(c) Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 16.

Favit cælibatui Conſtantinus.

VIII. Quid veteres de cælibatu.

Agens quoque Sozomenus de eadem Conſtantini lege, has ſpeciales partes contra cælibatum antiqui juris Romanorum attingit, cum ait (*d*): *Vetus erat apud Romanos lex, quæ vetuit cælibes, ſi annum ætatis vigeſimumquintum prætergreſſi eſſent, paribus cum iis, qui nuptias contraxiſſent, privilegiis frui; juſſitque præter alia multa, etiam ut nihil commode, etiamſi genere proximi eſſent, ex teſtamento ſuorum caperent. Quinetiam eos qui nullos habebant liberos, dimidia parte bonorum, quæ erant reliqua, multavit.* Præſcripti erant a lege Papia viro anni vigintiquinque, fœminis viginti procreandi liberos, ut capere poſſent hæreditatem integram, prout Ulpianus (*e*) docet in titulo de ſolidi capacitate. Cur autem hæc olim ſtatuta fuiſſent, idem Sozomenus declarat, ſic dicens: *Hæc lex a veteribus Romanis ſancita fuit eo conſilio, ut non urbem Romanam ſolum, verum etiam cæteram ſuam ditionem hominum multitudine complerent; quandoquidem haud longo tempore ante legem latam quamplurimos bellis inteſtinis ac civilibus amiſerant.* Hoc quidem (ut ſuperius dictum eſt ex ſententia Dionis (*f*) & Taciti) ab Auguſto lege Papia factitatum eſt.

(d) Sozom. l. 1. c. 9.

(e) Extat poſt Cod. Theodoſ.

(f) Dio hiſt. l. 56. & Tacit. l. 3.

IX. Cælibes aucti privilegiis.

Tum ſubdit: *Quare Imperator cum videret, eos qui & virginitatem colere, & ſine liberis eſſe propter amorem in animum induxiſſent, hac de cauſa deteriores eſſe conditione, ſtultum plane cenſuit, ut homines ſuum genus ſua ipſorum ſollicitudine ac ſtudio augere conarentur, præſertim cum natura ſemper ſecundum divinam moderationem humano generi tum interitum afferat, tum incrementum. Itaque legem plebi promulgavit, quæ jubet, ut tum cælibes, tum liberis carentes, pari jure cum cæteris omnibus fruerentur. Immo vero etiam decrevit, ut qui caſtimoniæ, & virginitati ſe conſecraſſent, privilegio quodam præ cæteris donarentur; deditque tum maſculis, tum fœminis poteſtatem, etiamſi adhuc impuberes eſſent, teſtamenta contra conſuetudinem communiter in Republica Romana ſervatam faciendi: nam illam recentiſſimam omnium re vera voluntatem cenſuit, divinum numen ſemper colere, & pium vitæ genus exercere. Siquidem ob hanc cauſam veteres quoque Romani lege ſanciverunt, ut virgines Veſtales etiam ad ſextum ætatis annum teſtamentum componerent;* Hæc de his Sozomenus.

X. Porro nihil ferme contra mentem legiſlatoris Conſtantinus innovaſſe videtur; nam patet ex Dione Auguſtum inſectatum eſſe fictum cælibatum, eos nempe qui ſic carebant uxore, ut turpiſſimam libidinibuſque ſordidam vitam agerent; quos vero conſtaret re vera cælibatum

exco-

excolere, earumdem immunitatum, quibus conjugati uterentur, voluit eſſe participes. Hæc ex Dione, noſque ſuo loco, tempore latæ legis diximus primo Annalium tomo. Sed illa ex Tertulliano ſuboritur dubitatio: Quid reliquum fuit Conſtantino, ejuſmodi contra cælibes legem Papiam abrogare, quam (ut ipſe ait) conſtat a Severo Imperatore ſublatam: cum enim agit de antiquis legibus, novis ſuperinductis, ſolitis ab Imperatoribus antiquari: *Nonne* (inquit *a*) *vaniſſimas Papias leges, quæ ante liberos ſuſcipi cogunt, quam Julia matrimonium contrahi, poſt tantæ auctoritatis ſenectutem heri Severus conſtantiſſimus Principum excluſit?* Ad hæc vero in primis dicimus, legem Papiam fuiſſe ampliſſimam, multaque capita continuiſſe, eademque a diverſis Imperatoribus paulatim temporibus variis amputata. Teſtatur id Juſtinianus Auguſtus, qui noviſſimus omnium ad exciſam multis tamis ingentem arborem legis Papiæ ſecurim admovit, caduca cædens, dum de caducis tollendis lege Papia introductis edidit ſanctionem, qua ait (*b*): *Et quemadmodum in multis capitulis lex Papia ab anterioribus Principibus emendata fuit, & per deſuetudinem abolita; ita & a nobis circa caducorum obſervationem invidioſum ſuum amittat vigorem, &c.*

De abrogatione legis Papiæ elucidatio.

(*a*) *Tert. Apolog. c. 4.*

(*b*) *L. 1. & quemad. C. de cad. tol. lend.*

XI. Qui autem primus ramum præcidit legis Papiæ, fuit Tiberius Imperator, de quo Suetonius (*c*) inquit: *Capiti Papiæ Poppeæ legis a Tiberio Cæſare, quaſi ſexagenarii generare non poſſent, edicto abrogavit.* Sed & Claudius ſtatuit adverſus eamdem legis Papiæ partem Senatuſconſultum Claudianum appellatum, quod citatur ab Ulpiano in fragmentis, titulo de ſolidi capacitate; ex eo ſcilicet conceſſit ſolutum pœnis legis Papiæ, ſi major ſexagenario duxerit minorem quinquagenaria; & perinde habeatur, ac ſi minor ſexaginta annorum duxiſſet uxorem. Rurſum vero idem Claudius aliquid immutavit; nam de eodem ſic idem auctor Suetonius (*d*): *Conſtituit pro conditione cujuſque civis vacationem legi Papiæ Poppeæ.* Sed hoc indultum certis perſonis certa de cauſa fuit.

Conceſſores legis Papiæ.

(*c*) *Suet. in Claud. c. 3.*

(*d*) *Suet. in Claud. c. 39.*

XII. Severus tertius numeratur, quem apparet in eo, quod Tertullianus ſcribit, correxiſſe legem Papiam, in quo adverſari videbatur legi Juliæ; nam cum utraque lex cælibatum inſectaretur, utraque tempus præſtituerat, annos vigintiquinque viris, fœminis viginti; ſed Papia, ut ea ætate haberent liberos: Julia, ut matrimonium contraherent; atque ea ex cauſa vaniſſimam appellat legem Papiam, cum cogeret quoslibet habere liberos, cum lege Julia nonniſi contrahere matrimonium cogerentur. Putavit Cujacius (*e*), Severum ad liberos procreandos terminum præſcripſiſſe annum unum, & menſes ſex, non autem cælibatus, & orbitatis pœnam ſuſtuliſſe. Pamelius autem ejus viſus eſt eſſe ſententiæ, ut Severus legem Papiam pœnas inferentem in cælibes; & orbos penitus abrogarit; ſed id citato nuper auctori non placet. Quamobrem nos ſumus ejus ſententiæ (quod conjectura res agatur, cum nihil appareat de lege Severi contra legem Papiam promulgata) ut ipſe Severus eam tantum partem legis Papiæ abrogarit, quæ orbos exagitabat, utpote ad perpetranda adulteria incentivum; cum amore prolis, quæ ex marito non gignerent liberos, ut vitarent pœnam legis, aliis appeterent ſe viris adjungi. Severus igitur cum (ut ſecundo Annalium tomo dictum eſt) ſeveriſſimus fuerit in plectendis adulteris, ea ex parte voluit legem Papiam amputaſſe, qua adulterandi manare videretur non levis occaſio. Sed ipſo Severo defuncto, eadem lex fuit in vigorem priſtinum reſtituta.

Quid Severus in leg. Papiam.

(*e*) *Cujac. in Paratit. Cod. l. 8. tit. 58. & ſup. l. 6. tit. 51.*

XIII. Quartus vero Papiæ legis adverſarius fuit (ut diximus) Conſtantinus, qui illam ea ex parte, qua cælibatum exagitabat, penitus abrogavit. Sed & qui numerandus eſt quinto loco Honorius Imperator in eo Papiam legem ſuccidit, quo illa jubebat perſolvi decimam de donationibus inter virum, & uxorem a lege permiſſis. Juſtinianus vero in iis quæ ad caduca tollenda pertinebant, eamdem legem viſus eſt magna ex parte ſuſtuliſſe. Sed erant & alia legis Papiæ capita ad jura patronorum ſpectantia. Verum ex his plane intueri licet, quanti Conſtantinus fecerit cælibatum, dum ejus cauſa illas ſuſtulit leges, quæ præ cæteris in Romano Imperio cuſtodiebantur, nempe Juliam atque Papiam, de quibus auctor in Panegyrico habito ad Maximianum, & Conſtantinum hæc loquitur: *Leges hæ, quæ mulcta cælibes notaverunt, parentes præmiis honorarunt, vere dicuntur eſſe fundamenta Reipublicæ: quia ſeminarium juventutis, & quaſi fontem humani corporis ſemper Romanis exercitibus miniſtrarunt.* Hæc ibi.

Conſtant. adverſarius legis Papiæ.

XIV. Cæterum maxime falli eos, qui ex ſancto cælibatu Chriſtianorum putarunt exhauriri hominum prole Romanum Imperium, S. Ambroſius (*f*) quod experimento didicit, his verbis ſignificat: *Si quis igitur putat conſecratione virginum minui genus humanum; conſideret, quia ubi paucæ virgines, ibi etiam pauciores homines; ubi virginitatis ſtudia crebriora, ibi numerum quoque hominum eſſe majorem. Diſcite quantas Alexandria totuſque Oriens, & Africana Eccleſia quotannis ſacrare conſueverint. Pauciores hic homines prodeunt, quam illic virgines conſecrantur. Ex ipſius igitur Orbis terra-*

Ex cælibatu fœcunditas.

(*f*) *Ambr. de Virg. l. 1.*

rum

tum uſu non inutilis virginitas exiſtimatur; præſertim cum per virginem ſalus venerit Orbem fœcundatur a Romanum: Hæc Ambroſius. Sed quod ad Conſtantinum ſpectat decurtantem legem Papiam; magnum temperati ab avaritia animi id indicium fuit. Erat plane lex Papia fiſcale rete, quo ingens theſaurus quolibet anno in Ærarium inferebatur. Ut ex his quoque liceat redarguere Zoſimum impium ſuggillantem avaritiam Imperatoris. Nam hæc omnia contempſit Chriſtianus Imperator, ut qui ſciret ſanctum cælibatum in Eccleſia Dei magnæ fuiſſe ſemper æſtimationis, & gloriæ. Sed jam de his ſatis.

XV. His autem narratis ab Euſebio de lege Papia adverſus cælibes abrogata, hæc ſubdit (*a*): *Præterea cum veteribus legibus cautum eſſet, ut qui e vita excederent, ipſo extremo fere ſpiritu certis, & conceptis verbis teſtamenta componerent, atque adeo leges ipſæ, quibus ea ſententiarum formulis, quibuſque verbis ſcriberentur, definirent, eaque res non minimæ eſſet fraudi teſtatorum jam morientium voluntati; prudenter hæc animo complectens Imperator, legem ipſam abrogavit, ſtatuitque ut moriens nudis verbis, & fortuita oratione voluntatem ſuam teſtaretur, & quovis ſcripto ſententiam ſuam ederet, aut, ſi mallet, ſine ſcripto teſtaretur, adhibitis ad eam rem idoneis teſtibus, quique fidem ſine fallacia ſervare poſſent:* Hæc Euſebius. Extat ipſa quidem lex (*b*) ibidem loci ubi ſuperior, nempe Sardicæ, itemque ad Populum data poſtridie ejus diei. Sed dum legitur Conſtantio, & Conſtante Coſſ. ſicut in priori ſuperius recitata, error irrepſiſſe videtur; nam horum Conſulatus poſt Conſtantini Imperatoris obitum contigit; eſt illa ſane digna quæ Annalibus intexatur, utpote quæ multiplicium litium abſtulit ſeminarium; ſic enim ſe habet:

(*a*) Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 26.

Leges aliæ Conſtant. valde proficuæ.

(*b*) l. quoniam. C. de teſtament.

XVI. *Quoniam indignum eſt, ob inanem obſervationem irritas fieri tabulas, & judicia mortuorum, placuit, ademptis iis, quorum imaginarius uſus eſt, inſtitutioni hæredis verborum non eſſe neceſſariam obſervantiam, ut cum imperativis, & directis verbis fiat, aut inflexis. Nec enim intereſt ſi dicatur: Hæredem facio, vel inſtituo, vel volo, vel mando, vel cupio, vel eſto, vel erit; ſed quibuſlibet confecta ſententiis, vel in quolibet loquendi genere formata inſtitutio valeat, ſi modo per eam liquebit voluntatis intentio; nec neceſſaria ſunt momenta verborum, quæ forte ſemineci, & balbutiens lingua profudit. Et in poſtremis ergo judiciis ordinandis amota erit ſolemnium verborum neceſſitas; ut qui facultates proprias cupiunt ordinare, in quacumque inſtrumenti materia conſcribere, & quibuſcumque verbis uti, liberam habeant facultatem. S. D. Kal. Feb. Sardicæ, Conſtantio A. & Conſtante A. CC. Coſſ.* Eſt tamen ex his corrigendus Euſebius, dum ait, conſtituiſſe pariter Imperatorem, teſtatorem poſſe ſive ſcripto, ſive ſine ſcripto, ultimam voluntatem ſuam teſtatam reddere; nam non eo uſque progreſſa eſt lex; ſed tantum ut in quacumqua materia ſcriptum reperiretur teſtamentum, ſive in chartis ſive in papyro, vel membranis, illud firmum ratumque habendum eſſet; cum olim tabulæ ligneæ uſitatius adhiberi ſolerent in teſtamentis conſcribendis, atque inde, quod ligneæ eſſent, bonorum poſſeſſio contra tabulas, contra lignum vulgo dari dicebatur. Verum, licet non eſſet neceſſe, ut in ligneis, vel eburneis tabulis ſcriberetur ultima teſtatoris voluntas; tamen in quacumque materia haberetur memoriæ commendata, nihilominus ex ſententia Ulpiani (*c*) teſtamentariæ tabulæ dicebantur.

Scrupuloſam verborum poſitionem abrogat Conſt.

(*c*) l. 1. ff. de bonor. poſſ. ſecund. tab.

XVII. Eodem quoque hujus anni die, iiſdemque Conſulibus, ad Populum Conſtantinus reſcripſit de abrogandis pœnis adverſus debitores, qui ſolvendo non eſſent, antiquitus ſolitis irrogari; quam autem ſeveræ illæ fuerint, primo Annalium tomo diximus. Conſtantinus igitur miſertus hominum paupertatis, quæ etiam abſque aliqua culpa quampiurimos ſubſequatur, quod humaniſſimum decuit Principem, de illis hæc ſtatuit (*d*): *Nemo carcerem, plumbatarumque verbera aut pondera* (quæ autem qualeſve ejuſmodi pœnæ eſſent, diximus in Notis ad Romanum Martyrologium appoſitis) *aliaque ab inſolentia Judicum reperta ſupplicia in debitorum ſolutionibus, vel a perverſis, vel ab iratis Judicibus expaveſcat: Carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum eſt Officialium, & cum denotatione eorum Judicum, quorum de officio coerciti citatiores eſſe debebunt qui contra hanc legem admiſerint; ſecuri juxta eam tranſeant ſolutores. Vel certe ſi quis tam alienus ab humano ſenſu eſt, ut hac indulgentia ad contumaciam abutatur; contineatur aperta & libera, & in uſus hominum conſtituta cuſtodia militaris, ſi in obdurata nequitia permanebit; ad res ejus omnemque ſubſtantiam cives ejus accedant, ſolutionis obſequio cum ſubſtantiæ proprietate ſuſcepto; qua facultate præbita, omnes fore credimus promtiores ad ſolvenda ea, quæ ad noſtri uſus exercitus pro communi ſalute poſcuntur. Dat. Kal. Februarii Conſtantino A. VI. & Conſtantio Cæſare Coſſ.*

Debitorum pœnæ abrogatæ.

(*d*) l. 3. de exact. Cod. Theod.

XVIII. Ex his plane apparet ipſum hæc ſtatuiſſe pro Fiſcalibus debitoribus. Ex quibus quidem perſpicue aperti mendacii redarguitur impius Zoſimus, dum hæc ait de tributorum exactionibus per Conſtantinum quolibet quadriennio fieri ſolitis (*e*): Quo-

Calumnia Zoſimi.

(*e*) Zoſim. l. 2.

Quoties quartus quiſque annus appeteret, quo vectigal illud pendendum erat, meras per univerſam Urbem lacrymas, & ploratus; ubi vero jam adveniſſet, nonniſi flagra tormentaque corporibus eorum adhibita, qui propter paupertatem extremam damnum hoc ſuſtinere non poſſent; quin & liberos ipſæ matres diſtrahebant, & patres filias proſtituebant, ex harum quæſtu Chryſargyri exactoribus pecuniam offerre coacti: Hæc ipſe. At de eo tributo, aliiſque ejuſdem auctoris in eum calumniis, fuſius ſuo loco dicemus. Ex his perpende, lector, quanti facere debeas reliquas Zoſimi in Conſtantinum calumnias.

XIX. Quæſtuarii clericatus profeſſio impeditur.

Quod rurſum ſpectat ad leges a Conſtantino hoc anno, hiſque Conſulibus promulgatas, cum (ut diximus anno ſuperiori) immunitatem clericis conceſſiſſet, ut ab omnibus muneribus excuſarentur; illud accidit, ut Decuriones, atque eorum filii, necnon prædivites nonnulli, non religionis amore, ſed ut ea ampliſſima potirentur immunitate, ſeſe ad clerum transferrent; quamobrem cum videret Conſtantinus ejuſmodi homines ex religione quæſtum quærere, nec recto pede (quod ait Apoſtolus (a)) ingredi in Evangelium veritatis, non ſine Epiſcoporum conſilio, legem ſanxit, qua prohiberet ejuſmodi Curiis obligatos vitandi oneris cauſa, ad clericatum confugere. Qua lege cum teneri nollet qui antea clericalem vitam profeſſi eſſent, utpote qui divini Spiritus inſtinctu ſe Eccleſiaſticæ militiæ addixiſſent, ejuſmodi ſuperaddidit ſanctionem, in hæc verba reſcribens (b) ad Baſſum PP.

(a) Galat. 2.

(b) l. 3. de Epiſc. & cler. C. Theod.

XX. Vetita fraus, non impedita religio.

Cum conſtitutio emiſſa præcipiat nullum deinceps Decurionem, vel ex Decurione progenitum, vel etiam inſtructum idoneis facultatibus, atque obeundis publicis muneribus opportunum, ad clericorum nomen obſequiumque confugere; ſed eos de cætero in defunctorum duntaxat clericorum loca ſubrogari, qui fortuna tenues, neque muneribus civilibus teneantur obſtricti; cognovimus illos etiam inquietari, qui ante legis promulgationem clericorum ſe conſortio ſociaverint. Ideoque præcipimus, his ab omni moleſtia liberatis, illos qui poſt legem latam obſequia publica declinantes ad clericorum numerum confugerunt, procul ab eo corpore ſegregatos, Curiæ ordinibuſque reſtitui, & civilibus obſequiis inſervire. PP. XV. Kal. Aug. Conſtantino A. VI. & Conſtantio Cæſare Coſſ.

XXI. Militiæ detrectatio.

Vix credi poteſt quantum vitare conſueverint olim homines militaria ſacramenta, adeout, ne id facerent, non timuerint ſua atque ſuorum membra ſecare. Et ut omittamus dicere de Cajo Vectieno vulgatum exemplum apud Valerium (c); Suetonius (d) in Octavio meminit Romani equitis, qui duobus filiis adoleſcentibus, detrectandi cauſa ſacramenti, pollices amputavit; idque ipſum factitatum his temporibus, Conſtantini leges (e) ab eo adverſus ejuſmodi promulgatæ fidem certam faciant. Erant haud levia Decurionum munera, ad quæ præſtanda compellebantur qui militare nollent, vel voluntario impedimento non poſſent (f); ut non mirum ſit, ſi eorum vitandorum gratia ſe glomeratim transferrent ad clerum; quos ut probaret Imperator, ſic in clerum eos recipi voluit, ſi antea renunciaſſent patrimonio.

(c) Val. l. 6. c. 3.

(d) Suet. in Octavio c. 24.

(e) l. 1. de fil. milit. C. Theod. & lib. 4. de tyran. eod. eod.

(f) l. 1. 2. de fil. mil. C. Theod.

XXII. Quomodo probarentur futuri Clerici.

Unde S. Ambroſius, agens adverſus Symmachum, hæc habet, ſcribens ad Valentinianum Imperatorem: *At contra nobis etiam privatæ ſucceſſionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur. Non enim putamus injuriam quia diſpendium non dolemus. Si privilegium quærat ſacerdos, ut onus curiale declinet; patria atque avita, & omnium facultatum poſſeſſione cedendum eſt. Quomodo hanc Gentiles, ſi haberent, ingravarent querelam, quod ſacerdos ferias miniſterii ſui emat totius patrimonii ſui damno, & privatus univerſæ commoditatis diſpendio uſum publici mereatur obſequii? prætendens communis ſalutis excubias, domeſticæ inopiæ ſe mercede ſolatur; quia miniſterium non vendidit, ſed gratiam comparavit:* Hæc ipſe; ſed de his alias pluribus.

XXIII. Lex adverſus raptores virginum, & viduarum.

Rurſum vero idem Imperator hoc item anno, iiſdemque Conſulibus, ad coercendam procacem facinoroſum audaciam, adverſus virginum ac viduarum raptores ſeveriſſimam legem edidit, in hæc verba reſcribens ad populum (g): *Si quis nihil cum parentibus puellæ ante depactus, invitam eam rapuerit, vel volentem abduxerit, patrocinium ex ejus reſponſione ſperans, quam propter vitium levitatis & ſexus mobilitatem atque conſilii, a poſtulationibus, & teſtimoniis, omnibuſque rebus judiciariis antiqui penitus arcuerunt; nihil ei ſecundum jus vetus proſit puellæ reſponſio, ſed ipſa puella potius ſocietate criminis obligetur. Et quoniam parentum ſæpe cuſtodiæ nutricum fabulis & pravis ſuaſionibus deluduntur; his primum, quarum deteſtabile miniſterium fuiſſe arguimus, redemptique diſcurſus pœna immineat; ut eis meatus oris, & faucium, qui nefaria hortamenta protulerit, liquentis plumbi ingeſtione claudatur. Et ſi voluntatis aſſenſio detegitur in virgine, eadem qua raptor ſeveritate plectatur; cum neque his impunitas præſtanda ſit quæ rapiuntur invitæ; cum, & domi ſe uſque ad conjunctionis diem ſervare potuerint, & ſi fores raptoris frangerentur audacia, vicinorum opem clamoribus quærere, ſeque omnibus tueri conatibus; ſed his pœnam*

(g) l. 1. de raptor. virg. Cod. Theod.

Digitized by Google

leviorem imponimus, ſolamque eis parentum negari ſucceſſionem præcipimus: Hæc lex; quæ quidem quantumlibet ſevera videatur, hac tamen ex parte, qua ad virginem invaſam, & non clamantem pertinet, longe mitius agit, quam lex divina (*a*), qua jubetur utrumque lapidibus obrui; *Lapidibus* (inquit) *obruatur puella, quia non clamavit cum eſſet in civitate*. Unde bene viſu eſt conſuluiſſe ſibi Suſanna, cum ab adulteris circumdata (*b*) exclamaſſe dicitur voce magna. Sed rurſum lex:

(*a*) Deuter. 22.

(*b*) Dan. 13.

XXIV. Quid in raptores.

*Raptor autem indubitate convictus, ſi appellare voluerit, minime audiatur. Si quis vero ſervus raptus facinus diſſimulatione præteritum, aut pactione tranſmiſſum detulerit in publicum, Latinitate donetur; aut, ſi Latinus ſit, civis fiat Romanus. Parentibus, quorum maxime vindicta intererat, ſi patientiam præbuerint, ac dolorem compreſſerint, deportatione plectendis. Participes etiam, & miniſtros raptoris citra diſcretionem ſexus eadem pœna præcipimus ſubjugari. Et ſi quis inter hæc miniſteria ſervilis conditionis fuerit deprehenſus, citra ſexus diſcretionem eum concremari jubemus. Dat. Kal. April. Aquil. Conſtantino A. ſextum, & Conſtantino * Cæſ. Coſſ.* Conſtantinus (*c*) autem filius Conſtantini ejuſmodi legis ſeveritatem temperavit, capitalem tantum ſententiam raptoribus ac complicibus irrogans; ne (quod ait) ſub ſpecie atrocioris judicii, aliqua in ulciſcendo crimine dilatio naſceretur; in ſervos autem eodem jure manente.

* Conſtantino.

(*c*) l. 1. de raptor. Cod. Theod.

JESU CHRISTI ANNUS 321. | SILVESTRI PAP. ANNUS 8. | CONSTANTINI IMP. ANNUS 16.

I. TRecenteſimus vigeſimusprimus Chriſti annus adeſt, duorum Cæſarum Criſpi, & Conſtantini ſecundo Conſulatu in Faſtis adſcriptus; prorogatus eſt horum Conſulatus ordinarius uſque in Id. Martias, quibus poſtea ex more alii ſuffecti Conſules ſunt ſubrogari, habetur de his vetus monumentum hujuſmodi verbis (*d*):

(*d*) Apud. Caſ. expr. habetur ſermes Plantin. pag. 69. & 22.

DD. NN. CRISPO ET CONSTANTINO JUN. NOBB. CÆSS. ITERUM COSS. IN IDUS MART. COLONI COLONIÆ CONCORDIÆ ULPIÆ TRAJANÆ. AUG. &c.

II. Donatiſtæ relaxati ab exilio.

Hoc anno Imperator Conſtantinus Donatiſtarum precibus fatigatus, quos ex illis in exilium ante annos quatuor condemnavit, indulgens relaxat, Deo relinquens puniendos, quos nulla, vel pœna correpſiſſet, vel ejuſdem Principis clementia emolliiſſet. Quod ad tempus ſpectat; id hoc anno contigiſſe, Sanctus Auguſtinus (*e*) aperte demonſtrat, ſic dicens: *Idem Imperator ad Valerium Vicarium*

(*e*) Aug. poſt collat. Ep. 37.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5814.

SÆC. IV. Anno Urbis 1074. Olymp. 275. an. 1. A. C. 332.

☉ 22. A. ☽ 18. P. 2. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 321.

SILVESTRI PAPÆ 8.

CONSTANTINI 16. LICINII 15.

I. Conſules.

[1] AD num. I. Coſſ. *Criſpus Cæſar II. & Conſtantinus Cæſar II.*

Hic Conſulatus juxta ſecundam regulam ab utroque ſumtus, ob *Quinquennalia* nempe Imperii Cæſares ab utroque hoc anno edita, ut anno antecedenti oſtendimus, utrumque anno CCC. XVII. nuncupatum fuiſſe Cæſarem demonſtrat. Si Conſtantinus M. duo Quindecennalia exhibuit, poſteriora ad hunc annum ſpectant.

II. Quinquennalia Criſpi & Conſtantini junioris.

Ad num. II. & ſeq. Relaxatio *Donatiſtarum* ab exilio horum Quinquennalium effectus. Annis enim quibus id genus ſolennia celebrata, & indulgentia criminum, & indulgentia debitorum, ut Antiqui vocabant, concedi ſolita. His itaque Conſulibus Epiſcopi partis Donati libel-

III. Donatiſtis libertas religionis ſua exercenda conceſſa.

NOTÆ [1] COſſ. *Criſpus Cæſar II. & Conſtantinus Cæſar II.* Gruterus pag. CCCLXII. 2.

D D. N N. C R I S P O. E T C O N S T A N T I N O. J U N. N O B B. C Æ S S. I T E R U M I N. I D U S. M A R T. C O N S S.

Ibid. pag. CCCLXIII. 4. & apud Thomaſinum de teſſer. hoſpitalit. cap. III. & apud Fabrettum pag. 364. num. 108. In tabella ænea:

D D. N N. C R I S P O. E T. C O N S T A N T I N O N O B B. C Æ S S. I T. C O S S. X. K A L. M A I.

Item vide aliam ejuſmodi ibidem apud Thomaſinum n. 3.

Nu-

vium de illorum exilio ſoluto, & eorum furore Deo vindici dimittendo, litteras dedit, Criſpo & Conſtantino iterum Conſulibus, tertio Nonas Majas, id eſt, poſt quartum annum, & menſem ferme ſextum: Hæc ipſe. Sed Verinum, pro Valerio, legendum puto; tum quod in Codice Theodoſiano (*a*) plura ejuſdem Imperatoris ad Verinum Vicarium in Africa reſcripta data diverſis temporibus reperiantur (plures enim annos ipſum in eo magiſtratu egiſſe apparet) tum quod idem S. Auguſtinus ad populum factionis Donatiſtarum reſcribens ex Cirtenſi Concilio, Verinum, non Valerium eumdem nominat, dicens (*b*): *Tertio protulerunt litteras ejuſdem Conſtantini ad Vicarium Verinum datas, ubi eos graviter deteſtatur, & propterea dicit ſic exilio relaxandos, & furori ſuo dimittendos, quia jam cœperat Deus in illos vindicare:* Hæc ibi. Atque quænam fuerit vindicta a Deo in eos immiſſa, haud habetur expreſſi. Idem de iis ipſis litteris hæc alibi (*c*): *Recitantes ipſius Conſtantini litteras ſcribentis ad Verinum Vicarium, ut libero eos dimittat arbitrio; ſe juſſiſſe inſinuant, ut de exilio remearent. In quibus litteris Conſtantinus ſic eos deteſtatur, ut nihil illa indulgentia poſſit deformius inveniri.* At quid poſt hæc Donatiſtæ tentarint, dicendum.

(*a*) l. 1. de famoſis libel. C. Theod. & aliis.

(*b*) Auguſt. epiſt. 152.

(*c*) Auguſt. in Brev. coll. die 3. c. 23.

III. Donatiſtarum nova fraus.

Cum enim jam diutius apud Conſtantinum clamoribus egiſſent; & nihil ſibi profuiſſe, experimento ſenſiſſent, omniaque ſua ipſorum ſtudia prorſus irrita reddita eſſe, atque in caput (quod dicitur) ſuum eſſe converſa, novum ineunt conſilium, novaſque artes moliuntur, nempe ſilentio rem agere, atque latenter ſerpere adnitique totis viribus, ut, quod deeſſe videbatur, nomen ſibi Catholicum compararent. At quoniam ſcirent apud omnes exploratiſſimum eſſe, & in univerſa Catholica Eccleſia in confeſſo haberi, nonniſi ex communicatione cum Romano Pontifice quempiam nanciſci poſſe Catholicum nomen; ut id etſi non vere, ficte tamen, & velut quadam impoſita larva, nonnihil ſaltem aſſequerentur; eo ſtultitiæ adacti ſunt, ut ſtatuerint ex ſuis quempiam creare Epiſcopum, quem Romam amandarent, ut illic ageret, ibique ſuæ communicationis homines colligeret, ac ſic gloriarentur ſe Romæ habere Epiſcopum, ac proinde nomen Catholicum promereri, eo namque prætextu, quod quidam Africani ſuæ communicationis homines Romam tranſmigraſſent, ac petiiſſent, ſibi mitti qui eos colligeret Epiſcopum, ſed re vera ut Romano Pontifici communicatione eſſe conjunctos, ſe jactare, vel ſpecie tenus poſſent, id totum ſunt operati. Vides, lector, tamquam in Orcheſtra ludentes mimos, quos cuperem a Novantibus ſerio inſpici, atque ab iiſdem rem attentius conſiderari, & quid in his referet antiquitas veneranda, exacte diſquiri; ubi, inquam, & penes quam Eccleſiam ſit fons Catholici nominis, cum & perditiſſimi licet homines, atque impudentiſſimi, non tamen eo prorſus dementiæ venerint atque procaciæ, ut aliunde Catholicum nomen ſibi petendum eſſe putarent, quam ab ipſa Romana Eccleſia; licet fodientes ciſternas diſſipatas, illud ſibi adſciſcere ſatagerent, & quomodocumque ſubripere, atque nomine tenus ſaltem e Romano ſolo in Africam derivare.

IV. Epiſcopi Donatiſtæ Romæ.

Soluti igitur ab exilio Donatiſtarum principes, iis ipſis (ut par eſt exiſtimare) Silveſtri Papæ temporibus Romam miſerunt Victorem quemdam Garbienſem, qui Epiſcopum ageret, cui alius poſt alium, uſque ad ea tempora quibus Optatus Milevitanus contra Parmenianum ſcribebat, ſuffecti ſunt quinque, nempe Bonifacius, Encolpius, Macrobius, Lucianus, ac noviſſime Claudianus, qui tunc ſedebat, cum Siricius (*niſi textus ſit depravatus*) Romæ Pontifex eſſet; ab hocque tempore ſicut ſex numerantur Catholicæ communionis Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi ſibi invicem ſuccedentes, ita totidem recenſentur ſchiſmatis Donatiſtarum in

PAGIUS

bellum dederunt Conſtantino, poſcentes ut *Silvanum* & Collegas ab exilio revocaret, neve ad communionem *Cæciliani* cogerentur. Reſcripſit Conſtantinus ad *Verinum* Vicarium Africæ, ſe juſſiſſe ſignificans, ut Donatiſtæ de exilio remearent. Baronius hoc reſcriptum quidem commemoravit; *ſed* nullam mentionem fecit libelli Donatiſtarum: cum tamen eo reſcripto Conſtantinus libello Donatiſtarum reſponderit; propterea quod Baronius capita Geſtorum Collationis tertiæ Carthaginenſis non legerat, in quibus id diſerte ſcriptum habetur, ut *notat* Valeſius in Diſ-

NOTÆ

Numiſma *Criſpi* apud Patinum pag. 467. ubi *Criſpus* N. C. COS. II. cum epigraphe *Beata tranquillitas*, & in baſi ſeu ara VOTIS XX. Item nummi *Criſpi* in Muſeo Theupol. pag. 340. in quorum poſtica lemma: *Virtus exercit.* Et labarum, in quo VOT. X. In alio VOT. V. & in ambitu: *Cæſarum noſtrorum*. De votis quinquennalibus Criſpi Pagius hic, & A. D. 320. n. VI. Vulgares Faſti: *Criſpo II. & Conſtantino II.* In Proſperi Chronico, & Libello de Præf. Urb. pro *Conſtantino* legitur *Conſtantio*, mendoſe.

Criſpus in nummis ut diximus *Fl. Julius* appellatur. In lapidibus interdum *Flavius Valerius*, ut apud Gruterum pag. CCCLXXXIV.

Digitized by Google

in Urbe Epiſcopi, ſed verius Antichriſti, qui vel ex Africa mittebantur ordinati Antiſtites, vel (quod ait S. Auguſtinus *a*) ex Africa alii Epiſcopi Donatiſtæ ad eum ordinandum Romam pergerent. At Optatus ipſe omnem horum machinationem inſtar turris Babel in excelſum erectæ (nam & Montenſes dici voluerunt) una argumentatione diſſolvit, funditusque disjecit, oſtendens non habere ſolidum, quo ſubſiſteret, fundamentum, nec ſupra petram eſſe ædificatam, dum nullam haberet manantem a Petro ſucceſſionem, ex quo Catholica Eccleſia veræ unitatis ſoliditate compaginata omnibus innoreſceret. Sic igitur Parmenianum compellat (*b*):

(a) Aug. de hæreſ. c. 69.

(b) Optat. lib. 2.

V.

Ex legitima ſucceſſione vere Catholici cognoſcuntur.

Videndum eſt, qui, & ubi prior cathedra ſederit: Si ignoras, diſce; ſi noſti, erubeſce. Ignorantia tibi adſcribi non poteſt; reſtat ergo, ut noveris. Scientem errare, peccatum eſt; nam ignorantibus nonnunquam ſolet ignoſci. Igitur negare non potes, ſcire te, in urbe Roma Petro primo cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, unde & Cephas eſt appellatus (a Græca voce deducta interpretatione, a Syriaca vero petram duriſſimam ſonat) in qua una cathedra unitas ab omnibus ſervaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderet; ut jam ſchiſmaticus, & peccator eſſet, qui contra ſingularem cathedram alteram collocaret. Ergo cathedra unica, quæ eſt prima de dotibus, ſedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus, Lino ſucceſſit Clemens, Clementi Anacletus &c. ſic numerans uſque ad noviſſimum tunc ſedentem Siricium, *qui* (inquit) *noſter eſt ſocius; cum quo nobis totus Orbis commercio Formatarum in una communionis ſocietate concordat.* At de ipſis mox ſubdit.

VI.

Abſque antiqua ſucceſſione Donatiſtæ.

Veſtræ cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vendicare. Sed & habere vos in urbe Roma partem aliquam dicitis; ramus eſt veſtri erroris, protentus de mendacio, non de radice veritatis. Denique ſi Macrobio dicatur: Ubi illic ſedeat? numquid poteſt dicere: In cathedra Petri? quam neſcio ſi vel oculis novit, & ad cujus Memoriam non accedit, quaſi ſchiſmaticus contra Apoſtolum faciens, qui ait (*c*): *Memoriis ſanctorum communicantes. Ecce præſentes ſunt ibi duorum Memoriæ Apoſtolorum: Dicite, ſi ad has ingredi potuit, ita ut obtulerit illic, ubi ſanctorum Memorias eſſe conſtat. Ergo reſtat, ut fateatur ſocius veſter Macrobius, ſe ibi ſedere, ubi aliquando ſederit Encolpius. Si, & ipſe Encolpius poſſet interrogari, diceret ſe ibi ſedere, ubi ante ſedit Bonifacius Ballitanus. Deinde, ſi & ipſe interrogari potuiſſet, diceret, Ubi ſedit Victor Garbienſis, a veſtris jamdudum de Africa ad paucos erraticos miſſus. Quid eſt hoc, quod pars veſtra in urbe Roma Epiſcopum civem habere non potuit? Quid eſt, quod toti Afri, & peregrini in illa civitate ſibi ſucceſſiſſe noſcuntur? Non apparet dolus? non factio, quæ mater eſt ſchiſmatis? Interea Victor Garbienſis, ut hinc prior mitteretur (non dico lapis in fontem, quia nec valuit puritatem Catholicæ multitudinis perturbare) ſed quia quibuſdam Afris urbica placuerat commeatio; & hinc a vobis profecti videbantur; ipſi petierunt, ut aliquis hinc, qui illos colligeret, mitteretur. Miſſus eſt igitur Victor. Erat ibi filius ſine patre, tiro ſine principe, diſcipulus ſine magiſtro, ſequens ſine antecedente, inquilinus ſine domo, hoſpes ſine hoſpitio, paſtor ſine grege, Epiſcopus ſine populo; non enim grex aut populus appellandi fuerunt pauci, qui inter quadraginta, & quod excurrit baſilicas, locum ubi colligerent non habebant. Sic ſpeluncam quamdam foris a civitate gradibus ſepſerunt, ubi ipſo tempore conventiculum habere potuiſſent; unde Montenſes appellati ſunt. Igitur, quia Claudianus Luciano, Lucianus Macrobio, Macrobius Encolpio, Encolpius Bonifacio, Bonifacius Victori ſucceſſiſſe videntur; ſi Victori diceretur, Ubi ſederit? nec ante ſe aliquem illic fuiſſe monſtraret, nec cathedram aliquam niſi peſtilentiæ oſtenderet; peſtilentia enim morbis extinctos homines ad inferos mittit; qui inferi portas ſuas habere noſcuntur, contra quas portas claves ſalutares accepiſſe legimus Petrum, Principem ſcilicet noſtrum, cui a Chriſto dictum eſt* (*d*): *Tibi dabo claves regni cælorum, & portæ inferorum non vincent eas. Unde eſt ergo, quod claves regni vobis uſurpare contenditis, qui contra cathedram Petri veſtris præſumptionibus, & audaciis ſacrilegio militatis?* hæc, & alia plura in eum; atque demum: *Jam ne vides, frater Parmeniane, jam ne ſentis, jam ne intelligis, te argumentis tuis contra te militaſſe? cum probatum eſt, nos eſſe in Eccleſia ſancta Catholica, apud quos & ſymbolum Trinita-*

(c) Rom. 12.

(d) Matt. 16.

tis

PAGIUS Diſſert. de Schiſmate Donatiſtarum cap. 27. Hæc Auguſtini verba in c. 544. *Proſecutio Donatiſtarum, quæ Principi Conſtantino Libellum aſſerunt proprios dediſſe majores, & eo Principem motum ſuum agendi eis dediſſe licentiam. Recitatio Libelli,* &c. *Proſecutio Catholicorum, quæ aſſerunt præſe facere Libellum, quem recitaverunt Donatiſtæ. Interlocutio Catholicorum dicto confirmans, & reſcriptum Conſtantini præcipiens recitari. Ubi recitatur epiſtola Conſtantini ad Verinum Vicarium deſtinata, quæ libertatem agendi* (quod vulgo dicere ſolemus libertatem conſcientiæ) *tribuit Donatiſtis*

ſtis

tis eſt; & per cathedram Petri, quæ noſtra eſt, & cæteras dotes, apud nos eſſe etiam ſacerdotium: Hæc Optatus. Iiſdem plane argumentis, nempe ex ſucceſſione cathedræ Petri, & ex uſu Formatarum cum Romana Eccleſia, S. Auguſtinus eoſdem confutat Donatiſtas, ſcribens ad Generoſum (*a*) atque Eleuſium & alios, contra Fortunatum Donatiſtam (*b*).

(a) *Auguſt. epiſt.* 165.
(b) *Auguſt. epiſt.* 163.

VII. Quod igitur conarentur Donatiſtæ aucupari nomen Catholicum ex communicatione cum Epiſcopo Romæ agente; haud vulgares perſonas Romam mittebant Epiſcopos, ſed quos ſcirent inter ſe eſſe omnium diſertiſſimos, quique vitæ ſanctimoniam præſeferrent; quod poſſumus intelligere ex uno illorum ſex, ſuperius recitato Macrobio, de quo ita Gennadius (*c*): *Macrobius presbyter & ipſe (ut ex ſcriptis Optati cognovimus) Donatiſta, & ſuorum poſtea in urbe Roma occultus Epiſcopus fuit; ſcripſit, cum adhuc in Eccleſia Dei presbyter fuiſſet, ad Confeſſores, & ad Virgines librum unum, moralis quidem, ſed valde neceſſariæ doctrinæ, & præcipuæ, ad cuſtodiendam caſtitatem aptiſſimis valde ſententiis communitum. Claruit inter noſtros primum Africæ, & inter ſuos, id eſt, Donatianos, ſive Montenſes, poſtea Romæ:* Hæc ipſe.

Macrobius Donatiſta.

(c) *Gennadius de Script. Eccl.* c. 5.

VIII. Quod vero ad Montenſium nomen ſpectat; primam originem nominis hujus deprehendimus in Feliciſſimo ſchiſmaticorum anteſignano tempore Cypriani, de quo ſecundo Annalium tomo ex eo diximus & manaſſe Novatum; indeque putamus accidiſſe, quod ſanctus Epiphanius (*d*) Novatianos, Montenſes Romæ vocatos ait. Quorum igitur æmulati ſunt in ſchiſmate ſtudia, & in rebaptizatione impietatem, eorumdem quoque nomen fuerunt conſecuti, ut & ipſi Montenſes ſint dicti; a loco pariter ejuſmodi nomenclaturam captantes, dum excluſi ab Urbe, in montibus proximis agerent, atque conventicula celebrarent. Eodem quoque nomine Sanctus Hieronymus, nempe Montenſes, Donatiſtas appellat, dum hæc ait (*e*): *Nuper, cum Rheticii Auguſtodunenſis Epiſcopi, qui quondam a Conſtantino Imperatore ſub Silveſtro Epiſcopo ob cauſam Montenſium miſſus eſt Romam, commentarios in Canticum Canticorum perlegiſſem,* &c. Quod autem ab aliquibus creditum eſt, Sanctum Hieronymum memoria lapſum, dum quod factum eſt ſub Melchiade (ut ſuperius apertiſſime cum ex Optato, tum etiam ex Auguſtino demonſtravimus) ad Silveſtri tempora refert; non adeo leviter id admitterem; cum facile potuerit contigiſſe, eumdem iterum Romam ſub Silveſtro miſſum fuiſſe; cum præſertim Melchiadis tempore nondum Donatiſtæ fuerint appellati Montenſes, ſed tunc primum, cum, Romæ cœperunt habere Epiſcopum. Quos igitur idem S. Hieronymus Montenſes nominat Donatiſtas, eoſdem alibi, agens adverſus Luciferianos (*f*), Campitas appellat, quod in campis ſuos colligerent; cæterum eoſdem quoque Donatiſtas Romæ agentes S. Auguſtinus (*g*) non tantum Montenſes, ſed Rupitanos a rupe nominat, licet alias (*h*) mendoſe Cutupitas legatur, pro Corrupitas. Imperatorio item edicto (*i*), iidem Donatiſtæ Montenſes ſunt appellati. At de nomine ſatis.

(d) *Epiph. in Ancorato, & hæreſi* 59. *in fin.*

Donatiſtæ cur dicti Montenſes.

(e) *Hieron. epiſt.* 133.

(f) *Hier. adverſ. Lucifer. in fin.*

(g) *Aug. de unit. Eccl.* c. 3. *tit.* 3.

(h) *Idem. de hæreſ.* c. 69.

(i) *l.* 43. *de hæret. Cod. Theod.*

IX. Conſtat inſuper, infeliciſſimos ac perditiſſimos homines, qui ex Traditoribus (quod diximus) ſchiſmatici facti ſunt, in deterius prolabentes, hæreticos evaſiſſe, & cum Novatianis iterum baptizaſſe, quod & Optatus objicit in Parmenianum (*k*). Fuit & illa peculiaris Donatiſtarum hæreſis, qua aſſererent, Eccleſiam ibi eſſe non poſſe, ubi peccatum eſt; cui quidem poſitioni cum ex illis unus adverſaretur Ticonius acris ingenii, & excultæ eruditionis vir, affirmans nullius hominis quamvis immane, & ſceleratum facinus fidem Chriſtianam, & Sanctam Eccleſiam maculare poſſe; ab eorum Epiſcopo Parmeniano primum epiſtola ſcripta correptus, deinde ab eiſdem Donatiſtis fuit coacto Concilio condemnatus; quæ omnia pluribus referat Auguſtinus (*l*); qui & de eorum dogmatibus copioſius agens hæc ait (*m*): *Poſt cauſam cum eo dictam* (Cæciliano videlicet) *atque finitam, falſitatis rei deprehenſi, pertinaci diſſenſione firmata, in hæreſin ſchiſma verterunt; tanquam Eccleſia Chriſti propter crimina Cæciliani, ſeu vera, ſeu (quod magis Judicibus apparuit) falſa, de toto terrarum orbe perierit, ubi futura promiſſa eſt, atque in Africa Donati parte remanſerit, in aliis terrarum partibus quaſi contagione communionis extincta. Audent etiam rebaptizare Catholicos, ubi ſe amplius hæreticos eſſe firmarunt; cum Catholicæ Eccleſiæ univerſæ placuerit, nec in ipſis hæreticis baptiſma commune reſcindere.*

Donatiſtæ facti hæretici.

(k) *Optat. lib.* 2.

(l) *Auguſt. contra ep. Parmen. l.* 1. *c.* 1.

(m) *Aug. de hæreſ. c.* 69.

X. Subdit de eorum coryphæo Donato Epiſcopo Carthaginenſi, qui de ſanctiſſima Trinitate haud recte ſenſerit, quod ex ejus ſcriptis elicuit; id enim nec ignoravit S. Hieronymus, de quo ſic ſcribit (*n*): *Extant ejus multa ad ſuam hæreſin pertinentia, & de Spiritu ſancto liber, Aria-*

Donatus factus Arianus.

(n) *Hieron. de Script. Eccleſ. in Donato.*

PAGIUS *tiſtis, Profecutio Catholicorum, quæ dicit pro ſe magis facere epiſtolam Conſtantini, quia non de Cæciliano aliquid judicatum eſt, ſed furori ſuo ipſi permiſſi ſunt. Ubi Donatiſta petupt, ut Judex de permiſſa ſibi a Conſtantino arbitrii libertate pronuntiet.*

Ariano dogmati congruens. *Verum* (inquit Auguſtinus *a*) *in hunc, quem de Trinitate habuit, ejus errorem, Donatiſtarum multitudo intenta non fuit; nec facile in eis quiſquam, qui hoc illum ſenſiſſe noverit, invenitur:* & paulo poſt: *Ad hanc hæreſin in Africa, & illi pertinent, qui appellantur Circumcelliones.* Ac de his ſuo loco dicendum; de aliis rebus geſtis a Donatiſtis, qui multis ſæculis obſtinatiori in dies animo Dei Eccleſiam Catholicam infeſtarunt, ſingulis annis quibus contigerunt, agemus.

(a) Aug. de hæreſi c. 69.

XI. Hoc eodem anno, iiſdemque Conſulibus, Conſtantinus Imp. de feriando die Dominico ejuſmodi edidit ſanctionem (*b*): *Sicuti indignisſimum videbatur, diem Solis venerationis ſuæ celebrem, altercantibus jurgiis, & noxiis partium contentionibus occupari; ita gratum ac jucundum eſt, eo die, quæ ſunt maxime votiva, compleri. Atque ideo emancipandi atque manumittendi die feſto cuncti licentiam habeant, & ſuper his rebus actus non prohibeantur. PP. quinto Nonas Junii, Caralis, Criſpo ſecundo, & Conſtant. ſecundo Coſſ.* Ac rurſus de eodem die (*c*): *Omnes Judices, Urbanæque plebes, & cunctarum artium officia venerabili die Solis quieſcant. Ruri tamen poſiti agrorum culturæ libere libenterque inſerviant; quoniam frequenter evenit, ut non aptius alio die frumenta ſulcis, aut vineæ ſcrobibus mandentur; ne occaſione momenti pereat commoditas cæleſti proviſione conceſſa. Dat. Non. Martii, Criſpo ſecundo, & Conſtantino ſecundo Coſſ.*

(b) l. 3. C. de feriis.

De feriatione diei Dominicæ.

(c) l. 2. de fer. Cod. Theod.

XII. Quod autem eumdem diem non Eccleſiaſtico more Dominicum appellat, ſed more Gentilium Solis, inde colligi poteſt, non Chriſtianis ſolum, ſed Gentilibus eamdem legem ab ipſo præſcriptam, ob idque uſum eſſe illis peculiari nomenclatura. Teſtatur enim Euſebius (*d*), eamdem feriationem diei Dominici fuiſſe quoque Gentilibus militibus imperatam; ac non illum tantum diem; ſed ut etiam in honore haberent eum qui Sabbatum præcedit, ſtatuiſſe, idem auctor affirmat, atque in primis hæc ait (*e*): *Idoneum vero precationi tempus ſalutarem diem Dominicum conſtituebat; quippe qui tum vere præcipuus eſt, tum haud dubie primus:* ac paulo poſt: *Satellites etiam fidei corporis cuſtodes benevolentia ergo Principem, & fide armati, Regem ipſum, piorum morum præceptorem ſequebantur; cum ipſi perinde ſalutarem, & Dominicum diem venerarentur, & preces ab Imperatore deſcriptas eodem die perſolverent. Hoc idem ut facerent, omnibus perſuaſit beatus Princeps, quaſi hue preces ſuas retuliſſet, ut ſenſim & pedetentim mortales omnes ad Dei cultum traduceret. Quapropter ſtatuit, ut cuncti Romano Imperio parentes, diebus de Salvatoris nomine nuncupatis, ab omni opere feriarentur; ut etiam dies qui Sabbatum antecederent venerarentur, ob memoriam (ut mihi videtur) earum rerum, quæ iis diebus a communi omnium Salvatore fuerunt geſta.*

Gentilibus etiam lex præſcripta.

(d) Euſeb. in vita Conſtant. l. 4. c. 19.

(e) Euſeb. ubi ſupra c. 18.

Cumque hunc ſalutarem diem, quem Lucis vel Solis diem appellamus, univerſum exercitum omni ſtudio colere docuiſſet; iis quę divino inſtinctu fidem ſecuti erant, otium fecit, ut libere poſſent Eccleſiam Dei frequentare, quo ſine ullo impedimento preces Deo perſolverent. Sed aliis, qui nondum divinam guſtarant doctrinam, alia quadam lege mandavit, ut Dominicis diebus in patentes ſuburbiorum campos exirent, atque ut ibi eadem precationis forma, dato ab uno aliquo ſigno, omnes ſimul ad Deum uterentur. Non enim oportere, ajebat, haſtis uti, & rerum ſuarum ſpem in armis aut corporum viribus ponere; ſed univerſitatis Deum, rerum omnium bonarum, & ipſius victoriæ auctorem agnoſcere; cui oportere, panſis in cælum manibus, & ſublatis altiſſime ad Deum cæleſtem Regem mentis oculis, conſtitutas preces reddere; ut illum victoriæ largitorem, & conſervatorem, cuſtodem nobis, adjutoremque precibus imploramus. Formulam vero precandi ipſe omnibus militibus præſcripſit, mandavitque ut Romana lingua ita omnes precarentur. XIII.

Deus verus ab omnibus rogandus.

Te ſolum Deum agnoſcimus; te Regem profitemur; te adjutorem invocamus; per te victorias conſecuti ſumus; per te hoſtes ſuperavimus; abs te & præſentem felicitatem conſecutos fatemur, & futuram adepturos ſperamus; tui omnes ſupplices ſumus. Abs te petimus, ut Conſtantinum Imperatorem noſtrum una cum piis ejus liberis, quam diutiſſime nobis ſalvum, & victorem conſerves: Ejuſmodi fere ſanciebat a militibus Solis die fieri, taleſque ab iis voces in divinis precibus adhiberi: Hucuſque Euſebius. Porro quod ſpectat ad ejus diei feriationem, & cultum; in Eccleſia antiquiſſimum fuiſſe, dictum eſt primo Annalium tomo, ubi plura de die Dominico. XIV.

Militibus precandi ritus præſcriptus a Conſtantino.

Quod autem ait Euſebius, ab eodem Imperatore ſtatutum, ut diem, qui Sabbatum præcedit, populus veneraretur; de die Veneris, quam ſextam feriam dicimus, ferianda, eſſe intelligendum, admonet Sozomenus, qui cuncta hæc paucis perſtringens ſic refert (*f*): *Legem etiam tulit, ut tum die Dominico, quem Hebræi appellant primum diem hebdomadæ, vel Sabbati, Græci autem Solis nomine nuncupant, tum die Veneris omnes a judiciis dandis, & aliis obeundis negotiis vacarent, precibuſque, & obteſtationibus Deum colerent. Diem autem Dominicum veneratus eſt, utpote in quo Chriſtus reſurrexerit a mortuis; diem vero Veneris,* XV.

(f) Sozom. 1. c. 8.

Feria ſexta in honore habenda.

utpote

utpote in quo Cruci ſuffixus fuerit; nam ſanctæ Cruci plurimum tribuit honores, cum propter ſubſidia in bello contra hoſtes gerendo ex ejus virtute ſibi allata, tum propter divinam ſibi de ea oblatam viſionem: Hæc de his Sozomenus; reliqua autem ad pium quoque ritum ſpectantia ab eodem ſtatuta, inferius dicenda ſunt.

XVI. Legibus urget maleficos Imp.

Rurſum hoc eodem anno iiſdem Conſulibus Criſpo, & Conſtantino (licet mendoſe legatur, Conſtantio) adverſus maleficos & incantatores Conſtantinus Imperator ad Baſſum Præfectum Prætorio in hæc verba reſcripſit (a):

(a) l. 4. C. de maleſic.

Eorum eſt ſcientia punienda, & ſeveriſſimis merito legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra ſalutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflexiſſe detegentur. Nullis vero criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quæſita corporibus, aut in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia; ne maturis vindemiis metuerentur imbres; aut venti grandiniſque lapidatione quaterentur, quibus non cujuſquam ſalus aut æſtimatio læderetur, ſed quorum proficerent actus, ne divina munera, & labores hominum ſternerentur. Dat. X. Kalend. Jul. Aquileja, Criſpo, & Conſtantio * *Coſſ.* Habet autem ejuſmodi ſubobſcurum reſcriptum in Codice Theodoſiano hanc dilucidam antiquam interpretationem (b): *Malefici, vel incantatores, vel immiſſores tempeſtatum, vel hi qui per invocationem dæmonum mentes hominum turbant, omni genere pœnæ puniantur.*

*Conſtantino.

(b) Poſt. legem 3. de maleſic. Cod. Theod.

XVII. Quomodo Eccleſia bonis aucta.

Inſuper vero idem Auguſtus pro Chriſtiana religione in libertatem vindicanda, quæ hactenus Gentilium Imperatorum oppreſſa tyrannide fuerat, & ſervitute, ad Populum Romanum ſcribens, ejuſmodi edidit ſanctionem (c) ad ampliandas Eccleſiarum facultates accommodatam.

(c) l. 4. de Epiſc. & cler. C. Theod.

Habeat unuſquiſque licentiam ſanctiſſimo Catholico venerabilique Concilio decedens bonorum quod optavit relinquere; non ſint caſſa judicia. Nihil eſt quod magis hominibus debetur, quam ut ſupremæ voluntatis, poſtquam aliud jam velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licens, quod iterum non redit, arbitrium. PP. V. Non. Julii, Rom. Criſpo II. & Conſtantino II. Cæſ. Coſſ. Appellat Concilium, Eccleſiam; eo enim nomine antiquitus in rebus Eccleſiaſticis ipſam Eccleſiam uſurpari ſolitam, pluribus diximus in noſtris Notis (d). Mirum dictu relaxata ſemel libertate Fidelium in relinquendis ultima voluntate ſuis bonis Catholicæ profeſſionis Eccleſiis; adeo auctæ ſunt illarum divitiæ, ut poſteriores Imperatores, veriti ob eam cauſam Reipublicæ detrimentum, & paupertatem, conati ſint iterum ejuſmodi profuſis largitionibus cohibere Fideles, ſed hi quinam fuerint, & quando id acciderit, ſuo loco dicturi ſumus; eſt enim de his juſta querela S. Ambroſii agentis adverſus Symmachum ad Valentinianum Auguſtum.

(d) Not. ad Rom. mar. die 23. jun. c.

XVIII. Conſtantinus in deterius prolapſus.

Sed quem hactenus tot tantaque adeo inſignia pro Chriſtiana religione hoc anno atque ſuperioribus temporibus ſtatuiſſe vidimus, tum ex ſcriptis hiſce ab eo legibus, tum ex aliis citatis auctoribus; In fine tamen hujus ipſius anni (o dolendum facinus!) minus plane dignum, atque adeo abhorrens a Chriſtiano Imperatore reſcriptum dediſſe ad Maximum Præfectum Urbis apparet, quo Aruſpices conſulendos eſſe decernit; extat illud in Codice Theodoſiano his verbis conſcriptum (e).

(e) l. 2. de Pagan. C. Theod.

XIX.

Imperator Conſtantinus Auguſtus ad Maximum: erat hic Præfectus Urbis, ut ex Græcis Præfectorum Indicibus conſtat (f); ſed reſcriptum ſic ſe habet:

(f) Apud Cuſpin. de Conſul. hoc anno.

Si quid de Palatio noſtro aut cæteris operibus publicis degustatum * *fulgore* * *eſſe conſtiterit; retento more veteris obſer-*

* devaſtatum.

* fulgure.

PAGIUS

IV. *Conſtantinus in deterius non eſt prolapſus.*

Ad ann. XVIII. & ſeqq. Exiſtimavit Baronius, Conſtantinum M. præſenti anno in deterios prolapſum eſſe, quod edictum pro *Haruſpicina* emiſerit. Sed cum nullus ex Antiquis hujus edicti occaſione Conſtantinum reprehenderit, quod a Religione defecerit, aut ad avitam ſuperſtitionem redierit, jure merito Gothofredus in Commentario L. 1. Codicis Theod. *De Paganis*, & ex eo Morinus in Hiſtoria Gallica de liberata Eccleſia per Conſtantinum lib. 2. hujus Imperatoris defenſionem ſuſcepere. *Conſtantinus* itaque ea Lege licentiam tam Senatui, quam privatis facit *Haruſpices* Romæ conſulendi, ac nominatim de fulguris tactu; unde etiam *Fulgurratores* Haruſpices dicti, quorum ſcientia circa hæc tria verſabatur, circa exta, fulgura, & omnia, teſte Cicerone lib. 2. de Divinat. Hæc & ante biennium ferme quoque mens eidem Conſtantino fuit, ut liquet ex Lege 1. & 2. Codicis Theod *De maleficis*. Verum quæ in illis omnibus Legibus conſtituuntur, non fuere Conſtantini *Haruſpicinam* probantis, ſed tantum in aliis hactenus permittentis, quod ei nempe tum abolendæ par nondum eſſet. Hoc enim aperte hæc Conſtantini verba in Lege 3. *De maleficiis* ad Maximum Præfectum Urbis manifeſte indicant: SUPERSTITIONI *enim ſuæ ſervire cupientes, poterunt publice ritum proprium exercere*. Vides, *ſuperſtitionem* hanc a Conſtantino vocari, qui & dicta Lege 2. ad Populum ait: *Qui vero id vobis* AESTIMATIS *conducere, adite aras publicas atque delubra:* & CONSUETUDINIS VESTRÆ *celebrate* SOLEMNIA. *Nec enim* PROHIBEMUS PRÆTERITÆ USURPATIONIS *officia libera luce tractari*? Quæ Conſtantini fidem animumque ab omni ſuperſtitione averſum manifeſte produnt.

V. *Conſtantinus Eccleſia favet.*

Et ſane quæ Conſtantinus mox hoc ipſo anno Eccleſiæ bono fecit Lege 4. Codicis Theod. *De Epiſcopis* hanc ſuſpicionem eluunt: quæ, inquam, conſtituit de teſtamenti factione paſſiva Eccleſiis tributa, & quidem edicto ad Populum Roma-

num

Digitized by Google

De Aruſpicibus conſulendis.

ſervantiæ, quid portendat, ab Aruſpicibus requiratur, & diligentiſſime ſcriptura collecta, ad noſtram ſcientiam referatur; cæteris etiam uſurpandæ hujus conſuetudinis licentia tribuenda, dummodo ſacrificiis domeſticis abſtineant, quæ ſpecialiter prohibita ſunt. Eam autem denunciationem atque interpretationem, quæ de tactu Amphitheatri ſcripta eſt, de qua ad Heraclianum Tribunum, & Magiſtrum Officiorum ſcripſerat, ad nos ſcias eſſe perlatam. Dat. XVI. Kal. Jan. Serdicæ * Sardicæ *Acc. VIII. Id. Mart. Criſpo II. & Conſtantino II. CC. Coſſ.* Poſiti Conſules ad datam potius, quam ad acceptam referendi ſunt. Remanſit ejuſmodi reſcriptum poſteris, Conſtantini perperam facti notis expreſſum.

XX. (a) Zoſim. lib. 2. Quid Zoſimus de Conſtantini religione.

Ex quo puto perſuaſum Zoſimum (a) aperte teſtari, Conſtantinum uſque ad hæc tempora Gentilitiam ſuperſtitionem eſſe ſectatum, licet invitum, nempe ut Senatui morem gereret; ſed reddamus hic verba ejus in ipſum obloquentis. *Poſteaquam* (inquit) *univerſum Imperium ad unius Conſtantini poteſtatem rediiſſet; non jam amplius inſitam a natura malitiam tegebat; ſed indulgens animi libidini, omnia pro Imperio agebat. Et patriis adhuc ſacris utebatur, non tam honoris cauſa, quam neceſſitatis; quo fiebat, ut & Ariolis (ſi qui eſſent experientes) fidem haberet; veluti qui vera et de rebus omnibus feliciter geſtis prædixiſſent. At ubi Romam venit, omnis arrogantiæ plenus, ab ipſo hoc ſibi ſumendum impietatis exordium putavit, &c.* pergit narrare de nece Criſpo illata, de quo ſuo loco dicturi ſumus.

XXI. Calumnia Zoſimi refellitur.

At quam procul a ſcopo veritatis aberret, dum ſive rerum geſtarum ignoratione, ſive privati affectus amaritudine, quo Ethniciſmo ſtudens, in eum, ut avitæ ſuperſtitionis deſertorem, omne malevolentiæ virus evomuit, cum ait eum ad hæc tempora Gentilitiam ſuperſtitionem ſectatum eſſe: innumeræ plane leges, & edicta ſingulis propemodum annis ſuperius recitata, & quæ ab Euſebio atque cæteris Græcorum antiquorum hiſtoricis, aliiſque probatæ antiquitatis monumentis ſunt crebrius recenſita, plane exploratiſſimam fidem ſinceræ veritatis faciunt. Atque ut vel unum tantum hic revocem in memoriam, ipſo ejus exordio ſuſceptæ fidei, ante annos propemodum decem, cum interpellatus eſt Judex a Donatiſtis in cauſa Cæciliani, ad eos hæc verba reſpondit (b): *Petitis a me in ſæculo judicium, cum ego ipſe Chriſti judicium exſpectem.* Sunt ne hæc verba Gentilium ſacra peragentis, & idolorum cultum ſectantis? Potuit ne pollui Gentilium ſacrificiis, qui ab initio ſuæ converſionis ad Chriſtum, ſigno Crucis, & Chriſti nomine præcipuum militiæ ſignum, Labarum dictum, ornatum geſtabat? At quis ignorat ab eo tempore felicioribus atque amplioribus quoque progreſſibus eum Chriſtianam religionem excoluiſſe, cum & ex ea auguſtiora in dies (quod ipſe fatetur in recitatis edictis) debellatis hoſtibus perceperit beneficia? Sed in his probandis non immoremur, quæ ſatis ſuperque perſpicua omnibus facta ſunt ex eis quæ annis ſingulis uſque in præſentem diem enarravimus. Potuit tamen Zoſimo non ex reſcripto tantum nuper recitato Conſtantinus minime Chriſtianus videri, ſed etiam quod nondum eſſet Chriſtianæ religionis myſteriis initiatus, nempe ſacro baptiſmate, quod ſuſcepiſſe ſciret poſt necem ſuis illatam, de quo ſuo loco dicemus.

(b) Optat. lib. 2.

XXII. Conſtantinus cunctatio in religione ſuſcipienda.

At ſicut omnino negarim, Conſtantinum (quod ait Zoſimus) patritiis ſacris uſque ad hæc tempora uſum eſſe; ita conſenſerim, eum cum Senatu Populoque Romano atque provincialibus Gentilibus, ne ſibi illos prorſus infenſos redderet, magna adhibita circumſpectione egiſſe, & ſic Chriſtum coluiſſe, ut deos colentes non fuerit averſatus; ac precibus potius, quam imperio uſum eſſe, cum rogaret,

PAGIUS

num emiſſo, onde opes potiſſimum in Eccleſiam confluxeruot. Quod quidem edictum hoc anno III. *Non. Jul. Rom.* propoſitum, datum fuit poſt hanc Legem *De Paganis*. Hinc Conſtantino jam merito accepta feruntur bona Eccleſiæ, non tantum quæ ipſe donavit, verumetiam quæ ut donare liceret, conceſſit: ut recte cenſet Sirmondus ad Aviti epiſt. XXIX. ubi Avitus Epiſcopus Viennenſis ad Gundabaudum Regem Burgundiæ: *Quidquid habet Eccleſiola mea, imo omnes Eccleſiæ noſtræ, veſtrum eſt, de ſubſtantia, quam vel ſervaſtis habemus, vel donaſtis.* Præterea Conſtantinum ab anno CCCXIX. uſque ad ſequentem Sarmatico bello ferme illigatum, atque in Pannonia, Dacia, Myſia, vel etiam Aquileiæ conſiſtentem, frequentibus non tantum Conſtitutionibus, ſed etiam edictis ad *Populum* emiſſis Romæque propoſitis, mores Populi Romani in melius ad humanitatem omnem pietatemque flectere conatum eſſe, docent variæ Conſtitutiones per illud quadriennium ab eo latæ. Conſtantinus itaque, ut Gentilibus Religionis ſuæ exercitium per Imperii ſui initia relinquere coactus fuit, antiquandis videlicet illis ſimul & ſemel longe tum impar; ita Haruſpicinæ quoque conſervandæ ac nominatim Romæ hac Lege poteſtatem adhuc fecit.

VI. *Quibus conditionibus haruſpicina a Conſtantino permiſſa.*

Ne autem hoc libertatis obtentu, veloque illicitis opera daretur, in ſuam videlicet, vel Reipublicæ perniciem, duabus rationibus ſuæ & Reipublicæ ſaluti & ſecuritati conſultum ivit; quemadmodum ut magis artibus permiſſis, privatorum ſaluti proſpexit Lex. 3. Cod. Theod. *De maleficis*. Primum enim tam hac Lege, quam Lege 1. & 2. *De maleficis*, *publice* tantum apud aras publicas & delubra, liberaque luce hæc tractari, ſeu *Haruſpices* conſuli, eoſque reſpondere voluit ac non etiam intra domos ſeu limina privata.

non cogeret quemquam invitum fieri Chriſtianum; ſed & interdum ad conciliandos inſenſos ſibi Chriſtianæ religionis cauſa illorum animos, averſam alias ab eorum ſuperſtitione mentem (ut vidimus feciſſe ſuperiori reſcripto) de conſulendis Aruſpicibus inflexiſſe. Ea quibus redarguitur pariter Zoſimus in eo quod dicit, tamdiu eum uſum eſſe patriis ſacris, quamdiu univerſum Imperium ſub dubia alea eſſet; quo plane obtento, ab illis poſtea deſiiſſe; cum appareat penitus contrarium, nimirum bello adhuc Liciniano flagrante, nihil ab eo geſtum, quod ſuperſtitionem Gentilitiam redoleret; eumdem vero Imperio libere potientem, atque ſecure abſque adverſario tyranno illud adminiſtrantem, ea, quæ diximus Chriſtiano Imperatore indigniſſima de Aruſpicibus reſcripſiſſe.

XXIII. Conſtantini lapſus cauſa. Sed unde tam turpis rei gerendæ potuit occaſio emanaſſe? id exquiramus. Meminiſſe debemus, ante proxime elapſum annum, Conſtantino quintum, & Licinio Juniore Conſulibus, eumdem Imperatorem iterum adverſus Aruſpices reſcripſiſſe (*a*), qui private in alienis domibus Aruſpicinam exercerent, pœna incendii ipſos plectendos eſſe, & qui eos vocaſſent, proſcriptione, & deportatione in inſulam condemnandos; qua de re ſuſpicio non levis videbatur Gentilibus Romanis illata, Conſtantinum paulatim ritus patrios antiquare in conſilio habuiſſe; ac proinde (ut accidit) magnopere tumultuatos eſſe. Quam obortam ſuſpicionem, ut aboleret Imperator, de conſulendis Aruſpicibus, ea quæ dicta ſunt reſcripſit; quibus cum declaraverit, ſe id ipſum peragendi licentiam tribuere, dummodo a privatis ſacris, & domeſticis ſacrificiis abſtinerent, plane ſignificavit, aliquo alio ab eo edicto reſcripto, Aruſpicinam quoque publicam fuiſſe vetitam; quod illorum animos mirum in modum exacerbaſſe, & ad res novas moliendas concitaſſe, videri poterat. Maximæ enim omnium æſtimationis & auctoritatis Aruſpicina Romæ erat, cum ipſa Urbe ſimul exorta, lege duodecim tabularum firmiter ſtabilita, & uſu inviolabili quibuſque ſæculis ſumma obſervantia* cuſtodita, in lege enim duodecim tabularum hæc de Auguriis.

(*a*) *l. r.* 2. *de maleſic. Cod.Theod.*

XXIV. Aruſpicina quanti pretii apud Romanos. *Interpretes Jovis Opt. Max. publici Augures ſignis, & auſpiciis poſtea vidento; diſciplinam tenento. Sacerdotes vineta, virgetaque, & ſalutem populi auguranto; quique agent rem duelli, quique popularem auſpicium, præmonento; ollique obtemperanto: Divorumque iras providento, iiſque parento, cælique fulgura regionibus ratis temperanto. Urbemque, & agros, & templa liberata, & effata habento. Quæque Augur injuſta, nefaſta, vitioſa, dirave dixerit* *, *irrita infectaque ſunto, quique non paruerit, capitale eſto. Fœderum, pacis belli, induciarum oratores, Feciales, Judices ſunto. Bella, diſceptatio, prodigia, portenta ad Hetruſcos, & Aruſpices, ſi Senatus juſſerit, deferunto; Hetruriaque principes diſciplinam docento. Quibus divis creverint, procuranto; iidemque fulgura, atque obſtita* * *pianto.*

* deſixerit

* obſcina

XXV. Jus Augurum. Hæc lex vetus de Aruſpicibus a Cicerone in libro ſecundo de Legibus. recitatur, qui de iis agens, ſic ait: *Maximum autem, & præſtantiſſimum in Republica eſt jus Augurum, cum eſt auctoritati conjunctum. Neque vero hoc, quia ſum ipſe Augur, ita ſentio; ſed quia ſic exiſtimare nos, eſt neceſſe. Quid enim majus eſt, ſi de jure quærimus, quam poſſe e ſummis imperiis, & ſummis poteſtatibus comitia tollere, & concilia, vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? Quid gravius, quam rem ſuſceptam dirimi, ſi unus Augur alter dixerit? Quid magnificentius, quam poſſe decernere, ut magiſtratu ſe abdicent Conſules? Quid religioſius, quam cum populo, cum plebe agendi jus aut dare, aut non dare? Quid legem, ſi non jure rogata eſt, tollere? &c.* Vides igitur quanti ponderis apud Romanos Aruſpicina eſſet; ut non mireris, ſi ejus cauſa conſervandæ potuit tumultuatus eſſe Senatus ac populus; quorum placandorum erga ea Conſtantinus in gratiam ipſorum voluit reſcripſiſſe.

XXVI. Sed hæc quidem cum in homine qui Chriſti militiæ nomen dediſſet, & in catechu-

PAGIUS Secundo, *ſcripturam collectam*, id eſt, reſponſa, denuntiationes, interpretationes Haruſpicum de publicis fulgoribus conſultorum *ad ſuam ſcientiam*, ſeu ad ſe referri voluit Conſtantinus, non quaſi his quidquam delaturus, fidemque habiturus, quod male Zoſimus lib. 2. pag. 685. ſcribit, verum ut hac ratione ſuæ ac Reipublicæ ſaluti conſuleret, videretque, numquid *Haruſpices* hiſce reſponſis ſuis in ſuum vel Reipublicæ detrimentum conſultoribus reſponderent. Nam præterquam quod genus hoc hominum ſperantibus fallax, potentibus infidum eſſe ſolet, peculiares cauſas eos vel ſuſpectiſſimos habendi *Conſtantinus* habuiſſe videtur; nempe Gentilibus ob profectum Religionis Chriſtianæ ubique indolentibus & ingemiſcentibus. Conſtantinus igitur non quaſi Haruſpicinam ipſe probaret, fidemque ei accommodaret, ſed probandæ ipſorum fidei ad ſuam ſcientiam Haruſpicum reſponſa referri voluit. Denique ipſemet poſtea fidentior *Haruſpicinam* penitus ſuſtulit, ut teſtantur Zoſimus citatus pag. 686. Euſebius in Vita Conſtantini lib. 2. cap. 4. & Sozomenus lib. I. cap. 8. Quæ omnia in defenſionem Conſtantini a Gothofredo laudato in medium adducta.

VII. *Concilia adverſus Arium.* Hoc anno celebrata duo Concilia Alexandrina adverſus *Arium* errorem ſpargere incipientem, ut anno CCCXV. oſtendimus.

Digitized by Google

Divina ultio in Conſtantinum. techumenorum ordinibus militaret, minime recta, vel pi[illegible]probentur; quæ poſt peccatum ultio divina ſecuta eſt, cum graviſſime deliquiſſe, perſpicue declaravit: ſiquidem quod hactenus ejus Imperium omni ex parte cum ampliſſimum, tum etiam florentiſſimum extitiſſet, oborto ex inſperato bello domeſtico, eſt plane redditum infeliciſſimum; cum præter alios complures nobiliſſimos in Palatio militantes cæde ſæve mulctatos, parricidales quoque manus inferre compulſus ſit in filium amantiſſimum primum natu, atque Cæſarem primo creatum, ipſum, inquam, Criſpum delicias Orbis, paceque belloque ſpectatum, & victoriis exornatum, necnon in Fauſtam Auguſtam cariſſimam conjugem, de quibus ſuo loco dicturi ſumus. At plane apparuit in primo Chriſtiano Imperatore, quam vana, quam fallax, ac prorſus mendax regnandi ratio illa ſit, quæ religionis offenſa, contempto numine, a quibuſvis, & quovis modo quæritur comparari. Sed de his modo ſatis.

JESU CHRISTI ANNUS	SILVESTRI PAP. ANNUS	CONSTANTINI IMP. ANNUS
322.	9.	17.

I. Anicii conſulatus & religio.

CHriſti annus trecenteſimus vigeſimoſecundus notatur in Conſularibus Faſtis Petronio Probiano, & Anicio Juliano Conſulibus. Extat vetus horum Conſulum monumentum his verbis (*a*):

(*a*) Habetur extenſum formis Plant. pag. 69. num. 13.

PETRONIO PROBIANO ET ANICIO JULIANO COSS. PRID. KALENDAS APRILES COLONI ET COLONIÆ ÆLIÆ HADRIANÆ, &c.

Hos autem Conſules ambos, vel alterum ſaltem, nempe Anicium Julianum, Chriſtianum fuiſſe exiſtimo; ſiquidem cum Prudentius Romanum Senatum converſum jam ad Chriſtum recenſet, de Anicio illud habet (*b*);

(*b*) Prud. adverſ. Symmach. lib. 1.

Fertur enim ante alios generoſus Anicius Urbis
Illuſtraſſe caput; ſic ſe Roma inclyta jactat.

Sed de Aniciorum familia martyribus illuſtrata, ac ſæpe Conſularibus faſcibus atque Imperatoria dignitate clariſſima reddita, hiſque omnibus aucta ob Chriſtianam religionem ſuſceptam, diximus in *Ann. Eccl. Tom. IV*, noſtris (*c*) Noris. Petroniam quoque familiam, cujus germen erat alter Conſulum hujus anni, ex Chriſtiana religione ſummam eſſe claritudinem conſecutam; cum agemus inferius de Petronio Probo longo tempore Prætorii Præfectura potito, atque aliis ejuſdem familiæ viris inſignibus, aperte conſtabit.

(*c*) Not. ad Rom. Mart die 31. Maji.

II. Conſtantini erga pauperes munificentia.

Iiſdem Conſulibus, datum Conſtantini reſcriptum ad Menandrum extat, pro ſublevandis pauperibus fame pereuntibus; quod eſt hujuſmodi (*d*):

Provinciales egeſtate victus atque alimoniæ inopia laborantes, liberos ſuos vendere, & oppignorare cognovimus. Quiſ-

(*d*) l. 1. de alim. Cod. Theod.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5815.

SÆC. IV. Anno Urbis 1075. Olymp. 275. an. 2. A. C. 322.

☉ 23. G. ☽ 19. P. 22. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 322.

SILVESTRI PAPÆ 9.

CONSTANTINI 17. LICINII 16.

I. Conſules. [a] AD num. I. & ſeqq. Coſſ. *Petronius Probianus*, & *Anicius Julianus*, ex Inſcriptione a Baronio relata.

II. *Quindecennalia* Imperii Auguſtei tam Conſtantini Magni, quam Licinii Auguſti hoc vel præcedenti anno acta, quemadmodum & Quinquennalia Licinii Cæſaris, cujus Nummum Cangius tabula 7. *Conſtantinopolis Chriſtiana* recitat, in poſtica inſcriptum: VIRTUS EXERCIT. in labaro, VOT. XX. qui Nummus vel in ejus Quinquennalibus, vel ejus Imperii Cæſarei initio cuſus, cum Decennalia non celebrarit.

Quinquennalia Licinii junioris.

III. Criſpus Cæſar Romam venit.

Criſpus Cæſar cum *Helena avia* ſua & patre *Conſtantino* e Pannonia digreſſus Romam venit. Quare propter hunc Criſpi & Helenæ *paratum*, vel *apparatum*, ut legendum cenſet Gothofredus in Chronologia Codicis Theodoſiani, indulgentiam criminum Conſtantinus dedit, ſicut liquet ex Lege 1. ejuſdem Codicis *De indulgentia criminum*, quam pluribus Gothofredus explicat.

Baron. n. 121.

NOTÆ [1] COſſ. *Petronius Publianus*, & *Anicius Julianus*. Gruterus pag. CCCLXIV. 1.

PETRONIO. PROBIANO. ET. ANICIO. JULIANO. COSS. PRID. KALENDAS. APRILES.

Utriuſque prænomen latet. Vulgares Faſti: *Probiano*, & *Juliano*.

quis igitur hujuſmodi reperietur, qui nulla rei familiaris ſubſtantia fultus eſt, quique liberos ſuos ægre ac difficile ſuſtentet; per Fiſcum noſtrum, antequam fiat calamitati obnoxius, adjuvetur; ita ut Proconſules, Præſideſque, & Rationales per univerſam Africam habeant poteſtatem; & univerſis, quos adverterint in egeſtate miſerabili conſtitutos, ſtipem neceſſariam largiantur; atque ex horreis ſubſtantiam protinus tribuant competentem. Abhorret enim a noſtris moribus, ut quemquam fame confici, vel ad indignum facinus prorumpere concedamus. Dat. prid. Non. Jul. Romæ, Probiano & Juliano Coſſ. Ex his plane perſpicue vides, lector patentes Zoſimi calumnias in Conſtantinum, dum (quod ſuperius quoque ſæpe attiginius) ait (*a*), eumdem Imperatorem in exactione tributorum adeo tenacem, ut paſſus ſit ob ſolutionem eorum, parentes filios diſtraxiſſe, atque filias proſtituiſſe. Quonam modo hæc tam ſordida atque fæva tali adſcribuntur Imperatori in tributis exigendis, qui ut egentibus provincialibus ſubveniret, ne quid hujuſmodi perpetrare cogerentur, Proconſulibus ac Præſidibus præcepit ex horreis publicis alimenta illis ſuppeditari? Hæc & alia ſuperius certis teſtificationibus conſignata velim attendiſſe ejus patronum, qui tantopere pro defendendo impio, & mendaciſſimo homine laboravit.

(*a*) Zoſim. lib. 2.

III. Hoc ipſo item anno idem Conſtantinus indulgentiam impartitus eſt reis ob partum Criſpi, & Helenæ, dum ad Maximum PP. * in hæc verba reſcripſit:

* p. V.

Propter (*b*) *Criſpi, & Helenæ partum omnibus indulgemus, præter veneficos, homicidas, & adulteros. Acc. III. Kalendas Novembris Romæ, Probajano * & Juliano Coſſ.* Subobſcurus videtur ſenſus, qui biſariam accipi poſſit; ac prior quidem ille germanus magis apparet, [ut] nempe Criſpum, & Helenam, licet diverſo partu & diverſis matribus natos, tamen uno eodemque recurrente die editos eſſe; atque ita unum eumdemque etiam amborum diem natalitium celebrari [ſe]; vel dicas Criſpum, & Helenam filios Conſtantini fuiſſe gemellos, eademque die uno partu editos eſſe, unum eumdemque amborum diem natalitium celebratum; qua ratione erroris arguendi eſſent, qui Helenam filiam Conſtantini, quam poſtea Julianus Imperator accepit conjugem, exiſtimarunt fuiſſe filiam Fauſtæ poſterioris conjugis Conſtantini; nam Minervinæ, ex qua etiam natus eſt Criſpus, eam fuiſſe filiam, dicere opus eſſet. Poſterior vero ille ſenſus eſt, ut dies ille natalis celebris indicatur, quo ex Criſpo Helena peperit filium: ſed plane latuerunt hæc omnes hiſtoricos, qui nec ſi Criſpus aliquando uxorem habuerit, umquam ſciverunt. Ex quibus ſane tres Helenæ ponendæ eſſent, Senior, & Mater Conſtantini Magni, eademque Auguſta, alia Criſpi uxor, & tertia ejuſdem Conſtantini filia, quæ virgo nupta eſt Juliano Apoſtatæ, ut auctor eſt Marcellinus (*c*). Porro tum hujus, tum ſequentis anni res geſtæ ſcriptorum inopia obſcuræ admodum relictæ ſunt.

(*b*) l. 1. de ind. cri. C. Theod.

* Probiano

Lex indulgentiæ.

Tres Helenæ.

(*c*) Ammian. Marcellin. l. 25.

I. ANnus qui ſequitur Chriſti trecenteſimus vigeſimuſtertius, Conſulatu Severi atque Ruffini in Faſtis adſcriptus habetur; quo Imperator Conſtantinus pro Chriſtianis alicubi vexatis, ſcribens ad Elpidium ejuſmodi edidit ſanctionem (*d*): *Quo-*

I. *Conſules.*

(*d*) l. 5. de Epiſc. C. Theod.

PAGIUS SÆC. IV. Olymp 275. an. 3. *ſecundum Baronium.* Olymp. 275. Anno Urbis 1076. A. C. 323.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5816.

☉ 14. F. ☽ 1. P. 9. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 323.

SILVESTRI PAPÆ 10.

CONSTANTINI 18. LICINII 17.

[1] AD num. I. & ſeq. Coſſ. *Severus & Ruffinus*. Anno CCCXXV. Acilius Severus Præfectus Urbi fuit, ex libello de Præfectis Urbis, qui ideo videtur hoc anno Conſulatum geſſiſſe.

II. Nullam veroſimilitudinem præ ſe fert ſententia Baronii exiſtimantis, Gentiles hoc tempore elatos in Chriſtianos inſolenter egiſſe, atque invitos ad *Luſtrorum* ſacrificia pertrahere ſtuduiſſe, occaſione ſanctionis Conſtantinianeæ anno præcedenti datæ, Legis, inquam, Codicis Theodoſiani 1. *De Paganis* qua Conſtantinus Romæ Haruſpicum conſulendorum facultatem ſe-ce-

II. *Chriſtiani ad luſtrorum ſacrificia non compellendi.*

NOTÆ [1] C*oſſ. Severus & Rufinus*. Gruterus pag. CCIX. 2.

...... VVLCEIANAE. CIVITATIS
ACILIO. SEVERO. ET. VETTIO. RUFINO
CONS.

Addenda ergo his nomina *Acilii*, & *Vetii*; prænomina adhuc in tenebris obvolvuntur. Vulgares Faſti; *Severo*, & *Rufino*; præter Paſchalem laterculum, in quo, *Severo*, & *Rufo*.

Digitized by Google

Chriſtiani denuo vexati, denuo tuti redduntur.

Quoniam comperimus quoſdam Eccleſiaſticos, & cæteros Catholicæ ſectæ ſervientes, a diverſarum religionum hominibus ad Juſtorum ſacrificia celebranda compelli; hac ſanctione ſancimus: Si quis ad ritum alienæ ſuperſtitionis cogendos eſſe crediderit eos qui ſanctiſſimæ legi ſerviunt; ſi conditio patiatur, publice fuſtibus verberetur; ſi vero honoris ratio talem ab eo repellat injuriam, condemnationem ſuſtineat damni graviſſimi, quod rebus publicis vindicabitur. Dat. VIII. Kal. Jun. Sirmii, Severo, & Ruffino Coſſ. Sed unde, quæſo, poſt tot pro Chriſtianis edicta, tot leges, denuo oportuit nova iterum edita ſanctione Chriſtianos reddi ſecuros, ne (quod tempore urgentis perſecutionis accidere ſolebat) cogerentur ad ſacra Gentilium peragenda? En quam egregie reſpondent hæc his, quæ dicta ſunt anno trecenteſimo vigeſimoprimo, quo illud de Aruſpicibus conſulendis ad Maximum Conſtantinus reſcripſit. Siquidem hac in re illud affirmare compellimur; nimirum cum viſus eſſet Conſtantinus ipſe publico reſcripto conſulens Augures, a Chriſtiana religione deſciviſſe, & ad relictam avitam ſuperſtitionem rediiſſe; Gentiles elatos in Chriſtianos inſolenter egiſſe, atque invitos pertrahere ſtuduiſſe ad ejuſmodi ſacrificia luſtri, quæ, cum Urbs ob præcedens prodigium aliquod ex reſponſis Augurum luſtranda eſſet, aut exercitus, peragi ſolita erant. At tunc quidni reſponderint ex more Augures, Chriſtianos ad luſtri ſacrificia compellendos?

II. Silveſtri Papæ latebræ.

Cum igitur ex his appareat, aliqua vexatione a Gentilibus exagitatos eſſe Chriſtianos, ut oportuerit eam Imperatoris auctoritate reſtingui, quis eſt, qui juſte mirari poſſit his temporibus Silveſtri Papæ latebras ad montem Soracten Urbi proximum contigiſſe? Equidem ſi alicubi excitatæ tunc ſunt adverſus Chriſtianos turbæ Gentilium; Romæ, ubi præſertim vigebat jus Augurum, e quorum officina hæc omnia manare videbantur, id vehementius actitatum, ubi & majori odio in Chriſtianos flagrabant Gentiles pro diis patriis pugnacius altercantes, credi poteſt; ibique in ipſum totius Chriſtianæ Re-

PAGIUS

cerat. Perperam enim omnino id inde colligitur, quaſi ſcilicet viſus fuerit *Conſtantinus* reſcripto illo ad avitam ſuperſtitionem rediiſſe. Neque enim Lex illa eſt Conſtantini *Haruſpicinam* probantis, ſed eam tantum Romæ Gentilibus tum adhuc indulgentis. Ita hoc anno Conſtantinus Legem 5. Codicis Theodoſiani *De Epiſcopis* emiſit, qua iiſdem Luſtrorum ſacrificia conceſſit; ad quæ celebranda, ritumque Gentilitiæ Religionis ſervandum, cum Eccleſiaſticos & Fideles compellerent, ea Lege id vetuit Conſtantinus ſub graviſſima fuſtuarii ſupplicii pœna, vel graviſſima mulcta. Hanc Legem egregie illuſtrat Gothofredus in ſuo Commentario. Obſervat enim, Gentiles, ubi potiores loco ſeſe crederent, in Chriſtianos audere ſolitos; veluti ad templorum, ſolenniumque templorum curam ſubeundam, de quo eſt Theodoſii Magni Lex Codicis Theodoſiani 112. *De Decurionibus*. Idem ad convivia & ſpecula Gentilitia celebranda, de quo ſunt Canones Africani. Ex quo patet, jam Chriſtianos ultro ab hujuſmodi ritus Gentilitii participatu abhorruiſſe, quos Gentiles huc compellere vel adigere niterentur, ut vel ita conſectaneos ſibi redderent. Quare, etſi res Chriſtiana in dies magis invaleſceret, proque ea propaganda multa jam Conſtantinus molitus fuiſſet, ſanxiſſetque, nondum tamen Gentilitii ritus omnes, nondum ſacrificia prohibita erant; quod poſterius factum. Sed & Senatorum Magiſtratuumque quamplurimi, ut & Curiæ civitatum Corporatique ferme tum Gentiles adhuc erant. Unde veniebat, ut alicubi prævalentes, vim hanc Chriſtianis adhiberent; de quo querelæ ad Conſtantinum perlatæ: cui ideo intercedere, hac Lege 5. *De Epiſcopis* viſum.

III. *Propter bellum Gothicum & Licinianum ſacrificia Luſtrorum celebrata.*

Sacrificia Luſtrorum, de quibus in ea Lege, videntur propter ingruentem hoſtem celebrata. Hic enim annus duobus rebus inſignis fuit: nam *Gothi* per neglectos limites erupere, vaſtataque Thracia & Mœſia prædas egere, quos *Conſtantinus Magnus* repreſſit. Et præterea exortum eſt bellum Licinianum, ut anno CCCXVIII. explicavimus. Quare videntur Romani Luſtrorum ſacrificia celebraſſe pro hoſtium illorum ſtrage, & pro Imperii Romani ſecuritate, ac Conſtantini ſalute & victoria. Cumque Gentiles tum temporis Chriſtianos ad nefandos Gentilitiæ ſuperſtitionis ritus, execrandaſque hoſtiarum immolationes compellere non poſſent; ad Luſtrorum ſacrificia eos jure cogi poſſe putarunt. Quæ conjectura eſt Gothofredi citati, apud quem hac de re plura.

IV. *Perſecutio adverſus Chriſtianos commentitia.*

Exiſtimavit Baronius, vehementiorem aliquam, licet non diuturnam perſecutionem in Chriſtianos hoc anno excitatam fuiſſe, etſi tot Legum promulgatione poſt victum Maxentium ſatis muniti eſſent. Verum quando nec unus quidem Martyr nominatur tunc Romæ paſſus, nec alterius Romani Pontificis invenitur exemplum, qui ſævientibus Tyrannis Urbem dimiſerit, non videtur veroſimile, periculum tantum fuiſſe, ut compulerit *Silveſtrum* Pontificem Romanum ad quærendas latebras in monte *Soracte* XVIII. P. M. ab urbe Roma. Lepra etiam, quæ Conſtantinum coegerit Pontificem revocare in Urbem, ſanitatis per Baptiſmum ab eo accipiendæ cauſa, fictitia. Ipſemet enim Baronius fatetur, Acta S. Silveſtri Papæ, ut quidem nunc habentur, *depravata in nonnullis* eſſe, imo abſurdiſſimis ſarta figmentis, antiqua tamen, & quæ Gelaſius Papa annis poſt Conſtantini Magni obitum dumtaxat CLVIII. a multis in urbe Romana Catholicis legi teſtatur, quod *pro antiquo uſu multæ imitentur Eccleſiæ*. Non tamen ex hinc recte deducitur, ea Acta Gelaſii ætate iiſdem, quibus nunc vitiis, non laboraſſe. Nam etiam *Scripta de Inventione Sanctæ Crucis* immediate poſt Acta Silveſtri nominata a Gelaſio, ut quæ *nonnulli Catholici tunc legebant*, non minus tunc fabuloſa erant, ut patet ex auctiori Chronico Pontificum Romanorum paulo poſt Gelaſii Pontificatum collecto.

Baron. n. 11.

V. *Acta S. Silveſtri ſuppoſititia.*

Qui Actis S. Silveſtri credidiſſe videtur Gregorius Turonenſis, aliique poſt illum, ſimiliter ſcriptis de Inventione Crucis crediderunt; nec quicquam

Digitized by Google

religionis Antiſtitem, tamquam in adverſariæ partis anteſignanum, retentum diu, ac metu compreſſum furorem magno impetu erupiſſe, quis poterit dubitare? quorum impetuoſo aggreſſui ad tempus eſſe cedendum, Silveſter conſultius fuerit arbitratus. Æſtimata fuit ab aliquibus brevis hæc perſecutio eſſe per Conſtantinum illata, cujus de captandis auguriis, & Aruſpicibus conſulendis edictum fuerat promulgatum, quaſi illis inhærens, a concepta Chriſtiana fide deſciverit, verum edita hoc anno, quam recitavimus, ſanctione, a quorum partibus ſtaret, voluit omnibus innoteſcere. Silveſter igitur, quod Imperator procul eſſet ab Urbe (Sirmii enim ea ſcripſerat pro Chriſtianis) ad ejus adventum in Urbem reditum diſtulit, in Soracte commorans. Quid autem poſt hæc contigerit inter ipſum & Conſtantinum, cum in Urbem reverſus eſt, dicemus anno ſequenti.

III. De Licinii nece variæ ſententiæ. Hoc eodem anno decimooctavo Imperii Conſtantini, apud Euſebii Chronicon ponitur Licinius, olim Imperator, ſed in privatam vitam redactus, juſſus occidi Theſſalonicæ ab eodem Conſtantino contra jus ſacramenti; licet Victor, & Socrates (quod dictum eſt) id factum tradant a Conſtantino haud longe poſt eum ſuperatum, cum privatam illi vitam præſcripſit; ſed quæ anno ſequenti ſecuta eſt mors Licinii Junioris per eumdem Conſtantinum illata, & leges ab eo promulgatæ contra ea, quæ a Licinio olim Imperatore ſtatura eſſent, in hunc uſque annum obitum Licinii dilatum eſſe perſuadere forte poſſunt. Cum enim Conſtantiæ ſororis Conſtantini, ejus vero uxoris intuitu eſſet permiſſus cum quiete privatam vitam agere, juramenti ſecuritate munitus; quod ſolicitaret occulte barbaros adverſus Romanum Imperium, ab eo eſt juſſus necari; magnam ſane putandum eſt cauſam interceſſiſſe, ut nulla habita jusjurandi præſtiti ratione, contemptiſque Conſtantiæ ſororis Auguſtæ ejuſdemque Licinii conjugis pro viro precibus exhiberi ſolitis, Conſtantinus in eum lege agendum eſſe præceperit; niſi potius de Licinii obitu magis vera cenſenda eſt recitata ſuperius hiſtoria Joannis Nicomedienſis, qui eum morbo abſumptum affirmat. Sed de his ſuperius pluribus actum eſt. Jam ad anni ſequentis res geſtas progrediamur.

JESU CHRISTI ANNUS 324. SILVESTRI PAP. ANNUS 11. CONSTANTINI IMP. ANNUS 19.

I. De tempore necis Criſpi & Fauſtæ. SEquitur annus Domini trecenteſimus vigeſimusquartus, quo creati ſunt tertio ſimul Conſules Criſpus, & Conſtantinus Cæſares, idemque infeliciſſimus habitus, ſanguine duorum Cæſarum, & aliorum optimorum virorum cruentatus, & nece Fauſtæ Auguſtæ infauſtus redditus. Hæc autem, ut primum, ea more, teſ-

PAGIUS quicquam poteſt excogitari veroſimilis rationis pro unis, quod non etiam poſſit aptari aliis eodem jure; ſic ut eatenus nihilo plus credi unis, quam alteris poſſit, contra evidentem Auctorum antiquiorum & in ipſis rebus proprius verſatorum conſenſum. Nec refert, quod Recentiores Græci ſeculo Eccleſiæ nono aut decimo ſiverint ſe in ſententiam Occidentalium adduci, tunc paſſim credentium Baptiſmi Conſtantiniani Romæ facti monumentum eſſe Baptiſterium Conſtantinianæ Baſilicæ S. Salvatoris, palatioque nominis ejuſdem conjunctum. Facile enim fuit occaſione nominis vulgo uſurpati invaleſcere opinionem, quaſi fuerit baptizatus Conſtantinus in porphyretico labro, quod ibi extat, quod tamen nec ipſe quidem Baronius credit. Hæc Papebrocius tomo V. menſis Maii, ubi de S. Conſtantino Magno agit.

VI. Conſtantius fit Cæſar. Hoc anno *Conſtantius* Conſtantini Magni filius Cæſar nuncupatus eſt, ut oſtendo anno CCCXXV. num. XLIX.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5817. SÆC. IV.

☉ 25. ED. ☽ 2. P. 27. Mart. Indict. 12. Anno Urbis 1077.

JESU CHRISTI 324. Olymp. 275. an. 4.

SILVESTRI PAPÆ 11.

CONSTANTINI 19. A.C. 324.

[1] ANum. I. ad CXVIII. Coſſ. *Criſpus Cæſar III. & Conſtantinus Cæſar III.* Sumtus hic ab utroque Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam, ob eorum nempe Decennalia, quæ tamen anno tantum ſequenti, qui quintus eorum Imperii Cæſarei erat, celebrata ſunt, ut oſtendunt Nummi duo a Wilthemio in Nummis Conſularibus Conſtantini ac filiorum producti. In priori legitur: FL. CRISPUS NOB. C. In poſtica circum lauream: CAESARUM NOSTRORUM, in laurea, VOT. X. In altero: CONSTANTINUS JUN. NOB. CA. In poſtica, CAESARUM NOSTRORUM: infra utramque poſticam, STR. I. *Conſules.* id

NOTÆ [1] COſſ. *Criſpus Cæſar III. & Conſtantinus Cæſar III.* Gruterus pag. CCCLXII. 5. & Tomaſin. de teſſer. hoſpital. cap. III.

D D. N N. C R I S P O. E T. C O N S T A N T I N O
I U N I O R E. N O B I L I S S I M I S. C A E S. C O S S. IIII.
K A L. S E P.

Alme-

teſſeræ temporum admoveamus, recitanda antea ſunt, quæ apud Euſebii Chronicon in fine ſic leguntur: *Criſpus filius Conſtantini, & Licinius Junior Conſtantiæ Conſtantini ſororis, & Licinii Superioris filius, crudeliſſime interficiuntur, anno Imperii ſui nono*. Ex quo nimirum creati ſunt Cæſares; quorum Decennalia anno ſequenti, ſi vixiſſent, fuiſſent celebranda; nam ſi (ut dictum eſt ſuo loco ſuperius) tunc eorumdem celebrata ſunt Quinquennalia, quando Conſtantinus decimumquintum annum agebat in Imperio, hic plane annus perſpicue demonſtratur eſſe eorumdem Cæſarum nonus, quo dicuntur eſſe necati, ſed perperam in eodem Chronico poſitus ſub ejuſdem Imperatoris Conſtantini anno vigeſimo; hæc quo ad rationem temporis rata ſunto.

II. Quod autem ad res geſtas hoc anno pertinet; unde tantum prodigium, & quæ tanta præceſſerit cauſa, ut humanitas maxime pii Principis in immanitatem

(a) Oroſ. l. 7. c. 28. in fin. plane tyrannicam ſit ex improviſo converſa, Oroſius (a) antiquus hiſtoricus latere ſignificat, dum ait: *Sed inter hæc latent cauſa, cur vindicem gladium, & deſtinatam in impios punitionem Conſtan-*

Conſtantini malorum omnium cauſa. *tinus Imperator etiam in proprios egit affectus. Nam Criſpum filium ſuum, & Licinium ſororis filium interfecit*: Hæc ipſe. Accidit quidem, ut (quod ex iis omnibus, quæ ſuperius dicta ſunt, exploratum cunctis eſſe poteſt) dum Conſtantinus a ſuſcepta ſemel Chriſtiana pietate numquam deflexit, ei omnia ex ſententia evenirent, ita ut nullum umquam fuerit felicius cumquam Imperium; cui adeo divina opitulata eſt gratia, ut duos immaniſſimos, eoſdemque fortiſſimos tyrannos abſtulerit, alterum Occidentale, Orientale alterum poſſidentem Imperium, ſimulque barbaros, quotquot inſurrexerunt in ipſum Romanum Imperium, perdomuerit, atque demum (ut uno verbo dicam) cuncta ei proſpera atque felicia & ex animi ſententia contigerint: cum vero ſui ipſius, neſcio qua incuria, prorſus oblitus, Augurum reſponſa captare cœpiſſet; ac perinde atque non eſſet

(b) 4. Reg. 1. Deus in Iſrael (quod eſt in divinis Scripturis (b)) miſiſſet ad conſulendum Beelzebub deum Accaron; atque velut Saul

(c) 1. Reg. 28. (c venia ejus id dictum ſit) cum abſtuliſſet magos, & ariolos de terra, & interfeciſſet eos qui pythones haberent in ventre, poſt modicum temporis ſpatium pythoniſſam ipſe conſulens, Dei vindictam in ſe concitavit, ita & Conſtantinus cum adverſus Aruſpices atque magos, quas recitavimus leges tuliſſet, idem ipſe de iiſdem Aruſpicibus conſulendis ad Præfectum Urbis ſcripſerit; Dei patrocinium a ſe, quo ſuſtentabatur, averterit, & ejus indignationem adeo acerbam promeruerit, una cum Imperio funditus periturus, niſi cito Chriſtianæ religionis remedio facinus expiaſſet.

III. Licinii junioris necis occaſio. At quomodo hæc geſta ſint, dicendum eſt; & a Licinio Juniore tragœdiam auſpicabimur. Cur autem hic Conſtantini Magni ſororis Conſtantiæ filius, auctus (ut vidimus) ab eo Conſulari dignitate (nam in ſuo quinto Conſulatu adſcivit eum ſibi collegam) cur, inquam, hic ab eodem Conſtantino ſit juſſus occidi, cauſam nemo prodit. Sed ſi verum eſt quod habet Euſebii Chronicon, ipſum Licinium patrem inter privatos vitam agentem, anno præterito, nempe decimooctavo Conſtantini, ab eodem juſſum eſſe necari, quod adverſus ipſum aliquid diceretur machinatus eſſe cum barbaris, ejuſdem criminis complicem fuiſſe, vel ſaltem ſuſpectum habitum eſſe Licinium Juniorem par eſt exiſtimare. Unde & illud accidit, ut quod hactenus Licinii Senioris nomen amore ſororis Conſtantiæ, & Licinii Junioris in antiquis legum monumentis fuerit conſervatum, hoc ipſo

(d) l. 1. de infirm. his quæ ſub tyran. Cod. Theod. anno cuncta ab eo decreta ſint juſſa deleri. Sic enim de his hoc anno idem Conſtantinus reſcripſit ad Conſtantinum Præfectum Prætorio (d):

IV. Reſcripta contra Licinii tyrannidem. *Remotis Licinii tyranni conſtitutionibus, & legibus; omnes ſciant veteris juris, & ſtatutorum noſtrorum obſervari debere ſanctionem. PP. XVII. Kal. Jun. Criſpo III. & Conſtantino III. Cæſ. Coſſ.* Sequenti vero anno ſanioris mentis effectus, ſic temperavit edictum, ut ſi quæ ab

eo

PAGIUS id eſt, *Signata moneta Treviris*. In utroque Nummo ſpectantur hi Principes abſque cultu Conſulari, argumento evidenti, eos Decennalia nonniſi anno ſequenti, quo Conſules non proceſſere, exhibuiſſe. Wilthemius ibidem refert aliud *Criſpi* Numiſma, in cujus antica habetur: CRISPUS NOB CAES. In poſtica: D. N. CONSTANTINI MAX. AUG. circa lauream; in laurea: VOT. XX. infra, ST. id eſt, *Signata Treviris*. Ubi clare inſcribuntur *Vota Vicennalia Domini noſtri Conſtantini Maximi Auguſti*. Addit Wilthemius penes ſe eſſe ejuſdem formæ ac figuræ Numiſma Conſtantini junioris nobilis Cæſaris, cui inſcripta pariter *Vota Vicennalia Domini noſtri Conſtantini Maximi Auguſti*, utroque Cæſare ſine ornamentis

Con-

NOTÆ Almelovenius III. ſcribendum monet; at quid, ut ait Relandus, ſi IIII. ad IV. *Kal. Septemb.* referatur, ut probabile eſt; atque adeo hic conſulatus ad A. D. 321. ſit amandandus? Vulgares Faſti: *Criſpo III. & Conſtantino III.* In nonnullis corrupte *Conſtantio* pro *Conſtantino* legitur. Sozomenus lib. 1. cap. 1. *Criſpi, & Conſtantini Cæſarum conſulatu tertio*.

on legitime ſtatuta fuiſſent, evertenda non eſſent, ſic reſcribens ad univerſos Provinciales (a):

(a) l. 2. Cod. C.

*Tyranni, & Judicum ejus Geſtis infirmatis, nemo per calumniam, vel id quod ipſe ſponte fecit evertere, nec quod legitime geſtum eſt *. dat. prid. Id. Febr. Paulino & Juliano Coſſ.* Rurſum vero poſt ſequentem annum hæc edixit (b):

(b) 1. l. 3. eod. Cod.

Quæ tyrannus contra jus reſcripſit, non valere præcipimus, legitimis ejus reſcriptis minime impugnandis. Dat. VIII. Id. Julii Rom. Conſtantino A. VII. & Conſtantio Cæſ. Coſſ.

V. Criſpi & Fauſtæ necis cauſa.

Quod autem ad Criſpi, & Fauſtæ necem ſpectat; parum quidem fidelis hiſtorici numeros expleſſe Euſebius viſus eſt, hæc prætermittens in Vita Conſtantini quam ſcripſit, imitatus in multis in ea potius Xenophontem; qui (ut de eo teſtatur Cicero (c) Vitam Cyri non tam ad hiſtoriæ fidem conſcripſit, quam ad effigiem juſti Principis exhibendam, nam nonniſi felicia Conſtantini egregiaque facta, dicta, vel ſcripta proſecutus eſt; cum legis divinæ præſcripto certum ſit, non eſſe hominem qui non peccet (d), & ſi exemplo quoque agendum ſit, David, quem Regem ſanctiſſimum prædicamus, Deoque cariſſimum hominem, non levibus fuit ſordibus peccatorum aſperſus; quod non veriti ſunt ſuis ſcriptis memoriæ commendare, qui divino afflati Spiritu res ab eo geſtas ſincere atque fideliter ſunt proſecuti: cum tamen alias ipſe idem Euſebius optimi hiſtorici functus officio, hujus facinorum meminiſſe in Chronico non prætermiſerit; ut plane ex his perſpicue demonſtretur, quanti momenti ſit, hiſtoricum liberos affectus habere; nam in Conſtantini Vita, quam tempore Conſtantii, Conſtantini filii, Ariani hominis, ſcripſit, in eo tantum argumento apparet eſſe verſatus, ut in gratiam Principis ea ſolum attigerit Conſtantini; quæ laudabilia, & imitanda omnibus Principibus viderentur; atque adeo ex hoc intelligatur, ejuſdem Conſtantini encomium ea ex parte texuiſſe potius, quam rerum cunctarum ab eo geſtarum hiſtoriam.

(c) Cicero ad Quintum fratrem 1.

(d) 1. Reg. 8. & 3. Joan. 1.

VI. Euſebius jure damnatur.

Sed quod deterius eſt, hac etiam ex parte inofficioſi quoque, vel dixerim potius invidi ac plane illiberalis ſilentii damnandus eſt; quippe cum multa ſuppeterent argumenta Conſtantini laudandi de rebus in Urbe atque toto Occidente optime præclareque geſtis, ea propemodum omnia ſic ſilentio obvoluta reliquerit, ut poſt paucis narratam obtentam de Maxentio tyranno victoriam, perinde ac ſi numquam amplius idem Romæ fuiſſet, vel aliis in locis Orbis Occidentalis, nuſquam illorum meminerit. Qui enim ſemel expertus eſt ſibi inhærenti Ario adverſariam Romanam Eccleſiam, adeo averſatus eſt eam, ut ea ex parte delegerit potius a Conſtantini laudibus abſtinere, quam ulla ex cauſa de ea velle bene mereri. Innatum eſt autem hoc hæreticis, ut non tantum contraria ſibi Catholica dogmata oderint, ſed perſonas ea defendentes, & loca ipſa, tamquam firma veritatis propugnacula, ſummo odio proſequantur.

VII. Sozomenus fruſtra pro Conſt. laborat.

Verum quod pertinet ad Criſpi necem per Conſtantinum illatam; admiratione quidem digna eſt in hoc ſtupiditas incredibilis Sozomeni (e), qui, ut neget Criſpum occiſum a patre, eo uno utitur argumento, quod Criſpus vivens ad vigeſimum uſque patris Imperii annum pervenerit, multas interea leges eum eo ſtatuens; quaſi non potuerit utrumque verum fuiſſe, eamque ætatem vixiſſe, & a patre necatum eſſe. Profitemur namque nos id ipſum; Criſpum, qui hoc anno tertium geſſit Conſulatum, quo Imperator Conſtantinus annum agebat in Imperio decimumnonum, perveniſſe ad vigeſimum Conſtantini annum, ſed excluſive; hoc enim potius anno quam ſequenti putamus extinctum: vel ſi demus ſequenti anno ex hac vita ſublatum, nihil eſt quod hiſtoriæ veritati afferat præjudicium. At de iis quæ idem addit de Sopatro, agemus hoc eodem anno inferius.

(e) Sozom. l. 1. c. 5.

VIII. Criſpi & Fauſtæ necis aſſertores.

Sed & magis admiramur Evagrium (f), qui etſi aliter juſte in Zoſimum excanduerit, utpote qui odii concitatus affectu multa calumnioſe in Conſtantinum coacervarit (cum & nos multo plura quam ipſe in eo mendacii arguamus) tamen in his quæ ſpectant ad Criſpi & Fauſtæ necem, haud jure in eum invehitur. Excuſatione fortaſſe Evagrius dignus eſſet, ſi hæc tantum apud Zoſimum legerentur. Cur ergo Euſebii, cujus ſilentium teſtem adhibuit, Chronicon non inſpexit, ubi non ſolum (ut vidimus) Criſpi & Fauſtæ, ſed & Licinii Junioris ponitur diſertis verbis a Conſtantino Imperatore procuratus interitus? Sed & ſi conſuluiſſet Latinos hiſtoricos eadem pariter atteſtantes, a ſententia ſua equidem diſceſſiſſet. Aurelius Victor (g), & Eutropius licet

(f) Evagr. l. 3. c. 40. 41.

(g) Victor in vita Conſtant.

PAGIUS Conſularibus efformato. Arbitratur Wilthemius, utrumque Nummum anno trecenteſimo viceſimo ſexto percuſſum, eodemque anno Criſpum & Conſtantinum juniorem celebraſſe & Vicennalia patris Romana, participes honoris paterni, & propria Decennalia ſua, cuſa in hujus rei memoriam ea pecunia abſque habitu Conſulari, eo quod non ipſi tunc, ſed Conſtantinus pater & Conſtantius frater eorum Conſulatu emicarent. Et ratio eſt, inquit, quia annus decimus inchoatus, a quo Criſpus & Conſtantinus junior Cæſarum titulo condecorati ſunt, respondet anno

Digitized by Google

(a) Eutrop. lib. 10.

(*a*); (licet & ipſi Gentiles ſint) de propinquorum nece a Conſtantino perpetrata æquiſſimi aſtipulatores ſunt.

IX. Quinetiam ſi Chriſtianos antiquos ſcriptores exquiſiſſet, eoſdem quoque ejuſdem veritatis aſſertores ſinceriſſimos inveniſſet, nempe Paulum Oroſium (*b*) quem citavimus, & Sidonium (*c*) Apollinarem auctorem graviſſimum, qui & illorum temporum, & præcipui apud Conſtantinum viri teſtificationem perſpicuam cunctis affert, cum hæc obiter ait, dum agit de Ablavii Conſulis diſticho: *Ut mihi non figuratius Conſtantini domum vitamque videatur, vel pupugiſſe verſu gemello Conſul Ablavius, vel momordiſſe, diſticho tali clam Palatinis foribus appenſo:*

(b) Oroſ. l. 7. c. 19.
(c) Sidon. l. 5. epiſt. 8.

Tempora Neroniana.

Saturni aurea ſæcla quis requirat?
Sunt hæc gemmea, ſed Neroniana.

quia ſcilicet prædictus Auguſtus iiſdem ferme temporibus extinxerat conjugem Fauſtam calore balnei, filium Criſpum frigore veneni: Hæc Sidonius. His addenda certa teſtificatio Artemii martyris ex confeſſione ipſius ſinceriſſima, facta coram Juliano Apoſtata; ſed eam paulo poſt recitabimus. Si vero de recentioribus hiſtoricis agamus; adjungendus eſſet Gregorius Turonenſis (*d*), qui ait ideo eos occiſos, quod proditores regni fuiſſent; ſed & alii tam Latini, quam Græci exquiſitæ ſolertiæ his conjungendi eſſent, qui non, ſicut Sozomenus, & Evagrius, in re tam aperta oculis caligarunt, vel cæci potius facti ſunt, ut ex Græcis inter alios accurate Zonaras (*e*), licet Nicephorus (*f*) Sozomeni letargo conſopitus appareat.

(d) Greg. Turon. hiſt. Franc. l. 2. c. 38.
(e) Zonar. Annal. t. 3.
(f) Niceph. l. 7. c. 35.

X. Quod autem ad eorumdem necis cauſam ſpectat; cum Criſpi obitum a Fauſta noverca procuratum omnes affirment; Zoſimus (*g*) certam afferens cauſam, rem geſtam in hæc verba deſcribit: *At ubi Romam venit, omnis arrogantiæ plenus, ab ipſo lare ſibi ſumendum impietatis exordium exiſtimavit. Nam Criſpum filium, Cæſaris (ut antea dictum eſt) ornatum titulo, quod in ſuſpicionem veniſſet, quaſi cum Fauſta noverca conſueſceret, nulla ratione juris naturalis habita, ſuſtulit. Cumque Conſtantini mater Helena tantum calamitatem ægro ferret animo, & intolerabilem ex cæde juvenis dolorem perciperet; quaſi conſolans eam Conſtantinus, malum malo majori ſanavit. Nam cum balneum accendi ſupra morem juſſiſſet, eique Fauſtam incluſiſſet, mortuum inde extraxit.* Hæc ille. Ammianus (*h*) tamen Polæ in iſtria Criſpum eſſe necatum affirmat; ſed quod hoc eodem anno Conſtantinus animi imbutus ſævitia Romam ſe contulerit; necem Criſpi, ſicut aliorum, ipſe Zoſimus Romæ contigiſſe putavit; niſi potius Ammianum erraſſe velimus.

(g) Zoſim. l. 2.

Criſpi necis cauſa.

(h) Ammiã. an. l. 14.

XI. Artemius Præfectus Auguſtalis, idemque martyr, cum Chriſtianitatis reus cauſam ageret coram Juliano Apoſtata, deroganti illi Conſtantino, multaque in eum objicienti, ac præſertim propinquorum necem, hæc tunc in eum pro Conſtantino reſpondit (*i*): *Ille autem* (inquit) *uxorem Fauſtam juſte admodum interfecit, ut quæ priſcam Phædram eſſet imitata, ejuſque filium Criſpum calumniata, quod ejus amore captus eſſet, & vim ei conatus eſſet afferre, ſicut etiam illa Hippolytum Theſei filium. Atque primum quidem qui ſic in matrem inſanierat (ut volebant ejus verba) ille cum eſſet maritus, punivit. Poſtea autem cum ſcriviſſet eſſe mentitum, ipſam quoque occidit, in eam ferens ſententiam omnium juſtiſſimam:* Hæc Artemius ad Julianum; id ipſum de Criſpo filio affirmat S. Hieronymus (*k*) in Lactantio ejus magiſtro: habent hæc eadem Zonaras, & alii recentiores ipſorum interitum aſſerentes. Nec prætermittendus Suidas (*l*), qui eamdem Criſpi atque Fauſtæ necis cauſam affert; licet ipſe dubitet, id ne ante ipſius Conſtantini baptiſmum, an vero poſtea factum ſit, Sed accidiſſe ante baptiſmum, quæ dicta ſunt manifeſte declarant. At Gregorius Turonenſis (*m*) aliam ab his diverſam, cujus ante meminimus, de Criſpi, & Fauſtæ interitu ſolum cauſam adducit, quod regni proditores extitiſſent; ſed non probatur; fortaſſe enim ipſa Fauſta, ut tantum regnarent filii a ſe geniti, hæc una cum aliis in Criſpum privignum objecit.

Fauſtæ necis cauſa juſta.

(i) Ex Metaphr. apud. Sur. die 20. Octob. t. 5.
(k) Hier. de Script. Eccleſ. in Lactantio.
(l) Suid. Verb. κρίσπος.
(m) Gregor. Turon. hiſt. l. 2. 36.

XII. Sed & illud conſiderandum, affirmare Eutropium (*n*) innumeros quoque amicos tunc eſſe interfectos a Conſtantino; quod quidem etſi teſtis alicujus careret auctoritate; abſque aliqua alia aſſertione veriſimile declaratur, non abſtinuiſſe a familiarium nece, qui propinquis adeo intimis non pepercit; nam multorum exemplo exploratum habetur, cum imperatoris gladius in affines exeritur, in eorumdem domeſticos atque intimos familiares, & quoſcumque, vel leviſſima ſuſpicio macularit, & ſæpius in inſontes atque juſtiſſimos

(n) Eutrop. l. 10.

Familiares occiſi.

PAGIUS no CCCXXVI. paternis Vicennalibus Romanis claro. Hæc ille.

II. Sed fallitur; ut enim in ſecunda parte Diſſert. Hypaticæ demonſtravi, Decennalia & id genus feſta nonniſi remote priori Imperii anno reſpondent, proximeque ab ultimis ſolennibus a Romanis ſemper repetita, ut innumeris exemplis conſtat. Quare cum certum ſit, *Criſpum & Conſtantinum* Cæſares anno trecenteſimo viceſimo primo Quinquennalia dediſſe, eorum *Decennalia* in annum CCCXXV. aut CCCXXVI. inciderunt. Ea autem anno trecenteſimo viceſi-

Decennalia ab ultimis id genus feſtis ſemper deduƈta.

ſtiſſimos furere ſolere, & ſevetum vindicem progredi. Merito igitur hæc omnia a Juliano Apoſtata objecta Artemius martyr non negavit, ſed (quatenus licuit) potius excuſavit. Quamobrem haud mentitum eſſe dices Ablavium Conſulem, qui hæc omnia præſens ſpectans, Palatinis foribus affixo illo diſticho, teſtatus publico ſcripto eſt, in aureo ſæculo Neroniana tempora rediiſſe.

XIII. Criſpus Cæſar Chriſtianus.

(a) *Julian. in Caſſ.*

(b) *Niceph. l. 7. c. 33. in. fine.*

Quod vero ad Criſpum filium ſpectat; conſtat ab omnibus eſſe laudatum; quem etiam Julianus Apoſtata (*a*) virum frugi ac bonum prædicat; fuiſſe quoque religione Chriſtiana imbutum, multa ſuppetunt argumenta; par enim eſt credere, eamdem cum patre religionem eſſe ſectatum, & ad hanc ipſam a puero ab avia inſtitutum; quin & una cum patre Conſtantino baptizatum, Nicephorus (*b*) tradit. Vidimus prægrande antiquum numiſma id ipſum perſpicue demonſtrans; ſed quod ejus fides haud omnibus rei antiquariæ peritis probata fuerit, noluimus hic illud ipſum formis reddere; procul enim abhorremus ab iis qui abſque delectu a quovis oblata numiſmata, tamquam magnum quemdam theſaurum inventum, typis excuſa edunt; inde putantes ſuas ipſorum lucubrationes ornare, unde magis deturpant ac fide minuunt. Prodierunt hoc noſtro ſæculo, dixerim ne impoſtores? qui obductum craſſa rubigine cum numiſma æreum nanciſcuntur, formas, & litteras quas volunt ſolerti effingunt induſtria, turpis lucri gratia, non ſine magno rei antiquariæ præjudicio. Quod igitur velimus noſtros Annales omni carere ſuſpicione mendacii, ab ejuſmodi nobis probe notis abſtinuimus; & nonniſi quæ fuerunt ſatis ſuperque perſpecta, eruditorumque ſententia comprobata, omniumque fide obſignata hic numiſmata reddenda curavimus.

XIV. De integritate Numiſmatis.

(c) *Extabat numiſma ex ære apud Horatium Tigrinum de Marsiis, dum viveret.*

Hæc quidem nos in prima editione profeſſi ſumus, dum de germanitate numiſmatis quæſtio verteretur; in qua tutiorem illam partem exiſtimavimus, qua omnis licet leviſſimæ impoſturæ ſuſpicio penitus tolleretur. Cum ſic igitur in ea editione hujus tomi Romana nobiliſſimum Criſpi (*c*) numiſma omiſerimus, quod de ejus ſinceritate a quibuſdam dubitaretur; modo autem, veluti pulvere omni dubitationis excuſſo, evicta veluti cauſa, operæpretium nos facturos putavimus, ſi hoc loco illud in ſecunda editione reponendum curaremus, ex eo quod amiciſſimus meus Fulvius Urſinus, rerum antiquarum ſolertiſſimus explorator (ad quem velut Lydium lapidem quæque vetera monumenta probanda elucidandaque afferri ſolent, cujus & apud me auctoritas plurimum valet) de hac re conſultus ſæpius, & diligenter inſpecto numiſmate, eoque totis ingenii viribus omni adhibito experimento, percognito, & explorato, præſentibus illis etiam, quos ob ſingularitatem numiſmatis nonnihil de impoſtura pulſari animo ſenſerat, nullam prorſus in eo fraudem ineſſe affirmavit; ſed ſicut ab omni prorſus impoſturæ ſuſpicione oſtenſum numiſma ſcitis probatiſque rationibus vindicavit, ita contradicentium animorum latebras palam fecit, ea nimirum ex cauſa illud ab ipſis improbatum, ut poſſent viliori emere pretio; quod ipſe probe cognitum, examinatum, probatum, omnique ex parte approbatum, ab hæredibus poſſeſſoris erogato, quod petierunt, pretio emit, atque ex eo ſuum nobiliſſimis monumentis conferciſſimum Muſæum exornandum putavit.

Dubitandi autem cauſa inde fluxerat, quod in repurganda tollendaque ferro ærugine, quæ inter litteras altius inhæſerat, immutatas eſſe nonnullas ex eis ab imperito artifice, & harum rerum idiota, aliqui exiſtimabant, cum pro R. E. i. feciſſet X. R. indeque adulteratum numiſma, alioquin antiquiſſimum, videri poſſe, in quo ab uſitata forma veterum inſcriptionum abhorreret, quæ debuerat eſſe, SALUS ET SPES REIPUBLICÆ; quodque manus ita effigiata, ut benedicentem repræſentaret. Sed quod ad hanc rem ſpectat, in numiſmate iſtud habetur certiſſimum vetuſtatis teſtimonium; nam elevatis manibus Chriſtum Apoſtolis benedixiſſe, S. Lucas ſcribit. De littera item X. quod unica ea Chriſti nomen indicari ignoraretur, non levem etiam quibuſdam dubitandi cauſam dederat: ea ipſa Chriſtum ſignificari, ex Juliano in Miſopogone jamdudum docuimus. Hæc vero littera, nempe X. in hoc numiſmate minime fucata, ſed plane germana, omnique dubitatione prorſus carens, ſupra ipſum Chriſti caput ad perpendiculum ita poſita eſt, ut videatur non modo Chriſti nomen indicare, ſed in contextum aliarum recepta ſignificare Chriſtum ſalutem, & ſpem Reipublicæ eſſe. Nam ita is titulus explicari debet: SALUS ET SPES CHRISTUS REIPUBLICÆ. Uſus poſtea obtinuit ut X. elementum, quod ſuper Chri- XV.

PAGIUS mo quinto acta, ineunte nempe decimo Imperii Cæſarei anno, indicat Conſulatus ab utroque Cæſare hoc anno ſuſceptus, & certum facit Porphyrius in Panegyrico Conſtantini, ut ſuo loco videbitur. Vicennalia vero Conſtantini Magni in præfatis Nummis expreſſa Nicomedienſia ſunt, non vero Romana; cum in iis *Conſtantinus* ſine habitu Conſulari repræſentetur. Quamobrem Criſpus & Conſtantinus junior tam in ſuis Decennalibus, quam in ſuis Quinquennalibus, patris Vicennalia in ſuis Nummis expreſſerunt, ut ea mox recitatis liquet; ſed non eodem anno

Digitized by Google

Chriſti caput ab antiquioribus apponi ſoleret ad nomen Chriſti ſignificandum, idem poſtea ſuerit eadem ex cauſa in diademate collocatum, eoque modo aptatum, ut Crucis formam exprimeret, cum alioqui in antiquioribus Salvatoris noſtri imaginibus parvum abſque aliquo ſigno diadema in modum ſphæræ inveniatur expreſſum, cum additamento tamen juxta poſito nominis Chriſti; quo ſi careat, tunc illud in diademate hoc modo invenitur per X. notam appoſitum





XVI. Numiſmatis elucidatio. Cum itaque conſtet ea Damaſo, & aliis, Conſtantinum Imperatorem Chriſti imaginem in ſella ſeu throno ſedentem ex argento Laterani dedicaſſe; veriſimile eſt Criſpum ejus filium eamdem in hoc numiſmate exprimere voluiſſe, quem una cum patre baptizatum ſuiſſe (ut dictum eſt) Nicephorus affirmavit; quorum imagines a dextera lævaque Salvatoris hoc in numiſmate expreſſas eſſe non dubites; licet ambos Cæſares Conſtantini filios, Criſpum, & Conſtantinum filium eas imagines præſeferre, nihil eſt quod dici poſſe prohibeat. Criſpum igitur nobiliſſimum Cæſarem Chriſtiana religione imbutum, præclaris victoriis auctum, rebus fortiter geſtis vere magnum, ſpe autem ſuturorum, ſi licuiſſet, maximum, ſpectata caſtitate cæteriſque moribus inſignem, furore tyrannicæ patriæ poteſtatis ſublatum in ipſius præſertim adoleſcentiæ flore, Helena avia (ut tradunt) inconſolabiliter flevit.

XVII. Verum quid poſt tot tamque immania ſcelera perpetrata, jam reſipiſcens, ſuique compos factus Conſtantinus egerit, accuratius inveſtigemus. Proſecuti ſunt ea Zoſimus atque alii, licet Ethnici; quorum fidei non eſt propterea derogandum, quod Gentiles ſint, cum ea præſertim ſcribant quæ potius Chriſtianis faveant, quam patrio ipſorum cultui. At ipſum Zoſimum audiamus (a): *Horam* (inquit) *ipſe ſibi conſcius, & propterea contemptæ ſacramentorum religionis, ad Flamines accedens, admiſſorum luſtrationes poſcebat. Illis reſpondentibus, non eſſe traditam luſtrationis modum, qui tam fœda piacula poſſet eluere, quidam Hiſpanus genere, cui nomen eſſet Ægyptius Romam delatus, Palatinisque mulierculis familiaris factus, & ad Conſtantini colloquium admiſſus, ſententiam doctrina Chriſtianorum habere vim abolendi quodcumque peccatum confirmavit, & id ipſum adeo polliceri; nimirum acceptantes eam homines impios, mox omni delicto liberari. Eam orationem cum non gravate Conſtantinus accepiſſet, ac patria miſſa faceret, perceptis iis quæ hic Ægyptius offerebat, principium impietatis hoc dedit, ut divinationem ſuſpectam haberet. Nam quod ei multæ res proſperæ per hanc prædictæ fuiſſent, eventumque re ipſa ſortitæ, verebatur, ne itidem aliis adverſus ipſum hanc conſulentibus, id quod futurum eſſet, prædiceretur; atque hoc conſilio impulſus, ad hujuſmodi abolenda ſe convertit:* Hucuſque Zoſimus.

(a) Zoſim. l. 2.

Baptiſmus Conſtantini a Zoſimo ſubobſcure deſcriptus.

XVIII. Quibus quidem non obſcure ſignificat, Conſtantinum divinationem Auguſtum primitus deteſtatum, cujus impulſu a Deo antea deſciviſſet, & in tam enormia peccata prolapſus eſſet; cum & Chriſtiana lex impetet, ſacro baptiſmate initiandum, ante omnia ſatanæ & operibus ejus renunciare debere; ac proinde dum ait Conſtantinum tam immanibus criminibus lege Chriſtiana expiatum, haud aliud ſignificare potuit, quam ipſum hiſce ſordibus ſuſcepto baptiſmo eſſe dilutum: cum omnes ſciant, accedenti impio ad Eccleſiam, nullis aliis ritibus remiſſionem peccatorum ſolere conferri. Nec mirari quis debet, ſi obſcure, neque adeo dilucide Ethnicus ſcriptor myſteria noſtra ſit proſecutus; cum id ipſum ſit obſervare in cæteris ſcriptoribus Gentilibus omni-

Gentiles res chriſtianas minus plene deſcripſiſſe.

PAGIUS no, quo is Vicennalia Nicomedienſia, ipſi Decennalia peregere, ut Wilthemius male ex iis deduci putat. Neque ea Decennalia in annum CCCXXVI. dilata, cum eo anno, ante Kalendas Martii Imperii eorum Cæſarei Natale, *Criſpus* perierit, uti numero ſequenti oſtendo. Nec denique uterque Cæſar paterna Vicennalia edidit: hoc enim inauditum & hactenus non ſomniatum.

III Criſpi Cæſaris cædes. *Licinii* junioris & *Criſpi* Conſtantini M. filii interitus anno tantum trecenteſimo viceſimo ſexto, & quidem prioribus illius anni menſibus conti-

mnibus, qui rerum Chriſtianorum meminerunt; uam eadem obſcure, conciſe, dubie & haud uſquequaque fideliter, in omnibuſque vere referre conſueverunt, ut Suetonius, Tacitus, Lucianus, & alii, de quibus diximus, vel præter Zoſimum, de quo agimus, Ammianus Marcellinus, de quo dicturi ſumus: ſed prudens lector, cum in ejuſmodi eorumdem ſcripta inciderit, quaſi per tranſennam ea quæ foris minus apparent, intus eſſe perſpicue intuebitur.

XIX. At non Zoſimus tantum hæc, quæ retulimus ſcriptorum monumentis teſtata reliquit, ſed & alii quoque Gentiles hiſtorici, quorum meminit Sozomenus (a); qui minus prudens (ut vidimus) dum eorum de Criſpi nece aſſertionem confutare ſtudet, ejuſmodi de re ab eis ſcriptam narrationem inſtituit: *Non ſum* (inquit) *equidem neſcius, memoratum a Gentilibus Conſtantinum tum genere ſibi conjunctiſſimos trucidaſſe, tum ad necem filio ſuo Criſpo inferendam operam contuliſſe. Quorum facinorum eum cum poſtea pœniteret, cum Sopatro philoſopho, qui id temporis in ſcholam philoſophiæ, cui antea præfuerat Plotinus, magiſter ſucceſſerat, de eorum expiatione communicaſſe: eum autem reſpondiſſe, nullam eſſe ejuſmodi delictorum expiationem. Qua inſcitione Imperatorem valde perturbatum, forte incidiſſe in Epiſcopos; qui pœnitentia, & lavacro baptiſmatis ſe eum omni peccato expiaturos pollicerentur. Quos cum ex animi ſui ſententia dixiſſe intelligeret; eorum reſponſo magnopere delectatum, cœpiſſe illorum religionem habere in admiratione, Chriſtianum fieri, & ſuos ſubjectos ad eamdem religionem pellicere:* Hæc de his, quæ a Gentilibus ſcripta, Sozomenus, ac plane diverſa in nonnullis ab eis, quæ ex Zoſimo recitavimus; ne credas eum ab eodem Zoſimo hæc hauſiſſe, ſed plane ab alio, immo aliis, nempe pluribus, quod teſtatur: ut fides tot teſtium contra ſe ipſos teſtantium nonniſi certa exploratataque omnibus haberi debeat.

(a) Sozom. l. 1. c. 5.

Scriptores gentiles teſtes de Conſtantini baptiſmo.

XX. Verum quid adverſus hæc ipſe? *At mihi* (inquit) *jane iſta ab illis qui ſtudio ducuntur Chriſtianæ religioni obtrectandi, videntur eſſe conficta. Nam Criſpus, propter quem memorant Conſtantinum expiationem quæſiviſſe, vigeſimo anno Imperii paterni mortem obiit; qui, dum viveret, multas leges cum patre una (utpote qui ſecundas Imperii partes, Cæſar enim erat, obtinuiſſet) pro Chriſtianorum libertate ſancivit; cui rei etiamnum teſtimonio eſſe poterunt tum tempora, quæ ipſis legibus ſcripta ſunt, tum Legumlatorum nomina:* Hæc ipſe, non admittens omnino Criſpum a Conſtantino, juſſum occidi; nisi magis ad Sozomeni excuſationem dicere velimus, non eo tendiſſe argumentum ipſius, ut neget Criſpi necem a patre Conſtantino inferri juſſam, ſed magis, cum ſcriptores Gentiles dicerent, ex nece Criſpi eveniſſe Conſtantini ad Chriſti converſionem; ipſe Sozomenus, ut hoc impugnaret, utpote commentum eorum, probare viſus ſit, longe ante Criſpi obitum, Conſtantinum jam fuiſſe Chriſtianum, ipſumque Criſpum plures vixiſſe annos, poſtquam pater religionem amplexus eſt Chriſtianam, qui una cum eo pro Chriſtianis reſcripta dediſſe inveniretur, ſuperſtes ipſe uſque ad annum vigeſimum Conſtantini. Quod vero ad leges pertinet conſignatas Criſpi nomine; niſi velimus auctorem eſſe mentitum, dicendum eſt, ipſum in Codice Theodoſiano atque Juſtinianeo prætermiſſum; niſi potius affirmandum eſt, Conſtantini leges nonnullas inveniri notatas Conſulatu Criſpi Cæſaris; ſed eſt id aliis quoque commune. Tum ſubdit Sozomenus:

Sozomenus hallucinatus, dum alios imprudens arguit.

Quod autem (inquit) *ad Sopatrum attinet; primum non eſt veriſimile, eum in colloquium veniſſe Conſtantini, qui ſoli illi Imperii parti, quæ eſt verſus Oceanum, & ad Rhenum pertinet, præfuit. Nam propter diſſidium cum Maxentio ætatem in Italia degente, Imperium Romanum ſeditionibus exorſit: neque facile erat cuiquam, illo tempore, ad Gallos, Britannos, & reliquos illius Orbis partis incolas (apud quos liquido conſtat inter omnes Conſtantinum primo Chriſtiana religione imbutum eſſe) ante iter facere, quam Conſtantinus adverſus Maxentium bellum geſſiſſet, peragraſſet Italiam, & Romam uſque veniſſet. Cujus rei teſtes denuo ſunt tum tempora, tum leges pro pia religione promulgatæ. Quod ſi demus etiam (uti facile poſſumus) Imperatorem cum Sopatro coram collocutum, vel per litteras, quæ volebat ab eo didiciſſe; non tamen probabile eſt philoſophum ignoraſſe, quomodo Hercules Alcmenæ filius, tum poſt trucidatos liberos, tam poſt cædem Iphiti, quem (utpote hoſpitem, & amicum) injuſte peremerat, cæteris ſit expiatus myſteriis. Verum ſint hæc quæ diximus ſatis, tum ad oſtendendum, quod Gentiles ejuſ-* XXI. De Sopatro Philoſopho.

PAGIUS Baron. n. 1. & ſeqq. tigit. Idacius enim in Faſtis *Criſpi* cædem eo anno conſignat; cumque tam Oroſius, quam Hieronymus in Additamento Chronici Euſebiani, Licinium juniorem eodem ac Criſpum tempore occiſum referant, ad eum etiam annum *Licinii junioris* mors revocanda. Præterea Zoſimus lib. 2. ſcribit, Criſpum interfectum, cum Conſtantinus jam Licinio Auguſto Licinii junioris patri vitam ademiſſet, univerſum Imperium ad unius poteſtatem rediiſſet, ipſeque Conſtantinus M. Romam profectus eſſet. Certum autem ex dictis, Licinium Auguſtum anno tre-cen-

Digitized by Google

ejuſmodi delictorum expiationem profiterentur, tum ad eos mendacii convincendos, qui Sopatrum ei rei contradixiſſe commenti ſunt. Nam non equidem affirmarim, philoſophum, qui apud Gentiles ob exquiſitam doctrinam id temporis facile præclariſſimus habitus eſt, illam expiandi modum ignoraſſe: Hucuſque Sozomenus.

XXII. Redarguitur auctor.

Qui quidem dum primo in eo verſatur, ut neget Sopatrum conſuetudinem habuiſſe, immo nec locutum eſſe cum Conſtantino, dum in Galliis ageret, nec cum Maxentium expugnaſſet; quid hoc inſulſius, aut ineptius (pace ſua dixerim) potuit ad ea de Sopatro confutanda in contrarium adduxiſſe? perinde ac ſi Criſpi, & aliorum propinquorum necem quis dicat accidiſſe ante victum Maxentium; cum Zoſimus, & alii omnes quos vidimus, non ſolum poſt debellatum Maxentium, ſed poſt ſuperatum quoque Licinium, cum ſumma rerum unus ipſe Conſtantinus potiretur, affirment id contigiſſe. En in quos errorum anfractus ipſum ignoratio rerum geſtarum conjecit, & temporum. Miramur inſuper Græcum auctorem prætetiiſſe Eunapium Sardianum, res geſtas philoſophorum hujus ſæculi accurate ſcribentem; & tractaturum ipſum de Sopatro, res Sopatri non ab eo exacte perveſtigaſſe. At quid Eunapius, ſui ſæculi res geſtas conſcribens, de Sopatro poſterorum memoriæ commendarit, audiamus. Primo enim multa locutus de Sopatri magiſtro Jamblicho, hæc poſtea de ipſo Sopatro ſubtexit (*a*):

(*a*) *Eunap. Sard. in Vita Philoſoph.*

XXIII. Eunapius de Sopatro Philoſopho Gentili.

At Sopater cæteris eloquentior, natura ſublimium honorum appetens, animoque magnus, & ferox, aſpernatus reliqua in turba ætatem degere, magna celeritate ad aulam Imperatoriam accurrit, quaſi Conſtantini propoſitum atque impetum domiturus, & ratione ſuperaturus. Certe eo exiſtimationis potentiæque pervenit, ut Imperator delinitus captuſque ab homine, aſſeſſorem eum ad dexteram publice habuerit; res auditu viſuque incredibilis. Proceres aulici invidia dirupti, quod Regia philoſophiam jam ſero diſceret, Cecropum occaſionem captabant, non Herculem modo ſomno oppreſſum, ſed brutam illam nunc vigilem fortunam comprehenſuri. Quocirca clam concilia, & cœtus agitare, nihil omittere, quod tollendis inſidiis commodum foret: Hæc Eunapius, qui deinde narrat, quomodo idem Sopater, cum ſummam inter aulicos ſibi gloriam comparaſſet, a Conſtantino juſſus fuerit inſidiis æmulorum occidi; additque eumdem eo claritudinis provectum eſſe, ut ſuperaret Ablavium Præfectum Prætorio, penes quem fuiſſe ſummam Imperii, veteres ſcriptores affirmant. Ex quibus plane apparet, quantopere hallucinatus ſit Sozomenus, qui & negare viſus eſt Sopatrum cum Conſtantino numquam locutum fuiſſe.

XXIV. Elucidatio dictorum.

His confutatis, quæ tam leviter de Sopatro & Sozomeno allata ſunt; reliquum eſt, ut videamus, an verum ſit, quod ipſe idem negat dici potuiſſe a Sopatro Conſtantino, nullam eſſe expiationem admiſſi facinoris; quandoquidem (ut ait) Herculem filiorum interfectorem conſtet ſacris Cereris eſſe purgatum. At non animadvertit Sozomenus, vel mente excidit, quod dixerat, Sopatrum Platonicum fuiſſe philoſophum, atque magiſtrum præfectum ſcholæ Plotini. Porro Platonis illud dogma erat (*b*), quod divina juſtitia in homines invigilante, qui cædem patraſſent, non aliter a diis veniam conſecuturi eſſent, niſi ipſi eamdem, quam aliis intuliſſent, paterentur; quamobrem ſi abſque tali expiatione animæ ſolverentur a corporibus, eas apud inferos ſuppliciis affici, atque iterum detrudi in nova corpora, ut neceſſario idem ſubituri eſſent, quod antea in alios perpetraſſent. In eo tamen a Plotino cæteri Platonici diſcrepabant, quod cum ille diceret in bruta quoque corpora peccantium animas interdum immitti ſolere; iſti nonniſi in humana eas ad luenda ſupplicia migrare juberi. Sic igitur jure ex Platonis omniumque Platonicorum ſententia reſpondit Sopater Conſtantino, nullam reliquam eſſe tanti facinoris expiationem; ſed hoc quod ad purgationem plenariam parricidii, non autem quod ad publici ſtatus cenſuram, ex qua certa pro delictis puniendis ſtatuta erant ab eodem Platone ſupplicia. At non requirebat hæc Conſtantinus, cum ſolutus legibus divinas tantum iras extimeſceret.

(*b*) *Plato de Leg. l. 33. dial. 9. & Marſil. Ficin. ibid.*

XXV. Expiationes Gentilium.

Sed quod idem affert Sozomenus Herculis exemplum ſacris Cereris expiati, a propoſito procul abhorret; ſiquidem ille in furorem converſus, immiſſa in eum a Junone inſania, neſciens uxorem occidit, & filios; ob idque nullius criminis reus, nulla indigebat expiatione; unde (quod tradit Julius Higynus *c*) menti redditus, de purgatione cum Apollinem conſuleret, nullum accepit ab eo reſponſum; ob quod indignans ejus tripodem ſuſtu-

(*c*) *Jul. Hygyn. Fab. c. 31. 32.*

PAGIUS centeſimo viceſimo quinto periiſſe, eo etiam anno Conſtantini Monarchiam inceptam; annoque treceteſimo viceſimo ſexto Conſtantinum poſteriora Vicennalia edidiſſe Romæ, ubi anno treceteſimo viceſimo ſexto VIII. Idus Julias emiſit Legem 3. Codicis Theod. *De infirmandis his*, *quæ ſub Tyrannis*, inſuper *Criſpum*, anno ſequenti poſt celebratum Concilium Nicænum, in vivis adhuc fuiſſe & Decennalia ſua, cum patre Vicennalia exhibuiſſe evincit *Porphyrius* in Panegyrico Conſtantini in *illis* Vicennalibus recitato; ait enim:

Sancte

ſuſtulit. Immo idem auctor refert ab eodem Hercule tunc occiſum Neleum cum decem filiis, quoniam is eum purgare ſeu luſtrare voluit, cum Megaram ſuam uxorem, & filios Theremarchum, & Ophitem interfeciſſet. Hæc quidem Julius Higynus; quæ licet in fabulis ſint, haud tamen aptari Conſtantino poſſunt, etiamſi ex Sozomeni præſcripto res geſtę eſſent; nam Conſtantinus nulla tactus amentia, ſed ſciens, & volens facinus perpetravit.

XXVI. Purgationes penes Gentiles. At non inficias imus, fuiſſe penes Gentiles eorum ritibus pro juſtis cædibus inſtitutas purgationes, unde illud Virgilii (a):

(a) Virgil. 2. Æneid.

Me bello e tanto digreſſum, & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine vivo Abluero.

Fiebat quoque aſperſione aquæ luſtralis; unde & apud eumdem Virgilium (b).

(b) Virgil. 6. Æneid.

—— Ter ſocios pura circumfluit unda
Spargens rore levi.

Porro diſcrimen inter ablutionem, & aſperſionem fuiſſe Macrobius (c) accurate declarat. Sed & fieri quoque ſolebat triplex purgatio, nempe aqua, ſulphure, atque igne; unde Ovidius:

(c) Macrob. Saturnal. l. 3. c. 1.

Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtra.

Tradit & Plinius (d), ſuffitus lauri adhiberi ſolitos in purgatione a cæde hoſtium. Erant & aliæ ejuſmodi apud eos purgationes, ſed a parricidio nulla prorſus. Nam de Nerone, cum matrem occidit, hæc habet Suetonius (e): *Sæpe confeſſus agitari ſe materna ſpecie, verberibus furiarum, ac tædis ardentibus. Quin & facto per magos ſacro, evocare Manes, & exorare tentavit. Peregrinatione quidem Græciæ Eleuſiniis ſacris, quorum initiatione impii, & ſcelerati voce præconis ſubmoverentur, intereſſe non auſus eſt.* Hæc cum dicat Suetonius; plane ſignificatur, nullas fuiſſe penes Gentiles parricidii expiationes; quibus, ut ea quæ patiebatur, a ſe averteret, Nero non caruiſſet; nam tantum abfuit, ut illis aliquando purgatus eſſet, quin potius ab Eleuſiniis excludi ea de cauſa metuerit. Apparetque ex iiſdem, tantum abeſſe, ut ſacris Cereris ejuſmodi facinus purgaretur; ut tales facinoroſi procul ab illis arcerentur. Jure igitur conſtat, non Sopatrum tantum (quod teſtatur Sozomenus) ſed & Flamines reſpondiſſe Conſtantino (ut ſcribit Zoſimus) non eſſe traditum luſtrationis modum, qui tam fœda piacula poſſet eluere.

(d) Plin. l. 15. c. ult.

(e) Sueton. in Ner. c. 34.

XXVII. Gentiles ſcriptores indicant Baptiſmum Conſtant. Vides ergo hæc omnia tum ex Zoſimo, tum ex Sozomeno recitata, ſed a Gentilibus (quod ait) ſcripta, eſſe in omnibus conſentanea veritati, atque digna quæ ſua integritate recipiantur a cunctis veritatem exactius exquirentibus atque colentibus. Sed quod ſubdit Zoſimus: *Quidam Hiſpanus genere, cui nomen eſſet Ægyptius, Romam delatus, Palatiniſque mulierculis familiaris factus, & ad Conſtantini colloquium admiſſus, ſententiam doctrinæ Chriſtianorum habere vim abolendi quodcumque peccatum, confirmavit, &c.* Habet verborum textus magnam obſcuritatem, ad intelligendum quiſnam fuerit homo ille Hiſpanus genere, nominatus Ægyptius, Romam delatus. At ex Evagrio emendandus eſt textus Zoſimi; non enim (quod vertit Latine interpres) habet Zoſimus illa ſic poſita verba: *Quidam Hiſpanus genere, cui nomen eſſet Ægyptius:* Sed (ut ex eodem Zoſimo legit Evagrius) *Quidam Ægyptius ex Iberia venerat*, ex Hiſpania ſcilicet. At quænam hæc connexio, Ægyptius ex Hiſpania, vel, Hiſpanus Ægyptius? Hic conſiderare debemus, apud nonnullos Scriptores hoc nomen, Ægyptius, idem importare, quod magus; ſic namque ea vox in divinis Scripturis (f) interdum uſurpata reperitur, necnon a Joſepho (g), Porphyrio (h), & aliis. Quamobrem res in unum idemque recidunt, ut ſive dicas cum Zoſimi lectione Latina, *Quidam Hiſpanus Ægyptius*, ſive cum Evagrio: *Quidam Ægyptius ex Hiberia*; idem ſit, ac ſi diceretur: *Quidam magus Hiſpanus ſive magus veniens ex Hiſpania*: ſed quod moris eſt Gentilibus, Chriſtianorum ſacrificos appellare magos; in eam plane ſententiam imus, ut ejuſmodi hominem magum Hiſpanum nullum alium exiſtimemus, quam Oſium Cordubenſem Epiſcopum, fama notiſſimum; eum namque qui talia ſuaſit Conſtantino, fuiſſe unum ex Chriſtia-

(f) Act. 21.

(g) Joſeph. Antiq. l. 20. c. 6 & de bell. Jud. l. 2. c. 12.

(h) Porphyr. in Vit. Plotini.

PAGIUS

Sancte Pater, rector Superum, Vicennalia læta
Auguſto & decies creſcant ſolennia natis.

id eſt, Criſpo & Conſtantino juniori Cæſaribus.

IV. Locus ejus cædis ac imperium Cæſareum. [1] Ad hæc *Pola* in Iſtria interfectum Criſpum teſtatur Ammianus lib. 14. cap. 11. at *Pola* proxima Aquileiæ, ubi anno trecenteſimo viceſimo ſexto, *pridie Nonas Aprilis* Conſtantinus M. dedit Legem unicam, *Si quis eam cujus tutor*, ut obſervat Gothofredus in Chronologia Codicis Theod. Ex quo apparet, Criſpum prioribus illius anni menſibus occiſum. Quibus adde, Sozomenum lib. 5. cap. 5. ſcribere, Criſpum *anno Imperii*

NOTÆ [1] CRiſpum Conſtantini filium veneno a Patre ſuo ſublatum fuiſſe unus, quem ſciam, prodidit Sidonius Apollinaris, Epiſtolar. lib. 5. Epiſt. 8.

Digitized by Google

ſtianorum Epiſcopis, quæ ſunt a Sozomeno recitata, ſatis aperte declarant. Niſi & vocem illam, *Ægyptius*, quis putaverit reſtituendam: *Ex Ægypto*, ut illa ſit connexio verborum: *Quidam Hiſpanum ex Ægypto Romam delatus*: meminiſſe enim debemus, Oſium a Silveſtro legatum miſſum fuiſſe in Ægyptum. Oſius igitur Epiſcopus Cordubenſis ex ſuſcepta legatione in Ægyptum, Romam reverſus, nactus tam immania ſcelera a Conſtantino patrata, quod illi eſſet (ut dictum eſt ſuperius) ſumma familiaritate conjunctus, eum id expoſcentem docuit, peccata non aliter expiari poſſe, quam ex Chriſtiana religione petito remedio, nempe ſacro baptiſmo; quod illi facile perſuaſit, homini præſertim cathecumeno, & de Chriſtiana pietate optime merito. Quod autem non Romanum Antiſtitem, ſed peregrinum hominem ejus rei ſuaſorem, & impulſorem iidem tradant; ex iis certiores atque evidentiores videri poſſunt latebræ Silveſtri Romani Pontificis, de quibus ſuperius mentionem habuimus, atque proxime dicturi ſumus.

XXVIII. Quid de his Chriſtiani ſcriptores.

Hæc igitur cum ſint in primis Gentilium ſcriptorum teſtificatione firmata, atque exacta inſuper adhibita examinatione probata, certa veraque cognita; quomodo etiam antiquis Chriſtianæ religionis monumentis firmiora reddantur, rem ſedulo perveſtigantes, intelligamus: quæ enim ex Gentilium ſcriptorum atteſtatione præmiſimus, rem ipſam accurate conſideranti lectori, ad veritatem penitus conſequendam haud dubia præambula ſunt, ſed via recta, ac certa manu ducens prævia diſpoſitio. Siquidem ex iis explorata prorſus habentur admiſſa dira ac parricidalia Conſtantini delicta, ab eodemque ad ea abluenda quæſita remedia, nec ea apud alios, quam Chriſtianos inventa, ac proinde (quod ex neceſſaria aſſumptione deducitur) ad ea purganda eſſe adhibitum ex more ſacrum baptiſma.

XXIX. Fides de Conſtantini Baptiſmo ex Romano Concilio.

Hæc, inquam, ex veteribus Eccleſiaſticis monumentis perſpicua magis magiſque redduntur; & in primis ex Romano Concilio, hoc anno coacto ſub Silveſtro; nam ad ejus finem habetur, hujus anni Conſulibus celebratum, nempe Criſpo, & Conſtantino tertium Conſulibus; licet depravati codices, loco Criſpi, habeant Priſcum: irrepſit idem error in Acta quæ citavimus Artemii martyris, Juliani temporibus; in quibus cum mentio fit de Criſpo Conſtantini filio, Priſcus nominatus reperitur? ſed & apud Suidam pro Criſpo Priſcus legitur: quod minus conſiderans quidam imprudenter nimis viſus eſt eamdem Synodum reſpuiſſe. In ejus vero Concilii exordio hæc narrantur de cauſa cogendi ejuſmodi Epiſcoporum conventus: *Eodem tempore, cum multi nobiles gauderent, quod Conſtantinus rebaptizatus a Silveſtro Epiſcopo urbis Romæ, & mundatus fuiſſet a lepra; pro hoc beneficio, quod accepit a Domino noſtro Jeſu Chriſto per Silveſtrum Epiſcopum, cœpit integre prædicare Dominum Jeſum Chriſtum, & confiteri ejus beneficia. Silveſter igitur Epiſcopus urbis Romæ congregavit fratres, compresbyteros, coepiſcopos, & diaconos ſuos, & cives Romanos. Et quoniam* * *mater Eccleſia genuerat filium cariſſimum Conſtantinum, &c.* De iis enim, quæ ad idem Concilium ſpectant, agemus inferius. Nam cum ejuſmodi Romana Synodus, ut legitima, in compluribus antiquis codicibus ſcripta habeatur, exhibeatque illam ipſam antiquiſſima Creſconiana Collectio; non eſt quod quis ſuſpicari poſſit, humanum eſſe commentum.

* *quem*.

XXX. De tempore Baptiſmi Conſt. conſulantur quorumdam ſententiæ.

Hujus quoque, puto, auctoritate Concilii Anaſtaſius Bibliothecarius in Chronico perbrevi, quod ſcripſit, recenſet Conſtantini baptiſmum Romæ habitum anno decimooctavo ejus Imperii, nempe ſub his ipſis Conſulibus hoc anno, quo abſolvitur ejuſdem Imperatoris annus decimusoctavus, & inchoatur decimusnonus. Atque hæc ſatis de iis quæ ad tempus ſpectant. Quibus in primis erroris arguuntur, qui Conſtantini baptiſmum ad illud tempus referunt, quo expugnato Maxentio, primum ingreſſus eſt Romam; ſed & illi pariter, qui eum tempore mortis tradunt baptizatum Nicomediæ, adverſus quos prolixior paulo poſt diſceptatio erit. Extrema igitur hæc declinantes, ſententiam ſequimur de baptiſmi Conſtantini tempore, quam novimus illorum præcipue aſſertione probatam, qui cum Gentiles ſint, neutrius opinionis inter Fideles verſantis affectione tenentur, ſed quæ noverunt libere profeſſi ſunt; quam & ſacri Romani Concilii Actis intelligimus confirmari, & Anaſtaſii ſcriptoris accuratiſſimi teſtificatione inſuper roborari. His adde, quæ de Conſtantini lepra, & curatione per baptiſmum facta futuris ſæculis credita ſunt, atque abſque ambiguitate recepta. Unde Gregorius (*a*) Turonenſis, cum agit de baptiſmo Clodovei Francorum

(*a*) *Greg. Tur. hiſt. lib.2.c.31.*

PAGIUS *perii patris ſui viceſimo* mortem obiiſſe, & Hieronymum in Additamento Chronici Euſebiani hæc tradere: *Criſpus filius Conſtantini, & Licinius junior Conſtantia Conſtantini ſororis, & Licinii ſuperioris filius, crudeliſſime interficiuntur anno Imperii ſui nono.* Nonus vero Imperii Criſpi annus cum menſe Februario anni treceteſimi viceſimi ſexti expiravit. Quapropter niſi Hieronymus nonum illum annum a Kalendis Octobribus cum anno populari inchoet, Criſpus ante menſem Martium morte affectus. Denique cum *Conſtantinus M.* neque præſenti, neque inſe-

rum Regis, hæc ait: *Procedit novus Conſtantinus ad lavacrum, deleturus lepræ veteris morbum, ſordenteſque maculas geſtorum antiquorum recenti latice deleturus.* Eadem quoque habet Hincmarus in Vita quam ſcripſit S. Remigii.

XXXI. Acta Silveſtri cujus fidei.

Verum quonam modo hæc ſe habuerint, ut in re permagni ponderis, ſingula exactiſſime diſquiremus. Præſtant hæc quidem Acta Silveſtri; quæ cum antiquitus Romæ a Catholicis legi ſolita, & antiquo uſu a nonnullis aliis Eccleſiis idem factitari conſueviſſe teſtetur Gelaſius (*a*); quis tam exploratæ antiquitatis exactiſſimus, ac ſeveriſſimus cenſor ea omnino ſpernenda eſſe atque rejicienda decernat, niſi qui tumido faſtu neget (quod eſt in divinis Scripturis *b*) eſſe in antiquis ſapientiam, & ſuperbe ſuper alios ſe ipſum extollens, Davidicum illud uſurpet (*c*): *Super ſenes intellexi?* Si igitur de antiquo uſu lectionis Actorum Silveſtri Gelaſius teſtis eſt, cum ab hoc tempore uſque ad ejus ſedem nonniſi centum & ſexagintaocto anni intercedant; plane ſignificatur eodem hoc ipſo Silveſtri ſæculo eadem legi ſolita, ac proinde nonniſi vera exiſtimata, quæ ab ejuſdem ſæculi hominibus potuiſſent argui falſitatis. Nec eſt quod tergiverſari quis jure debeat, ea apud Gelaſium de Actis Silveſtri deſiderari in aliquo codice; nam quotquot reperiri poſſunt codices Creſconianæ Collectionis, quæ cæteris habetur antiquior, in iis omnibus atque aliis ejuſdem venerandæ antiquitatis ponitur diſertis verbis eadem Gelaſii de Silveſtri Actis ſententia. Quoniam vero quæ extant eadem Silveſtri Acta tum apud Græcos, tum etiam Latinos in nonnullis depravata eſſe ſuperius demonſtravimus; reliquum eſt, ut illa ab antiquioribus ac majoris fidei auctoribus primum accepta, quæ ex iis vera, quæve ambigua, vel falſa omnino eſſe noſcuntur, ad Lydium allata lapidem diligenti habita inveſtigatione quæramus.

(*a*) *Gelaſ. in Conc. de lib. authent. & apocryph.*

(*b*) *Job.* 12.

(*c*) *Pſal.* 118.

XXXII. Ex actis Silveſtri, quæ Hadrianus deprompſit.

Quæ ergo ad Conſtantini baptiſmum ſpectant, citantur ea, ac pariter recitantur ab Hadriano Papa qui non ut apocrypha dubiave refert, aut ea prodit coram domeſticis arbitris, & in cauſa cujus nulla eſſet controverſia agitata, ſed ad Orientis Imperatores ſcribens, eoque potiſſimum tempore, quo ejus dogmatis cauſa altercationes frequentiſſimæ atque acerbiſſimæ eſſent; ut facile intelligas, non levia quæque, & nullius ponderis, atque auctoritate carentia teſtimonia adverſus pugnaciſſimos adverſarios eſſe producta, ſed quæ eſſent ictibus impugnantium ex adverſo omni ex parte ſolide conſtantia, atque firmiter conſiſtentia. Sunt autem hæc Hadriani verba (*d*): *Ex eo enim, quo Chriſti Dei noſtri Eccleſiæ, tempore quietis & pacis, apertæ ſunt fores, hactenuſque depictæ Eccleſiæ imaginibus ſunt ornatæ, beato atque ſanctiſſimo Papa Silveſtro teſtante. In ipſis enim exordiis Chriſtianorum, cum ad fidem converteretur pius Imperator Conſtantinus ſic legitur: Tranſacta die, nocturno Regi facto ſilentio, ſomni tempus advenit; & ecce adſunt ſancti Apoſtoli Petrus, & Paulus dicentes: Quoniam flagitiis tuis poſuiſti terminum, & effuſionem innocentium ſanguinis horruiſti; miſſi ſumus a Chriſto Jeſu Domino dare tibi ſanitatis recuperandæ conſilium. Audi ergo noſtra monita, & fac omnia, quæ indicabimus tibi.* Sed elucidanda ſunt hæc antequam ulterius progrediamur; indigne quippe patimur, aſſectantem lectorem noſtra veſtigia, dubitatione cunctantem, de recto quo perducatur itinere, ancipitem reddi.

(*d*) *Concil. Nicæn.* 2. *Act.* 1. & *tom.* 2. *&c. Decret.*

XXXIII. Ex iiſdem actis de Baptiſmo Conſtantini narratio.

Habent Acta Silveſtri (licet in diverſis antiquis codicibus ſcriptis paulo diverſa ferantur; & quæ pariter ſunt typis excuſa, in nonnullis ſint, ut ſuperius diximus, corrigenda) habent, inquam, Conſtantinum Imperatorem adhuc partita ſectantem, perſecutionem adverſus Dei Eccleſiam concitaſſe; quam ut Silveſter evitaret, una cum aliquibus ſuis petiiſſe ſecreta montis Soractis: Conſtantinum vero interea fuiſſe a Deo, ob admiſſa flagitia, lepra percuſſum; accepiſſeque ab Aruſpicibus reſponſum, eam ſanguine infantium eſſe curandam. Quæſiti ſunt e vilioribus perſonis infantes ad necem; cum infelicium matrum planctus aera undique verberantis miſertus Conſtantinus, a nece eorumdem abſtinendum præcepit, & matres cum caris pignoribus auctas muneribus ad propria hilares redire juſſit. Quo humanitatis digno expleto munere; cubanti illi, in viſu (ut dictum eſt) apparuerunt Apoſtoli; & cætera quæ dicentur. Hæc, inquam, cum ad ſummam cuncta ferme, quæ in diverſis codicibus extant Acta Silveſtri habeant; multa tamen a diverſis ſunt ſuperaddita; quæ rem veram in diſcrimen poſſent adducere: unde & factum eſt, ut fidei illorum haud parum fuerit derogatum.

XXXIV.

At quod ad hæc, quæ ſummatim reci-

tata

PAGIUS ſequenti anno Romæ fuerit; Criſpi mors ad neutrum annum pertinere poteſt. Interim obiter obſervandum Hieronymum in præfato Additamento memorare Imperium Cæſareum tam Criſpi, quam Licinii junioris; ideoque graviter erraſſe, qui Cæſares nullo Imperio potitos arbitrati ſunt.

V. *Controverſia de Baptiſmo Conſtantini.*

Antiqua eſt de tempore Baptiſmi *Conſtantini Mi* controverſia, num ſc. Romæ a S. Silveſtro currenti anno, ut Baronius aliique plures ſcripſere, vel ſub mortem Nicomediæ ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo baptizatus fuerit, ut Lambecius in fine tomi V. Bibliothecæ Cæſareæ,

& Pa-

Conſtantinus num a propoſito deſciverit. tata ſunt pertinet; qui mente recolit, Conſtantinum Imperatorem tam ſublimi vocatione oſtenſo illi cœlitus ſigno Crucis, a Deo eſſe vocatum, eodemque ſigno feliciter uſum in bello; quique cæteras ab eo res geſtas ante, & poſt debellatos primo Maxentium, ac deinde Licinium, legit; quidve ab eodem cum Epiſcopis adverſus Donatiſtas atque Arium actum ſit, in mentem revocat; præſtantiſſimarumque legum annis prope ſingulis ſancitarum pro Eccleſiæ ſtatu feliciſſimo meminit; qui, inquam, hæc & alia pia Conſtantini geſta ante hæc tempora mente perluſtrat, plane animo exhorreſcit, cum audit ipſum eſſe perſecutum Eccleſiam; & obſtupeſcit, cum intelligit Silveſtri atque ſuorum fugam, & latebras in Soracte, ſed & Conſtantini lepram attonitus intuetur. Verum non puto ſic illos affici, qui cunctarum rerum ſeriem ordine temporum, quo contigerunt, & a nobis ſingulis annis ſunt receuſitæ didicerit. Quiſnam, obſecro, inficias ire poterit, Conſtantinum avitam ſuperſtitionem aliqua ſaltem ex parte reſumpſiſſe, cum ex recitato ſuperius ipſius reſcripto conſtet eum Aruſpices conſuluiſſe? Et quid putandum infenſiſſimos Chriſtianæ religionis hoſtes eidem tanquam e numine reſpondiſſe? cum tam opportunam nacti eſſe viderentur occaſionem, qua Conſtantinum erga Chriſtianam religionem propenſiorem, ab ea penitus revocarent; cum certum ſit, ejuſmodi hominum genus numquam deſiiſſe adverſus Chriſtianos oblatrare, eclamareque eos omnium malorum auctores; hocque non olim tantum ſub tyrannis Chriſtianorum perſecutoribus, (ut Patrum adverſus eos Apologiæ palam teſtantur) ſed etiam poſt hæc temporibus Chriſtianorum Principum id facere non ſint veriti, ut locuples teſtis eſt S. Auguſtinus; qui ad horum procaciam retundendam eximios illos de Civitate Dei commentarios ſcripſit; horum, inquam, ſuaſionibus potuit Conſtantini mens his temporibus parum conſtans ab inſtituto de Chriſtiana religione ſuſcipienda facile deflecti.

XXXV. De fuga Silveſtri cauſæ plures. Quod etſi poſtea reperiatur pro Chriſtianis reſcripſiſſe, ex ipſo nihilominus reſcripto (quod ſuperius demonſtratum eſt) poteſt ſatis intelligi, licet non ab ipſo, tamen a Gentilibus præter ſpem Fideles fuiſſe vexatos, atque invitos ad eorum ſacra pertractos; ut plane appareat, perſecutionem aliquam ex inſperato fuiſſe tunc in eoſdem obortam, ex qua Silveſtri ſuorumque fuga, & latebræ contingere potuerunt. At quomodo dixerimus, eam ex Conſtantini recitato reſcripto ceſſaſſe, ſi mox ſunt infeliciſſima tempora ſubſecuta, atque ea plane, quæ ore domeſticorum ſuorum meruerunt Neroniana vocari? Quam facile fuit, fluctuantem Conſtantini animum in deteriora propelli, & ſi non fidei cauſa, aliis tamen innumeris plane prætextibus, & leviſſimis ſuſpicionibus, in quoſque optimos agitari; adeo ut ſi deploratiſſimis hiſce temporibus cariſſimus filius, Cæſarum primus, amantiſſima uxor Auguſta, & alii complures necem ab irato Principe ſubire coacti ſunt; quid mirum ſi Romanus Pontifex fugam capeſſere adactus ſit, vel in ea quam antea ob furorem Gentilium (ut dictum eſt) captaſſet, ſeſe cum ſuis hactenus continuerit? Tempora plane (ut eadem ſæpe repetamus, quæ Ablavius teſtatus eſt) Neroniana erant; ergo ſive Silveſtro, ſive aliis, pluribus ex cauſis potuit ſuboriri dignus fugæ prætextus; adeo ut non mereantur hæc amplius in dubitationem adduci. Cæterum non deeſt, qui ex Græcis hiſtoricis (a) affirmet, Conſtantinum, poſtquam ſumma rerum potitus eſt, ſegniorem factum, tandem Fauſtæ uxoris impulſu ad patrium deorum cultum rediiſſe; quando a Deo lepra percuſſus, in ſe reverſus, a Silveſtro baptizatur, lepra ſimul & impietate liberatus fuerit. Eſt hic Glyca, qui in ſuis Annalibus ejuſmodi narrationem intexuit: *Conſtantinus poſt devictum Maxentium negligentior factus, ubi rurſum in hoſtem prorupiſſet, victus eſt; quo detrimento accepto, quemdam in mærorem incidit, & conſopitus eſt. Hic per quietem viſus eſt ſibi nares virga quadam verberare; moxque de naribus ſanguis promanans, in veſte linea notam Crucis expreſſit. Qua re conſpecta, pœnitudine ſui delicti ductus eſt; ideoque hoſtibus ſuis ſuperior evadit. Secundum hæc denuo per uxorem Fauſtam ad deaſtrorum cultum exorbitantem, Deus per lepram retraxit, &c.* Pergit de curatione ejus morbi per baptiſmum facta, de qua nos inferius.

(a) *Mich. Glyc. lib. 4. hiſt.*

XXXVI. De lepra Conſtantini aſſerta veritas. Quod vero ad lepram ſpectat; quid tam humanum, quam quod mortalis quis, licet regiis inſulis decoratus, ea potuerit paſſus eſſe, quæ cæteros hominum pati contingat? cum præſertim ejuſmodi morbo Deus conſueverit peccata (b) ulciſci, ac potiſſimum ſuperbientium Regum (c). Sane quidem ubi morbus iſte frequentior erat

(b) *Num. 12. 4. Reg. 5.*

(c) *2. Par. 26.*

PAGIUS

Baron. n. XVII. & ſeqq. & Papebrocius in tomo 5. Actorum Sanctorum menſis Maii in Vita Sancti Conſtantini M. pluribus probarunt. Certe præter Euſebium, Socratem, Sozomenum, Hieronymum in Chronico, aliosque Antiquos, Conſtantinum in ultimis conſtitutum baptizatum eſſe ſcribit Ambroſius in funere Theodoſii M. *Nunc ſibi Rex eſt auguſtæ memoriæ Theodoſius, quando in regno Domini Jeſu Chriſti eſt . . . . quando ei Placilla ſua adhæret, quando adhæret Conſtantino, cui licet Baptiſmatis gratia in ultimis conſtituto omnia peccata dimiſerit, tamen quod primus Imperatorum*

erat in Ægypto, regias perſonas ea tangi conſueviſſe, auctor eſt Plinius, qui & teſtatur eoſdem Reges morbo elephantico laborantes (ſic ibi appellari ſolita lepra eſt) curari ex humano ſanguine confecto balneo; ut nihil ſit quod mireris ad curationem lepræ Conſtantinum juſſum eſſe præparare ſolia infantium ſanguine redundantia. Sed quo hæc certiora tibi fiant,
(a) Plin. l. 26. cap. 1. accipe verba Plinii (a): *Ægypti peculiare hoc malum, &, cum in Reges incidiſſet, populis funebre; quippe in balneis ſolia temperabantur humano ſanguine ad medicinam eum.* Hæc nos de Conſtantini lepra, & adhiberi ſolita Regibus medela, elucidaſſe voluimus; ne quid de hoc reliquum ſit, quod fidem lectoris retardare poſſit; ad quam augendam ſi pertinere putes, adde, ejuſdem Conſtantini filiam Conſtantiam ejuſmodi quoque lepræ tabe affectam, ipſius Acta teſtari, itemque Joannis, & Pauli ſcripta a Terentiano; ſed & pervetuſta Acta Liberii (de quibus inferius) idem affirmant. Attigimus hæc eadem de Conſtantini baptiſmo in noſtris ad Romanum Martyrologium Notis; verum multa ibi ex his, quæ hic accuratius expoſuimus, emendanda erunt; ſed jam ipſorum Actorum, quæ reliqua ſunt proſequamur, prout inveniuntur ab Hadriano Papa deſcripta, qui verba Apoſtolorum cum pergit recitare, hæc ex iiſdem Actis addit fuiſſe ab illis Conſtantinum admonitum.

XXXVII. Apoſtolorum admonitio. *Silveſter Epiſcopus Civitatis Romæ, ad montem Soracten perſecutiones tuas fugiens, in cavernis petrarum cum ſuis clericis latebris fovet; hunc cum ad te adduxeris, ipſe tibi piſcinam oſtendet, in quam dum tertio merſeris, omnis te* * *valetudo deſeret lepræ, quod dum factum fuerit, hanc viciſſitudinem Salvatori tuo compenſa, ut omnes juſſu tuo per Orbem totum Romanæ* * *Eccleſiæ reſtaurentur. Tu autem in hac parte purifica te, ut, relicta omni ſuperſtitione idolorum, unum Deum, qui verus, & ſolus eſt, adores & excolas, & ad ejus voluntatem attingas.* Quod jubetur de reſtauratione Eccleſiarum, illud per ea verba Apoſtoli voluiſſe ſignificare videntur, ut (quod poſtea egregie præſtitit Conſtantinus) Eccleſiæ in auguſtiorem amplitudinem ejus munificentia inſtaurarentur. Idemque jubetur omnem penitus relinquere ſuperſtitionem, qua ſcimus ea ſaltem ex parte, quod Aruſpices conſuluit, labefactatum eſſe; cætera autem, quæ non ſunt ſcriptis prodita, ei non audemus impingere. Sed quid poſt hæc Conſtantinus? Tradunt his verbis eadem Acta ab Hadriano recitata.

* malo val.

* Romanum.

XXXVIII. Silveſter Romam revocatus. *Exurgens itaque a ſomno, ſtatim convocat eos qui obſervabant Palatium, & ſecundum tenorem ſomni ſui, miſit ad montem Soracten, ubi Sanctus Silveſter cum ſuis clericis receptus, lectionibus & orationibus inſiſtebat. At ubi a militibus ſe conventum vidit, credidit ſe ad martyrii coronam evocari; & converſus ad clerum omnem, qui cum eo erat, dixit (b): Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Profectus itaque (ut dictum eſt) pervenit ad Regem; cui nunciatus, cum tribus presbyteris, & duobus diaconis introivit. Ingreſſus dixit: Pax tibi, & victoria de cælo miniſtrentur. Quem cum Rex alacri animo, & vultu placidiſſimo ſuſcepiſſet; omnia illi, quæ facta, quæ dicta ſunt, quæ etiam revelata ſunt, ſecundum textum ſuperius comprehenſum, expoſuit. Poſt finem vero narrationis ſuæ percunctabatur, qui eſſent dii Petrus, & Paulus, qui illum viſitarent ob cauſam ſalutis ſuæ, & ejus latebras detexiſſent. Silveſter reſpondit: Hi quidem dii non ſunt, ſed idonei ſervi Chriſti, & Apoſtoli electi ab eo, & miſſi ad invitationem Gentium, ut credentes ſalutem conſequantur.* Sed hic ſiſte gradum, lector, quod te videam ſubeunctantem ſequi.

(b) 2. Cor. 6.

XXXIX. Quomodo Apoſtolos Conſtantinus Deos putaverit. Hæc autem Conſtantini de Apoſtolis interrogatio: Quinam dii eſſent, non eo quidem ſenſu accipienda eſt, ut qui tot annis erga Chriſtianam religionem viſus eſt eſſe propenſior, & ejus elementis imbutus, quinam eſſent Apoſtolorum Principes ignorarit. Sed licet Apoſtolos optime ipſe noverit fuiſſe homines; quiddam tamen ſuper humanum eo viſu de eis mente concepit; quod in facta divinitus apparitione ſpirituum beatorum ſæpe contingere ſoleat, tanta superni luminis claritudine videri coruſcos, ut ſupra humanum, & angelicum, divinum quid, qui eos vident, in eis fuerint meditati; ut de Manue Sampſonis patre teſtatur divina Scriptura, cum ait (c): *Statimque intellexit Manue, Angelum Domini eſſe; & dixit ad uxorem ſuam: Moriemur, quia vidimus Dominum.* Quonam modo nominat Dominum, quem noviſſe ait eſſe Angelum Domini; niſi quod quiddam ſupra angelicam naturam eidem ineſſe fuerit arbitratus? Sed & quod ad defunctorum animas ſpectat; vide, quid de anima Samue...

(c) Judic. 13.

PAGIUS *rum credidit, & poſt ſe hæreditatem Fidei Principibus dereliquit, magni meriti locum reperit.* Hieronymum porro & Ambroſium habuiſſe Euſebio fidem, nihil ultra indagantes in re tali, etſi difficile creditu ſit, (cum ambo diu Romæ habitarint, & contrarium, ſi verum erat, centies audiſſe debuerint) credamus tamen, inquit Papebrocius, ex quo ſequentia exſcribo. Credamus etiam, S. Athanaſium adeo ſagacem exploratorem omnium; quæ a ſuis & Eccleſiæ hoſtibus mala fide agebantur, in hoc puncto velut ad ſe minus ſpectante, incurioſum plane

Digitized by Google

(a) 1. Reg. 28.

muelis habeatur in Regum primo (a): *Ait mulier ad Saul: Deos vidi aſcendentes de terra. Dixitque ei Saul: Qualis eſt forma ejus? Quæ ait: Vir ſenex aſcendit*, &c. Si unus ex diis, licet perperam, credita eſt anima Samuelis, hominis nuper defuncti, & facie viſuque notiſſimi; quid adeo mirum, ſi Conſtantinus in ea divinitus facta viſione conſpiciens Petrum, & Paulum non de terra ſurgentes, ſed de cælo venientes, & cæleſtis gloriæ fulgore clariſſimos, deos eſſe putaverit? Non quidem, quod ignorarit, & oblivione deleverit, quod didicerat, & in edictis ſæpe profeſſus fuerat; unum tantum eſſe Deum in Chriſtiana religione credendum, deos autem Gentium eſſe Dæmonia; ſed quod (ſi quid Conſtantini tyrocinio condonandum putamus) ſicut ſciebat apud Gentiles inferiorem quemdam eſſe deorum ordinem, quos dicerent Heroas, omnium hominum præſtantiſſimos; ita inter Chriſtianos fuiſſe aliquos, qui eſſent hujuſmodi dii ob egregiam eorum præſtantiam nominandi, exiſtimaverit; quod nec a divinæ Scripturæ phraſi procul abhorret; unde ſi quis eum Chriſtiana religione apprime imbutum eſſe contenderit; tunc dixerimus, eum homines quos ſciret, appellaſſe deos ex divinæ legis præſcripto ſecundum illud Davidicum (b): *Ego dixi, Dii eſtis, & filii Excelſi omnes*. Et alia alibi multa id genus. Nam alias idem Conſtantinus (ut ſuo loco dicetur) ipſos Epiſcopos qui Nicææ convenerant ad Concilium, deos itidem, ex præſcripto divinæ ſcripturæ, nominavit. Sed jam reliqua proſequamur.

(b) Pſal. 81. & Joan. 10.

XL. Apoſtolorum Imagines per Silveſtrum exhibitæ.

Quidnam autem Silveſtrum Conſtantinus poſthæc rogarit, eadem Acta recitata ab Hadriano ſic referunt: *Cumque, & his ſimilia Auguſto diceret Papa; interrogare cœpit Auguſtus, utrumnam iſtos Apoſtolos haberet aliqua imago expreſſos, ut ex pictura diſceret hos eſſe, quos revelatio docuerat. Tunc S. Silveſter, miſſo diacone, imaginem Apoſtolorum ſibi exhiberi præcepit; quam Imperator aſpiciens, ingenti clamore cœpit dicere, ipſos eſſe quos viderat; nec debere jam differre Spiritum ſanctum oſtenſionem piſcinæ, quam iſtos promiſiſſe ſuæ ſaluti memorabat*: Hucuſque Hadrianus ex Actis Silveſtri ad confirmandum ſacrarum antiquum uſum imaginum. Porro quod ſpectat ad venerandas imagines Petri, & Pauli, atque in primis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti; ad ſua quoque tempora eſſe in Eccleſia conſervatas; ſeque eas aſpexiſſe, teſtatur Euſebius hiſce verbis (c): *Cum & nos Petri, & Pauli Apoſtolorum, & Chriſti etiam ipſius imagines in picturis colorum varietate expreſſas, conſervataſque aſpexerimus*, &c. Quod ſi ejuſmodi Apoſtolorum Principum extabant imagines, & viſebantur in Palæſtina tot prœliis ſæpe devaſtata, quanto magis Romæ eædem integræ atque ſinceræ eorumdem vultus accuratius exprimentes aſſervari potuerunt, ubi iidem Apoſtoli diutius vixerunt, & tandem martyrium paſſi ſunt, ubi ars excultior, & cuſtodia diligentior ſit adhibita? Cæterum eadem ipſa tabula, tunc a Silveſtro Imperatori Conſtantino oſtenſa, hactenus magna veneratione aſſervatur in ejuſdem Petri Baſilica Vaticana; cujus quidem exemplar formis æreis affabre expreſſum, Romæ editum vulgatumque omnibus, haud neceſſario exiſtimavimus hic exprimendum. Refert ſane idem exemplum, quo S. Auguſtinus (d) ait pingi conſueviſſe ſimul imagines Salvatoris, & Apoſtolorum Petri & Pauli. At quæ de Conſtantino, & Silveſtro hactenus dicta ſunt, cum a recentioribus Græcis, tum etiam a Latinis pariter confirmari, omnes norunt; quorum numerum recenſere piget; quod nec magni facimus, cum non nitamur ex more in re antiqua, niſi antiquorum teſtificationibus, nec facile credamus aliis, qui de rebus antiquis abſque veterum aſſertione ſcripſerint quæ vera eſſe putaverint.

(c) Euſeb. lib. 7. c. 14. in fine.

(d) Aug. de conſen. Evangel. lib. 1. c. 10.

XLI. Baptiſmus Conſtantini.

Sed quod ad ipſum baptiſmum ſpectat per Silveſtrum Papam Conſtantino collatum; quæ eorumdem Actorum antiquioribus monumentis conſignata habentur, hic deſcribamus. At quoniam eadem in diverſis codicibus paulo diverſe narrantur; non verba ſingula, in quibus haud ſemper conveniunt, ſed res ipſas ſummatim recenſuiſſe ſit ſatis. Nimirum, aſſentientem Imperatorem ſe ex ritu Chriſtianæ religionis per baptiſmum patratis facinoribus ablui & expiari, juſſum eſſe a Silveſtro, ex more, ſeptem ſaltem diebus, depoſita regia corona, in pœnitentia ſolitarium agere, ſeque his præviis religionis officiis ad pleniſſimam illam per baptiſmum faciendam purgationem paratum reddere. Paruit Imperator, acturuſque private pœnitentiam, coronam depoſuit, atque ſimul ſplendidam veſtem Imperatoriam. Certe quidem auctor eſt Aurelius Victor in Conſtantino, eum ha-

PAGIUS ne fuiſſe. Quis credat, integram Synodum Occidentalium Epiſcoporum Arimini congregatorum idem dicturam fuiſſe de Conſtantini Baptiſmo, ſi is non primum Nicomediæ, ſed diu antea Romæ, fuiſſet peractus?

VI. Non producenda Synodi verba, ut apud Theodoretum, Socratem & Sozomenum leguntur, (excipit enim contra eos Baronius) ſed ex Athanaſio in libro de Synodis, apud quem ea putat integre ac ſincere legi: ſic autem leguntur abſque ullo diſcrimine in octo Codicibus MSS. ex quibus concinnata eſt Græco-Latina edi-

Baptiſmus Conſtantini ex Synodo Ariminenſi probatur.

bitum regium gemmis, & caput exornanare conſueviſſe perpetuo diademate; quibus biſce cathechiſmi diebus carere voluit, cum ipſum ad fidem inſtrueret ſummus Pontifex, & catechiſta Silveſter, qui & indixit publicas pro Imperatore preces atque jejunium. Sabbato autem adveniente, & fonte ex more precibus benedicto, in eumque Conſtantino ſimol ingreſſo, & baptizato, affulſiſſe cælitus divinum ſplendorem, eadem Acta teſtantur; Imperatoremque redditum Chriſtianum, & a lepra ſimul eſſe mundatum; confeſſumque palam, eo fulgore ſibi manum porrigentem Chriſtum vidiſſe. Quædam vero Acta de Chriſto apparente nihil, ſed de manu ad eum extenta deſuper, atteſtantur. Hæc ſunt, quæ contigiſſe dicuntur tum in baptiſmate; quæ autem ab eodem acta ſint, poſt quam ſancto lavacro plene initiatus Chriſtiana religione perfecte Chriſtianus evaſit, paulo poſt dicturi ſumus.

XLII. At quod ad hæc pertinet; non contemnenda prorſus ducimus, licet multis obſita mendis, quæ veneranda præſtant antiquitate, Acta Liberii, a majoribus non omnino neglecta, quæ a Creſconio in ſua Collectione vetuſta admodum ſunt intexta. In ipſis, inquam, Actis expreſſum habetur (a) ex libro quodam, qui ibi citatur Silveſtri, Conſtantinum a lepræ morbo in baptiſmo Crucis ſignaculo liberatum: indignatum vero eſſe Conſtantium ejus filium longe poſt mortem patris, quod Liberius ſparſiſſet in vulgus, Conſtantinum a Silveſtro lepra mundatum olim ſacro baptiſmate; ob eamque cauſam gravia in eum comminatum fuiſſe. Opinamur equidem accidiſſe, tunc edita eſſe a Liberio, quæ ſcripta erant de Conſtantini lepra atque baptiſmo, cum ab Euſebio antea elucubrata Conſtantini Vita in lucem edita ac pervulgata eſſet, ubi de Conſtantini baptiſmo in fine ſuſcepto inerat falſa narratio; Conſtantium vero confictì mendacii architectum in Liberium fuiſſe ea ex cauſa commotum. Ex quibus intelligas, pervetuſtam eſſe de Conſtantini baptiſmate quæſtionem. Sed cuinam, rogo, ſummo ne Sacerdoti ea prodenti ex ſcriptis Silveſtri, an Ariano Imperatori furenti major eſt adhibenda fides? verum neminem puto id jure in dubium revocaturum. Ex iis quoque, & illud poſſumus intelligere, Conſtantinum lepra deformem haud de curatione ſua publicum voluiſſe exhibere ſpectaculum, ac ſpectante Urbe ſuſcepiſſe baptiſmum, ſed paucis dumtaxat arbitris id fieri voluiſſe intra palatium Lateranenſe, ubi hactenus ejus viſitur Baptiſterium; curatum autem ſe (quod dictum eſt) conſpectui omnium reddidiſſe, locumque illum illuſtraſſe poſtea auguſtiſſimis monumentis, de quibus agemus inferius.

(a) Act. lib. c. 1. in fin. & c. 6.

Conſtantius Imp. adverſatur Liberio aſſerenti veritatem de Baptiſmo Conſtantini.

XLIII. Quoniam vero iis, quæ dicta ſunt de Conſtantino Romæ a Silveſtro Papa ſacro baptiſmate initiato complures adverſantur, iidemque antiqui ſcriptores; hic de his diſſerere, pernéceſſarium ducimus. Primus omnium contrariæ ſententiæ aſſertor, quem & inconſulte (eorum pace dixerimus) complures ſecuti ſunt, eſſe reperitur Euſebius Pamphili Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ; ſed Arianorum (ut cum Hieronymo (b) aſſeram) ſignifer, qui in gratiam Conſtantii Imperatoris Ariani hominis, & Arianorum patroni hæc ipſa conſcripſit; cujus de rebus Conſtantini Romæ geſtis affectatum ſilentium indicat quo fuerit animo, & affectu compoſitus erga primam ſedem, quod & ſuperius eſt a nobis facile demonſtratum. Ut videas, hominem Ariana hæreſi ſimul imbutum, imbibiſſe pariter cum impietate dolos ad concinnanda quotquot poſſet ea occaſione mendacia. Si enim conſcripſiſſet Conſtantinum Romæ a Silveſtro Pontifice in fide Catholica baptizatum, quid aliud erat, quam impietatis, & apoſtaſiæ redarguere filium ejus Conſtantium Imp. paternæ fidei deſertorem, & transfugam? At quoniam ea eſt mendacii natura, ut quantumlibet omni ex parte excogitatis diligenti arte præſidiis roboretur, & adminiculis fulciatur, nihilominus, quod firmitatis careat fundamento veritati ſubnixo, corruere neceſſe ſit atque proſterni, juxta illud Pſalmiſtæ (c): *Mentita eſt iniquitas ſibi*. Age jam exquiramus, quæ ea de re ipſe conſcribat, an ſolida firmitate firmaque ſoliditate conſtant.

Euſebii dolus de Conſtantini Baptiſmo.

(b) Hier. in Chron. & alibi.

(c) Pſal. 26.

XLIV. Euſebius (d) igitur in Vita quam ſcripſit ipſius Conſtantini, cum de morbo ejus atque obitu agit, de baptiſmo tunc quoque accepto ejuſmodi inſtituit orationem: *Cum primum oboriretur ei quædam corporis inæqualis intemperies, ad eamque jam vehementior dolor acceſſiſſet; ad calida Civitatis balnea proficiſcitur, & inde ad Civitatem matris ſuæ cognominem* (nempe Helenopolin) *ubi in martyrum ſacra æde diu verſatus, ſupplices preces, & vota publica adhibuit Deo. Ut vero ei in-*

men-

(d) Euſeb. lib. 4. c. 61. 62.

Quid Euſebius de Conſtant. Baptiſmo.

PAGIUS

Baron. n. XLII.

editio anni milleſimi ſexcenteſimi: *Indecens & injuſtum videtur immutare aliquid eorum, quæ recte ac juſte definita ſunt, atque Nicææ communiter conſtituta coram glorioſiſſimo Conſtantino patre tuo* (Conſtantium alloquuntur) *& Imperatore* .... Deinde iterum: *Cum ſciamus etiam Conſtantinum, poſt mortem quoque memoria dignum, conſcriptam cum omni diligentia deliberationem, neque Fidem expoſuiſſe, atque adeo abſurdum fore, poſtquam ille migraturus baptizatus eſt, & ad debitam ſibi requiem tranſiit, innovare quidpiam*. Hæccine, inquies, ſic apud

Atha-

mentem venit extremus ejus vitæ dies, exiſtimaretque hoc tempus opportunum eſſe ad delenda illa errata, quæ (quoniam mortalis erat) admiſerat, crederetque arcanorum myſteriorum efficacia, & ſalutaris lavacri initiatione mentem expiari; hæc, inquam, cum ei in mentem venirent, humi procumbens genibus, & in ipſa martyrum æde errata ſua confeſſus, ſupplicem ſe Deo offerebat. Numquam ne antea, rogo, ex quo Chriſtianus eſſe cœpit, poſt vigintiſex annos Conſtantinus in morbum incidit, ut expiandi per baptiſmum peccata oportuerit eum iniiſſe conſilium? Sed eſto. Potuit ne homo tot parricidiis cruentatus ſic inexpiatus ad extremam uſque ſenectutem ſponte perduraſſe, conſcientia interea penitus conſopita, ne dicam emortua?

XLV. Euſebius in multis redarguitur.

At Euſebius hæc probe intelligens, eam dilati baptiſmi in hanc diem cauſam oſtendit, quam ut majorem ſibi fidem conciliet, ab ipſo Conſtantino tamquam oraculum quoddam vult confirmatam reddi, his ſcilicet verbis, cum ait: *Ubi primum manuum per precationem impoſitione dignus eſt habitus, inde diſcedens, ad ſuburbana Nicomediæ Civitatis pervenit; & convocatis Epiſcopis, ita fere ad eos locutus eſt: Quam ego, fratres, avida mente, omnibuſque votis a Deo ſalutem multis hiſce annis deprecatus ſum, eam nunc hodiernus dies a me vehementer expectatus attulit. Tempus igitur eſt, ut tandem ſigno illo, per quod immortalitatem adipiſcemur, perfruamur. Quod ego etſi in illius Jordanis gurgitibus, in quibus Salvator noſter ad noſtrum exemplum baptizatus eſſe memoratur, facere conſtitueram; tamen Deus, quod mihi maxime accommodatum eſt cernens, hoc in loco iiſdem myſteriis dignatur. Omnis igitur amoveatur dubitatio, &c.* Et quando id, quæſo, ipſe facturus? Jam agebat annum ætatis ſexageſimumtertium, jamque parabat expeditionem in Perſas, & alias ſæpe ante adverſus hoſtes certamen inierat; hac ergo ex parte (ſi hæc vera eſſent) pietate Conſtantio filio longe impar Conſtantinus fuiſſet; ille enim adverſus Magnentium pugnaturus ne lixam quidem voluit, niſi ante baptizatum, in hoſtem proficiſci. Et quonam, quæſo, exemplo majorum Conſtantinus perſuaſus ad decrepitam ſenectutem baptiſmum dilaturus erat, quem nonniſi urgente morte ſuſcepit? Nam etſi poſthac penes nonnullos (ut dicturi ſumus) ejuſmodi de dilatione baptiſmi pravus uſus invaluit; nullum antehac ea de re præceſſiſſe reperitur ſimile factum. Verum ſi (quod ait) in optatis erat, in Jordane flumine baptizari; quando opportunius id facere potuiſſet, quam anno ante obitum, cum Hieroſolymam (ut ipſemet teſtatur Euſebius *a*) ex omnibus Orientis partibus ab eo vocati ad templi dedicationem Epiſcopi convenere; cum præſertim Tricennalia inſtarent Imperii, digna quæ hujuſcemodi ſolemnis præcipue agerentur; cum & imminens in Perſas (*b*) (quod dictum eſt) profectio ad id eum impellere debuiſſet?

(a) *Euſeb. in Vita Conſt. lib. 4. c. 43.*

(b) *Idem. lib. 4. c. 56. 57.*

XLVI. Euſebius inconſtans.

Sed audiamus rurſum Euſebium hæc demum per Conſtantinum perorantem: *Quod ſi is, in cujus arbitrio mors, & vita conſiſtunt, vitam inter vos longiorem vivere permiſerit, & hæc ejus menti ſententia ſteterit, ut poſthac aliquando communes cum populi Dei grege preces in Eccleſia conjungam; vivendi leges mihi, quæ ſervo Dei conveniant, ponere haud quaquam differam. Atque hæc quidem ille.* Oblitus videtur Euſebius antehac talibus præconiis Conſtantinum celebraſſe, ut non tantum, quod pertinet ad vitæ inſtitutum, erga ſe ipſum omnibus excultum virtutibus, quibus inter omnes facile excelleret, mirifice prædicarit, ſed quod erga alios talem ſe exhibuerit, ut quibuſlibet ſanctiſſimis Epiſcopis non minora præſtaret, magnopere commendarit, quodque ſe ipſum pro impenſo religionis ſtudio nominaſſe aliquando Epiſcopum, tradiderit (*c*). At quid demum de conſummatione baptiſmi Euſebius addat audiamus: *Illi vero* (nempe, Epiſcopi qui aderant) *ſacrorum religione conſummata, adhibitiſque ſtatis divinæ inſtitutionis cærimoniis, arcanorum myſteriorum eum participem faciunt, certa quædam, quæ oportebat, præfinientes. Et ſane ex omnium Imperatorum memoria ſolus Conſtantinus in Chriſti confeſſionibus renatus, & ſacris initiatus, divinoque ſigillo donatus, & ſpiritu lætitiam concipiens, prorſuſque novus redditus, ac divina opplenus luce, per immenſitatem fidei incredibiliter quidem animo geſtiebat, ſed ad clariſſimam, & evidentiſſimam vim divinæ majeſtatis obſtupeſcebat:* Hæc de ejus baptiſmate tunc ſuſcepto Euſebius, plane immemor, quod in Hiſtoria (*d*) dixerat, Philippum Imp. Chriſtianum fuiſſe, & quod ingreſſus Eccleſiam, cum particeps fieri veller, ob perpetrata delicta a Fabiano Papa rejectus fuerit, & in pœnitentium claſſem reda-

(c) *Euſeb. ibid. c. 24.*

(d) *Euſeb. l. 6. c. 27.*

PAGIUS Athanaſium? *Quis* ergo, vel ipſo judice Baronio, *non intelligat, cauſam Euſebio adjudicandam, nec ullum reliquum eſſe defenſioni locum?* Hæc tamen, ut dixi, Athanaſius in octo Græcis MSS. quorum tria, nec alia, habuit Interpres Nannius in ſua Latina editione. Sed is, neſcio qua ſocordia prolapſus, ſecundo loco *Conſtantem* nominavit pro *Conſtantino*; fortaſſe ſuſpicatus, efficacius fore, ſi poſt patris exemplum, Conſtantio proponeretur etiam exemplum fratris, licet junioris; neque conſiderans, huic parum congruere verba Synodi, qui violenta morte

redactus, non tecipiendus antequam peccata confeſſus fuiſſet. Sed miſſa iſtæc.

XLVII. [Rebaptizator fingitur Euſebius Nicomedienſis.] Rogo eum, quinam erant illi qui aderant Epiſcopi, & a quonam illorum baptizatus eſt! Reticuit hæc ipſe quidem, ne penitus erubeſceret; ſed ex loco, ubi conſtiterat, poſſumus & perſonas pariter intelligere, & initiantem ſacris Imperatorem cognoſcere. Agebat (ut ait) in ſuburbiis Nicomediæ; præerat illis Euſebius Nicomedienſis Arianorum anteſignanus acerrimus, ejuſdem hæreſis cum Ario idem auctor, & propugnator inſignis, adeo ut ſicut ab Ario Ariani, iidem ab Euſebio denominati ſint Euſebiani, quorum vis magna erat (ut dicemus) apud domeſticos Imperatoris. Si igitur in Nicomediæ ſuburbiis, nec ab alio aliquo, quam ab ejuſdem civitatis Epiſcopo appareat, aſſertione Euſebii, baptizatus; conſequentia illa deducitur neceſſaria, Conſtantinum in Arianorum perfidia baptizatum, vel potius (ſi verum eſt quod aſſerit) rebaptizatum; Arianos enim baptizatos in fide Catholica, rebaptizare conſueviſſe, exemplis mille ac teſtibus exploratiſſimum eſt. Interfuiſſe tunc ibi Euſebium Nicomediæ Epiſcopum, Theodoretus (a) affirmat; ſed & ab ipſo item Euſebio Conſtantinum baptizatum, habent S. Hieronymi & Iſidori Chronica. Quamobrem ſi Euſebio ea aſſerenti credimus, neceſſe erit affirmare, Conſtantinum in extremo vitæ curſu ab Ariano Epiſcopo baptizatum, impium ex hac vita migraſſe, ab Eccleſia Catholica penitus alienum.

(a) *Theod. l. 1. c. 32.*

XLVIII. [Ex communi Eccleſiæ Catholicæ conſenſu Euſebius mendax arguitur.] Sed quoniam Græcorum Eccleſia eumdem Imperatorem ſanctum prædicat, atque Apoſtolis proximum; immo, & univerſalis Eccleſia ſemper eumdem ut pium habuit, dum ejus nomen ex ſacris Diptychis una cum aliis Orthodoxis ſemper publice recitare conſuevit; & nullus umquam repertus eſt auctor, qui eum vita functum nota impietatis ſugillet; neceſſario affirmandum eſt Euſebium eſſe mentitum. De cultu Conſtantini Imp. Græcorum perantiqua Menologia fidem faciunt. De antiquis vero Diptychis Eccleſiaſticis, Nicolaus Romanus Pontifex ſcribens ad Michaelem Imperatorem, ſic ait: *Quanta autem Dei cultorum Auguſtorum, qui Eccleſiam Dei exaltaverunt, & præcipue Romanam, Conſtantini videlicet, & Conſtantis, Theodoſii quoque Majoris, & Valentiniani, & cæterorum laus in univerſali Eccleſia polleat, & eorum præconia ubique perſonent, & nomina eorum inter ſacra myſteria imprætermiſſe commemoretur, attentius, & ſedulo recordamini, ſicque nos audire illos imitantes ſatagite:* Hæc de fide publica Diptychorum. Sed & ex Actis pariter Concilii Chalcedonenſis, quantæ religionis extiterit Magnus Conſtantinus, apparet, dum Marcianus Imperator Principum religioſiſſimus, Novus Conſtantinus acclamatur; hæc ex actis Publicis. Prætermittimus hic recenſere innumera diverſorum Patrum de ſincera pietate Conſtantini teſtimonia. Quamobrem cum res in eo ſtatu ſit poſita, ut alterum de duobus oporteat affirmare, vel Euſebium turpiter eſſe mentitum, vel Conſtantinum ab Ariano Epiſcopo baptizatum, inter impios recenſendum; cum evidenter appareat eum a Catholica Eccleſia ſummopere commendatum; neceſſario dicere compellimur, Euſebium dolo malo eſſe de Conſtantino tam falſa locutum.

XLIX. [Ex ipſo Euſebio Conſtant. convincitur baptizatus.] Sed & his addimus ex abundanti, in eo quoque refelli commentum ab eodem homine Ariano excogitatum. Quonam modo, quæſo, potuit Conſtantinus Imperator nondum plene Chriſtianus, ſed Cathecumenus, ſacris intereſſe myſteriis ipſo ſacratiſſimi Paſchatis tempore? ipſe enim ſæpe teſtatur (b), nec quicquam minus Fidelibus cæteris eidem in eis licuiſſe, nec ut decet cathecumenum, audito tantum Dei verbo, cum reliquis ejuſdem claſſis Fidelibus per diaconum abire juſſum eſſe, ſed uſque ad ſacratiſſimæ oblationis finem perſeveraſſe; id inquam, idem ipſe illis verbis ſignificare videtur, quibus ait (c): *Magna autem agebatur dies Paſcha eo tempore celebritas; & Imperator cum cæteris pernoctans vota preceſque Deo perſolvebat.* Vel cum ſuperius ait (d): *Sed hanc religionis exercitationem ſalutaris feſti temporibus augens omnibus viribus tum animi tum corporis, divinos ſacrorum ritus obibat.* Vigebat præterea illa Eccleſiaſtica diſciplina, qua cathecumeni, antequam ſacerdos ſacra auſpicaretur, extra Eccleſiam mittebantur. Rurſus vero ante paucos annos Neoceſarienſis fuerat Synodus celebrata, cujus (ut vidimus) nonnulli Epiſcopi præſentes quoque fuerunt Niceno Concilio ſequenti anno celebrato; in quo quidem ſacro conventu hæc de cathecumenis decreta habentur (e): *Cathecumenus ſi ingrediatur Eccleſiam, in ordinem eorum qui inſtruuntur, aſſiſtat. Hic autem ſi deprehenſus fuerit peccans; ſiquidem genu flectit, audiat, at non de-*

lin-

(b) *Euſeb. in Vita Conſt. lib. 4. c. 22. & 57.*

(c) *Eod. c. 57.*

(d) *Ibid. c. 22.*

(e) *Conc. Neoceſ. c. 5.*

PAGIUS morte ſublatus, & fortaſſe diu ante baptizatus. Nec eſt quod dicas, ſupervacaneam fore iteratam Conſtantini mentionem. Primo enim ejus auctoritas prætenditur reſolutioni Arimini formatæ; deinde ratio redditur antea Actorum in Concilio Mediolanenſi contra Urſatium & Valentem ex eodem reſpectu Conſtantini, Nicænæ Fidei, mox atque baptizatus erat, immotui. Interim Baronio ignoſcendum, quod objectæ ex Ariminenſi illa epiſtola auctoritati, alias, ut fatetur, peremtoriæ, congruam in Athanaſio reſponſionem nactum ſe eſſe, dicenti Nan-

nio

Digitized by Google

loquat ulterius; ſi vero audiens & peccaverit, expellatur vi. Quonam pacto igitur potuit Conſtantinus tot immanium cædium reus abſque pœnitentia in Eccleſia, vel cum cathecumenis ſtetiſſe? toleraturi ne id fuiſſent ſanctiſſimi illi in diverſis locis Epiſcopi? Vel quonam modo potuit intereſſe, & ſedem (ut ipſe ait Euſebius) cum Epiſcopis in ſacroſancto Nicæno Concilio habuiſſe, ſi inter catechumenos Conſtantinus in Eccleſia tantummodo militabat? Laturi ne id eſſent beatiſſimi illi Catholicæ profeſſionis Antiſtites, quorum ingens erat numerus egregia ſanctitate, vigore diſciplinæ, & eruditione præſtantium? At quomodo longe evidentius ex ſuis ipſius ſcriptis convincitur Euſebius, affirmare Conſtantinum longe ante obitum ſacro baptiſmate initiatum fuiſſe, ſuo loco dicturi ſumus, cum agemus de myſticis atque ſymbolicis imaginibus ab eodem Imperatore in Regiæ veſtibulo collocatis, ab ipſo vero Euſebio declaratis. Sed neque hic prætermittimus dicere, Dalmatianum (*a*) Epiſcopum Cyzicenum, qui collegit Acta nonnulla Nicæni Concilii, recitare orationem Conſtantini tunc coram Patribus habitam, qua ſæpius profitetur, ſe plane Chriſtianum eſſe, ſacroque baptiſmate initiatum.

(*a*) *Dalm. lib. 1. Act. Nicæn. Concil.*

L. Refelluntur diverſorum contrariæ aſſertiones.

Hæc a nobis adverſus Ariani hominis impoſturam dicta ſint, atque evidentiſſime demonſtrata; quo obſtructo, vel potius exiccato primario ejuſmodi fonte mendacii; qui ex eo in diverſa rivi fluxiſſe reperti ſunt, pariter exhauſti eſſe noſcantur; nec fidem apud lectorem inveniat, ſi a quovis id tradi reperior, cum nullus alius præceſſerit præter Euſebium; a quo id quiſquam acceperit, auctor. Hæc diximus, quod Sanctus Ambroſius obiter, fidem ſecutus Euſebii, in oratione habita in funere Theodoſii, ita de ipſo Conſtantino ait: *Cui licet baptiſmi gratia in ultimis conſtituto omnia peccata dimiſerit; tamen quod primus Imperatorum credidit, & poſt ſe hæreditatem fidei Principibus dereliquit, magni meriti locum reperit.* Quid ſi potius quis velit ipſum alluſiſſe ad ægritudinem, qua Romæ (ut dictum eſt) detinebatur, in qua omni medicorum arte fruſtrata, in ultimis conſtitutus quodammodo videbatur, cum baptizatus atque ſanatus eſt a Silveſtro. Certe omnis Ambroſii verborum ſenſus exquirendus, & accipiendus eſt potius, quam contra Eccleſiam Catholicam aſſentiendum Conſtantinum deceſſiſſe Arianum, Apoſtatam a fide Catholica; quod nec ipſi quidem Ariani, alioquin procaciſſimi, auſi ſunt aliquando dicere; quodque pateat ipſum ſibi Ambroſium eodem verborum contextu contrarium loqui; nam quomodo magni (ut ait) meriti Conſtantinus eſt, ſi ab Arianis baptizatus deceſſit? Sed & venia ab eo rogata, ſit dictum; haud mirum videri debet, ipſum in hujuſmodi recenſendis errare potuiſſe in his, quæ ſunt facti; qui & in eo, quod poſt hæc accidit, nempe de inventione Crucis, paulo inferius contra omnium Latinorum, & Græcorum, ab omnibuſque receptam ſententiam, dicat, Crucem Chriſti a latronum crucibus ex titulo ei affixo eſſe cognitam; cum omnes reſtentur, titulo ſeorſum poſito, ex miraculo eſſe demonſtratam.

LI. Solvitur objectio ex S. Hieronymo.

Sed & quod apud Hieronymi Chronicon hæc ſcripta habeantur ultimo anno ejus Imperii: *Conſtantinus, extremo vitæ ſuæ tempore, ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo baptizatus, in Arianum dogma declinat, a quo uſque in præſens tempus Eccleſiarum rapinæ, & totius Orbis eſt ſecuta diſcordia.* Quis putet eſſe tantæ id auctoritatis, & fidei, & non potius credat ab alio eſſe appoſitum, quam a S. Hieronymo poſitum, quod totius Eccleſiæ Catholicæ conſenſione, & uſu continuato conſtat eſſe improbatum atque rejectum; ut ex iis, quæ nuper de ſincera fide Catholica Conſtantini dicta ſunt, conſtat? Sed & ipſe Hieronymus ſe a tanta calumnia vindicet: qui agens contra Vigilantium, ſacrarum reliquiarum cultum ſpernentem, hæc ait: *Ergo ſacrilegi ſumus, quando Apoſtolorum baſilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Conſtantinus Imperator, qui ſanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim, apud quas dæmones rugiunt? &c.* Certe ſacrilegus dicendus fuiſſet, nec in exemplum adducendus eſſet, qui ab Eccleſia Catholica deſciviſſet. Scimus apud Luciferum Calaritanum (*b*) Conſtantinum Imperatorem infamia hæreſis laboraſſe, quod S. Athanaſium exulare juſſiſſet. Verum magis ipſi credimus Athanaſio, qui eum ſæpe excuſat, & poſt obitum Conſtantinum pium, felicis memoriæ, atque religioſiſſimum non raro nominat (*c*). Sed de his ſuo loco uberius.

(*b*) *Lucif. l. 1. pro Ath. & de Regibus apoſtat.*
(*c*) *Athan. orat. 1. adverſ. Arian. & in Apolog. ad Conſtantium.*

LII. Fortior ſolvitur objectio.

At poſtremum, reſpondeamus ad illud, quod cæteris fortius poteſt objici de baptiſmo Conſtantini paulo ante obitum miniſtrato teſtimonium, non unius vel alterius

PAGIUS

nio crediderit, cum ipſe fortaſſis exemplaria Græca ad manum non haberet, quæ ſibi in Linguam Latinam vertenda curaret.

VII. Vida nunc an ea, ex quibus creditur diu antea Romæ baptizatus a S. Silveſtro *Conſtantinus*, vel auctoritate, vel antiquitate cum Euſebio poſſint conferri, eique adſtipulantibus ejuſdem ac ſequentis ſeculi teſtibus, Latinis ac Græcis. Primum, in contrarium afferuntur Acta S. Silveſtri Papæ, ut quidem nunc habentur, ipſomet ſæpius fatente Baronio depravata in nonnullis, ut anno trecenteſimo viceſimo tertio dicitur

Lepra Conſtantini ficta. Baron. n. xxx. 1.

rius teſtis, ſed totius Concilii Catholicorum Epiſcoporum, qui edicto Conſtantii compulſi Ariminum convenere, manifeſta ipſorum teſtificatione per epiſtolam ſcriptam ad Conſtantium facta, in qua tum apud Theodoretum (*a*), tum apud Socratem (*b*) atque Sozomenum (*c*), qui eam recitant, hæc ipſa verba leguntur, dum agunt de rebus geſtis uſque ad illud tempus in Occidente. *Cum igitur* (inquiunt) *intelligamus Conſtantinum Principem certe omnium poſterorum memoria poſt mortem celebrandum, diligenter elaboraſſe, ut fides illa Nicæa litteris prodita accuratiſſime perquiſita, exploratαque eſſet; abſurdum ſane videretur, eo jam poſt acceptum baptiſmum vita defuncto, & ad tranquillitatem ſibi debitam profecto, aliquid in ea novare, & tot ſanctos confeſſores, & martyres, qui hujus doctrinæ auctores inventoreſque fuerunt, quique, ut vetus Eccleſiæ Catholicæ poſcebat inſtitutum, omnino ſenſerunt, in eoque perſtiterunt perpetuo, prorſus contemnere*: Hæc in ipſorum Synodica.

(*a*) Theod. lib. 2. c. 19.
(*b*) Socrat. lib. 2. c. 29.
(*c*) Sozom. lib. 4. c. 17.

LIII. Textus insigniter depravatus arguitur.

Quis hæc audiens, vel attente perlegens, non ſtatim intelligat cauſam Euſebio adjudicandam, nec ullum reliquum eſſe defenſioni locum, ac proinde nos cauſa turpiter cadere, poſtquam videbamur adverſariis ſuperatis jam receſſiſſe victores? Daremus plane manus, niſi ex falſa ſcriptorum editione nos manifeſtas pati calumnias ſentiremus, integraque nobis ex lege Cornelia eſſet actio; ſiquidem tam apud Theodoretum, quam Socratem, atque Sozomenum, ſive alios qui ex iiſdem exſcripſerunt, non tam mendoſe, quam mendaciter atque falſo legitur, Conſtantinus, loco, Conſtantis; cujuſnam vero culpa id factum ſit, vel ipſorum auctorum, vel librariorum, noſtra non intereſt, ut quæramus; ſed noſtrarum tantum partium eſt, ut de falſa lectione doceamus. Ad hæc igitur elucidanda, ad ſolidiora monumenta, & antiquiorem atque graviorem auctorem provocamus lectorem; Sanctus enim Athanaſius in commentario illo quem de Synodis (*d*) ſcripſit, eamdem ipſam recitat Epiſcoporum epiſtolam ad Conſtantium ſcriptam, in qua loco Conſtantini, Conſtantem habet, atque ibi his verbis eadem ſententia recitatur: *Fuitque proinde nobis perſuaſiſſimum, iniquum eſſe, cum Imperator Conſtans, ab obitu ſuo dignus omni memoria, hanc fidem omni cura, & diligentia conſcriptam promulgarit, tunc demum ex quo ille baptizatus, ex hominibus in requiem ſibi debitam tranſlatus eſt, aliquid novi in ea fide moliri velle, & tot ſanctos confeſſores, & martyres hujus placiti ſcriptores auctoreſque contemnere, qui pro veteri lege rituque Eccleſiæ in ea ſententia permanſere, &c.* Hæc ibi ex Græco reddita fideliſſime, prout quæ dicemus manifeſte declarabunt.

(*d*) Athan. de Synod. Arim.

LIV. Conſtanti dicta conveniunt.

Porro hæc omnia Conſtanti merito jureque conveniunt. Nam quod ad baptiſmum pertinet, conſtat eumdem Conſtantem Imperatorem paulo poſt ſuſceptum baptiſmum fuiſſe a Magnentio tyranno necatum; unde alibi idem Athanaſius (*e*) ad Conſtantium ſcribens, hæc de Conſtantis nece habet: *Nihil eam neceſſitudinem, cum ante oculos verſaretur, reveritus, nihilque gratiam beato tuo fratri in baptiſmate donatam reſpiciens, veluti Dæmon, & furia infernalis in eum inſiluit; atque ita ſanctiſſimus ille vir martyrium aſſecutus eſt*: Hæc Athanaſius, qui eum fortiſſimum propugnatorem Nicænæ fidei ita ſublatum vehementer ingemuit; ejus namque opera, Sardicenſi congregato Concilio, Nicæna confeſſio fuerat ſtabilita, & ipſe Athanaſius ab exilio revocatus, omniaque ad rectam fidem ſpectantia promulgatis a ſe legibus confirmata. Duplici igitur Catholici Epiſcopi, qui eam ad Conſtantium ſcripſerunt epiſtolam, utuntur ad firmandam Catholicam fidem exemplo; Conſtantini patris in primis, cujus præſentia Nicæna confeſſio fuerat roborata; & Conſtantis Imperatoris, cujus ope eadem Catholica fides in Sardicenſi Concilio fuerat confirmata, & ante in Concilio Mediolanenſi, cujus ibidem mentio habetur, adverſus Arianos legatos defenſa & roborata; in quo (ut dicetur inferius) mira ejuſdem Conſtantis virtus enituit. Merito igitur in ea epiſtola Patres primo Conſtantini Magni, deinde res geſtas in Concilio Mediolanenſi, atque teſtimonium Conſtantis miro rerum ordine ad inſinuandam Catholicam veritatem ſcripſere ad Conſtantinum Imperatorem. His igitur confutatis; reliquis quoque auctoribus, qui eadem quæ Euſebius de Conſtantini baptiſmo & ipſi ſcripſere, ut Theodoretus (*f*), Sozomenus (*g*), & ſi qui alii, ex iiſdem quæ adverſus eumdem Euſebium diſſeruimus, ſit ſatis factum; qui & falſa lectione citatæ ſuperius Epiſcoporum epiſtolæ, in ea ſententia confirmati, illa de Conſtanti-

(*e*) Athan. Apolog. ad Conſtant.
(*f*) Theod. lib. 1. c. 32.
(*g*) Sozom. lib. 2. c. ul.

PAGIUS ximus. Certe lepra quæ Conſtantinum impulerit ad Baptiſmum accipiendum, ut ab ea ſanaretur, antiquioribus Scriptoribus ignota, eoque magis ſit incredibilis, quo Julianus Apoſtata fidentius objecit Chriſtianis, quod eorum *Baptiſma Lepram leproſi non aufert*. Si enim adeo recenti memoria leproſus Conſtantinus lepræ ſordes Baptiſmo deterſiſſet, Cyrillo Alexandrino id refutaturo lib. 7. contra Julianum illius ſucceſſorem ac generum, ecquid poterat offerri ſpecioſius, atque ad illius convictionem potentius? Nihil tamen hujuſmodi Cyrillus; ſed cum Chri-

ſtus

tini baptiſmo in extremo vitæ curſu collato ſcripſerunt.

LV. Baptiſterium Conſtantini.

Elucidatis igitur jam locis obſcuris Actorum Silveſtri, dilutiſque contrariis quæ adverſari iiſdem videbantur, ipſoque Conſtantini baptiſmo Romæ collato Gentilium pariter ſcriptorum teſtificatione firmato, reliquum eſt ut & de loco, in quo Romæ Conſtantinus baptizatus eſt, agamus; ipſo, inquam, fonte, in quo eidem Imperatori viſibile divinum numen cæleſti fulgore coruſcum apparuit, cum purgata anima peccatis admiſſis, atque ſimul corpus lepra mundum eſt redditum: quem, ut ſpiritualis natalis ſolum, & infantiæ Chriſtianæ cunabula, idem Conſtantinus mirifice illuſtravit. Remanent in hanc diem tam nobilis antiquitatis veſtigia: veſtigia plane diaerim (licet inſignis ſatis locus appareat) reſpectu auguſtæ ſummæque illius munificentiæ, qua ab eodem Imperatore fuerat exornatus; quam via in chartis modo nobis antiquitas repræſentat, Anaſtaſii Bibliothecarii induſtria, qui tam memorabile monumentum ab injuria temporis vindicatum, memoriæ prodidit, una cum aliis ab eodem Imperatore illuſtribus Romæ exædificatis Eccleſiis. Sunt autem hujuſmodi, quæ nimia vetuſtate obſita, prout licuit ex mendoſo codice, haud ipſius ſtylo expolita, ſed rudia, habeantur tamen fideliter edita (a):

(a) Tom. 2. Concil. in Silveſtro.

LVI. De fonte baptiſmatis.

*Fontem ſanctum, ubi baptizatus eſt Auguſtus Conſtantinus, ex lapide porphyretico, & ex omni parte coopertum intrinſecus, & foris, & deſuper, & quantum aqua continet, ex argento puriſſimo *, libras tria millia, & octo. In medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro puriſſimo, penſantem libras quinquaginta, ubi ardent balſami libræ ducentæ, annexum * ex ſtipa * amianti.*

* penſantem librarum.

* myxum.

* ſtupa.

Jam occurrunt, lector, quæ valde admirari incipias. Nam quod ad balſamum ſpectat, abutebatur Heliogabalus, profuſiſſimus Principum, balſamo ſummi pretii oleo, & (quod ſcribit Lampridius *b*) in lucernis exhibuit; ſed per Conſtantinum primo invenitur cultui ſacræ religionis applicitum. Quod autem ad ſacrum chriſma conficiendum eodem uti ſoleret Eccleſia; iode accidit, ut idem balſamum diceretur oleum Crucis; ſic enim S. Gregorius illud nominat (c), dum ad Leontium ſcribens, hæc ait: *Oleum quippe ſanctæ Crucis, & aloes lignum ſuſcepimus; unum quod tactum benedicat, aliud quod incenſum redoleat.*

(b) Lampr. in Heliogabalo.

(c) Greg. l. 7. epiſt. 34.

LVII. Ornatus ex ſacris imaginibus.

Sed ad Baptiſterii deſcriptionem redeamus: *In labro fontis agnum ex auro puriſſimo fundentem aquam, penſantem libras triginta. Ad dexteram agni Salvatorem ex argento puriſſimo in pedibus quinque, penſantem libras centum ſeptuaginta. In læva agni B. Joannem Baptiſtam ex argento in pedibus quinque tenentem titulum ſcriptum, qui hoc habet* (d): *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; penſantem libras centum. Cervos ex argento ſeptem, fundentes aquam, penſantes ſingulos libras octingentas *; Thymiamaterium ex auro puriſſimo, penſans libras decem cum gemmis praſinis, & hyacinthinis undique, numero gemmæ quadraginta duæ.* Hæc eſt deſcriptio ſacri fontis; quæ autem eidem dona contulerit Conſtantinus ibidem deſcribuntur his verbis; hoc præmiſſo titulo:

(d) Joan. 1.

* octoginta.

DONUM SANCTO FONTI.

LVIII. Dona Sancto Fonti collata.

*Maſſa Feſti ex territorio Præneſtino, præſtans ſolidos trecentos. Maſſa Gaba * ex territorio Gabinenſi, præſtans ſolidos ducentos & duos. Maſſa Pectas ex territorio ſupradicto, præſtans ſolidos ducentos quinque. Maſſa Statiliana ex territorio Sorano *, præſtans ſolidos trecentos. Maſſa intra Siciliam, Taurana, ex territorio Parentienſi *, præſtans ſolidos quingentos. Intra urbem Romam domus vel horti præſtantes ſolidos bis mille trecentos. Fundus Baſſi, præſtans ſolidos centum viginti. Maſſa Laninas * ex territorio Carſiolano, præſtans ſolidos ducentos. Fundus Catulli ex territorio Nomentano, præſtans ſolidos quinquaginta. Maſſa Statiana ex territorio Sabinenſi, præſtans ſolidos trecentos quinquaginta. Maſſa Murina ex territorio Appiano Albanenſi, præſtans ſolidos trecentos. Maſſa Virginis ex territorio Sorano, præſtans ſolidos ducentos.*

* Gabin.

* Corano.

* Parthenicenſi.

* Lanuns.

LIX. *Tranſmarina intra partes Africæ. Maſ-*

ſa

PAGIUS

ſtus etiam leproſos mundaſſe dixiſſet, excuſat, Baptiſmum ejus ad emundandas ſordes non corporis, ſed animi, inſtitutum eſſe. Quod in Collectione Canonum Creſconiana circa annum DCC. ſcripta, ex neſcio quibus Liberii Actis dicitur hic veniſſe in odium Conſtantii, quia dixerat, patrem ejus fuiſſe a lepra mundatum, dum baptizaretur a Silveſtro, id tanto minus credibile, quanto ex melioribus Auctoribus certius ſcimus cauſam perſecutionis Liberio motæ: & ſuſpectus merito eſt *liber Silveſtri*, cui talia Liberii Acta dicuntur intexta.

VIII. Secundo dicit Baronius, Ethnicos ipſos Baptiſmum a Conſtantino Romæ ſuſceptum non obſcure ſignificare. Zoſimus enim lib. 2. poſtquam Criſpi & Fauſtæ necem Conſtantini M. juſſu patratam retulit, ait: *Horum ipſe ſibi conſcius & contemtorum inſuper Sacramentorum, acceſſit ad Sacerdotes, poſtulans piacula criminum. Sed his reſpondentibus, quod nullus traditus inveniatur expiationis modus, quo tanta crimina poſſint expurgari, Ægyptius quidam ex Iberia delatus Romam, Palatiniſque mulieribus factus familiaris in Conſtantinum incidit, eique affirmavit Chriſtianorum Fidem expurgativam eſſe peccati cujuſlibet; quippe cui promiſſum eſſet, quod etiam impii eam ſuſcipientes continuo extra omnis culpæ reatum ponerentur. Hunc ſermonem cum facile ſuſcepiſſet*

Zoſimi fabula circa Conſtantini Baptiſmum.

Con-

* Muſciano. * Caput Ciliani. * Cirta. *ſa Vincis ex territorio Mucario *, præſtans ſolidos octingentos. Maſſa Capſis ex territorio Capſitano *, præſtans ſolidos ſexcentos. Maſſa Varia Sardana, præſtans ſolidos quingentos. Maſſa Camaras ex territorio Curta lupi *, præſtans ſolidos quadringentos quinque. Maſſa Nummas ex territorio Numidiæ, præſtans ſolidos ſexcentos quinquaginta. Maſſa Sulphurata ex territoria Numidiæ, præſtans ſolidas ſeptingentos viginti. Maſſa Baldarialiaria ex territorio Numidiæ, præſtans ſolidos octingentos & decem. In Gracia Maſſa Cephalenia, præſtans ſolidos quingentos.* * Megalula. *In Menganlo * Maſſa Amazon, præſtans, ſolidos ducentos viginti duos:* Hucuſque ibi de Baptiſterio Conſtautiol, & rebus ab eodem ei largitis.

LX. Conſtant. in albis quæ ſanciverit. His autem de loco enarratis, jam ad reliqua a Conſtantino Romæ hoc anno, poſtquam baptizatus eſt, geſta, orationem convertamus, habentur ea in iiſdem Silveſtri, quæ dicuntur, Actis expreſſa, ſed pro exemplarium diverſitate inter ſe paulo diverſa. Siquidem quæ ſingulis diebus illis ſeptem, cum eſſet in albis, ab eo pro Chriſtiana religione ſancita fuerint, in aliquibus eorum narrantur hoc ordine: *Prima die baptiſmi ſui hanc legem dedit: Chriſtum eſſe Dominum verum, qui ſe mundaſſet a lepra, & hunc ab omni Orbe Romano coli debere. Secunda vero die pœnas decrevit adverſus omnes qui in Chriſtum blaſphemias inferrent, vel deriderent. Addidit tertia die pœnam in eos qui cuipiam Chriſtianorum contumeliam irrogaſſent. Quarta vero die Imperatoris privilegiis Romanam Eccleſiam præ cæteris voluit illuſtrare.*

LXI. Privilegia a Conſt. conceſſa Eccleſiis. *Rurſum vero, quinta die conceſſam eſſe ab eodem Imperatore immunitatem Eccleſiis, ibi traditur, ut ad eas confugientes ſecuri in omnibus eſſent. Sexta vero, & ſeptima illud decretum ne abſque licentia Romani Pontificis alicubi conſtruerentur Eccleſiæ, & de exolvendis decimis, edidit. Sed & hæc duo ultima, quod deſint in Græcis exemplaribus, ſuperaddita fuiſſe putantur, cum præſertim utraque jure antiquiori videantur eidem Eccleſiæ eſſe debita. Quid autem ab eodem Imperatore octava die ſit factum, eadem Acta his ipſis verbis ſignificant.*

Octava die proceſſit, albis depoſitis, totus mundus, & ſalvus; & veniens ad Confeſſionem Beati Petri Apoſtoli, ablatoque diademate capitis, exuens ſe chlamyde, & accipiens bidentem, terram primus aperuit ad fundamenta baſilicæ conſtruendæ. Dehinc, ob numerum duodecim Apoſtolorum, duodecim cophinos terra plenos, ſuppoſitis humeris bajulans aſportavit; & ita gaudens, & exultans, in carruca ſua cum Epiſcopo ſedens, ad Palatium rediit. Imitatus videtur Conſtantinus, a quo genus ducebat, Veſpaſianum Imperatorem, de quo Suetonius (a): *Ipſe reſtitutionem Capitolii aggreſſus, ruderibus purgandis manus primus admovit, ac ſuo collo quædam extulit:* Hæc de Veſpaſiano Suetonius. Debuit ne prætermiſiſſe Conſtantinus pro cultu veræ religionis præſtare, quod ipſo major ejuſdem familiæ Flaviæ illuſtrator pro ſuperſtitione avita officium exhibuerat? Sed quæ affixa parieti ſculpta marmore periit vetus inſcriptio tunc appoſita, antiquæ reddidere (b) membranæ, in quibus ejuſmodi in Baſilica Vaticana repertum inſcriptum diſtichon legitur:

LXII. Erigitur Baſilica Vaticana.

(a) Sueton. in Veſpaſ. c. 8.

(b) Antiq. lett. tom. 6. pag. 410.


QUOD DUCE TE MUNDUS SURREXIT IN ASTRA TRIUMPHANS,
HANC CONSTANTINUS VICTOR TIBI CONDIDIT AULAM.

Quod ad eamdem baſilicam pertinet, minime prætermittendum eſſe putamus, quod hiſce diebus poſt primam Tomi hujus editionem oculis noſtris Romæ ſpectare licuit, dum in Vaticano longe auguſtiore erecta S. Petri Baſilica, veteris a Conſtantino erectæ partem illam, quam majores abſidem dixere, cæmentarii demolirentur, inventos eſſe in ſtructura parietum quamplurimos quadratos lateres ejus generis, quod a duorum menſura palmorum Δίδωρον appellabatur, habentes in medio ſignum in figlina impreſſum, in quo ipſius Baſilicæ conditoris Conſtantini no-

PAGIUS *Conſtantinus, & patria quidem ſacra dimiſiſſet, iis vero ſe tradidiſſet, quæ docebat Ægyptius, principium impietatis fecit habere divinationem ſuſpectam. Nam quia multa res proſpere per eam ſibi fuiſſent prædicta, eventumque re ipſa ſortita, verebatur ne aliis quoque, ipſam contra ſe conſulentis, quod futurum erat prædiceretur: ideoque convertit ſeſe ad abolenda hujuſmodi omnia.*

IX. Refellitur. Sed hanc Zoſimi narrationem Socrates lib. 1. cap. 5. falſitatis convincit, oſtenditque eam velut in Chriſtianæ Religionis odium ab Ethnicis confectam: *Sopatrum*, inquit, *primo quidem haudquaquam veroſimile eſt in colloquium veniſſe cum Conſtantino, qui tunc temporis in illis dumtaxat partibus, quæ circa Oceanum ac Rhenum poſita ſunt, imperio potiebatur .... haudquaquam etiam credibile eſt, eum ignoraſſe, Herculem Alcmenæ filium, poſt cædem liberorum, & poſt necem Iphiti, quem licet amicum atque hoſpitem ſuum que interfecerat, Cereris ſacris Athenis expiatum fuiſſe. Gentiles igitur hujuſmodi ſcelerum expiationem pollicitos eſſe, ea quæ dixi, ſatis evincunt, ſimulque eos mendacii coarguunt, qui Sopatrum affirmant contraria pronuntiaſſe: neque enim auſim dicere iſta neſciiſſe Philoſophum, qui eruditionis cauſa apud Gentiles ea ætate nobiliſſimus habebatur.* Reſpondet Baronius, ex illis Zoſimi verbis, *ex Iberia Ægyptium advenam*, liquere, advectum fuiſſe ex Hiſpania Hoſium Cordubenſem Epiſcopum, *Ægyptium*, id eſt, Magum Genti-

nomen litteris legeretur, ſicut vides expreſſum; quod venerandæ antiquitatis monumentum hic tibi in ſecunda editione reddendum curavimus.



LXIII. Baſilicæ Vaticanæ ſtructura.

Sed antequam ulterius progrediatur oratio ad ea quæ reliqua ſunt Actorum recitanda, deſcribere hic opportunum erit, quæ ab eodem Imperatore ipſi Baſilicæ Petri Apoſtoli in Vaticano erectæ collata ſunt dona; extant ea diligenter recenſita in citato ſuperius libello de Munificentia Conſtantioi, a Bibliothecario ex archivis S. R. E. io lucem edito, ubi hæc conſcripta reperiontur: *Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit Baſilicam Beato Petro Apoſtolo in templo Apollinis; cujus locum, cum corpus S. Petri recondidit, undique ex ære Cyprio concluſit, quod eſt immobile. Ad caput pedes quinque, ad pedes pedes quinque, ad latus dextrum pedes quinque, ad latus ſiniſtrum pedes quinque, ſubter pedes quinque, ſupra pedes quinque: ſic concluſit corpus beati Petri Apoſtoli, & recondidit, & exornavit ſuper columnas porphyreticas, & alias columnas tres thyneas, quas de Græcia perduxit. Fecit autem cameram baſilicæ ex cxumma* * *auri fulgentem, & ſuper corpus beati Petri.* Sed & de Petri Apoſtoli ſepultura S. Gregorius (a) Papa in epiſtola ad Conſtantiam * Auguſtam tradit, ad quindecim pedes extra Petri ſepulcrum fuiſſe deſuper locum illum argento contectum; quod cum ipſius deceſſor mutare voluiſſet, apparente ſigno quodam, non parvo terrore abſterritum, ab hujuſmodi conſilio deſtitiſſe. At rurſum hæc io libello:

* crimmo.

(a) Gregor. ep. 30. l. 3.

* al. Conſtantinam.

LXIV. Dona ipſi collata.

Super os quo concluſit illud, fecit Crucem auream puriſſimam, penſantem libras centum quinquagiata, ubi ſcriptum hoc eſt: Conſtantinus Auguſtus, & Helena Auguſta hanc domum regali ſimili fulgore coruſcantem auro circumdant. Scriptum eſt ex litteris nigellis in Cruce. Fecit autem candelabra ex aurichalco in pedibus decem, numero quatuor, argento concluſa cum ſigillis argenteis, unde Actus Apoſtolorum cernebantur, penſantia ſingula libras trecentas. Calices autem tres, cum gemmis praſinis quadragintaquinque, penſantes ſingulos libras duodecim. Metretas argenteas duas, penſantes libras ducentas. Calices argenteos viginti, penſantes ſingulos libras decem. Amas aureas duas, penſantes ſingulas libras denas. Amas argenteas quinque, penſantes ſingulas libras viginti. Patenam auream cum tur-

PAGIUS ſilibus creditum, qui ſuaſerit Baptiſmum a Silveſtro petere. Quare Sozomenum *incredibilis ſtupiditatis* arguit, qui *Criſpum occiſum a patre neget, eo uno argumento, quod Criſpus vivens ad vigeſimum uſque patris Imperii annum pervenerit, multas interea cum eo Leges ſtatuens*. At de Criſpi cæde Sozomenus non videtur dubitaſſe; ſed ex legibus, quas illo tempore cum patre condidit, rectiſſime argumentatum contra Gentiles, mutandæ Religionis eam cauſam Conſtan-

* *turture.* * *ſmaragdinis.*

*turre * & columba ex auro puriſſimo, ornatam gemmis praſinis, & hyacinthinis, & margaritis * numero ducentis, & quindecim, penſantem libras triginta. Patenas argenteas quinque, penſantes ſingulas libras quindecim. Coronam auream ante corpus, quæ eſt pharus cantharus, cum delphinis quinquentis, penſantem libras trigintaquinque. Pharos argenteos in gremio Baſilicæ cum delphinis, penſantes ſingulos libras decem. Ad dexteram Baſilicæ pharos argenteos triginta, penſantes ſingulos libras octo. Ipſum altare ex auro, & argento, clauſum cum gemmis praſinis, & hyacinthinis & albis ducentis decem, peuſans libras trecentas quinquaginta. Thymiamaterium aureum cum gemmis undique exornatum, penſans libras quindecim:* Hucuſque de vaſis, & ornamentis. Hæc ſunt illa ipſa Baſilicæ S. Petri ſacra vaſa, quæ poſt octogintaſex annos, cum ab Alarico Urbs capta eſt, occultata apud ſacram Virginem, & inventa (ut

(a) *Oroſ. l. 7. c. 39.*

tradit Oroſius *a*) præ magnitudine, pulchritudine, pondere, & diverſitate, Gothos reddiderunt attonitos, & ab eiſdem ſic numine diſponente, cum honore eidem baſilicæ reſtitutæ ſunt. Quod ſpectat ad redditus, hæc ſequuntur.

LXV.

Dona ad concinnanda luminaria.

*In redditibus donum quod obtulit Conſtantinus Auguſtus beato Petro Apoſtolo per Diœceſes in Oriente. In Civitate Antiochia domum Datiani, præſtantem ſolidos ducentos quadraginta. Domunculam Niceanam, præſtantem ſolidos viginti & tremiſſem. Cellas in Aphrodiſia, præſtantes ſolidos viginti. Balneum in Cerethea, præſtans ſolidos quadragintaduoe. Piſtrinum ubi ſupra, præſtans ſolidos vigintitres. Popinas ubi ſupra, præſtantes ſolidos decem. Hortum Maronis ubi ſupra, præſtantem ſolidos decem. Hortum ubi ſupra, præſtantem ſolidos undecim. Sub Civitate Antiochena poſſeſſionem Sibyllinam donatam Auguſto, præſtantem ſolidos trecentos viginti duos, cartadecadas centum quinquaginta, aromatum libras ducentas, balſami libras trigintaquinque. Sub Civitate Alexandrina poſſeſſionem Timialicam donatam Auguſto Conſtantino ab Ambronio, præſtantem ſolidos ſexcentos viginti, cartadecadas trecentas, olei Nardini libras trecentas, balſami ſexaginta, aromatum libras centum quinquaginta, ſtoracis Iſauricæ libras quinquaginta. Poſſeſſionem Eutimi Caduci, præſtantem ſolidos quingentos, cartadecadas ſeptuaginta. Per Ægyptum ſub Civitate Armeniæ, poſſeſſionem Agapii, quam donavit Conſtantino Auguſto. Poſſeſſionem Panopoliten *, præſtantem ſolidos octingentos, cartadecadas quadringentas, piperis medimnos quinquaginta, croci libras centum, ſtoracis libras centum quinquaginta, aromatum caſiæ libras ducentas, olei Nardini libras trecentas, balſami libras centum, lini ſaccos centum, caryophyllorum libras centum quinquaginta, olei Cyprini libras centum, papyri cannar mundas mille. Poſſeſſionem, quam donavit Conſtantino Auguſto Ibromine *, præſtantem ſolidos quadringentos, quinquaginta, cartadecadas ducentas, aromatum caſiæ libras quinquaginta, balſami libras quinquaginta. In Provincia Euphratenſi ſub Civitate Cyro poſſeſſionem Armanazoa, præſtantem ſolidos trecentos octoginta. Sub Tarſo Ciliciæ inſulam Cordionum *, præſtantem ſolidos nongentos:* Hucuſque ibi de donis tunc oblatis a Conſtantino Imperatore ad luminatium impenſam, & alia divini cultus Vaticanæ Apoſtoli Petri Baſilicæ, cujus S. Paulinus (*b*), qui hoc eodem ſæculo vixit, ad Alethium ſcribens, his verbis meminit: *Quanto ipſum Apoſtolum attollebas gaudio, cum totam ejus Baſilicam denſis inopum cœtibus ſtipaviſſes; vel qua ſub alto ſui culminis mediis ampla laquearibus longum patet, & Apoſtolico eminus ſolio coruſcans ingredientium lumina ſtringit, & corda lætificat.* Alludit enim ad id quod dictum eſt, nempe ejuſdem Baſilicæ cameram, quam nominamus aliter apſidem, ex crimno auri fulgentem. Sed poſt Paulinus de porticibus: *Vel qua ſub eadem mole tectorum geminis utrimque porticibus latera diffundit, quave prætento niteus atrio, fuſa veſtibulo eſt, ubi cantharum miniſtra manibus, & oribus noſtris fluenta ructantem faſtigiatus ſolido ære tholus ornat & inumbrat, non ſine myſtica ſpecie, &c.* Verum jam de Baſilica Petri ſatis.

* *Cynopoliten.*

* *Tribomine.*

* *Coryceorum.*

(b) *Paulin. epiſt. 31.*

LXVI.

De Baſilica Pauli Apoſtoli.

De Baſilica vero Pauli Apoſtoli hæc ibidem leguntur: *Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit Baſilicam beato Paulo Apoſtolo ex ſuggeſtione S. Silveſtri Epiſcopi, cujus corpus ſanctum ita recondidit in ære & concluſit, ſicut beati Petri, & dona obtulit. Nam omnia vaſa ſacra aurea, vel argentea, vel ærea ita poſuit, ſicut in Baſilica beati Petri Apoſtoli; & ita beati Pauli Apoſtoli ornavit, ſicut illam. Sed & Crucem auream ſuper loculam beati Pauli Apoſtoli poſuit, penſantem libras centum quinquaginta. Sub Civitate Tyriæ poſſeſſionem Comitam, præſtantem ſolidos quingentos quinquaginta. Poſſeſſionem Formimuſa, penſantem ſolidos ſe-*

PAGIUS ſtantino non fuiſſe, cum diu antea Chriſtianus probaretur. Argumentatum, inquam, contra Gentiles, non contra eos, qui ab initio quidem Chriſtianum fuiſſe Conſtantinum dicerent: diu autem poſt ſuſceptam Fidem denuo ad Gentilium ritus, imo & ad Chriſtianos perſequendos reverſum eſſe, illius infelicis facinoris horrore adductum ad expetendum Baptiſmum catenus dilatum. Tales enim futuros aliquando non potuit divinare Sozomenus, qui de Romano illo Ro-

Digitized by Google

*ſeptingentos. Poſſeſſionem Timiam, præſtantem ſolidos ducentos quinquaginta, olei nardini libras ſeptuaginta, aromatum libras quinquaginta, caſſiæ libras quinquaginta. Sub Civitate Ægyptia poſſeſſionem Cyreos, præſtantem ſolidos ſeptingentos decem, olei nardini libras ſeptuagenta, balſami libras triginta, aromatum libras ſeptuaginta, ſtoracis libras triginta, ſtactes libras centum quinquaginta. Poſſeſſionem Baſilicam, præſtantem ſolidos quingentos quinquaginta aromatum libras quinquagenta, olei nardini libras ſexagiata, balſami libras viginti, croci libras ſexaginta. Poſſeſſionem inſulæ Machaba *, præſtantem ſolidos quingentos decem, papyri racanas * mundas quingentas; lini ſaccos trecentos:* Hucuſque de Baſilica Pauli, quæ cum eſſet ædificata ubi corpus ejus poſitum erat, inter viam Oſtienſem, & Tiberim, anguſtia loci interjacentis, haud potuit, ut par erat, amplioribus ſpatiis ædificari: Valentinianus autem Junior Imperator, prætergreſſus viam illam, ampliſſimam reddidit, ut ſuo loco dicemus. ☞ Sed quod vetus inſcriptio de utraque Baſilica Petri, & Pauli elegans habet tetraſticon, hic deſcribendum curavimus (*b*):

* Macaria.
* cannas.
(*b*) *In App. ad Antiq. Inſcript. pag. 1170. num. 8.*

IANITOR ANTE FORES FIXIT SACRARIA PETRUS
QUIS NEGET HAS ARCES INSTAR ET ESSE POLI
PARTE ALIA PAULI CICUMDANT ATRIA MUROS
HOS INTER ROMA EST. HIC SEDET ERGO DEUS ☜.

LXVII. Lateranen. Baſilica.

At quid poſt hæc Acta? *Altera vero die Conſtantinus ſimiliter intra Palatium ſuum Lateranenſe Baſilicæ fabricam cœpit, lege pariter ſanciens atque promulgans, adeo ſe Chriſtianæ religioni profiteri velle culturam, ut Chriſto Deo vellet intra Palatium templum erigi, ubi Chriſtiani conventus agerent: utque iis qui Chriſtiani fieri vellent, & pauperes eſſent, præſtarentur ex largitione Fiſcali affatim alimenta, iiſdemque in primis in baptiſmate candida veſtimenta, & ſolidi viginti, dum tamen afferrent pro teſſera Epiſcopi Romani chirographum.* Quod autem ſpectat ad Baſilicam Lateranenſem, quam tunc temporis Conſtantinus ædificare cœpit in monte Cælio in ædibus ampliſſimis Laterani: fuiſſe quidem eas magnificentiſſimas teſtatur Julius Capitolinus in Marco, & Victor in Severo. Sed de his ſuperius. Ceſſerat eas Conſtantinus Fauſtæ Auguſtæ, ac demum (ut ſuo loco dictum eſt ſupra) Melchiadi Papæ; in iiſdemque (ut vidimus) ſub eodem Melchiade collecta eſt Synodus in cauſa Cæciliani. Verum quibus ornamentis eam illuſtraverit Conſtantinus, & opibus auxerit, citatus ille de Munificentia Conſtantini libellus in omnibus fideliſſimus narrat his verbis:

LXVIII. Dona collata Baſilicæ Lateranenſi.

Hujus temporibus (nempe Silveſtri) *fecit Conſtantinus Auguſtus Baſilicas iſtas, quas & ornavit. Baſilicam Conſtantinianam, ubi poſuit dona iſta. Faſtigium argenteum habens in fronte Salvatorem ſedentem in ſella, quinque pedum, penſantem libras centum viginti; & duodecim Apoſtolos, habentes ſingulos quinos pedes, penſantes libras nonaginta; cum coronis ex argento puriſſimo, penſantibus libras centum quadraginta; & Angelos quatuor ex argento in quinis pedibus, qui penſant ſinguli libras centum quindecim, cum gemmis Alabandenis. Faſtigium ipſum penſat libras duo millia viginti quinque.* Ab ejuſmodi tam celebri Salvatoris imagine, cui & Baſilica dicata eſt, dicta fuit Baſilica Salvatoris potius, quam Conſtantiniana, ad differentiam alterius Baſilicæ ejuſdem nominis publicis negotiis mancipatæ, quæ poſita erat in Regione tertia apud templum Pacis, ut habent Sextus Rufus & Publius Victor.

Sed quod rurſum ſpectat ad munera tunc oblata, hæc ibidem leguntur: *Item a tergo reſpicientem in apſide Salvatorem ſedentem in throno, in pedibus quinque* (hoc eſt, altitudinis pedum quinque, & ſic in reliquis.) *Coronas quatuor ex auro puriſſimo, cum delphinis viginti, penſantes ſingulas libras quindecim. Pharum ex auro puriſſimo, cum delphinis quinquaginta * cum catena, qui penſat libras viginti quinque. Cameram Baſilicæ ex auro, penſantem in longum, & in latum libras quingentas. Altaria ſeptem ex argento puriſſimo, penſantia libras ducentas. Patenas aureas ſeptem penſantes ſingulas libras triginta *. Patenas argenteas ſexdecim, penſantes ſingulas libras triginta. Scyphos ex auro puriſſimo ſeptem, penſantes ſingulos libras decem. Scyphum ſingularem ex metallo, corallo ornatum, & undique de gemmis praſinis, & hyacinthinis, auro inter clauſum ex omni parte, qui penſat libras viginti & uncias tres. Scyphos argenteos viginti, penſantes ſingulos libras quindecim. Amas ex auro puriſſimo duas, penſantes ſingulas libras quinquaginta*

LXIX. Salvatoris Imago.

* quindecim.
* tres.

PAGIUS X. *Zoſimus & Sozomenus*

Baptiſmo nihil audiverat, aut ſaltem nihil credebat.

Miſeratur deinde Sozomenum Baronius Zoſimo opponentem, quod non potuerit cum Conſtantino tam procul agente colloqui Sopater, quaſi Zoſimus dixerit, tunc Criſpum occiſum, qui expreſſe id refert poſt victum Licinium: & *En*, inquit, *in quos errorum anfractus ipſum ignoratio rerum conjecit & temporum.* Sed quid magis vanum, quam Sozomenum Zoſimo reſpondentem ſin-

de Baptiſmo Conſtantini diverſo tempore ſcripſere.

ta, portantes ſingulas medimnos tres. Amas argenteas viginti, penſantes ſingulas libras decem, portantes ſingulas medimnos ſingulos. Calices minores aureos puriſſimos quadraginta, penſantes ſingulos libras ſingulas. Calices minores miniſteriales quingentos, penſantes ſingulos libras duas.

LXX. Alia Ornamenta. Ornamenta autem Baſilicæ. Pharum cantharum ex auro puriſſimo ante altare, in quo ardet oleum nardinum piſticum, cum delphinis octoginta, penſantem libras triginta. Pharum cantharum argenteum cum delphinis viginti, qui penſat libras quadraginta, ubi ardet oleum nardinum piſticum. Pharos cantharos argenteos in gremio Baſilicæ quadragintaquinque, penſantes ſingulos libras triginta, ubi ardet oleum ſupraſcriptum. In parte dextera Baſilicæ pharos argenteos quadraginta, penſantes ſingulos libras viginti. Pharos cantharos in leva Baſilicæ argenteos vigintiquinque, penſantes ſingulos libras viginti. Cantharos ceroſtratos in gremio Baſilicæ argenteos quinquaginta, penſantes ſingulos libras viginti. Metretas tres ex argento puriſſimo, penſantes ſingulas libras trecentas, portantes medimnos decem. Candelabra ex aurichalco numero ſeptem, quæ habent pedes denos cum ornatu ex argento, interclusa ſigillis Prophetarum, penſantia ſingula libras trecentas.

LXXI. Redditus ad luminaria paranda. Quæ conſtituit in ſervitio luminum. Maſſam Gargilianam in Territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos quadringentos. Maſſam Bauronicam in Territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos trecentos ſexaginta. Maſſam Aurianam in Territorio Laurentino, præſtantem ſolidos quingentos. Urbanam in Territorio Antiano, præſtantem ſolidos ducentos quadraginta. Maſſam in Caſtis * in Territorio Catanenſi, præſtantem ſolidos mille. Maſſam Trapeas in Territorio Catanenſi præſtantem ſolidos mille ſexcentos quinquaginta. Quæ autem ſequuntur, putamus eſſe jungenda iis, quæ de ornamentis, & vaſis ſuperius dicta ſunt, hæc nempe: Thymiamateria duo ex auro puriſſimo, penſantia libras triginta. Donum aromaticum ante altaria ſingulis annis libras centum quinquaginta: Hactenus de Baſilica Lateranenſi. Ex quibus omnibus plane apparet, hac quoque ex parte, noviſſimæ domus (a), nempe Eccleſiæ Gentium, eſſe gloriam majorem, quam primæ; cum ſuperet numerus, & pretium vaſorum Romanæ Eccleſiæ (ut prætermittam de cæteris ubique locorum in Orbe diffuſis Eccleſiis) vaſa templi a Salomone collata, vel denuo reſtituta, cum illud iterum fuit ædificatum. Nec eſt, quod hæc quis revocare poſſit in dubium; nam ut unius tantum templi ab eodem Imperatore poſtea Hieroſolymis ædificari ſingula deſcriberet collata ab eodem ornamenta, Euſebius (b) ſeparatum ſe volumen ſcripſiſſe teſtatur, eam ait: Quale vero Salvatoris templum, quale item Salvatoris antrum fuerit, atque etiam quam præclari conatus imperatoris; quanta autem in ipſo templo donorum turba ex auro, argento, pretioſo lapide; ſeparatim ſuo, quoad ejus fieri potuit, volumine conſcriptum Imperatori dedimus. Si ergo unius templi dona uno explicata volumine, tot tantaque erant; quid mirum ſi plurium Baſilicarum munera ab eodem illis donata perbrevi videantur coanguſtata libello potius, quam deſcripta? Quis non putet Conſtantinum conatum eſſe, ut conſtructæ Romæ Eccleſiæ, celebriores apparerent Jovis Capitolini, aliorumque deorum templis, cum præſertim conſueviſſent (ut vidimus) exprobrare Gentiles Chriſtianis cultum Dei ipſorum abjectum nimis, & humilem, atque nullius ſplendoris, nec celebrem, nec illuſtrem? Potuit ne hæc pati Conſtantinus, Dæmonum delubra Romæ tot publicis donis aucta, Chriſti vero Eccleſias hac ex parte illis inferiores haberi? Et non potius juſta æmulatione compulſus, quo minus poterat ſtructura templorum (id enim non ferebat temporis anguſtia) ornamentis ſaltem fana Gentilium ſuperaret?

* Capris.

(a) Aggæi 2.

(b) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 46. in fin.

LXXII. Effuſa munificentia Conſtant. Et quid adeo mirum, ſi tot tantaque contulit veræ religionis cultui Conſtantinus, qui olim falſorum deorum cultor immenſis donariis repleverat illorum templa? Unde orator ille in Panegyrico (c): Merito igitur, inquit, auguſtiſſima illa delubra tantis donariis honeſtaſti, ut jam vetera non quærant, jam omnia te vocare ad ſe templa videantur: Hæc ille. At qui meminiſſet, ſe tanta profudiſſe in deos, quos jam modo intelligebat eſſe prava dæmonia; quo pacto potuit eſſe remiſſior munificentia ipſius in exornandis veri Dei, quem coleret, templis? Hinc illæ Gentilium hiſtoricorum in Conſtantinum querelæ, cum eum nimiæ profuſionis redarguunt. Nam de eo Aurelius Victor (d): Unde, inquit, proverbio vulgari, Trachala decem annis præſtantiſſimus, duodecim ſequentibus latro, decem noviſſimis pupillus ob profuſiones

(c) Paneg. 4.

(d) Aurel. Victor. in Conſtant.

PAGIUS. Baron. n. xix. & ſeqq. fingere, qui eodem, quo ille tempore, diverſa in regione vivens ac ſcribens, Zoſimi forſitan nec nomen audivit unquam; & Sopatrum Zoſimo ignotum nominans, ea refutat, quæ Gentiles vulgo narrare ſolitos palam erat, non quæ legerat apud aliquem. Nam præter Zoſimum prodentius metitum tempora, nemo ſcitur ſcripſiſſe talis de converſione Conſtantini, non magis in hoc fide dignus, quam in eo quod mentitur, eum ad id uſque tempus divinationibus uſum.

XI. Sozomenus a Baronio non bene confutatus. Deinde Baronius inadvertentiæ vel oblivionis accuſat Sozomenum, in eo quod Plotinianæ ſcholæ Magiſtrum appellans Sopatrum, non cogitaverit, eam ſcholam ex Platonis diſciplina tenuiſſe: Quod, divina juſtitia in homines invigi-

nes immodicas nominatus. Eſt eadem quoque Zoſimi querela (*a*) in eum exclamantis, non ſatis illi fuiſſe ad largitiones immoderatas totius Imperii Romani divitias, ſed opus fuiſſe nova eademque dura provincialia præſeribere vectigalia.

(*a*) *Zoſim. l. 2.*

LXXIII. Abſtinuit Romæ Conſtantinus a donis templorum.

Sed tameo io eo tum Conſtantini, tum nonnullorum aliorum Chriſtianorum Imperatorum commendanda modeſtia eſt, quod eum poſſent ipſa deorum templa referta divitiis ſpoliare, prout fecerant (ut vidimus) nonnulli ex Ethnicis Imperatoribus, abſtinuerunt nihilominus; cum alioqui ſummo jure id facere potuiſſent, tum quod dæmonum nullus prorſus cultos eſſe deberet; tum etiam quod ex illis compenſari poterant rapinæ, quas tam in rebus publicis, quam privatis, trecentis jam propemodum annis, Chriſtiani ab idolorum cultoribus paſſi eſſent. Attamen ab iis Conſtantinus ſe continuit, & ſucceſſores, quod S. Ambroſius (*b*), agens adverſus Symmachum, teſtatur his verbis: *Dicant & ipſi, quis templis dona detraxerit, quod factum eſt Chriſtianis; quæ ſi facta eſſent Gentilibus, redderetur potius, quam inferretur injuria. Nunc ne demum juſtitia prætenditur, æquitas poſtulatur? Ubi tunc erat iſta ſententia, cum direptis Chriſtianorum omnium facultatibus, ipſos vitales anhelitus ſpiritus inviderent, & nulli uſquam denegata defunctis inhiberent ſupremæ commercia ſepulturæ? Quos Gentiles præcipitarunt, maria reddiderunt. Fidei iſta victoria eſt, quod & ipſi jam facta majorum carpunt ſuorum. Sed quæ melioratio, ut eorum munera petant, quorum geſta condemnant? Nemo tamen donaria delubris, & legata Aruſpicibus denegavit; ſola ſublata ſunt prædia; quia non religioſe utebantur iis, quæ religionis jure defenderent.* Sed hæc de prædiis, quæ Valentinianus, non Conſtantinus abſtulit. Ceſſet ergo Zoſimi querela, vel in eo potius Conſtantinum redarguat, quod maluerit nova vectigalia populis imperare, quam deorum templa locupletiſſima divitiis iojuſte poſſeſſis ſpoliare. At hæc Romæ præſtita ſunt a Conſtantino; in Oriente autem, ubi ceſſabat Senatus invidia, ab eodem ſecus actum eſſe, ex Euſebio dicturi ſumus inferius. Sed ad Acta rurſum.

(*b*) *Ambr. epiſt. 31.*

LXXIV. Conſtant. ſalubres leges.

Reperiuntur hæc etiam in Græcis exemplaribus tunc ab eodem Conſtantioo fuiſſe ſtatuta; ut, qui vellent fieri Chriſtiani, id eis facere liceret abſque aliquo impedimento. Saocivit hæc rurſum; ne filii familias, vel ſervi, ſub qua nati eſſent ſuperſtitione, tenerentur inviti. Quamobrem magnam factam eſſe acceſſiooem ad Chriſtianam fidem, eadem Acta teſtantur. Addit his Nicephorus (*c*), eodem anno Romæ fuiſſe baptizata ſupra duodecim millia virorum, præter fœminas atque parvulos. Quod vero idem ait, Criſpum Cæſarem una cum patre Conſtantino baptizatum fuiſſe; quam errore labatur, atque prorſus hallucinetur, quæ hoc eodem anno ſuperius dicta ſunt, manifeſte declarant.

(*c*) *Niceph. l. 7. c. 34. inſin.*

LXXV. Senatuſconſultum in Baſilica Ulpia.

Sed quid idem auctor de Senatu Populoque Romano ab eodem Imperatore tunc in baſilica Ulpia collecto tradat, videamus: *Porro Senatu in baſilicam, quæ dicitur Ulpia, convocato* (erat hæc io foro Trajano, dicta aliter baſilica Trajani à Publio Victore) *ſincera mente ſanxit, ne de cætero dii eſſe vel dicerentur, vel crederentur; non deos hominum eſſe, ſed potius homines illorum eſſe dictitans. Et cum ſe ipſum ea in re apertum manifeſtumque haberent exemplum, ut Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut Deum verum certumque in cælis regnantem adorarent, & colerent; ne quis aliquid veteris erroris apud ſe habere ſuſpicari poſſet, ſinceritatis ſuæ indicium, templum in Palatio quod erigebat, oſtendit. Populus vero hujuſmodi Imperatoris dictis applaudens, quadragies, Chriſtianorum Deum, verum Deum eſſe, exclamavit. Conſtituit præterea, voluntarium, & non coactum baptiſmum eſſe; neque metu humano ad Chriſtianorum cultum quemquam accedere; verum volentem, caſto maturoque conſilio, ſacro illorum numero aggregari debere. Itaque incredibilis in populo fuit lætitia, lege ea publicata.* Hucuſque ex Actis S. Silveſtri Græce conſcriptis Nicephorus.

LXXVI. Quid ad Senatores.

Sed præſtat, cuncta quæ tunc idem Imperator coram Senatu Populoque Romano peroravit, & in iiſdem Actis Latine ſcriptis extant, hic recitare. Porro Senatus Populique Romani cogendi cauſa hæc ibi primo deſcribitur. *Igitur cum Senatorum nullus omnino huic religioni ſanctæ fidem adhiberet, nec ob hoc alicui Auguſtum iraſci Papa permitteret; præcepit ſibi in baſilica Ulpia in excelſum tribunal ſtatui; illicque omnes Senatum, & Populum Romanum his verbis affatus eſt, &c.* Hæc quidem optime conſentiunt cum iis, quæ a Zoſimo eodem argumento

PAGIUS *gilante, qui eadem perpetraſſent, non aliter a Diis veniam conſecuturi eſſent, niſi ipſi eamdem, quam aliis intuliſſent, paterentur. Quamobrem ſi abſque tali expiatione anima a corpore ſolverentur, eas apud inferos ſupplicia perpeti, atque iterum detrudi in nova corpora, ut neceſſario idem ſubirent, quod antea in aliis patrarant.* Sed hæc Sozomeno improperans Baronius non animadvertit, paucis lineis ante ex Eunapio ſe ſcripſiſſe de Sopatro, quod *natura ſublimium appetens, animoque magnus & ferox, aſpernatus reliqua in turba ætatem agere, magna celeritate ad aulam Imperatoris accurrit, quaſi Conſtantini propoſitum & impetum domiturus ac ratione ſuperaturus; certe eo æſtimationis poteſtatiſque pervenit, ut Imperator delinitus captuſque ab homine aſſeſſorem*

cum

(a) Zoſim. l. 2.

to ſcripta habentur (a); nempe, Senatores ipſos ſummopere adverſatos Conſtantino, cum eum penitus viderent eſſe religionis patriæ deſertorem, inter Chriſtianos publice profitentem: quos cum Imperator demulcere nullatenus poſſet, Urbem deſerendi, & aliam illi non imparem civitatem erigendi conſilium iniit. Sed de his poſtea. At ipſam jam Conſtantini coram Senatu Populoque Romano concionem habitam audiamus, quæ his ſcilicet verbis in iiſdem Actis Latine ſcriptis reperitur:

LXXVII. Concio Conſtantini in Idololatriam.

Profanæ diſſenſiones mentium ideo nulla ratione ſalubre conſilium ſumunt, quia profundæ ignorantiæ circumdatas caligine, nullus eas clarus ac ſerenus veritatis ſplendor illuſtrat. Aperiendi ſunt ergo oculi animarum, & diligenti eſt examinatione tenendum, iſtos deos nec dici debere, nec credi, qui facti ab hominibus cognoſcuntur; homines magis eorum deos eſſe, quos ipſi plaſmaverunt. Denique ſi aliquo caſu aliquid in iis læſum fuerit; homines qui ſua eos arte fecerunt, eadem eos nihilominus arte reſtaurant. Sunt ergo homines (ut dixi) dii illorum; quos & dum non eſſent, fecerunt ut eſſent; & dum fuerant læſi, reſtaurant. Quod in me quoque factum ipſi aſpicitis, & probatis; niſi enim ipſe eſſet Dominus Chriſtus, qui nos fecit; non utique quod ab alio factum fuerat, reſtaurare valeret. Probatur ergo humanum genus hujus Dei eſſe figmentum, qui reſtaurat lapſum, fractum ſolidat, ſublevat eliſum. Sed univerſa idola iſta, quæ hominum figmenta ſunt, hominum, cum læſa fuerint, auxilio reparantur.

LXXVIII.

Habeant itaque habeant finem iſti errores; abdicetur iſta ſuperſtitio, quam ignorantia concepit, & ſtultitia nutrivit & aluit. Adoretur Dominus ſolus, qui unus & verus regnat in cælis. Deſinamus hos colere, a quibus ſalvari non poſſumus, & quos læſos ipſi ſalvamus. Ceſſemus ab his flagitare noſtri cuſtodiam, quos noſtra cuſtodia continemur. Quid miſerrimi in his, niſi æs & lapides adoramus, & ferrum? Hactenus ſurdis diximus ut audiant, cæcis ut reſpiciant. Sit itaque omnibus ratum, quod ab iſto errore, ipſo Deo Chriſto auxiliante ceſſavimus. Et quoniam ſapientia Romana non fallitur, iſtum Deum excolat a quo ipſa cuſtoditur, non quem ipſa cuſtodiat. Verum ne longa vos oratio intentos extendat; quod conſtituendum cenſemus, breviter pandam. Patere volumus Chriſtianis Eccleſias; ita ut privilegia, quæ Sacerdotes templorum habuiſſe noſcuntur, Antiſtites Chriſtianæ legis aſſumant.

LXXIX. Privilegia Gentilium Sacerdotum tributa Chriſtianorum Antiſtitibus.

Paſſurus ne Conſtantinus æquo animo eſſet (ut eadem iterum arguamus, & per eamdem lineam, ut ajunt, ſerram reciprocemus) idolorum Chriſtianis ſemper adverſarios ſacerdotes honorum gloria ſuperextolli, Chriſtianæ vero religionis Antiſtites, quibus ipſe caput ſubjiceret, & & ut pro ipſo ad Deum preces funderent, precibus interpellaret, humi jacere depreſſos, & nullius gloriæ fulgore conſpicuos ignobiles apparere? Sed quæ erant privilegia, quibus templorum ſacerdotes a majoribus traditis fruerentur? Inter eos eminebat Rex ſacrorum, qui in conviviis ſuper omnes excubare ſolebat: erat & Pontifex Maximus, arbiter humanarum atque divinarum rerum omnium: quod breviter narratum habes ex Feſto (b). Quanta autem eſſet poteſtas in Augure, qui comitia irrita reddere, & abdicare etiam Conſules magiſtratu valeret; quæ paulo ante recitavimus ex Cicerone, declarant. Vetitum eis erat (ait Plutarchus c) equo vehi; ſed uti carpento pro ampliſſima dignitate ſoliti erant. Sacerdotum peculiaris mos erat (quod affirmat Tacitus d) carpento Capitolium ingredi. Sic & videas Romanos Pontifices (quod tradit Ammianus e) per Urbem carrucis vehi: *Procedunt (inquit) vehiculis inſidentes circumſpecte veſtiti.* Sed & magna illa dignitas eſſe videbatur, quod (ut idem ait) numquam pileum, inſigne Flaminum deponebant; cum (ut idem teſtatur Plutarchus f) cæteri ſolerent occurrentibus caput detegere. Obſervat hoc ipſum in hanc diem Romanus Pontifex. Refert idem (g) etiam Dialis Flaminis immunitatem, ut jurare ei minus liceat, quod non conveniat de rebus parvis fidem eidem non haberi, cui res ſacræ & maximæ concreditæ ſint. Sunt & alia plura, quæ recitant Gellius (h) & alii, a quorum nonnullis ut ſuperſtitione infectis Chriſtiani Pontifices abſtinere conſultius judicarunt. Rurſum vero deorum ſacerdotes purpuram induebant, eamdemque pretioſam, nempe bis tinctam, ut indicat (i) Ciceronis locus ille inter multos alios, qui menti primus occurrit, quo de Vatinio ſtrumoſo in ſacerdotem allecto ait: *Denique Vatinii ſtrumam ſacerdo-*

(b) Feſt. in verbo Ordo.

(c) Plutarch. qq. Rom. q. 40.

(d) Tacit. l. 12.

(e) Ammian. l. 27.

(f) Plutarch. qq. Rom. q. 10. & Valer. l. 5. c. 2. exempl. 9. & lib. 8. c. 5. 6.

(g) Plutarch. qq. Rom. q. 44.

(h) Gell. l. 10. c. 15. Alex. ab Alex. c. 2. & c. 8.

(i) Cic. ad Attic. l. 2. epiſt. 14.

PAGIUS

eum ad dexteram publice habuerit: res auditu viſuque incredibilis. Hunc talem credere potuit Baronius adeo fuiſſe ſcrupuloſum, ut illud ſuæ unius ſcholæ peculiare dogma non fuerit ſimulaturus, oblata occaſione tam cupita, tamque certa revocandi ad patrias ſuperſtitiones Imperatoris? Adeo etiam parum politicum, ut non viderit, quam facile poſſet ex ſublimi illo ſacerdotis gradu deturbari, ſi duriori reſponſo Principem contriſtaret; cum *proceres aulici invidia diſrupti, quod Regiam Philoſophiam diſceret, nihil omitterent, quod ei per inſidias tollendo commodum foret?* Idem de idolorum Sacerdotibus, quorum meminit Zoſimus, multoque majori jure dictum crede, quo abſque controverſia expiationem deſideratam & ſuis ritibus familiarem conti-

Digitized by Google

δοτίῃ διβάφῳ (hoc eſt bis tincta purpura) *veſtiant*. Mos quoque erat, cum dedicaretur ſummus Sacerdos, vitta & corona aurea caput ornari. Unde Prudentius, eorumdem ritus referans, hæc inter alia (*a*):

(*a*) *Prud. Periſteph. hymn.* 10.

Mire infulatus, feſta vittis tempora
Nectens, corona tum repexus aurea,
Cinctu Gabino ſericam fultus togam.

Sed ſummos Chriſtianæ legis Antiſtites longe ante tempora Conſtantini, ipſos, inquam, ſanctiſſimos Chriſti Apoſtolos, laminam auream in ſacris geſtare conſueviſſe, primo Annalium tomo dictum eſt, deque pretioſis ſacerdotum coronis ſuo pariter loco ſuperius. At quæ reliqua ſunt Conſtantini orationis, proſequamur.

LXXX. Acclamationes populi.

Ut autem (inquit) *notum ſit univerſo orbi Romano, vero Deo Chriſto nos incli naſſe cervicem, intra Palatium noſtrum Eccleſiam Chriſto arripui conſtruendam, ut univerſitas hominum comprobet nullum dubietatis in corde noſtro vel præteriti erroris remanſiſſe veſtigium. Cumque in iſto verbo finiſſet eloquium, vox populorum per duarum ferme horarum ſpatium hæc fuit: Qui Chriſtum negant, male pereant; dictum eſt tricies. Item dictum eſt quadragies: Unus Deus Chriſtianorum. Item: Templa claudantur, & Eccleſiæ pateant; dictum eſt decies. Item: Qui Chriſtum non colunt, inimici Auguſtorum ſunt: dictum eſt quaterdecies. Item: Qui Chriſtum non colunt, hoſtes Romanorum ſunt; dictum eſt decies. Item: Qui ſalvavit Auguſtum, ipſe eſt Deus; dictum eſt quadragies. Item: Qui Chriſtum colit ſemper vincet; dictum eſt quinquagies. Item: Sacerdotes templorum Urbe pellantur; dictum eſt tricies. Item: Qui adhuc ſacrificant, Urbe pellantur; dictum eſt terdecies Item: Jubete, ut hodie Urbe pellantur; dictum eſt quadragies.*

LXXXI. *Ad hanc vocem Imperator ſilentium petiit; quo facto, iterum ſic allocutus eſt populum: inter divina, & humana ſervitia hoc intereſt, quod humana ſervitia coacta ſint, divina autem voluntaria comprobentur. Deus enim quia mente colitur, & ſincero hominis veneratur * affectu, ſpontanea ejus debet eſſe cultura. In hoc enim apparet, quia Deus verus eſt, quod per tanta ſæcula contemptoribus ſuis non iratus finem impoſuit, ſed propitium ſe etiam qui coli debeat, demonſtravit; indulgendo crimina, & ſalutem animabus, & corporibus conferendo. Sit ergo omnibus notum, non neceſſitate coactos, ſed ſuo judicio liberos poſſe fieri Chriſtianos; nec humanum metuentes imperium, ad Dei culturam accedere aliquos oportere, ſed rationabili conſideratione magis rogare, ut chriſtianorum numero applicentur ab iis, qui huic ſacratiſſimæ legi deſerviunt. Juſtum etenim utrumque conſpicimus, ut ſicut petentibus culpa eſt, ſi negetur, ita non petentibus ſi tradatur *, iniquum. Sed nec hoc aliqui metuant, quod a noſtra gratia divellantur, ſi Chriſtiani eſſe noluerint. Noſtra enim clementia talis eſt, ut in bono * opere nos imitentur. Unde hoc conſiderandum eſt magis, quod nobis adhærebunt in amicitiis, qui ſpontanei ad Chriſtianam legem venire voluerint. Tunc omnibus Chriſtianis & infidelibus hanc legem laudantibus, & vitam Auguſto optantibus, finis ejus rei factus eſt. Et revertente Auguſto ad Palatium, tota civitas cereis lampadibusque repleta, coronata * eſt.*

* retinetur.

Fides libera, non coacta.

* tribuatur.

* ut a bono opere non metuetur.

* comitata eſt.

Erant ejuſmodi obſequia procedentibus ſolita impendi Romanis Principibus; nam de Cæſare Suetonius (*b*): *Aſcenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextera atque ſiniſtra lychnuchos * geſtantibus.* Et Herodianus (*c*) demonſtrat inſignia fuiſſe Auguſtorum, ut faces eoſdem progredientes proſequerentur, cum ait de Martia: *Præter ignem, omnes honores velut Auguſtæ, ei tribuerentur.* Et de Heliogabalo: *Diſcurrente etiam cum facibus utrinque populo.* Et de Gordiano: *Ignis de more præferebatur.* Sed hæc tandem Acta rurſus habent:

(*b*) *Suet. in Jul. c.* 37.

* lychnos.

(*c*) *Herod. lib.* 2.

Erat enim omnibus gaudium, quod lex talis proceſſerat, quæ nullum ad culturam impelleret, & nullum a cultura repelleret Chriſti. Fit vox lætitiæ per univerſas Eccleſias: honorantur omnia ſepulcra ſanctorum; omneſque confeſſores, qui exilia paſſi erant, ad propria jam revocati, amici facti ſunt Regis. Secundum autem ea quæ Conſtantinus in Baſilica Ulpia præſente Senatu Populoque Romano, pro concione locutus eſt, ſcripſit edictum, quod non tantum Occidentalibus populis, ſed Orientalibus quoque voluit innoteſcere; quo cum in primis ſuſceptæ a ſe Chriſtianæ religionis prædicet veritatem, & omnes pariter ad eam capeſſendam hortetur, neminem tamen ad eam vi inducendum, ſed ſponte accedentes ſuſcipiendos eſſe, licet omnes optare ſe dicat, ut id faciant, conteſtatur. Recitat ejuſmodi Imperatoris

LXXXII. Publica hilaritas Chriſtianis.

PAGIUS

tinum promiſiſſent, ſi eum fuiſſent requiſiti. Interim valde incongruum videtur, quod is qui tam inſigne Crucis in cœlo, Chriſtique per viſum apparentis miraculo adductus fuit ad Fidem Chriſtianam, in eadem colenda factus languidior, vel potius ab eadem apoſtatans auctoribus talibus fuerit quaſi compellendus ad eandem redire. Quod fuerat conſiderandum Baronio, priuſquam pro Zoſimo in aliis multis Conſtantinum reſpicientibus manifeſte mendaci tantopere contenderet contra Sozomenum.

XII.

Jam quod exaggeratam adeo Conſtantini ab optimis principiis nimium quam deficientis crudelitatem attinet, quam etiam in Chriſtianos cadere potuiſſe ac debuiſſe Baronius contendit, quæque occaſionem alicui dedit vulgandi mordaciſſimum hoc Epigramma:

Conſtantinus crudelitatis immerito accuſatur.

(a) Euſeb. Vita Conſt. l. 2. c. 46. 47. 48. ris ſanctionem Euſebius (a), hæc præmittens: *Præterea (inquit) Imperator, cum ſacroſanctam diſciplinam, quæ ad Dei cultum pertinet, augere ſtuderet; omnibus Provincialibus cujuſque nationis, qui falſo idololatriæ errore ante ipſius ætatem implicati fuiſſent, litteras dedit, prudentique perſuaſione exhortatus eſt eos qui ipſius parebant Imperio, ut Deum omnium auctorem agnoſcerent, & ipſum Chriſtum palam, & perſpicue ſuum Salvatorem eſſe profiterentur. Atque iſtas literas Imperatoris ipſius manu ſcriptas ad præſentem hanc noſtram hiſtoriam neceſſario arbitramur adjungendas, uti audire Imperatorem videamur, eidem illud hoc modo quaſi omnium hominum auribus inculcantem:*

(b) Apud Euſeb. Vit. Conſt. l. 2. cap. 47. VICTOR (b) CONSTANTINUS MAXIMUS AUGUSTUS PROVINCIALIBUS ORIENTEM INCOLENTIBUS S. Sic inſcriptum habetur apud Euſebium ad Orientales, non quod non fuerit generale, ſed quod miſſum in Orientem ſit ab ipſo deſcriptum. Ipſum autem edictum ſic ſe habet:

LXXXIII. Conſtantini edictum. *Quæcumque firmiſſimis ſummiſque naturæ legibus continentur, ea omnia providentiæ & divinæ ſolertiæ per ipſorum deſcriptionem divinitus ordinatam ſatis illuſtre ſpecimen omnibus dant. Neque ulla exiſtet dubitatio, quin accurata ſinceræ rationis, & rerum ſimul incernendi ſenſum incurrentium comprehenſio, uno veræ, & perfectæ virtutis ſubſidio adjuncto, ſit eos (quorum animus ſcientiæ quaſi veſtigiis recta inſiſtens, ad illum finem fertur) tandem ad Dei cognitionem deductura. Quapropter quis vir prudens non aliquando animo conturbetur, cum multos animadvertat contraria vitæ inſtituta conſectari? Virtutis enim decus in occulto lateret, ſi non vitioſitas vitam perverſam & inſolentem illi tamquam ex adverſo reſpondentem opponeret. Verum quod, & virtuti corona ſit propoſita, & judicio Dei ſummi omnium moderatoris coerceatur vitioſitas; ego, quoad fieri poteſt, juxta eam ſpem, quæ ea de re meo animo inſidet, perſpicue vobis omnibus aperire conabor.*

LXXXIV. Quæ impii Imperatores paſſi. *Imperatores qui ante hoc tempus ad Reipublicæ gubernacula ſederunt, propter agreſtes, credo, & inhumanos mores, exhæredati ſunt. Atque ut pater meus admirabili cum pietate in omnibus ſuis rebus gerendis, Deo Patre invocato, ſolus clementiæ opera executus eſt; ſic reliqui omnes inſano animo & furioſo affecti, ad inhumanitatem potius, quam humanitatem, ſuas curas & cogitationes contulerunt; quæ ſane illis regnantibus, vera religione everſa, vehementer crevit. Crudelis enim eorum nequitia uſque eo exardeſcere cœpit, ut cum omnes res divinæ pariter atque humanæ pacatæ, & tranquillæ conſiſterent, inteſtina perſecutionis bella ab illis excitarentur.*

Apollinem autem id temporis ex antro quodam, & tenebricoſo receſſu, non ex ſacerdotis ore, hoc oraculum edidiſſe ferunt: Juſtos qui in terris verſabantur, impedimento ipſi fuiſſe, quo minus vera loqueretur; & propterea falſa oracula ex tripode edita eſſe; indeque etiam factum eſſe, ut comam demitteret. Oraculo igitur hoc modo exagitato, hominum malitiam de ea re conqueri cœpit. Sed videamus iſta ad quem exitum venerint. LXXXV. Oraculum Apollinis de Chriſtianis.

Te jam Deum altiſſimum teſtor, me verum dicturum. Audiebam, cum jam puer admodum eſſem, eum qui illo tempore principem locum inter Romanos Imperatores obtineret, miſerum, plane miſerum, errore cæcatum, a ſatellitibus ſuis curioſe inquirentem rogaſſe, quinam eſſent illi in terris juſti? quemdamque ex vatibus ſuis reſponſum dediſſe, eos eſſe Chriſtianos. Tyrannum autem reſponſum illud tamquam mel ore avide arripientem, gladios, qui erant ad injuriam ulciſcendam excogitati, contra ſanctos viros omni labe, & reprehenſione carentes intentaſſe. Extemplo igitur mandata crudelibus ſicariis, quorum manus erant cæde, & ſanguine reſperſæ, data eſſe; Judicesque miſſos, ut celeres animi motus a natura datos ad acerbiora ſuppliciorum genera invenienda intenderent. Licuerat tum, licuerat, inquam, cernere, quanta cum animi alacritate egregii pietatis athletæ in crudelitate continua non vulgares, ſed novas in dies ſingulos afflictationes pertulerint. Quippe modeſtia, quam nullus hoſtis aliquando læſerit, furorem iracundorum, & amentiam civium multo effecit truculentiorem. LXXXVI. Obteſtatio Conſtant.

Quæ incendii flamma fuit, quis cruciatus, quod tormentorum genus, quod non fuerit omnium ſanctorum corporibus, nulla ætatis ratione habita, irrogatum? Eo tempore terra re vera lacrymas effudit; mundus res univerſas ſuo complexu coercens, tabido cruore inquinatus, fletum edidit; dies etiam ipſa præ lugubri prodigii calamitate obſcurata eſt. Sed quid iſta commemorem? Barbari inde jam glorian- LXXXVII. Cruciatus martyrum.

PAGIUS

Auguſti aurea ſecla quis requirat?
Sunt hæc gemmea, ſed Neroniana.

Baron. n. 1x. Fuerit hæc Gentilium petulantia domeſticos luctus Conſtantini improperantium, qui dolebant ſacra ſua ſub eo aboleri. Chriſtiani vero excuſent Imperatorem Chriſtianum cum Euſebio lib. 4. cap. 14. & dicant, quod *inſita ei humanitas ac bonitas & Fidei meramque ſinceritas, eo ipſum adduxit, ut crederet ficta in ſpeciem pietate hominum illorum, qui vel pro Chriſtianis habebantur, vel ſinceram erga ipſum benevolentiam callida mente ſimulabant. Quibus ille cum ſemet ipſe credidiſſet interdum, fortaſſis in ea, quæ parum decora erant, impegit, maligni dæmonis invidia hanc velut maculam reliquis laudibus ejus aſper-*

Digitized by Google

viantur; qui quidem eos, qui per idem tempus a nobis aufugerent, in tutelam receperunt; & licet illos timuerint, ut captivos, tamen humaniſſime tractarunt. Nam non ſolum in ea ſecuritate collocarant, ut ſalutem, ſed etiam, ut religionis ſuæ inſtituta, & ritus retinere poſſent. Et jam Romani hanc maculam ad longinquum tempus continuatam ſuſtinent, quam Chriſtiani eis imprimebant eo tempore, quo ex eorum ditione ejecti, ad barbaros confugerunt. Sed quid attinet pluribus mœrores illos, & communem totius Orbis luctum perſequi? Sceleris vero auctores, præterquam quod in Acherontis barathrum ad perpetuum cruciatum detruſi fuerunt, turpem præterea vitæ exitum, quo miſere interierunt, ſunt conſecuti; nam bellis inteſtinis mutuo extincti, nec nominis, nec generis ſui veſtigium reliquerunt. Quod plane non obtigiſſet illis, niſi impia illa oraculorum Apollinis divinatio vim quamdam adulterinam, & adumbratam, qua in fraudem inducebantur, in ſe fuiſſet complexa.

LXXXVIII. Apoſtrophe. *Te jam Deum optimum maximum oro, obteſtorque, ſis Orientis incolis clemens, & propitius, & omnibus provincialibus diuturna calamitate contritis per me famulum tuum curationem adhibeas. At iſta non ſine cauſa, o omnium Domine & ſancte Deus, abs te poſtulo; tuo enim impulſu res ſalutares, & aggreſſus ſum, & confeci; tuoque vexillo ubique hoſtibus oppoſito, exercitum ab illis triumphantem duxi. Quin etiam, ſi aliquando Reipublicæ uſus poſtulat, illa ipſa tuæ virtutis, & potentiæ inſignia ſequens, contra hoſtes audacter procedo. Et propterea etiam tibi animum meum amore, & timore rite ſincereque temperatum totum dedo. Nam nomen tuum ingenue amplector; virtutem tuam, quam multis argumentis declaraſti, quaque meam fidem firmiorem reddidiſti ſancte veneror. Meos igitur humeros huic operi ſubjicere equidem maturo, ut tuam auguſtiſſimam ſanctiſſimamque domum, quam nefarii illi, & impii gravi vaſtationis ſcelere labefactarunt, in integrum reſtituam. Populum tuum pacem colere, & a ſeditione liberum vacuumque eſſe, pro communi totius Orbis, & cunctorum hominum emolumento, exopto. Qui autem errore ducuntur, parem cum Fidelibus pacis, & tranquillitatis oblectationem læto animo capiant. Ipſa enim recta communitatis, & ſocietatis humanæ moderatio etiam ad illos ad rectam viam deducendos valebit plurimum. Nemo alteri exhibeat moleſtiam. Quod cujuſque animus vult, hoc quiſque tranſigat.*

At vero recte de Deo ſentientibus penitus perſuaſum eſſe debet, ipſos ſolos quos ipſe vocas, ut in ſacratis tuis legibus acquieſcant, ſancte & incorrupte vitam traducturos. Qui vero ſe ipſos inde abſtrahunt, commentitii erroris delubra pro arbitratu habeant; nos autem ſplendidiſſimum tuæ veritatis domicilium, quod natura nobis largitus es, teneamus. Hoc etiam illis optamus, ut videlicet per communem concordiam, lætitiam animo percipiant. Quod vero ad hoc noſtræ religionis inſtitutum attinet; non novum aut inauditum eſſe credimus, ſed te ex eo tempore, quo hæc univerſarum rerum fabrica firme coagmentata fuit, idem ipſum cum tuo venerando cultu obſervandum præcepiſſe. Cæterum humanum genus hallucinatum eſt, variis errorum opinionibus a veritate abductum. At tu per Filium tuum, ut perverſitas illa non in dies magis magiſque ingraveſceret, puro lumine porrecto, omnes in tui memoriam revocaſti. LXXXIX. Fidem liberam eſſe ſinit.

Tua potentia nos innocentes, & fideles reddit; tuæ res geſtæ iſta confirmant; quippe Sol & Luna ratum ſuum, & legitimum curſum tenent, neque ſidera abſque ordine totius mundi orbem luſtrant; temporum viciſſitudines certa lege revolvuntur; ſolida terræ ſtabilitas tuo verbo continuatur; ventus præſtituto tempore motum ciet; aquarum lapſus præcipitant immenſo quodam, & infinito curſu fertur; mare immobilibus terminis circumcluditur; quodcumque per terram, perque Oceanum fuſum eſt, hoc univerſum ad mira quædam, & ſingularia hominum commoda fabricatum eſt. Quæ res niſi voluntatis tuæ nutu atque arbitrio adminiſtrarentur, ſine controverſia tanta diſcrepantia, & tam magna potentiæ, quæ in illis cernitur, diſſenſio, univerſa vitæ humanæ eſſet, rebuſque omnibus vaſtitatem allatura; nam ipſa inter ſe confligentes, multo gravius cum humano genere confligerent; quod etiam faciunt, licet oculis non cernantur. Deus optime maxime, & omnium Domine, tibi maxima habeatur gratia; nam quanto magis humana natura variis, & diſcrepantibus ſtudiis opinionibuſque duci intelligitur; tanto pluris apud eos qui recte ſentiunt, quique curam veræ, & perfectæ veritatis gerunt, divini Verbi diſciplina æſti- XC. Dei virtus.

PAGIUS *aſpergente*. Et hæc quidem Euſebius univerſim de cunctis, in quibus Conſtantinus utcumque culpabilis videbatur aliquibus; de cædibus autem, ſi rationem in particulari reddere voluiſſet, dixiſſet forſitan cum ipſomet Baronio, Licinium juniorem ex ſorore Conſtantia natum, etſi cauſa vulgo ignoraretur, veroſimiliter tamen complicem patri ſuo fuiſſe; in Criſpo filio infelicem magis quam reum; in Fauſta conjuge etiam juſtum judicem appellandum. *Numeroſos amicos*, quos ſucceſſive interfectos ſcribit Eutropius lib. 10. juxta editionem anni 1545. quoſque Baronius (exerrante, ut credibile eſt, per imprudentiam calamo) *innumeros* appellat, credendum, pleroſque id commeritos, quod nimia Principis facilitate tandem deprehenderentur fuiſſe ab- Baron. n. XXI.

æſtimantur. At vero ſi quis ſit, qui ſe ſanari non ſinat; alteri, qui ſanari vult, non vitio vertat. Nam medendi facultas, quæ morborum curationibus præeſt, omnibus in medio propoſita eſt. Tantum cavendum, ne quis iſtud religionis inſtitutum violet, quod res ipſa purum, & integrum eſſe commonſtrat. Fruamur igitur omnes boni illius communione, quod nobis datum ſit, hoc eſt, pacis; noſtraque mens ab omni, quod illi adverſetur, ſit omnino ſeparata.

XCI. Defenſio veritatis. *Attamen, quod quiſque ſibi perſuadeat ſatis probum, & ſpectatum eſſe, in hoc alteri ne ſit offenſioni; immo vero quodcumque alter vel norit, vel intellexerit, illo quidem proximum, ſi fieri poteſt, juvet; ſin fieri non poteſt, miſſum faciat. Aliud eſt enim certamen pro immortalitate ſponte ſuſcipere, aliud ſupplicii metu cogi. Hæc dixi, hæcque pluribus, quam id quod erat tenuitatis meæ propoſitum poſtulabat, propterea perſecutus ſum, tum quod veram fidem occultare nolueram, tum maxime omnium, quod jam nonnullis (ut audio) in ore eſt, templorum ritus ſublatos, hoc eſt, ut ego dico, tenebrarum erroris in falſis diis colendis poteſtatem prorſus abrogatam eſſe. Quod plane omnibus hominibus, credo, penitus perſuaſiſſem, niſi quod violentus perverſi erroris impetus ad Reipublicæ evertendæ periculum præter modum in quorumdam animis penitus inhæſeret:* Hucuſque Imperatoris Conſtantini ad Orientales ſcriptis allocutio commendata. Paria ſunt hæc iis, quæ etiam Romæ nuper edixiſſe meminimus; quamobrem conſtat hallucinari eos, qui a Conſtantino clauſa templa deorum, & eorum ſacra omnino proſcripta confirmant.

XCII. Conſtantinus allexit beneficiis ad fidem. At licet Conſtantinus, neminem vi ad religionem Chriſtianam amplexandam, ſe compulſurum eſſe ſæpius fuerit conteſtatus; tamen, cum erga Chriſtianos ſe propenſiorem demonſtraret, & inſigniores Provinciarum præfecturas illis crederet, & aliis officiis de iiſdem optime mereri ſtuderet; qui ex adverſa parte religionis erant Gentiles, hac arte allici magnopere videbantur. Magiſtratibus autem ex Gentilibus delectis vetuit diis publice ſacra facere. His addidit duas leges; quarum altera divinationes vetuit; de qua queritur Zoſimus (a), altera, ut, quod Romæ cœperat, toto Orbe Romano Eccleſiæ amplioribus ſpatiis ædificarentur, mandavit. Horum omnium meminit Euſebius cum ait (b).

(a) *Zoſim. l. 2.*

(b) *Euſeb. Vit. Conſt. lib. 2. c. 43. 44. 45.*

XCIII. *Ex his vero rebus Imperator abiens, alias res illuſtres, & magni momenti cœpit aggredi. Ac primum Gentibus per varias provincias diſperſis Præfectos, qui maximam partem ſalutari Chriſti fidei ſe addixiſſent, miſit; qui vero Gentilium conſuetudinem ac ritus imitari viſi ſunt, eis, ne ſacrificia idolis immolarent, interdixit. Eadem lex ab eo lata fuit de illis dignitatis gradibus, qui Præfectorum honores ſuos ſplendore ſuperabant. Aut enim ſi Chriſtiani erant, ita ſe gerere præcepit, ut appellationis ipſorum dignitas poſtulabat; aut ſi alter animo affecti, mandavit ne idolis hoſtias offerrent.*

XCIV. Leges Conſtantini. *Deinceps duæ leges in eamdem ſententiam promulgabantur; alteraque vetuit deteſtabilia idololatriæ ſcelera, quæ jam olim in quaque civitate, & regione fieri conſueviſſent; & ne quiſquam vel ſtatuas erigere, vel curioſas, & ſupervacaneas divinationes moliri, vel denique ſacrificare auderet; altera qua juſſit templa exædificari, denique Eccleſias tum longitudine, tum latitudine ampliores effici; ut in poſterum omnes homines (ut complectar brevi) inſano illo, & ſuperſtitioſo multorum deorum colendorum ritu e medio ſublato, Deo optimo maximo reconciliarentur. Talia enim tum animo inſtituere, tum iis qui provinciis præfuerunt per literas ſignificare, Imperatorem ſua ipſius erga Deum ſanctimonia incitavit. Lex præterea illud eſt in ſe complexa, ut pecuniis largiendis non parceretur, ſed a theſauro regio promererentur ad parandas res illis inſtitutis neceſſarias. Quinetiam ad Eccleſiarum Præſides paſſim de ejuſmodi rebus litteras dare dignatus eſt, haſque primas ad me miſit:*

Victor Conſtantinus Max. Auguſtus Euſebio S.

XCV. Litteræ Conſtantini Imp. *Quemadmodum ad hoc uſque tempus ob impia voluntatis inſtitutum, & gravem tyrannidem ſervos Dei perſequentem, pro certo cognovi, & ſatis perſuaſum habeo omnium Eccleſiarum ædificia, vel negligentia corruiſſe, vel impendentis periculi metu minime, prout debuerant, refecta fuiſſe, frater cariſſime; ſi nunc cum libertas omnibus reſtituta ſit, & draco ille, Dei optimi maximi providentia, noſtroque miniſterio de communi Republicæ adminiſtratione depulſus; arbitror equidem, & virtutem ac potentiam, divinam omnibus fa-*

PAGIUS aliiſi *ob ſuam exuberantem malitiam*, ut loquitur Euſebius, *inſatiabilem cupiditatem*, qualis procul dubio fuit *Sopater* ille Philoſophus, tandem Ablavio agente interfectus; idque juſta Dei diſpenſatione, quia Conſtantinum conatus a vera Religione abalienare. Sed ex illis pauciſſimi forſan, aut etiam nemo illo anno mortem ſubiit, quo ſæviiſſe magis Conſtantinus prætenditur; verum, ut dixi, ſucceſſive ſublati de medio ſunt etiam diu poſt mortem Criſpi atque Fauſtæ, & eum, qui prætenditur, Romanum Baptiſmum: neque enim tempus Eutropius ſignat. Et ſi plures quam aliæ tunc fuiſſent ea ratione occiſi, quid hoc ad Fidem Chriſtianam ſpectat, impingendumque Conſtantino nomen perſecutoris, quandiu nec unus quidem nominatur, cui ea cauſa vel pilus capitis tactus fuerit? Præ-

Digitized by Google

ſatis conſtare; & eos qui, vel timore vel infidelitate in peccata lapſi ſunt, cum illud quod re vera bonum eſt, ſatis perſpiciant, in veram, & recte vivendi viam redituros. Quibuſcumque igitur Eccleſiis vel ipſe præſis, vel alii Epiſcopi, preſbyteri, & diaconi ubicumque terrarum, quos noſti præficiantur; vobis omnibus videndum eſt, ut earum ædificia ſedulo accurentur, quo vel ea quæ remanent reficiantur, laxioraque fiant; vel ubi neceſſitas poſtularit, de integro exædificentur. Quæ vero res ad ædificationem neceſſario requiruntur, eas quidem cum ipſe, tum alii tuo nomine a Præfectis, & magiſtratibus provinciarum petent. Hiſce enim per litteras a me ſignificatum eſt, ut omni ſtudio, & propenſione animi ea quæ fuerint a tua ſanctitate perſcripta ſubminiſtrent. Deus te, frater cariſſime, diu florentem ſervet: Hactenus epiſtola Conſtantini; ſubdit his Euſebius:

XCVI. *Quæ poſt Baptiſmum Conſt. decrevit.* *Iſta litteris prodita, quibuſque Eccleſiarum Præſidibus in ſingulis nationibus ætatem degentibus miſſa fuere; ea quoque ſedulo exequi, quæ erant his congruentia, provinciarum Præfectis mandatum; ac quæ legibus erant ſancita, illa etiam re vera magna cum celeritate confecta:* Hucuſque Euſebius. Hæc ſunt quæ Conſtantinus poſt baptiſmum Romæ decrevit; ac primum quæ eſt ipſe eadem auſpicatus in Urbe, in cunctis Romani Orbis provinciis per præſides expleri mandavit, omniaque conſentanea ſunt iis, quæ ex Silveſtri Papæ Actis ſuperius recitavimus. Quomodo autem, cum ab eo patria ſuperſtitio hunc in modum proculcari videretur, Senatus in eum excanduerit, conflatiſque mutuis odiis, Conſtantinus derelinquendæ Urbis, & alterius illi non imparis excitandæ conſilium inierit, ſuo loco narrabimus.

XCVII. *De dracone occiſo a Silveſtro verane ſit hiſtoria.* Quam vero habent appendicem Acta Silveſtri de diſputatione cum Judæis habita Conſtantino, & Licinio quartum Conſulibus, ſuo loco de ea meminimus; appendicem porro eam jure dicimus, cum ad Acta legitima ſuperius recenſita præter ordinem temporis ea illic inſerta eſſe videatur. Eodem quoque jure cenſenda putamus, quæ ad eadem Acta Latine ſcripta poſt diſceptationem cum Judæis habitam ſunt appoſita; nempe poſt aliquot dies nunciatum relatione Pontificum idolorum Conſtantino de dracone in ſpecu morante, & lethali halitu homines enecante; cujus poſtea clauſerit ora Silveſter; & æreis quibus claudebatur januis, ſigno Crucis obſignatis, perpetuo eum ergaſtulo mancipaverit. At ſicut rem geſtam veram credimus, ita hac quoque ex parte Acta ipſa nonnihil corrupta eſſe, & aliquibus ſuperadditis depravata putamus, cum nonnulla mendaciter ſcripta habeant, veritati hiſtoriæ ſuperappoſita atque conficta, quod nemo jure inficias ire poterit. Nam primo ſi tempus ſpectes, ea die ipſa accidiſſe dicuntur, qua ſcripta ibi lex ponitur a Conſtantino, nempe Conſtantino quintum, & Criſpo Conſulibus. Sed nullus reperitur in Conſularibus Faſtis Conſulatus Conſtantini cum Criſpo, recte vero Licinii quintus Conſulatus geſtus habetur cum Criſpo. Verum hæc levia, quæ fortaſſe dici poſſent librariorum errore contingere potuiſſe, ut loco Licinii, Conſtantini nomen ſit poſitum, vel ab aliquo imprudenter odio in Licinium factum ſit.

XCVIII. *De dracone refellitur commentum.* At nec illud ulla ex parte conſiſtit, quod dicitur Kalendis ſingulis eidem beſtiæ, a Veſtalibus virginibus ſuppeditari ſolita alimenta; quod penes Gentiles ſcriptores, qui res Romanas proſecuti ſunt, nemo umquam puto reperiet. Sed ad alias virgines, quæ non eſſent Veſtales, hæc eſſe referenda, ſuo loco dicemus. Sunt & alia ſuperaddita, & quidem levia, quæ cætera veritate quidem fidelia labefactant. Ut inter alia quod ibidem affirmatur, ad ipſum uſque diem Judicii obſeratas a Silveſtro fores, quibus draco coercebatur, numquam fore reſerandas; ad illud uſque plane tempus immortale animal permanſurum, demonſtrari velle videtur; quo nihil fabuloſius effingi poſſe, certum eſt. Cæterum in reliquis haud putamus hiſtoriam eſſe penitus contemnendam, quæ complures habet Latinorum, & Græcorum ſcriptorum aſſertores. Et ut prætermittamus Latinorum omnium prolixam nimis ſeriem recenſere: qui cæteris habetur antiquior, & eruditione clarior, Venantius Fortunatus Epiſcopus Pictavienſis, poeticis, & rhetoricis litteris celebris, qui vixit ante mille, & quadraginta annos nempe ſub Juſtiniano atque Juſtino Juniore Imperatoribus, in rebus geſtis S. Marcelli Pariſiorum Epiſcopi ad S. Germanum ejuſdem ſedis Antiſtitem, dum in fine habet de immani ſerpente ab eodem ſuperato, hæc addit (a): *Si ſanctorum virorum ex factis merita conferantur; miretur Marcellum Gallia, dum Roma Silveſtrum; niſi hoc diſtat in opere,* quod

(a) *Extat apud Sur. tom. 6. die 1. Novem.*

PAGIUS XIII. *Ex pietate Conſtantini tempus ejus Baptiſmi deduci non poteſt.* Præterea Baronius in medium adducit locum Theophanis in Chronico, ubi ait: *Quod ſi non erat in Nicæna Synodo baptizatus Conſtantinus, ergo nec divinorum participator myſteriorum, nec orabat cum ſanctis Patribus.* Hoc autem ei videtur nequiſſimum & dicere & ſentire. Addit Baronius, ipſiuſmet etiam Euſebii teſtimonio non uno utrumque refelli. Verum ex omnibus, quæ allegantur, capitibus, nihil aliud poteſt confici, quam quod pius Imperator, qui militibus nondum initiatis formam comprecationis communis præſcripſerat, ad quam diebus Dominicis convenire deberent in patentes ſuburbiorum campos; idem in ſuo palatio, ut legitur lib. 4. cap. 17. Vitæ ejus, inſtruxerit formam aliquam Eccleſiæ Dei, ubi omnibus ſecum

Baron. n. XLIX.

quod draconem ſigillavit ille iſte, jactavit. Præter Cedrenum & recentiores alios, Metaphraſtes (*a*) ejuſdem rei aſſertor eſt, at licet ante baptiſmum Conſtantini acciſſe dicat, draconemque illum latuiſſe ſub Capitolio, fortaſſe in Favíſis Capitolinis, erant enim inacceſſi ſubterranei quidam ſpecus, atque ciſternæ, dictæ Faviſſæ Capitolinæ (*b*); quæ opportuna potuerint eſſe bujuſcemodi draconi latibula; licet ad radices Palatini ea parte, quæ ſpectat Capitolium, haud longe a tribus illis columnis erectis, ſuper quas olim equeſtrem ſtatuam Domitiani collocatam eſſe Statius docet, ſedem ſerpentis illius fuiſſe tradant. At de loco, ubinam id acciderit, nihil penitus apud Acta Latine conſcripta.

(*a*) *Metaphraſ. in Silveſtro.*

(*b*) *Feſt. verbo Faviſſa. Gell. lib. 2. c. 10.*

XCIX. Serpens ſacer. Quod autem omnes aſſerant ejuſmodi ſerpentem apud Romanos ſacroſanctum fuiſſe; illum in memoriam revocant ex Epidauro olim in Urbem legatione publica allatum ad peſtem evertendam, Æſculapio conſecratum; quem licet, tot intercurrentibus ſæculis, extinctum fuiſſe oportuerit, Plinius tamen teſtatur ſuo tempore fuiſſe ſuperſtitem, & ſobole mirifice propagatum; ſunt hæc ejus verba (*c*): *At qui anguis Æſculapius Epidauro Romam advectus eſt, vulgo paſcitur, & in domibus; at niſi incendiis ſemina exurerentur, non eſſet fœcunditati eorum reſiſtere.* Quem Plinius dicit anguem, Feſtus draconem appellat.

(*c*) *Plin. lib. 29. c. 4.*

C. Sane quidem ejuſmodi colubri, quem Romani colerent, cellam fuiſſe ad extinctionem ſuperſtitionis obſeratam a S. Silveſtro, perfacile credi poteſt; cum poſthac nulla penitus horum colubrorum adeo fœtibus excreſcentium ſit memoria; niſi quod Gentiles deo ſuo carere nolentes, quem ſame extinctum noſſent (nam idem tradit Feſtus (*d*), cum nonniſi canis uberibus nutriri ſolitum) ex ligno aliave materia fabricarunt, atque in alio ſpecu pariter poſuerunt, tamquam vivum atque aſpectu terribilem; qui ſic manſit uſque ad Honorium Imperatorem, cum iterum per ſanctum monachum impoſtura detecta, atque penitus demolita, caruere penitus ſuperſtitionis alumni avito deo ſuo; rem geſtam S. Proſper, quæ accidit Romæ ſuo tempore, narrat his verbis (*e*): *Apud urbem Romam ſpecus quidam fuit, in quo draco miræ magnitudinis, mechanica arte formatus, gladium ore geſtans, oculis rutilantibus gemmis, metuendus ac terribilis* apparebat. *Huic animæ devotæ virgines floribus exornatæ eo modo in ſacrificio dabantur; quatenus inſciæ, munera deferentes gradum ſcalæ (quo tota illa diaboli arte draco pendebat) contingentes, impetus venientis gladii perimeret, ut ſanguinem funderet innocentem. Et hunc quidam monachus, bene ob meritum cognitus Stilicbonis tunc Patricio, eo modo ſubvertit; baculo manu ſingulos gradus palpando inſpiciens, ſtatim ut illum tangens, fraudem Diabolicam reſpexit, eo tranſgreſſo deſcendens, draconem ſcidit, miſitque per partes; oſtendens, & hic deos non eſſe, qui manu ſiunt.* Hucuſque Proſper. At quid opus fuit draconem effingere, ſi viventem ex more colere potuiſſent? verum ſi nec ille, neque ejus numeroſi fœtus, & inextinguibiles prorſus extabant, a quonam penitus ſublatum, & extinctum oportuit, quam a ſuperſtitionis Gentiliciæ adverſario, & ſummæ auctoritatis homine? Fuit hic certe ipſe Silveſter; nam alium quem dicamus, cum nulla prorſus de alio ſit memoria? Optime quidem hac ex parte etiam reſpondent Acta illa, licet corrupta Silveſtri, quibus (ut vidimus) dicitur a Veſtalibus virginibus ſolita fuiſſe miniſtrari beſtiæ alimenta; addidit, puto, librarius, Veſtales, voci, Virgines; ut plane per rimulas quaſdam liceat intueri draconem illum viventem a Silveſtro extinctum, cujus imagini tamquam viventi hujuſcemodi virgines miniſtrarent.

(*d*) *Feſtus verb. inſula Æſcul.*

Draco effictus.

(*e*) *Proſp. Aquitan. de Prædict. par 3. c. 38.*

At nec prætermittimus dicere, præter Æſculapii ſerpentem interdum a natura partum aliquod reptile monſtrum, quod boam nominatum teſtatur Plinius, cum ait (*f*): *Faciunt his ſidem in Italia appellatæ boæ, in tantam magnitudinem exeuntes, ut divo Claudio Principe, occiſæ in Vaticano, ſolidus in alvo ſpectatus ſit infans.* Sed & Dio in Auguſto meminit, tunc temporis in Hetruria viſum eſſe draconem bicipitem longitudinis pedum octoginta quinque. In aliis quoque provinciis ejuſmodi immanes colubros fuiſſe conſpectos, eoſdemque tempore Chriſtianæ religionis a ſanctis viris necatos, conſtat; refertæ ſunt ejuſmodi exemplis antiquæ ſanctorum virorum hiſtoriæ; ſiquidem a ſancto Arſacio apud Nicomediam fuiſſe draconem extinctum, auctor eſt Sozomenus (*g*), de S. Hilarione id ipſum affirmat S. Hieronymus (*h*); itemque de S. Donato Epiſcopo in Epito, idem qui ſupra tradit Sozomenus (*i*); de

CI. Dracones a Sanctis viris occiſi.

(*f*) *Plin. l. 8. c. 14.*

(*g*) *Sozom. l. 5. c. 35.*

(*h*) *Hier. in Hilarione.*

(*i*) *Sozom. l. 7. c. 35.*

S.

PAGIUS cum congregatis diligentia & alacritate præibat, & ſumtis in manu libris, ſacrorum verborum conſiderationi applicabat animum, deinde ſolennes cum iis, qui regiam domum implebant, perſolvebat preces. Ibi, ut dicitur cap. 22. ſtatis quotidie temporibus ſolus cum ſolo Deo agebat, διά τις μέτοχος ἱερῶν ὀργίων, *velut aliquis qui divinorum myſteriorum revera particeps foret*, ut Euſebius paraphraſticôs dicit. Ibi ergo celebritatem Paſchæ agebat, eo quo ſequenti capite narratur modo; nuſquam autem invenire eſt verbum, quo ad ſacros Eccleſiarum Conventus (quamvis etiam hi, excepto ſacrificii tempore, non initiatos admittebant) inceſſiſſe ſe intelligatur. Quod ad Nicæni Concilii Conventus pertinet, ad quos etiam Gentiles Philoſophos

Digitized by Google

S. Theodoro Metaphraſtes; de S. Marcello Fortunatus; de S. Creſcentino martyre Urbini patrono, ejus Acta fidem faciunt; & alii de aliis. Sed illud proximum atque domeſticum exemplum, quod Bibliothecarius narrat de Leone Quarto Romano Pontifice, qui dirum ſerpentem Romæ in caverna apparentem apud S. Luciam, in Orphea dictam, & ipſo halitu homines enecantem, publicis indictis precibus, ad locum procedens, penitus effugavit, ut amplius non ſit viſus.

CII. Imagines S. Silveſtri.

Quod autem ad Silveſtrum ſpectat; ejuſmodi trophæo victoriæ de extincto dracone imagines in Eccleſiis pingi ſolitæ erant, nimirum cum dracone ad pedes ejus vincto. Quæ quidem, antequam eadem nobis de ſuperato dracone recitata hiſtoria probaretur, S. Silveſtri depicta effigies quid myſticum præſeferre videbatur inſtar imaginis Conſtantini, quam tradit Euſebius (a) pictam fuiſſe cum Cruce ſuper caput ſita, & ſub pedibus ejus dracone confoſſo, tamquam hieroglyphicum quoddam de ſuperato Crucis virtute humani generis hoſte, extinctis jam omnibus perſecutoribus Eccleſiæ Regibus; idemque redderetur in imagine S. Silveſtri cum inſignibus vincti Draconis; ſed magis effigies illa veritatem hiſtoriæ repræſentat, ut de aliis compluribus his ſimilibus accidit. At de his, quæ pertinent ad Silveſtri Acta ſatis.

(a) Euſeb. Vit. Conſt. l. 3. c. 3.

CIII. Conſtantini ſtudium, & celeritas in erigendis Baſilicis.

Jam vero quæ reliqua ſunt de Eccleſiis a Conſtantino Romæ conſtructis hiſtoriam proſequamur, de quibus diximus librum fuiſſe conſcriptum, ſed valde ſuccinctum ac brevem, utpote quo ornamenta tantum, atque ad luminarium uſum redditus elargiti narrentur, nihil autem de ipſarum Eccleſiarum ſtructuris habeatur expreſſum. In quo quidem illud animadvertendum eſt, quod quæ tunc Romæ ſunt conſtructæ baſilicæ, ſubitario opere a Conſtantino erectæ fuerunt; ipſa enim earum ſtructura, quæ haſtenus cernitur, id aperte declarat; cum videre ſit baſes columnis ſubnixas non omnes ejuſdem eſſe operis, ipſaſque columnas ex diverſo confectas marmorum genere, variique ordinis capitellis deſuper coronatas; ſed, & alia complura diſparia in aliis Eccleſiæ membris eſſe cernuntur, ut in columnarum epiſtyliis, ac portarum liminaribus, & aliis; quæ (ut taceamus de cœteris) cernuntur in ea parte quæ ſupereſt baſilicæ Vaticanæ; ut plane appareat, baſilicas illas ex aliorum ædificiorum ruinis eſſe opere extemporali conſtructas; quod ſecus oſtenditur factum in baſilica Pauli Apoſtoli, quæ a Valentiniano cœpta, ab Honorio Imperatore multorum annorum ſpatio poſtea perfecta fuit. At non patiebatur tarda molimina vehemens ille ſpiritus, quo Conſtantini animus exæſtuabat, ſumma enim celeritate ædificia ipſum confici voluiſſe, quæ ad Menandrum reſcripſit, demonſtrant his verbis (b):

(b) l. 2. de operib. pub. Cod. Theod.

CIV. De publicis operibus lex lata.

*Propter negligentiam Judicum, qui Imperialia præcepta differunt, ad diverſas provincias diverſos miſimus, qui ad ſcientiam noſtram referant, quæ vel diligentia promota viderint, vel deſidia interrupta culpaverint. Monendi autem Judices ſunt, qui inſtaurare publica opera debent, ut de effectis eis potius quam inchoatis ad noſtram ſcientiam referant: niſi forte inſta ratione petendum ſit aliquos, ſi forte defuerint, impenſarum titulos providere. De rebus autem præcipuis maximiſque, non de quibuſcumque viliſſimis, noſtrum debent interpellare conci*lium: Haſtenus Conſtantinus ad Menandrum. quibus apparet, quam ſtuduerit maturari opera quæ ædificanda mandaſſet; ut nuntiari voluerit, ea eſſe potius conſummata, quam cœpta. Deerant plane architecti ad multitudinem operum; quorum inopiam ægro ferens animo Conſtantinus, pro illis comparandis ad Felicem in hæc verba reſcripſit (c): *Architectis quamplurimis opus eſt; ſed quia non ſunt, ſublimitas tua in provinciis Africanis ad hoc ſtudium eos impellat qui ad annos ferme duodeviginti nati liberales litteras degustaverint. Quibus ut hoc gratum ſit, tum ipſos, quam eorum parentes ab his quæ perſonis injungi ſolent, volumus eſſe immunes; ipſiſque qui diſcent, ſalarium competens ſtatui. PP. VI. Kal. Septemb. Carthag. Optato, & Paulino Coſſ.* Sed tanta in conſtruendis operibus publicis celeritas Conſtantini iiſdem parum proficua ceſſit; nam Zoſimus eam ipſi vitio vertit, dum ait (d): *Cumque pecuniam publicam in plurimas inutiles ſtructuras impenderet* (talem impius æſtimavit ædificationem Eccleſiarum) *quædam ædificavit non multo poſt diruta, quod ob feſtinationem durabilia non eſſent*: Hæc ipſe.

(c) l. 1. de excuſ. artif. Cod. Theod.

(d) Zoſim. l. 2.

CV. An non tantum, quæ receoſitæ ſunt Baſilicæ Romæ a Conſtantino erectæ fuerunt, ſed & aliæ plures, quarum in eodem libello habetur mentio, non puto tamen eas omnes eodem tempore ædificatas, verum uſque dum vixit, diverſis (ut accidit

PAGIUS

phos admiſſos novimus, cur a fundendis ſecum ibi precibus eum excluſiſſent Patres, qui eis & hanc conveniendi facultatem, & ferendæ ſententiæ libertatem faciebat, ſuoque etiam zelo ad Fidem ſtabiliendam præibat: teſtatur hoc apud Gelaſium Cyzicenum illius Oratio ad Conventum habita, quæ tamen immerito objicitur, quaſi in ea plus dicat, quam ſe Chriſtianum tenere & prædicare Fidem, cui omnem ſuam felicitatem acceptam referat, & cujus ſtabiliendæ cauſa iſtuc pariter cum illis conveneris: propter quod etiam Chriſtianus paſſim & credebatur, & dicebatur, ſicut revera erat, firmum propoſitum habens ſuſcipiendi tempore opportuno Baptiſmi.

XIV. Quoad Hieronymum, qui ſuo aſperiori ſtylo

Digitized by Google

ſit) permotus occaſionibus. Namque in Atrio Seſſoriano apud Veneris, & Cupidinis templum, eo diruto poſt inventam Crucem, nobilem erexit Eccleſiam, eidem ſanctiſſimæ Crucis ſigno dicandam, cui præclaras quas fuerat diverſis temporibus conſecutus victorias ferebat acceptas; in qua & inventæ Chriſti Redemptoris noſtri Crucis partem cultu religioſiſſimo collocavit. At quid apud fanum Veneris, & Cupidinis templum Crucis? ut ſcilicet juſte ulciſceretur immane ſcelus, quod a Gentilibus in Crucis odium fuerat perpetratum, dum in ſancto Golgotha, in Crucis rupe (quod teſtatur S. Hieronymus) (b) fuerat impudicæ Veneris ſtatua collocata, & locus ipſe, Crucis titulo adeo illuſtratus, ab eiſdem Venerarium appellatum; quamobrem quod celebre erat Veneris templum Romæ (de aliis modo ſileo) dignum viſum eſt, ut cum ignominia everſum, ſanctiſſimæ Cruci cederet; quæ proculcatis impudicitiis, virtutum omnium ſplendore niteſceret.

Crux erecta ubi erat templum Veneris.

(b) Hier. ep. 13.

CVI. Baſilica S. Crucis.

Sed quid in eodem libello de eadem Eccleſia ſcriptum habeatur, quæve ei a Conſtantino fuerint collata donaria, videamus; hæc enim ibi narrantur: *Eodem tempore fecit Conſtantinus Auguſtus Baſilicam in Palatio Seſſoriano, ubi de ligno ſanctæ Crucis poſuit, & in auro, & gemmis concluſit; ubi & nomen Eccleſiæ dedicavit, quæ nominatur uſque in hodiernum diem, Hieruſalem. In quo loco conſtituit dona iſta: Candelabra ante lignum ſanctum lucentia argentea quatuor, ſecundum numerum quatuor Evangeliorum, penſantia ſingula libras octoginta; pharos cantharos argenteos quinquaginta, penſantes ſingulos libras quindecim; ſcyphum aureum puriſſimum, penſantem libras decem, calices miniſteriales quinque penſantes ſingulos libras ſingulas; ſcyphos argenteos tres, penſantes ſingulos * libras octo; calices miniſteriales argenteos decem, penſantes ſingulos libras duas *; patenam argenteam auro incluſam cum gemmis, penſantem libras quinquaginta; altare argenteum, penſans libras ducentas quinquaginta; amas argenteas tres, penſantes ſingulas libras viginti. Et omnes agros circa Palatium Eccleſiæ dono dedit. Poſſeſſionem ad Sponſas via Lavicana, præſtantem ſolidos ducentos ſexagintatres. Sub Civitate Laurento poſſeſſionem Patras *, præſtantem ſolidos centum viginti. Sub Civitate Nepeſina poſſeſſionem Agheſis * (* retinet hodie idem nomen, ut dicatur Agnetis) præſtantem ſolidos ducentos quinquaginta. Sub Civitate ſuprascripta poſſeſſionem Terega, quæ præſtat ſolidos centum ſexaginta. Sub Civitate Faliſca poſſeſſionem præſtantem ſolidos centum quindecim. Item ſub Civitate Faliſca poſſeſſionem Herculis, quam * donavit Auguſto, & Auguſtus obtulit Eccleſiæ Hieruſalem, præſtantem ſolidos centum quinquagintatres &c.* Sed hæc omnia (ut dictum eſt) poſt S. Crucem inventam, de qua ſuo loco.

* Petras.

* Agnetis.

CVII. Baſilica S. Agnetis.

Ac mox ſubdit: *Eodem tempore fecit Baſilicam S. martyris Agnetis, ex rogatu filiæ ſuæ, & Baptiſterium in eodem loco, ubi baptizata eſt ſoror ejus Conſtantia, una cum filia Auguſti;* Conſtantia hæc eadem dicta, ſed quando baptiſmum ſuſceperint, non conſtat, nec etiam quoto anno Eccleſia illa a Conſtantino erecta fuerit, qua autem viſione admonita ibi Conſtantia filia ſit baptizata, apud Ambroſium (b) res geſta ab incerto auctore in hæc verba narratur: *Erat enim ipſa Conſtantia Regina virgo prudentiſſima, ſed ita obſeſſa vulneribus, ut a capite uſque ad pedes nulla membrorum pars libera remanſiſſet. Accepto autem conſilio, ſpe recuperandæ ſalutis, venit ad tumulum martyris nocte* (nempe Agnetis de qua mira relatu audierat, *& licet Pagana, tamen credula animi intentione preces fideliter fundebat. Quod dum faceret, repentina ſomni ſuavitate corripitur, & vidit per viſionem beatiſſimam Agnem talia ſibi monita proferentem: Conſtanter age, Conſtantia, & crede Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei eſſe Salvatorem tuum, per quem modo conſequeris omnium vulnerum, quæ in corpore tuo pateris, ſanitatem. Ad hanc vocem Conſtantia evigilat ſana, & ſic ſana, ut nec ſignum in ejus membris alicujus vulneris remaneret. Reverſa igitur ad Palatium ſaniſſima, facit gaudium, & patri ſuo Auguſto, & fratribus ſuis Imperatoribus. Coronatur Civitas tota; fit lætitia militantibus, atque privatis, & univerſis audientibus hæc. Infidelitas Gentium confundebatur, & fides Dominica lætabatur *. Interea patrem, & fratres Auguſtos rogat, ut Baſilica beatæ Agnetis conſtrueretur, & ſibi illic Mauſoleum collocari præcipit. Currit hæc opinio ad omnes; & quotquot credentes ad ejus tumulum veniſſent, ſanabantur, quacumque fuiſſent infirmitate detenti; quod facere Chriſtum nullus dubitat uſque in hodiernum diem. Perſevera-*

(b) Apud Ambr. ſermon. de paſſ. Agnetis.

* dilatabatur.

PAGIUS

Quomodo intelligendus Hieronymus quando ait Conſtantinum in Arianum dogma declinaſſe.

lo utens, in Chronico ſcribit, quod *Conſtantinus extremo vitæ ſuæ tempore, ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo baptizatus, in Arianum dogma declinavit*, nihil aliud ſignificat Hieronymus, quam Conſtantinum inclinare viſum eſſe in eorum ſententiam, qui ὁμοούσιος vocabulo abſtinendum cenſebant, non ut hæretico, ſed ut novo, ideoque ſcandalum generante apud eos, qui Nicænæ Fidei omnino ſe adhærere profitebantur, perſuadebantque Imperatori ut crederet, eos qui vocabantur *Arianos*, voce illa ſuppreſſa, ad concordiam redituros. Talium enim, non vero ipſorum *Arianorum* tunc princeps erat *Euſebius* Nicomedienſis, poſt obitum Conſtantini dumtaxat ad Arianorum partes apertim tranſgreſſus. Simili modo alibi Hieronymus

Baron. n. LI.

ravit autem Conſtantia Auguſti filia in virginitate, per quam multæ virgines, & mediocres, & nobiles, & illuſtres ſacra velamina ſuſceperunt. Et quia fides mortis damna non patitur, uſque ad hodiernum diem multæ virgines Romanæ Agnem beatiſſimam, quaſi in corpore manentem, attendunt: Hæc ibi, ſed perperam Ambroſii nomine conſignata; cætera autem de eadem Conſtantia inferius.

CVIII. Conſtantina appellanda non Conſtantia, quæ S. Agneti Baſilicam erexit.

☞ Cæterum certo ſcito, quod licet jam uſu receptum, & ſcriptis firmatum, ſacriſque lectionibus proditum, ut ubique & ab omnibus Conſtantia dicatur, quæ S. Agneti Baſilicam erexit; tamen proprio nomine dicenda fuerat Conſtantina. Vetera namque id monimenta ſuadent, immo fateri cogunt. Sic enim ſe habebat vetus inſcriptio affixa ejuſdem Sanctæ Agnetis Baſilicæ apſidi, cujus modo marmoreæ tabulæ vix fragmentum ſupereſt, ſtatum in ingreſſu atrii recens reſtituti a S. R. E. Cardinali Medicæo Archiepiſcopo Florentino, nuper in Romanum Pontificem electo, vocatoque Leone XI. qui eamdem Baſilicam collabentem reſtituit, & exornavit. Porro vetus inſcriptio illa, quæ erat in marmore ſculpta, jam confracta tabula perdita, remanſit Deo volente in membranis exarata integra, atque jam typis excuſa his (a) characteribus perſeverat, vendicata penitus ab injuria temporis:

(a) Antiq. Inſcrip. Appen. p. 1161. n. 9.

CONSTANTINA. DEUM. VENERANS. CHRISTOQUE. DICATA
OMNIBUS. IMPENSIS. DEVOTA. MENTE. PARATIS.
NUMINE. DIVINO. MULTUM. CHRISTOQUE. IUVANTE
SACRAVIT. TEMPLUM. VICTRICIS. VIRGINIS. AGNES.
TEMPLORUM. QUAE. VICIT. OPUS. TERRENAQUE. CUNCTA
AUREA. QUAE. * RUTILAT. SUMMI. FASTIGIA. TECTI.
NOMEN. ENIM. CHRISTI. CELEBRATUR. SEDIBUS. ISTIS.
TARTAREAM. SOLUS. POTUIT. QUI. VINCERE. MORTEM
INVECTUS. CAELO. SOLUSQUE. INFERRE. TRIUMPHUM
NOMEN. ADHUC. REFERENS. ET. CORPUS. ET. OMNIA. MEMBRA
A. MORTIS. TENEBRIS. ET. CAECA. NOCTE. LEVATA.
DIGNUM. IGITUR. MUNUS. MARTYR. DEVOTAQUE. CHRISTO.
EX. OPIBUS. NOSTRIS. PER. SAECULA. LONGA. TENEBIS
O. FELIX. VIRGO. MEMORANDI. NOMINIS. AGNES.

* Rutilant.

Ita quidem vetus inſcriptio tabulæ inciſa marmoreæ, quam ab ipſa poſitam Conſtantina, illis verbis penultimo verſu recitatis apparet, EX OPIBUS NOSTRIS. Et ne quid dubites de nomine Conſtantinæ, conteſtem adducimus virum integrum id ipſum manifeſtiſſime profitentem ſuis ſcriptis, quibus ſuffragatur apertiſſime veritati, ſanctum, inquam, Althelmum Anglorum Epiſcopum, qui in carmine (b), quod ſcripſit de laude Virginum, eamdem filiam Conſtantini Conſtantinam nominat, non autem, ut in uſum eſt converſum, Conſtantiam, verſibus iſtis:

(b) To. 5. Antiq. lect. pag. 851. 852. 853.

Nam Conſtantinam ſanavit tumba ſepulcri,
Et ſarcophagus quæ pauſant membra puellæ
Ut merito poſſet regnantis filia Regis,
Æterno Regi Regum, qui regnat in æthra,
Reddere magnificas pro vita ſoſpite grates: & inſerius:

Nobilis in Roma vixit pulcherrima virgo
Conſtantina, novum præbens ſpectacula vitæ
Omnibus, integre qui converſarier optant,
Lurida linquentes veteris contagia vitæ.
Hæc, inquam, virgo cæleſti freta patrono,
Contempſit mundum felix cum flore virentem,
Arida ceu palea projecta peripſema ſqualent.
Utque magis ſtupeas, rumorem adverte parentum:
Nam pater Auguſte regnorum ſceptra gubernans,
Imperium mundi, Chriſto regnante regebat.
Qui Conſtantinus nomen ſortitur in ævum.
Hic ſobolem ſanctam miro dilexit amore:

& quæ ſequuntur, ſpectantia ad hiſtoriam

PAGIUS mus ſcribit, propter receptam Valentis & Urſatii confeſſionem in ſpecie Catholicam, quod *ingemiſcens Orbis terrarum miratus eſt ſe eſſe Arianum*. Euſebius quidem Cæſarienſis nominatim non exprimit Conſtantiniani Baptiſmi miniſtrum, ſed Photius in Bibliotheca codice 88. velut ex Gelaſii Ciziceni Hiſtoria refert, Conſtantinum moriturum *Baptiſmate tinctum ab orthodoxo Sacerdote, ſacroque ritu, non ut quidam crediderunt, ab Hæreticorum aliquo*. Verum demus, Nicomedienſem Epiſcopum; in cujus diœceſi res agebatur, ideoque ad ipſius jus res ea ſpectaſſe videbatur, fuiſſe Sacramenti miniſtrum, non tamen id contaminaſſet baptizatum, quandoquidem tunc communicare cum Euſebio, non erat adhuc communicare cum Hæretico.

Ne-

riam Gallicani, inferius ſuo loco recitandam. Quod autem ſive ab ipſa Conſtantina, ſive a Patre Conſtantino diverſe narratur Baſilica illa eſſe conſtructa; verum utrumque eſſe poſſe, nihil eſt quod impediat, nimirum ut pater expenſas ad ſtructionem contulerit ejus, quam filia erigendam ſuſcepit Eccleſiam. Sed major inde oritur difficultas, quomodo Conſtantina iſta prædicetur virgo Deo dicata,

(a) Ammian. lib. 14. filia Conſtantini, quæ, Ammiano (a) teſte, duos viros habuit, priorem Hannibalianum, poſteriorem Gallum Cæſarem; quæ nec talis extitit, ut ſanctitatis ullo titulo meruerit inſigniri, utpote fœmina crudelitatis face incenſa furens, nova Megæra ab eodem auctore nominata. Quod igitur aliam Conſtantinam Conſtantini filiam non invenimus appellatam, ſi hanc velimus ſtruxiſſe Baſilicam Sanctæ Agnetis; tum verba illa primo verſu Epigrammatis recitata, CHRISTOQUE DICATA, non erunt interpretanda, ut voverit virginitatem quam non excoluit, ſed quod relicto Gentilitio cultu, effecta fuerit Chriſtiana. Quam nec Romæ, ſed in Bithynia in Oriente defunctam eſſe, fratri Conſtantio infenſam redditam, idem Ammianus affirmat. Quod ſi hanc quæ Conſtantina dicta fuit, ſanatam a ſancta Agnete, & virginitatem Deo dicaſſe diximus, ut metro cecinit Altheimus Epiſcopus; nequaquam illa eſſe potuit conjux Galli, filia Conſtantini, cujus meminit Ammianus, ſed potius Conſtantini Magni ſoror, filia Conſtantii, germana Conſtantiæ Auguſtæ Licinii Imperatoris uxoris. Nam præter Conſtantiam ipſum alias genuiſſe filias, nempe Eutropiam, & Anaſtaſiam, quæ & Conſtantina cognomine dici potuit, ſatis liquet. Quod vero non Conſtantina, ſed Conſtantia veneratione colitur apud eamdem Baſilicam Sanctæ Agnetis, ſi ita res eſt, nullam aliam invenimus eſſe potuiſſe, niſi quam ferunt Acta martyrum Joannis, & Pauli, deſponſatam Gallicano filiam Conſtantini Conſtantiam; nam quæ ejuſdem nominis, ſoror ejuſdem Conſtantini fuit, nupta Licinio, in Arianiſmum lapſa Conſtantinopoli vixit, indigna prorſus, quam aliquo cultu venerationis Romana Eccleſia fuerit proſecuta: at de fœminis Conſtantinis atque Conſtantiis hactenus [illegible].

CIX. Dona collata.

Porro, quæ idem Conſtantinus memoratæ Eccleſiæ dona contulerit, his verbis in eodem libello narrantur: *Patenam auream penſantem libras viginti; calicem aureum penſantem libras decem; coronam, pharum cantharum ex auro puriſſimo, cum delphinis triginta, penſantem libras quindecim; patenas argenteas duas, penſantes ſingulas libras viginti; calices argenteos quinque, penſantes ſingulos libras decem; pharos cantharos argenteos triginta penſantes ſingulos libras octo; pharos æreos ex aurichalco quadraginta; ceroſtratos ex aurichalco argento clauſos quadraginta ſigillatos; lucernas aureas duodecim mixta* ſuper fontem. In redditibus. Circa civitatem Fidenas omnem agrum, præſtantem ſolidos centum* ſexaginta. Via Salaria ſub Patrato undique omnem agrum, præſtantem ſolidos centum* quinque. Agrum Marci*, præſtantem ſolidos octoginta. Poſſeſſionem in vico Piſonis, præſtantem ſolidos ducentos quinquaginta. Agrum Caſulas præſtantem ſolidos centum:* Hucuſque ibi.

* lychnorum.
* mille.
* mille.
* Mutii.

CX. De Conſtantia Aug.

Quod vero ad Conſtantiam alteram ſpectat, Conſtantini ſororem, relictam Licinii, de qua ſæpe ſuperius mentio facta; hæc aliquando Nicomediæ cum ageret, titulo Auguſtæ clariſſima, miro ardore ſuccenſa videndi Chriſti humani generis Redemptoris, quem Deum colebat, imaginem, ut voti compos fieret, ad Euſebium Pamphilii Cæſareæ totius Palæſtinæ, in qua Chriſtus verſatus erat, Metropolitanum Epiſcopum litteras dedit; cum ille hoc facile præſtare potuiſſet (nam teſtatur (b) ipſe ſe aſpexiſſe imagines Chriſti, & Petri ac Pauli Apoſtolorum, coloribus expreſſas ac fideliter conſervatas) nihilominus, quod non Arianam tantum hæreſim imbibiſſet, ſed & Theopaſchitarum veſania imbutus eſſet, hunc in modum ad ipſam reſcripſit (c):

(b) Euſeb. l. 7. c. 14.
(c) Apud Nicæn. Conc. 2. Act. 6.

CXI. Euſebii epiſtola ad Conſtantiam Aug.

Quoniam autem de Chriſti imagine ad me ſcripſiſti; ut tibi mitterem; velim mihi ſignifices, quamnam putes Chriſti imaginem; utrum illam veram, & incommutabilem, naturæ illius characteres ferentem, aut hanc, quam propter nos aſſumpſit, ſervilem formam pro nobis induens. Sed ſane de divina forma non arbitror etiam ipſe ego te eſſe ſolicitam, cum fueris ab illo (d) edocta, neminem Patrem cognoviſſe præter Filium, neque ipſum Filium condigne quempiam cognoviſſe, niſi qui illum genuit Pater. Et poſt alia: *Si omnino ſervi requiris imaginem formæ, & carnem quam propter nos induit; ſed & hanc gloria deitatis ſuæ commixtam eſſe didicimus, & paſſam mortuamque:* Et poſt pauca: *Quis igitur gloriæ ejuſcemodi, & dignitatis ſplendores lucentes, & fulgurantes effigiare mortuis, & inanimatis coloribus, & umbratili pictura poſſet? cum neque divini illius diſcipuli (e) in monte illum contemplari quiverint, qui cadentes in faciem ſuam, non poſſe ſi hujuſmodi ſpecta-*

(d) Matt. 11.
(e) Matt. 17.

PAGIUS XV. Rejicitur rebaptiza-tio Conſtantini.

Neque audiendi, qui utramque de Conſtantini Bapriſmo ſententiam conciliatue. Romæ quidem a Silveſtro baptizatum eſſe dicunt, ſed Nicomediæ rebaptizatum ab Euſebio. Num rebaptizationem ab Arianis ante Vandalicæ perſecutionis tempora tentatam nemo cum fundamento dixerit, nec debet, tota Antiquitate ſilente recipi; multo minus eam jam a tempore Con-

ctaculam inſpicere, confeſſi ſunt. Igitur ſi carnis illius figura tantam ab inhabitante in ea divinitate accepit potentiam, quid oportet dicere tunc, cum immortalitatem exuit, & corruptionem abluens, formam ſervi in Domini, & Dei gloriam tranſtulit, poſt mortis ſcilicet victoriam, poſt aſcenſum in cælos, poſt cum Patre regio in throno a dextris conſeſſum, poſt requiem in ineffabilibus, & innominandis ſinibus Patris, in quam aſcendentem, & deſidentem cæleſtes poteſtates illi benedictis vocibus acclamabant, dicentes (a): Principes tollite portas veſtras, aperimini portæ cæleſtes, & introibit Rex gloriæ? Hucuſque ex Euſebii epiſtola recitata ſunt in ſecundo Nicæno Concilio imaginum cultui adverſario Gregorio Neocæſareæ Epiſcopo.

(a) Pſal. 23.

CXII. Quid a Patribus Synodi in Euſebium.

† Adverſum hæc autem cum ibi multa fuerint ab Epiphanio recenſita, & in auctorem ipſum Euſebium, utpote Arianum hominem, inclamata, iſta demum, quod ad hanc ſpectat epiſtolam, poſita ſunt de ſententia Euſebii, aliorumque Arianorum: *Opinantur autem Chriſtum Dominum noſtrum carnem ſine anima aſſumpſiſſe, addentes in ſalutari illius diſpenſatione divinitatem ſupleviſſe animæ conſilia motioneſque, nimirum quo paſſionem (ut ait Gregorius) divinitate circumſcribant, & ob id vere Theopaſchitæ ſunt; qui autem hujus ſententiæ ſunt, imaginem non habendam cenſent, quemadmodum impius Severus, Petrus Fullo, Philoxenus Hieropoleos Epiſcopus, & omnis denique illa multi capitis, & ſine capite hydra contendit. Hujus igitur ſocietatis exiſtens & Euſebius (quemadmodum ex illius epiſtolis, & hiſtoricis commentariis demonſtratum eſt) imaginem Chriſti Theopaſchitarum more rejicit; qua de cauſa, & Conſtantiæ Licinii uxori ſcribit, apud ſe imaginem non reperiri. Nam & in eadem epiſtola dicit, quod illius incarnata forma in deitatis naturam mutata ſit. Nemo tamen ſanctorum Patrum noſtrorum ſic ſentit, aut docuit; neque enim veritas ſic ſe habet, &c.* Conſtantia igitur Auguſta his ab Euſebio Pamphili epota venenis, & ab ipſomet Ario, & Euſebio Nicomedienſi Arianæ perfidiæ aconito infelix imbuta, ſinceræ fidei candoris, quem Romæ apud S. Agnetis Baſilicam in baptiſmate ſuſcepiſſet, diſpendium paſſa Arianorum furva fuligine, facta eſt hæreſis illius ſectatrix, immo fautrix atque patrona: de qua S. Hieronymus ad Cteſiphontem (b): *Arius, ut Orbem deciperet, ſororem principis ante decepit.* At de Conſtantia modo hactenus, ad quam occaſione S. Agnetis Baſilicæ, & ſuſcepti in ea baptiſmatis, digreſſi ſumus. Sed jam ad alias baſilicas Romæ a Conſtantino erectas iterum redeamus.

(b) Hieron. adverſ. Pelag. ad Cteſiphontem.

Eodem tempore (inquit libelli auctor) *Conſtantinus Auguſtus fecit Baſilicam Beato Laurentio martyri via Tiburtina, in agro Verano, ſupra arenariam cryptæ; & uſque ad corpus S. Laurentii martyris fecit gradus aſcenſionis, & deſcenſionis. In eo loco conſtruxit apſidem, & ornavit marmoribus porphyreticis, & deſuper locum concluſit argento, & cancellis de argento puriſſimo ornavit, penſantibus libras mille; & ante ipſum locum in crypta poſuit lucernam ex auro puriſſimo lychnorum decem, penſantem libras viginti; coronam ex argento puriſſimo, cum delphinis quinquaginta, penſantem libras triginta; candelabra area duo, in pedibus denis, penſantia ſingula libras trecentas. Ante corpus Beati Laurentii martyris argento clauſit ſigilla paſſionum ipſius, cum lucernis in nixis * argenteis, penſantibus ſingulis libras quindecim.* Et in fine: *Pharos argenteos triginta, penſantes ſingulos libras octo.* Hæc vero habet de redditibus: *In eodem loco poſſeſſionem cujuſdam Quiriacetis * religioſæ fœminæ, quam Fiſcus occupaverat tempore perſecutionis, &c.* Loca autem ubi poni ſolita erant martyrum corpora, quæ appellamus uſu priſco Confeſſiones, ſumptuoſiſſime exornari ſolita; non tantum, quæ de loco dicta ſunt ubi conditum erat S. Laurentii corpus, ſed & de S. Hippolyti martyris Confeſſione haud procul ſita docet Prudentius, qui eam vidit, his verſibus (c):

CXIII. Baſilica S. Laurentii.

* myxis.

* Cyriacæ.

(c) Prud. Peristeph. hymn. 11.

Ipſa illas animæ exuvias quæ continet intus
Ædicula argento fulgurat ex ſolido.
Præfixit tabulas dives manus æquore levi
Candentes, recavum quale nitet ſpeculum.
Nec Pariis contenta aditus obducere ſaxis,
Addidit ornando clara talenta operi.

Ex his plane vides; cum primum a perſecutionis anguſtiis in latum libertatis campum Eccleſia proſiluit, quæ olim in cœmeteriis ipſis, antris, & receſſibus ſubterraneis, ſanctorum martyrum cultum (ut vidimus) dignis officiis, pro temporis ratione, frequentare ſolebat; conſtructis jam in ipſorum memoriam Baſilicis, tranſlatiſque in eas eorum corporibus, & in thecis argenteis, & argento tectis cellulis

CXIV. Illuſtratæ Martyrum reliquiæ.

PAGIUS Conſtantini Imperatoris uſurpatam. Quis enim eo vivente auſus fuiſſet Nicænæ Fidei profeſſores, quam ille ſemper & ubique ſpectabat, & omnino ſartam tectam volebat, affirmare Hæreticos, quorum proinde Baptiſmus invalidus crederetur? ut autem *Ariani* jam tunc tale quidpiam clam auſi eſſent, necdum poſſet dici, quod *Euſebius* Arianiſmi notam conatu omni a ſe tunc ad-

lulis collocatis, auro gemmiſque fulgentibus vaſis ad uſum luminarium comparatis, eadem ipſos ſumma gloria celebrare ac venerari cœpiſſe.

CXV. De Baſilica in via Lavicana. Rurſus vero hæc de reliquis Baſilicis ex eodem libello: *Iiſdem temporibus Conſtantinus Auguſtus fecit Baſilicam via Lavicana inter duas lauros Beato Petro, & Marcellino martyribus; & Mauſoleum, ubi beatiſſimam Auguſtam matrem ſuam poſuit in ſarcophago porphyretico.* Sed id poſtea; verum hæc ibidem ſubduntur: *Ubi donavit patenam auream ex auro puriſſimo, penſantem libras trigintaquinque; candelabra argentea auro incluſa, in pedibus duodecim, quatuor, penſantia ſingula libras ducentas; coronam auream, quæ eſt pharus cantharus, cum delphinis centum viginti, penſantem libras triginta; calices aureos tres, penſantes ſingulos libras decem, cum gemmis praſinis, & hyacinthinis; amas aureas duas, penſantes ſingulas libras quadraginta; altare ex argento puriſſimo, penſans libras ducentas; pharos cantharos argenteos viginti, penſantes ſingulos libras viginti; item altare ex argento puriſſimo, penſans libras ducentas; patenas ex auro puriſſimo duas, penſantes ſingulas libras quindecim; patenas argenteas duas, penſantes ſingulas libras quindecim; ſcyphum majorem ex auro puriſſimo, ubi nomen Auguſti deſignatur, penſantem libras viginti: ſcyphum aureum minorem, penſantem libras decem; ſcyphos argenteos quinque, penſantes ſingulos libras duodecim; calices miniſteriales argenteos viginti, penſantes ſingulos libras tres; amas argenteas quatuor, penſantes ſingulas libras quindecim; amas ſingulis olei nardini piſtici libras nongentas*, balſami libras centum, aromatum in incenſum ſanctis martyribus Beato Marcellino, & Petro libras centum:* Hæc ibi; quibus & reditus ſubſequuntur.

* nonaginta.

CXVI. Aliæ Baſilicæ a Conſtantino ædificatæ extra urbem. Mentio ibidem habetur de Baſilica Oſtienſi in honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Joannis Baptiſtæ, alia Albanenſi in memoriam S. Joannis Baptiſtæ, Capuana Apoſtolorum, & Neapolitana in honorem (ut ait Ado) itidem Apoſtolorum, & martyrum ab eodem Conſtantino erectis. Vaſorum autem omnium, quorum mentio facta eſt, quædam inſerviebant ad luminaria incendenda, ut ceroſtrata, candelabra, phari canthari, & coronæ cum delphinis; quædam vero ad uſum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, ut calices, patenæ, amæ, metretæ; ad baptiſmum alia, ut pelves & ſcyphi; thymiamateria autem erant ad ſuffitus parandos. Sed & in pluribus aliis quoque Italiæ Civitatibus viget adhuc memoria aliarum Eccleſiarum ab eodem Imperatore ſumma impenſa conſtructarum; verum, & in aliis etiam Provinciis itidem factum eſſe conſtat; & inter cæteras nobiles ab eo juſſas ædificari Baſilicas meminit Gregorius Turonenſis (*a*) de ea ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ ab eodem in Gallia excitata, in cujus erectione ejuſmodi inſigne miraculum accidiſſe teſtatur: *Maria vero* (inquit) *glorioſa Genitrix Chriſti, ut ante partum, ita virgo creditur & poſt partum; quæ (ut ſupra diximus) Angelicis choris canentibus in Paradiſum Domino præcedente, tranſlata eſt. Cujus Baſilica ab Imperatore Conſtantino admirabili opere fabricata renidet; ad quam adductæ columnæ cum præ magnitudine levari non poſſent, eo quod eſſet circuitus earum ſexdecim pedum; ac diebus ſingulis caſſo labore fatigarentur; apparuit artifici ſancta Virgo per viſum, dicens:* Noli mæſtus eſſe; *ego enim tibi oſtendam, qualiter hæ queant elevari columnæ. Et oſtendit ei, quæ aptarentur machinæ, qualiter ſuſpenderentur trochleæ, atque funes extenderentur; illud addens: Conjunge tecum tres pueros de ſcholis, quorum hoc adjutorio poſſis explere. Quod cum ille vigilans, quæ præcepta fuerant, coaptaſſet: vocatis tribus pueris ab ſcholis, erexit ſumma velocitate columnas. Præſtitum eſt populis ſpectare miraculum admirandum, ut quod multitudo virorum fortium levare nequiverat, tres puerulı abſque virtute perfecti operis ſublevarent:* Hæc Gregorius. De aliis autem eccleſiis ab eodem in Oriente ædificatis, ſuo loco referemus.

(*a*) Greg. Tur. De gloria Mart. c. 9.

CXVII. Conſtantini modeſtia. Hæc vero omnia (ut diximus) nequaquam hoc ipſo anno a Conſtantino perfecta ſunt, ſed potius cœpta tantum ex iis nonnulla, reliquis quibus vixit annis abſoluta fuerunt; a nobis autem hæc ſimul omnia hoc anno relata ſunt, quod certis quibus poſſent annis adſcribi ſingula, incertum penitus ſit. Sed illud memoria dignum eſt, quod cum tam celebres, & inſignes Memorias in honorem Dei atque ſanctorum tum Romæ, tum in aliis pluximis Orbis Romani locis Conſtantinus erexerit, in nulla ipſarum modeſtiſſimus Imperator reperitur ſui nominis memoriæ titulum inſculpſiſſe, contempſiſſeque Chriſtianiſſimum Principem, quod alii ante eum Imperatores magno ſtudio affectaſſent, quorum qui omnium optimus a Gentilibus habebatur Trajanus; quod in opu-

PAGIUS adhuc amoliri ſtudens, partem habuerit in ea impietate, ut ait Papebrocius in Vita S. Conſtantini M. die XXI. menſis Maii, ex quo hæc de Conſtantini Baptiſmo exſcripſi, ne acta agerem.

XVI. Donatio Conſtantini. A num. CXVII. ad CXXIII. *Donatio* Conſtantini prorſus ſuppoſititia, *ut ſere inter* Eruditos convenit. Ea tamen a Græcis non conficta, *ut* putavit Baronius, ſed ab aliquo Latino, ut *ei ſuppoſitiMas-*

operibus ſingulis a ſe erectis affixiſſet titulum ſui nominis, idem noſter Conſtantinus (ut auctor eſt Aurelius Victor) illum eo dicterio lepide quidem, & urbane deriſit, dicens, Traianum eſſe herbam parietinam, nimirum, quod, ſicut illa, paſſim reperiretur muris inhærens.

CXVIII. De donatione Conſtantini. Jam vero reliquum foret, ut enarratis, & elucidatis hiſce de Actis Silveſtri, & de erectis ab Imp. Conſtantino in Urbe alibique Baſilicis, collatiſque eiſdem ab ipſo donis, de vulgata illa omnium ore ageremus ejuſdem Conſtantini donatione tot tantiſque controverſiis agitata; ſed parcimus, quod nihil præter illa, quæ ab aliis dicta ſint, afferre poſſumus, & eadem repetere, ſit oneroſum atque pariter otioſum; cum liberum ſit cuique, quæ eo argumento a pluribus ſunt ſcripta, conſulere. At illud modo hic ſatis ſit obiter attigiſſe; neminem veri amantem, & antiquarum litterarum ſtudioſum negaturum, primum omnium Chriſtianorum Imperatorum, eumdemque maxime pium, ac pariter munificentiſſimum ore quoque Gentilium prædicatum, Chriſtianam religionem, quam, avita ſuperſtitione relicta, primus ferme omnium Auguſtorum (quod pro rei novitate viſum eſt eſſe portentum) præter ſententiam Senatus, & populi amplexatus eſt, cunctis quibus valuit officiis coluiſſe, atque muneribus frequentaſſe. Ad quæ præſtanda cum pietas eum impelleret, & æmulatio ex antiqua gloria adverſariæ religionis urgeret, atque ſtimulus ea de cauſa (ut ait Zoſimus) hoc tempore inſenſi ſibi atque palam jam obtrectantis Senatus exagitaret; ut non tantum paria (quod dictum eſt ſuperius) Gentilium ſacerdotum concesſerit Chriſtianæ religionis Antiſtitibus privilegia, & majoribus auxerit eos atque Chriſti templa donariis; ſed ipſam potiſſimum Romanam Eccleſiam, in qua ſciebat totius Chriſtianæ religionis vigere principatum, atque cardinem verti, eamque in medio æmulantium, laceſſentium, atque oblatrantium hoſtium collocatam, in ipſorum odium, & invidiam ampliſſimis donaſſe muneribus, ſummaque potentia communiſſe, atque juribus ſtabiliſſe. Quorum aliquibus licet modeſtia Romanorum Pontificum non ſit uſa, non tamen ea ratione negari poſſunt eſſe collata; ſicut nec quis jure inficias ire poterit, tributas eſſe olim ab Auguſto Senatui, (quod Dio teſtatur *a*) Africam, Aſiam, Numidiam, Epirum, Græciam, Dalmatiam, Macedoniam, Bithyniam, Pontum, Cyrenem, Siciliam, Sardiniam, & Hiſpaniam Bæticam, licet eiſdem poſteriores Imperatores pro arbitrio uſi ſint. Magnum plane eſt de collatis illis Romanæ Eccleſiæ a Conſtantino muneribus argumentum, quod Francorum Chriſtianiſſimi Principes ſuis ipſorum diplomatibus ea a Longobardis ablata, ſe Romanæ Eccleſiæ reſtituere profeſſi ſunt.

(a) Dio. hiſt. l. 55.

Si enim Romana Eccleſia ante collata illa a Francorum Regibus privilegia quod (ſuo loco pluribus demonſtrabitur) jam potiebatur rerum dominio; unde illud ſibi niſi jure debitum potuit vendicaſſe? cum certum ſit nulla id factum armorum vi atque violenta graſſatione; ſilentibus præſertim, nec minimum quidem reclamantibus, qui illis temporibus regnabant in Oriente, Imperatoribus, alioqui in Romanam Eccleſiam parum æquis, quam & auſi fuerunt (quod queritur Sanctus Gregorius *b*) redigere ſub tributo. Ceterum juſta poſſeſſio (quam, ſi careret humano, divino ſaltem jure, quo ſubordinata ſunt divinis terrena rerum dominia, Romana Eccleſia legitime ſibi vendicat, ut poſteriores Reges, & Imperatores ampliſſimis privilegiis ratam habuere, eamque illibatam ſtabilemque ſervatam voluerunt) a Joanne diacono ex depravato illo a Græcis mutuato donationis edicto, ambigua redditur potius, quam probetur; quod cuique rem perſpicacius intuenti redditur manifeſtum. Sic enim Græci donant, ut ſurripiant potiora; de quibus poeticum illud modo ſit nobis merito uſurpandum (*c*): CXIX.

(b) Greg. in 4. Pſal. pœn. verſ. Tota die expr.

(c) Virg. Æneid. 2.

Quicquid id eſt; timeo Danaos, & dona ferentes.

Non enim eo erga Romanam Eccleſiam ſtudio tenebantur, ut quæ ejus gloriæ eſſe viderent, & honoris, ſolicite curarent; cujus excellentiam ſuperbe admodum æmulari, notam eidem inurere potius ſemper ſtuduerint quam gloriam comparare; eſt enim ejus rei (ut de reliquis taceam) locuples teſtis Theodorus Balſamon, atque reliqua ſchiſmaticorum colluvies. Quis non credat, ab ipſis ex eodem edicto majeſtatem Romanæ Eccleſiæ prædicari, cum ex eo hæc, quæ ſequuntur proferant (*d*) a Conſtantino verbis illis fuiſſe ſtatuta? *Decernentes ſtatuimus, ut Romana Eccleſia habeat principalem poteſtatem, & ſit caput quatuor ſedium, ſedis Alexandrinæ, Antiochenæ, Hieroſolymitanæ, & Conſtantinopo-* CXX. Græcorum fides ſuſpecta.

(d) Theod. Balſ. in Nomoc. Phot. tit. 8.

PAGIUS Marca lib. 3. de Concordia Sacerdotii & Imperii cap. 12. recte obſervavit; quod ex eo patet, quod Sedi Conſtantinopolitanæ ultimum duntaxat locum tribuat, cui homo Schiſmaticus & Græcus ſecundum aut primum tribuiſſet, & quod primatum Romani Pontificis a Chriſto inſtitutum extollat. Neque etiam verum quod addit Baronius, hanc *donationem* poſt annum Chriſti milleſimum fabricatam. Idem enim Marca lib. 6. cap. 3. §. 6. oſtendit, eam ævo Hadriani primi & Caroli Magni fuiſſe in rerum natura. Videtur itaque *Donatio* illa ab Iſidoro Mercatore cum

politanæ, & (ut ſemel dicam) omnium totius Orbis Eccleſiarum. Abſit a Romanæ Eccleſiæ amplitudine, & dignitate, ut ab homine ejuſmodi ſibi vendicet poteſtatem, & non potius a Chriſto per Petrum. An non ſæpius demonſtratum eſt ſecundo Annalium tomo, Romani Pontificis ſuper omnes ubique Eccleſias earumque Præſules fuiſſe auctoritatem, etiam cum ipſa Regina Provinciarum eſſet ſub tributo, cum ſcilicet tyrannorum perſecutionibus Eccleſia vexaretur? Turpe plane eſt atque admodum indignum, acceptum ferre mortali, quod ab ipſo Deo, & Domino noſtro Jeſu Chriſto conſtat eidem in Petro eſſe collatum.

CXXI. De ſede Conſtantinopolitana multa conficta.

Sed nec illud ipſum eidem a Conſtantino gratis donatum volunt, verum, ut id totum in Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ convertatur emolumentum, nempe, ut hac techna inter ſedes antiquas Patriarchales enumeretur Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſedes. Teſtis Græcus (vetus hæc paroemia) ſatis eſt. Appello clariſſimum oratorem de his pro Flacco (*a*) diſſerentem; qui tamen excipit ab ejuſmodi inuſta antiquitus nota bonos, doctos, atque prudentes; ac multo magis nos Chriſtianæ religionis præclariſſimos, atque ſanctiſſimos viros, Catholicæ pietatis, & unitatis cultores, ab ea contumelia cenſemus abſolvendos, ac penitus liberandos: cæterum quos ſemel hæreſis labefactavit, vel ſchiſma diviſit, Ethnicis deteriores effectos eſſe, ſemper agnovimus. Sed mirati ſumus vehementer, Zonaram aliquid ſibi de Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Patriarchatu amplius arrogaſſe, dum non tam eam dignitatem a Conſtantino tradit fuiſſe collatam, quam potius reſtitutam; cum ſic ait (*b*): *Conſtantinus Magnus cum aliis multis Urbem adornavit; tum Byzantium, quod prius Thraciæ Heracleæ Epiſcopatus erat, a Severo Perinthiis poſt captivitatem ſubjectum (ut in Severo expoſitum eſt) in Patriarchatus dignitatem reſtituit*: Hæc ipſe.

(*a*) *Cic. orat. pro Flac juxta princ.*

(*b*) *Zonar. Annal. t. 3.*

CXXII. Falſa aſſertio de privilegiis Eccleſiæ Conſtantinopolit.

At quonam modo Conſtantinus, vel contulit, vel reddidit Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ jura Patriarchatus, ſi poſt Concilium Chalcedonenſe ſolutum, cum legati Apoſtolici receſſiſſent, Anatolius Conſtantinopolitanus Epiſcopus cum collegis nonnullis quaſi appendicem ſuperaddens Oecumenicæ Synodo, id ſibi tentavit arripere, ſicut & Juvenalis hoc ipſum tunc ſedi Hieroſolymitanæ conferri enixius laboravit? Cui nefariæ utriuſque præſumptioni quantum reſtiterit S. Leo Romanus Epiſcopus, litteræ ipſius tunc ad eos ſcriptæ ſignificant. Sed & præſumptæ temeritati quantopere adverſati fuerint Romani Pontifices ſucceſſores, Gelaſius Papa ampliſſimam fidem facit, cum ſedes Patriarchales relegens, tres tantummodo enumerat, Romanam ſcilicet, Alexandrinam, & Antiochenam (*c*), & obnitens Acacii Conſtantinopolitani Epiſcopi petulantiæ, eum non niſi parochiæ Heraclienſis Eccleſiæ Epiſcopum eſſe docet (*d*). Quando umquam mentio a curioſis atque procacibus adverſariis facta, vel ſaltem obiter de ejuſmodi Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Conſtantini privilegio collato? Vel quando hæc ab Imperatore decerni potuiſſe auſi ſunt affirmare? cum potius honeſto, ſed mentito titulo Concilii Conſtantinopolitani primum, ac deinde Chalcedonenſis, id ſibi adſciſcere conati ſint? Sed hæc tam perſpicua, clariora reddentur ex iis quæ inferius annis ſingulis, quibus ejuſmodi agitatæ ſunt controverſiæ, narrabuntur.

(*c*) *Gelaſ. in Conc. Rom. decret. de l. apocryp.*

(*d*) *Gelaſ. ep. ad Anaſt. Imp.*

CXXIII. Redarguitur impoſtura.

Rurſum vero (ea quo ſemel adverſus eos ſermo inſtitutus eſt) ſi quarta die poſt Conſtantini baptiſmum (quod habent Latina exemplaria) ejuſmodi edictum factum eſt, quomodo potuit in eo Imperator meminiſſe Conſtantinopolitanæ ſedis, ſi nec nomen quidem Conſtantinopolis tunc erat exortum? & eo minus ſi ad Conſules provocemus, quibus datum edictum inſcribitur, nempe ſub Conſulatu Conſtantini Auguſti quarto, qui decem ferme annos antequam Byzantium in Conſtantinopolim mutaretur, in Faſtis Conſularibus deſcriptus habetur, non tamen (ut ibi perperam ponitur) Conſtantini Conſulatus cum Gallicano, ſed cum Licinio, cum nequaquam Gallicano cum Imperatore contingere potuerit eſſe Conſulem; teſtatur enim Ammianus Marcellinus (*e*), a tempore ſecundi Conſulatus Diocletiani cum Ariſtobulo, uſque ad Conſulatum Juliani Apoſtatæ cum Salluſtio, numquam accidiſſe, ut Imperator Conſulatum geſſerit cum privato. Hæc adverſus Græcos dicta ſunto. Jam cætera proſequamur.

(*e*) *Ammian. l. 23. in princ.*

CXXIV. Synodus Romana.

Hoc eodem anno poſt baptizatum Conſtantinum collecta eſt Romæ Synodus a Silveſtro, tertio kalendas Junii, Criſpo & Conſtantino tertium Conſulibus, ut ejuſdem Synodi vigeſimus canon ſignificat. Pro Priſco autem, quem habet, Criſpum reſtituendum eſſe, & ante Conſtantinum Cæ-

PAGIUS

cum veterum Pontificum pſeudographis epiſtolis ſuppoſita. Convenit enim Iſidori ingenio, ſtylo, & charactēri ſcribendi plane ſqualido, ac denique rationi temporis, quo primum audita, Carolo ſc. Magno imperante; cum laudetur ab *Hincmaro* Epiſcopo Rhemenſi, qui tunc floruit. Exiſtimavit quidem Joannes Morinus, Joannem Romanæ Eccleſiæ Diaconum hujus commenti architectum fuiſſe, Petrus vero de Marca citatus illud edictum pia quadam induſtria, Romanorum Pontificum juſſu procuſum eſſe. Sed utriuſque conjecturæ jam a Viris doctis diſſolutæ.

XVII. A aum. CXXIII. ad CXXXI. Synodus Romana, quæ in Actis Silveſtri *tertio Kalendas Junii*

Cæſarem tertium Conſulem ponendum, ipſi Faſti Conſulares docent. Sed quid mirum, ſi in his editio depravata cognoſcitur, cum vix ſit reperire verſum, in quem mendum non irrepſerir? Verum non eam ob cauſam; quod Criſpus tertium Conſul ponitur, exiſtimet quiſpiam vivente adhuc Criſpo celebrarum eſſe ejuſmodi Concilium; nam (quod ſæpe ſuperius dictum eſt) iiſdem Conſnlibus quibns aperiebatur, atque denominari pariter incipiebat annus, iiſdem quoque uſque ad finem perſeverabat; licet iis defunctis, vel aliter ſe abdicantibus, alii in locum ipſorum ſuffecti fuiſſent. Porro idem Concilium habet vetus Creſconiana Collectio, ex qua cæteri deſcripſiſſe videntur, capitibus viginti diſtinctum. Collectum autem fuiſſe in Thermis Traiani, in gremio ſedis ſuæ, in primo capite reperirur expreſſum. Erat locus ille, Titulus a Silveſtro nuper erectus, quem Conſtantinus Imperator donis pluribus exornavit, atque redditibus locupletavit.

De eo enim his verbis mentio habetur
CXXV. Titulus a Silveſtro erectus. in ſuperiori recitaro libello de erectis baſilicis, & collaris in eaſdem donis a Conſtantino: *Eiſdem temporibus conſtituit B. Silveſter in urbe Roma titulum ſuum in Regione tertia, juxta Thermas Domitianas, quæ cognominantur Traianæ; ubi donavit Conſtantinus Auguſtus patenam argenteam, penſantem libras viginti; ſcyphos argenteos duos, penſantes ſingulos libras octo; amam argenteam, penſantem libras decem; pharos cantharos argenteos decem, penſantes ſingulos libras quinque; cantharos ceroſtratos æreos ſexdecim, penſantes ſingulos libras quadraginta fundum; &c.* Multa illic habes de redditibus; ſed ne longior ſit digreſſio, omittimus ſingulos recenſere. Conveniſſe autem ad Synodum Epiſcopos ducentos octogintaquatuor, produnt Acta quæ habentur typis excuſa; Creſconiana tamen Collectio ducentos & triginta Epiſcopos dumtaxat memorat, ac de Epiſcopis Græcis ne verbum quidem; haud enim temporis idoneum ſpatium interceſſiſſe potuit, ut e remotioribus regionibus Epiſcopi vocarentur, ſed tantum a Silveſtro Italiæ Epiſcopos fuiſſe credimus Romam ad Synodum convocatos; quibus omnibus a Conſtantino ſuppedirata ſunt vehicula, & annona, ur in ipſo Synodi exordiu declaratur. Fuerunt hæc veluti quædam Chriſtianæ pietatis encænia de primo Chriſtiano Imperatore ſummo omnium gaudio celebrata, & publica quædam pro accepto munere gratiarum actio, prout in ejus primo capire, licet ſuboſcure, ſignificatur.

His vero ſolemniter ex more perſunctis CXXVI. Conſeſſus in Synodo.
muneribus, aſtanribus Conſtantino & Helena, atque Calſurnio Chriſtiano homine Urbis præfecto, in Silveſtri Titulum convenerunt Epiſcopi; quorum conſeſſus ſic ibi (*a*) deſcribitur, nt Romæ presbyteri, (*a*) Conc. Rom. c. 1.
atque diaconi, & reliquus clerus ſtarent a tergo ſedentium Epiſcoporum; Epiſcopos enim tantum ſediſſe, ſtantibus cæteris, ibidem declaratur. Sed id puto runc modeſtiæ cauſa; cum alioqui Romanæ quoque Eccleſiæ conſuetudinis eſſe, affirmare videatur S. Hieronymus, ut coram Epiſcopis diaconi tantum ſtent, presbyteri vero ſedeant; nam ad Evagrium ſcribens ſic ait (*b*): *Cæterum etiam in Eccleſia Romæ presbyteri ſedent, & ſtant diaconi; licet paulatim, increbreſcentibus vitiis, inter presbyteros, abſente Epiſcopo, ſedere diaconum viderim.* Hæc ipſe. (*b*) Hier. epiſt. 85.
Sed & in Concilio Carthaginenſi quarto id ſtatutum, ſancito canone, reperitur (*c*): *Ut Epiſcopus in quolibet loco ſedens, ſtare presbyterum non patiatur.* Ac rurſum (*d*): *Ut Epiſcopus in Eccleſia in conſeſſu presbyterorum ſublimior ſedeat, intra domum vero collegam presbyterorum ſe cognoſcat.* (*c*) Conc. Carthag. 4. c. 34. (*d*) Ead. Conc. c. 35.

In eum igitur modum conſeſſu diſpoſito, CXXVII. S. Victorinus Epiſc. & Martyr calumniam paſſus.
præloquente Silveſtro de ſervanda Dei Eccleſia libera ab hæreticorum incurſu, damnavit primæ Actionis exordio Hippolytum diaconum Valentinianæ hæreſis ſectatorem, Calliſtum Sabellii hæreſi maculatum, & Victorinum Epiſcopum, qui receptos ab Eccleſia Paſchales cyclos redarguere præſumpſiſſet. Indigne ſane paſſi ſumus (quod & ſecundo Annalium tomo diximus, cum egimus de Victorino martyre Epiſcopo Pictavienſi) ab eo qui poſt duas editiones hujus Synodi terriam conflavit (*e*), cum de Victorino Antiſtite agitur, additum eſſe abſque alicujus vetuſti exemplaris fide, *Pictavienſem*; nam mendaciter admodum ſic nobiliſſimum infamat Antiſtitem, qui ſub Diocletiano martyrium conſummavit, & ab Optato Milevitano (*f*) ut inſignis debellator hæreſum commendatur. (*e*) Sur. to. 1. Concil. (*f*) Optat. l. 1.
Sed ſicut longe alius hic Victorinus Antiſtes eſt a Victorino Epiſcopo Pictavienſi; ita & plane diverſus ab illo Victorino, ſeu potius Victorio dicto, qui nullius ſedis fuiſſe Epiſcopus reperitur, de quo

Gen-

PAGIUS *Synodus Romana ficititia.* *nil* poſt baptizatum Conſtantinum eo præſente collecta dicitur, eſt etiam ſuppoſititia, Hincmaro Rhemenſi, Petro de Marca, Labbeo, Lupo, aliiſque Viris eruditis teſtibus. Quomodo enim die triceſima menſis Maii ea Synodus Romæ præſente *Conſtantino* celebrari potuit, qui toto hoc anno, & aliquot menſibus præcedentis bello Liciniano occupatus in Oriente verſatus ſit, ut demonſtravi anno CCCXVIII. ubi dixi, bellum Licinianum anno præcedenti cœptum, & uſque ad Octobrem currentis anni continuatum? Quomodo *Conſtantinus* ipſo fine menſis Maii Romæ baptizari, Synodo Romanæ intereſſe, & memoratam donationem facere potuit,

qui

Digitized by Google

Gennadius (*a*) tradit claruiſſe ſub Hilaro Papa, & ab eo invitatum poſt Proſperum ultimum calculatorem, proſequi futuri temporis Paſchales cyclos; licet adverſus eum, Victorem Epiſcopum Capuanum ſcripſiſſe ferant (*b*). Quiſnam autem hic fuerit, qui damnatus in hoc Romano Concilio eſt, Victorinus, ignoratur, ſicut Hippolytus, & Calliſtus hæretici.

(a) Gennad. de Vir. illuſtr. c. 88.

(b) Adon in Chron. anno 330. Bed. de rat. tempor. & de ſex ætat. Marian. Scot. anno 360.

CXXVIII. Decernitur in annum ſequentem Nicænum Concilium.

Mirabitur fortaſſe aliquis, cur in hac Synodo nulla fiat mentio de Ario & Ariana hæreſi, quæ (ut ſuperius demonſtratum eſt) plures ante annos totam Orientalem exagitavit Eccleſiam. Sed illud videtur tum a S. Silveſtro, tum etiam a Conſtantino Imperatore initum eſſe conſilium, ut ſequenti anno majori apparatu totius Orbis Epiſcoporum in Oriente, ubi mortali odio, & obſtinata pertinacia ab Arianis digladiatum eſſet, ibi adverſus eos ſanctorum Epiſcoporum cætus, ſacroſancta Dei caſtra, ad oppugnandam impietatem firmiter collocarent. Hæc igitur de Nicæno congregando ſequenti anno Concilio inter Silveſtrum, & Conſtantinum eſſe communicata, examinata, ac pari conſenſu firmata, quis audebit dubitare? Potuit ne hoc Silveſtrum prætetiiſſe qui (ut ſuperius traditum eſt) ante aliquot annos Alexandri Epiſcopi Alexandrini litteris permotus, Oſium Cordubenſem Epiſcopum ad ejuſmodi conſopiendos tumultus, & pacem inter diſſidentes Epiſcopos conciliandam, legavit in Orientem? vel prætermiſiſſet facere Conſtantinus, qui per eumdem Oſium tam præclaras, quas recitavimus, litteras ad Arium & Alexandrum dederat? Quin & legationem Epiſcoporum ex Rhinocolura, quæ eſt in Ægypto civitas, quorum in hac Romana Synodo libellus recitatus eſt, Arianæ cladis eredi poteſt refricuiſſe ibi memoriam; licet de ejuſmodi legatione in eadem Synodo perobſcura mentio habeatur. Ut in re igitur maximi omnium momenti, ſolertia utriuſque, Silveſtri atque Conſtantini, verſavere conſilia, & invigilavit cura propenſior; atque ex communi ſententia ſtabilitum, ut ſequenti anno Nicææ in Bithynia ſacroſanctum œcumenicum Concilium cogeretur.

CXXIX. Canones Romani Concilii.

Sed quod pertinet ad cæteras res geſtas in hoc, de quo agimus, Romano Epiſcoporum conventu, poſt damnatos Hippolytum, Calliſtum, & Victorinum, nonnulla ſunt ad diſciplinam pacemque Eccleſiaſticam conſervandam inſtituta; nempe, ne clerici inferioris gradus eos qui eſſent ſuperioris ordinis accuſare præſumerent. Citatur ac recitatur idem canon iiſdem ferme verbis a Nicolao Romano Pontifice ſcribente ad Michaelem Imperatorem. Sed & recta ibidem diſpoſita ſunt ea quæ ad optimam œconomiam ſpectare videbantur (*c*); nimirum, ut de Eccleſiæ redditibus, quibus jam incipiebat affluere, pars una Pontifici cederet, alia vero clericis, tertia Eccleſiarum fabricis ſervaretur, quarta autem eſſet in pauperes eroganda. Illud inſuper ad ſacra pertinens additum eſt; ne presbyter, ſed Epiſcopus chriſma conficeret (*d*). Et quod ad ordinationem atque numerum miniſtrorum (*e*); ne in parochiis amplius quam duo diaconi eſſent; ſeptem vero Urbis, nempe Regionarii, diaconi Cardinales. Sed & S. Synodus, cum ipſorum, tum etiam cæterorum clericorum hierarchicum ordinem, ex antiquo inſtituto Apoſtolorum, rite diſpoſuit, quorum ſubdiaconis nuptias penitus interdixit. Vaſa ſacra inhibuit tangenda oſtiariis atque lectoribus; & acoluthum interdixit ſacramentorum miniſterio. Itemque ſacrandis virginibus, & monaſticam vitam profitentibus certam præſcripſit ætatem; hæc omnia prima die in ſancta Synodo conſtituta ſunt.

(c) Conc. Rom. c. 4.

(d) Ibid. c. 5.

(e) Ibid. c. 6. 7. 8.

CXXX. Secunda actio Rom. Concilii.

Sequenti vero die (Actio hæc ſecunda deſcribitur) eodem convenientibus cum Silveſtro Papa iiſdem, qui primæ Actioni præſentes fuerunt, Epiſcopis; quod ſeptenario diaconorum numero duo deerant, exiſtentibus tantum quinque, nempe Fabiano, Marco, Liberio, Archidamo, & Julio, ordinati ſunt ab eodem Silveſtro Papa Priſcus & Theodorus (*f*). Sed quanto tempore quis in ſingulis ordinibus miniſtrare deberet, ut ad altiorem gradum provehi poſſet, edito canone Synodus declaravit (*g*). Verum multa in annorum numerum menda irrepſiſſe, facile poſſumus intelligere. Rurſum vero publicæ pœnitentiæ ætatem, & baptizandi certos ſolemnes dies placuit definire. Itemque de teſtimonio clericorum adverſus laicos non ferendo, nec clerico publice, ſed tantum in Eccleſia examinando, neque in Curiam ingrediendo, nec cædendo; rurſumque ne turpis criminis diaconus accuſaret presbyterum; ſed & ne presbyter a die ſuſcepti gradus presbyterii conjugium inire deberet, ſtatutis certis pœnis non parentibus, juſſum eſt. Verum quod ait de non ineundo conjugio, non de ducenda uxore eſt

(f) Ib. Act. 2.

(g) Ibid. c. 11. 12. uſque 20.

PAGIUS

qui in Thracia prope Hadrianopolim *V. Non. Julii* contra Licinium pugnavit, egregiamque de eo victoriam retulit? Quomodo denique exeunte menſe Maio Romæ eſſe potuit Conſtantinus, qui VIII. Idus Mart. Theſſalonicæ Legem 4. Codicis Theod. *De Naviculariis*, & VI. Idus April. Legem ejuſdem Codicis *De his qui veniam ætatis* in eadem Urbe emiſit?

XVIII. *Ejus ſuppoſitio magis confirmata.*

Schelſtratius in parte 2. Antiquit. Illuſtratæ Diſſert. 3. cap. 8. alia refert ſuppoſitionum capita. "In brevi enim epilogo de geſtis S. Silveſtri excerpto, & huic Concilio præfixo habetur, per Concilium Nicænum damnatos Arium, Photinum & Sabellium; & tamen ex Actis Sirmienſis Concilii Photinum longe poſt hæc tempo-

eſſint eligendum (nam id etiam in eodem Concilio ſubdiaconis fuiſſe vetitum, dictum eſt) ſed de vitando cum fœmina contubernio.

CXXXI. Ultimo vero loco ejuſmodi in eadem Synodo lex reperitur eſſe ſancita: *Nemo etiam dijudicet primam Sedem; quoniam omnes ſedes a prima Sede juſtitiam deſiderant temperari. Neque quoque ab Auguſto, neque ab omni clero, neque a Regibus, neque a populo Judex judicabitur:* Hæc in fine poſita ſunt, velut totius Synodi corollarium. Hunc proculdubio citaſſe viſus eſt canonem Nicolaus Romanus Pontifex, cum inter alia, quibus temeritatem Michaelis Imperatoris redarguit, ſic ait: *conſonas huic neceſſariæ ſententiæ S. Silveſter & Magni Conſtantini Baptizator, dicens: Neque ab Auguſto, neque ab omni clero, neque a populo Judex judicabitur, haud dubium quin Eccleſiaſticus.* Scimus autem quemdam citari canonem (*a*) quaſi ex Concilio Carthaginenſi de decreto Silveſtri, & quædam ex epiſtola dicta Clementis Papæ ad Jacobum fratrem Domini, nec non Caliſti Papæ, ſed cui jure multa objici poſſint. Subſcripſiſſe vero ſacris legibus Eccleſiaſticis non tantum Silveſtrum, & Epiſcopos atque presbyteros, & diaconos qui præſentes fuerunt, ſed etiam Conſtantinum Imperatorem & Helenam matrem Auguſtam, ſatis liquet; quod in fine ultimi canonis ejuſdem Synodi expreſſum habetur.

Prima ſedes a nemine judicatur.

(*a*) Concil. Carthag. 3. *in fin.* & *diſt.* 82. *c. presbyt.*

CXXXII. Ex hoc jam tempore Conſtantinus Imperator, qui interdum viſus eſt antea fluctuaſſe, ſe in omnibus, ac coram omnibus, maxime vero Gentilibus, perfectiſſimum Chriſtianum exhibuit, & in propaganda Chriſtiana fide ardentiſſimum animum declaravit, omnia plane contraria perſecutoribus Imperatoribus officia explens; quod & mille plane argumentis apertiſſime demonſtravit; ut merito de eo hæc ſcribat Euſebius (*b*) *Quemadmodum probitatis hoſtis dæmon grave in proſperum Eccleſiæ ſtatum exardiſcens invidia, tempore pacis & lætitiæ, ſeditioſas procellas, & tumultus inteſtinos contra illum excitavit; ſic Imperator Deo carus Conſtantinus, ea quæ ad ſuum ſpectabant officium, minime neglexit ſed omnia contraria his quæ antea a tyrannica crudelitate admiſſa inſtituit, & quemque Eccleſiæ hoſtem inimicumque facile devicit. Atque ut illi, qui a vero Deo abſceſſerant, homines ad deos qui non ſunt, colendos variis neceſſitatis viis coegerunt; ita hic eum, & re, & verbo eos non deos coarguiſſet, ad eum qui ſolus Deus eſt, cognoſcendum cohortatus eſt. Quinetiam illi contumelioſis & maledicis verbis Chriſtum Dei deridere non ſunt veriti; hic in eximia paſſionis trophæo mire gloriatus eſt; quod licet impii maximis graviſſimiſque conviciis afficere ſtuderent, iſte tamen ſalutis propugnaculum eſſe illud ipſum agnovit. Illi Chriſti famulos domiciliis, & laribus orbatos in exilium ejicere; hic eos omnes domum revocare, & propriis ſedibus reſtituere.*

(*b*) Euſeb. *Vit. Conſt.* lib. 3. c. 3.

Pia Conſt. pro religione officia.

CXXXIII. *Illi eos ignominiis appetere; hic honoratos, & in omnium conſpectu illuſtres reddere. Illi piis viris vitam eripientes, omnique eorum bona publicare; hic illos pluribus muneribus benigne & liberaliter excipiens, ad priſtinum ſtatum reducere. Illi per ſcripta decreta palam contra Eccleſiarum Præſides divulgata falſis calumniis eos objectare; hic contra viros eoſdem ad gloriam efferre, apud ſe ad altum dignitatis gradum tollere, & edictis ac legibus multo clariores efficere. Illi ſacras ædes precibus deſtinatas funditus evertere, eaſque e ſublimi disjectas ſolo æquare; hic tum eas quæ ſupererant, altius erigere; tum novas, ſumptu ex ipſis regiis theſauris ſuppeditato, magnifice extruendas ſancire. Illi mandare, ut libri divinitus inſpirati in ignem injecti, penitus delerentur; hic ut eidem ex ærario regio, & ornarentur magnifice, & numero augerentur, decernere. Illi jubere, ne Epiſcopi uſquam conventus cogere aggrederentur; hic eos ex omnibus Gentibus ad ſe convocare, intromittere in Palatium, ſinere in ejus intimas partes penetrare, & laris ſui menſæque regalis compotes eſſe.*

Antitheſes Conſt. & Gentilium Impp.

CXXXIV. *Illi dæmones monumentis, & imaginibus honorare; hic eorum fraudem patefacere, & materiam ex qua erant illarum ſimulacra conflata, male & inutiliter collocatam, his qui ea rectius norunt uti, diſtribuere. Illi delubra dæmonibus magnifice exornare juſſerunt; hic eadem ipſa ſuis quibus nitebantur fundamentis deturbare, illaque maxime, quæ apud ſuperſtitioſos erant maximi æſtimata. Illi Dei ſervos fœdis addicere ſuppliciis; hic eos qui hæc patraſſent, perſequi, pœnaque debita Dei ope inflicta, ad meliorem mentem traducere; Sanctorum Dei martyrum memoriam hic etiam colere non deſtitit. Illi pios viros ex ædibus regiis exigere; hic iiſdem ipſis maxime fretus, eos præter cæteros ſibi & benevolen-*

De iiſdem.

PAGIUS pora damnatum conſtat. Secundo, Canone tertio ſtatuitur, majorem a minori accuſari non poſſe, quod adeo cunctis canonibus adverſatur, ut Hincmarus Metropolita Rhemenſis Nicolai primi tempore ſuppoſitionem olfecerit: *Cæterum*, inquit epiſtola VII. *quoniam quidam quaſi in auctoritatem referunt, S. Silveſtrum Papam decreviſſe talia, quæ Catholica Eccleſia inter Synodalia decreta non computat; quæ majores noſtri inde nos tenenda ſuis paſtoris reliquerunt, hic neceſſarium ponere duximus: ſcriptum namque eſt in quodam Sermone ſine Exceptoris nomine de geſtis S. Silveſtri excerpto, quem Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis collegit, cum epiſtolis Romanæ Sedis Pontificum a S. Clemente uſque ad B. Gregorium, eum S. Silveſtrum decreviſſe, ut nullus Laicus cri-*

lentiores, & fideliores eſſe, pro certo perſuaſum habuit. Illi pecunia victi animum Tantalicæ cupiditati in ſervitutem dare; hic regali magnificentia omnes theſauros reſerans, liberali & magnifica largitione eoſdem diſpertire. Ille infinitas cædes facere, quo facultates interemptorum rapinæ, & publicationi paterent; ſed toto illo tempore quo regnabat Conſtantinus, dum populus cujuſque nationis, & cives paternis potius gubernati legibus, quam neceſſitate adducti parebant; gladius quiſque, quo Judicum ſententia ſupplicium de maleficis ſumi ſolet, otioſus ſuſpenſus fuit.

CXXXV. Eccleſiæ Status florens.

In quas quidem res oculis conjectis, dixerit aliquis merito, novam quemdam & inuſitatum mundi ſtatum modo apparuiſſe, inſolito quodam lucis ſplendore, velut poſt craſſam caliginem mortali hominum generi elucente; fatendumque univerſum hoc opus ipſius Dei eſſe, qui Imperatorem tam pium impiorum multitudini adverſarium oppoſuerit. Cum enim tales eſſent hi, quorum ſimiles non aliquando viſi fuerunt, & talia facinora contra Eccleſiam ederent, qualia ex omni ſæculorum memoria non ſunt audita: Deus non ſine cauſa Principem quemdam admirabilem in lucem extulit; cujus opera, ea quæ nec percepta auribus, nec ſub oculorum aſpectum ſubjecta fuerint, effecit. Hic imperator, virtute tam eximiat, ex Dei ſapientia mortali hominum generi donatus fuit, tamquam res quædam peregrina, quæ homines in admirationem traduceret. Hic enim Chriſtum Dei libero ore, & ſermone in omnes divulgavit; neque ſalutarem, eam appellationem, quam obtinuerat, erubuit; ſed ipſa profeſſione gloriatus, ſe in luce, & omnium oculis collocavit, atque interdum vultum ſalutari illa paſſionis ſignavit nota, nonnumquam trophæo illo victorioſo plurimum ſe extulit.

CXXXVI. Piæ imagines a Conſtantino expoſitæ.

Quinetiam in tabula depicta, quam in ſublime ante Palatii veſtibula ſuſpenderat, ſe omnium oculis contemplandum propoſuit, ſalutareque paſſionis inſigne ſupra caput ipſius locatum in pictura exprimendum; inimicam autem illam, & hoſtilem belluam, quæ Eccleſiam Dei impiorum tyrannide oppugnaſſet, in altum demerſam, draconis ſpecie, & figura deſcribendam curavit. Sacra enim oracula in Dei Prophetarum libris eum draconem, & tortuoſum ſerpentem nuncupant. Et propterea Imperator, quo cultam humani generis hoſtem diabolum (quem ipſius ſalutaris trophæi capiti ejus imminentis virtute ad extremum exitum prolapſam ſignificavit) tum ſub ſuis, tum ſuorum pedibus conculcatum perſpicue indicaret, draconem medio ventre transfixam, & in profundos maris fluctus præcipitatum ſubtili, & artificioſa pictura ſub omnium aſpectum ad contemplandum ſubjecit. Atque iſta quidem res in imagine ſcite depicta variis quibuſdam floſculis ſignificabantur. Unde permagna de Imperatoris acumine atque ſolertia me cœpit admiratio, quomodo divino afflatu pulſus eadem ipſa figuravit, quæ vocibus Prophetarum ita de illa beſtia pronunciantur: Deum gladium ingentem, & terribilem contra draconem, & ſerpentem fugientem illaturum, & draconem in mari interfecturum. Iſtarum rerum igitur imagines Imperator formavit, voces illas Prophetarum adumbratione quadam imitatus: Hucuſque Euſebius. Locus hic eſt Iſaiæ, quod dicitur (a): In illa die viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi, & forti ſuper Leviathan ſerpentem vectem, & ſuper Leviathan ſerpentem tortuoſum, & occidet cetum, qui in mari eſt. (a) Iſai. 27.

Sed dicam Euſebio: Quonam modo poſſunt Conſtantino hæc applicari, ſi nondum ex ipſius ſententia baptizatus erat? ſiquidem omnis cathecumenus eſt energumenus, & tantum abeſt, ut ipſum fuget, & occidat ſerpentem, quin potius ab eo poſſideatur quippe qui nonniſi per baptiſmum (quod eſt mare, in quod ſerpens demergitur enecatus) a cathecumeno penitus expellatur. Unde S. Cyrillus (b): Tyrannus ille ad mare uſque veteres perſequebatur; iſte vero impudens improbitatis princeps dæmon ad ipſas uſque ſalutares undas te ſequebatur. Ille in mari ſubmerſus eſt: iſte in aqua ſalutis ſuffocatur. Ecce tibi tuis ipſe verbis convinceris profiteri Conſtantini baptiſmum, quem nonniſi obitus tempore alibi columniaris eidem eſſe collatum. Sed diſſimulare non potes, vere Romæ baptizatum eſſe, quando de dracone victo, & in mare demerſo, nobile trophæum cunctis ſpectandum pro Palatii foribus (quod uis) erexit; cum diabolum vincere, nonniſi perfecti Chriſtiani ſit opera.

CXXXVII. Euſebius Ex ſuis ipſius ſcriptis arguitur.

(b) Cyril. Catech. myſtag. 1.

Quid propterea egerit, cum adhuc Romæ Conſtantinus eſſet, qualeve ſpecimen abſolutiſſimi omnibus numeris Chriſtiani, cum idololatriæ ſummam arcem, ipſum nempe Capitolium invaſit, ediderit, cujus

CXXXVIII. Conſtant. palam deteſtatur ſacra gentilium.

PAGIUS crimen Clerico audeat inferre, &c. quæ dicta quam averſa a ſanctis Canonibus, a ſacris legibus ſint, nemo eſt qui dubitat, qui hæc dicta cum ratione attenderit, & ſacras regulas ac leges diligentius legit. Pluribus id probat Hincmarus Antiquorum teſtimoniis, & majorem a minore accuſari poſſe res ipſa clamat. Tertio, canone viceſimo ſtatuitur, neque a Regibus judicem ſupremum judicari; cum tamen Reges tunc in Orbe Romano nulli fuerint. Unde Marca lib. 5. cap. 21. ait: Ariolos oportuit eſſe Epiſcopos, qui non ſolum ab Auguſtorum conſiſtorio, qui Romæ tempore Silveſtri imperabant, ſed a Regum judiciis Romanum Pontificem immunem eſſe decreverunt, cum Reges Romam non tenuerint, niſi ducentis fere poſt hæc annis. Denique

Digitized by Google

ſus rei cauſa Gentilium omnium in ſe odium concitavit, Zozymus narrat his verbis (*a*): *Cum autem dies quidam, more patrio, feſtus appetiiſſet, quo die in Capitolium exercitus aſcendendum erat; eum aſcenſum verbis contumelioſis impudenter inſectans, re divina proculcata, Senatus atque populi odium incurrit. Cumque profectas ab omnibus, prope dixerim, execrationes haud ferret, urbem quamdam Romæ parem quærebat, in qua Palatium ipſe ſibi conderet, &c.* Proſequitur narrationem de migratione ejus ab Urbe Byzantium, de qua nos proxime dicturi ſumus. Hic interim rem conſideratione dignam accuratius intuendam proponimus; quanta in Conſtantino ac quam repentina morum mutatio facta ſit; qui enim hoc ipſo anno adeo truculentus extit, atque inhumanus, ut filio, uxori, atque familiaribus necem intulerit; jam initiatus ſacro baptiſmate, exuens veterem hominem, novum induens; ipſum, inquam, virtutibus contextum veſtiit habitum, ac præcipue Chriſti manſuetudinem, cum in Gentiles Senatores oblatrantes non gladio egerit, non Syllanam tabulam ſcripſerit, nec aliquem proſcripſerit, neque bonis ullıqua ſaltem ex parte mulctaſſe voluerit, quod fecerant ferme omnes prædeceſſores Imperatores; ſed Chriſtianæ legi, qua apprime imbutus erat, obtemperans, dans iræ locum, alio commigrandi conſilium iniit; id æquius ſibi ratus, quam aſſidua Senatorum ſtrage, levia ulciſci verba, & ſanguine civium ſuperſtitionem obruere, pacis legem velle ſancire gladio; atque Regnum vitæ, ſuorum morte, infelici auſpicio, facere manifeſtum.

(a) *Zoſim. lib. 2.*

CXXXIX. Constant. conſilium de nova urbe erigenda.

Quamobrem de nova Roma ædificanda omnis idololatriæ prorſus experte, mente decernit; antiquumque Ilium cogitat; eoque profectus, dum parat opus, absterretur a numine, a quo & Byzantium petere ſuadetur. Hæc autem quomodo ſe habuerint, Zozimus (*b*) docet his verbis: *Cumque profectas ab omnibus, prope dixerim, execrationes haud ferret, urbem quamdam Romæ parem quærebat, in qua Palatium ipſe ſibi conderet. Itaque cum eſſet inter Troadem, & priſcum illud Ilium, invento loco condendæ urbis idoneo, fundamenta jecit, & muri partem aliquam in altum egit, quam adhuc videre eſt, ſi qui verſus Helleſpontum navigant. Sed quod eum hujus operis inſtituti pœnituiſſet, eo relicto, ut erat imperfectum, Byzantium conceſſit; cujus urbis ſitum admiratus, eam quam maxime ſtatuit amplificandam, & efficiendam idoneam, ut Principis in ea domicilium eſſet:* Hæc Zoſimus.

(b) *Zoſim. lib. 2.*

CXL. Quo tempore ab urbe receſſit.

Sed priuſquam certam cauſam, cur Ilium cum Byſantio commutaverit, afferamus; de tempore in primis, quo Roma in Orientem ſit profectus, differendum putamus. Hoc ipſo anno, antequam penitus intercluderetur hieme navigatio, Conſtantinum ab Urbe receſſiſſe, atque Ilium navigaſſe intelligere poſſumus. Cum enim conſtet, ipſum anni ſequentis exordio in Oriente egiſſe, atque cuncta, quæ opus forent ad cogendum Magnum Concilium Nicææ in Bithynia, præparaſſe (quod non eſſet fluctuantis animi, & vagantis per incerta negotium, ſed mentis omni ex parte quietæ, & firmo propoſito ſtabilitæ) ſatis affirmari poſſe videtur, non ſequenti, ſed præſenti potius anno Conſtantinum ab Urbe receſſiſſe, atque in Orientem profectum. His accedit, quod in Codice Juſtinianeo de falſa moneta ineſt Conſtantini Conſtitutio (*e*) data decimoquinto Kalend. Decembr. Conſtantinopoli ſub hujus anni Conſulibus nempe Criſpo & Conſtantino Cæſaribus tertium, licet in Codice Theodoſiano Romæ data ſcribatur.

(e) *l. 1. C. de falſ. monet.*

CXLI. Byzantium deligitur.

Quoniam pacto autem, relicto Ilio, Byzantium delegerit, Sozomenus narrat his verbis (*d*): *Ubi omnia ei ex ſententia ſucceſſerunt, & exteros partim bello, partim fœderibus ſibi adjunxiſſet; conſtituit Urbem extruere; quam, & ſuo nomine appellare, & Romæ honore parem efficere in animo habuit; atque profectus ad campum pro Ilio ſitum non longe ab Helleſponto paulo ſupra Ajacis tumulum (quo in loco, fertur, Achivos qui olim Trojam oppugnabant & navale, & caſtra habuiſſe) urbis formam, & magnitudinem deſcripſit; inque præcelſo, & abdito loco portas extruxit, quæ adhuc etiam e mari illac navigantibus cernuntur. Ei vero iſta molienti Deus noctu viſus alium locum quærere jubet, atque cum Byzantium Thraciæ oppidum ultra Chalcedonem Bythyniæ urbem ſitum in memoriam ei redegiſſet, eam ut habitatoribus complendam, quippe quæ nomen Conſtantini curaret, admonuit. Itaque Dei verbis*

(d) *Soz. l. 2. c. 2.*

PAGIUS XIX.

que hoc Concilium ſuppoſitum eſſe liquet, quod non ſolum Dionyſius Exiguus viginti ejus canones omiſecit, falſam Conſulum citationem, ac *Helenæ* ſubſcriptionem, contra omnium ſæculorum praxim, quæ mulieres ab Epiſcoporum Conciliis, & multo magis ab eorum ſubſcriptionibus excludit, præferat; ſed etiam varia alia falſa contineat.

A num. CXXXIX. ad CXLIII. *Conſtantinopoleos* fundamenta anno tantum ſequenti jacta. Socrates enim lib. 1. cap. 16. ſcribit, Conſtantinum celebratis Vicennalibus ſuis ſtatim ad Eccleſiarum inſtaurationem omne ſtudium ſuum contuliſſe, & Conſtantinopolim condidiſſe, quod Sozomenus, Nicephorus & Cedrenus confirmant, licet hi duo ultimi conditum urbis & ejus dedicationem imperite confundant: urbes vero in Vicennalibus & id genus feſtis de more condi-

Annus Conſtantinopoleos fundatæ.

bis obſecutus, oppidum, quod Byzantium vocabatur, dilatare, & maximis ampliſſimiſque mœnibus erigere cœpit. Ita Sozomenus. Ferunt (*a*) illud divinæ voluntatis index accidiſſe prodigium, ut ædificantium apud Ilium urbem inſtrumenta, nulla hominis arte, in adverſum litus reperirentur eſſe tranſlata; aquilam vero ſuſtuliſſe funiculum cæmentariorum, & juxta Byzantium dejeciſſe illum, teſtatur Zonaras (*b*); de lapidibus idem Cedrenus (*c*) affirmat; qui, & non unum, ſed plura ferunt mutata a Conſtantino adhuc ancipite urbis condendæ loca.

(a) Bed. de loc. ſanc. c. ult. Glyc. lib. 4.
(b) Zonar. Annal. tom. 3.

Quid in ædificationa novæ urbis acciderit.
(c) Cedren. in Comp. an. 18. Conſtant.

CXLII.

Addit ad hæc Nicephorus (*d*): *De ea illud quoque memoriæ proditum eſt; ut Imperator ipſe pedibus haſtam manu tenens, ambitum, & mœnia ejus deſiniens, circumiret; quod comitibus ejus, ulterius quam*

(d) Niceph. l. 8. c. 4.

PAGIUS dicæ. Quare *Conſtantinopolis* vel in Vicennalibus Nicomedienſibus anno ſequenti celebratis, vel in Vicennalibus Romanis quæ ad annum CCCXXVI. pertinent, extructa. Sed eam in prioribus Vicennalibus conditam oſtendit Julianus Imperator Orat. 2. dum ait: *Poſteaquam vero Dominus omnium eſt conſtitutus* (quod anno ſequenti poſt debellatum Licinium contigit) *cum ex immoderata ejus cupiditate qui ante dominabatur, velut ſiccitate quadam ſumma eſſet pecuniarum inopia, ac cum omnes in Palatii penetralibus congeſta, ac recondita forent, ille clauſtris ſubmotis, repente omnes effudit. Tum ſui nominis urbem infra decem annos extruxit:* Hæc de Conſtantino Julianus, qui rei geſtæ tempus ignorare non potuit, quique, dum ait, eam *infra decem annos* conſtructam, infra illud tempus perfectam intelligit, ut colligo ex Philoſtorgio lib. 2. cap. 9. cujus verba doctorum Virorum ingenia non parum cruciarunt. Ait Philoſtorgius, Conſtantinum *octavo & viceſimo Imperii ſui anno ex Byzantio Conſtantinopolim condidiſſe*. Annus viceſimus octavus Conſtantini anno Chriſti trecenteſimo triceſimo quarto menſe Julio abſolutus eſt, ideoque & Conſtantinopolis perfecta, ut Nicephorus libro 8. capite 4. etiam indicat: *Dicitur*, inquit, *eam urbem condi cœpiſſe a mundo creato quinquies milleſimo octingenteſimo viceſimo quinto* (qui Kalendis Septembribus anni Chriſti trecenteſimi decimi ſenti inchoatur) *Imperii ejus decimo; abſolutam autem prorſus eſſe ejuſdem Imperii viceſimo octavo, qui incidit in conditi mundi annum quinquies milleſimum octingenteſimum quadrageſimum tertium*, (incipit is mundi annus Kalendis Septembribus anni Chriſti trecenteſimi triceſimi quarti) *ſive, ut alii tradunt, triceſimum octavum*, Kalendis Septembris anni Chriſti trecenteſimi viceſimi noni inceptum. Ex quibus intelligimus, Nicephorum dedicationem *Conſtantinopoleos*, quæ anno Chriſti trecenteſimo triceſimo menſe Maio peracta, cum ejus conditu perperam confundere, cum ait, fuiſſe annum mundi 5838. quando ea urbs fundata; decem annos a Juliano Imperatore memoratos de decimo Imperii Conſtantinianei anno, qui anno Chriſti CCCXVI. abſolvitur, imperite interpretari, ſed laudatum Philoſtorgii locum probe intellexiſſe, quando ſcribit, anno Imperii ejus viceſimo octavo perfectam & abſolutam fuiſſe. Porro inſinuat Julianus annos illos decem, quibus abſoluta eſt, integros & completos non fuiſſe. Ait enim ἐν̃ ὅλοις ἔτεσι δέκα, id eſt, *annis decem non integris*. Denique dici non poteſt, *Conſtantinopoleos* fundamenta, anno quo Conſtantinus Romæ Vicennalia dedit, jacta eſſe; cum Auctor Chronici Alexandrini ſcribat, anno Chriſti trecenteſimo ſexageſimo Encænia magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ *die XV. Februario* eſſe celebrata *anno triceſimo quarto plus minus, quam fundamenta Conſtantius Victor Auguſtus jecerant*. Si autem a die XV. Februarii anni Chriſti CCCLX. per annos triginta quatuor ac menſes tres aut quatuor retrocedas, pervenies ad menſem Novembrem anni trecenteſimi viceſimi quinti, quo ea primum condita.

XX. Menſe enim Novembri *Conſtantinopoleos* fundamenta jacta teſtatur Codinus in libro de Conſtantinopoli; cujus tamen locus corruptus, qui ſic reſtituendus eſt: *Anno mundi* (ſecundum Conſtantinopolitanos) 5837. (legendum, 5834.) *Septembri menſe* (legendum *Novembri menſe*) *die quarta, cum Sol in Sagittarii ſigno verſaretur, horoſcopante Cancro, primo anno CCLXV. Olympiadis* (legendum, *CCLXXVI. Olympiadis*), *jacta ſunt fundamenta*. Sic enim Codinus intelligendus.

Conſtantinopolis menſe Novembri condita.

XXI. Petavius in Notis ad Julianum, & lib. 11. de Doct. Temp. cap. 42. agit de conditu *Conſtantinopoleos* ejuſque Encæniis, contenditque, eam urbem anno tantum trecenteſimo viceſimo octavo reædificatam, annoque trecenteſimo triceſimo ſeptimo Conſtantino M. emortuali abſolutam eſſe *infra annos decem*; ſic enim Juliani verba laudata explicat; ita ut biennio promota fuerit ædificatio, & anno, quo dedicata eſt, trecenteſimo nempe trigeſimo, abſoluta fuerit, & incoli ac frequentari potuerit. Quam in rem adducit Chronicon Alexandrinum, ubi, Januario & Juſto Conſulibus, anno ſc. Chriſti CCCXXVIII. legitur: *His Conſulibus Conſtantinus laudatiſſimus Imperator Roma profectus, & Nicomedia Bithyniæ Metropoli moratus, ſæpeque Byzantium profectus; primum Byzantii murum inſtauravit, magnamque partem ad veterem murum adjecit, novumque cum eo conjunxit, urbemque ipſam Conſtantinopolim dixit. Circum avius ex ære ſtatuis exornavit, omnique arte tribunal, ubi Imperator ſpectacula faceret, ad Romani theatri formam perfecit. Regiam porro proxime Circum condidit*, &c. Verum licet plures Petavii opinionem ſecuti ſint, ea tamen ex dictis corruit, conſtatque, decem illos annos a Juliano memoratos ab anno CCCXXV. inchoandos, & cum anno CCCXXXIV. abſolutos fuiſſe, quod ante me viderat Nicephorus citatus. Quoad Chronici Alex. locum, Gothofredus in Commentario Leg. 5. Codicis Theod. *De infirmandis his quæ ſub Tyrannis* datæ Romæ VIII. Id. Jul. anni Chriſti, CCCXXVI. docte animadvertit, illius Chronici Auctorem metachroniſmi biennio peccare, & moram Conſtantini Romæ non Januario & Juſto Conſulibus, ſed Conſtantino Aug. VII. & Conſtantio Cæſare Coſſ. anno ſc. Chriſti CCCXXVI. contigiſſe, ideoque quod in Chronico Alexandrino de Conſtantinopoli dicitur, ad annum illum CCCXXVI. retrahendum eſſe; cum certum ſit, anno CCCXXVIII. Conſtantinum Romæ non fuiſſe, ſed tantum anno CCCXXVI. quo poſteriora ſua Vicennalia ibidem exhibuit. Annis autem hujuſmodi ſolenniis deſtinatis nova nomina ſæpe urbibus impoſita in dubium revocari non poteſt.

Conſtantinopoleos conditus tardius a Petavio conſignatus.

Can-

quam conveniret, pomœria urbis proferre videretur; quemdam ex iis ad eum acceſſiſſe, rogaſſeque: Quouſque tandem here? Illumque diſerte reſpondiſſe: Eouſque dum, qui me præcedit ductor, conſtiterit. Unde ſatis conſtabat, cæleſtem quampiam ei præiſſe virtutem; quæ eum, quod fieri deberet, inſtrueret. Ad hæc fortaſſe alluſit Juſtinianus Imperator (*a*), dum ait, Conſtantinopolitanam urbem melioribus auſpiciis eſſe ædificatam, quam veterem Romam. Fertur & alia viſio Conſtantino apparuiſſe, de anicula coram ipſo in juvenculam mutata, & ab eo diademate inſignita, quæ novam Romam ex vetere factam prænunciaret: ibi & de Angelo equum ducente cum ſitus ejus circumſcriberetur; reperiuntur hæc fuſius enarrata in appendice ad Acta Silveſtri, ſed credimus imposturam, quod illic mentio

(*a*) *C. de veteri jure enucleando. §. ſed & ſi qua.*

PAGIUS XXII. *Sicuti & a Cangio.*

Cangius in lib. primo *Conſtantinopoleos Chriſtianæ*, hujus Urbis conditum in annum trecenteſimum viceſimum ſextum conjicit, innixus his verbis Themiſtii Orat. 13. quæ in nova Themiſtii editione quarta ordine eſt: βασιλεῖ δὲ εἰκότως συναύξονται πόλεις ἢ τῆς βασιλείας ἡλικιώτιδες. πυνθάνομαι γὰρ ὡς καὶ ἡμέρᾳ μιᾷ ὁ γεννήτωρ τῷ, τε ἄστει τὸ περίβολον, καὶ τὸν υἱὸν τῇ ἁλουργίδι id eſt: *Cum Imperatore vero merito ſane patria iiſdem incrementis augeſcit, quæ ætate Imperii hujus æqualis eſt. Audio enim uno eodemque tempore patrem illius & urbem murorum ambitu, & filio purpuram circumdediſſe.* Cum itaque, inquit Cangius, ea Oratio in Conſtantium Imperatorem, qui urbem amplificabat, ſub Imperii ejus finem recitata fuerit, iſque ex omnium fere Scriptorum conſenſu, anno trecenteſimo viceſimo ſexto Cæſar renuntiatus fuerit, liquet, non alio anno Conſtantinopolim conditam. Ita Vir Clariſſimus. Verum *Conſtantium* anno CCCXXIII. Cæſarem a patre dictum fuiſſe, jam oſtendi in Diſſert. Hypat. Part. II. cap. VI. num. IV. quam cum ipſe legit, priorem ſuam opinionem retractavit in Notis ad Chronicum Alexandrinum pag. 556. me, ut moris ejus eſt, non nominato. Hanc eamdem ſententiam quam antequam eamdem Diſſertationem publicarem, videbam ab omnibus Recentioribus oppugnatam, poſtea in hac Critica ita valide confirmavi, ut non exiſtimem fore inpoſterum, qui eam in dubium revocaturus ſit. Benigne itaque locus Themiſtii explicandus, advertendumque Conſtantinum anno CCCXXIII. die VI. Novembris *Conſtantium* filium *Cæſarem* renunciaſſe, annoque CCCXXIV. die XXVII. menſis Octobris, Licinio a ſe devicto, urbem de ſuo nomine condere decreviſſe, nondum elapſo anno a Cæſarea dignitate in filium collata. Quare, cum nuncupatio illa Conſtantii, & condendæ urbis conſilium pertineant ad eumdem annum, Themiſtius nihil aliud ſignificat, quam Urbis conditum & Conſtantii Imperium coætanea eſſe, ſeu, ut ipſe eloquenter dicit, circumdatum *eodem tempore a Patre urbi murum, filio purpuram.* In prima quidem hujus Tomi editione τὸ ἁλουργὶς ſeu purpuræ vocem, de purpura Conſulari interpretatus ſum, ſed poſtquam legi accuratas obſervationes Illuſtriſſ. ac omni laude majoris Spanhemii ad Juliani Imp. Orationem I. pag. 69. & ſeq. nullo modo dubitavi quin ea vox ibi, quemadmodum & in Oratione V. ejuſdem Themiſtii, intelligenda ſit de purpura Cæſarea ſeu Imperiali.

XXIII. *Conſtantinopoleos conditio ex Cod. Theod. probatur.*

Ceterum, noſtram de anno Conſtantinopolis conditæ ſententiam ſubſcriptiones Legum Codicis Theod. anno trecenteſimo viceſimo ſexto emiſſarum, indubitatam reddunt, ſimulque Cangii opinionem evertunt. Nam illius anni initio *Conſtantinus* in Thracia vel Macedonia conſtitit; inde in Italiam perrexit, menſeque Julio Romam pervenit. Ibi trimeſtre ferme fuit, nempe Julio, Auguſto, & Septembri. Deinde ex urbe Roma, Italiaque Illyricum pergens in Pannoniam venit, Sirmiique *pridie Kal. Januar.* Legem 1. Cod. Theod. *de Jure Fiſci* dedit. Cum itaque Conſtantinopoleos fundamenta non alio menſe, quam Novembri jacta fuerint, ut Codinus laudatus teſtatur, id de menſe tantum Novembri anni trecenteſimi viceſimi quinti, quo certum eſt, Conſtantinum in Oriente fuiſſe, intelligendum. Unde Lex 1. Cod. Theod. *De erogat. milit. ann.* quæ data dicitur *Paulino & Juliano Coſſ.* anno ſc. trecenteſimo viceſimo quinto *XIV. Kalend. Novemb. Aquis*, oſtendit, eo die, eoque anno Conſtantinum M. fuiſſe in Thracia, ubi Byzantium ſitum. *Aquæ* enim illæ a Gothofredo in Chronologia Cod. Theod. male explicatæ *de Aquis*, quæ in Myſia erant, non procul a Naiſſo, quarum mentio in Itinerario Peutingeri & Antonini. Ex dictis enim apparet, Legem illam datam *Aquis Calidis*, quæ urbs in Thracia poſita, cujus meminit Itinerarium Peutingeri.

XXIV. *Opinio Gothofredi confutatur.*

Gothofredus in Chronologia Codicis Theodoſ. in Petavii ſententiam concedit, & Conſtantinopolim anno CCCXXVIII. conſtructam credit. Imo in Diſſertationibus in libro 2. Philoſtorgii anno trecenteſimo viceſimo octavo illius urbis fundamenta jacta conteſtatiſſimum eſſe aſſerit. Sed poſt ea, quæ hac de re ſcripſi, ea opinio omni probabilitate deſtituta penituſque, ni fallor, everſa. Illud Gothofredo aliiſque Viris doctis recte obſervatum, Conſtantinopolim perfectam, cum annona civica gratuita bis, qui eam incolerent, deſtinata fuit, quod factum anno trecenteſimo triceſimo ſecundo, ut Auctor Chronici Alex. teſtatur; cum operibus publicis, & ut annona ſufficiens ad tantam multitudinem alendam a *Conſtantino M.* enixe cautum fuit; quod factum annis CCCXXXII. CCCXXXIII. & CCCXXXIV. Quam in rem legenda Lex prima Codicis Theod. *De excuſatione artific.* & Lex 6. & 7. ejuſdem Codicis *De Navicul ariis*, ubi in Lege ſeptima anno CCCXXXIV. data, illa verba obſervanda: *Pro commoditate urbis, quam æterno nomine, Deo jubente, donavimus*.

XXV. *Refellitur opinio Baronii.*

Ideo porro Baronius currenti anno Conſtantinopoleos fundamenta poſita exiſtimat, quod Zoſimus lib. 2. ſcribat: *Appetente autem patrio quodam feſto, quo oportebat ire exercitum in Capitolium, ejuſmodi aſcenſum impudenter explodens,* (nempe Conſtantinus) *& ſacram Religionem conculcans, incurrit odium Senatus, populique. Non ferens autem omnium in ſe propemodum jacta convicia, quærebat urbem Romæ æquandam, in qua palatium ſibi conſtitueret, &c. Byzantiumque conceſſit.* Quare cum crederet Baronius, Conſtantinum præſenti anno Romæ fuiſſe, ibique Baptiſmum ſuſcepiſſe, ac Synodo Romanæ interfuiſſe, tunc illud, quod Zoſimus narrat, contigiſſe arbitratus eſt. Sed non male Photius in Bibliotheca Zoſimum *piorum Principum calumniatorem* vocavit, ideoque his quæ contra Conſtantinum ſcripſit, fides non adhibenda. Si tamen verum eſt quod in præfato loco tradit,

tio habeatur de Siſinnio tunc Epiſcopo Conſtantinopolitano, cum nullus ejus nominis Epiſcopus ei ſedi præfectus eſſet, niſi tempore Theodoſii, & ille quidem ex parte Novatianorum Antiſtes.

CXLIII. Byzantium nobilis olim civitas.

Ceterum quod ad Byzantium ſpectat, nequaquam erat antehac ignobilis civitas, cujus clariſſimorum auctorum ſcriptis memoria celebratur; nam ut prætermittamus, quæ a Coſmographis de ea habentur ſumma cum gloria poſteris commendata; Cicero ea oratione quam habuit de provinciis Conſulatibus magna cum laude ejuſdem meminit, liberam eam prædicat civitatem Romanis fideliſſimam, ornatiſſimam, atque ſignis refertiſſimam, egregiis nobilitatis monumentis. Sed multis poſtea eſt exagitata cladibus, & jactata naufragiis. Fuit enim a Veſpaſiano (ut Suetonius (*a*) tradit) libertate privata, a Peſcennio Nigro tyranno deinde occupata, & a Severo diu obſeſſa, & nonniſi fame capta: Urbs (ut ait Herodianus *b*) aliarum omnium in Thracia maxime feliciſſima, viribus, & opibus ea tempeſtate florens: quam, & Severus indignans (ut dictum eſt ſuperius) redegit in vici formam, tamen benignitate Imperatoris Antonini Caracallæ, qui (ut auctor eſt Spartianus *c*) vetera jura reddidit, in priſtinum reſtituta eſt; Gallieno vero imperante, iterum peſſumdatam eſſe teſtatur Trebellius (*d*) cum ait; *Ne quid mali deeſſent Gallieni temporibus Byzantiorum civitas elata navalibus bellis, clauſtrum Ponticum, per ejuſdem Gallieni milites ita omnis vaſtata eſt, ut prorſus nemo ſupereſſet; denique nulla vetus familia apud Byzantios invenitur, niſi qui peregrinatione, vel militia occupatus evaſit, qui antiquitatem generis, nobilitatemque repræſentet*: Hæc ipſe. Reſtauravit autem eamdem Gallienus per Cleodamum, & Athenæum Byzantios, atque munivit, a quibus & victi ſunt barbari. Porro in bello Liciniano Byzantium fortiſſimum propugnaculum redditum expugnare nunquam potuit Conſtantinus; ſed propugnatoribus ſponte, Licinio victo, ſe dantibus, eo potitus eſt, ut ſuperius eſt enarratum. Hanc ergo Civitatem antiquitate, & rebus præclare geſtis egregie nobilitatam Conſtantinus mirifice auxit, & illuſtravit; quibus autem ornamentis, ſuo loco referemus, cum de ejus dedicatione prolixior ſermo erit. Hic tantummodo meminiſſe oportuit, quæ alias tomo ſecundo ſub Severo Imperatore dicta ſunt, fuiſſe nempe eamdem Civitatem Chriſtianis quoque refertam, ad quos in illo exitu Byzanteno (ut ait Tertullianus *e*) Cæcilius Capella dirus perſecutor exclamavit: *Chriſtiani gaudete*: Tantæ poſterioris claritudinis omen.

(*a*) Suet. in Veſpaſ. c. 8.
(*b*) Herod. lib. 5.
(*c*) Spart. in Caracalla.
(*d*) Trebellius in Gallieno.
(*e*) Tert. ad Scapul. c. 3.

CXLIV. Euſtathius eligitur Epiſcopus Antiochenus.

Jam vero reliquum eſt, ut ad præſentis anni rerum geſtarum abſolutionem, quinam hujus temporis ſtatus eſſet Orientalis Eccleſiæ, oratione proſequamur, atque primum turbas Antiochenas hic deſcribamus. Hoc enim ipſo anno defuncto Paulino Epiſcopo Antiocheno, poſt multas diſceptationes ad ejus ſedis regimen accerſitur ex ſede Berœenſi Euſtathius ob inſignem vitæ in fide Catholica defendenda conſtantiam. Licet autem Theodoretus (*f*) (quod demonſtratum eſt ſuperius) velit Euſtathium ſuffectum fuiſſe in locum Philogonii; tamen cum S. Hieronymus in Chronico, tum Nicephorus, ſubrogatum ponunt Euſtathium Paulino ejus ſedis quinquenni adminiſtratione perfuncto. ☞ Ceterum ſecundum Nicephori Chronicon, numerantis annos Antiochiæ Epiſcoporum ſub Conſtantino, apparet non hoc anno, ſed ante biennium, nempe Chriſti trecenteſimo viceſimoſecundo, creatum eſſe Euſtathium Epiſcopum Antiochenum; eumdemque ſediſſe annos decem & octo, ſicque anno Chriſti trecenteſimo quadrageſimo fuiſſe depoſitum. Ad illum namque annum perveniſſe cum ſede Euſtathium, ibidem nos perſpicue demonſtravimus; ubi pariter diligenti habita perveſtigatione, probavimus, turbas illas Antiochenas deſcriptas ab Euſebio in creatione novi Epiſcopi, cum Conſtantinus Imperator Euſebium ſuis litteris eligendum propoſuit, non accidiſſe (ut Plures exiſtimarunt) tempore quo depoſitus eſt Euſtathius, ſed quando creatus. Cui huic noſtræ ſententiæ cum ſciamus complures adverſari; de hoc agamus hic breviter, ubi agitur de Euſtathii electione. Scimus ejus ſententiæ, ut, quæ ſunt ſcripta ab Euſebio de turbis Antiochenis, contigerint in depoſitione, non autem creatione Euſtathii ejus Epiſcopi, fuiſſe (*g*) Socratem, (*h*) Theodoretum, atque (*i*) Sozomenum,

Tumultus Antiochiæ in creatione Euſtathii Epiſc. excitatus.

(*f*) Theo. l. 1. c. 7.
(*g*) Socr. l. 1. c. 18.
(*h*) Theod. l. 5. c. 21.
(*i*) Soz. l. 2. c. 17. 18.

PAGIUS

dit, illud ante præſentem annum accidit, & conſilium tunc a Conſtantino initum, anno tantum trecenteſimo viceſimo quinto executioni mandatum. Conſtantinum enim currenti anno Romam non veniſſe certum videtur.

XXVI. Euſtathius ſine tumultu creatus Epiſc. Antiochen.

A num. CXLIII. ad CLVII. Hieronymus in Chronico meminit quidem *Paulini* Epiſcopi Antiocheni, ſed quot annis ſederit, non memorat. Quod ſi recte conjecimus, cum de hujus initio locuti ſumus, poſtquam Epiſcopatu depoſitus eſt, ſub Conſtantio Auguſto adhuc in vivis fuit. Sed quidquid hac de re ſit, *Euſtathius* anno tantum ſequenti Epiſcopus Antiochenus dictus, cum Theophanes de Synodo Nicæna loquens dicat: *Vidua Pontifice Antiochenſium Eccleſia, Synodus Euſtathium confirmavit Berœæ in Syria Epiſcopum*, quod ante Theophanem Sozomenus lib. 1. cap. 2. in litteras miſerat. Neque in ejus creatione tumultus aliquis factus, ut perperam credidit Baronius; ſed tantum cum poſt triennium ab Arianis depoſitus eſt, ut Euſebius lib. 3. de Vita Conſtan-

Baron. n. CXLIII. & ſeqq. & anno 340. n. XXI. & ſeqq.

num, contra quos antiquos hiſtoricos uno conſenſu conſpirantes obniti, ſummæ eſſe dementiæ facile quiſque ſapiens dixerit, niſi antiquiores, & præſtantiores contingeret nos teſtes habere, qui contrariæ ſententiæ adſtipulantur, & fortiores nactos eſſe rationes, & plane invincibiles demonſtrationes, quibus affirmari poſſit; non in depoſitione Euſtathii, ſed in creatione ipſius eaſdem perturbationes Antiochenas ſcriptas ab Euſebio contigiſſe. Propter Euſtathium enim eas factas eſſe, teſtatur Euſebius, præfixo titulo ſuæ narrationis hujuſmodi (a): *De tumultu propter Euſtathium Antiochiæ ſuſcitato*. Ut igitur crederentur iſta contigiſſe tempore depoſitionis Euſtathii, illud induxit, quod Euſebius in Vita Conſtantini de his longe poſt Nicænum Concilium agit, cum tamen ſatis aperte conſtet ex ipſis Actis Nicæni Concilii, Euſtathium ante ipſum Concilium creatum fuiſſe Antiochenum Epiſcopum, quippe quod ipſe reperiatur interfuiſſe eidem Concilio, & ſacerdotales functiones obiiſſe; quod negari non poteſt. At vero, ut ita ibi ageret de turbis Antiochenis Euſebius, non tam temporum, quam locorum ratio perſuaſit; utpote quod agens de Syriæ locis per Conſtantinum Imperatorem ab idolorum ſuperſtitione purgatis, mox ad hos tumultus Antiochenos ibidem in Syria propter Euſtathium ſuſcitatos convertit orationem. Quos quidem non in depoſitione Euſtathii, ſed in creatione excitatos eſſe, pluribus oſtendimus in depoſitione ipſius Euſtathii, anno Redemptoris trecenteſimo quadrageſimo: Ex quibus illud unum hic ſatis præponere argumentum, videlicet, impoſſibile eſſe, ad tempus depoſitionis Euſtathii has recitatas ab Euſebio ſub Conſtantino turbas Antiochenas poſſe referri, cum conſtet depoſitionem Euſtathii non ſub Conſtantino, ſub quo narrantur, ſed ſub Conſtantio contigiſſe, id diſertis verbis teſtante S. (b) Athanaſio, qui ſpectabat hæc oculis, & S. Hieronymo, (c) qui quod ab eo accepit, ſcriptis credidit. Quod cum tantorum auctoritate virorum, tum etiam aliis ſubſiſtat ibi propoſitis rationibus confirmatum, ut ſuo loco ibidem videre poteris; omnis prorſus ceſſat de tempore turbarum propter Euſtathium dubitatio; nimirum quod cum certum ſit, teſte ipſo qui narrat Euſebio, eas tempore contigiſſe Conſtantini viventis, & non mortui; referenda eſſe ea omnia ad tempora creationis Euſtathii, non autem ad ejus depoſitionem, quam fieri contigit ſub ejus ſucceſſore Conſtantio. At hæc & alia prolixius ſuo loco, nempe (ut diximus) quadrageſimo anno poſt trecenteſimum, quo Euſtathius redactus in ordinem, exulavit ☞. Sic igitur rurſus admonendum Lectorem putamus, ab Euſebio lectionem Euſtathii, & turbas Antiochenas ejus cauſa excitatas, nequaquam ſecundum ordinem temporum recitari; nam longe poſt narrationem de Nicæno Concilio, ejuſmodi de Euſtathio res Antiochiæ geſtas aggreditur; cum omnium teſtificatione perſpectum habeatur, eumdem Euſtathium jam creatum Epiſcopum Antiochenum Magnæ illi Synodo interfuiſſe, & in ea ſacris itidem peractis, eidem pariter ſubſcripſiſſe.

(a) *Euſeb. Vit. Conſt. lib. 3. c. 57.*

(b) *Athanaſ. ep. ad Solit.*

(c) *Hier. de Script. Eccl.*

CXLV. Sed unde tam præpoſtera rerum narratio? Videor plane mihi quaſi per tranſennam inſpicere incredibilem vafri viri verſutiam; nimirum qui acceperat ea Ariana impietate inuſtam notam in Nicæno Concilio, poſt illud conteauiſſe voluit laudum ſuarum præconia ex litteris Conſtantini; quas in ſuo loco, ut oportuit, recitaſſet, obſcuranda illa forent ea rebus poſtea geſtis in dicta Nicæna Synodo, in qua omnium Ortodoxorum ſententia cognitus eſt Arianus; ponendo vero eas poſt Nicænum Concilium, perinde ac ſi numquam deliquiſſet, ſummæ ſe apud Imperatorem, & alios æſtimationis fuiſſe voluit demonſtraſſe. Quod vero ad Antiochenas ſpectat controverſias; ſciſſam in duas partes apparet fuiſſe eam Eccleſiam, quarum altera ab Arianis labefactata, Euſebio Epiſcopo Cæſarienſi ſtudebat, ut Antiochenæ ſedis ordinaretur Antiſtes; cujus rei ſi minus voti compos fieri valuiſſet, Euphronius, & Gregorius Ariani presbyteri ab eiſdem eligendi, ſcriptis ad Imperatorem litteris, ab eodem nominantur. Cæterum cum longe ſuperior Catholicorum pars eſſet, nec effectum conſecutura, quæ ab ipſo propoſita eſſent, facile poſſet exiſtimari; Euſebius præſeferens inviolabilem Apoſtolicæ tra-

Euſebii conſilium in invertendo rerum geſtarum tempore.

PAGIUS ſtantini capite 59. Socrates Sozomenus & Theodoretus a Baronio laudati ſcripſere. His adde Philoſtorgium qui apud Suidam in voce αἰτος, diſerte habet Conſtantino adhuc Imperium gubernante, e Sede Antiochena *Euſtathium* pulſum fuiſſe.

XXVII. Baronius tamen certiſſimis ut ipſe putat, rationibus, *Euſtathium*, non ſub Conſtantino, ſed ſub Conſtantio, ejus filio & ſucceſſore, ex Antiochena Sede dejectum eſſe, citatoſque Hiſtoricos hallucinatos eſſe contendit. Quam in rem primum affert Athanaſii locum ex epiſtola ad Solitarios ſub initium: *Fuit*, inquit, *quidam Euſtathius Epiſcopus Antiochiæ, vir confeſſione clarus*, &c. *quem homines Arianæ opinionis ita apud Conſtantium ficta calumnia accuſarunt, quaſi in matrem Principis contumelioſus fuiſſet*. Sed, ut recte obſervat Valeſius in Notis ad laudatum Euſebii locum, pro *Conſtantio* in epiſtola ad Solitarios *Conſtantinum* ſcribendum; in Auctoribus enim Græcis Conſtantii & Conſtantini, Maximiani & Maximini nomina

Sub Conſtantino, non ſub Conſtantio in exilium pulſus.

traditionis obſervantiam, ne a ſede in aliam transferretur Epiſcopus, ſummæ continentiæ ſpecimen edere præſetulit, ob quam a Conſtantino meruit litteris commendari, quas oſtentans ipſe, eaſdem integras in Vita Conſtantini a ſe conſcripta recenſuit. Verum quod nondum habitum eſſet Nicænum Concilium, quo diſcriminarentur Catholici ab Arianis, cum omnes æque ſe eſſe Catholicos affirmarent; Conſtantinus tum ad ipſum Euſebium, tum ad eos qui illi ſtudebant, ſcribens, eoſdem perinde ac Catholicos allocutus eſt; ut ex eis ſpectare licet, quæ ex eodem Euſebio recitabimus.

CXLVI. Sed primum quomodo ejuſmodi Antiochenæ diſcordiæ, ab ipſo Euſebio (*a*) deſcribantur audiamus: *Verum* (inquit) *interea temporis, cum omnes vitam jucundam degerent, & Eccleſia Dei paſſim apud omnes gentes omni ratione eſſet tamquam in ſublime ſublata; rurſus invidus Dæmon, qui ſolet rebus honeſtis inſidiari, ob tantum bonorum proſperitatem ad bilem commotus eſt; ac quoniam ſuſpicabatur ipſum Imperatorem noſtro tumultu, & perturbata omnium rerum confuſione exulceratum, abalienato animo in nos futurum: idcirco diſſenſionis face accenſa, Eccleſiam Antiochenorum ſic tragicis dilaceravit calamitatibus, ut parum abeſſet, quin univerſa Civitas funditus eſſet exciſa. In duas enim factiones populus Eccleſiæ diviſus eſt; quippe plebs, & magiſtratus, & milites præſidiarii more hoſtium uſque eo concitati fuerunt, ut, ſi non quadam Dei providentia metuſque ab Imperatore ipſorum animis incuſſus multitudinis impetus compreſſiſſet, & iterum ejuſdem lenitas, inſtar conſervatoris, & medici animorum, orationis ſuavitate illis contentionis morbo divexatis medicinam attuliſſet; gladios ipſi in ſe mutuo diſtrinxiſſent.*

(*a*) Euſeb. Vit Conſtan. l. 3. c. 57.

Antiochenæ poſt diſcordiæ.

CXLVII. *Quapropter ex illis viris, qui & propter virtutem ſatis ſpectati erant, & propter præſtantiam honore Comitum affecti, unum fideliſſimum legatum miſit, quo lenius, & benignius cum populo ageret; litteriſque eos adhortatus eſt, ut in eas res, quæ ad pacem inter ipſos mutuo facerent, attenta cogitatione incumberent; quinetiam quo pacto pietatis officia decenter exequerentur, perdocuit. Perſuaſit etiam illis, immo per litteras ad eos ſcriptas deprecatus eſt, uti ipſe ſeditionis cauſam audire poſſit. Quas quidem litteras (quæ & ſingularis doctrinæ pluri*mum, & utilitatis non minus continent) *ſi non calumniæ notam iis qui erant in crimen vocati inuſſiſſe videri potuiſſem, in præſentem hiſtoriam contuliſſem. Quocirca iſtas miſſas faciam; quippe cum malorum memoriam minime refricandam putem, eaſque ſolum in hunc ſermonem includam, quas quidem Imperator, utpote ex hominum concordia permultum animo capiens voluptatis perſcripſit; in quibus Antiochenos cohortabatur, ut Epiſcopum alterius Eccleſiæ, ſub quo pacem fecerent, appetere neutiquam in animum inducerent; ſed Eccleſiæ inſtituto, & more eum ſibi deligerent paſtorem, quem communis omnium Salvator illis commonſtraret. Ad populum igitur Antiochiæ, & Epiſcopos ſeparatim, quæ ſequuntur, epiſtolas ſcripſit:*

Legatus mittitur.

Victor Conſtantinus Max. Aug. Populo Antiocheno S.

CXLVIII. *Veſtra concordia aliis omnibus, qui conſilio, & ſapientia multum pollent, pergrata futura eſſet, tum mihi in primis, qui partim lege divina, & veſtra piæ vitæ ratione, partim veſtris erga me ſtudiis provocatus, vos fratres ſempiterna benevolentia complexus ſum. Et cum hoc ſit re vera verum, a rebus honeſtis fructum percipere, nimirum, ut in omnibus, quæ quiſque molitur, recta & integra animi cogitatione utatur; quid, quæſo, eſt, quod tantopere vobis poſſit convenire? Nec cuiquam mirum videatur, ſi veritatem vobis dixero, quæ amicitiam potius erga me, quam odium in veſtris animis parere debet. Atque inter vos fratres, quos una eademque animorum affectio, ſinceraque mens, recto itinere quaſi digito demonſtrato, ad Deum deducit, & in puram ſanctamque ejus Eccleſiam velut Cives adſcribit; quid præſtabilius eſſe poterit, quam ut, cum omnes res nobis proſpere, & ad voluntatem fluant, concordiam, & animorum tranquillitatem egregie amplectamini? idque maxime, cum & divinæ legis diſciplina veſtram voluntatem ad vitam recte honeſteque moderandam impellat, & nos tam vehementer expectamus veſtrum judicium ſic ratione confirmare, ut de omnibus rebus vere ſincereque decernatis?*

Conſtant. ad Antiochenos litteræ.

CXLIX. *At fortaſſe vobis nonnihil videtur afferre admirationis, quid tandem hoc orationis meæ initium voluerit. Idcirco cauſam illius dicendo explicare nec recuſo, nec inficior. Fateor equidem me litteras quaſdam perlegiſſe, in quibus ex illuſtri* lau-

Laudes ſuas Euſebius per Conſtantinum prædicat.

PAGIUS na plerumque confunduntur, at mille exemplis liquet. Hanc autem eo in loco emendationem confirmat Valeſius ex iis quæ de Imperatoris matre mox ſubjiciuntur. *Helenam* enim Athanaſius indicat non quæ in Orientem circa hoc tempus advenerat, ut non bene ſcribit Valeſius: ea enim anno CCCXXVI. demortua, & Euſtathius poſt biennium, vel circiter depoſitus: Helenam itaque intelligit Athanaſius, quam, dum viveret, *Euſtathius* dicebatur offendiſſe. Neque Hieronymi locus ex lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt. a Baronio citatus aliquid facit pro ejus

laudem, & teſtimoniorum præconio, quo tantopere extuliſtis Euſebium Epiſcopum Cæſareæ (quem etiam ipſe eruditionis, & modeſtiæ cauſa plurimi faciendum jam diu exiſtimavi) plane animadvertebam, vos magno ſtudio erga illum incendi, & velle libenter cum veſtræ urbis Epiſcopum conſtituere. Quantum putatis me animo agitaſſe; quam curam, ut veſtro ſtudio ſatisfactum eſſet, ſuſcepiſſe; dum ad optimum virum conquirendum, qui veſtrum Epiſcopatum capeſſeret, accurata cogitatione incumberem? Te, o Fides, quæ quidem ex verbo, & doctrina Salvatoris tamquam exemplar ſancte ſincereque vivendi nobis propoſita, quæque etiam peregre vitioſis hominibus ipſa reſiſteres, ſi non tua virtus talis eſſet, ut nullo modo poteſtatem cuiquam facias ea ad quæſtum perdite abducendi; te inquam, in hac cauſa teſtem cito. Mihi ſane is potiſſimum in hac controverſia victoriam conſequi videbitur, qui pacis & concordiæ ſtudio flagrat maxime; quippe cum neminem reperias, qui non ex pace, ubi eam nihil indecori afferre patet, magnam animo capiat oblectationem.

CL. Canon Eccleſiæ ſervandus.

Proinde iſtud a vobis quæſo, fratres, ut quoniam pro cupiditate rerum a nobis expetitarum expleada, aliis etiam o fratribus ignominiæ & contumeliæ nota inuſta eſt, idcirco deinceps illa conſectemur, quæ fidem noſtram omni ſuſpicione, & infamia penitus liberent. Ego vero quamquam hominem, qui a vobis, & tantis honoris ornamentis decorandus, & tanto amore ac benevolentia complectendus judicatur, laudo plurimum; tamen Eccleſiæ canon, qui ſingulis ratus, & ſtabilis debet manere, non ob eam cauſam infringendus aut debilitandus eſt, ut ſingulorum ſententiis ſeparatim ſatisfactum ſit; & univerſi, quod expectant, aſſequantur. Sed in ancipiti, & controverſa diſceptatione, in qua viri hujus virtutes cum aliorum comparantur, non unum, ſed plures libere, quid ſentiant, eloqui oportet: propterea quod cum honores Eccleſiaſtici in eo loco, & ſtatu ſint, ut in illis mandandis nihil inſit vel perturbationis, vel diſcordiæ; omnium ſuffragia ſimiliter ſunt, & ex æquo omnino expetenda. Neque profecto rationi conſentaneum eſt, ut propoſitum veſtrum, ſuſceptumque de Euſebio deligendo conſilium, præjudicium contra alterum fiat; quippe cum nulli, ſive abjectiores illi ſunt, ſive illuſtriores, qui ſincere, & ex animo ſimiliter divina præcepta ac diſciplinam approbant obſervantque, ulla in re, per communem ejus diſciplinæ legem, aliis inferiores putari debeant.

CLI. Commendatur Euſebius.

Porro autem, ſi id quod plane verum eſt, ingenue fateri volumus; concedendum eſt neceſſario, quod Euſebium non ipſius voluntate vobis acquirere, ſed vi potius a Cæſarea abducere conamini: quod profecto violentiæ potius eſt, quam electionis legitimæ. Atque ſive iſto modo, ſive ſecus multitudo ſentit; ipſe libere & audacter affirmare audeo, hanc rem non levem, & exiguam tumultum illum quidem excitaturam, ſed eam contentionis ſubminiſtraturam materiam quæ efficiet, ut unus veſtrum alteri crimina objectare magnopere laboraverit; nam perinde facitis atque oves, quæ cum ob conſuetam paſtoris curationem per negligentiam ad deteriorem partem prolapſam, priore educatione deſtitutæ ſunt, fruges vaſtare, & ita perſpicue, quid dentium ſævorum natura, & vis valeat, oſtendere ſolent. Quæ cum ita ſe habeant, & nos nequaquam opinione fallamur, veſtrum eſt, fratres (multa enim, & magna ipſa prima deliberatione animis veſtris ſe offerent) vobiſcum diligenter conſiderare. Ac primum omnium, ecquid de ingenio, & mutuo inter vos amore detractum videatur; deinde, quod qui conſentientibus hominum prudenter de ipſo deligendo deliberantium ſuffragiis ad Epiſcopatus dignitatem aſcendat, divino judicio veros ex ea fructus percepturus eſt, atque adeo non vulgare beneficium conſecuturus, quod veſtro omnium conſenſu illuſtre probitatis teſtimonium ſibi tributum habeat: poſtremo & vos, ſicut veſtræ conſuetudinis eſt, æqua & incorrupta mente in homine conquirendo, quo vobis opus fuerit, diligentem operam navetis, omni ſeditioſo, & turbulento tumultu compreſſo. Nam tumultus ſemper iniquus eſt; & ex odioſa variorum hominum inter ſe comparatione, non ſcintilla exigua, ſed magna invidiæ incendia excitari ſolent.

CLII. Exhortatio ad concordiam.

Verum, ut tandem dicendi finem faciam; ita Deo placeam, & ita veſtrum cauſa, uti optatis, vita mihi ſuppetat, ſicut & vos uno, & tranquillum pacis quaſi portum, in quo animi veſtri conquieſcant, vobis excepto. Ex quo portu ſordibus ſeditionis præterea ejectis, pacato mentis ſtatu concordiam in earum locum inducite; vexillum quoque firmæ dilectionis in navigio animorum veſtrorum erigite; & curſum cæleſtem ad lucem æternitatis, gubernaculis (ut ita dicam) ferreis robuſtiſque rectum tenete. Atque ea ratione illud

PAGIUS ejus opinione; cum in antiquis editionibus, teſte eodem Valeſio, de Euſtathio ſcriptum ſit: *Sub Conſtantino Principe miſſus eſt in exilium.* Neque etiam tanti motus in creatione Euſtathii eſſe potuere, de quibus in epiſtola Conſtantini ſit mentio, ut ad eos ſedandos mittendus fuerit Comes, totque epiſtolas ab Imperatore ſcribi oportuerit. Adde, quod *Conſtantinus* in ſua epiſtola ait ſe coram audiviſſe eum qui totius ſeditionis auctor extiterat; Euſtathium ſc. quem ad Comitatum venire juſſum in Thraciam relegavit.

integrum, & incorruptum deinceps fore putatote, quod diſcordia erat antea labefactatum. Nam ſordes ſeditionis, quæ navem ante prope corruperant, univerſæ ex animis veſtris, tamquam ex ſentina, jam ſpero exhauſtæ ſunt. Quocirca jam conſilio providete, ut is rerum omnium ſtatus ſit, uti nihil in poſterum, quod ex uſu Eccleſiæ non ſit, inconſulta & vana contentione, vel ſuſcipiatur, vel ratum fiat. Deus vos, chariſſimi fratres, ſervet incolumes. Subdit deinde Euſebius epiſtolam ejuſdem Conſtantini ad ſe ſcriptam, hoc præfixo eidem titulo.

CLIII. Conſtant. ad Euſebium Epiſtola.

Imperatoris epiſtola ad nos de Epiſcopatu Antiocheno a nobis repudiato.

Epiſtolam tuam legi diligentiſſime, ex qua Eccleſiæ canonem exquiſite abs te ſervatum intellexi. In his namque perſiſtere, quæ Deo grata, quæque traditioni Apoſtolicæ conſentanea videntur, permagnæ pietatis eſt. Ac ſic putato, te in hoc ipſo plane beatum, quod totius prope dixerim, Orbis terrarum teſtimonio dignus judicatus ſis, qui univerſæ Eccleſiæ Epiſcopatu perfungaris; & huic tuæ felicitati re vera quaſi acceſſionem adjunctam, quod omnes ea tui cupiditate ducantur, ut te velint eſſe apud ſe. Nominat Conſtantinus Antiochenæ Eccleſiæ curam Epiſcopatum univerſæ Eccleſiæ, quod metropolis eſſet totius Orientis; ſed ſic pergit: *Porro abs te prudenter factum eſt, quod & Domini mandatum, Apoſtolicumque Eccleſiæ canonem ſervare decreviſti, Epiſcopatum Eccleſiæ Antiochenæ prorſus repudiando, & in Epiſcopatu fungendo permanere laboraſti, quem ab initio Dei voluntate ſuſcepiſſes. Hac de re litteras dedi tum ad populum, tum ad alios Eccleſiæ miniſtros; qui quidem de eadem etiam ipſi ſcripſerant ad me, ſuamque ſententiam declaraverant. Quas quidem litteras cum tua ſanctitas perlegerit, facile intelliget, me, cum juſtitia ipſa illis contradicere videretur, divina quadam impulſione ad eos reſcripſiſſe; quorum conſilio tuam intereſſe prudentiam, opus eſt; ut hoc, quicquid ſit negotii, in Antiochena Eccleſia recta ratione tranſigatur. Deus te Confrater chariſſime, conſervet:* Hucuſque Conſtantinus. At quod ad ipſum Euſebium pertinet; noluit prudens hiſtoricus, quomodocumque occaſione captata, laudes ſuas præteriiſſe ſilentio, cum tamen Imperatoriis litteris earum contemptor voluerit callide apparere in repudiando Epiſcopatu Antiocheno; ſed ſubdit his ipſe alias ejuſdem Conſtantini litteras ad Epiſcopos ſcriptas, qui convenerant Antiochiæ, ut novum deligerent Antiſtitem.

CLIV. Conſtant. epiſtola ad Epiſc. Antiochiæ egentes.

Victor Conſtantinus Max. Aug. Theodoto, Theodoro, Narciſſo, Ætio, Alpheo, & cæteris Epiſcopis qui ſunt Antiochiæ, S.

Litteras a veſtra prudentia ad me ſcriptas perlegi, & prudens Euſebii collegæ veſtri inſtitutum ac ſententiam in eiſdem a vobis declaratam admodum approbavi; quæque gerebantur omnia, partim ex veſtris, partim ex Acacii, & Strategii clariſſimorum Comitum epiſtolis cognovi. Ac cum rationem mecum accurate iniviſſem; ad Populum Antiochenum, quid Deo acceptum, quidque Eccleſiæ conſentaneum foret, epiſtolam ſcripſi, cujus exemplar his litteris ſubjungendum præcepi; uti vos intelligatis, quid tandem ipſe juris æquitatiſque cauſa adductus, ad Populum Antiochenum ſcripſerim. Ac cum litteræ veſtræ hoc complectebantur, ut cum populi, tum veſtro prudenti conſilio, & inſtituto Euſebius ſanctiſſimus Cæſarienſis Eccleſiæ Epiſcopus, Antiochenæ præſideret Eccleſiæ, ejuſque curam ſuſciperet: oportebat & Euſebii litteras, qui decretum Eccleſiæ maxime obſervare videbatur, & meam ſimul ſententiam veſtræ prudentiæ oſtendere.

CLV. Competitores Epiſcopatus Antiocheni.

Et quoniam Euphronius presbyter ex urbe Cæſarea Cappadociæ ortus, & Georgius Arethuſiorum itidem presbyter (quem Alexander ad presbyterii ordinem Alexandriæ evexerat) viri propter fidei integritatem plane ſpectatiſſimi ad me forte fortuna venerant; idcirco rectum videbatur, non ſolum hos, qui ſunt ad Epiſcopatum prienendum dignati, ſed alios etiam, quos vos ipſi ad Epiſcopatus honorem capeſſendum dignos judicaveritis, veſtræ prudentiæ ſignificare, uti decernatis ea, quæ cum Apoſtolorum traditione penitus conſentiant. Quibus hominibus vobis jam opportune, & commode ſuppeditatis, veſtra prudentia ex Eccleſiæ canone, & traditione Apoſtolica ita veſtram poterit electionem moderari, uti Eccleſiaſticæ diſciplinæ ratio præſcribit. Deus vos, fratres cari, diu ſervet incolumes. Iſta (ſubdit Euſebius) *cum Imperator Eccleſiarum Præſidibus præcepiſſet; hortatus eſt, ut omnia ad laudem divini Verbi illuſtrandam exequerentur.* Hæc ipſe, & quidem ſtomachatus ob Euſtathii electionem, ſilentio omnino eam condemnans; nam quid Antiochiæ poſt has datas litteras ſtatutum ſit, ne verbum quidem protulit; ut ex his intelligas, quam obſit in hiſtoria conſcribenda privatus affectus.

Quod

PAGIUS XXVIII. *Ea opinio magis confirmatur.*

Baronius alterum argumentum in medium adducit, deductum ex iis, quæ Theodoretus lib. 1. cap. 21. ſcribit: *Si enim*, inquit Baronius, *quod ipſe teſtatur, non antea Euſtathius e Sede fuit expulſus, quam Euſebius Epiſcopus Nicomediæ in Epiſcopatum Conſtantinopolitanum, ejecto Paulo, tranſlatus eſt; quomodo ad tempora Conſtantini rejicienda eſt Euſtathii depoſitio, cum ex ipſis Socrate & Sozomeno conſtet, non ante hunc annum (ſc. CCCXL.) Paulum loco Alexandri ſedere cœpiſſe?* Verum, ut recte Valeſius in Notis ad eum Theodoreti locum, is Hiſtoricus male ſcripſit, Euſebium Conſtantinopoleos Epiſcopum fuiſſe, tunc cum *Euſtathium* Antio-

cho-

CLVI. Quod autem in iiſdem litteris ſæpe mentio habeatur de Apoſtolica traditione atque mandato, ne unius Eccleſiæ Epiſcopus in aliam transferatur; egregie probatum habes canonem illum Apoſtolorum, quo ſic dicitur (*a*): *Epiſcopo non licere alienam Parochiam, propria relicta, pervadere: licet cogatur a plurimis; niſi forte quis cum rationabili cauſa compellatur, tamquam qui poſſit ibidem conſtitutis plus lucri conferre, & in cauſa religionis aliquid profectus proſpicere; & hoc non a ſemetipſo pertentet ſed multorum Epiſcoporum judicio, & maxima ſupplicatione perficiat*: Hæc canon.

Canon Apoſtolicus de tranſlatione Epiſcoporum.

(*a*) *Can. Apoſt.* 14.

CLVII. Cujus quidem ſic habita ratio eſt, ut a Catholicis Epiſcopis electoribus, ob viri præſtantiam, & Eccleſiæ illius ab Arianis appetitæ opportunitatem, Euſtathius (ut dictum eſt) Berœenſis ſedis Epiſcopus ad Antiochenam Eccleſiam regendam transferretur; de quo Theodoretus (*b*): *Euſtathius ille Magnus, qui, Philogonio, cujus ſupra mentionem feci, ex hac vita ad meliorem tranſlato Epiſcopatum Eccleſiæ Antiochenæ obtinuit: quippe hunc Epiſcopi, & Sacerdotes, & univerſus Populus Chriſto deditus, communibus ſuffragiis invitum Eccleſiam illam pro Philogonio paſcere coegerunt*: ita de ipſo Theodoretus; ſed & de ejus excellentia Athanaſius (*c*): *Fuit* (inquit) *Euſtathius Epiſcopus Antiochiæ vir confeſſione clarus, religione pius, quem magno ſtudio pro veritate ſtantem, & Arianam hæreſin odio proſequentem, averſantemque homines Arianæ opinionis, ita apud Conſtantium ficta calumnia accuſarunt, &c.* ſed hæc poſtea. S. Hieronymus itidem, ad Evagrium ſcribens (*d*), in hunc modum de Euſtathio: *Primus* (inquit) *Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus contra Arium clariſſima tuba bellicum cecinit.* Cæterum Philogonium, qui eum præceſſit, ejuſdem ſedis Epiſcopum, id ipſum adverſus Arium egregie præſtitiſſe, ſuperius eſt demonſtratum. Verum ſic inter Arianæ impietatis expugnatores primæ ſunt Euſtathio deferendæ, quod cum adhuc Berœenſis eſſet Antiſtes, adverſus eam prima acie ante alios cum Philogonio verbi gladium exeruerit; ad quos pro pietate certantes Sanctum Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum litteras dediſſe, Theodoretus affirmat (*e*); ſed de eo alias ſæpe inferius.

Euſtathii excellentia.

(*b*) *Theodor. lib.* 1. *c.* 7.

(*c*) *Athan. epiſt. ad ſolitar.*

(*d*) *Hieron. epiſt.* 126.

(*e*) *Theod. lib.* 1. *c.* 4. *in fin.*

CLVIII. Non tantum autem ejuſmodi Antiochiæ diſſenſiones turbantes Eccleſiæ pacem in Oriente, ſed & rixæ inter Ægyptios atque Thebanos (hi erant ſchiſmatis Meletiani) præceſſerunt Nicænum Concilium ſequenti anno celebratum; de quibus hæc Euſebius (*f*): *Quibus ex rebus ad exitum perductis; licet non parum cœperit voluptatis; tamen invidiæ flamma, quæ Eccleſiam Alexandrinam graviter perturbabat, & peſtiferum ſchiſma, quod inter Thebanos, & Ægyptios verſabatur, ipſius animum non parum commovit: quippe in ſingulis Civitatibus Epiſcopi cum Epiſcopis diſſidere, & populus contra populum tumultus ciere, & impetu quodam repentino inſtar Symplegadum, & mutuis pugnis ſe ipſe concidere cœpit, uſque eo, ut animis inſanis ac deſperatis impia ſcelera aggredi, & Imperatoris imagines contumelia afficere non dubitarent. Verum Imperatorem non tam ad iram, quam ad immenſam animi ægritudinem, quæ furioſorum amentiam ſupra modum deploravit, incitarunt*: Hucuſque verba Euſebii.

Ægyptii & Thebani altercantur.

(*f*) *Euſeb. vit. Conſt. lib.* 3. *c.* 4.

CLIX. Addit ad hæc S. Joannes Chryſoſtomus (*g*) pro concione diſſerens coram Populo Antiocheno ex oratione Flaviani, quæ recitat: *Fertur beatus Conſtantinus, effigie ſua quandoque lapidata, multis ipſum inſtigantibus ad ſupplicium de auctoribus contumeliæ ſumendum, & dicentibus, quod omnem ipſius faciem ſaxis convulneraverint, manu faciem palpans, & leniter ridens, dixiſſe: Ego vero nuſquam vulnus in fronte factum video, ſed ſanum quidem caput, ſana vero & facies tota. Illi vero reveriti, & confuſi, ab hoc iniquo deſtitere conſilio. Et hoc verbum hactenus canunt omnes, nec tantum temporis labefecit, aut hujus ſapientiæ memoriam extinxit. Quot non ſit hoc trophæis ſplendidius? Multas urbes ille condidit, & multos barbaros ſuperavit; ſed meminimus illorum nihil; hoc autem verbum uſque in præſentem diem canitur, & poſteri noſtri, & poſteri illorum omnes id ipſum audient; nec hoc ſolum eſt admirandum, quod audient, verum quod laudibus, & fauſtis verbis proſequentur, dicenteſque laudabunt, & audientes grate ſuſcipient; nec ullus eſt, qui hæc audiens, ſilere poſſit, quin pariter exclamet, & talia dicentem laudet, & innumera ipſi vel defuncto bona precetur: quod ſi propter illud verbum apud homines tanta potitus eſt gloria, quot apud benignum Deum coronas aſſequatur?* Hæc Joannes Chryſoſtomus, immo Flavianus Epi-

(*g*) *Chryſ. hom.* 10. *ad popul. Antioch.*

Conſtantini manſuetudinis nobile exemplum.

PAGIUS chenum e Sede ſua exturbavit. Nam Euſebius in Epiſcopatu Nicomedienſi uſque ad Conſtantini obitum perſeveravit: quippe qui Conſtantinum ante mortem baptizavit Nicomediæ, cum adhuc eſſet illius urbis Epiſcopus, ſi Hieronymo in Chronico hac in re fides adhibenda. Ea certe nullo modo deneganda Ammiano lib. 22. ubi ſcribit, *Julianum* Nicomediæ educatum fuiſſe ab Euſebio Epiſcopo ejuſdem loci, quem genere longius contingebat. Atqui *Julianus* natus eſt anno Chriſti CCCXXXI, ut ſuo loco demonſtrabo: quomodo igitur educari potuit Nicomediæ ab Euſebio, ſi is jam ante illum Chriſti annum relicto Nicomediæ Epiſcopatu, ad

Epiſcopus Antiochenus, revocat in memoriam miniſtris Theodoſii Imperatoris, paratis ulciſci ſcelus Antiochenorum, de ſtatuis ipſius ab eis proſtratis atque confractis. Sed hæc eo magis admiratione digna ſunt in Conſtantino; quod qui ante ſuſceptum ſacrum baptiſmum animo ferox, & ingenio truculentus, parcere neſcius, de ſanguine intime ſibi conjunctis ſupplicium ſumpſit, ac tempore ſummæ pacis (ut vidimus) tempora Neroniana reddidit; ſimulac ſacramento baptiſmi initiatus eſt, mox tantam fuit gratiam impertitam ſibi cælitus conſecutus, ut tam atrox majeſtatis crimen reliquerit impunitum, immo deſpexerit, & riſu fuerit inſectatus. Agebantur hæc in Ægypto, cujus gens quam prona eſſet ad riſam, quamque furens in rixando, quam obſtinata ac pertinax in moriendo, quæ dicta ſunt de eadem ſuperius tomo ſecundo (*a*), ampliſſimam fidem faciunt.

(*a*) *Tom.* 2. *annal. an.* 151.

CLX. Sed, & Aſiæ populos hoc quoque tempore magnopere inter ſe conflictaſſe occaſione diverſitatis rituum in celebrandi ſacri Paſchatis die, Euſebius ſubdit (*b*): *Morbus porro* (inquit) *alius longe graviſſimus iſtis res antegreſſus eſt, qui longo tempore Eccleſiæ multum exhibuiſſet moleſtiæ; diſſenſionem dico de ſalutari Paſchatis feſto ortam. Etenim alii Judæorum ritum ſequendum aſſeruerunt, alii temporis quidem articulum in eo feſto celebrando accurate obſervandum eſſe affirmarunt, non tamen imitandam conſuetudinem eorum, qui errore cæcati, alieni a gratia Evangelii eſſe viderentur. In hac igitur controverſia, cum prolixo jam temporis ſpatio populus ubique admodum diſſenſiſſet, divinæque leges, & inſtituta confuſione quadam eſſent permixta, ita ut temporis in uno eodemque feſto obſervando varietas, & diſcrepantia maximam diſcordiam Paſchatis ſolemnitatem celebrantibus excitaret (quippe eodem tempore alii jejuniis, & corporis afflictione ſe exercebant, nonnulli ſe tradebant otio, & remiſſioni animorum) quamquam nemo certe erat qui huic malo remedium invenire potuerit, præſertim cum contentio diſſidentium animos ex æquo exagitaret: Deo tamen qui omnia poteſt, iſtis rebus mederi erat perfacile. Ex hominibus autem, qui adhuc in terris ætatem degebant, ſolus reſtare videbatur Conſtantinus, qui recte factis ſedulo operam daret, qui quidem, ſimulatque rerum iſtarum commemoratarum fama ad ipſius aures permanavit, intellexitque litteras ad Alexandrinos a ſe miſſas nihil habuiſſe ponderis, novum conſilium animo cæpit agitare, inquiens: Alio prælio contra occultum illum, & clandeſtinum hoſtem, Eccleſiæ ſtatum perturbantem, deintegro decertandum:* Hucuſque Euſebius, qui ejuſmodi Conſtantini conſilium declarat fuiſſe cogendi univerſalis Concilii, de quo anno ſequenti agendum.

(*b*) *Euſeb. in vita Conſt. l.* 3. *c.* 5.

Aſianæ altercationes ob Paſcha.

CLXI. Addit ad hæc Sozomenus (*d*), ad hujuſmodi de Paſchate ſedandas populorum controverſias miſſum antea fuiſſe Oſium Epiſcopum Cordubenſem, qui etiam (ut dictum eſt) legatus fuerat ad componendas diſſenſiones inter Arium, & Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum obortas; una tamen legatione, diverſa negotia, diverſis in locis obiiſſe Oſium a Silveſtro Papa Romæ legatum, ſuperius dictum eſt. Quinam autem eſſent populi, qui a Catholicæ eccleſiæ communi uſu diſſentirent atque ob eam cauſam turbas cierent, S. Athanaſius (*e*) tradit, nempe fuiſſe Cilices, Syros, atque Meſopotamos. Nec enim ejuſmodi ſæpe compreſſa tempore Victoris Romani Pontificis, ac ſæpius pullulans, adeo levis videbatur eſſe controverſia, ut brevi temporis ſpatio per tranſitum ab Oſio tranſigi potuiſſet, ſed quæ multo tempore indigeret; cum nec (ut dictum eſt) unam Aſiæ provinciam tantum, ſed, & Syriam, atque Meſopotamiam magna ex parte ejuſmodi tabes confeciſſet, & ob id Magna Synodo opus haberet, de cujus indictione agemus anno ſequenti.

(*d*) *Sozom. lib.* 2. *c.* 15.

Oſii legatio in Ægyptum.

(*e*) *Athan. lib. de Synod.*

CLXII. Sed jam præſenti anno figamus terminum, qui multiplicitate, & prolixitate rerum atque elucidatione quampluimarum obſcuritatum, ulterius quam par erat, progreſſus videtur: hoc enim res Romæ geſtas a Conſtantino ante baptiſmum, baptiſmi tempore, ac poſtea, proſecuti ſumus; cum recedens idem Auguſtus ab Urbe, de his quæ ſpectarent ad Oecumenicum convocandum Concilium, una cum S. Silveſtro Romano Pontifice conſilio communicato, & quæ agenda forent, firmiter ſtabilitis, profectus eſt in Orientem, civitatem ſuo nomine conditurus, conſulturus pariter afflictatæ Orientali Eccleſiæ hæreſibus atque ſchiſmatibus laceratæ. Sed quonam monitore novus Chriſtianus recens baptizatus tanta molitur, atque rem

Epilogus rerum geſtarum anni hujus.

PAGIUS. ad Conſtantinopolitanam Sedem tranſierat? Anno CCCXL. oſtendam, Euſebium eo duntaxat anno ad Conſtantinopolitanum Epiſcopatum evectum fuiſſe. Denique Valeſius ad lib. 3. Vitæ Conſtantini cap. 59. Baronii ſententiam hoc etiam argumento refellit, quod *Flaccillus* ſeu *Placillus*, qui poſt Paulinum & Eulalium Euſtathio ſucceſſit, inter Epiſcopos qui Tyrenſi Synodo anno CCCXXXV. celebratæ interfuerunt, memoratur ab Athanaſio in Apologia ad Imperatorem Conſtantium, quod ante Valeſium notarat Gothofredus ad lib. 2. Philoſtorgii. Plura hac de re, cum de Euſtathii depoſitione ſermo erit.

Digitized by Google

rem aggreditur maximi omnium momenti, in quo totius Catholicæ fidei cardo verteretur, colligendo tanti ponderis Epiſcoporum conventu? quonam, inquam, potius auſpice atque impulſore, quam ipſo S. Silveſtro, a quo nuper fuerat (ut demonſtratum eſt) baptizatus, tam ſalubre conſilium iniiſſe, atque feliciſſime perfeciſſe putandus? At quod hæc omnia qui veritatis amator eſt, & veri accuratus inſpector haud ingratus vel invitus Silveſtro feret accepta; agedum cuncta, ut ſe habuerunt, & ordine temporis quo geſta ſunt, ſequenti anno, Deo duce, narremus.

JESU CHRISTI ANNUS 325. | SILVESTRI PAP. ANNUS 12. | CONSTANTINI IMP. ANNUS 20.

I. Tempus celebrati Nicæni Concilii.

TRecenteſimus vigeſimuſquintus Chriſti Redemptoris noſtri agebatur annus, Conſulibus Paulino, & Juliano, cum ſacroſancta Oecumenica Synodus Nicææ in Bithynia celebrata eſt. Antequam autem narratione proſequi aggrediamur rerum geſtarum hiſtoriam, more noſtro, de tempore diſſeremus; quo jacto veritatis ſolido fundamento, deinceps ſuperædificanda moles, ſtabili firmitate conſiſtat. His igitur Conſulibus Paulino, & Juliano, celebratum eſſe Nicænum Concilium, Acta Synodi Chalcedonenſis manifeſte teſtantur; dum enim Nicænum fidei Symbolum ibidem recitatur, hæc ex eodem Concilio præmittuntur (a): *Conſulatu Paulini, & Juliani virorum clariſſimorum Coſſ. anno poſt Alexandrum ſexcenteſimo trigeſimoſexto, menſis ſecundum Græcos Deſii die nonodecimo, quod eſt terciodecimo Kal. Juliarum, in Nicæa metropoli Provinciæ Bithyniæ. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, &c.*

(a) Concil. Chalced. act. 2.

II. Fidei ſymbolum abſque nota temporis conſignari ſolitum.

Sed hac in re illud magnopere conſiderandum eſt, ejuſmodi inſcriptionem, qua tam exacte duplici chronographia, nempe Conſulibus, & annis Alexandri, atque una ſimul certo menſe, & die tempus deſcribitur, nequaquam ipſi Nicænæ confeſſioni (ut illic ſe habet) fuiſſe præpoſitam, at ipſi Oecumenicæ Synodo: ſiquidem, ut fidei profeſſio ſub die, & Conſule ederetur, non Catholicorum, ſed hæreticorum tantum fuiſſe conſuetudinem, S. Athanaſius, harum omnium rerum, quibus præſens fuit, optime conſcius teſtatur his verbis (b), cum ejuſmodi primum cogendæ Synodi cauſas affert: Nicæna (inquit) *Synodus non temere habita eſt, ut quæ habeat graviſſimos uſus, & legitimam rationem. Syri etenim, Cilices, Meſopotamiani in cauſa feſti claudicabant, atque una cum Judæis Paſcha celebrabant: & jam tum Ariana hæreſis, quæ contra Eccleſiam inſurrexerat, ſuos propugnatores habebat, qui ipſam defenderent, & qui piis inſidias facerent, Euſebianos ſcilicet. Atque ea cauſa fuit, cur univerſus Orbis in Concilium coiret, ut & eodem die ubique feſtum celebraretur; & hæreſis, quæ ſuppullulaverat, anathemate perceuteretur; quod & factum eſt, nam & Syri in aliorum ſententiam traducti ſunt, & Arianam hæreſim decreverunt pro Antichriſti præcurſatrice habendam eſſe, & ſcriptis contra eam editis placita ſua promulgarunt. Sed tamen cum tot, & tanti viri eſſent, nihil tale, quale iſti, qui nonniſi tres aut quatuor ſunt, auſi fuerunt facere*-

(b) Athan. de Synod.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5818.

SÆC. IV. Anno Urbis 1078. Olymp. 276. an. 1. A. C. 325.

☉ 26. C. ☽. 3 P. 18. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 325.

SILVESTRI PAPÆ 12.

CONSTANTINI 20.

I. Conſules.

[1] ANNum. I. ad XIII. Coſſ. *Anicius Paulinus & Anicius Julianus*, ut colligitur ex libello de Præfectis Urbi. Iſte Anicius Paulinus fuit patruus Anicii Paulini anno CCCXXXIV. Conſulis, Junioris dicti, ut ab iſto diſtingueretur, ut videre eſt apud Reineſium in Familia Anicia pag. 67.

II. Vicennalia Conſtantini, & Decennalia Cæſarum.

Criſpus & Conſtantinus junior Cæſares Imperii Cæſarei Decennalia dedere, ut anno præcedenti oſtendimus occaſione Conſulatus ab utroque ob ea ſolennia ſumti. Quare Nummi Criſpi & Conſtantini junioris, in quibus Vota Vicennalia leguntur hoc anno percuſſi, ſi uterque in iiſdem ſine Conſulari cultu repræſentetur; ſed ſi eum Conſulari habitu ibidem exprimatur, non dubium, quin hujuſmodi Nummi anno trecenteſimo viceſimo primo, quo uterque Cæſar Conſul etiam fuit, & Quinquennalia peregit, cuſi fuerint, ut ea iis, quæ jam dixi, colligere eſt. Vota vero Vicennalia tam anno quinto, quam anno decimo Imperii da mo-

NOTÆ [1] COſſ. *Anicius Paulinus, & Anicius Julianus*. Vulgares Faſti & Leges Juſtinianeæ: *Paulino, & Juliano*. Acta Concilii Nicæni exarata ſunt: *Conſulatu Paulini, & Juliani*. Horum prænomina adhuc inquirimus. Vide Reineſium epiſt. XXIX. ad Rupertum, & inſcriptionem ad A. D. 400. apud Contelorium de Præf. Urb.

cere; ſiquidem nec Conſulem, nec menſem, nec diem addiderunt, &c.

III. Publica acta, & edicta notaſi Conſulibus ſolita.

Ex his igitur perſpicue declaratur, recitatos diem, & Conſules non fuiſſe (ut in aliis accidit) ad Nicænam confeſſionem inditos in inſcriptione, vel additos ad appendicem, ſed ipſius potius extitiſſe Concilii inſcriptionem; ſicut & in aliis quoque Oecumenicis Synodis primum omnium quo anno, menſe, & die fuerint celebratæ, ſolitum fuit inſcribi. Certis quidem monumentis, quo tempore eadem celebrata ſit Synodus, declaratum oportuit, adeo ut nulla poſteris de re perſpicua potuerit dubitatio ſuboriri: ſiquidem edicta Imperatoris Conſtantini, quæ vel Synodum præceſſere, vel eamdem ſunt ſubſecuta, neceſſe fuit Conſulibus conſignari. Etenim jam antea ab ipſo Conſtantino emanarat conſtitutio (*a*), qua caverat, ut conſtitutiones, & edicta poſtinde deprehenſa ubſque die, & Conſule, auctoritate carerent. Quamobrem intrepide Socrates (*b*) de Synodi tempore hæc locutus eſt: *Quod autem ad tempus Concilii attinet; coactum quidem fuit (ſicut ex Annalium commentariis conſtat) Paulino, & Juliano Conſulibus, undecima Kal. Junii, anno ſexcenteſimo trigeſimoſexto poſt regnum Alexandri Regis Macedonum*: Sic ipſe. Sed quod diverſa dies, & menſis poſitus habeatur, cum in Chalcedonenſi Concilio ſignetur XIII. Kalend. Juliarum, apud Socratem vero XI. Kal. Juniarum; niſi error irrepſit vitio librariorum, affirmare neceſſe eſt, id ex diverſis Synodi Actionibus (cum ſingulæ ſuis diebus conſignari conſueverint) accidiſſe, vel, ſi carerent Synodi Actis, ex diverſis Conſtantini literis tunc ſcriptis diverſos dies eſſe notatos.

(*a*) l. 1. de conſt. Prin. C. Theod.

(*b*) Socrat. lib. 1. c. 9. in fine.

IV. Corrigitur Euſebii Chronicon.

Cum autem hæc de Conſulibus conſtent, corrigendum in primis eſt, quod in fine mendoſe habet Euſebii Chronicon, decimoquinto Imperii Conſtantini, & Domini trecenteſimo vigeſimoquarto, cum ex emendatioribus Faſtis neceſſe ſit ſub iiſdem Conſulibus numerare Conſtantini annum vigeſimum, Chriſti vero trecenteſimum vigeſimumquintum. Ipſis quidem Conſtantini Vicennalibus celebratum fuiſſe Nicænum Concilium, Euſebius non obſcure teſtatur, cum ait (*c*): *Quibus ad exitum perductis* (nempe Actis Nicæni Concilii) *ſecundam iſtam victoriam Imperator ſe contra Eccleſiæ hoſtem conſecutum affirmavit; & propterea feſtum triumphale ad Dei honorem illuſtrandum egit. Eadem tempore vigeſimus ejus regni annus completus eſt*. Itemque alibi (*d*) agens de Conſtantio creato Cæſare: *Secundus*, inquit, *filius Conſtantini, avi nomine appellatus Conſtantius, vigeſimo fere Imperii paterni anno, quando publicus ſolemniſque omnium hominum conventus agebatur, renuntiatus eſt Cæſar*. Ac rurſum inferius (*e*): *Ille Nicænus, triumphi nomine, vigeſimo Imperii anno conſtitutus in urbe Nicæa, vium, id eſt, præclaram de hoſtibus victoriam reportabat*.

(*c*) Euſeb. vit. Conſt. lib. 3. c. 14.

(*d*) Idem l. 4. c. 40.

(*e*) Ibid. c. 47.

V. Caſſiodorus corrigitur.

Sic igitur, cum liqueat quibus S. Synodus ſit celebrata Conſulibus, & quoto Imperii Conſtantini anno; corrigendum pariter eſt Caſſiodori Chronicon, in quo ponitur Nicænum Concilium ſub Januarii, & Juſti Conſulatu, quo numeratur annus Conſtantini vigeſimuſtertius, Chriſti vero trecenteſimus vigeſimuſoctavus. Quomodo autem Caſſiodorus in re tam perſpicua fuerit hallucinatus, aperiam. Cum enim ex Euſebii tribus citatis locis acceperit, Concilium Nicænum eſſe habitum anno vigeſimo Imperii Conſtantini; id non accidiſſe putavit ſub Conſulatu Paulini, & Juliani, ſed poſt annos tres, Januario, & Juſto Conſulibus: tot enim numerantur anni ab eo tempore, quo ipſe ponit Conſtantini exordium, nempe a Diocletiani Conſulatu decimo, & Maximiani ſeptimo; & deducit annorum numerum illum uſque ad dictum Januarii atque Juſti Conſulatum. Porro Conſtantii patris obitum, & in-

PAGIUS

more ſculpta, ſuo loco explicavi. Denique Cæſarei Imperii Conſtantini Vicennalia hoc anno exhibita.

III. Concilium Nicænum.

Celebrata *Nicæna Synodus* anno Seleucidarum Alexandræo DCXXXVI. ut habet Socrates lib. 1. cap. 13. ſed non *die XI. Kalendas Julias*, ut ibidem idem Hiſtoricus vitioſo, ut videtur, Codice uſus ſcripſit, ſed die XIX. menſis Dæſii, *quem Romani Junium vocant*, die nempe *XIII. Kalendas Julias* ut legitur in Collectione Græca, quam Tilius edidit. Quod confirmant Auctor Chronici Alex. Concilium Chalcedonenſe, ac Collectio Latina, quam Baronius *Creſconianam* vocat. Annus autem Seleucidarum DCXXXVI. Kalendis Septembris anni Chriſti præcedentis inchoatus eſt. Certe, ſi Concilium Nicænum die XI. Kalendas Junias, ſeu viceſima die menſis Maii congregatum fuiſſet, Conſtantino ad ea, quæ poſt debellatum Licinium geſſit, agenda tempus non ſuppetiiſſet, ut anno CCCXVIII. num. V. demonſtravi. In eadem Collectione Creſconiana aſſeritur, duraſſe Concilium *a die XIII Kalend. Julii uſque ad diem octavum Kalendas Septembris*, quibus ex verbis Synodi Nicænæ initium ea in Collectione accurate conſignatum fuiſſe elicio. Prodit enim Sozomenus lib. 1. cap. ultimo, Conſtantini M. Vicennalia, quæ in diem VIII. Kalendas Auguſti Imperii ejus natalem incidebant, cum Concilii fine concurriſſe: *Cum hæc a Concilio ita decreta eſſent, forte accidit, ut Vicennalia Conſtantini eodem tempore celebrarentur. Eſt enim hic mos Romanis, ut decimo quoque anno uniuſcujuſque Imperatoris publicam agant feſtivitatem. Commodum igitur adeſſe tempus exiſtimans Imperator, Epiſcopos, qui Synodo interfuerant, ad convivium invitavit, donisque convenientibus honoravit*. Eadem Nicephorus lib. 8. cap. 26. tradit, & quod magis eſt, Euſebius, qui Concilio interfuit lib. 3. de Conſtantini Vita cap. 14. 15. 16. & 22.

Por-

ingreſſum Conſtantini in Imperium contigiſſe ſub Conſulatu Conſtantii, & Maximini ſexto, ſuperius manifeſte demonſtratum eſt, ut nullus videatur eſſe relictus dubitationi locus. Quot ergo erravit in numerando annos ab exordio Imperii Conſtantini, totidem oportuit erraſſe in ſtatuendo certo Nicæni Concilii anno, quod ipſius Vicennalibus celebratum fuiſſe conſtat.

VI. Hæc noo attendentes complures tam Latini (a), quam Græci ſcriptores, in eam ſententiam abierunt, Nicænum Concilium triennio perduraſſe, cœptumque eſſe dictis Conſulibus Paulino, & Juliano, ipſumque perductum uſque ad Conſulatum Januarii atque Juſti; immo incertus auctor apud Metaphraſtem (b) profitetur perduraſſe Concilium ſex etiam menſes ultra triennium; quod ſibi vendicat teſtimonio Alexandri, quem ait ſcripſiſſe Acta Synodi; ſunt vero hæc ejus verba: *Cœpit enim quintodecimo Aprilis; finita autem Synodus eſt, cum triennium rurſus perveniſſet ad Aprilem, & excurriſſet uſque ad Septembrem: ſic enim ſapiens adnotavit Alexander qui ſcripſit Acta Synodi*: Hæc ille; ſed quiſquis fuerit, mendaciorum concinnator extitit; quod inferius ſuis locis continget demonſtrari. Ejuſdem quoque ſententiæ aſſertor viſus eſt eſſe Nicephorus (c); at graviora coagmentat mendacia; namdum conſentit celebratam eſſe Synodum Paulino, & Juliano Coſſ. itemque anno vigeſimo Conſtantini, ex quo in Britannia creatus eſt Imperator: addit, decimotertio anno poſtquam idem Imperator venit Byzantium, & vigeſimatertia (forſtaſſe legendum, decimatertia) Indictione, undecima menſis Maji cœptam eſſe, duraſſeque annis tribus paulo amplius: ex quibus videas, haud aliqua temporis, & rerum geſtarum habita exacta ratione, quæ ſuperaddidit, leviter effutiiſſe, cum nulla prorſus ex parte ſubſiſtant. Sed non tam miramur Nicephorum errore lapſum, quam apud aliquos fidem inveniſſe: cum tam evidenter ab Euſebio in primis, qui præſens fuit, mendacii arguatur, dum in locis ſuperius recitatis teſtatur, ipſis Conſtantini Vicennalibus abſolutam fuiſſe Synodum. Quæ igitur cœpta dicitur Paulino, & Juliano Conſulibus, & abſoluta anno Conſtantini vigeſimo, utique affirmandum eſt, uno eodemque anno fuiſſe inchoatam, ac pariter conſummatam.

(a) Cevar. l. 4. Var. lect. c. 15. & Joſeph. Scal. de em. temp. l. 5. cap. de indictionibus.

(b) Apud Lip. to. 6.

Incertus auctor, & Nicephorus redarguitur.

(c) Niceph. lib. 8. c. 16. in fin.

VII. Cæterum ſicut manifeſto errare deprehenduntur, qui dicunt Synodum ſub dictis Conſulibus, & anno vigeſimo cœptam, ſed ad triennium propagatam; ita etiam qui tradiderunt ante triennium cœptam, abſolutam vero nominatis Conſulibus, & anno eodem Imperatoris: quorum ſententia plane dicendum eſſet (quo nihil ſtultius effingi poteſt) tempore Nicæni Concilii Conſtantinum Imperatorem Romæ Criſpum Cæſarem filium, fratres, & uxorem occidiſſe, & Neroniana tempora reddidiſſe: hæc enim omnia hiſce tribus ſuperioribus annis geſta eſſe, quæ ſuperius enarrata ſunt, & diligenti examinatione diſcuſſa, abſque ulla ambiguitate confirmant: affirmareque eumdem Imperatorem eodem tempore Nicænæ interfuiſſe Synodo, ac Romæ itidem commoratum eſſe, & ea quæ dicta ſunt ibidem peregiſſe: riſu digna ſunt hæc, atque ſibilis explodenda. Quamobrem ſicut quatuor, quæ ſubſecuta ſunt Concilia Oecumenica, Sardicenſe, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe, paucorum menſium ſpatio, eodem quo cœpta anno, fuerunt pariter abſoluta; ita & Nicænum Concilium hoc ipſo quo inchoatum anno, eſt ad exitum perductum; nec apud antiquiores reperitur exemplum, quod ultra annum Synodus perduraverit, licet Oecumenica fuerit, & in eam Epiſcopi ab omni Orbis parte convenerint.

Alia ſententia de Synodi tempore confutatur.

VIII. Extant in pervetuſta Creſconiana Collectione poſt Marcellini Papæ Acta, in noſtro autem codice pagina ducenteſima vi-

PAGIUS

IV. Porro in Differt. Hypat. part. 2. cap. 8. num. 8. obſervavi, Vicennalia & id genus feſta, quæ de more die natali Imperii celebrabantur, ſi differrentur, aut anticiparentur (quod aliquando contingebat) in ſimilem alterius menſis diem tranſlata fuiſſe; ut ſi, v. g. Imperator tertio Idus Octobris Imperium ſuſcepiſſet, eodemque die poſt decennium Decennalia exhibere non poſſet, non alio die quam tertio Idus alterius menſis ea ſolennia repræſentaſſe, uti anno CCLXXXIV. num. XII. jam monſtravimus. Quare cum Conſtantinus ipſo Concilii fine Vicennalia Nicomediæ celebrarit, apparet Atticum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ſeu alium quemcumque, qui Creſconii Africani Epiſcopi Conciliorum antiquæ Collectioni hæc verba adſcripſit: *Concilium tenuit uſque ad diem VIII. Kalendas Septembris, Paulino & Juliano* Coſſ. accurate Nicænæ Synodi tempus deſignaſſe, & Conſtantinum Vicennalia hoc anno a die VIII. Kalendas Auguſti Imperii ſui natali, ad diem VIII. Kal. Septembris, diem nempe ſimilis denominationis cum eo, quo Imperium inierat, tranſtuliſſe; non vero, ut perperam diſcurrit Hankius lib. de Byzantinarum rerum Scriptoribus Græcis parte prima cap. 1. num. 86. Concilium Nicænum, poſt Vicennalia, id eſt, poſt Julii diem XXV. per integrum menſem ad Auguſti XXV. diem duraſſe. Quomodo enim hoc verum eſſe poteſt, cum Vicennalia a Concilii fine inceperint, illudque die viceſima quinta Auguſti abſolutum fuerit? Nihil igitur verius, quam Conſtantinum Vicennalia per menſem diſtuliſſe, Conciliumque Nicænum uſque ad diem XXV. Auguſti continuatum fuiſſe.

In Vicennalibus Conſtantini M. terminatum.

V. Vilthemius in Nummis Conſularibus Conſtantini ac filiorum exiſtimavit, Conſtantinum Vicennalia Nicomedienſia anno præcedenti celebraſſe, & præſenti quidem, quo annus viceſimus Imperii ejus cœptus, preces & vota, quæ tra-

Digitized by Google

Tempus Nicæni Concilii teſtimonio Attici. vigeſima, columna tertia, verba hæc ſcripta: *Factum eſt Concilium apud Nicæam metropolim Bithyniæ a die XVIII. Kal. Julias; quod tenuit uſque ad diem VIII. Kal. Septembr. Paulino, & Juliano Conſulibus, qui eſt apud Græcos XVIII. dies menſis* * Δεσίυ. *eorum dies ſecundus, Alexandri anno ſexcenteſimo trigeſimoſexto. Et alia manu: Atticus Epiſcopus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ dixit: Edidi canones ſanctorum Patrum, Olographa, manu mea ſubſcriptos. Amen.* Sequitur in codice conficiendæ Formatæ ex eodem Nicæno Concilio forma præſcripta. Porro cuique recte intuenti perſpicue conſtare poteſt, hæc quæ recitata ſunt, fuiſſe appendicem ad Nicænos canones ab eodem Attico ad Africanos Epiſcopos, cum ab illis de iis eſſet interpellatus, miſſos: ipſos autem Nicænos canones, qui præcedebant in volumine, fuiſſe ab Antiquario, ſive ab ipſo Collectore prætermiſſos, quod deſcripti ſuperius haberentur in Nicæno Concilio. Ex Synodo enim ſexta Carthaginenſi hujuſmodi rogatio facta erat (a): *Unde petimus venerationem tuam, ſancte Papa Aureli, ut quia hoc authenticum Concilium Nicænum in urbe dicitur eſſe Conſtantinopolitana, aliquos cum ſcriptis suæ ſanctitatis mittere digneris, &c.* Miſſa namque fuit legatio ad Atticum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, qui reſcribens ad Aurelium Antiſtitem Carthaginenſem & collegas, canones per Marcellum legatum miſit; extat ipſius epiſtola, noſque eam inferius ſuo loco ponemus.

(a) Conc. Carthag. 6. c. 4.

IX. Quota æra Nicæna Synodus habita. Inſcriptio autem illa, quæ præfixa legitur ſacris Nicænis regulis, qua per æram tempus Synodi definitur, licet ea ex parte vera conſiſtat, cum celebrata ponatur, æra trecenteſima ſexageſimatertia; tamen cum Synodum habitam dicat, vivente adhuc Licinio Juniore, haudquaquam probari poteſt; ſed & in annis ab Alexandri regno numeratis depravata eſſe dignoſcitur; ſic enim ſe habet: *Itaque cum convenisset hoc ſanctum, & Magnum Concilium apud Nicæam Bithyniæ civitatem, Conſtantino Auguſto, & Licinio Cæſare, Conſulatu Paulini, & Juliani, decimotertio Kal. Juliarum, quæ eſt apud Græcos decimuſnonus dies menſis eorum* Δεσίυ, *ſecundum Alexandriam trigintaunum* *, *æra trecenteſimaſexageſimatertia, ſtatuta ſunt ab Epiſcopis, quæ infra ſcripta ſunt, & ex Græco in Latinum verſa ſermonem. Et placuit, ut hæc omnia mitterentur ad Epiſcopum urbis Romæ Silveſtrum:* Ita ibi. Fortaſſe Oſius, quod Hiſpanus eſſet, Cordubenſis Epiſcopus, appoſuit æræ numerum, quæ eſt peculiaris numerandi ratio Hiſpanorum.

X. Error Sozomeni de Julio PP. Sed quod ad tempus itidem ſpectare videtur; quidnam eſt, cum tam perſpicue conſtet eandem S. Synodum celebratam eſſe ſub Silveſtro Romano Pontifice, id quidem manifeſte profitentibus legatis ſuis ipſorum ſubſcriptionibus, quidnam eſt, inquam, quod Sozomenus ſub Julio Papa celebratum affirmat? nam ait (b): *Julius autem Epiſcopus Romanus, ætate quidem ingraveſcente præpeditus, abfuit; ſed Vitus, & Vincentius, ejuſdem Eccleſiæ preſbyteri, pro illo adfuere:* Hæc ipſe. Secutus eſt Nicephorus (c) quoque Sozomenum tam turpiter errantem. Sed quanam occaſione ille prior tam clara luce lapſus impegit? Equidem arbitror, Julii Papæ ſententiam ab eo minus exacte percognitam errandi offendiculum ipſi fuiſſe. Recitat S. Athanaſius (d) ejuſdem Julii Papæ epiſtolam, in qua ſcripta iſta leguntur: *Noſtri preſbyteri, qui tunc in Nicæno Concilio aderant, de ipſius recta fide conteſtabantur.* Hæc, puto, verba legens Sozomenus, firmiter aſſeverare non eſt veritus, ſub Julio Nicænum Concilium celebratum, & legatos illos ab eodem Julio miſſos eſſe. Sed ſic ipſum dixiſſe; *Noſtri preſbyteri*, conſtat, quod Romanæ Eccleſiæ miniſtri eſſent, ſed ab ipſo Silveſtro Romano Pontifice miſſi; nec alius

(b) Sozom. l. 2. c. 26.

(c) Niceph. l. 8. c. 24.

(d) Athan. Apolog. 2.

PAGIUS

Vicennalia Conſtantini Nicomedienſia. tradit Euſebius, ob illum annum oblata, ſed quæſtionem eſſe, *non de votis, precibuſque toto Orbe terrarum variis locis, atque temporibus ob Vicennalia Conſtantini oblatis; ſed de Votis ſolemnibus illis, quæ deinde in Annales publicos & in faſtos æternæ memoriæ cauſa referrentur, quæ fuerunt Nicomedienſia illa & Romana, de quibus in libris de Vita Conſtantini non agit Euſebius.* Sed valde hallucinatur Vilthemius; Euſebius enim diſerte de feſto Vicennalium agit, illudque non tantum Nicomediæ ſed & in Provinciis celebratum fuiſſe aſſerit: *Tanto igitur ſucceſſu*, inquit Euſebius, *Imperator exhilaratus iis, qui Synodo minime interfuiſſent, gratiſſimum fructum per literas præbuit. Sed & univerſis populis, tam iis qui per agros, quam qui in urbibus habitabant, magnam pecuniæ vim diſtribui juſſit; publicam feſtivitatem ob viceſimum Imperii ſui annum hac ratione concelebrans.*

VI. Ita Euſebius cap. 22. Neque Vicennalia & id genus feſta in Annales publicos alio anno, quam quo edita erant, referebantur, neque alio anno ab Imperatore, alio in Provinciis celebrabantur. Quare non erat cur Vir doctiſſimus ab omnibus Antiquis hac in re recederet; cum Nummi filiorum Conſtantini cum habitu Conſulari repræſentatorum non anno præcedenti, quo tertium Conſulatum geſſere, ſed anno CCCXXI. quo ſecundum Conſulatum iniere, & Quinquennalia peregere, percuſſi fuerint. Epiphanius in hæreſi LXX. quæ Audianorum fuit, ait, hos Hæreticos hæc Catholicis exprobraſſe: Ὅτι ὅτε τὰ γενέθλια τοῦ Κωνσταντίνου, τότε μετεποιήσατε, φησὶ τὸ Πάσχα: idest; *Et cum Natalis, inquiunt, Conſtantini celebraretur, Paſchatis rationem immutaſſe.* Petavius in Notis ad illum locum ait: *An nativitatis diem, an Imperii Natalem intelligat, dubitari poteſt?* Verum ibi de Natali Imperii ac Vicennalibus Conſtantini Nicomedienſibus agi certiſſimum; cum in Conci-

Ab hoc anno divelli non poſſunt.

lius poteſt eſſe verborum illorum ſenſus. Potuit etiam ea mendoſo, ne dicam mendaci, Euſebii Chronico idem Sozomenus decipi, dum dicto Conſtantini anno ponitur ingreſſus Silveſtri Romani Pontificis, cui duo tantum anni tribuuntur; cum liqueat, longe poſt ipſum ſedere cepiſſe, & adhuc anno ejuſdem Imperatoris nono ſub Conſulatu Voluſiani Melchiadem fuiſſe ſuperſtitem, (ut ex iis, quæ tum ex Optato, tum etiam Auguſtino dicta ſunt, conſtat) atque inſuper annos propemodum novem poſt Nicænum Concilium Silveſtrum ſupervixiſſe; quod inferius anno ejuſdem obitus apparebit.

XI. Sed enormior Photii (a) error eſt, qui eamdem Nicænam Synodum ſub Silveſtro, & Julio Eccleſiæ Romanæ Pontificibus tradidit celebratam. At quare non ſub Marco etiam, qui medius interceſſit inter Silveſtrum, & Julium? Quod ſi cœptam vult eſſe ſub Silveſtro, abſolutam vero ſub Julio, certe quidem ad annorum duodecim ſpatium perduraſſe eam oportuit: quo inſulſius nihil poſſet excogitari. Vide, obſecro, in quot deformes ferantur errores, qui ſemel rectam regulam temporis tranſgrediuntur. ☞ Sed ad dictorum omnium Græcorum Auctorum excuſationem dici poſſe exiſtimavit doctiſſimus Jacobus Davy Epiſcopus Ebroicenſis, librariorum potius fuiſſe vitium, qui pro πολιὸς, (quod eſt ſenex) Ἰούλιος ſcripſerint, dixiſſeque Photium Silveſtrum ſenem mutuatum a Sozomeno nomen (licet ipſe neminem proprio vocet nomine) atque librarius itidem, quod duo putavit eſſe illa nomina propria, pluralem addiderit numerum dixeritque: Romanæ Eccleſiæ Pontificibus; ita ipſe pio ſemper animo quærens quomodo quemque excuſes, magis quam erroris arguat ☜. Sed hæc de tempore coactæ Synodi ſatis.

(a) Phot. l. de ſeptem Concil.

Photii delirium.

XII. Cauſa autem cogendi hujus ex univerſo Chriſtiano Orbe Epiſcoporum Concilii, tum ex iis, quæ in fine anni ſuperioris dicta ſunt, tum etiam ex iis, quæ hujus anni exordio, ex Athanaſio recitavimus, manifeſta redditur; nimirum ut Orientali Eccleſiæ duabus præcipue infeſtatæ cladibus ex Arianorum hæreſi, quæ nimium invaleſcebat, & Quartadecimanorum ſecta, quæ compreſſa ſæpius iterum reviviſcebat, iidem Epiſcopi opem ferrent. Erant & aliæ turbæ Alexandrinam Eccleſiam exagitantes, ſchiſma nempe Meletianum, & Colluthiana factio; qui poſtea Arianis dantes manus, perinde ac rivi in flumen ſemel immiſſi, deſierunt antiquo nomine perceuſeri, & nova ſunt Arianorum appellatione nuncupati.

Cauſa cogendi Nicæni Concilii.

XIII. Cum igitur (ut dictum eſt) interpellato Arianorum potiſſimum cauſa Silveſtro Papa ab Alexandro Epiſcopo Alexandrino, ab eodem Oſius Cordubenſis legatus miſſus eſſet in Ægyptum, ac poſtea in Orientem eodem munere functus, ut qui diſceſſerant populi ab Eccleſia ob cauſam Paſchatis, revocaret: utroque labore ob repugnantium pertinaciam caſſo reddito, opus eſſe, ad tot tantaque Eccleſiaſtica diſſidia componenda, univerſali Synodo, eidem Romano Pontifici viſum eſt, quod & ab eodem Imperatori Conſtantino tum Romæ agenti fuit facile perſuaſum. Alexandrum quoque, quem diximus, Epiſcopum Alexandrinum, de hac ipſa re litteris apud eumdem Imperatorem egiſſe, Epiphanius tradit (b). Hinc eſt, quod Ruffinus ait (c), ex ſacerdotum ſententia Conſtantinum Nicænum convocaſſe Concilium, ſed & redeuntem ex legatione Oſium ipſum id præſtitiſſe, Sozomenus demonſtrare videtur his verbis (d): *Verum ubi contra quam expectabat, res ſuccederet, & contentio reconciliationem concordiæ impediret, Oſiuſque ad pacem faciendam miſſus, re infecta, reverteretur: Conſtantinus indicit Concilium Nicææ urbis Bithyniæ, ſcribitque ad omnes Eccleſiarum Præſides, ut ad diem præſtitutum adſint*: Hæc Sozomenus,

Quorum perſuaſione Concil. fuerit convocatum.

(b) Epiph. hæreſi 68.
(c) Ruffin. lib. 1. c. 1. in fine.

(d) Sozom. lib. 1. c. 16.

PAGIUS

lio Nicæno de Paſchatis celebratione ſermo fuerit; eo abſoluto, Conſtantinus Vicennalia peregerit, & genuinum hujus Imperatoris Natale vel *III. Kal. Martii*, vel *pridie Kalend. Aprilis* contigerit, ut alibi diximus; ac denique Vicennalia & hujuſmodi feſta *Natalis* nomine ab Antiquis non raro deſignentur. De Conſtantini Vicennalibus rurſus infra.

VII. Gothofredus in Chronologia Cod. Theod. exiſtimat, Concilium Nicænum celebrari cœptum eſſe menſe Maio, die nempe XI. Kal. Jun. quia X. Kal. Jun. Conſtantinus Niciæ dedit Legem 3. Codicis Theodoſiani, *De diverſis reſcriptis*. Quam ſubſcriptionem velut ſingularem annotandam dicit; *utpote cum ea & annum & menſem, quo Synodus habita, egregie ſtabiliat*. Sed fallitur Vir doctiſſimus: *Conſtantinus* enim ante celebrationem Concilii Nicææ aderat, & tam Euſebius in Vita Conſtantini lib. 3. cap. 10. quam Socrates lib. 1. cap. 8. ſolum ſcribunt, Epiſcopos omnes unum in locum conveniſſe, & Imperatoris proceſſum expectaſſe: hunc autem poſt illos in locum Concilii adveniſſe, & poſtquam ad caput ſubſelliorum fuiſſet, primum medium ſtetiſſe, ac non prius aſſediſſe, quam Epiſcopi ei innuiſſent. Conſtantinus itaque ultimus quidem in mediam ædem palatii, ubi Synodus habenda erat, venit, non vero ultimus Nicæam, ut male Socratem & Euſebium Gothofredus interpretatus eſt. Ex laudata itaque ſubſcriptione illud diſcimus, *Conſtantinum* jam die viceſima tertia menſis Maii Nicææ fuiſſe, quod ab Hiſtoricis obſervatum non fuit, licet Concilium ante diem decimam nonam menſis Junii inchoatum non fuerit, ut ſupra monſtravimus.

Tempus celebrati Concilii Nicæni.

VIII. A num. XIII. ad XIX. Nicænam Synodum a *Conſtantino* Imp. convocatam eſſe docent Euſebius lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 6. Socrates lib. 1. cap. 5. Theodoretus lib. 1. cap. 7. &

Digitized by Google

Abſque Romano Pontifice non poteſt agi concilium.

nus, qui ſic dicit a Conſtantino indictum eſſe Concilium, quod litteris Imperatoris Epiſcopi convocati fuiſſent. Cæterum, quod religio eſſet, abſque Romani Pontificis auctoritate Univerſale Concilium congregare, quod (ut ait Socrates *a*) id Eccleſiaſticus canon omnino prohiberet, quo (inquit) *vetitum erat, ne decreta abſque ſententia Epiſcopi Romani Eccleſiis ſancirentur.* Ac ſubinde eo inconſulto nequicquam tractare liceret; interpoſitam eſſe Silveſtri auctoritatem nemo jure poterit dubitare, idque cogente antiqua Eccleſiæ traditione: quod enim non alicujus ſpecialis Concilii, ſed abſolute citetur a Socrate canon Eccleſiaſticus, plane declarat id firma regula in Eccleſia Catholica inviolabiliter ſervari ſolitum. Præceſſiſſe igitur ante omnia Silveſtri Papæ auctoritatem, plane dignum atque æquum eſt exiſtimare, immo & affirmare neceſſarium: actum namque de his anno præterito inter Silveſtrum, & Conſtantinum, cum idem Imperator Romæ eſſet, ſuperius dictum eſt.

(a) Socrat. lib. 1. c. 13.

XIV. Quale autem ſtudium, quantamve diligentiam Conſtantinus Imperator ad tam egregium opus præſtandum adhibuerit, Euſebius declarat his verbis (*b*): *Deinceps igitur Concilium Generale tamquam quemdam Dei exercitum inſtruens, in unum locum coegit, & Epiſcopos undique per litteras honorifice ſcriptas, ut eo maturarent, accivit. Neque mandatum duntaxat erat ad hanc rem datum, ſed in ea peragenda multum attulit ſubſidii auctoritas Imperatoris ac nutus, qui nonnullis fecit poteſtatem equis publice ad iter celeriter conficiendum diſpoſitis utendi: aliis permagnum jumentorum, ſtratorum, quibus veherentur, numerum ſuppeditavit.*

(b) Euſeb. in vita Conſtant. lib. 3. c. 6. 7. 8. 9.

Conſtantini ſtudium in convocando Nicæno Concilio.

Civitas autem Bithynia, quæ Nicæa ἀπὸ τῆς νίκης, id eſt, a victoria nomen traxit, Concilio celebrando admodum idonea, deſignata fuit. Ubi autem edictum in quaque Provincia divulgatum erat, omnes ſimul cum animorum alacritate, tamquam e carceribus ad curſum emiſſi, propere advolarunt. Nam bonorum ſpes ipſorum mentibus injecta, vel potius pacis fruendæ poteſtas, & novi ac peregrini cujuſdam miraculi ſpectaculum, quod in tali Imperatoris vultu oſtendebatur, eos allexit plurimum. Poſtquam autem omnes in unum convenerunt; opus illud divina providentia factitatum, pro certo jam intellectum fuit. Nam non ſolum qui animorum diſſenſione erant, ſed etiam qui corporibus, regionibus, locis, gentibus longiſſime disjuncti, unum in locum aggregati ſunt; atque una Civitas eos omnes, tamquam maximam ſacerdotum coronam ex multiplici nitidorum floſculorum varietate contextam, excepit. Ex omnibus namque Eccleſiis, quæ frequentes in tota Europa, Africa, & Aſia extiterunt, Dei miniſtri, qui facile primas ferre putabantur, in unum convocati.

Templum etiam Nicææ, velut Dei nutu, amplificatum, intra parietes ſuos Syros pariter, & Cilices, Phœnices, Arabes, & Palæſtinos, Ægyptios porro, Thebanos, Afros, aliosque ex Meſopotamia profectos recepit. Aderat etiam unus in Concilio Perſidis Epiſcopus, nec ab hoc choro Scyta abfuit. Pontus item, Galatia, Pamphilia, Cappadocia, Aſia & Phrygia viros apud ſe lectiſſimos ſuppeditarunt. Quinetiam Thraces, Macedones, Achæi, Epirotæ, & quorum domicilia multo longiore intervallo diſtabant, eo adventarunt. Ex ipſis Hiſpaniis unus nominis, & XV.

Ex quibus provinciis Epiſcopi venere.

PAGIUS

Conſtantinus Synodum Nicænam convocavit.

& in Vita S. Jacobi Niſibenſis, Sozomenus lib. 1. cap. 16 Gelaſius Cyzicenus lib. 2. de Actis Nicæni Concilii cap. 5. & Nicephorus lib. 8. cap. 14. His adde epiſtolam Synodicam Nicæni Concilii ad Eccleſiam Alexandrinam, quam deſcripſit Theodoretus lib. 1. cap. 11. Metrophanem & Alexandrum in Actis Nicænæ Synodi apud Photium in Bibliotheca codice CCLVI. Epiphanium hæreſi LXIX. Juſtinianum Imp. Collatione 1. Concilii V. Generalis, Gregorium Presbyterum Cæſarienſem Oratione in Nicænos Patres, & Epheſinam Synodum Collatione 1. in relatione ad Theodoſium & Valentinianum Impp. de abdicatione Neſtorii, ubi dicitur: *Fides a trecentis decem & octo Patribus in Metropoli Nicæna a ſanctæ memoriæ Conſtantino congregatis expoſita.* Hinc tamen inferri non poteſt, auctoritatem convocandi Concilia Oecumenica ad Romanum Pontificem non pertinere; cum Eccleſia eam in Romanis Pontificibus agnoverit, eamque ei attribuant Patres ſecundi Concilii Oecumenici Conſtantinopoli habiti in epiſtola Synodica ad Damaſum, quam Theodoretus refert lib. 5. cap. 9. ubi ad literas Romani Pontificis Concilium indicentis ſe convenire debere Epiſcopi Orientales agnoſcunt, adduntque: *Nunc vero poſtquam Synodum Romæ nutu Dei congregantes, nos etiam pro fraterna erga nos charitate veſtra, tanquam membra propria, per religioſiſſimi Imperatoris literas evocaſtis.* Quare fatentur, Romanum Pontificem potuiſſe Romæ indicere Concilium Generale, ad quod ne convenirent, anguſtiam dumtaxat temporis, velut excuſationis legitimæ rationem protulerunt. Præterea inferri non poteſt, jus convocandi Concilia Oecumenica ad Romanum Pontificem non pertinere, ex eo quod Nicænum convocarit Conſtantinus; cum is abſque aſſenſu Silveſtri Pontificis Maximi Concilium Nicænum non convocarit. Quod conſtat ex eo quod Legatos Silveſter miſerit, qui ſuo nomine Concilio præfuere. Hinc Synodus ſexta Generalis Actione 18. in ſermone acclamatorio Silveſtrum cum Conſtantino Nicænam Synodum congregaſſe, diſerte aſſerit: *Arius*, inquit, *diviſor & partitor Trinitatis inſurgebat, & continuo Conſtantinus ſemper Auguſtus, & Silveſter laudabilis magnam atque inſignem in Nicæa Synodum congregabant.*

IX. Reſpondet Launoius part. 6. Epiſtolarum in Epiſt. ad Ludovicum Habertum Mommorium, hæc non a Synodo, ſed in Synodo dicta eſſe ab eo qui

& famæ celebritate inſignis cum aliis multis in confeſſu illo adfuit. Et quamquam urbis illius, penes quam Imperium eſt, Epiſcopus, ingraveſcenti ætate prepaditus abfuit; ejus tamen presbyteri, qui aderant, illius locum ſuppleverunt. Talem coronam ſolum ex omni præterita ætatis memoria unus Imperator Conſtantinus pacis vinculo ad Chriſti gloriam devinxit, & quo Salvatori ſuo gratias ageret, eximium iſtud victoriæ ab hoſtibus, & inimicis partæ monumentum obtulit, effigie chori Apoſtolici pulchre in hoc noſtro Conventu expreſſa. Nam dicitur in ſacris lit-
(a) Act. 2. *teris (a), illorum temporibus viros pios ex omni natione, quæ ſub cælo eſt, in unum conveniſſe, inter quos erant Parthi, Medi, Elamitæ, & qui incolunt Meſopotamiam, Judæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenem, & advenæ Romani, Judæi, & Proſelytæ, Cretes, & Arabes. Verum hoc illis defuit, quod non omnes, qui eo convenerunt, ex Dei miniſtrorum numero erant illi quidam: ſed in hoc præſenti choro fuit Epiſcoporum multitudo ad numerum ducentorum quinquaginta, & amplius; presbyterorum autem, diaconorum, acoluthorum, & aliorum qui iſtos comitabantur turba ne enumerari quidem poteſt. Atque ex his Dei miniſtris alii prudenter, & diſerte dicendo, alii vitæ gravitate, & conſtanti rerum arduarum perpeſſione, nonnulli, quaſi media inter iſtos interjecta vivendi conſuetudine eximii, præclara laudis inſignia adepti ſunt. Erant inter hos etiam non pauci, qui propter longinquum temporis ſpatium, quo vixerant, multum honorati fuerunt; multi qui in ipſo ætatis flore propter ingeniorum acumen magnum ſplen-*

dorem ſunt conſecuti; quidam modo in miniſterii quaſi curſum ingreſſi. Quibus quidem omnibus cibaria in ſingulos dies Imperator large, & liberaliter ſuppeditari mandavit: Hucuſque Euſebius.

XVI. Addit Gregorius presbyter Cæſarienſis: *(b) Cum ſancti Patres, non ſecus ac quædam apes operariæ ex floridis pratis, unuſquiſque ex propriis Eccleſiis ſurgentes, perveniunt Nicæam, locum qui componit ulvearia Orthodoxæ opinionis: devenit Conſtantinus cum audiſſet ſacram, & Angelis reverendam ſanctorum Patrum veniſſe præſentiam, ſtatim ex veſtibulo convenientibus eos proſequitur honoribus.* Quinam vero eſſe ſolerent ejuſmodi, quos Gregorius dicit, convenientes honores, quibus Conſtantinus ad ſe accedentes ſuſcepit Epiſcopos, declarat ex Euſtorgio Suidas, cum agit de Leontio Tripolis Lydiæ Epiſcopo ab Euſebia Auguſta faſtuoſa muliere accerſito; ad quam hæc ille reſpondit (c): *Si me vero ad te venire volueris, debita Epiſcopis reverentia conſervata; ego quidem ingrediar; tu autem ſtatim de ſublimi iſto ſolio deſcendens reverenter mihi obviam procedas, & caput meis manibus ſupponas, benedictionem acceptura: ac deinde ego ſedeam, tu vereeunde aſtes, cum juſſero dato ſigno, ſeſſura. Si hæ, inquam, tibi conditiones placuerint, veniam ad te: ſin alio modo, non tam multa dabis, tam magna non poteris, ut nos, honore Epiſcopis convenienter neglecto, divinum ſacerdotii inſtitutum violemus:* Hæc Leontius, quem ob exactam rerum, & Eccleſiaſticorum rituum obſervationem nonnulli Eccleſiæ Regulam nominabant.

(b) Apud Metaph. die 20. Jul.

Conſtantinus venientibus Epiſcopis occurrit.

(c) Suid. in Leontio.

XVII. Quod ſi hæc tamquam debita ſacerdotio ſibi vendicat Epiſcopus licet a Catho-

PAGIUS

Concilia Eccleſiæ conſenſu ab Imperatoribus convocata.

qui acclamationem excitavit: rem non eſſe, de qua Synodi Patres ſigillatim pronuntiaverint: quare relata verba illius eſſe tantum, qui Conſtantino Imp. acclamavit, anno poſt Nicænam Synodum CCCLV. Verum, etſi præfata verba Synodi ſextæ non ſint, ea tamen probando ſua fecit, nec eſt neceſſe ut Patres hac de re ſigillatim pronunciaverint: ridiculum eſt enim id exigere in rebus quæ Fidei dogmata aut Eccleſiæ diſciplinam non ſpectant, ſed Hiſtoriam & facta ſingularia. Satis eſt, ut id in Concilio dictum ſit, reclamante nemine, ut hanc fuiſſe ſententiam Concilii conſtet, ut jam Viro docto obſervatum, qui & contra ſe ipſum objicit ex octava Synodo Oecumenica Actione V. in qua Vicarii Orientalium Sedium dixerunt: *Scitis quia in præteritis temporibus Imperatores erant, qui congregabant Synodos, & ex tota terrarum Orbe Vicarios ad diſpoſitionem hujuſmodi cauſarum colligebant, quorum more & Dei cultor Imperator noſter univerſalem hanc Synodum non in obſcuro, neque in clandeſtino, ſed evidenter ac manifeſte fecit, videlicet ſanctiſſimorum Vicariorum ſenioris Romæ noſtrumque Collegium.* Ex quibus verbis colligi videtur, Nicænam Synodum Conſtantinum & alias Synodos Oecumenicas Orientis alios Imperatores pari jure convocaſſe. Ad quam auctoritatem ipſemet reſpondet, Imperatores convocaſſe quidem Concilia, ſed ex Eccleſiæ conſenſu, non vero ſummo jure; vel poteſtate præſidii, non vero poteſtate regiminis. Duplex enim auctoritas in Conciliorum convocatione concurrere poteſt, Eccleſiaſtica & Civilis: Eccleſiaſtica, ut damnentur hæreſes, extinguantur ſchiſmata, ſacri Canones ad ſanciendam condantur diſciplinam; Civilis, ut Canones a Concilio conſtituti in foren ſi etiam judicio vim Legis obtineant, & per omnes Imperii Provincias executioni tradi poſſint, & ut hæreticorum contumacia regia etiam auctoritate comprimatur.

X. Indixerunt igitur Synodos Romani Pontifices, vel convocando Epiſcopos, vel eorumdem convocationi aſſenſum ſuum præbendo, quod fecit S. Silveſter, quia *Generalium Synodorum convocandarum auctoritas Apoſtolicæ Sedi B. Petri ſingulari privilegio tradita eſt*, ut ait Pelagius II. Indixerunt eaſdem Synodos Imperatores, ut Eccleſiæ laboranti ſuppetias ferrent, ut ipſi opitularentur, ut Canonum ſe executores ac tutores demonſtrarent. Quare ob auctoritatem non regiminis, ſed præſidii Conſtantinus M. indixit Ni-

Sed auctoritate præſidii non regiminis.

Honores Epiſcopis debiti & miraculo confirmati.

licæ communionis conſortio excluſus; quanto æquius exhibenda Orthodoxo erunt Epiſcopo? At ne quis putet, Dei ſacerdotes ejuſmodi honores indebite ſibi uſurpare; hic obiter de divino hac in re judicio meminiſſe ſit ſatis, cum Valentiniano dedignanti aſſurgere S. Martino Epiſcopo, e ſella egreſſus eſt ignis, qui eum non aſſurgere modo compulit, & viro occurrere, atque manibus ejus caput ſubmittere, ſed & ad genua accidere, coegitque proſterni veſtigiis; de quo Venantius Fortunatus hiſce carminibus præclare admodum (*a*):

(*a*) *Venant. Fortun. de de vita S. Mart. lib. 3.*

Hinc celer exiliit rapiens ſe Cæſar, & ardens
Martini genua amplectens, pedibuſque volutans;
Sicque ſuperbum hominem ſe agnoſcere pœna coegit.
Vilia regna probans, & celſa cacumina curvans,
Imperiale caput Sancti ad veſtigia ſubdens.

At de his alias; ad Patres nunc veluti poſtliminio revertamur.

XVIII. Numerus Epiſcoporum Nic. Concil.

Quod ergo Euſebius recenſens Epiſcopos, qui ad Concilium convenerunt, dicit ad numerum ducentorum quinquaginta, & amplius perveniſſe, attentius eſt exquirendum; videtur enim in numeri notam irrepſiſſe mendum; nam Socrates (*b*), Euſebii verba recitans, ait ad trecentorum numerum, & amplius eo conveniſſe. Itemque depravatum putamus locum epiſtolæ Euſtathii Antiocheni Epiſcopi, qui Synodo interfuit, quam recitat Theodoretus (*c*): ubi ſcribitur numerus ducentorum ſeptuaginta. Epiſcoporum Nicæni conventus. Sed præſtat his omnibus Athanaſii ſententia, quæ purior relicta, ac proinde verior, duobus in locis eadem reperitur, cum in epiſtola ad Jovianum Imperatorem, tum in diſputatione adverſus Arium ſcripta, in quibus trecenti decem, & octo Epiſcopi Synodo interfuiſſe dicuntur. Profitetur id ipſum bis Epiphanius (*d*), Hilarius (*e*) itidem, Ruffinus (*f*), & Theodoretus (*g*); ſed & Sozomenus (*h*) idem ſignificaſſe viſus eſt, cum ait eidem Concilio præſto fuiſſe Epiſcopos circiter trecentos atque viginti; Marius Victorinus (*i*), qui eodem ferme vixit tempore, trecentos quindecim numerat. Porro ea ſententia cæteris prævaluiſſe viſa eſt, qua dicitur trecentos decem & octo eidem Magno Concilio interfuiſſe Epiſcopos; quam quidem uſus probaſſe videtur, nam quotieſcumque contingit citari Nicænum Concilium, & de Epiſcoporum numero mentionem haberi, totidem recenſentur treceni decem, & octo Patres, adeo ut ſtultum plane ſit, ne dicam temerarium, id iterum in controverſiam revocare. Nec quemquam de hac re ambiguum reddat longe minor his Epiſcoporum numerus, quo modo reperiuntur eſſe ſubſcripti; ſi quidem ex immenſo neque irreparabili Nicænorum Actorum naufragio, eos ibi conſcriptos haberi, pro miraculo pene cenſeri poſſe exiſtimarim. Deeſſe enim in ea ſcriptione quamplurimos, ex eo quoque quis conjicere poterit, quod cum nonnullarum provinciarum longe poſitarum, ut Palæſtinæ, Phœnices, Cœleſyriæ, Ægypti, & aliarum, Epiſcopi plurimi ſubſcripti reperiantur, aliarum tamen minori ſpatio diſtantium perpauci tantummodo recenſentur.

(*b*) *Socrat. lib. 1. c. 5.*

(*c*) *Theod. lib. 1. c. 8.*

(*d*) *Epiph. hæreſ. 69. & in Ancorato.*

(*e*) *Hilar. lib. contra Conſtant.*

(*f*) *Ruffin. lib. 1. c. 1.*

(*g*) *Theod. lib. 1. c. 7.*

(*h*) *Sozom. lib. 1. c. 16.*

(*i*) *Mar. Victorin. adverſ. Arium lib. 2. prope finem.*

XIX. Viri illuſtres qui interfuerunt Nicæno Concil.

Priuſquam autem res in Nicæno Concilio geſtas oratione proſequamur; conſiſte, obſecro, ac conquieſce mecum hic paulisper, amice lector, donec nobiliſſimi ſanctorum cœtus florentiſſimæ Patrum coronæ, & celeberrimi conventus ſanctiſſimorum Antiſtitum, qui cæteris fama præſtantiores atque eminentiores elucere videntur, attentius ana ſpectemus, quos aliqua antiquitatis memoria in tanta rerum obſcuritate illuſtriores reddit. Qui primus omnium ſe oculis offert, duplici legatione conſpicuus, eſt Oſius Epiſcopus Cordubenſis, Hiſpaniarum Epiſcoporum vicem, atque (ut dictum eſt) Silveſtri Romani Pontificis perſonam gerens, & collegarum legatorum primarius.

XX. Oſius legatus Silveſtri.

Accidit enim ei, perinde ac poſtea Cyrillo Alexandrino Epiſcopo, qui, quod ipſi delegaſſet vices ſuas Cæleſtinus Roma-

PAGIUS

cænam Synodum, ut quæ pacem Eccleſiæ ſpectabant, procuraret, *tamquam communis epiſcopus*, ut eum vocat Euſebius. Neceſſe autem erat prioribus Eccleſiæ ſeculis Chriſtianorum Imperatorum auctoritatem ad Synodorum convocationem concurrere, ob alias etiam rationes. Primo, quia Eccleſia temporale dominium non habebat, neque alicujus urbis ut Provinciæ obtinebat Imperium, neque tunc Reſpublica erat in Eccleſia, ſed Eccleſia erat in Republica, ut ait Optatus; adeoque neceſſe erat, ut Imperatores, locum aliquem & urbem Imperii ſui aſſignarent ad celebrationem Concilii. Secundo, quia publicis expenſis deducebantur, reducebantur, alebantur Epiſcopi, indeque litterarum *Tractoriarum* uſus. Tertio, quia legibus cautum erat, ne Conventus fierent abſque Imperatorum licentia. Quare nunquam coacta ſunt Concilia ab Imperatoribus, ut auctoritatem ſuam ab illis mutuarentur, unde merito exclamat Athanaſius in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes: *Quando unquam judicium Eccleſia ab Imperatore auctoritatem habuit?* ſed ut ab eis protectionem obtinerent, ac eorum poteſtate freti Antiſtites, Hæreticorum facilius frangerent contumaciam. Quo pacto Nicænum Concilium Conſtantinus M. convocavit. Qua de re fuſius ab aliis actum.

XI. A num. XIX. ad LXII. Nicæno Concilio præfue-

Digitized by Google

manus Antiſtes, in Concilio Epheſino locum primum inter alios deinde miſſos legatos tenuit. At quænam ratio, ut Oſius primo loco ante collegas legatos, & ſecundæ ſedis, & tertiæ, Alexandrinæ, & Antiochenæ Epiſcopos, & ante totius Africanæ Eccleſiæ Primatem Cæcilianum (ut de aliis taceam) ipſe ſubſcripſerit, niſi locum teneret, & perſonam repræſentaret ampliſſimæ omnium poteſtatis? Præter autem Epiſcoporum ſubſcriptionem, quam citavimus, de legatione Oſii a Romano Pontifice expreſſe teſtari videtur ipſorum legatorum epiſtola ad Silveſtrum; quæ licet in multis mendoſa ac depravata penitus habeatur, hæc tamen pura verba in ea relicta extant ipſius exordio: *Beatiſſimo Papæ urbis Romæ omni reverentia colendo Silveſtro Oſius Epiſcopus Provinciæ Hiſpaniæ, Civitatis Cordubenſis, Victor, & Vincentius presbyteri urbis Romæ ordinati ex directione tua*, &c. Sic pariter videas in Concilio Oecumenico Sardicenſi, primo loco Oſium ſubſcripſiſſe, ut poſt eum deinceps Archidamum, & Philoxenum legatos Romanos presbyteros, ut ex Actis ejuſdem Concilii ab Athanaſio (a) recitatis apparet: confirmat hoc ipſum de Oſii legatione, quod S. Leo, & alii Romani Pontifices tres fere legatos ad Oecumenica Concilia ex antiquo uſu mittere conſueverant, & ex ois unum ſaltem Epiſcopum! Nihil hac de re dubitarunt Græci ſcriptores, qui de Synodo Magna Nicæna tractarunt, ut Dalmatius Cyzici Epiſcopus, qui Oſium inter legatos Apoſtolicos numerat. Sed & Photius (b) id ipſum viſus eſt affirmaſſe, cum Victori, ſeu Vito, atque Vincentio legatis Apoſtolicæ ſedis adjungit ipſum Epiſcopum Cordubenſem. ☞ Sed & Hadrianus Papa in Epitome Canonum ad Carolum Magnum, abſque controverſia Oſium ab Apoſtolica Sede una cum Victore, & Vincentio presbyteris deſtinatum ad Nicænum Concilium affirmat ☜. Delectus hic fuit inter omnes Occidentalis Eccleſiæ Epiſcopos, quorum præclara eruditio erat, ſpectataque vitæ ſanctimonia, ob ſingularem quamdam tum doctrinæ, tum virtutum præſtantiam, & admirabilem in rebus agendis dexteritatem atque prudentiam; quem & tempore Maximiani Imperatoris confeſſionis gloria effulſiſſe, ſatis ſuperius dictum eſt: quamobrem Athanaſius eum, Magnum Oſium, nominare conſuevit; ſed de eo plura inferius. Porro ex Romanis presbyteris delectos fuiſſe ad id muneris obeundum præſtantiores, quis dubitet?

(a) *Athan. apolog. 2.*

(b) *Phot. de 7. Synodis.*

XXI. *Alexandri Episc. Alex. ſpectata virtus, & Euſtathii.*

Qui vero primus omnium adverſus graſſantem Arii impietatem ſublime vexillum erexit, & Synodo interfuit, Alexander Epiſcopus Alexandrinus extitit, Catholicæ Eccleſiæ præclariſſimum decus, & ornamentum; qui innumeris ferme ſanctorum elogiis prædicatur, ac denique anniverſaria memoria in S. Eccleſia celebratur (c). Sed & qui præ meritorum excellentia ex Beroeenſi ad Antiochenam Eccleſiam (ut diximus) tranſlatus eſt, Euſtathius, eidem Magnæ Synodo præſto fuit, qui ex tot tantiſque ſanctiſſimis Epiſcopis delectus eſt, ut in eodem ſacro Concilio publicas Deo gratias ageret: hunc Athanaſius, ad ſolitariam vitam agentes ſcribens, confeſſione clarum fuiſſe tradit. Verum ad aureæ vitæ gloriam incomparabilem, futuris certaminibus, cum pro pietate exilium ſubiit, & exul occubuit, mirificam ſuperaddidit claritudinem; cujus memoria pariter in Eccleſia Catholica die anniverſaria reviviſcit (d). Macarius item Eccleſiæ Hieroſolymitanæ venerandus Antiſtes interfuit; cui ſatis ad laudem, quod hoſtes ipſi Catholicæ fidei, Ariani, illum ſibi præcipue adverſarium eſſe, ſuis ipſorum litteris teſtati ſunt (e); ob idque idem Athanaſius (f) adnumerat eum inter præclariſſimos fidei defenſores, ceu plane dignum, qui ſacris tabulis cum ſanctis viris adſcriberetur, & nomen ejus annuatim in Eccleſia audiretur (g). Porro horum omnium res geſtas ſuis locis opportunius dicturi ſumus.

(c) *Martyrol. Rom. die 26. Febr.*

(d) *Mart. Rom. die 16. Julii.*

(e) *Apud Epiph. hæreſ. 69.*

(f) *Athan. orat. cont. Arian.*

(g) *Martyrol. Rom. die 10. Martii.*

XXII. Duxit ſecum Alexander Epiſcopus Alexandrinus eximios quoſdam, & qui præ cæteris in Ægypto videbantur effulgere pietate, ſacros Antiſtites, quos ſacra ſtigmata decorabant, atque adeo ut quiſque eorum ad confutandam Arianam impietatem

PAGIUS *Præſides Synodi Nicænæ.*

fuerunt *Hoſius* Cordubenſis Epiſcopus, *Vitus* & *Vincentius* Presbyteri, Silveſtri Pontificis Romani, cujus Legati erant, nomine, ut liquet ex Gelaſio Cyziceno lib. 2. Hiſtoriæ Concilii Nicæni cap. 5. ubi ex tertio libro Euſebii de Vita Conſtantini cap. 7. ſe iſta tranſcripſiſſe profitetur: *Ipſe etiam Hoſius ex Hiſpaniis, nominis & famæ celebritate inſignis, qui Silveſtri Epiſcopi maximæ Romæ locum obtinebat, una cum Romanis Presbyteris, Vitone & Vincentio, cum aliis multis in conſeſſu illo adfuit. Urbis autem illius, penes quam Imperium eſt, Epiſcopus, Metrophanes nomine, ingraveſcente ætate præpeditus abfuit; ſed Presbyteri ejus qui aderant, illius locum ſuppleverunt.* Eadem refert Photius cap. 88. Verum eſt, Euſebii textum nunc ea non habere quæ ex eo Cyzicenus refert; ſic enim ſolum apud ipſum legitur loco laudato: *Ab ipſa quoque Hiſpania vir ille multo omnium ſermone celebratus, una cum reliquis alius conſedit. Aberat quidem Regiæ urbis Antiſtes ob ſenilem ætatem: ſed præſto erant Presbyteri, qui vices ejus implerent.* Ita etiam hunc locum refert ad verbum Socrates lib. I. cap. 5. ſed mutilum eſſe in vulgatis editionibus Euſebii notavit Marca. Quis enim erit Hiſpanus ille, quamvis famæ celebritate conſpicuus, ſi nomen ejus ſilentio damnetur? Porro ſi conſulatur Gelaſii Codex, ſtatim lacuna illa detegitur; verbis

tem poſſet Apoſtolicum illud ore libero intonare (*a*): *De cætero nemo mihi moleſtus ſit; ego enim ſtigmata Domini Jeſu in corpore meo porto.* Quot enim erant eorum cicatrices obductæ, tot eſſe ora videbantur aperta, quæ Chriſti Filii Dei divinitatem, pro qua teſtanda vulnera illa magna conſtantia acceperant, jugiter glorioſo præconio proclamarent. Quorum duo tantum nobis noti ſunt nomine, Potamon, atque Paphnutius, ille Heracleæ in Ægypto, hic vero Thebaidis Superioris (ut Socrates tradit *b*) Epiſcopus; reperitur ille ſubſcriptus Nicæno Concilio una cum aliis Ægypti Epiſcopis, hic autem ſecus; ut plane vel hoc ſaltem exemplo intelligas, multos in ſerie illa Epiſcoporum deſiderari; cum hic, cujus celebris eſt mentio apud omnes, & teſtificatio non obſcura, interfuiſſe ipſum Nicæno Concilio, inter illos tamen minime numeretur. Quod autem ad Potamonem ſpectat, jam diximus, hunc in perſecutione Maximini ob egregiam Chriſti nominis confeſſionem, altero oculorum, effoſſo illo, privatum: quo tempore Euſebius Cæſarienſis concaptivus hoc ipſum ſibi metuens, Præſidi parens, evaſit (*c*). Sprevit iſte Meletium, ſimulac malam cauſam cum fovere cognovit; & Alexandro inhærens, inter primos adverſus Arianam hæreſin decertavit; cujus cauſa (ut S. Athanaſius (*d*) auctor eſt, noſque ſuo loco dicemus) ſub Philagrio ſæviſſimo Præſide Ariano, infracto animi robore, martyrium conſummavit; quo ſummæ gloriæ titulo deſcriptus habetur in Eccleſiaſticis monumentis (*e*).

(a) Galat. 6.
Potamon & Paphnutius Epiſcopi.
(b) Socrat. lib. 1. c. 1. 8.
(c) Epiph. hæreſ. 68.
(d) Athan. epiſt. ad ſolitar.
(e) Martyr. Rom. die 18. Maii.

XXIII. Paphnutius, & ipſe orbatus oculo, ac poplite inſuper excíſus, eadem urgente perſecutione, ſic clarius videns, & recto pede incedens in Evangelium, in acie adverſus Arium inter primos comparuit, qui antea in eremo ſub Magno illo Antonio militaverat. Athanaſius in rebus geſtis ejuſdem Antonii, hunc non oculo, ſed oculis, fidei cauſa, ſub Maximiano orbatum tradit, hiſque ſtigmatibus inſignitum vixiſſe monachum apud Antonium; ſed puto errorem interpretis, cum omnes de uno tantum effoſſo oculo affirment; hunc pariter una cum Potamone junctis manibus adverſus Arianos ſtrenue decertaſſe, indicat epiſtola quadragintaſeptem Ægyptiorum Epiſcoporum ſcripta ad Conciliabulum Tyri habitum, qui inter alios Sanctos Epiſcopos mox poſt Potamonem Paphnutius ſubſcriptus habetur (*f*). Affirmat Ruffinus (*g*), hunc claruiſſe miraculis; de eo enim ſic ſcribit: *Fuit præterea in illo Concilio & Paphnutius homo Dei, Epiſcopus ex Ægypti partibus, confeſſor ex illis, quos Maximinus dexteris oculis effoſſis, & ſiniſtro poplite ſucciſo, ad metalla damnaverat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia, ut ſigna per eam non minora, quam dudum per Apoſtolos fierent. Nam & Dæmones verbo tantum fugabat, & ægros ſola oratione curabat; ſed & cæcis dicitur viſum reddidiſſe, & paralyticos ad ſtabilitatem corporis revocaſſe. Quem Conſtantinus in tanta veneratione, & affectu habuit, ut ſæpius eum intra Palatium evocatum complecteretur, & oculum illum, qui in confeſſione fidei evulſus fuerat, avidioribus oſculis demulceret:* Hæc Ruffinus. Porro natalis ejus dies anniverſaria memoria celebris eſt in Eccleſia (*h*).

De Paphnutio confeſſore.
(f) Apud Athan. apolog. 2.
(g) Ruffin. lib. 1. c. 4.
(h) Martyrol. Rom. die 11. Septemb.

XXIV. At ne quis Paphnutii pulchro nomine decipiatur, ſcire debet, hoc eodem tempore alterum vixiſſe Paphnutium, eumdemque apud ſuos clarum confeſſionis gloria, profeſſione monachum, ſed ex Meletii ſchiſmate faventem Arianis; cujus epiſtolam cum recitat Athanaſius, a quorum partibus ſteterit, manifeſte declarat (*i*). Meminit ejuſdem Epiphanius (*k*), & ipſum non confeſſorem tantum, ſed & filium feminæ quæ confeſſionem fecerat, tradit, miſſumque legatum cum aliis a Meletianis ad Conſtantinum, quando illi cum Euſebio Nicomedienſi amicitiam inierunt, & Ariana hæreſi infecti ſunt, de quorum legatione ſuo loco dicetur. Ab adverſariis autem Epiphanium de Meletianis mutuatum eſſe hiſtoriam illam dicimus.

Duo Paphnutii.
(i) Athan. apolog. 2.
(k) Epiph. hæreſ. 68.

XXV. Inter alios porro Catholicæ fidei coryphæos, enituit in ſacro illo Patrum conſeſſu Paulus Neocæſareæ Euphrateſiæ Epiſcopus, qui & ipſe perſecutionis tempore multa atque gravia perpeſſus, de impietate proſtrata victoriæ trophæa ſecum gerebat; de quo hæc Theodoretus (*l*): *Paulum præterea Epiſcopum Neocæſareæ (eſt hoc quidem caſtellum ad Euphratis littora ſitum) Licinii rabies tunc acerbe torſerat; nam primum ambæ manus ei colligatæ erant; deinde ferrum candens illis ad-*

Paulus Epiſcopus Neocæſareæ Euphrateſiæ.
(l) Theod. lib. 1. c. 7.

PAGIUS bis enim illis generalibus Euſebii ſtatim ſubjicitur *Hoſii* nomen & Legatio: cujus niſi jam meminiſſet Euſebius, ſcopum ſuum non attigiſſet. Recenſere namque voluit Provincias, quæ Epiſcopos ſuos ad Nicænam Synodum miſerunt, & nihilominus in illa tam accurata relatione Italiam & urbem Romam omiſiſſet: quod abſurdum fuiſſet. Itaque non tantum ex Cyziceno, ſed & ex Euſebio conſtat, *Hoſium* cum Romanis Presbyteris Vitone & Vincentio, S. Silveſtri nomine, Concilio Nicæno præfuiſſe. Cæterum fallitur Petrus de Marca, dum ſcribit, *Alexandrum* Conſtantinopolitanum tunc tantum Presbyterum fuiſſe, quando Nicæna Synodus habita eſt, eumque a *Metrophane* ad illam miſſum eſſe. Nam jam hoc tempore *Metrophanem* demortuum, Baronius recte oſtendit.

XII. Reſpondet Launoius in Epiſtola ad Raimundum Formentinum, ex Eccleſiaſticis aliquibus monumentis colligi quidem, *Vitum & Vincentium* geſſiſſe vices Silveſtri, atque ita Concilio Nicæna adfuiſſe, non vero præfuiſſe. Non enim omnis

Hoſius Synodo Nicænæ præfuit.

Digitized by Google

admotum; quo nervi, quibus articuli commoveri ſolent, contracti labefactatique fuerunt. De eodem quoque Gregorius presbyter (*a*): *Neocæſareæ Euphrateſiæ S. Paulus genitalia membra igne amiſit, Licinii inſaniæ effectus ludibrium.* Cauſam autem, cur ſic eum Licinius mulctarit, ſuperius attulimus.

(*a*) *Apud. Lipoman. ſym. 6.*

XXVI. Jacobus Epiſcopus Niſibis.

Sed & omnibus ſpectatiſſimus in eodem conventu præclarus eluxit Jacobus Niſibis in Meſopotamia Epiſcopus; ſubſcriptus enim & ipſe habetur inter Syriæ Epiſcopos, de quo Theodoretus (*b*): *Jacobus Epiſcopus Antiochiæ urbis Mygdoniæ (hanc autem Syri, & Aſſyrii Niſibin appellant) vixit eâ temporis; qui & mortuos excitavit, inque numerum vivorum reſtituit, & infinita alia edidit miracula, quæ in hoc rurſum opere inſerere, ſupervacaneum arbitror, præſertim cum ea ſint a me in hiſtoria, quæ Philotheus inſcribitur, commemorata.* Quantum hic ipſe præterea fuerit divinis litteris imbutus, Gennadius (*c*), recenſens ab eo ſcriptos commentarios, oſtendit, qui & de adventu ejus ad Nicænum Concilium meminit, ſicut & alii plures; iſte autem ſecundo loco ſubſcriptus reperitur inter provinciæ Meſopotamiæ Epiſcopos. Viget in Eccleſia ejuſdem memoria annua celebritate ſolemnis (*d*), titulo confeſſoris inſigniti ob certamen fidei exantlatum tempore Maximini. Sed de eo inferius ſæpe.

(*b*) *Theodoret. lib. 2. c. 7.*

(*c*) *Gennad. de vir. illuſtr.*

(*d*) *Mart. Rom. 15. Jul.*

XXVII. Aroſtanes Epiſcopus in Armenia.

Ex Superiore Armenia advenit Magnus ille Aroſtanes Epiſcopus; ſucceſſit hic inſigni atque celebris famæ viro Gregorio Armeno, qui Majoris Armeniæ Regem (ut dictum eſt) ad Chriſti fidem convertit, qui pari ſtudio cum Conſtantino ad propagandam Chriſtianam religionem, & idololatriam deſtruendam, incubuit. Ambo hi novi Principes Chriſtiani litteris ſe mutuo ſolabantur. In Actis enim ejuſdem Gregorii hæc leguntur (*e*): *Erant autem hi, Conſtantinus, inquam, & Tyridates, tamquam lucidæ ſtellæ, alter quidem Occidentem, Conſtantinus ſcilicet (reſpectu enim Majoris Armeniæ Occidentem verſus ſitum eſt Romanum Imperium) alter vero Orientem, luſtrantes, honeſteque, & ſuaviter reſplendentes. Evaſerat Tyridates pietate ferventiſſimus, & multis jejuniis, & oratione ne monachis quidem cedens, qui in his ſe exercent monaſteriis. In hac ergo ſacra Synodo, & alter alterum juverunt Reges, & tum alio honore ſe invicem affecerunt, tum etiam per litteras collætati ſunt ſententiæ communione, & vera pietate. Porro autem acceſſit etiam Armeniæ Epiſcopus Aroſtanes, cum Imperator Conſtantinus eum accerſiſſet, qui ipſe quoque fuit pars ſacri cœtus.* Hæc ibi. Reperitur & ipſe ſubſcriptus, ſed depravata voce Ariſteus, ſeu Acrites, vel Ariſtarces dictus. At manifeſti erroris arguitur Nicephorus (*f*), cum ait interfuiſſe Nicææ Synodo hujus prædeceſſorem Gregorium, quem longe antea conſtat eſſe defunctum. Minoris autem Armeniæ, hoc eodem tempore Conſtantini, Rex erat Arſaces, qui tributum pendebat eidem Conſtantino Imperatori, a quo tamen eum abſolvit, ſic reſcribens ad Probianum (*g*): *Præter privatas res noſtras, & Eccleſias Catholicas, & domum clariſſimæ memoriæ Euſebii ex Conſule, & ex Magiſtro equitum, & peditum, & Arſacis Regis Armeniorum, nemo ex noſtra juſſione præcipuis emolumentis familiaris juvetur ſubſtantiæ, &c.* Sed proſequamur Epiſcoporum ſeriem, qui virtutum præſtantia celebrioris ſunt nominis.

(*e*) *Apud Metaph. die 29. Septemb. & Lipom. t. 6.*

(*f*) *Niceph. l. 8. c. 14.*

(*g*) *L. 2. de Annon. & tribut. Cod. Theod.*

XXVIII. De Leontio Cæſarienſi.

Aſtitit & inter alios ille toti Orienti conſpicuus, numquam ſatis laudandus Leontius Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopus, quem Gregorius presbyter (*h*) Angelis parem appellat: *Cujus,* inquit, *multi quidem, etiam antequam veniret ad Nicænam Synodum, emanarunt ſudores propter fidem; multi autem per ipſum martyres, & victores athletæ proſtraverunt adverſarium; multique uſi vita ejus doctrina, cives evaſere cæleſtes; ex eis enim unus quoque eſt Gregorius Magnus inter victores athletas, qui invenit reliquias ſanctorum martyrum. Ripſimes, & Gaianæ, & impudicum Tyridatem prius quidem evertit, deinde etiam uſque ad fidem convertit:* Hæc Gregorius de Leontio, qui Magnum illum Gregorium Majoris Armeniæ (ut dictum eſt ſuperius) ordinavit Epiſcopum. Ejuſdem quoque ſumma cum laude meminit S. Gregorius cognomento Theologus, dum de patre ſuo agit, qui ad Chriſti fidem capeſſendam (Gentilis enim erat) inductus, baptizatus eſt coram ipſo ac collegis Epiſcopis. Contigit id hoc ipſo anno, cum Cæſarea diſcedens,

ven-

(*h*) *Extat apud. Lipom. t. 6.*

PAGIUS

mnis, qui præſens adeſt Concilio, huic præſidet: alioqui tot eſſent Concilii Præſides, quot Epiſcopi Concilio præſentes adeſſent. Verum, ut jam Viris doctis obſervatum, turpiter hallucinatur Launoius. Quamvis enim adeſſe Concilio, & præeſſe non ſit idem, tamen adeſſe Concilio, Romani Pontificis nomine, & vices illius ibi gerere, idem eſt quod illi præeſſe. Qui enim Romani Pontificis in Synodo vices gerit, eum in Synodo locum tenet, muniſque illa obit, quæ obiret Pontifex Romanus, ſi inibi præſens eſſet. Quod confirmat duplex locus S. Leonis, quo Launoius abutitur. Primus habetur epiſt. 47. ad Synodum Chalcedonenſem: *Amplectendum,* inquit, *clementiſſimi Principis plenum religione conſilium, quo ſanctam Fraternitatem veſtram ad deſtruendas inſidias Diaboli, & ad reformandam Eccleſiaſticam pacem voluit convenire, beatiſſimi Petri Apoſtoli jure atque honore ſervato, adeo ut nos quoque ſuis ad hoc literis invitaret, ut venerabili Synodo noſtram præſentiam præberemus; quod quidem nec neceſſitas temporis, nec ulla conſuetu-*

do

venturus ad publicum Patrum conventum Nicænum, Nazianzo tranſiens, apud eumdem divertit. Rem geſtam haud ſilentio prætereundam, hic ipſius Gregorii Nazianzeni verbis, qui accurate eam proſecutus eſt, intexere, dignum exiſtimavimus. Recenſitis enim impenſis a pia matre officiis, ut virum adhuc Gentilitio errore detentum ad ſalutarem Chriſtianam religionem perduceret; quomodo tandem hoc anno facta ſit voti compos, luculenter enarrat his verbis (a).

(a) Greg. Orat. in funere patris.

XXIX.

Gregorius pater Gregorii Nazianz. baptizatur.

Huic autem (nempe parenti) *ad ſalutem adipiſcendam adjumento erat, cum ratio ipſa curationem paulatim admittens, tum inſomniorum etiam viſio, quibus animam ſalute dignam plerumque Deus beneficio afficit. Sed quæ tandem fuit iſta viſio? Neque enim quicquam in tota narratione mihi perinde jucundum videtur. Putabat ſe, quod numquam fecerat (quamvis uxor in oratione frequens eſſet) ex Davidis Pſalmis eam partem canere (b): Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus. Novus erat, & inſuetus hic cantus; ſimulque cum cantu cupiditas ingreditur. Quod ubi mulier intellexit; voti jam compos facta, oblatam occaſionem arripit, viſionem in hanc jucundiſſimam partem interpretans, beneficiique magnitudinem animi lætitia declarans, ſalutemque adurgens; ne quid, quod vocationi obſtaret, intercederet, negotiumque abrumperet, in quod tanto ſtudio incubabat; ac proinde cum res ita nata fuiſſet, ut ad profligandum nuper exortum Arii inſanum dogma, quo Divinitas ſcindebatur, permulti Epiſcopi Nicæam properarent; Deo ſeſe, veritatiſque præconibus tradidit, ac deſiderium confitetur, communiſque ſalutis auxilium ab iis poſcit; in quibus illuſtris quoque Leontius erat, qui metropolim tum noſtram moderabatur.*

(b) Pſalm. 121.

XXX.

Quæ mira de Gregor. ſeniori.

Miraculum autem, quod hic quoque divina gratia editum eſt, ſi reticuero, male certe de ipſa gratia meritus videri poſſim. Hujus porro teſtes ſunt non pauci. Spirituale quoddam erratum exactæ diſciplinæ magiſtri committunt; idque quod futurum erat ſuperna gratia præſignat, & ſacerdotii forma cum Chriſtiana inſtitutione miſcetur. O initiationem minime ſpontaneam! etenim in genua flexus, fidei elementis imbuitur; adeo ut multi non perſpicaciores tantum, ſed etiam minore ingenii acumine præditi, non obſcuris ſignis confirmati, quod poſtmodum evenit, prædicerent: Hæc in catecheſi acciderunt, cum in ſolemnibus quibuſdam verbis mutata forma eſt, ut non quæ ad initiandum ſacro baptiſmate, ſed quæ ad imbuendum aliquem ſacerdotio ſolent dici, fuerint errore prolata, futuri ejus præſagium ſacerdotii. Sed quod accidit divinitus oſtenſum prodigium, dum baptizatus eſt, idem ſubdit his verbis:

XXXI.

Quæ in baptiſmate contigere.

Non multum temporis interfluxerat, cum huic miraculo miraculum aliud adjungitur; hunc autem ſermonem piis auribus commendabo; nam apud profanas animas nulla res præclara fidem invenire poteſt. Ad eam regenerationem, qua per aquam, & Spiritum renaſcimur, accedit, per quam Chriſtiani hominis creationem atque conſecrationem, terrenique ad ſpiritualem immutationem tranſitumque profitemur: & quidem cum ardenti cupiditate, & luculenta ſpe accedit, animum pro viribus ante perpurgatus, atque tum animo, tum corpore majori cura diligentiaque luſtratus, quam qui olim a Moyſe tabulas accepturi erant (c): illis enim non ultra veſtem, exiguamque ventris compreſſionem ad brevem quamdam; & extemporalem corporis caſtimoniam, luſtratio ſeſe porrigebat; huic vero ad divinam illuminationem omnis intermedia vita præparatio quædam fuit, & purgationem præcedens purgatio, cæleſti dono ſecuritatem afferens, ut baptiſmus vitæ puritati tuto committeretur, minimeque periclitaretur bonum illud in animi habitudine adverſus gratiam audace. Egreſſum vero ex aqua lux, & gloria eo animi affectu, cum quo ad fidei donum acceſſit, digna circumfulſit, nonnullis quidem etiam aliis perſpicua, qui tum miraculum illud apud ſe continebant; idcirco efferre non auſi, quod unuſquiſque viſionem hanc ſibi obtigiſſe crederet; ſed aliquanto poſt illud inter ſe diſſeminarunt; ei autem qui baptiſtæ, & initiatoris munere fungebatur, ita clara, & perſpicua, ut ne myſterium quidem pectore clauſum te-

(c) Exod. 19.

PAGIUS

de poterat permittere: tamen in his Fratribus Paſchaſino & Lucentio Epiſcopis, Bonifacio & Baſilio Presbyteris, qui ab Apoſtolica Sede directi ſunt, me Synodo veſtra Fraternitas exiſtimet præſidere. Præſentiam igitur ſuam exhibuit Synodo S. Leo per præfatos Legatos, qui præterea Synodo ejus nomine præfuerunt. Alter locus habetur in epiſt. 49. ad Marcianum Auguſtum, juxta etiam veterem ordinem: *Fratrem & Coepiſcopum meum Paſchaſinum de ea Provincia, quæ videretur eſſe ſecurior, evocatum, qui vicem præſentiæ meæ poſſit implere, direxi, Bonifacio fratre noſtro & compresbytero ſocio, & his, quos antea miſeramus, adjunctis, conſortem illis fratrem quoque meum Julianum addentes Epiſcopum. . . . . . . Quia vero quidam de Fratribus contra turbines falſitatis non valuere Catholicam tenere conſtantiam, prædictum fratrem & Coepiſcopum meum vice mea Synodo convenit præſidere.* Quare idem eſt præſentiæ Pontificiæ vicem implere, & Synodo illius vice præſidere; ac proinde cum *Vitus & Vincentius* Silveſtri vice Nicænæ Synodo adfuerint, & ejus præſentiam ſuppleverint, illi quoque Nicæno Concilio Silveſtri nomine præfuerunt.

XIII.

Quod ſpectat Hoſii προεδρίαν, fatetur Launoius, illum e Nicænæ Synodi Præſidibus unum fuiſſe,

tenere potuerit; ſed eum, quem inungebat, ſibi in Epiſcopatu ſucceſſurum, palam publiceque clamaverit: Hucuſque Gregorius de parente hoc anno ſacro initiato baptiſmate.

XXXII. *Gregorius ſenior Epiſcopus eligitur.* Cæterum accidit, ut paulo poſt ſanctus ille Epiſcopus, qui eum baptizaverat, ex humanis ſublatus ſit, & vacante diu cathedra illa, tandem idem pater ipſius ad ſacerdotium, & Epiſcopatus munus fuerit aſſumptus, ut idem declarat his verbis: *Cum ſilvoſam, & agreſtem accepiſſet Eccleſiam, non ita pridem ab Epiſcopis gubernari ſolitam, ſed quæ ab uno tantum ex anteceſſoribus ſuis exornata fuiſſet, viro ut eximiis atque angelicis moribus prædito, ita ſimpliciori quam ſint qui hac tempeſtate populo præſunt; eoque etiam celerrime rebus humanis exempto, perdiu neglectam, & quia nullius Antiſtitis cura excolebatur, deſertam, & in vepres redactam; eam, inquam, cum talem accepiſſet, primum ferinos hominum mores haud magno negotio mitigavit, &c.*

XXXIII. Sed jam unde occaſione Leontii digreſſa eſt oratio, paulo latius pervagata ad ea quæ ab ipſo in itinere geſta ſunt, ad propria revocetur. Hunc ipſum Magnus Athanaſius (*a*) inter illos recenſet, qui hoc tempore in Eccleſia videbantur eſſe columnæ; cujus & celebre nomen in Eccleſiaſticis tabulis hoc laudum titulo celebratur (*b*): *Hic ſub Licinio adverſus Gentiles, & ſub Conſtantino adverſus Arianos plurimum decertavit.* Illud vero monendum putamus: cum omnes affirment citati auctores, Leontium Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopum interfuiſſe Nicæno Concilio, cui & ſubſcriptus inter alios reperitur in calce, ut nulla de his poſſit ſuboriri dubitatio; putatur S. Baſilius (quod humanum eſt) memoria lapſus eſſe, cum Leontii ſucceſſorem Hermogenem ſediſſe ait cum Patribus in Nicæno Concilio, ſic dicens (*c*): *Hermogenes, ex diametro hoſtis erat Arii improbatæ opinionis, quemadmodum manifeſtum eſt ex fide, quæ primum ab illo viro Nicææ pronunciata eſt:* Alio loco idem Baſilius (*d*) nominat eumdem Hermogenem Epiſcopum Cæſareæ Cappadociæ civitatis.

(*a*) *Athan. orat. 1. contra Arian.*

(*b*) *Martyrol. Rom. die 23. Januar.*

(*c*) *Baſil. epiſt. 82.*

(*d*) *Idem ep. 74.*

XXXIV. *Eutychius Epiſcopus Amaſeæ.* Ex nobili autem urbe Amaſena Eutychius advenit Epiſcopus, ſucceſſor martyris Baſilei, qui ſecundum præcedentes prophetias ob egregia virtutis merita, hunc ipſum deſignavit eligendum ſucceſſorem Epiſcopum, ut ejuſdem Baſilei Acta teſtantur ſuperius magna ex parte recitata: ſubſcriptus hic reperitur Nicæno Concilio inter Epiſcopos Majoris Armeniæ. Recenſetur præterea a Sozomeno (*e*) inter celebriores ſanctitate Antiſtites, qui ſacroſancto huic Concilio interfuerunt, *Amphion Epiſcopus Epiphaniæ.* Amphion Epiſcopus Epiphaniæ urbis Ciliciæ, qui eidem Synodo ſubſcriptus habetur, clarus & ipſe perenni memoria confeſſionis ſub Maximino (*f*). Tantæ vero æſtimationis in tam celebri Patrum conventu hic fuit, ut (quod dicetur ſuo loco pluribus) depoſito anteſignano Arianorum Euſebio Nicomedienſi, in locum ejus fuerit ex omnium ſententia ſubrogatus (*g*).

(*e*) *Sozom. l. 1. c. 10.*

(*f*) *Martyrol. Rom. die 12. Junii.*

(*g*) *Athan. Apol. 2. & Theod. l. 1. c. 20. & alii.*

XXXV. *Fide, & operibus præſtantes Epiſcopi.* Provinciæ vero Thraciæ clariores enituerunt Alexander Epiſcopus Conſtantinopolitanus, de quo plura ſuperius, & inferius de eodem rurſum dicturi ſumus. Magnæ quoque famæ fuit Hypatius Gangrenſis Epiſcopus, qui & auctus eſt (ut ſuo loco narrabitur) corona martyrii: tali enim præconio eum Græci in primis celebrant bis in Menologio (*h*), necnon Latini, cum anniverſariam ejus natalem diem commemorant (*i*) S. Athanaſius (*k*) agens contra Arianos, quoſdam recenſet ſanctos Epiſcopos magni nominis viros Apoſtolicos, fidei Catholicæ defenſores acerrimos, inter quos numerantur Eupſychius Epiſcopus Tyanenſis in Cappadocia, Longinus Epiſcopus Neocæſarienſis in Ponto, Protogenes Sardicenſis, quem (ut vidimus) Conſtantini quoque Imperatoris illuſtrat edictum; ſed & Piſtus Epiſcopus Athenienſis: hos autem, & alios quos nominat, ejuſmodi eſſe tradit, ut nihil ſit quod in eorum ſcriptis ſuſpicari quis poſſit erroris: *Sincera enim* (inquit) *& ſimplicia Apoſtolicorum virorum ingenia ſunt*: Qui omnes ſubſcripti pariter leguntur eidem Nicæno Concilio.

(*h*) *Menolog. die 29. Mart., & 14. Nov.*

(*i*) *Mart. Rom. die 14. Nov.*

(*k*) *Athan. orat. 1. contra Arian.*

XXXVI. Inter tot plane rutilantia cæli aſtra, ceu fulgentiſſimum ſidus apparuit Nicolaus Epiſcopus Myræ in Lycia; quod ejus Acta teſtantur tum a Methodio, tum etiam ab

Ann. Eccl. Tom. IV. N aliis

PAGIUS *Celebritas Hoſii.* ſe, ſed negat, præfuiſſe Romani Pontificis nomine. Præfuiſſe fatetur, cum propter celebritatem nominis, tum propter exantlatos, ſatagente Conſtantino, in defenſione Fidei labores, non propter Romani Epiſcopi vices ipſi demandatas. Verum, nominis celebritas non eſt ſolida ratio, cur *Hoſius* mediocris Eccleſiæ in Hiſpania Epiſcopus, & Hiſpalenſi Metropolitæ immediate ſubjectus, ac per appellationem Patriarchæ Occidentis, in Oriente ante Legatos Apoſtolicæ Sedis, ante Alexandrinum & Antiochenum Patriarchas, ante totius Africanæ Eccleſiæ Primatem *Cæcilianum*, in aliena Provincia, Concilio Oecumenico præfuerit, niſi locum teneret, & perſonam gereret ampliſſimæ omnium Poteſtatis. Cum præſertim in ipſis Hiſpaniis, in Concilio Illiberitano ex XIX. Epiſcopis coacto, ſecundo tantum loco ſederit, ut notat Garſias Loaiſa in Collectione Conciliorum Hiſpanicorum; nec in Arelatenſi ex ducentis conflato Epiſcopis inter primarios recenſeatur a S. Auguſtino lib. 2. contra Parmenianum. Secundo, ſi Hoſio Romanæ Legationis dignitas adimatur, ſequitur, Sedium Patriarchalium jura, quæ Synodus Nicæna confirmavit, & illibata ſervari voluit, violata eſſe, & Alexandrinum Epiſcopum, non ſecundum

le.

Nicolaus? Epiſcopus Myræ. aliis ſcripta. Porro quanta fuerit ejoſdem ſanctiſſimi viri excellentia, innumera prope miracula, quibus & vivens, & poſt obitum claruit, ſatis aperte ſignificant; ſed de eo rurſus inferius.

XXXVII. Spiridion Epiſcopus Trimituntis. Præterea vero huic non impar eluxit in Nicæno conventu Spiridion Epiſcopus Trimituntis in Cypro, & ipſe unus ex illis nobiliſſimis confeſſoribus, quos Maximinus, dextero item effoſſo oculo, & ſiniſtro poplite ſucciſo, ad metalla damnaverat; ejuſcemodi enim gloriæ titulo, tam in Græcorum, quam Latinorum tabulis deſcriptus habetur. Quod autem de eo hic obiter Ruffinus ſcribit (a) & nos deſcribamos; ait enim: *Ex eorum numero (& ſi quid adhuc eminentius) fuiſſe dicitur etiam Spiridion Cyprius Epiſcopus, vir unus ex ordine prophetarum, quantum etiam nos eorum, qui eum viderunt narratione comperimus. Hic paſtor ovium etiam in Epiſcopatu poſitus permanſit. Quadam vero nocte, cum ad caulas fures veniſſent, & manus improbas, quo aditum educendis ovibus facerent, extendiſſent; inviſibilibus quibuſdam vinculis reſtricti uſque ad lucem, velati traditi tortoribus permanſerunt. Cum vero oves ducturus ad Paſcua, matutinus ſe ageret ſenior, videt juvenes abſque humanis vinculis in caulis pendere diſtrictos. Cumque cauſam noxæ comperiſſet: abſolvit ſermone, quos meritis vinxerat; & ne eis inanis nocturna cederet occupatio: Tollite, inquit, o juvenes, unum vobis arietem, ne ſine cauſa veniſſe videamini; quem melius precę quam furto quæſiſſe convenerat.*

(a) Ruffin. l. 1. c. 5.

XXXVIII. Grande miraculum Spiridionis. *Tradunt de hoc etiam illud factum mirabile. Filiam habuit Irenem nomine; quæ ei cum bene miniſtraſſet, virgo defuncta eſt. Poſt ejus obitum venit quidam dicens, ſe ei quoddam depoſitum commendaſſe; rem geſtam ignoraverat pater. Perquiſitum in tota domo, nuſquam, quod poſcebatur, inventum eſt. Perſiſtebat tamen ille qui commendaverat, & fletu ac lacrymis perurgebat; vita ſua quoque ſe illaturum exitiam, niſi commendata reciperet, teſtabatur. Permotus lacrymis ejus ſenex ad ſepulcrum filiæ properat, atque eam ex nomine clamitat. Tum illa de ſepulcro: Quid vis, ait, pater? Commendatum, inquit, illius ubi poſuiſti? At illa locum deſignans: Illic, ait, defoſſum invenies. Regreſſus domum, rem ſicut filia de ſepulcro reſponderat, repertam tradidit repoſcenti. Sed & multa alia feruntur geſta mirabilia, quæ etiam nunc ore omnium celebrantur.* Hucuſque Ruffinus: eadem quoque Socrates recitat (b). Cæterum res ab eo geſtas Triphyllium Epiſcopum, ejus olim diſcipulum fuiſſe jambicis proſecutum, Suidas affirmat, quæ exciderunt: ſoluta enim tantum oratione leguntur hodie res ab eo geſtæ (c), noſque de eodem ſæpe agemus inferius. Deſideratur Spiridionis nomen in ſerie ſubſcriptorum Antiſtitum, ſicut & aliorum plurium interlapſum; cum tamen teſtificatione omnium, ipſum ſacræ Synodo interfuiſſe, exploratiſſimum ſit: prout etiam ibi non reperiuntur nomina Harpocrationis, atque Cynonis, quos ex libello Synodico Athanaſii recenſet Theodoretus inter celebriores ejus conventus Epiſcopos. Porro citatus a Theodoreto Synodicus Athanaſii liber, in quo inter alia, Epiſcoporum omnium, qui Synodo interfuiſſent, nomina ſcripta erant, excidiſſe videtur; nam in ejuſdem auctoris libro illo, qui de Synodis Arimini inſcribitur, & aliis, nihil prorſus de his habetur. Celebris item fama fuit Theodoretus Tarſenſis Epiſcopus Auxentii Epiſcopi frater, de quo ſuo loco ſuperius mentio facta eſt, præceſſit hunc Lupus Epiſcopus, qui ob fidei integritatem ab Athanaſio commendatur. Cæterum habuit Theodorus ſucceſſores hæreticos, Antonium, deinde Silvanum, Epiſcopos Arianos: diverſus plane hic Theodorus ab illo ejuſdem nominis Epiſcopo Heracleæ, qui hoc eodem tempore vixit, de quo agit S. Hieronymus (d).

(b) Socrat. l. 1. c. 8.

(c) Apud Metaphr. die 12. Decembr.

(d) Hieron. de ſcrip. Eccl. in Theod.

XXXIX. Cæcilianus Epiſcopus Carthag. Magni quoque nominis atque meriti pro univerſa Eccleſia Africana interfuit Cæcilianus Carthaginenſis Epiſcopus; quem a factione improborum Donatiſtarum, tot annis, in tot judiciis, calumniis fruſtra exagitatum innocentia exhibuit ſemper innoxium, & veritas toti Orbi clariorem reddidit; ut merito ab Athanaſio inter Apoſtolicos hujus temporis Epiſcopos, & veritatis Catholicæ primarios defenſores col-

PAGIUS locum ſibi juxta mores antiquos decretum, ſed tertium duntaxat obtinuiſſe.

XIV. *Cauſa non fuit cur prior ſederit in Concilio.* Præterea, miſſo Patriarcharum jure, quomodo *Theognis* Nicenæ civitatis, in qua celebrabatur Synodus Nicæna, Antiſtes, & *Euſebius* Nicomedienſis, totius Bithyniæ Metropolita, & Imperatoriæ urbis Epiſcopi, homines ambitioſiſſimi & Ariani ſeſe non oppoſuiſſent præſidentiæ *Hoſii*, quem ſuæ infenſiſſimum hæreſi noverant, ſi Legatione *Silveſtri* functus non fuiſſet? Quomodo, inquam, non interceſſiſſent eadem ratione, qua Metropolitanarum Sedium Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjacentium Antiſtites reluctati ſunt *Fortunio* Carthaginenſium Epiſcopo & totius Africæ Primati, qui ante ipſos in Concilio Oecumenico ſexto ſedere contendebat; Quomodo tandem tum hi, cum alii Epiſcopi Ariani, qui poſt Conſtantini & Conſtantis obitum, imperante Conſtantio Arianorum fautore, nullum non moverunt lapidem, ut Conciliorum Nicæni & Sardicenſis auctoritatem infringerent, eam non objeciſſent nullitatis cauſam, quod *Hoſius* irregulari plane modo, & Eccleſiæ moribus repugnante, illis Synodis præfuiſſet, ſi alia ratione extitiſſet illarum Præſes, quam ut gerens vices Silveſtri, ad quem præſidendi jus attinebat? De-

(a) Athan. orat. 1 contra Arian.

collocetur (a). At Occidentalium Epiſcoporum, qui pro cæteris legatione functi ſunt, memoria prope excidit; & qui deſcripti habentur, codicum vitio obſcuri admodam magno diſpendio antiquitatis remanſerant: quis enim dubitet, nonniſi eos a collegiis eſſe delectos, qui præſtarent cæteris ſanctimonia, & eruditione præcellerent? Ad ſummam (ſic claudam orationem Theodoreti (b) ſententia) videre ibi licebat martyrum multitudinem in unum coactam. Addam inſuper illud ex Mario Victorino, hujus item ſæculi homine (c): *Fuerant in ea Synodo totius Orbis lumina*. Id & reliqui omnes antiqui ac fide digni profitentur auctores. Quod adeo perſpicuum cunctiſque perſpectum fuit, ut nec qui ſteterint a partibus Arii, ipſi diſſimulare potuerint. Euſebius enim Cæſarienſis Arianorum fautor, veritate quidem manifeſta compulſus, hæc memoriæ prodidit illis verbis (d): *Ex omnibus namque Eccleſiis, quæ frequentes in tota Europa, Africa, & Aſia extiterunt, Dei miniſtri, qui facile primas ferre putabantur, in unum vocati ſunt*. Ex quibus plane retunditur petulantis Macedoniani hominis arrogantia, Sabini inquam, Heracleæ Epiſcopi, qui veritus non eſt tam purulentum mendacium effutire, ut diceret, Magnum illum Nicænum conventum ex indoctis, & rerum ignaris hominibus fuiſſe collectum, quos & probris homo contumelioſus affecit (e). Sed in mendaciſſimum hominem alii antiqui ſcriptores omnes pariter declamarunt.

(b) Theod. l. 1. c. 7.

(c) Mar. Victor. adver. Arium l. 1.

(d) Euſeb. vit. Conſt. l. 3. c. 7.

Sabini calumnia ab omnibus exploſa.

(e) Socr. l. 2. c. 5.

XL. At ſicut olim (quod apud Job deſcribitur f) cum veniſſent filii Dei, ut aſſiſterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan; ita prorſus in ſanctiſſimo hoc Patrum conſenſu aſtitit diabolus in membris ſuis: *Siquidem* (inquit Theodoretus g) *divinus iſte, & venerandus cœtus hoſtibus Dei non caruit; ſed aderant quidam, licet pauci numero, iique veteratores, qui maris brevia imitati, calliditatem ſuam occultarunt*. Nam licet eadem ſentirent cum Ario, tamen a parte Catholicorum ſe ſtare ſimulabant, tempori inſervientes: alii vero ſub vexillo impietatis, ſicut turpiter, ita & aperte profitebantur. Erant horum omnium duces Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus, alterque Euſebius Præſul Cæſareæ Paleſtinæ, Paulinus Epiſcopus Tyri, Menophantes Epheſi, Theogonius * Nicænus Antiſtes, Patrophilus Scythopolitanus, Narciſſus Nerodiadis Epiſcopus, Theonas Marmaricæ, Theodotus Laodiceæ, Athanaſius Anazarbi, Gregorius Berythi, Aetius Lyddæ, Mares Chalcedonenſis, Secundus Ptolemaidis, Paulus Larandis, & ſi qui alii iiſdem inhærentes; quorum Euſebius Nicomedienſis, Mares Chalcedonenſis, Theognis Nicænus, inter illos diſcipulos Luciani connumerati habentur, qui tempore perſecutionis, tyranni crudelitati cedentes, a fide ad ſuperſtitionem Gentilium deflexerant (h), ſed per magiſtrum Lucianum poſtea revocati ſunt. Recenſentur & alii, qui pariter deinde Ario adhæſerunt, ut Antonius qui poſt hæc Epiſcopus Tarſi factus eſt ab Arianis, Leontius præfectus deinde ab iiſdem Eccleſiæ Antiochenæ, Numerius, Eudoxius, Alexander, & Aſterius Cappadox, de quo inferius dicturi ſumus. Vides ex ſchola apoſtatarum Arii doctrinam invaluiſſe; nam & de Euſebio Cæſarienſi eodem crimine aſperſo ſuperius dictum eſt: at quam diſpares hi ab illis, qui traditam a majoribus veritatem de Filii Dei divinitate tutati ſunt! verum horum perfidia eo deteſtabilior eſt, quod cum in Conſtantini gratiam, non veritatis amore, eidem Nicænæ fidei ſubſcripſerint (nam in hanc diem reperiuntur eſſe ſubſcripti) tamen eveſtigio prævaricati, Arium ſecuti ſunt.

(f) Job. 1.

(g) Theod. l. 1. c. 7.

* al. Theognis.

Quales Epiſcopi Ariani.

(h) Niceph. l. 8. c. 31.

XLI. Horum autem illud fuiſſe ſtudium apparet, ut ſimulac ad Synodum pervenirent, ſpreto judicio Eccleſiaſtico, & tantorum Judicum reverendo quoque Angelis tribunali (quod malæ cauſæ diffiderent) ſinguli adverſus collegas Epiſcopos Conſtantino Imperatori libellos offerrent. Hos vero fuiſſe Arianos, inde certam ducimus conjecturam, quod religio eſſet, id inter Catholicos factitari, ut dictum eſt ſuperius: fuiſſeque hæreticorum, atque ſchiſmaticorum, judicio prætermiſſo Epiſcoporum, ſæcularem adverſus Antiſtites poteſtatem implorare, non ſemel eſt demon-

Ariani callide tergiverſantur.

PAGIUS XV. Denique ob meritorum præſtantiam *Hoſius* Concilio Nicæno præſidere non potuit. Merita enim ejus ipſi quidem venerationem maximam conciliarunt, ſed ipſi principatum in Concilio Oecumenico, in quo hierarchicus ordo promicare inprimis debet, non tribuerant. Quid quod, nec meritorum primas in celeberrimo illo conſeſſu tulit *Hoſius*. Enimvero ſi de perſecutionibus propter Fidem toleratis agatur, nonne ibi aderat *Paphnutius* Confeſſor, ex illis quos Maximianus dextris oculis effoſſis, & ſiniſtro poplite ſucciſo ad metalla damnarat? Quem *Conſtantinus* in tanta veneratione & amore habuit, ut ſæpius illum complecteretur, & oculum qui ipſi in confeſſione Fidei fuerat avulſus, avidioribus oſculis demulceret, teſte Rufino lib. 1. cap. 4. Nonne ibi aderat *Potamon* Heracleæ in Ægypto Epiſcopus, & ipſe ſacris ſtigmatibus in perſecutione decoratus, quem S. Epiphanius *magnum Epiſcopum & Confeſſorem* vocat hæreſi LXVIII.? Nonne aderat *Paulus* Neocæſareæ Euphrateſiæ Epiſcopus, cui in perſecutione Licinii ambæ manus colligatæ fuerant, deinde ferrum candens illis admotum, quo nervi contracti, labefactatique fuerant, teſte Theodoreto lib. 1. cap. 7. Si de prophetiæ & miraculorum donis ſermo ſit, nonne ibi-

Hoſii præſidentia male etiam ab ejus meritis deducta.

ſtratum: præſtiterant id olim ſæpius Donatiſtæ. Nefas eſt igitur id de Catholicis ſuſpicari, qui adverſus ejuſmodi temerariam præſumptionem, ut immane ſcelus, ſemper conſueverint declamare, & in hæc præſumentes acerrime invehi.

XLII. Conſtantinus querelarum libellos cremat.

Hiſce artibus Arianos pertentaſſe putamus, Catholicos qui majoris eſſent nominis, infenſos reddere Conſtantino; quo ad expugnandam Catholicam fidem, his proſtratis, & calumniis circumventis, faciliorem ſibi aditum aperirent. Porro non vanos eſſe nos conjectores, faciliime declarant quæ poſtea ſubſecuta ſunt, cum adverſus Euſtathium Antiochenum Epiſcopum, Athanaſium Alexandrinum, & alios, tot extruxere calumnias, quibus tandem eumdem Conſtantinum, invitum licet, compulerunt tamen, ut eos e ſedibus ejiceret, & in exilium amandaret. At qui ex Donatiſtarum cauſa diutius ventilata prudentior erat redditus Conſtantinus, a libellorum prorſus abſtinuit lectione; quos omnes igne cremandos, ac ſic penitus abolendos curavit. Rem vero ante Synodum geſtam Sozomenus narrat his verbis (*a*): *Multi autem ex ſacerdotum numero, qui (uti evenire ſolet) tamquam ad cauſas ſuas ac privatas diſceptandas in unum convenerant, tempus opportunum ſibi jam oblatum putarunt ad res eas corrigendas, quæ ipſorum animos offendiſſent. Itaque ſinguli libellum de criminibus, quæ aliis objicerent, Imperatori offerre, & peccata in ſe admiſſa jam ante exponere cœperunt. Cum autem illud in dies fere ſingulos accideret; dat mandatum Imperator, ut ſinguli crimina, quæ aliis objicere conſtituerant, ad certum diem proponerent. Ubi dictus dies venit; Imperator oblatis ſibi libellis acceptis: Iſtæ, inquit, criminationes tempus quidem ſibi præſtitutum habent, diem videlicet magni Judicii. Judicem autem, qui ſit tum de omnibus ſententiam pronunciaturus; mihi viro non eſt fas, cum homo ſim, ejuſmodi cauſarum cognitionem arrogare, præſertim cum, & qui accuſant, & qui accuſantur, ſacerdotes ſint. Nam non deberent ſe tales præbere, ut ab altero judicentur. Age igitur deletis criminibus, exemplum divinæ clementiæ in danda mutuo venia imitati, jungamus amicitiæ fœdera: & fidei negocia, quæ vos in hunc locum convenire compulerunt, ſimul pertractemus. Hac habita oratione, Imperator jubet tum criminationes illatas nullius momenti eſſe, tum libellos comburi; diemque præſtituit, ad quem de rebus fidei vocatis in controverſiam decideretur.* Hucuſque Sozomenus de rebus geſtis antequam ſacra Comitia de iis, quæ ad fidem pertinent, haberentur.

(a) Sozom. l. 1. c. 16.

XLIII.

Deſcribit eadem Ruffinus (*b*), eamdemque ipſam citat hiſtoriam S. Gregorius Papa ſcribens ad Mauritium Imperatorem (*c*), & Nicolaus item Romanus Pontifex, dum litteris monuit Michaelem Auguſtum, cum iidem præter jus faſque ſibi adverſus viros Eccleſiaſticos poteſtatem arrogaſſent. Referunt ea ex Ruffino accepta, ac potiſſimum quæ tunc a Conſtantino ad Epiſcopos dicta narrantur nimirum: *Deus vos conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem dedit de nobis quoque judicandi; & ideo nos a vobis recte judicamur; vos autem non poteſtis ab hominibus judicari; propter quod Dei ſolius inter vos expectate judicium; & veſtra jurgia, quæcumque ſunt, ad illud divinum reſerventur examen. Vos autem nobis a Deo dati eſtis dii; & conveniens non eſt, ut homo judicet deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diſcernit.* Hæc ex Ruffino, quæ in Sozomeno deſiderantur. Sed & Theodoretus iſta addit (*d*): Conſtantinum jurejurando adjecto dixiſſe, ſe ne verbum quidem inſcriptum perlegiſſe: *Nam ſacerdotum (inquit) vitia non ſunt populo aperienda; ne ille, inde cauſa offendiculi arrepta, licenter peccare aggrediatur. Quinetiam eum hoc quoque adjeciſſe memorant: Si ſuis oculis Epiſcopum alienæ uxori ſtuprum inferre forte videret, ſe tamen illud nefandum ſuo paludamento ſe obtecturum, ne facinoris aſpectus,* eos,

(b) Ruffin. l. 1. c. 2.

(c) Gregor. l. 4. epiſ. 75.

Scite dictum Conſtantini.

(d) Theod. l. 1. c. 11.

PAGIUS ibi aderat *Spiridio* Epiſcopus Tremituntis in Cypro, quem Rufinus lib. 1. cap. 4. vocat *virum ex ordine Prophetarum*? Nonne aderat & *Jacobus* Niſibis in Meſopotamia Epiſcopus, qui ſuſcitavit mortuos, & innumera alia edidit miracula, teſte Theodoreto lib. 1. cap. 7. Nonne aderat & *S. Nicolaus Myra* in Lycia Epiſcopus, vir Apoſtolicorum & morum & miraculorum? Si de gratia & auctoritate apud Imperatorem ſit contentio, nonne *Euſebius* Cæſarienſis in hac Hoſium vel ſuperabat, vel certe æquabat? Ille, inquam, *Euſebius*, quem Conſtantinus impenſe laudavit, quod Antiochenum Epiſcopatum recuſaſſet, & quem dignum totius Orbis teſtimonio judicatum eſſe ait, qui univerſæ Eccleſiæ Epiſcopatu fungeretur, ut legitur apud ipſummet Euſebium lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 59. Si doctrinam deſideremus, ejuſdem Euſebii Cæſarienſis ſcientia ipſi Conſtantino fuit admirationi, ut conſtat ex epiſtola Conſtantini ad ipſum data, quam Euſebius deſcribit lib. 4. de Vita Conſtantini cap. 35. Nonne aderat *Euſtathius* Antiochenus Epiſcopus, qui orationem habuit in Concilio, quemque Sozomenus eloquentia admirandum jure ſcribit lib. 2. cap. 10. Nonne aderat *Alexander* Alexandrinus Patriarcha, quem Theodoretus lib. 1. cap. 26. *admirabilem & excellentem Epiſcopum* vocat? Quare *Hoſius* ob ſolam meritorum præſtantiam Nicæni Concilii Præſes eſſe non potuit.

XVI. *Nec multo minus a Legatione ei a Conſtantino commiſſa.*

Neque ut Conſtantini Legatus præfuit, cum præſens eſſet Conſtantinus, qui jus illud præſidendi ſibi non competere profeſſus eſt, quique infra Epiſcopos ſedit, nec ſedere prius voluit, quam id innuiſſent, ut teſtatur Euſebius lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 10. quæ omnia jam a Vi-

Google

eos, qui id ipſum cernerent, ulla ex parte læderet: Hæc Theodoretus, quæ tamen in fine Synodi recenſet, ſed nos ex plurium ſententia, & veriſimili conjectura ante Concilium geſta fuiſſe putamus.

XLIV. Sacerdotii dignitas reverenda. Ad hæc Gregorius addit: *In qua tamen ſententia, pie domine, ſibi magis ex humilitate, quam illis aliquid præſtitit ex reverentia impenſa. Ante eum quippe Pagani in Republica Principes fuerunt, qui verum Deum neſcientes, deos ligneos & lapideos colebant: & tamen eorum ſacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum, ſi Chriſtianus Imperator veri Dei ſacerdotes dignetur honorare, dum Pagani (ut prædiximus) Principes honorem impendere ſacerdotibus noverunt, qui diis ligneis, & lapideis ſerviebant? Hæc ergo pietati dominorum non pro me, ſed pro cunctis ſacerdotibus ſuggero; ego enim homo peccator ſum, &c.* Certe quidem tantam fuiſſe, ſuperius diximus ex eorum auctoribus, Pontificum, Augurumque poteſtatem, & jus in omnes, ut etiam Conſules a Conſulatu abire jubere poſſent, & ab imperio deponere magiſtratus; quod ne contingere ſibi poſſet, Imperatores idem cum Imperio ſacerdotium arrogarunt, ut eſſent ac dicerentur Pontifices Maximi. At de his alias pluribus actum eſt, jam vero reliqua proſequamur.

XLV. Gentiles Philoſophi ad Synodum convenere. Verum non tantum Nicæam confluxerunt Epiſcopi litteris accerſiti, ſed & ex Gentilibus plerique philoſophicis imbuti facultatibus, ut tamquam in publico quodam certaminis campo atque univerſi Orbis theatro, cunctis ſpectantibus, ingenii vires oſtentarent, & agminibus Dei viventis inſultarent; cum non deeſſent ex noſtris, qui hac quoque ex parte nequaquam eſſent inferiores, parati cum illis congredi, ac publice redarguere: ſed diremit curioſum ad oſtentationem, non autem ad veritatem indagandam comparatum certamen vir quidem ſimplex, & ſermone imperitus, verum divina apprime imbutus ſapientia. Rem geſtam Socrates narrat his verbis (a): *Paulo ante, quam Epiſcopi in locum unum convenerant, dialectici in quibuſdam diſputandi tamquam præluſionibus adverſus pleroſque ſe exercuerunt. Ac cum nonnulli quaſi illecebris ad diſſerendum traherentur; laicus quidam ex confeſſorum numero, ſimplici ac ſincero animo præditus, cum dialecticis illis congreditur, ſicque contra illos verba facit: Chriſtum certe, & Apoſtolos artem diſſerendi neutiquam nobis tradidiſſe, neque inanes fallacias, ſed mentem apertam, & ſimplicem, quæ fide & operibus integra ſervari ſolet. Quæ cum dixiſſet; cum alii omnes qui aderant, & eum admirati ſunt, & illius approbaverunt ſententiam; tum dialectici, ut primum ſincerum veritatis ſermonem audierant, æquo animo, & placido conquievere. Sic igitur tumultus ille ex diſſerendi facultate concitatus tandem penitus repreſſus eſt.* At id quidem non abſque divina virtute, cum haud facile videri potuerit, compeſcere petulantiam ſophiſtarum. Hæc autem pridie ejus diei, quam Synodus inchoaretur, facta eſſe, idem auctor affirmat.

(a) Socrat. l. 1. c. 5.

Cæterum diverſam ab hac diſceptationem philoſophi adverſus Epiſcopos recitant Sozomenus (b) atque Ruffinus (c). Ille igitur exordiens narrationem de inſtituto, & conſilio philoſophorum Nicæam tunc adventantium, hæc ait: *Quidam præterea, qui apud Gentiles pro ſapientibus habiti erant, diſputationibus in hoc Concilio agitatis, dedita opera interfuerunt; quorum nonnulli, quænam tandem eſſet Chriſtiana doctrina, admodum ſcire avebant; alii odio in Chriſtianos propterea inflammati, quod ſuperſtitioſa Gentilium religio nuper antiquari cœpta erat, quæſtionem de fide Chriſtiana propoſitam ad inanem quamdam verborum concertationem deduxerint; adeo ut ipſi inter ſe digladiari, & ſecum pugnare viderentur. Fertur igitur, quod cum quidam illorum præ inſolenti dicendi arrogantia ſe inaniter jactaret, & ſacerdotes petulanter irrideret, ſenex quidam ſimplex ex illuſtrium confeſſorum numero ſuperbiam ejus non tulit;* XLVI.

(b) Sozom. l. 1. c. 17.

(c) Ruffin. l. 1. c. 3.

PAGIUS Viro doctiſſimo ante me contra Launoium obſervata.

XVII. Quo pacto Euſtathius primas in Concilio tenuiſſe dicatur. Neque dicas, Epiſcopum qui in dextro ordine primam ſedem occupabat, perbrevi oratione Imperatorem affatum eſſe, teſte Euſebio lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 11. illum autem, qui orationem habuit, fuiſſe *Euſtathium* Antiochenum Patriarcham, ut conſtat ex Theodoreto lib. 1. cap. 7. ideoque primum locum habuiſſe in Concilio Euſtathium, utque ipſi præfuiſſe: hincque factum, ut Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus in Synodicis ad Orientales literis apud Facundum Hermianenſem lib. 8. cap. 1. ipſe Facundus lib. 11. cap. 1. & Felix tertius in epiſt. ad Zenonem Imp. Sancto Euſtathio primas in Nicæna Synodo tribuant. Jam enim Baronius, aliique ex eo reſponderunt, primum in dextro ordine locum honoratiorem non fuiſſe, ſed primum in ordine ſiniſtro: quod probatur exemplo Concilii Chalcedonenſis, cujus in prima Actione ita diſpoſitus legitur Epiſcoporum conſeſſus, ut a ſiniſtra parte Sedis Apoſtolicæ Legati, & poſt ipſos Patriarchæ Conſtantinopolitanus & Antiochenus, a dextris vero *Dioſcorus* Alexandrinus, quamvis proxime damnandus, & *Juvenalis* Hieroſolymorum, ſederent. Cujuſmodi procul dubio conſeſſus ex ſolemni præcedentium Conciliorum more deſumtus fuit. Id autem, inquit Baronius, duplici ratione potuit contingere; ſive quod in Eccleſia Chriſti ad imitationem Patriarchalis benedictionis Jacob, mutato rerum ordine, dextra in ſiniſtram dignitatis cauſa mutaretur; ſive quod apud Romanos pars ſiniſtra melioris eſſet auſpicii, ut Varro, aliique ſcripſere, ac proinde dignior haberetur: ſed illud in ſacris tantummodo atque di-

vi-

lis; qui tametſi inepta ſubtilitatis, & præſtigiarum penitus expers erat, tamen cum eo diſputare cœpit. At cum hæc res petulantibus, qui confeſſorem hominem ſimplicem eſſe cognoſcebant, riſum moveret quidem, at modeſtis injiceret timorem, qui veriti ſunt, ne cum viro dicendi perito congreſſus haberetur pro ludibrio: tamen cum facultas (cui, cum talis, & tam provectæ ætatis eſſet, pudor erat reſiſtere) data eſſet, libere quæ vellet loquendi. In nomine Jeſu Chriſti, inquit, philoſophe, audito. Unus eſt Deus Cœli, & Terræ, & omnium rerum tam oculis ſubjectarum, quam eorum aciem fugientium opifex; qui hæc omnia, & virtute Verbi fabricatus eſt, & ſancto Spiritus ſancti afflatu ſtabilivit. Quare hoc Verbum, inquit, quod nos Filium Dei nuncupamus, miſertum humani erroris, & belluinæ vivendi rationis, ex Virgine naſci, cum hominibus converſari, proque iiſdem mortem oppetere voluit. Eſt quoque iterum venturus de iis rebus, quas quiſque geſſerit in vita, dicturus ſententiam: iſta ita ſe habere ſine ulla alia curioſa indagatione pro certo credimus. Noli ergo in his, quæ fide dumtaxat recte intelliguntur, curioſe refutandis, laborem fruſtra conſumere, quærereve, qui iſta fieri, aut non fieri poſſint. Quod ſi credis, mihi quidem ſciſcitanti reſponde. Quibus obſtupefactus philoſophus: Credo, inquit; & gratiis illi actis, quod ipſum deviciſſet, non ſolum eadem cum ſene ipſe ſentire, verum etiam conſilium dare cœpit illis, qui perinde erga fidem Chriſtianam, atque ipſe ante, affecti erant, ut jam doctrinæ Chriſtianæ aſſentirentur; atque juſjurandum adjecit, ſe non modo non ſine numine divino mutatum eſſe, sed etiam vi ac virtute quadam inexplicabili ad Chriſtianam religionem converſum.

XLVII. Conteſtatio veri profitentis Philoſophi. Sed ad hæc Ruffinus: *Philoſophus converſus ad diſcipulos ſuos, vel ad eos qui audiendi gratia convenerant: Audite, inquit, o eruditi viri. Donec verbis mecum geſta res eſt, verba verbis oppoſui, & quæ dicebantur, dicendi arte ſubverti; ubi vero pro verbis virtus proceſſit ex ore dicentis, non potuerunt reſiſtere verba virtuti, nec homo adverſari potuit Deo. Et ideo ſi quis veſtrum potuit, in his quæ dicta ſunt, ſentire quæ ſenſi; credat Chriſto, & ſequatur hunc ſenem, in quo locutus eſt Deus. Ita Philoſophus Chriſtianus effectus, tandem ſe gratulatus eſt victum:* Hucuſque Ruffinus; eadem Gregorius presbyter Cæſarienſis, & alii ferme omnes tam Græci, quam Latini recentiores hiſtorici. Addit tamen idem Gregorius (a) Menophantem Epiſcopum Epheſinum philoſophicis facultatibus apprime imbutum, ſed Arianiſmo infectum, adeo ex miraculo obſtupuiſſe, ut deſereos Arium, Concilio Nicæno ſubſcripſerit. Quiſnam porro iſte Philoſophus fuerit, Dalmatianus in ſua Collectione Nicæni Concilii, Phœdonem hunc tradit appellatum fuiſſe, Glycas vero Eulogium nominatum. Sed horum nulla eſt apud Eunapium Sardianum mentio, qui numerans hujus temporis Philoſophos, Sopatram Apamienſem, & Euſtathium Cappadocem, caros aliquando Conſtantino fuiſſe tradit.

(a) *Gregor. presb. de Patrib. Nicæn. Synod.*

XLVIII. Spiridion Epiſc. expugnator Philoſophi. At quinam fuerit Epiſcopus ille, qui Chriſtiana ſimplicitate munitus, tam glorioſa de faſtu philoſophicæ diſciplinæ trophæa creait; conveniunt in eamdem ſententiam ſcriptores, (b) fuiſſe Magnum Spiridionem, de quo nuper mentio facta eſt, Epiſcopum Trimituntis in Cypro. Hic quidem tenaciſſimus Eccleſiaſticæ antiquitatis, cuſtoſque paternarum traditionum, nec unius voculæ mutatione paſſus eſt eam quæ

(b) *Met. die. 10. Dec. Nic. l. 8. c. 15. Glyc. in Annal.*

PAGIUS vinis, quod, ut ajunt, ſiniſtra noſtri numinis dextera cenſeatur. Quamvis igitur primus a dextris ſederit *Euſtathius* in Nicæna Synodo, non ſequitur quod præfuerit. Deinde, cum in mediis conſeſſus Epiſcoporum ſacroſancta Evangelia in ſublimi ſolio collocarentur, quæ typum Chriſti Domini gererent; ex eo intelligimus, illos, qui a parte ſiniſtra ſederent, a dextris Chriſti fuiſſe, eos vero qui in parte dextera, Chriſto fuiſſe a ſiniſtris. Quo etiam reſpicit vetus Ordo Romanus, in quo hæc de conſeſſu in Eccleſiis leguntur: *Sedebant ea locali diſpoſitione, ut intrantibus Eccleſiam Epiſcopi ſint ad ſiniſtram, Presbyteri vero ad dexteram: ut quando Pontifex ſederit, & ad eos reſpexerit, Epiſcopos ad dexteram, Presbyteros contuentur ad ſiniſtram.* Qua ratione ſiniſtra honoratior dextera in Eccleſiaſticis conventibus habebatur; indeque Conciliorum Præſides non a dextris, ſed a ſiniſtris ſedebant.

XVIII. *Præſidentia Concilii magis explicata.* Ad teſtimonia Procli, Felicis III. & Facundi reſpondet Vir eruditus, ipſos *Euſtathio* primas deferre doctrinæ & eloquentiæ, non auctoritatis; & ſignificare, eum fuiſſe inter primos Antiſtites, utpote tertiæ Sedis Patriarcham, non vero fuiſſe abſolute primum; nam Alexandrinus potius præfuiſſet, qui Antiocheno prior erat. Certe præfuiſſe dicuntur Concilio a nonnullis Auctoribus omnes primarum Sedium Epiſcopi, nec tamen omnes prærogativa ſuffragii in Concilio potiti ſunt, cum Alexandrinus ante Antiochenum, Antiochenus ante Hieroſolymitanum ſederit, ſuffragatus fuerit, ſubſcripſerit. Sic Nilus Metropolita Rhodius in libello de Synodis de Synodo Nicæna loquens ait: *Præerant Synodo Silveſter Romæ, Alexander Conſtantinopolis, Alexander Alexandriæ, Euſtathius Antiochiæ, & Macharius Hieroſolymorum Epiſcopi.*

XIX. *Synodus Nicæna in Eccleſia habita.* Euſebius libro 3. de Vita Conſtantini cap. 10. ait, Synodum habitam in Palatio fuiſſe; qui vero Græcos capitum titulos compoſuit, ejus verba de Palatio accepit, ait enim: σύνοδος ἐν παλατίῳ ὡς ὁ Κωνσταντῖνος εἰσελθὼν συνεκάθισε: id eſt, *Synodus habita in Palatio, quo ingreſſus Conſtantinus cum Epiſcopis reſedit;* cum tamen Euſebius in eodem capite tantum dicat: ἐν αὐτῷ δὲ τῷ μεσαιτάτῳ οἴκῳ τῶν βασιλείων, id eſt, *in media æde Palatii;* & voce Græca utatur, quæ tam de Palatiis Imperatoris, quam de Eccleſia promiſcue uſurpatur. Scriptorem illum Anonymum ſecutus eſt Chriſtophorſonus, immo & Sozomenus lib. 1. cap. 18. & Theodoretus in lib.

Baron. n. LII.

quavis occaſione labefactari; unde accidit, ut cum aliquando gentilem ſuum Triphillium Ledrenſem in Cypro Epiſcopum,
(a) Hier. de Scrip. Eccl. in Triphyl. virum (ut teſtatur S. Hieronymus *a*) omnium ſuæ ætatis eloquentiſſimum, in Synodo orantem audiret, & locum illum
(b) Marc. 2. Marci Evangeliſtæ citaret (*b*): *Tolle grabatum tuum, & ambula; & loco* κράββατον, *quod habet textus, dixiſſet* σκίμποδα, *id eſt, lectum humilem; aſſurgens Spiridion: Tu ne, inquit, melior es illo qui τὸ κράββατον dixit, ut ejus verbis uti dedigneris? Quod cum dixiſſet, exiliit e ſede ſacerdotali, populo inſpectante; atque hoc modo Triphyllium eloquentia ſe arroganter efferentem, ad modeſtiam erudivit; nam ſatis in ſe habuit auctoritatis ad pudorem alteri incutiendum; quippe cum & veneratione dignus eſſet, & rerum admirabiliter geſtarum gloria maxime nobilitatus; quinetiam eum cum & ætate anteiret, & dignitate*
(c) Sozom. l. 1. c. 11. & Niceph. l. 8. c. 41. *ſacerdotali*: Hæc Sozomenus (*c*), atque alii. Cæterum Triphyllius, qui diu Beryti jus civile profeſſus erat, admiratus viri egregiæ vitæ inſtitutionem & miraculorum virtute mirifice illuſtratam, eo licet homine agreſti, & cuſtode ovium, uti voluit præceptore, magnam ſibi inde gloriam comparans, quod Spiridionis diſcipulus effectus eſſet. Sed ad Sozomenum redeamus, qui poſt enarratam hiſtoriam de Philoſopho reddito Chriſtiano, ſimile huic exemplum ſubjexit de S. Alexandro
(d) Sozom. l. 1. c. 7. Epiſcopo Conſtantinopolitano, his verbis rei geſtæ ſeriem narrans (*d*):

XLIX. Alex. Epiſcopus Conſtantinop. quid cum Philoſopho. *Fertur item miraculum huic non diſſimile ab Alexandro Epiſcopo Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ editum. Nam cum Conſtantinus forte Byzantium advenit, acceſſerunt ad eum quidam Philoſophi criminique illi dedere, quod haud rectam religionem coleret; quodque res divinas mutare, nonnunquam cultum contra inſtituta cum majorum ſuorum, tum Principum omnium, qui vel Græcis, vel Romanis omnis ſæculorum memoria præfuiſſent, in Rempublicam introducere ſtuderet. Rogavere item, ut cum Alexandro Epiſcopo de doctrina Chriſtiana diſputarent. Alexander igitur in eo exercitationis genere haudquaquam exquiſite verſatus, fortaſſe etiam vitæ bonitate fretus (erat enim vir perhoneſta & ſpectata vita) Imperatoris juſſu in diſſerendi certamen cum illis deſcendit. Philoſophis autem in unum coactis, cum omnes diſputare cuperent; poſtulavit Alexander, ut unum, quem vellent, ad diſputandum deligerent, cæterique præſentes audirent cum ſilentio. Itaque cum unus diſputandi onus ſuſcepiſſet; tum Alexander: In nomine Jeſu Chriſti, inquit, præcipio tibi, ne loquare. Quod ut primum dixerat; homo e veſtigio, obſtructo ore, conticuit. An non igitur majus miraculum merito cenſendum eſt, loquelam homini, eique Philoſopho, tam facile adimere, atque lapidem manu per verbum quoddam prolatum dividere? quod a quibuſdam de Juliano Chaldæo glorioſe jactatum audivi. Sed de his quidem hoc modo*: Hæc Sozomenus.

Quod vero ad cauſam ſpectat, qua Epiſcopi Nicæam convocati ſunt, nempe de Arii hæreſi cognituri; *Simulac Nicæam convenerunt Patres* (inquit Ruffinus *e*) L.
per dies ſingulos agebantur conventus, nec facile aut temere de re tanta ſtatuere audebant. Evocabatur frequenter Arius in Concilium, & aſſiduo tractatu aſſertiones ejus diſcutiebantur; & quid adverſum hæc teneri deberet, aut ſtatui, ſumma cum liberatione quærebatur. Sed hæc, antequam Comitia illa agerentur, quibus Conſtantinus Imperator interfuit, facta ſunt. (e) Ruffin. l. 1. c. 5. Diſceptationes variæ.

Cum

PAGIUS lib. 1. cap. 7. Nicænam Synodum in Palatio habitam fuiſſe ſcribunt, ubi Conſtantinus Imperator ſedes ac ſubſellia Epiſcopis juſſerat præparari. Theodoreti verba exſcripſit etiam Nicephorus in lib. 8. Sed, ut notavit Valeſius in Notis ad citatum Euſebii locum, nequaquam veriſimile eſt, Nicænam Synodum in Palatio habitam. Certe Euſebius in lib. 10. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ βασίλειον οἶκον, de Eccleſia dicit. Multum certe de auctoritate illius Concilii detraheretur, ſi in Palatio Imperatoris illud habitum eſſe crederemus. Adde, quod ipſe Euſebius huic ſententiæ apertiſſime refragatur; nam eodem libro cap. 7. diſerte ſcribit, unam Eccleſiam ſeu Baſilicam cunctos diverſarum gentium Epiſcopos ambitu ſuo eſſe complexam: οἷς τε οἶκος εὐκτήριος, ὥσπερ ἐκ Θεοῦ πλατυνόμενος, ἔνδον ἐχώρει κατὰ τὸ αὐτὸ Σύρους ἅμα καὶ Κίλικας, &c. id eſt: *Una ædes ſacra, omnipotentis Dei nutu quodammodo dilatata, ambitu ſuo complexa eſt Syros ſimul & Cilices*, &c. Quid his verbis poteſt eſſe manifeſtius? Annon ex illis certiſſime conficitur, Nicænam Synodum in Eccleſia habitam fuiſſe? Affirmat enim Euſebius, omnes pariter Epiſcopos, unius Eccleſiæ ambitu comprehenſos fuiſſe [1].

XX. Sed & verba quæ in eodem capite 10. Hiſtoricus ſubjungit, id ſatis innuunt. Scribit enim ἐν αὐτῷ δὲ τῷ μεσαιτάτῳ οἴκῳ τῶν βασιλείων, ὃς δὴ καὶ ὑπερφέρειν ἐδόκει μεγέθει τοὺς πάντας: id eſt: *In*

NOTÆ [1] Si quid valeret auctoritas Scriptoris ætate pluſimum a Concilio Nicæno remoti, conſtaret utique aptiſſimo teſtimonio Nicænos PP. in Eccleſiam non in Palatium conveniſſe. Nam Michael Syncellus Hieroſolymitanus, qui ætate Ludovici Pii florebat, in ſuo libello de Fide Orthodoxa vulgato a P. Montfaucone in *Bibl. Coiſlin. p.* 90. omplecti ſe profitetur Nicænam Synodum CCCXVIII. Patrum in Templo S. Sophiæ. Suſpicor Scriptum illud præcedere A. 787. cum ſeptem Concilia Nicænum II. non memoret, quamquam in confeſſione venerari ſe Imagines Auctor ejus profiteatur, quod demonſtret ſæviiſſe tunc Iconoclaſtas.

Digitized by Google

Cum vero in his certaminibus, tum allorum multorum eruditotum hominum, rum maxime Athanaſii Eccleſiæ Alexandrinæ diaconi in differendo peritia, & acumen ingenii eniteret; præ cæteris ipſe Athanaſius Arii, & Arianorum omnium in ſe odium atque invidiam provocavit. Cæterum in ſingulis de fide diſceptationibus Catholici illud potiſſimum contendebant, ne quid ab eo, quod traditum eſſet, innovaretur, ſed in omnibus ſervaretur antiquitas. Id quidem Sozomenus teſtatur, cum ait (a): *Interea temporis Epiſcopi in unum convenientes, accerſunt Arium, &, opinionibus ſuis in medio poſitis, inter ſe diſſerere cœperunt. Atque cum diſputatio (ut erat veriſimile) in varias diſtraheretur quæſtiones; alii eorum, iique potiſſimum quos morum ſimplicitas induxit ad fidem in Deum ſine curioſa inquiſitione amplexandam, nihil novi contra fidem initio temporis Apoſtolorum traditam moliendum cenſuerunt. Alii affirmarunt opiniones veterum nullo indicio exploratas neutiquam ſequendas eſſe*: Hæc Sozomenus. Sed ad Athanaſium redeamus; quem Ariani cum viderent Catholicæ veritatis præſeferre acerrimum defenſorem, quibuſdam quæſtionibus eum tentate cœperunt; verum & ipſe Arius aperto marte ipſum invadens, expugnare conatus eſt; at incaſſum tela conjecit in hominem fidei ſcuto contectum, quo omnes inoffenſus ictus excepit, & verbi Dei ancipiti gladio hoſtes exagitans, oculos cunctorum in ſe convertit, quod maximam hoſtium invidiam concitavit; adeo ut manus omnium eſſent contra eum, & manus ejus adverſus omnes ſtrenue dimicarent.

(a) Sozom. l. 1. c. 16.

LI. Commentitium ſcriptum.

Fertur diſputatio quædam inter Arium, & Athanaſium habita in Niczeno Concilio, relata inter commentarios Athanaſii: ſed ejus præfatio docet eam ſeorſum potius quam in Concilio habitam; & cum nulla prorſus ſit ibi mentio de Nicæno Conventu, nequaquam Nicææ habita eſſe creditur. Rurſum vero cum in ipſa Arius acerbiſſime impugnet divinitatem Spiritus ſancti, eum Creaturam pariter nominans: Arianus potius homo, quam Arius eſſe convincitur; nam ea ſanctorum Patrum, (ut dicemus) ſententia eſt, nihil expreſſius de divinitate Spiritus ſancti, ſicut de Filio, in Nicæno Symbolo poſitum eſſe, quod nulla ea de re ab Ario quæſtio mota eſſet: quod ſi ejus divinitatem Arius impugnaſſet, nequaquam ſanctiſſimi illi prætermiſiſſent, ipſam diſertis verbis teſtatam in omnibuſque perſpectam, defenſamque a cunctis adverſariis objectionibus reddere; cum accuratiſſime id præſtare conati ſint de divinitate Filii, quam tantum Arius impugnabat. Certe quidem ipſe Athanaſius in epiſtola poſteriori ad Serapionem ſcripta, ejuſmodi in Spiritum ſanctum blaſphemias prodiiſſe tradit ab Arii ſucceſſoribus, potius quam ab ipſo Ario: ſubinducta autem videtur in ea diſputatione perſona Arii, potius quam ipſe Arius Athanaſio credere neſcius, qui ibi ponitur Athanaſio conſenſiſſe. Porro Vigilium Epiſcopum Tridentinum ejuſdem argumenti ſub nomine Athanaſii ſcripſiſſe commentarios ipſe teſtatur agens contra Eurychem (b); ſed de eo inferius erit ſermo, cum agemus de diſputatione alia Athanaſii nomine coram Probo contra Arium ſcripta.

(b) Vigilius contra Euthyc. l. 5.

LII. Hæc autem omnia ſuperius recitata, geſta quidem eſſe coram Patribus, antequam Conſtantinus Concilio adeſſet, Sozomenus poſt enarrata, quæ de philoſophis dicta ſunt, tradit, & de controverſiis adverſus Arium mox hæc ſubdit (c): *Epiſcopi autem, qui intelligendi prudentia multum valebant, Ario in medium adducto, accurate ea, quæ erant ab eo propoſita, inquirere cœperunt: caveruntque ſedulo, ne in alterutram partem temere ſententiam pronuntiarent. Ubi autem venit præſtituta dies, in qua conſtitutum erat de rebus controverſis decidere; Epiſcopi in palatium conveniunt, ut decreverat Imperator, uti conſilium una cum illis de rebus iniret, &c.* At ipſe Epiſcoporum conſeſſus ab Euſebio, qui præſens erat, in hunc modum deſcribitur (d): *Die autem Concilio, quo res in controverſiam vocatæ dirimerentur, præſtituta; ſinguli parati erant in ipſa media regalis Palatii aula, quæ amplitudine cæteris facile præſtabat, illud celebraturi. Ac compluribus ſedibus in utroque aulæ latere ordine diſpoſitis; qui erant accerſiti, intus præſto fuerunt, & ſedem, quæ quemque decebat, capiebat quiſque. Atque cum univerſus miniſtrorum Dei conventus decenti ordine collocatus eſſet, propter Imperatoris adventum, qui jam erat in expectatione, omnibus ſilentium*

fuit

(c) Sozom. l. 1. c. 18.

(d) Euſeb. Vit. Conſt. l. 3. c. 20.

Nicænus Conſeſſus.

PAGIUS

Finita in Palatio coram Conſtantino.

In Ipſa media Regalis Palatii æde quæ reliquas omnes amplitudine ſuperabat. Ait Euſebius, ædem illam omnium, quæ ubique eſſent, maximam & ampliſſimam fuiſſe. Atqui hoc de Palatio urbis Nicææ dici non poteſt. Nam, ut concedamus, in illa urbe fuiſſe Palatium, illud certe omnium ubique Palatiorum maximum eſſe non potuit. Valeſius itaque, qui hanc difficultatem primus omnium movit, cenſet, Epiſcopos quidem primum in Eccleſia conveniſſe, ibique de Arii dogmate & de regula Fidei plurimis diebus tractaviſſe; tandem vero die ad finiendum negotium conſtituto, conveniſſe in Palatium, ut coram Imperatore ſententiam dicerent, & contentioni finem imponerent. Atque ita tollitur omnis difficultas. Certe Euſebius Valeſii ſententiam omnino confirmat. Ait enim, Epiſcopos die conſtituto, quo controverſiis finem imponi oportebat, omnes in Palatium veniſſe. Statimque progreſſo ad Synodum

Imp.

fuit. Ac primum unus ex Principis familia, denique alter ac tertias ingreditur: Imperatorem antecedunt alii non ex armatis, & ſatellitibus, qui ei adeſſe conſuevißent, ſed ex amicis ſolum, qui Chriſti fidem amplexarentur. Signo vero dato, quod Imperatoris introitum indicabat, conſurrexiſſe omnes dicuntur. Imperator deinde tanquam quidam cæleſtis Dei Angelus purpureo veſtitu, & nitido, velut claro luminis fulgore ſplendeſcens, coruſcantibuſque illius radiis illuſtratus, & conſpicuo auri lapidumque pretioſorum nitore pulchre adornatus, per mediam conſeſſum intrat. Atque hæc ſunt, quæ ad corporis decus ſpectant.

LIII. Constant. modeſtia. *Quod autem ad animum attinet; eum timore Dei, & vera pietate inſigniter decoratum conſtat, quas quidem res oculi demiſſi, vultus pudor, & inceſſus moderatio ſatis indicabant. Quinetiam reliqua formæ ſpecies, & proceritas, tum pulchritudinis excellentia, tum magnifica totius corporis conformatione, tum invicti roboris firmitate eximia, facile omnem omnium ſuorum præſtantiam ſuperavit. Quæ certe cum morum modeſtia, & manſuetudinis vere regiæ ſuavitate temperata, ſingularem mentis indolem, quæ nulla dicendi facultate explicari poteſt, declarabant. Simulac vero ad ſummum locum venit, primum in medio conventu erectus conſtitit, ac cum parva quædam ſella ex auro fabricata illi eſſet loco poſita, non prius conſedit, quam Epiſcopi id innuiſſent, idemque omnes poſt Imperatorem fecitarunt*: Hæc Euſebius, Socrates (*a*), Theodoretus (*b*), Sozomenus (*c*), & alii nihil ab invicem diſcrepantes affirmant. Commendatur etiam in eo potiſſimum a S. Ambroſio (*d*) de rebus geſtis in Nicæno Concilio Conſtantini modeſtia, quod libera in omnibus eſſe voluit de fide diſſerentium ſuffragia ſacerdotum; quam, ſcribens ad Valentinianum Imperatorem, eidem propoſuit imitandam, cum ait: *Si conferendum de fide, ſacerdotum debet eſſe iſta collatio; ſicut factum eſt ſub Conſtantino Auguſtæ memoriæ Principe qui nullas leges ante præmiſit, ſed liberum dedit judicium ſacerdotibus.* Sed ad Euſebium redeamus qui ſubdit (*e*):

(*a*) *Socrat. l.1. c.5.* (*b*) *Theod. l.1. c.7.* (*c*) *Sozom. l.1. c.18.* (*d*) *Ambroſ. epiſt.32.* (*e*) *Euſeb. vit. Conſt. l.3. c.11.*

LIV. Euſtathii munus in Synodo. *Epiſcopus autem, qui in dextro ordine primam ſedem occupabat, aſſurgens, perbrevi oratione Imperatorem affatus eſt, hymnumque quo Deo omnipotenti gratias ageret, recitavit.* Quiſnam Epiſcopus iſte fuerit, qui ab Euſebio tam ingrato ſilentio condemnatur; Sozomenus arbitratus eumdem Euſebium modeſtiæ cauſa de ſe ipſo dicere ſiluiſſe, eum fuiſſe ipſum Euſebium, abſque aliqua controverſia confirmavit, atque (*f*): *Cum vero omnes conſediſſent; ſurrexit Euſebius, cognomento Pamphilus, ac Imperatorem oratione compellavit, hymnumque recitavit, quo ejus cauſa Deo gratias ageret.* Sed parum Sozomenus mores Euſebii perſpectos viſus eſt habuiſſe; qui nullam umquam occaſionem prætermiſit honorifice de ſe dicendi, ea tantum ſilentio obvoluta relinquens, quæ ſuam ipſius turpitudinem potuiſſent arguere, quod ſuperius eſt ſæpius demonſtratum. At ſatis perſpicuum redditur, ipſum abſque invidia reticuiſſe nomen Epiſcopi, qui in magnificentiſſimo illo conſeſſu in dextero latere locum primum tenebat, & primus omnium ea oratione affatus eſt Imperatorem. Fuit autem hic ille Magnus Euſtathius Epiſcopus Antiochenus, in ſede illa (ut enarratum eſt) ipſi prælatus Euſebio; quod non ignoravit Theodoretus, qui ait, (*g*): *Statim ut ſeſſum eſt, Euſtathius ille Magnus, qui Philogonio, cujus ſupra mentionem feci, ex hac vita ad aliam meliorem tranſlato, Epiſcopatum Eccleſiæ Antiochenæ obtinuit; quippe hunc Epiſcopi, & ſacerdotes, & univerſus populus Chriſto deditus, communibus ſuffragiis invitum Eccleſiam illam pro Philogonio paſcere coegerunt; ille, inquam, Euſtathius Imperatorem laudibus inſignibus ornare, & ei pro ſingulari ſuo ſtudio erga res ſacras eximia gloriæ præconia tribuere cœpit:* Hæc de oratione Euſtathii Theodoretus. Porro Caſſiodorus conciliare conatus eſt Sozomenum cum Theodoreto, dum ait, poſt Euſtathium Euſebium peroraſſe; cum tamen ipſe Euſebius nonniſi ab uno oratum eſſe teſtetur, nec poſt eum aliquem eodem munere in Synodo functum. Eam vero ab Euſtathio habitam orationem perbrevem recitat Gregorius presbyter Cæſarienſis his verbis (*h*):

(*f*) *Sozom. l.1. c.1* (*g*) *Theod. l.1. c.7.* (*h*) *Gregor. presb. orat. de ſanct. Patrib. Nic. Concil. apud. Lip. tom.6.*

LV. Euſtathii oratio habita in Synodo. *Deo agimus gratias, o optime Imperator, qui terrarum tibi regnum dirigit, qui errorem ſimulacrorum per te abolevit, & infidelium animis tranquillitatem collocavit. Ceſſavit ardor Dæmonum; multiplicis*

PAGIUS Imperatore, cuncta coram illo fuiſſe dicit conſtituta. Ex quibus manifeſte apparet, Euſebium cap.10. citato loqui de ultimo Concilii die, ſeu de poſtrema Seſſione, cum res in pluribus antea Epiſcoporum conſeſſibus diſcuſſa fuiſſet ac ventilata. Neque enim tot tantæque res, quæ in illa Synodo geſtæ, unius diei ſpatio examinari ac diffiniri potuere. Idem quoque antea factum fuerat in Synodo Antiochena adverſos Paulum Samoſatenum, ut docet Euſebius in lib.7. Hiſt. Eccleſiaſt. Hæc omnia docte Valeſius.

XXI. *Quis primus in Concilio Conſtantinum allocutus ſit.* Theodoretus lib. 1. cap. 6. ſcribit, *Euſtathium* Antiochenum in Concilio Imperatori panegyricum dixiſſe. Theodoreto ſubſcribit Gregorius Cæſarienſis in Cappadocia Presbyter, in Oratione, quam de Nicæni Concilii Patribus conſcripſit, cap. 5. & 6. Contra nec Euſebio, nec Euſtathio, ſed Alexandro Alexandrinorum Epiſcopo ſermonem illum primum adſcribit Theodorus Mopſueſtenus, at Nicetas in Theſauro de Or-

Baron. n. LIV. & ſeqq.

deorum cultus ſoluta eſt falſa religio; expelluntur tenebræ impietatis; luce divinæ cognitionis Orbis terrarum illuſtratur; Pater glorificatur, Filius ſimul adoratur, Spiritus ſanctus annunciatur. Trinitas conſubſtantialis, una divinitas in tribus perſonis, & hypoſtaſibus prædicatur. Per eam, o Imperator, tibi munitur tuæ pietatis potentia. Eam nobis ſerva integram, & inviolatam. Nullus hæreticus ſubiens Eccleſiam de Trinitate unum aliquid auferat, reliquum quod reſtat affectum ignominia. Arius nobis, qui a furore accepit denominationem, orationis cauſa eſt, & conventus; qui neſcio quomodo allectus in presbyteratum Eccleſiæ Alexandrinæ nos latuit cum eſſet alienus a doctrina beatorum Apoſtolorum, & Prophetarum. Unigenitum enim Filium, & Verbum patris non veretur privare eadem, & æquali cum Patre ſubſtantia, & Creatorem cum creatura, creaturæ cultor contendit connumerare. Eum autem perſuaſeris, Imperator, mutata ſententia, non repugnare doctrinæ Apoſtolicæ, aut ſi vanæ opinionis, cujus eſt convictus, perſtiterit in impietate, eum de Chriſti, & noſtro cœtu funditus ſuſtuleris, ne ſuis turbidis verborum blanditiis venetur animas ſimpliciorum: Hucuſque oratio Euſtathii Epiſcopi Antiocheni a Gregorio recitata. Ad hæc contra Arium fortaſſe S. Hieronymus alluſit, cum ad Evagrium ſcribens ait (a): *Hic primus Antiochiæ Epiſcopus contra Arium clariſſima tuba bellum cecinit.* Hæc quidem ad alia tempora nequaquam referri poſſunt, cum (ut antea diximus) ante ipſum ejuſdem ſedis Epiſcopus Philogonius adverſus Arium valide decertaverit. Verum de his ſuperius pluribus.

(a) Hier. epiſt. 126.

LVI. De ratione conſeſſus.

Sed priuſquam cætera proſequamur, de loco Euſtathii nodus ille ſolvendus ſe nobis offert: Quidnam eſt, quod ipſe tertiæ ſedis Epiſcopus in dextero Epiſcoporum ordine primo loco ſedet, cui præponendus fuiſſet Alexander Epiſcopus Alexandrinus, & ante eum tres legati Apoſtolicæ ſedis urbis Romæ, Oſius, Vitus, atque Vincentius? Exiſtimavi aliquando, quod de eo ſcribatur, hymnum Deo ceciniſſe, quo illi gratias egit, Euſtathium in ſacro illo Conventu, ob eam cauſam primum, qui videbatur, omnium locum nactum eſſe. Sed nec tanti ponderis æſtimo hymni euchariſtici recitationem, ut propterea in tanto conſeſſu locum principem obtineret. Verum nec, quod ibidem publice perorarit, primarium illum ſedem decuit occupaſſe. Rurſum vero nec dicere poſſumus ipſum primo loco ſediſſe tamquam patronum Synodi, cujus partes erant ſingulorum rogare ſententias, ut ſuo loco dicemus. Nam cui magis credendum de Euſtathio, quam ſibi ipſi de ſe teſtanti; nempe præter illa, quæ de fide Catholica adducta eſſent in controverſiam, reliqua adeo neglexiſſe, ut nec, quot in Synodo congregati eſſent Epiſcopi, ſcire curarit? At reddam ipſius verba (b): *Nicæam (inquit) adventavit maximus Epiſcoporum cœtus, numero ducentorum, & ſeptuaginta ad minimum in unum coactorum; nam propter ingentem eorum multitudinem nihil certi de hoc numero ſcribere poſſum, quandoquidem in eo curioſe investigando minime laboravi.* Hujuſmodi quidem haud ſunt verba hominis Synodo præſidentis, & cui ex officio hæc, & alia exacte ſcire neceſſario incumberet.

(b) Apud Theodor. l. 1. c. 8.

Sed ad hæc cognoſcenda nulla verior poterit ratio ſuffragari, quam quæ petitur exemplo rerum geſtarum in aliis ſacroſanctis Synodis Oecumenicis: ex quatuor namque illis antiquioribus Conciliis Generalibus, ſolius Chalcedonenſis Acta integra extant; in cujus prima Actione qualiſnam eſſe ſoleret Epiſcoporum conſeſſus in Synodo, perſpicue demonſtratur, dum hæc ibi ſcripta leguntur (c) *Reſidentibus magnificentiſſimis, &glorioſiſſimis Judicibus, & ampliſſimo Senatu in medio ante cancellos ſanctiſſimi altaris; & in læva quidem parte ſedentibus ſanctiſſimis, & reverendiſſimis Epiſcopis, & Vicariis Deo amiciſſimis ſanctiſſimi, & reverendiſſimi, Leonis Antiſtitis priſcæ urbis Romæ, & Anatolio religioſiſſimo Archiepiſcopo Conſtantinopolitanæ regiæ Civitatis, & Maximo religioſiſſimo Epiſcopo Antiochiæ, &c.* Anatolius ibi eſt ſuperadditus, cum nulla eſſet ratio, qua Antiocheno Epiſcopo præferri deberet. Et paulo poſt: *Ex dextera vero parte ſimiliter conſidentibus Dioſcoro religioſiſſimo Epiſcopo Alexandrino, & Juvenale religioſiſſimo Epiſcopo Hieroſolymarum, &c.* Hæc cum ſitu, & ſeſſionis ordine in Synodo Chalcedonenſi diſpoſita inveniantur, & haud dubium ex antiquo, & uſitato rerum ordine, nempe quod factum Patres ſciſſent in Niceno Concilio, Conſtantinopolitano pariter, & Epheſino; quis non intelligat, locum ſiniſtrum ab illis ſanctiorem, & digniorem

LVII.

(c) Concil. Chalced. Act. 1. tom. 2. Concil.

Conſeſſus publici ratio.

PAGIUS Ortodoxa Fide lib. 5. cap. 7. refert. Epiphanius Scholaſticus in Hiſtoria Tripartita, quam Caſſiodorus in epitomen redegit, lib. 2. cap. 5. Euſtathium quidem prius, Euſebium vero deinde laudes Imperatoris exsuliſſe commemorat; cui ſuffragium ſuum addit Nicephorus lib. 8. cap. 16. Sed quid obſtat, inquit Hankius in lib. de Byzantinarum rerum Scriptoribus Græcis parte prima, cap. 1. num. XCIII. quo minus credamus honores illos in tot Epiſcopis & primario loco ſedentis, & Oratione prima Deo Conſtantinove gratias agentis, Euſebio noſtro ſingularem & eruditionem & eloquentiam comparaviſſe; cum ipſemet Euſebius lib. 3. de Conſtantini Vita ſe primum in Synodo verba feciſſe teſtetur?

At

Digitized by Google

gniorem eſſe exiſtimatum? nam cum Dioſcorus Epiſcopus Alexandrinus hæreſis infamatus, cujus cauſa in Synodo examinanda erat, primum locum dexteræ partis tenuerit, legari vero Apoſtolicæ ſedis primum lævæ, plane abſque aliqua ambiguitate perſpectum notumque redditur, ſiniſtram partem dextera dignıorem eſſe exiſtimatam.

LVIII. Siniſtra potior dextera.

Quod duplici ratione potuit contingere; ſive quod (ut dixiſſe quoque meminimus ſecundo Annalium tomo) apud Romanos in ſacris potior locus ſemper ſiniſter ſit habitus, dexter vero poſterior; ſive quod in Eccleſia Chriſti ex benedictione illa Patriarchali (*a*) in Ephraim atque Manaſſem mutatæ ſint rerum vices & ordo; ut quæ ſiniſtra eſſet, in dexteram, & dextera in ſiniſtram dignitatis, & benedictionis ordine mutaretur. Id quidem tam in Orientali, quam in Occidentali Eccleſia uſa receptum eſſe, priſca docent exempla. Etenim de Orientali Eccleſia fidem facit Sophronius Hieroſolymitanus Epiſcopus in homilia ad populum habita, ex qua hæc recitata leguntur in poſteriore Nicæno Concilio: *Ecce* (inquit) *imaginem maximam, & mirificam vidimus repræſentantem in medio quidem picturam Domini noſtri Jeſu Chriſti, matrem autem Chriſti & dominam noſtram Deiparam ſemper Virginem Mariam a ſiniſtris, a dextris Baptiſtam Salvatoris noſtri Præcurſorem, &c.* Et de Occidentali Eccleſia atque ipſa Urbe id ipſum manifeſte illud demonſtrat, dum olim cum in Baſilicis diſtincta eſſent loca fœminarum atque virorum, in dextera parte collocatæ erant mulieres, in ſiniſtra vero viri, ut ejuſdem Eccleſiæ vetuſtiſſima monumenta docent, quorum alibi meminimus. Hinc & ille veterrimus uſus, ut in ſacris diplomatibus a dextris Paulus, Petrus vero a parte læva collocaretur.

(*a*) Gen. 48.

LIX. Hac igitur ratione affirmandum eſt, in hoc Nicæno ſacro Epiſcoporum conſeſſu a læva parte ſediſſe Oſium, Vitum, atque Vincentium miſſos a Silveſtro legatos a latere, moxque aſſediſſe Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum, ac reliquos ſuo ordine; a dextris vero primum (ut viſum eſt) obtinuiſſe locum Epiſcopum Antiochenum. Rurſum vero in medio ejuſdem conſeſſus (ut habent Acta dictæ Synodi Chalcedonenſis (*b*), & aliorum Conciliorum) poni ſolitum erat ſacroſanctum Evangelium, in quod vultus omnium converſi eſſent. At quid hoc myſticum ſignificaret, S. Cyrillus Alexandrinus declarare videtur, dum ait in Apologia: *Sancta Synodus* (nempe Epheſina) *in ſancta Eccleſia, quæ Mariana vocatur, congregata eſt; Chriſtumque aſſeſſorem capitis loco adjunxit; venerandum enim Evangelium in ſancto throno collocavit, tantum non in aures ſacerdotum clamans: Juſtum judicium judicate, &c.* Liber igitur ille in ſede regia collocatus, divinam præſeferebat perſonam, ſecundum illud Pſalmi (*c*): *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.* Sed ad ipſa Nicæna Acta revertatur oratio. Quid autem actum ſit poſtquam peroravit Euſtathius, atque hymnum abſolvit, Euſebius, inſtitutam ſemel proſecutus orationem, narrat, ſic dicens (*d*):

(*b*) Concil. Chalced. end. act. 2. paulo inferius.

Locus Evangelii.

(*c*) Pſal. 81.

(*d*) Euſeb. in Vit. Conſt. l. 3. c. 11. 12.

Oratio Conſtantini.

Poſtquam ille aſſederat, omnibus aciem oculorum in Imperatorem acriter intendentibus, ſilentium factum eſt. Imperator vero primum alacri obtutu, & placidos oculos in omnes conjiciens, ſuæque ipſius mentis, & ingenii vires colligens, ſedata ac leni voce, hoc modo apud eos dicere ingreſſus eſt: Quoniam mihi admodum in optatis fuit, amici cariſſimi, iſto veſtro conſeſſu aliquando frui; jam vero potitus, Regi, & moderatori omnium Deo ideo me gratias agere debere fateor, quod mihi præter cæteros largitus eſt, at iſtud quod omnium fere bonis antecellit, nempe vos in unum convocatos, unamque omnium, & conſentientem eſſe voluntatem, oculis tandem aſpiciam. Nolite ergo pati, ut alia invidiæ tempeſtas noſtris rebus proſperis inimica iſtud bonum labefactet; atque cum tyrannorum dimicatio contra Deum ſuſcepta jam Dei Salvatoris virtute profligata ſit, ut denuo perditus dæmon divinam Chriſti diſciplinam, & religionem malevolorum obtrectationibus lacerandam objiciat: quandoquidem inteſtina ſeditio in Eccleſia Dei conflata multo plus moleſtiarum, & acerbitatis, quam quodvis bellum pugnave, videtur mihi in ſe complecti; atque iſtæ res ad animum ſpectantes, longe plus, quam quæ ad corpus pertinent, doloris afferre videntur. Cum igitur Dei Opt. Max. nutu victoriam ab hoſtibus reportaſſem; nihilque amplius mihi reliquum eſſe putarem, quam ut tum Deo gratias agerem, tum una cum his, qui, Deo opem ferente, per me eſſent in libertatem vindicati, communem lætitiam animo perciperem: ut primum diſſenſio veſtra ad aures meas

PAGIUS XXII. Euſebius in vita Conſtantini Decennalium ordinem ſervavit.

At hallucinatur Hankius, cum ait, id Euſebium alio loco innuere videri: *Nam cum in ipſis*, inquit vir doctiſſimus, *Conſtantini Magni Vicennalibus Concilium habitum ſit, veroſimillimum ab Euſebio intelligi Orationem illam, de qua loquitur, cum indicat Orationes, quas in Conſtantini laudes habuit, lib. 1. de Conſtantini Vita cap. 1.* Sed præterquam quod Vicennalia, nonniſi abſoluto Concilio Nicæno, a Conſtantino Nicomediæ exhibita, Euſebius eo in loco eas tantum Orationes enumerat, quas in Vicennalibus & in Tricennalibus, præſente Conſtantino, habuit, ut innuat, quemadmodum tunc in geſtis hujus Imperatoris recenſendis non alium quam Decennalium ordinem ſervavit; ſic in ejus Vita conſcribenda alium ſe non ſerva-

præter omnem ſpem pervenit, rumorem illum de ea allatum non plane negligebam; ſed optans in primis, ut huic rei mea opera, & ſedulitate remedium inveniretur, omnes vos abſque mora accerſebam. Attamen lætor equidem vehementer, cum jam veſtrum conſeſſum intueor: tunc tamen arbitror rem me maxime ex animi ſententia geſſiſſe, ubi vos animorum conjunctione colligatos, & unam eamdemque communem inter omnes & tranquillam concordiam (quam quidem vos, cum ſitis Deo conſecrati, aliis etiam a Deo impetrare, conſentaneum eſt) vigere floreréque intellexero. Itaque ne ulla ſit, quæſo, in vobis mora, o cariſſimi; ne gravemini, o ſancti Dei miniſtri, & ſpectati communis omnium noſtri Domini ac Salvatoris famuli; ne gravemini, inquam, deinceps cauſas diſſenſionis inter vos graſſantis jam penitus tollere; primoque omnium operam detis, ut omnia vincula, quibus conſtricta tenetur controverſia, pacis legibus omnino diſſolvantur. Sic enim eſtis, & Deo omnium gubernatori rem gratam facturi, & mihi veſtro in Domino conſervo maximum præſtaturi beneficium. Hic iſta Latino ſermone, altero eadem interpretante, locutus, ſermonem omnem deinceps Concilii Præſidibus conceſſit.

LX. Conſtant. cur latino ſermone uſus in dicendo. (a) Euſeb. in Vit. Conſt. l. 3. c. 13. (b) Greg. presb. orat. de patrib. Nicæni Concilii.

Cur autem Latino magis, quam Græco ſermone uſus ſit, eum, teſte eodem Euſebio (*a*), idem Græcam linguam calleret; ea potiſſimum ratio redditur, quod ob majeſtatem Romani Imperii, nec inferiores quidem Judices decebat interloquendo, & ſententiam ferendo, peregrina uti dialecto, ſed tantum Romana, quod fuſius non dixiſſe alia occaſione meminimus primo Annalium tomo. Porro eamdem Conſtantini ab Euſebio recitatam orationem referunt Sozomenus atque Gregorius (*b*) in eamdem ferme ſententiam. Dalmatianus vero Epiſcopus Cyzicenus, qui tempore Zenonis Imperatoris collegit (ut profitetur) Acta Nicæni Concilii, longe prolixiorem ab his recitat Conſtantini in Synodo orationem, qua inter alia Imperator opportuna occaſione ſe ſacro initiatum eſſe baptiſmate profitetur; quam faciliori fuit negotio ab Euſebio prætermitti; de cæteris ſcriptoribus eamdem orationem omittentibus nulla eſt ſuſpicio doli, cum ſive rem ipſam, ſive verba, non alia quam, quæ ab Euſebio ſcripta eſſe reperiuntur, memoriæ commendaſſe intelliguntur.

LXI. Quæ autem poſt hæc in Synodo geſta ſint, utinam integrum eſſet hic integra Acta deſcribere, ſingulorumque ſanctorum Patrum ſententias tamquam monilia quædam attexere. Sed quoniam ea deperdita eſſe noſcuntur, ex fragmentis hinc inde collectis opus haud ingratum compingere ſatagemus. Fuiſſe quidem Acta Nicæna accuratiſſime ſcripta, Sanctus Athanaſius auctor eſt in libro de Synodis: verum injuria temporis & Arianorum conatibus paſſa eſſe naufragia, certum eſt. Ceterum ſcimus, nonnullos, qui longe poſt Nicænum Concilium vixere, profiteri Acta Nicæna reperiri: ſiquidem teſtatur Photius ſe legiſſe Acta Nicæna tribus diſtincta voluminibus a Gelaſio quodam ſcripta; non tamen (ut ait) ipſa vere Synodi Acta, verum de rebus geſtis in Synodo hiſtoriam, humili quidem ſermone, ſed diligenti, tractantem quæ in Synodo contigerunt. Aſtruere videtur id ipſum Theodorus Balſamon ejus interpres. Ex noſtris Latinis Iſidorus, non ille Hiſpalenſis Epiſcopus, (ne quis pulchro nomine decipiatur) ſed ille cognomento Mercator, haud tantæ fidei auctor (ut experti ſumus in multis) hæc de his tradit (*c*): *Nobis autem* (inquit) *quidam e conſortio fratrum noſtrorum Orientales teſtati ſunt, ſe vidiſſe Concilium Nicænum, habens potiorem quam quatuor Evangeliorum magnitudinem, continens in ſe ſeſſiones Epiſcoporum, & introductiones, judiciaque querimoniarum, atque definitiones, & conſtitutiones, necnon & ſubſcriptiones eorum; ad cujus ſimilitudinem Magnum Chalcedonenſe Concilium conſcriptum eſſe confirmarunt:* Hæc ipſe. Sed & qui noſtro ſeculo vixit, & ante paucos annos ex hac vita deceſſit, D. Franciſcus Turrianus, dignæ memoriæ vir, aſſeverare non dubitat, eadem hodie reperiri Alexandriæ apud illius ſedis, qui illic moratur, Epiſcopum. Credidit ipſe aliis iſtæc referentibus. Alios audivi affirmantes eadem Acta apud Arabes aſſervari.

Acta Nicæna putantur extare. (c) Iſidor. in præfat. Concilii.

LXII. De actis Nicænis auctoris ſententia.

Sed, ut libere dicam, ſomnia puto hæc omnia: utinam falſus conjector inveniar: nam illud ſcimus omne ſæculum, quod ab eo tempore ad noſtram uſque ætatem interlapſum eſt, cupidiſſimum fuiſſe tam egregiæ atque omnium nobiliſſimæ antiquitatis, nec tamen ea hominum cuiquam potitum eſſe. Nec ignoramus in compluribus Conciliis Oecumenicis, in quæ ex omnibus Orientis atque Occidentis Provinciis eruditi Epiſcopi convenere, cum ſæpius Nicænorum Actorum per-

PAGIUS vatutum ordinem, ut in Diſſertationis Hypat. parte 2. cap. 2. num. XIX. a me explicatum. Denique Euſebius in lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 11. dicit, ſe in Concilio medica Oratione Imperatorem allocutum eſſe; initio vero ejuſdem Vitæ ſermonem habet de prolixis Orationibus, quas in Vicennalibus & Tricennalibus Conſtantini recitarat. In eadem tamen ſalebra hæſit Valeſius in Notis Euſebianis ad lib. 3. Vitæ Conſtantini cap. 11. ab eoque Hankius, ut videtur, deceptus.

XXIII. Concilii Nicæni Acta.

Ad num. LXII. & ſeq. Scripta fuit in Synodo Nicæna Fidei formula & Canones cum epiſtola Synodica, & omnia ſingulorum Epiſcopo-

peropportuna mentio ſe offerret, ab aliquo illorum nomine tenus cognita, vel citata. Nec nos latet, ſub Honorio Imperatore, cum de Nicæno canone controverſia fuiſſet exorta, publica legatione Africanorum Epiſcoporum ad Orientalium ſedium præcipuos Antiſtites miſſa, eſſe omnium Eccleſiarum archiva reſerata, atque abdita quæque penetralia diligantiſſime perveſtigata; nec quicquam præter illa, quæ hodie habentur, de Nicæno Concilio inventum eſſe. Quamobrem miſſis his (quod noſtrarum partium eſt) in illud potiſſimum incumbamus, ut quoniam ubertas meſſis deeſt, & pinguis vindemiæ nullæ ſpes reliqua, ſpicas colligamus atque racemos; quæ, inquam, diverſis in locis ſparſa atque diſperſa inveniri poſſunt, relegentes, ſuo ordine diſponamus.

LXIII. Arii hæreſis lecta in Synodo.

Illud quidem memoria dignum in primis accidit; cum ex conſuetudine, ſcripta Arii de hæreſi quam protulerat legerentur, ſanctiſſimos Patres illos adeo exhorruiſſe blaſphemiam, ut mox aures obſtruxerint. Teſtatur id quidem S. Athanaſius, cum adverſus Arianos agit his verbis (*a*): *Ego certe, vel ſolum inter ſcribendum, cum & ejus impietatum recordarer, veramque de religione ſenſum retinerem, non potui hominem non execrari. Nam & in Nicæno Conventu omnes quotquot ibi aderant Epiſcopi aures ſuas ad iſta verba obturaverant &c.* Lectæ ſunt & litteræ Euſebii Nicomedienſis, totius ſatanicæ molitionis præcipui architecti. Quid autem tunc a Patribus de his ſcriptis actum ſit, Euſtathius, quem diximus, Epiſcopus Antiochenus narrat his verbis, quæ recitat Theodoretus (*b*).

(*a*) Athan. orat. 1. contra Arian.

(*b*) Theod. l. 1. c. 8.

LXIV. Euſebii Nicomed. litteræ lectæ.

Ubi vir de cauſis Nicæam adventavit maximus Epiſcoporum cœtus: Et paulo poſt: *Ubi etiam de fidei modo quæri cœptum eſt, Euſebii blaſphemia per ſuas ipſius litteras ſatis perſpicua deprehenſa fuit. Quæ quidem litteræ ubi fuere perlectæ, ſicut audientibus immenſum dolorem propter ejus de Eccleſia deceſſionem, ſic earum auctori inſanabile dedecoris vulnus intulerunt. Ac tametſi jam impia Euſebii officina patefacta erat, & nefariæ ejus litteræ in omnium conſpectu diſcerptæ, tamen quidam fraudulenter, nomine pacis ſimulato omnes qui præclariſſime concionari ſolebant, ſilere compulerunt. Qui autem aperte Arii inſaniam ſectabantur; ii, veriti ne auctoritate tanti Concilii in unum coacti, in exilium ejicerentur, procedentes in medium ipſi vetitum Arii dogma damnant anathemate & litteris de fide omnium conſenſu compoſitis, ſua manu ſubſcribunt.* Hæc de his modo Euſtathius. Fuit plane Arianorum Epiſcoporum iſtiuſmodi ſponte facta deditio perſimilis fugæ Parthorum, ſic enim contra Arium ſcribunt, ut in ſedibus ſuis relicti, inde pro Ario (quod fecerunt) validius dimicarent. Verum ſcriptio iſta atque ſubſcriptio ſecuta eſt poſtea: Verſemur nunc in his, quæ ipſius Synodi exordio facta ſunt.

Cum enim adverſus Arium, & Arianos diutius ante Nicænum Concilium olim Synodus a Catholicis, ac præcipue a Legato Sedis Apoſtolicæ Oſio Epiſcopo Cordubenſi, & Alexandro Epiſcopo Alexandrino; Alexandriæ (ut ſuo loco dictum eſt) collecta fuiſſet: placuit ſanctis Patribus Nicææ collectis, ut ejuſdem Synodi ante habitæ Acta producerentur in medium; id quidem teſtatur S. Julius Papa in epiſtola apud Athanaſium his verbis (*c*): *Quocirca Epiſcopi in magna Synodo Nicææ congregati non ſine Dei conſilio permiſerunt prioris Synodi Acta in alia Synodo examinari; ut & illi qui Judices erant, præ oculis habentes ſecundum de ea ipſa re judicium futurum, cum omni diligentia cauſam expenderent, & illi qui ſententiam acceperant, certo cognoſcerent, ſe non per ſimultatem priorum Judicum, ſed jure & merito condemnatos eſſe*: Hæc Julius. Porro de altercatione tunc habita inter hæreticos atque Catholicos, Sanctus Athanaſius, qui interfuit, & ad Alexandri Epiſcopi ſui juſſa pro defenſione fidei præſto erat, hæc ait (*d*) *Ita enim in Nicæna Synodo cum Euſebio ejuſque gregalibus actum eſt: Cum principio ea hæreſi ſua comminentes bella pugnaſque in Deum meditarentur (nam quæ ab illis proferebantur, hæreſis impietate ſcatebant) Epiſcopi contra qui convenerant (erant autem illi plus minus trecenti) placide & humaniter poſtulabant, ut ſuorum dictorum rationes redderent, ſeque non impios eſſe demonſtrarent. Illi autem vix inceperant hiſcere, cum jam & improbarentur; & ipſi quoque inter ſeſe depugnarent, agnitaque ſua hæreſeos perplexitate, muti prorſus reddebantur; ipſoque ſilentio ſuæ opinionis vitia flagitiaque prodebant. Epiſcopi igitur ſublatis Euſebianorum vocabulis, iſtam formulam ſanæ fidei conceperunt; omnibuſque ſubſcribentibus, ſubſcripſerunt, & ipſi Euſebiani iis ver-*

LXV. Synodi Alexandrinæ Acta producta.

(*c*) Extat apud Ath. Apolog. 1.

(*d*) Athan. epiſt. cont. hæreſ. Arian. decr.

PAGIUS

porum ſubſcriptionibus firmata, ut inſinuat Euſebius lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 14. Sed Acta Synodi ſcriptis mandata non ſunt. Nam, ut inquit Valeſius in Notis, Euſebius diſerte teſtatur, nihil ſcriptis traditum eſſe, præter ea, quæ communi conſilio decreta fuerant: eaque ab omnibus ſubſcripta dicit. Baronium, qui contrarium ſenſit, decepit Latina interpretatio Athanaſii in lib. de Synodis, quæ ſic habet: *Quod ſi ad hanc rem uſus Synodi deſideratur, ſuperſunt Acta Patrum. Nam neque hac in parte negligentes fuere, qui Nicææ convenerunt: ſed ita accurate ſcripſerunt, &c.* In Græco tamen nulla Actorum mentio, ſic enim legitur: ἔστι τὰ τῶν πα-

verbis, quæ hunc culpant; loquor autem de vocabulis SUBSTANTIA, ET CONSUBSTANTIALITATE; *approbantes Dei Filium nullo modo facturam aut creaturam eſſe; ſed fœtum & Verbum ex Patris ſubſtantia*: Sed hæc poſtea.

LXVI. Ceterum antequam ad iſta devenirent Euſebiani & alii Ariani, ut Catholicæ fidei ſubſcriberent, & deteſtarentur ſententiam Arii, quam ante defenderant; exploſa jam atque penitus confutata hæreſi, inter Patres nonnihil laboratum eſt, qua potiſſimum voce divinitatem coæqualem paremque Filii Dei cum Patre poſſent exprimere, quo omnis illorum impietas remaneret prorſus extincta. *Nam cum* (inquit Athanaſius *a*) *Synodus in hoc eſſet, ut Arianorum impia vocabula tolleret, & voces adhibere vellet, quæ ſine controverſia ſacrarum litterarum eſſent, nimirum eum Filium eſſe, & nequaquam ex non entibus eſſe, ſed ex Deo, eumque Verbum eſſe, & Sapientiam, ac nequaquam creaturam aut facturam, ſed germen proprium ſui Patris; Euſebiani pro inveterata ſua, & prava opinione volebant, illud, Ex Deo eſſe, commune eſſe, & ad homines quoque pertinere, neque quicquam Chriſtum eo nomine a nobis differre.* Et paulo poſt: *Ibi Patres animadverſa illorum fraude, & impietatis vafritie, coacti ſunt clarioribus verbis exponere quid ſit, Ex Deo eſſe; & ſcribere Filium ex ſubſtantia Dei eſſe; ne, Ex Deo eſſe, & commune, & æque ad Filium, & creaturas pertinere exiſtimaretur*: Et inferius.

Divinitas Filii Dei quibus vocibus exponenda.

(a) Athan. ubi ſupra.

LXVII. *Epiſcopis rurſum affirmantibus, & hoc quoque ſcribi debere, Eum veram eſſe potentiam, & imaginem Patris, & ſimilem Patri, & immutabilem per omnia, & inconvertibilem, & æternum, & indiviſum in Patre ſubſiſtere; numquam enim non erat, ſed ſemper erat, ſubſiſtebatque perpetuo apud Patrem, ut ſplendor lucis: Iſta quidem eatenus ſuſtinebant Euſebiani, nihil auſi contradicere, ob probrum quod in dictis ſuis refutatis paſſi erant; ſed ita tamen, ut deprehenderentur inter ſeſe muſſitare, nutus conferre, oculiſque ſibi invicem applaudere. Quaſi illud, Simile eſſe, & in eo eſſe, & Ejus potentiam eſſe, communia Filio nobiſcum eſſent, neque obſtaret quidquam quo nobis ea ipſa quoque adaptarentur, eo quod de ſimilitudine noſtra cum Deo ſcriptum habeatur, hominem eſſe, & imaginem, & gloriam Dei, &c.* Paulo vero poſt: *Cæterum* (inquit) *Epiſcopi, conſiderata illorum hypocriſi, & vafritie* (*prout Scriptura dicit: Dolus in cordibus fabricantium mala*) *ipſi quoque neceſſitate coacti ſunt ſententiam eorum verum ex Scripturis colligere, & quæ prius dixerant, apertioribus verbis repetere, & ſcribere, Filium conſubſtantialem eſſe Patri; ut non ſolum ſimilem ſimilitudine, ſed eumdem, ea voce quæ ex Patre eſſe dicitur, ſignificarent, &c.* Multa de his ibi Athanaſius. De qua quidem voce Marius Victorinus (*b*) cum pluribus agit, hæc ait: *Hoc nno, id eſt, ὁμόσιος, omne venenum Ariani dogmatis intereuntur. O docti Epiſcopi, o ſancti, o fidem ſpiritu confirmantes, o verbum; vere verbum Dei, quo Deus & λόγος oſtenditur ex æterno, & ſemper, eademque ſubſtantia. Dictum igitur Latine eſt ὁμοούσιον, unde neceſſario etiam Græce ponendum atque tractandum*: Hæc ipſe.

Quæ voces prioditæ parum tutæ.

(b) Mar. vict. adv. Arium l.2. prope fin.

LXVIII. Porro vocem hanc acceptam tunc fuiſſe ex Euſebii Nicomedienſis litteris in Synodo (ut vidimus) recitatis, teſtatur S. Ambroſius, qui in libro de Fide ad Gratianum Imperatorem ſic ait (*c*): *Auctor ipſorum Euſebius Nicomedienſis epiſtola ſua prodidit dicens: Si verum* (*inquit*) *Dei Filium increatum dicimus*: HOMOUSION, *Conſubſtantialem, cum patre, incipimus confiteri. Hæc cum lecta eſſet epiſtola in Concilio Nicæno, hoc verbum in tractatu fidei poſuerunt Patres, quod viderunt adverſariis eſſe formidini, ut tamquam evaginato ab ipſis gladio ipſum nefandæ caput hæreſis amputarent*: Hæc Ambroſius. Cæterum quod calumniarentur Ariani, vocem eſſe exoticam, nec reperiri in divinis Scripturis, ejus tamen ſignificationem ex ſacris litteris eſſe, nomenclaturamque non nuper inventam, ſed a ſanctiſſimis quoque Patribus uſurpatam, ab ipſo præſertim ſancto Dionyſio Romano Pontifice, Dionyſio Alexandrino Epiſcopo, & ante hos a Theognoſto antiquo Theologo, Athanaſius pluribus docet (*d*).

(c) Ambr. de fide ad Grat. l.3. c.ult.

Vox conſubſtantialis unde.

(d) Athan. in ep. decr. Nicæn. concil. contra Arian. hær.

LXIX. Hanc autem traditionem plane eſſe Apoſtolicam, ut tres perſonas in una ſubſtantia, eamdemque unam ſubſtantiam in tribus perſonis diſtinctam Catholica profiteatur Eccleſia; externi etiam & impii produnt, fidemque faciunt; ut illud Luciani (*e*) (quod ſuo loco diximus) dum, licet irridens, Chriſtianum ducit catechizantem Ethnicum, de tanto myſterio ſic paucis docens: *Rogante Ethnico Chriſtianum, atque dicente: Quemnam igitur tibi jurabo? Triephon reſpondit: Deum alte regnantem, magnum, æthereum, atque æternum Filium Patris, & Spiritum ſanctum ex Patre procedentem; unum ex tribus, & ex uno tria*[u]: *hæc tu Jovem puta; hunc Deum exiſtima*: ſic apud Lucianum. Sed unde hæc blaſphemo veritas,

Externi referant traditionem Apoſt. de Trinitatis una ſubſtantia.

(e) Lucian. in Philop. prope fin.

u tres.

PAGIUS *πατέρων*, id eſt, *Superſunt Patrum ſcripta*, Fides ſcilicet, & Canones, & epiſtolæ Synodicæ. Eſt & alius Athanaſii locus in epiſtola de Decretis Nicænæ Synodi pag. 250. ex quo colligit Valeſius, nulla fuiſſe Acta. Sic enim loquitur: *Quandoquidem, inquit, tua dilectio ea noſſe deſiderat, quæ in Synodo geſta ſunt, minime cunctatus ſum: ſed ſtatim tibi ſignificavi quæcum-*

Digitized by Google

tas, niſi ex iis, quæ ipſe a Chriſtianis, ſive Apoſtolis, ſive eorum diſcipulis acceptiſſet de fide ſanctiſſimæ Trinitatis, quu omnes qui credituri eſſent imbuebantur? ut vel hoc uno argumento ex veteri traditione, atque adeo Apoſtolorum, deprompto, omnis impietas convicta prorſus remaneat, & extincta. Nam quomodo tres unum ſunt, niſi in communicatione ſubſtantiæ? & quonam pacto unum tres, niſi in diſtinctione perſonarum? Ita enim Eccleſiam Fideles docuiſſe tempore Apoſtolorum, etiam (ut vides) Chriſtianæ religionis hoſtes affirmant.

LXX.

Filius Dei genitus, non factus.

Cum igitur patroni Arianæ hæreſis ſe cauſa cadere cernerent, & contra Catholicam veritatem obniti poſſe ulterius deſperarent; de Ingenito Patre addidere propoſitionem, nempe, ut Pater tantum diceretur Ingenitus; ut deducere poſſent in conſequentia, ipſum Filium factum atque creatum. Sed ſancta Synodus ſic Filium genitum nominavit, ut tamen ad eludendam illorum impoſturam adderet, NON FACTUM; ſicque GENITUM, NON FACTUM, adjecerit Symbolo. Hæc enim ex Athanaſio deducuntur (*a*). Porro iſtæc de rebus geſtis in Synodo adverſus Arianam hæreſim ab Athanaſio ſcripta, Theodoretus (*b*) omnia ferme recitat ex ejuſdem Athanaſii epiſtola ad Africanos, ſed brevitatis cauſa (ne eadem iterum repetamus) omittimus. Controverſias enim in Synodo, de his quæ ſpectarent ad fidem inter Catholicos, & Arianos agitatas ipſe Athanaſius prolixiore oratione proſecutus eſt eo commentario, ſeu epiſtola, quam inſcripſit: *De iis quæ decreta ſunt contra hæreſim Arianam*. Fuit enim in his quæ ad mutuas conflictationes pertinent, Athanaſius pars magna Synodi, libera ei conceſſa licentia adverſus Arianos agendi.

(*a*) *Athan. in epiſt. decr. cont. Arian. hæreſ.*

(*b*) *Theod. l. 1. c. 8.*

LXXI.

Conſtant. partes in Synodo.

Quid autem inter diſceptandum præſtiterit Conſtantinus, Euſebius (*c*) narrat his verbis: *Cum igitur multa eſſent ex utraque parte propoſita; magnaque controverſia ipſo diſputationis ingreſſu concitata; Imperator toleranter ac placide omnibus animum attendere, ſtudia acri prolatas ſententias ſenſim excipere; viciſſim ferre opem utrique diſceptantium parti: eos magna cum contentione digladiantes paulatim reconciliare; conferre cum ſingulis comiter, & benigne ſermonem: Græce (nam ne ejus quidem linguæ ignarus fuit) quid ipſe ſentiret, eloqui; ſuavis fuit & dulcis, dum aliis perſuadere, alios ſermone lenire, alios qui diſerte dixiſſent, collaudare, omnes denique ad concordiam reducere contendebat; uſque eo uti tandem eos in omnibus rebus, quæ in quæſtionem aliquando veniſſent, tum conſpirantes animis, tum opinionibus ades conſentientes redderet, ut non modo concors fides inter eos vigeret, ſed etiam unum idemque tempus in ſalutari Feſta Paſchatis celebrando obſervandum ab omnibus concederetur. Jam vero quæ erant communi omnium ſententia decreta, cujuſque manu ſubſcripta, fuerunt in commentariis relata*: Hucuſque Euſebius, paucis perſtringens quæcumque in Synodo geſta eſſent, evitans ſyrtes ac ſcopulos de ſe vel ſociis ne verbum quidem effandi, ut ſic ſuæ ſuorumque turpitudini conſultum ſilentio foret.

(*c*) *Euſeb. vit. Conſt. l. 3. c. 13.*

LXXII.

Ariani in gratiam Imp. conſentiunt rectæ fidei.

Cæterum de Conſtantino illud verum: ipſum egiſſe, ut qui hactenus Arii ſententiam defendiſſent, aſſentientes Catholico dogmati, ſacræ fidei regulæ in Concilio editæ ſe ſubſcriberent, inter quos ipſe Euſebius hoc idem præſtitit. Sed declaravit rerum futurarum eventus, Arianos non amore Catholicæ diſciplinæ, ſed privatis commodis ſtudentes (ut dictum eſt) & in Conſtantini gratiam, inſervientes tempori, hæreſim condemnaſſe, fidemque Catholicam comprobaſſe: ſiquidem ab ea confeſtim reſilierunt, & acriore ſunt eam odio perſecuti. Habes rurſum ex Euſebio ſatis expreſſum, quæ fuerint partes Imperatoris in Synodo aſſidentis, nempe attente audire, ſtudere paci, favere veritati, & fovere concordiam, tumultus comprimere, diſcrepantes a veritate ad rectæ fidei ſemitam revocare, & in omnibus de fide Catholica bene mereri; non autem ferre ſuffragium, vel cauſam ſententia definire, vel quampiam ad eam rem pertinentem, inconſultis Patribus, legem ferre. At nec certe majorem hac ſibi vindicare potuerunt auctoritatem, qui alias, abſente Imperatore, loco ipſius interfuere Synodo Judices cognitores: laici enim cum eſſent, ſic præeſſe Judices conſueverunt, non ut definirent quippiam, ſed cognoſcerent, & interloquendo paci conſulerent, & quieti: at de ejuſmodi functione alias ſuo loco opportunius; nunc autem ad res geſtas in Synodo redeamus.

LXXIII.

Conſentientibus Catholicis Epiſcopis, & Arianis pariter aſſentientibus, concepta eſt Catholicæ fidei formula, qua omnium Arianæ hæreſis capita truncarentur; fuit autem ejus formandæ Oſius in primis ſapientiſſimus architectus, de quo hæc S. Athanaſius (*d*), cum ſcribit in Arianos, ex verbis ipſorum in eumdem Oſium apud Conſtantinum conclamantium:

(*d*) *Athan. epiſt. ad ſolitar.*

PAGIUS *cumque ibi acta ſunt*, &c. Quod ſi Acta a Notariis excepta fuiſſent, ſatis habuiſſet Athanaſius ea ad amicum tranſmittere. Scripſit quidem Hiſtoriam *de Actis Nicænæ primæ Synodi* Gelaſius Cyzicenus Cæſareæ in Palæſtina Epiſcopus, ſed, præterquam quod hic Auctor multa habet parum veriſimilia, vixit tempore Baſiliſci, qui anno CDLXXVI. Imperium Orientis,

tum: *Hic princeps eſt Synodorum ; & , ſi quid ſcribet , ubique auditur ; hic formulam fidei in Nicæna Synodo concepit , & Arianos ubique pro hæreticis traduxit.* Porro ipſa ſacra fidei formula tunc ſcripta , quam Nicænum Symbolum appellare Fideles conſueverunt , cum pluribus in locis ſcripta habeatur ; nos hic deſcribemus eam ex epiſtola ejuſdem Athanaſii ad Jovianum Imperatorem (*a*) :

(*a*) *Athan. ad Jovian. de fide.*

Symbolum Nicænæ fidei.

Credimus in Deum Patrem omnipotentem , omnium viſibilium , & inviſibilium creatorem : Et in Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei , natum ex Patre , & unigenitum , hoc eſt , ex ſubſtantia Patris , Deum ex Deo , lumen de lumine , Deum verum ex Deo vero , genitum , non factum , & conſubſtantialem Patri , per quem omnia facta ſunt tam in cælis , quam in terra. Qui propter nos homines , & propter noſtram ſalutem deſcendit , & incarnatus eſt , & homo factus eſt , paſſus eſt , & reſurrexit tertia die , & aſcendit in cælos , venturus inde ad judicandum vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum : Hæc eſt regula Catholicæ fidei , quæ vero ſequuntur , anathematiſmi ſunt , pronunciati adverſus omnes impias Arianorum poſitiones , ne ulla ex parte hæreſis conſiſtere poſſet ; quos idem ſic ſubdit : *Eos autem qui dicunt : Erat , quando non erat ; & antequam fieret , non erat , aut ex non entibus extitit ex alia ſubſtantia ſubſiſtentiaque ; aut creatum , aut convertibilem , aut alterabilem dicentes Filium Dei ; hos anathemate ferit Catholica , & Apoſtolica fides :* Hucuſque Nicænum Symbolum , quod ſecundum diverſas tranſlationes in Latinum factas , interdum aliquibus diverſis verbis ſcriptum habetur , ut in Synodo Chalcedonenſi (*b*) , & apud S. Baſilium (*c*) , aliiſque in locis.

(*b*) *Synod. Chalcedon. act. 2.*
(*c*) *Baſil. epiſt. 78.*

LXXIV. Cum autem ad adſtruendam Spiritus ſancti divinitatem nihil præterea addidiſſe reperiatur Nicænum Concilium Symbolo Apoſtolorum ; id eam ob cauſam accidiſſe S. Baſilius ait , quod nulla tunc ea de re controverſia mota eſſet (*d*) ; ſic enim ait , poſtquam Nicænum Symbolum recitavit : *Quoniam igitur in hac fide reliqua quidem ſatis diligenter determinata ſunt , alia ad correctionem noxiorum , alia ad præmunitionem contra ea quæ in futuro ſuboriri poſſunt ; ſententia vero de Spiritu ſancto in tranſcurſu ſine omni diligentia poſita eſt , propterea quod nondum motu eſſet iſta quæſtio , ſed adhuc credentium mentibus ſecurus ac nullis objectus inſidiis ineſſet de Spiritu ſancto intellectus ; paulatim vero perverſa impietatis ſemina ſeſe exeruerunt ; quæ quidem primum ab Ario hæreſis auctore ſeminata , poſtea vero ab illis , qui impia Arii commenta ſuſceperunt , ad perniciem Eccleſiarum nutrita ſunt :* Hæc S. Baſilius. In eamdem ſententiam item S. Hieronymus (*e*) adverſus objectionem illam pro Origene allatam : *Quidam conſtantius aiunt : Quomodo damnabimus , quos Synodus Nicæna non tetigit ? Quæ enim damnavit Arium , damnaſſet utique & Origenem , ſi illius dogmata reprobaſſet. Scilicet , uno medicamine omnes ſimul morbos debere curari , & idcirco Spiritus ſancti neganda majeſtas eſt , quia in illa Synodo ſuper ſubſtantia ejus ſilentium fuit. De Ario tunc , non de Origene quæſtio fuit ; de Filio , non de Spiritu ſancto. Confeſſi ſunt quod negabatur ; tacuerunt de quo nemo quærebat :* Ita Hieronymus.

(*d*) *Baſil. ead. epiſt. 78.*

In Nicæna Synodo cur nihil de Spiritu Sancto.

(*e*) *Hieron. epiſt. 65.*

Sed & ſatis expreſſam eſſe Spiritus ſancti divinitatem in Niceno Symbolo , S. Epiphanius docet (*f*) , dum in eo poſita illa ſunt verba : *Et in Spiritum ſanctum :* Sicut dixerant : *Credimus in Patrem , & in Filium , in unam ipſorum* (ut ait) *glorificationem , in unam Deitatis unitatem , in unam coeſſentialitatem , in tria perfecta , unam vero Deitatem , unam eſſentiam , unam glorificationem , & unam dominationem , a voce tertio repetita , CREDIMUS , & CREDIMUS , & CREDIMUS.* In hunc modum Epiphanius. Verum & dilucidius idem qui Synodo interfuit Athanaſius , ſcribens libellum Nicænæ fidei ad Jovianum Imperatorem , poſt recitatum Nicænum Symbolum hæc ſubdit (*g*) : *Sed nec alienavit Spiritum ſanctum a Patre , & Filio , ſed eum una glorificavit cum Patre , & Filio , & in una ſancta Trinitatis fide , eo quod ſit una in ſancta Trinitate Deitas :* Hæc ibi ; *rurſumque* ſcribens ad Africanos (*h*) : *Eadem ,* inquit , *illa Synodus blaſphematores Spiritus ſancti , dicenteſque eum creaturam eſſe , ſubvertit. Nam cum Patres ſtatuiſſent de fide in Filium , id ſtatim adjectum voluere ; Credimus & in Spiritum ſanctum ; ut perfectam & plenam de S. Trinitate fidem confeſſioneſque abſolventes , formam ejus , quæ in Chriſto eſt , fidei , & doctrinam Catholicæ Eccleſiæ exhiberent ; cum & vobis , & omnibus ſit notum , nemini que umquam Chriſtianorum dubium fuerit , nos in Deum , non in creaturam habere fidem : Deum , inquam , Patrem omnipotentem , omnium viſibilium , & inviſibilium conditorem ; & in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium ejus unigenitum ; & in Spiritum ſanctum : Unum Deum in ſancta & perfe-*

LXXV.

(*f*) *Epiph. hæreſ. 74. prope fin.*

Spiritus Sancti divinitas aſſerta in Niceno Concilio.

(*g*) *Athan. ad Jovian. de fide.*

(*h*) *Athan. ep. ad Afric. in fin.*

PAGIUS tis , arripuit , ut in Præfatione ipſemet Gelaſius teſtatur. Huc referenda Profeſſio Fidei quam Baronius attribuit Synodo Antiochenæ adverſus Paulum Samoſatenſem , ut oſtendi anno CCLXXI. num. VI.

XXIV. A num. LXXIV. ad CXXIII. Mox a Nicæna Synodo omnes Græcorum Eccleſiæ aſſumſere Nicænum Symbolum , tanquam novam Chriſtianæ Profeſſionis teſſeram , Catholicos ab Aria-nis

Nicænum Symbolum Baron. n. LXXIV.

fecta Trinitate cognoſcentes, in qua baptizamur, & in quam cooptamur, Deitate: Hactenus Athanaſius.

LXXVI.
Ariani Epiſcopi qui ſubſcripſere.

Conſcripta igitur ſacroſancta fidei regula, ſingulorum Epiſcoporum chirographo munienda fuit. Subſcripſerunt Catholici omnes, & Ariani, qui & hactenus in Epiſcoporum ſubſcriptione poſiti leguntur, nempe Euſebius Epiſcopus Nicomedienſis, primarius Arii propugnator, Euſebius Pamphilii Cæſareæ in Palæſtina Epiſcopus, Mares Chalcedonenſis, Theognis Nicænus, Narciſſus Neroniadis, Aſclepius Gazæ, Patrophilus Scythopolitanus, Gregorius Berythi, Aetius Lydæ, Secundus Ptolemaidis, Theodorus Heracleæ, & Menophantes Epheſinus. Cum autem (ut dictum eſt) omnes ii ſubſcripti reperiantur Niceno Concilio; quonam modo Socrates ex his quatuor non ſubſcripſiſſe teſtatur, & quintum quem addit, Theonam Marmaricæ Præſulem? ait enim (a): *Hanc fidem approbaverunt trecentum decem & octo Epiſcopi, omneſque ei aſſenſi ſunt; & (uti ſcriptum eſt apud Euſebium) conſentientibus animis opinionibuſque eidem ſubſcripſerunt, quinque ſolum exceptis, qui hanc vocem ὁμοούσιον, id eſt, CONSUBSTANTIALE, repudiarunt, Euſebio videlicet Nicomediæ Epiſcopo, Theognide Nicææ, Maro Chalcedonis, Theona Marmarica, Secundo Ptolemaidis.* Et paulo poſt: *Proinde & vocem illam, CONSUBSTANTIALE, vehementer irriſerunt, & abdicationi Arii ſubſcribere noluerunt. Ob quam cauſam Concilium non ſolum Ario, & omnibus ejus opinionis fautoribus denuntiavit anathema; verum etiam vetuit, ne Alexandriam Arius omnino adventaret:* Hæc Socrates.

(a) Socr. l. 1. c. 5.

LXXVII.
Euſebii Nicomed. & Theognidis Nicæn. pertinacia.

Sed hac in re diverſa ſunt tempora conſideranda, atque illud primum, cum regula fidei ſcripta eſt; tunc enim accidit, ut iidem a Socrate recenſiti reſilierint, & ſubſcribere recuſaverint; paulo vero poſt oblato libello recantantes palinodiam, iis quæ de fide decreta fuerant, ſubſcripſerunt. At poſt hæc a S. Synodo in Arium damnata jam ejus hæreſi, anathema inflictum eſt, quod a ſententia non diſcederet. Tunc ſubſcribentibus omnibus Epiſcopis Arii anathemati, duo tantum id facere renuerunt, nempe Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus, & Theognis Nicænus: quando iidem cum Ario a Synodo damnati ſunt, & privati ſedibus, in locum ipſorum Nicomediæ Amphione ſuffecto, & Creſto Nicææ. Porro decreta ſunt hæc quidem a Synodo; ſed Conſtantinus ab Euſebio ipſo rogatus interceſſit, quo minus iſta in eos ſtatuta executioni penitus mandarentur, neve ſubrogati in locum ipſorum Epiſcopi ſedes illorum capeſſerent; teſtatur id quidem ipſe ſuis litteris, quas poſtea ad Nicomedienſes dedit, noſque inferius eas ſuo loco ponemus; egitque Imperator, ut iidem, quos S. Magna Synodus condemnaſſet, recantarent palinodiam, & ipſi ſacro Patrum conventui pœnitentiæ libellum mitterent. Quamobrem hallucinati eſſe videntur, qui putant, Arium, Euſebium Nicomediæ, & Theognidem Nicænum, hoc ipſo anno ejus Concilii ſententia privatos ſedibus exulaſſe, atque diu poſt reſtitutos fuiſſe. Quando autem exilium eorumdem Epiſcoporum contigerit, ſuo loco dicturi ſumus. Extat ipſe libellus ab eiſdem Euſebio & Theognide ad Patres miſſus; recitatur a Socrate, illumque nos ob evidentiorem rerum geſtarum certitudinem hic deſcribemus; eſt enim huiuſmodi (b):

(b) Socr. l. 1. c. 14.

LXXVIII.
Libellus Euſebii Nicomed. & Theognidis.

Tametſi cum antea a veſtra ſanctitate eſſemus condemnati, noſtrum fuiſſet, ea, quæ erant a vobis ſancte, & religioſe judicata, tacite & cum ſilentio tuliſſe: tamen quoniam abſurdum erat, ut nos ſilentio noſtro contra nos opinionem aliis afferremus, nos plane calumniatores eſſe; idcirco vobis ſignificavimus, nos fidei deciſioni conſenſiſſe; atque, vi & notione verbi CONSUBSTANTIALIS diligenter conſiderata, paci nos totos addixiſſe, atque nullum errorem ſecutos eſſe: ſed tum quo Eccleſiarum ſecuritati proinde conſuleretur ea quæ in noſtram cogitationem venerant, vobis ſuggeſſiſſe; tum quo illos, qui noſtro conſilio, & ſententiæ acquieſcere deberent, certa perſuaſione confirmaremus, fidei illi ſubſcripſiſſe; anathemati autem Ario a Concilio denuntiato non ob eam cauſam non ſubſcripſiſſe, quod fidem illam incuſaremus; ſed quod minime crederemus, eum, qui erat accuſatus hominem ejus generis fuiſſe: præſertim cum ex illis, quæ privatim ad nos ab eo tum per epiſtolas relata erant, tum per ejus ſermonem coram habitum declarata, pro certo eſſemus perſuaſi, ipſum longe alium eſſe. Quod ſi ſanctum veſtrum Concilium noſtris verbis voluerit fidem adhibere; illa quæ veſtro judicio decreta ſunt, non contradicendo impugnare, ſed conſentientibus animis confirmare decrevimus; & hoc libello conſenſum illum roboramus: non huc inducti, quod exilium graviter, & iniquo animo ferimus, ſed quod libenter cupimus hæreſis vitare ſuſpicionem. Nam ſi nos jam in veſtrum conſpectum venire permiſeritis;

PAGIUS nis diſcreturam, ut convictus Arianus haberetur, quiſquis illud non admitteret. Sed ubi prodiit *Conſtantinopolitanum* ab omnibus Græcorum Eccleſiis, nomine tamen minime mutato, in Nicæni locum ſtatim ſuffectum. Omnes porro Conſtantinopolitana poſteriores Synodi & Patres, quoties de Niceno Symbolo loquuntur, paſſim intelligunt Cpolitanum: neque tamen Cpoli-

comperietis nos veſtris decretis omnino ſuffragaturos. Et quoniam veſtræ reverentiæ viſum eſt, illum, qui rerum iſtarum reus agitur, humanitus excipere, & ad vos accerſere; eſt plane a ratione alienum, ut cum is, qui crimine tenetur implicatus, accerſitus ſit, illiſque quæ ipſi objiciantur reſponderit, nos reticendo noſmetipſos culpæ convincere videamur. Ne gravemini igitur (ſicut veſtram benignam decet reverentiam) ſanctiſſimum noſtrum Imperatorem de nobis in memoriam redigere, noſtra poſtulata illi exponere, & mature ea quæ ſunt prudentiæ veſtræ conſentanea de nobis ſtatuere: Hucuſque libellus eorum; qui eb eis ſcriptus eſſe putatur, cum ſententiam depoſitionis, & exilii accepiſſent, nondum tamen ad locum exilii perveniſſent.

LXXIX. *Arius pœnitentiam ſimulavit.* Subdit his Socrates: *Ex hujus libelli verbis conjecturam facis, tum iſtos (quamquam fidei in Concilio decreto ſubſcribebant) abdicationi Arii ſuffragari noluiſſe, tum Arium ante iſtos accerſitum fuiſſe: verum licet hoc ita ſe habere videatur; Ario tamen interdictum eſſe ne Alexandriam accederet: quod plane conſtat ex illis rebus, quas poſtea excogitavit, ut per falſam, & commentitiam pœnitentiæ ſpeciem (ſicut loco a nobis dicetur idoneo) reditum ſibi ad Eccleſiam, & urbem Alexandrinam patefaceret:* Hæc ipſa. Porro hæc omnia, durante adhuc Synodo, geſta eſſe, & Arium accerſitum ad Synodum palinodiam recantaſſe, ex his quæ S. Hieronymus (a) ſcribit in dialogo, in quo cum Luciferiano agit Orthodoxus, affirmare neceſſe eſt; cujus verba hic deſcribere opportunum exiſtimamus: *Cum* (inquit Orthodoxus) *in Synodo Nicæna quæ propter Arianam perfidiam congregata eſt, octo Epiſcopos Arianos ſuſceptos ſciamus* (plures tamen his ſuperius numerati ſunt) *& Epiſcopus jam in mundo nullus ſit, niſi quos Synodus illa ordinavit; quomodo potuerunt adverſum eam facere, propter quam exilium ſuſtinuerunt? LUCIFERIANUS dixit. An tuadem, & tunc recepti ſunt Ariani? Quinam, quæſo? ORTHODOXUS dixit: Euſebius Epiſcopus Nicomedienſis, Theognius * Epiſcopus Nicænus, Saras tunc presbyter Lybiæ, Euſebius Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, & reliqui, quos enumerare longum eſt; ipſe quoque caput horum, & cauſa malorum Arius presbyter, & Euzojus diaconus, qui poſt Eudoxium Antiochenus Epiſcopus fuit, & Achillas lector: hi quippe tres Alexandrinæ Eccleſiæ clerici auctores hujus hæreſeos extiterunt. LUCIFERIANUS dixit: Si quiſpiam eos negaſſet fuiſſe ſuſceptos, quomodo revinceretur? ORTHODOXUS dixit: Superſunt adhuc homines, qui illi Synodo interfuerunt; & ſi hoc parum eſt, quia propter temporis antiquitatem rari admodum ſunt, & in omni loco teſtes adeſſe non poſſunt; legamus Acta, & nomina Epiſcoporum Synodi Nicænæ; & hos, quos ſupra diximus fuiſſe ſuſceptos, ſubſcripſiſſe, HOMOUSION, inter cæteros reperiemus:* Hacaſque ex Hieronymo.

(a) *Hieron. adv. Luc.*

* *Theognis.*

LXXX. Cum igitur tam conſtanter affirmet, Arium pœnitentem a Synodo cum aliis fuiſſe receptum; plane rem hunc in modum eſſe geſtam ex iis quæ paulo ante ſunt dicta, poteſt intelligi; ut primum ejus hæreſis, ac ſubinde ipſe e Synodo damnatus ſit, & a Conſtantino in exilium miſſus: quem poſtea Synodus receperit pœnitentem; ſic tamen, ut ad evitandas turbas atque tumultus, abſtineret e civitate Alexandrina. Quod vero ſpectat ad damnationem primitus factam; una cum ipſo etiam ejus ſcripta fuiſſe damnata, Sozomenus tradit his verbis (b): *Concilium autem tum Arium, tum ſuæ opinionis fautores pariter abdicavit, decrevitque ne veniret Alexandriam; quinetiam, & verba, quibus ejus explicabatur opinio, & librum quem de eadem ediderat, inſcripſeratque Thaliam, legi vetuit; cujus libri ſtylus (uti audivi, numquam enim illum legere contigit) ita diſſolutus eſt, ut præ mollitie, qua diffluit, Sotadicis cantibus ſimilis videatur.* In hunc modum Sozomenus de facta a Synodo damnatione Arii, & ſcriptorum ejus. Sed quod ad Thaliam Arii pertinet, de eadem hæc Athanaſius (c), cum loquitur de Ario: *Hæreſimque Thaliæ effœminatis ridiculiſque numeris ad ſimilitudinem Ægyptii Soſadæ conſcripta in lucem promulgarit.* Locus hic noſcitur depravatus, cum habeat, Ægyptii Soſadæ, pro Sotadæ. Cæterum (ut hæc obiter dicam) non fuit Sotades Ægyptius, ſed ipſe Arius ob contumeliam Sotades Ægyptius dictus eſt. Suidas enim de Sotade hæc refert (d): *Fuit Sotades Cretenſis Maronita a dæmone venatus, Jambographus ſcripſit Phlyacas, ſive Cinædos lingua Jonica.* Poeta turpiſſimus; ut merito dicat de eo Athanaſius (e): *Neſcio quis Sotades reperitur, homo apud Ethnicos ridiculus.* Sed quot quibuſve pedibus conſtaret Sotadeum carmen, conſcripſit Atilius Fortunatianus (f). Verum de eodem commentario alibi idem Athanaſius his verbis (g), paulo fuſius agens de Arianis ejuſmodi ſcœnicis ſcriptis utentibus.

(b) *Sozom. l. 1. c. 20.*

Arii ſcripta damnata, & cum eis Thalia Sotadica.

(c) *Athan. de ſentent. Dionyſii.*

(d) *Suid. in verbo Sotades.*

(e) *Athan. orat. 2. contra Arian.*

(f) *Vide in Theſaur. Sotadeum carmen.*

(g) *Athan. orat. contra Arian.*

LXXXI. *Quomodo de numero Eccleſiæ Catholicæ*

PAGIUS litanum vocant; ſed *Nicænum*. Etiam hodie nos, quod ad Miſſarum ſolennia cantamus, Nicænum dicimus, cum tamen ſit Cpolitanum, ut obſervavit Lupus tom. 1. Conciliorum cap. 4. ubi de auctoritate Concilii Nicæni agit, qui addit ex Ruſino Aquileienſis Eccleſiæ Presbytero, in Symboli Apoſtolici Expoſitione ad Laurentium Epiſcopum, in Eccleſia urbis Romæ morem ſervatum

Thalia Arii qualis. *ea habeantur, qui Apoſtolicam fidem excuſſerunt, & novarum peſtium inventores ſe præbent? qui relictis Chriſti eloquiis, Θαλείας Arii, hoc eſt, Crapulas, titulo novæ ſapientiæ cohoneſtant, ac bono jure eum titulum uſurpant? novam enim hæreſin annunciant. Quapropter non ſine admiratione eſt, nuſquam in multis multorum operibus, & ſermonibus tum in vetus, tum in novum Teſtamentum conſcriptis, inter titulos librorum, Θαλείας, hoc eſt, Crapularum nomen reperiri, immo ne apud Ethnicos quidem frugi, & temperantes, ſed apud iſtos dumtaxat, qui iſtiuſmodi res inter pocula ad riſum captandum per plauſum, jocum, laſciviumque decantant. At eximius ille Arius, cum nihil aut ſanctum, aut grave imitandum deſumeret, ſecurus, negligenſque iſtiuſmodi probitatis, depeculatis aliorum hæreſibus, æmulum ſe in ridiculis uni Sotadæ præbuit.* Et paulo poſt: *Ita quoque fucatus & Sotadicus Arius ſimulat ſe quidem de Deo loqui, cum interponat verba ſacrarum literarum; deprehenditur tamen undecumque atheos, dum Filium negat, & illum rebus conditis adnumerat.* At quodnam qualeve eſſet Arii Thaliæ exordium, idem reddit his verbis, quæ tamen non ad numeros metricos tranſlata eſſe reperiuntur; ait ergo:

LXXXII. Sacra obſcœne tractata. *Tale igitur exordium Crapularum Arii, & vaniloquentiæ, moribus numeriſque effœminatum invenias: Ex ſecundum fidem, electis Dei, peritis Dei, pueris ſanctis, rectigradis, qui ſanctum Dei ſpiritum acceperunt, iſta didici ego ex ſapientiæ conſortibus, ab hominibus Dei diſcipulis, per omnia ſapientibus: horum per veſtigia cum eadem dogmatum opinione inceſſi: Ego ille perinclytus multa paſſus propter meam de Deo exiſtimationem: a Deo autem ſapientiam condidici, & cognitionem cognovi:* Hucuſque ex Thaliæ principio Athanaſius recitat. Comparat eadem quoque oratione ſuperius Thaliam ipſam filiæ Herodiadis ſaltatrici; utpote quæ laſcivo ſolutoque numerorum greſſu hinc inde ſaltans ludenſque ſe verteret, ut poſſet illi intendentes ſimplices quoque mulcendo decipere. Sed cum juſta querela Athanaſii illa ſit de nefandi hæreſiarchæ procacia, dum titulum illum operi excogitavit, qui oec apud Ethnicos, qui frugi eſſent, & temperantes, uſurpatus inveniretur, his addimus amplius, ea molli, enervata, atque diffracta Arium in Thalia eſſe uſum Sotadica cantione, quam & ſolutus ille atque obſcœnus quoque poeta vitaſſet, nempe Martialis, qui ad Claſſicum ita ſcribit (a). (a) Mart. epigr. l.2.

Quod nec carmine glorior ſupino,
Nec retro lego Sotadem cinædum.
Nuſquam Græcula quod recantat Echo:
Nec dictat mihi luculentus Attis
*Mollem debilitate Galliambon *.* * Choliambon.
Non ſum, Claſſice, tam malus poeta, &c.

En vides, lector, perditiſſimum Arium ea non veritum eſſe adhibere in ſummis Theologicis aſſertionibus, quæ poeta Gentilis, idemque turpis, ut nimis effœminata vitaſſet. Potuit ne divino Spiritu eſſe ebrius, qui hujuſcemodi putidam crapulam ex alieno vomitu hauſtam adeo obſcœne atque turpiter eructavit? Siccine divina protervus, furore arreptus, pravoque Dæmone agitatus homo tractavit? ut vel ex hoc uno nomen ejus atque doctrinam, ut portentum atque monſtrum aliquod, ſapiens quiſque exhorreſcere merito debuiſſet.

Quid autem tam de Ario, quam de ejus Thalia Conſtantinus edixerit, Sozomenus tradit his verbis (b): *At vero Imperator non Arium ſolum mulctavit exilio, verum etiam Epiſcopis omnibus, & populis edictum ſcriptum miſit; ut tum illum tum ejus opinionis fautores impiorum numero ducerent; & ſi qui liber reperiretur ab illis ſcriptus, in ignem conjicerent; quo neque ipſius, neque opinionis cujus auctor fuerat, ullum monumentum extaret. Quod ſi quis aliquem librum eius occultare deprehenderetur, ac non illico in publicum productum incenderet; ut capitis mulctaretur ſupplicio. Quinetiam epiſtolas ad civitates ſingulatim ſcriptas miſit, quibus Arium eiuſque fautores damnabat. Extat de his Conſtantini edictum nempe de Ario & eius ſcriptis, in hæc verba* (c): LXXXIII. (b) Sozom. l.1. c.28. Jure damnata igni ſcripta Arii. (c) Apud Socrat. l.1. cap.6.

VICTOR CONSTANTINUS MAX. AUG. EPISCOPIS ET POPULO S.

Cum Arius ſceleſtorum, & impiorum hominum conſuetudinem imitetur, eamdem cum illis ignominiæ, & turpitudinis notam merito ſubire debet. Quemadmodum Porphyrius capitalis pietatis hoſtis, qui nefarios libros contra religionem Chriſtianam nuper edebat, mercedem dignam laboribus recepit, & ejuſmodi quidem, ut apud poſteriora ſæcula non ipſe ſolum maximis probris vexatus fuerit, & turpiſſima infamia labe aſperſus, verum etiam impia eius ſcripta deleta penitus, & extincta: Sic etiam viſum eſt, Arium, LXXXIV. Conſtantini edictum.

PAGIUS tum fuiſſe antiquum, quod nulla hæreſis ibi ſumſerit exordium. *In ceteris*, inquit Rufinus, *locis, quantum intelligi datur, propter nonnullos Hæreticos addita quædam videntur, per quæ novella doctrina ſenſus crederetur excludi.* Eodem jure Symbolum Apoſtolicum ſine additamento retinuerunt Eccleſia Africana, Italica, Gallica, Latinæ omnes, ut liquet ex Auguſtino, Chry-

& ejus ſectatores, Porphyrianos nuncupare; ut quorum ſecuti ſint mores, eorum etiam nomen habeant. Quinetiam, ſi quod opus ab Ario ſcriptum reperiatur, illud cremandum eſſe; uti non modo execrabilis ejus doctrina funditus tollatur; ſed etiam nullum monumentum ejuſdem omnino relinquatur ad poſteritatem. Illud etiam mandamus, ut ſi quis librum ab Ario compoſitum occultaſſe deprehenſus ſit, & eum non ſtatim in medium adductum igne combuſſerit, morte mulctetur: nam mox ut comprehenſus fuerit, plectatur capite. Deus vos ſervet incolumes: Hucuſque edictum. Hujus Conſtantini ſanctionis meminit Theodoſius Junior in edicto quod promulgavit adverſus Neſtorium, cum ait (*a*): *Quemadmodum Ariani lege divinæ memoriæ Conſtantini ob ſimilitudinem impietatis Porphyriani a Porphyrio nuncupantur; ſic ubique participes nefariæ ſectæ Neſtorii, Simoniani vocentur, &c.*

(a) l. ult. de hær. C. Theod.

LXXXV. Ariani cur Porphyriani dicendi. Quod autem cum Arium, tum Arianos, ipſe Imperator Porphyrianos dici voluerit, ut cujus ſecuti ſint mores (ut ait) ejus quoque nomine cenſerentur; cur potius Porphyrio ſimilem dicit Arium, quam reliquis impiis? num ob dogmatis ſimilitudinem, quod Arius inſtar Porphyrii, Dei Verbum Patre minorem diceret? Sed hac ex parte Arius non tam Porphyrio, quam reliquis Platonicis comparandus fuiſſet. An vero quod, ſicut Porphyrius, adverſus Chriſtianam religionem tot volumina edens, eam prorſus deſtruere, idololatriam vero in omnibus integram conſervatamque reddi volebat; ita & Arius impia hæreſi id ipſum præſtare, licet alia ratione conatus ſit? Equidem hac quoque ex parte magna intercedit ſimilitudo Ario cum Porphyrio; quippe qui enixe ſtuduerit, ut iſte abolita fidei veritate, idololatriam in Eccleſiam introducere. At quonam modo, Athanaſius egregie docet (*b*); cum enim ſic ille prædicet unum Deum ingenitum, ut ejus Filium creaturam dicar; manifeſtum eſt, inſtar Gentilium creaturam adorandam exponere conatum eſſe in Eccleſia, ac proinde creaturæ cultores Chriſtianos omnes efficere. Sed ipſum Athanaſium audiamus.

(b) Athan. contr. Arian. ſerm. 4.

LXXXVI. Arius idololatriam conatus introducere. *Cum* (inquit) *Ariani ejuſmodi ſententiæ ſint; vitari omnino non poteſt, quin plura numina conficiant; id enim facinus eorum qui ab uno Deo deſciſcunt. Cur igitur Ariani cum hoc ſenſu ſint, ſeſe non annumerant Gentilibus? ſiquidem ambo, omiſſo Creatore Deo, creaturæ inſerviant. Sed illi ad circumveniendos ſimpliciores, vocabulum Ethnicorum ſubterfugiunt, ſimilem tamen cum illis ſententiam fovent. Etenim ſophiſma illud, quod ſoliti ſunt dicere:* Non proferimus duo ingenita, *id deprehenduntur ad ſimpliciorum impoſturam dicere. Nam cum inquiunt, ſe non duo ingenita ſtatuere, duo numina conſtituunt, eaque diverſæ naturæ, alterum increatum, alterum creatum. Jam ſi Ethnici uni increato inſerviunt, & multis creatis; Iſti autem uni increato, & alteri creato; ne ita quidem quicquam diſcriminis inter ipſos, & Ethnicos fuerit; cum is qui ab ipſis creatus cenſetur, unus ſit ex multitudine Gentilium deorum, & viciſſim Gentiles dii eamdem cum iſto unico naturam poſſideant.* Sunt hæc plane admiratione digna, quibus ſinuoſis ſpiris atque mæandris veternoſus ſerpens, humani generis hoſtis Diabolus, cum videret magno ſuo damno idololatriæ jacturam pati, colentibus jam & ipſis Imperatoribus Chriſtum. iterum eamdem Chriſtiano nomine contectam, larva pietatis appoſita, per Arium reſtituere conatus ſit.

LXXXVII. Sed & admiratione res digna eſt, conſiderare quibus dolis atque vafricie idem Chriſtianam religionem, quam opera tot Imperatorum extinguere non potuerat, unius hominis arte peſſumdare ac penitos abolere ſtuduerit, dum divinum myſterium, baptiſmum, inquam, quo omnes conſignantur, ac nominantur pariter Chriſtiani, Arii hæreſi auferre molitus eſt. Athanaſii enim hæc juſta eſt querela, dum ait (*c*): *Ariani autem in periculum veniunt, ne amittant integritatem myſterii; loquor autem de baptiſmate. Si enim in nomine Patris, & Filii datur perfectio, plenaque initiatio; Patrem autem verum illi non pronuntiant, eo quod negent aliquid ex ipſo exiſtere & ſimilem eſſe illius ſubſtantiæ; negantque verum Filium, aliumque ex non entibus conditum ſibi comminiſcentes in baptiſmate proferunt; qui quæſo, igitur non plane vanum ac inutile fuerit baptiſma, quod ab illis datur, cum nonniſi ſpecies ſit & inane ſimulacrum, ipſique ea re nihil ſolidæ opis afferant ad pietatem? non enim in Patre & Filio tribuunt baptiſma Ariani, ſed in Creatore, & Creatura, in Factore, & Factura, &c.* En vides quibus cuniculis una ſimul & idololatriam in Eccleſiam introducere, & ab ea auferre ſacrum baptiſma per Arium hoſtis humani generis niſus ſit; ut merito fuerit Porphyrio comparandus; niſi quod in hoc Arius illo deterior, dum Porphyrius aperte comparatis undique muralibus machinis quatere tentavit Chriſtianam

(c) Athan. cont. Arian. ſerm. 3.

Arius conatus abolere Chriſtianiſmum.

PAGIUS Chryſologo, Maximo Taurinenſi, aliiſque Latinis Epiſcopis, qui iſtud ſolum leguntur Catechumenis tradidiſſe. Theodoreto, Sozomeno atque Socrate teſtibus, Ariana hæreſis Illyrici fines tranſire nunquam valuit; atque ita apud Europæos nova Profeſſionis teſſera opus non fuit. Excipe tamen Hiſpaniarum Eccleſias, quæ a Gothis, Arianis, Vandalis & Suevis pervaſæ ac

nam religionem; hic vero proditione, ſub nomine Chriſtiano doloſe eam prorſus perdere conatus eſt.

LXXXVIII. Sed quod ad Porphyrium ſpectat, qui adverſus Chriſtianam religionem tot tantaſque blaſphemias effutiſſet, & ipſum Imperatorem contumeliis proſcidiſſet, cum inter alia (quod teſtatur Gilda *a*) dixerit etiam in ipſius odium, Britanniam fertilem tyrannorum provinciam eſſe; dignam laboribus mercedem eum recepiſſe Conſtantinus cum tradat; non tantum quod libri eius fuerint incendio condemnati, ſed & quod exilio mulctatus ſit id affirmaſſe videtur: ac plane inſinuat, eumdem Porphyrium adhuc eo tempore, quo hæc contra Arium ſcribebat, fuiſſe ſuperſtitem; quem ex teſtificatione S. Hieronymi (*b*), abhinc poſt triennium, nempe anno vigeſimotertio eiuſdem Conſtantini Imperatoris miſſo ad eum inſigni (ut ait) volumine, ab exilio liberatum apparet. Exemplo illum puto Arii. ductum, quem recantata palinodia ab Imperatore receptum audierat; unde & ipſe quoque decrepita ſenectute, exilii pertæſus, volumen adverſarium iis, quæ ſuperius ſcripſerat, ad Conſtantinum miſit, quo ab exilio liberationem eſt conſecutus. Et licet S. Hieronymus minime dicat, quo argumento fuerit conſcriptus liber ille Porphyrii; tamen quod pro mercede teſtetur ſolutionem ab exilio obtinuiſſe, quo ob nefarios contra Chriſtianam religionem ſcriptos libros fuerat condemnatus; ſatis perſpicuum perſpectumque reddi videtur, nonniſi confutationem eorum quæ ſcripſerat, inſigne volumen illud continuiſſe; quod ſane periiſſe, dolendum. Ad hæc plane alluſiſſe colligitur Eunapius Sardianus (*c*), dum ait ab eo in ſenecta nonnulla ſcripta fuiſſe contraria iis, quæ prius ediderat; qui & de ætate & obitu ejus multa de eo locutus, hæc dicit in fine: *Videtur extremam ſenectam attigiſſe; qua factum, ut multas reliquerit obſervationes libris prius ab ſe editis repugnantes, de quibus non poſſum aliter exiſtimare, quam quod ætatis progreſſu ſententiam mutarit. Romæ vitam cum morte commutaſſe dicitur*: Hæc Eunapius ipſe Gentilis; ſed ea frigide nimis in gloriam Chriſti vertentia, enarraſſe ſatis habuit. Magna quidem hac ex parte Chriſtianæ religioni gloria comparatur, cum in ea oraculum illud divinum videatur impletum (*d*): *Et inimici ejus terram lingent*: Et illud (*e*) *Venient ad te curvi qui humiliaverunt te; & adorabunt veſtigia pedum tuorum, qui detrahebant tibi; & vocabunt te Civitatem Domini.*

Porphyrius mulctatus exilio recantat Palynodiam.

(*a*) *Gil. de excid. Brit.*

(*b*) *Hieron. in Chron.*

(*c*) *Eunap. Sard. Vit. Philoſoph.*

(*d*) *Pſal. 71.*

(*e*) *Iſaia 60.*

Quod vero ad Porphyrii ætatem pertinet; cum ad extremam ſenectutem (ut ait Eunapius) pervenerit; Libanius (*f*) ſophiſta cum Tyrium ſenem appellat, cum de Juliano Apoſtata ſcribente adverſus Chriſtianos, illum commendans, ſic dicit: *Qua in re ſapientiorem ſe Tyrio ſene præſtitit*. Ex his autem arguendus eſt Suidas, qui eum uſque ad Diocletiani tempora vixiſſe tradit, cujus Imperii anno decimonono Porphyrium attigiſſe annum ætatis ſuæ ſexageſimumoctavum diximus; anno vero decimo Gallieni Imperatoris impleſſe annum ætatis trigeſimum, idque ex ejuſdem Porphyrii ſcriptis. Ex quibus omnibus certa annorum Porphyrii ratione deducta, affirmandum eſt hoc anno eumdem perveniſſe ad annum ætatis nonageſimumprimum. At de Porphyrio hactenus, in cujus narrationem incidimus occaſione edicti Conſtantini Imperatoris, cum Arianos Porphyrianos nominari præcepit. At hæc de Porphyrio Phyloſopho ſcripta, ex recens editis veterrimis monimentis libenter corrigimus, ut non de ipſo S. Hieronymus dixerit, ſed de Publilio Optatiano Porphyrio Poeta; qui cum exul eſſet, Panegyricum Carmen artificioſiſſimum, ſicut & laborioſiſſimum in figuris variis exterius, & aliis concinnatum elementis, ad Conſtantinum miſit, in quo præter Imperatoris, & Criſpi filii laudes, nonnulla etiam de Chriſtiana religione intexuit, ejuſque libri beneficio revocatus eſt. Extat Panegyricus ipſe editus primum a Pithœo, deinde auctior a M. Velſero, in cujus præfatione meminit exilii ſui, & liberationem poſtulat a Conſtantino; quæ ſic ſe habet:

LXXXIX. *Porphyrii ætas.*

(*f*) *Socrat. l. 3. c. 19. Niceph. l. 10. c. 36.*

Publilius Optatianus Porphyrius poeta.

Quæ quondam fueras pulchro decorata libello,
Carmen ia Auguſti ferto Thalia manus;
Oſtro tota nitens, argento auroque coruſcis
Scripta notis, picto limite dicta notans.
Scriptoris bene compta manu, meritoque renidens,
Gratifici Domini viſibus apta ſacris.
Pallida nunc atro chartam ſuffuſa colore,
Paupere vix minio carmina diſſocians.
Hinc trepido pede tecta petis venerabilis aulæ.
Horrida quo nimium ſit tua mundicies.
Hos habitus Vatis præſentia fata merentur,
Vix locus hoc ſaltem præbuit unde venis.
Suppliciter tamen ire potes, dominumque precari:
Squallor, & hæ ſordes conveniunt miſeris.

Cum

PAGIUS ac poſſeſſæ, ſicuti trinam Baptiſmatis merſionem in unicam, ita Apoſtolicum Symbolum in Nicænum mutaverunt, id eſt, Cpolitanum, ut clare habetur in tertia Synodo Toletana. Hæc Lupus, qui tamen in ea enumeratione prætermiſit Viſigothos in Septimania, & Burgundos in Burgundia regnantes, qui Arianam hæreſim profitebantur.

Ex

Digitized by Google

Cum dederit clemens veniam, natumque, laremque
Reddiderit, comptis ibit & ipſa comis.
Purpureo fulgens habitu radiantibus intus
Ut quondam ſcriptis ambitioſa tuis.

& de exilio quod pateretur hæc inferius:

Reſpicio me falſo de crimine maxime Rector,
Exulis afflictum pœna.

Extat & in fine epiſtola ejuſdem Conſtantini ad ipſum Porphyrium, qua ſe gratum habuiſſe ſignificat, quod miſſum ab eo acceperat laborioſum opus:

XC. Conſtantini ad Porphyrium Poetam litteræ.

* *Invictus Conſtantinus Maximus Auguſtus. Si tantum pondus & gravitas expectarentur in Carmine, Græca poſt Chium Mæoniumve vatem, & Latina poſt ruſticum Mantuanum eloquentia vileſceret; nec fruſtra culpabiles forent, qui ſibi materias pro ingeniorum qualitate ſumentes inani opere ſudaſſent; cum penes primos facundiæ conditores gloria tota reſederit, frater chariſſime. Sed quoniam ſemper in propatulo uſus iſtius fuit, nec ulli negatum eſt id ex ea dicere, quod poſſit; illos etiam quos poſterius ævum tulit, non penitus a fructu favoris excluſit, qui electis gravioribus ſonis, modos ad leviora flexerunt. Illigavit alter cothurnos; alter prope quotidianis, ac moralibus verbis allectus hominum, comœdiis locutus eſt, quibuſdam inæquali pede elegiaca cantata ſunt; multorum digitos ſemiloquacibus chordis amor lyræ jucundus inſeruit. Pro qualitate modulaminis ad ſingulos quoſque expeditæ laudis gratia redundavit. Defuit quorumdam ingeniis temporum favor, qui non ſecus doctrina deditas mentes erigare, atque alere conſuevit, quam ſi elivoſi teamitis ſupercilio rivus elicitus ſcaturientibus venis arva aeentia temperaverit. Sæculo meo ſcribentes, dicenteſque haud aliter benignus auditus, quam lenis aura proſequitur. Denique etiam ſtudiis meritum a me teſtimonium non negatur. Liber aſſidue cuſus orationibus fuit. Eos vero qui verſibus dicerent, certis finibus lex metris ſtatuta continuit. Quare non immerito illud uſus invenit, ut in hoc genere dicturis, Heliconis, aut Parnaſſi ſacra peterentur, cum mortalis ingenii deficiente ſubſtantia, neceſſaria viderentur auxilia divina. Gratum mihi eſt, ſtudiorum tuorum facilitatem in illud exiiſſe, ut in pangendis verſibus, dum antiqua ſervaret, etiam nova jura ſibi conderet. Vix hoc cuſtoditum pluribus fuit, ut nodis quibuſdam arctis innexi, citra interventum vitii inculpatum carmen effunderent. Tibi nominum difficultate propoſita, numero litterarum, diſtinctionibus verſuum, qui ita medium corpus propoſiti operis intermeant, ut oculorum ſenſibus interſtincta colorum pigmenta delectent, hoc tenere propoſitum, ut hæſitantia carmina multiplex legis obſervantia non ſepararet. Gratum igitur hoc mihi dictationis tuæ munus fuit, exercitatio mentis, & naturæ facilitas comprobata *. Si tu cum videas operis tui gratiam, quam ex meis petiveras auribus *, non petis, ſed proventu præſentis temporis exultare debebis, & non indebitam laudem ingenii exercitatione captare* *. Jam ad Acta Nicæni Concilii redeamus.

XCI. Damnato Ario, non hæc tantum ad omnes Chriſti fideles Conſtantinus ſcripſit; ſed & ad Eccleſiam Alexandrinam, quam ille diu hæreſi infeſtarat, has litteras dedit (a):

(a) Socrat. l. 1. c. 6.

Conſtantini litteræ ad Alexandrinos.

Conſtantinus Auguſtus Catholicæ Alexandrinorum Eccleſiæ.

Salvete plurimum, fratres cariſſimi. Permagnum certe & ſingulare beneficium a divina providentia in nos collatum eſt, quod omni errore liberati, unam eamdemque fidem agnoſcamus. Non eſt profecto Diaboli inſidiis contra nos intentatis de cætero quicquam loci relictum: nam quicquid eſt per fraudem in nos molitus, illud funditus ſublatum eſt. Diſſenſiones autem animorum, ſchiſmata, tumultus illos, & lethalia diſcordiarum (ut ita dicam) venena, veritatis ſplendor, juxta Chriſti nutum, penitus obruit, delevitque. Unum igitur Deum omnes, & nomine veneramur, & eſſe credimus. Ut autem iſtud Dei admonitione ad exitum perduceretur, magnam Epiſcoporum turbam ad urbem Nicæam acceſſivi, quibuſcum ego (qui unus ex veſtrum numero ſum, quique eidem obſequio una vobiſcum libentiſſime me ipſum totum addico) operam dedi, ut veritas diligenter inveſtigaretur. Proinde omnia quæ aut controverſiæ aut diſſenſionis materiam præbere videbantur, accurate excuſſa & exagitata ſunt. Quanta & quam execrabilia probra (o bone Deus, ſis nobis clemens, & miſericors) nonnulli in venerandum noſtrum Salvatorem, in ſpem & vitam noſtram, ſcelerate, nefarieque jecerunt; & ſcripturis divinitus inſpiratis, fideique ſacroſanctæ contraria non modo impudenter effutiverunt, ſed ſe ita credere palam confeſſi ſunt! Nam cum trecenti amplius Epiſcopi viri propter animi modeſtiam, & ſolertiam admirabiles, unam eamdemque

PAGIUS XXV. *Symbolum Nicænum*

Ex iiſdem rationibus aliæ Eccleſiæ citius, aliæ ſerius cœperunt Symbolum publice in Miſſarum ſolenniis dicere aut cantare. E Latinis prima id æmulata eſt Hiſpaniarum Eccleſia ex conſilio Richaredis Regis, novellos ſuos Gothos in Fide Romana firmare cupiens, ut legitur in tertia Synodo Toletana, in qua ſtatuitur: *Ut per omnes Eccleſias Hiſpaniæ & Galliciæ ſecundum formam Eccle-*

non ſtatim in omnibus Eccleſiis cantatum.

Digitized by Google

quo fidem, qua & veritate & exquiſitis legis divinæ teſtimoniis vera fides eſſe confirmatur, conſtabiliviſſent; ſolus Arius inventus eſt, qui vi ac fraude Diabolica victus, ab ea penitus deſciverit; quique impia animi impulſione incitatus, hanc erroris labem primum apud vos, deinde apud alios ſparſerit. Quocirca eam, quam omnipotens Pater nobis tradidit, doctrinam amplexemur; ad fratres noſtros cariſſimos, a quibus nequam & impudens Diaboli miniſter nos ſegregavit redeamus; ad commune corpus Eccleſiæ, & ingenua noſtra membra toto pectore (ut dicitur) revertamur, iſtud enim veſtra prudentia, fidei, & ſanctitati in primis conſentaneum eſt; ut errore illius, qui ſe hoſtem veritatis conſtituerit, penitus depulſo, ad Dei gratiam, & voluntatem vos denuo recipiatis. Nam quod trecentis Epiſcopis viſum eſt, non eſt aliud putandum, quam Dei ſententia, præſertim cum in talium, & tam præclarorum virorum mentibus ſacer inſideret Spiritus, qui illis divinam voluntatem aperuerit. Quapropter nemo veſtrum hæſitet, nemo moram interponat; ſed omnes lubentibus animis ad viam veritatis redite; ut, ſimulatque ipſe ad vos advenavero, debitas gratias Deo, qui omnia luſtrat, una vobiſcum agam, quod non modo fidem ſinceram vobis patefecerit, verum etiam claritatem, quæ omnibus optanda erat, bene largitus ſit. Deus vos, fratres cariſſimi, diu ſervet incolumes: Hactenus Conſtantini litteræ ad Alexandrinos ſcriptæ, mox ut, ſtabilito fidei Symbolo, damnatus eſt Arius; nam cum nulla in his de terminata de Paſchate controverſia mentio habeatur (quæ quidem haud levis erat) neque de damnato Meletiano ſchiſmate, quod magnopere vexavit Ægyptum; ea omnia poſt Arii damnationem, poſtque has ſcriptas litteras contigiſſe ſignificantur.

XCII. Viſis igitur hactenus quæ jam ante, & poſt ſcriptum Symbolum acta ſunt ab Ario, & Euſebio Nicomediæ Epiſcopo in Nicæno Concilio; non prætermittendæ ſunt res geſtæ ab Euſebio Pamphili Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopo. De eo enim in primis Athanaſius (*a*) tradit, ipſum prima die admodum reſtitiſſe fidei regulæ a Patribus decretæ, poſtridie vero aſſenſum præbuiſſe; quæ omnia Socrates narrat his verbis (*b*): *Per idem tempus Euſebius cognomento Pamphilus, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, in illo Concilio, cum pauliſper hæſitaviſſet, ſecumque attenta cogitatione expendiſſet, num illam de fide deciſionem deberet admittere; ſic tandem una cum reliquis univerſis eam & approbavit, & ſubſcriptione ratam fecit; & populo, cui ipſe præerat, eamdem ſcriptis proditam miſit; vocemque* CONSUBSTANTIALE, *ille interpretatus eſt, ne cujuſquam animo de ipſo injiceretur ſuſpicio, quod in eo aliquantum hæſitaviſſet*. Sic plane ipſum excuſat Socrates; ſed ex multis ejus epiſtolis, quam fuerit Ario addictus, ſuperius eſt enarratum. Epiſtolam vero ab eo ad ſuos Cæſarienſes ſcriptam idem auctor ad verbum recitat, quæ eſt hujuſmodi (*c*).

(a) Athan. contr. hæreſin Arian. decr.

(b) Socrat. l. 1. c. 5

Euſebii Pamphili res geſtæ in Synodo Nycæna.

(c) Socrat. eodem c. 5.

XCIII. *Etſi veriſimile eſt, fratres cariſſimi, ea quæ de fide Eccleſiaſtica in amplo, & frequenti Concilio Nicææ coacto tractata ſunt, ad vos antehac perlata eſſe, præſertim cum fama ipſa accuratam rerum geſtarum narrationem ſua celeritate ſuperare ſoleat; tamen ne veritas, ſi auditione ſolum ea acceperitis, contra ac ſe habeat, vobis nuntietur; primum eam fidei formulam, quæ a nobis Concilio propoſita eſt; deinde alteram, quam Epiſcopi, ubi noſtris verbis pauca adjecerint, ediderunt, ad vos mittere, neceſſe putavimus. Noſtra vero formola, quæ tum coram Imperatore noſtro ſanctiſſimo perlecta eſt, tum recte ſe habere, pro certo exploratu, ad hunc modum ſe habet;*

Euſebii Pamphili epiſt. ad ſuos Cæſarienſes.

XCIV. *Sicut ab Epiſcopis, qui nos antegreſſi ſunt, accepimus; ſicut cum fidei fundamenta in noſtris animis primum jacta eſſent, cumque lavacro baptiſmatis abluti eſſemus, audivimus, ſicut a divinis Scripturis didicimus; & ſicut cum fungeremur presbyterio, & cum Epiſcopatum obtineremus, credidimus, & docuimus; ſic etiam jam credentes noſtram fidem vobis patefacimus, quæ ejuſmodi eſt: Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, viſibilium omnium, & inviſibilium creatorem. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Dei Verbum, Deum de Deo, lumen de lumine, vitam de vita, Filium unigenitum, primogenitum omnis creaturæ, ante omnia ſæcula ex Deo Patre genitum, per quem omnia facta ſunt. Qui propter noſtram ſalutem incarnatus eſt, & inter homines verſatus; qui paſſus eſt, & reſurrexit tertia die. Aſcendit ad Patrem, & iterum venturus eſt judicare vivos & mortuos. Credimus etiam in unum Spiritum ſanctum. Et iſtorum quemque eſſe & exiſtere credimus, Patrem vere Patrem eſſe, Filium vere Filium, & Spiritum ſanctum vere Spiritum ſanctum; ſicut Dominus noſter, cum diſcipulos ſuos ad prædicandum mitteret, locutus eſt (d): Euntes, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine*

Euſebii profeſſio fidei.

(d) Matth. 28.

PAGIUS *deſiſtarum Orientalium Concilii Cpolitani Symbolum recitetur*, &c. Imitatæ id poſtmodum ſunt quædam ſub Carolo Magno Gallicanæ Eccleſiæ, aliæ tamen, ac ipſa Capella Regia, imitari non ſunt auſæ; ideoque a Leone III. Pontifice veniam impetrarunt. Fecit id *Carolus*, ut Francos in reparata jam Chriſtianitate figeret. Ad Bernardum autem Wormatienſem ac Jeſſe Ambianenſem

m Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. De quibus confirmamus, nos hoc animo eſſe, ſicque ſentire, & ſic etiam ſenſiſſe, & ad mortem uſque ſic ſenſuros eſſe, in hac perſeveraturos fide, anathemate impiæ hæreſis cuique denuntiato. Atque de iſtis rebus omnibus nos ſincere, & ex animo ita ſenſiſſe, ex quo noſmet noſcere poteramus, & jam etiam vere tum ſentire, tum dicere, Deum omnipotentem, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum coram teſtamur; certaque demonſtratione oſtendere poſſumus, vobiſque ratione perſuadere, nos temporibus præteritis ita credidiſſe, & huic fidei a nobis expoſitæ congrua prædicaſſe; neminemque poſſe nobis in hac re contradicere. Quinetiam Imperator noſter ſanctiſſimus hanc noſtram fidei veritatem in ſe complecti, primus omnium teſtificatus eſt; ſeque eodem animo eſſe, conſtanter aſſeruit; præcepitque, ut omnes ei aſſentirentur, decretis ejuſdem ſubſcriberent, congruerentque cum iiſdem, dummodo una vox, CONSUBSTANTIALE videlicet, adſcriberetur.

XCV. Qualis Euſebiana profeſſio. Hanc quam oſtentat Euſebius fidei ſuæ confeſſionem, ſi quis fœtui efformato in matris utero comparaverit, cui nondum ſit anima rationalis infuſa; minime a ſcopo veritatis erraverit; utpote quæ plane imperfecta eſſe oſtendatur & in formis, quæ & nec Arii excludat impietatem, & nihil penitus habeat de coæqualitate, coæternitate, & eſſentia Filii cum ipſo Patre; ac proinde ejuſmodi eſſe, qua Arius uti poſſet, & Ariani. Quamobrem ad eludendam (ut dictum eſt) vafritiem, & ſubdolum conſilium Ariani hominis; vocem illam, CONSUBSTANTIALE Verbum Patri, jure meritoque Patres addendam putarunt, quo ſicut anima rationalis infuſa corpori perfectum hominem format, ita vox illa perfectum Deum æqualem Patri demonſtret Filium Dei. Sed addit Socrates:

XCVI. Euſebii Pamphili fraus & dolus. *Quamquidem vocem, CONSUBSTANTIALE, ille ipſe explicavit in hunc modum: CONSUBSTANTIALE de corporis affectionibus non poſſe intelligi, neque Filium Dei vel diviſione, vel defectione (ut ita dicam) ex Patre conſtare; nam non poſſe fieri, ut natura quæ materiæ expers eſt, quæ ſola intelligentia percipitur, quæ corpore vacat, corpoream ullam affectionem in ſe excipiat, ſed ejuſmodi res nos divinis & arcanis verbis debere complecti, ſapientiſſimus quidem, & pius noſter Imperator de his iſto modo philoſophatus eſt.* Hæc ipſe dicens, humili plane ſenſu enervat vocis iſtius potentiſſimam energiam. Recitato autem ab ipſo Niceno Symbolo, iſta ſubnectit, quæ ab eo in Synodo actitata eſſe tradit.

Cum iſta formula ab illis præſcripta eſſet, illud, EX SUBSTANTIA PATRIS eſſe, & illud, PATRI CONSUBSTANTIALEM eſſe, quomodo eſſent intelligenda, ab eis diligenter quærere cœpimus. Unde quæſtiones & reſponſa nata ſunt, rationeque accurate perveſtigatum, quæ illis verbis ſubjecta eſſet ſententia. Fatebantur illi, EX SUBSTANTIA eſſe idem ſignificare, quod, EX PATRE eſſe, non tamen partem Patris eſſe. Iſta ſane nobis videbantur pulchre conſentire cum piæ illius doctrinæ ſententia, quæ docet, Filium ex Patre eſſe, non tamen partem ſubſtantiæ illius eſſe. XCVII. Acta in Synodo. O verſipellis & impudens, qui ejuſmodi vocis interpretationem non erubeſcit ad ſuos ſcribens, impingere toti illi ſacro Patrum Concilio! Sed & ſubdit: *Quapropter huic ſententiæ etiam a nobis aſſenſum eſt; neque vocem, CONSUBSTANTIALE, rejecimus, propterea quod pax tamquam ſcopus ad intuendum ante oculos noſtros verſabatur, & cautio erat a nobis adhibita, ne recta fidei ſententia excideremus.*

XCVIII. Genitus Filius non factus. *Pari ratione, GENITUM non factum approbavimus. Nam, FACTUM, Verbum cum cæteris creaturis, quæ per Filium facta ſunt commune eſſe dixerunt; nec Filium earum ſimile quicquam habere, ac propterea eum non eſſe creaturam illarum ſimilem, quæ ab ipſo facta ſunt, ſed præſtantioris eſſe ſubſtantiæ, quam qua ulla creatura prædita ſit, quam quidem ex Patre genitam eſſe ſacræ litteræ perdocent; quippe cum modus ejus generationis a nulla mortali natura, vel verbis exprimi, vel cogitatione comprehendi poſſit. Eodem modo, & illud, FILIUM CONSUBSTANTIALEM eſſe, ratione & exquiſitum eſt, & probatum, non more corporeo debere intelligi, neque ſimile habere quicquam cum mortalibus animantibus; nam neque diviſione ſubſtantiæ, neque defectione, neque mutatione paternæ eſſentiæ, & facultatis poſſe conſtare; ingenitam enim Patris naturam ab his omnibus prorſus alienam eſſe; & hoc, PATRI CONSUBSTANTIALEM eſſe, nihil aliud oſtendere, quam filium Dei ad reliquas creaturas nullam habere ſimilitudinem, ſed unius Patris, qui illum genuit, omnino ſimilem eſſe, neque ex alia quam ex Patris ſubſtantia, & eſſentia genitum. Quod quidem ſic expoſitum rectum videbatur aſſenſione approbare. Nam nonnullos veteres Epiſcopos, & ſcriptores, viros ſane diſertos atque il-*

PAGIUS ſem Epiſcopos, necnon ad Abbatem Corbeienſem Caroli Legatos dixit Leo tertius. *Quod aſſeritis ideo vos cantare Symbolum, quoniam alios in iſtis partibus vobis priores audiſtis cantaſſe, quid ad nos? Nos enim ipſum non cantamus.* Quin & eamdem cantandi conſuetudinem omitti ſuaſit: *Quia & in noſtra Eccleſia non cantatur.* Romana Eccleſia, necdum ſub Joanne octavo videtur cantaſſe.

Digitized by Google

illuſtres, in Patris, & Filii divinitate explicanda, hoc verbo, CONSUBSTANTIALI, uſos fuiſſe cognovimus. Sed de fide in Concilio Nicæno expoſita, & divulgata, hac hactenus. Cui quidem omnes ad unum aſſenſi ſumus, non temere & inconſulto, ſed ſecundum ſententias coram ipſo ſanctiſſimo Imperatore propoſitas, diſcuſſaſque, & communi omnium conſenſu propter cauſas, quæ ſuperius memoratæ ſunt, approbatas.

XCIX. *Quiaetiam anathematis formulam, quæ poſt fidem explanatam ab illis propoſita eſt, approbandam quoque putavimus; propterea quod vetet, ne quiſquam vocibus a Scriptura abhorrentibus (ex quibus in Eccleſias omnis fere confuſio, & diſcordia invecta eſt) omnino utatur. Etenim cum nulla Scriptura divinitus inſpirata his vocibus uſa ſit, Filium Dei ex nihilo ortum eſſe, & tempus fuiſſe aliquando cum non eſſet, & quæ ſequuntur in eamdem ſententiam, minime conſentaneum videbatur, eas vel proferre, vel docere; quandoquidem numquam antehac iſtiuſmodi verba uſurpare conſuevimus. Iſta ad vos, fratres cariſſimi, neceſſitate coacti miſimus, non ſolum uti vobis decretam, quod noſtram diſquiſitionem, & aſſenſionem ſecutum eſt, planum faceremus; verum etiam ut intelligeretis, quod primo, dum ea quæ aliter ab aliis ſcripta erant, animum noſtrum offendere videbantur, in una eademque ſententia (ſicut ratio poſtulabat) ad extremam uſque horam perſtitimus. Verum poſtea facile ſane, & ſine ulla contentione, ea, quæ nullam habebant offenſionem, tum demum amplexati ſumus, cum nobis verborum ſenſum, & ſententiam æquis animis diſquirentibus, illa quæ expoſita erant, conſentire viderentur cum his, quæ in fidei formula ante propoſita a nobis conceſſa & approbata fuerant. Iſta Euſebius Pamphilus ad Cæſaream, quæ eſt Palæſtinæ Civitas miſit.* Et ut apparet, ob eam cauſam, ut ſe excuſaret apud ſuos, ſi aliam ab ea, quam docuerat, fidei formulam ſuſcepiſſe videri poſſet: in quibus quidem conſcribendis (ut libere dicam) ſic ſe ſuperinduiſſe novum; veſtimentum demonſtrat, ut tamen vetus nequaquam abjecerit, atque ulcus non curatum obduxerit.

C. Sed de eo quid S. Athanaſius ſcribat (a), videamus: *Quoque* (inquit) *majoris admirationis eſt, Euſebius ex Cæſarea Palæſtinæ, quam pridie abnegaſſet, in eam tamen ſententiam poſtridie ſubſcripſit; quam etiam Eccleſiæ legendam miſit, dicens eam eſſe Eccleſiæ fidem, & Patrum traditionem; omnibuſque manifeſto apparuit, eum prius, & temere erraſſe, & fruſtra contra veritatem pugnaſſe. Nam tametſi eum puduit ſcriptis errorem fateri, &, ut potuit, ſe Eccleſiæ excuſavit, in epiſtola tamen, in qua Dei Filium conſubſtantialem & ex ſubſtantia Patris exiſtere non inficiatur, clare ſe in errore fuiſſe demonſtrat; miſerque prorſus in eo fuit, quod, ut ſe purgaret, coactus ſit Arianos accuſare; quod illi ſcriptum reliquiſſent, non fuiſſe Filium antequam gigneretur; indeque ratiocinari vellent, eum ne ante quidem carnis nativitatem extitiſſe. Et hoc ipſum ſcit Acacius, etſi & ille quoque nunc metu temporum id diſſimulandum putet, veritatemque inficiari velit. Certe, & is in fine ſubjunxit epiſtolam Euſebii, &c.* Hæc Athanaſius, in eo verſatus, ut demonſtraret etiam Arianæ hæreſis aſſertores ſubſcripſiſſe Nicæno Symbolo. At qualis fuerit iſta Euſebii pœnitentia, exitus demonſtravit, nam ſoluto Nicæno Concilio, eodem cum Ario & Arianis perſeverante fœdere amicitiæ, in fidem Catholicam ſtructa acie, paribus cum illis ſtudiis dimicavit; quod multis argumentis inferius apparebit.

(a) Athan. cont. hær. Arian. dec.

De Euſebio judicium Athanaſii.

Sic etiam, (quod dictum eſt ſuperius) Ariani Epiſcopi, immo & ipſe Arius recantarunt palinodiam, ut extiterint poſtea etiam Arianæ hæreſis defenſores; cum & inter hæc plures alii reperirentur, quorum ope damnata Ariana hæreſis fulciebatur; qui quod eſſent privatæ perſonæ, ſicut non acceſſerunt ad Synodum, ita nec Synodo innotuerunt; inter quos ille apoſtaſiæ macula aſperſus Aſterius erat, de quo hæc Athanaſius (b): *Aſterius Cappadox ſophiſta multiceps, unus ex ſociis Euſebianis, quoniam idolis in priori perſecutione, quæ fuit ſub avo Conſtantii,* Maximiano Herculio ſcilicet, *immolaverat, & propterea nequiret in clerum cooptari; de ſententia Euſebii opuſculum fecit; quale & ipſe volebat, & quod ſceleri immolationis magnitudine reſponderet, in quo locuſtam, & erucam cum Chriſto comparat, immo Chriſto anteponit, aliamque quam Chriſtum in Deo Sapientiam collocat Chriſti, & mundi conditricem. Obambulat ille per Syriam, & per alias Eccleſias ex commendatione Euſebii, ut ſemel Chriſtum negare doceat, atque ea ſævitie contra veritatem nititur. Aſcendit igitur homo audaciſſimus in loca mi-* CI.

(b) Athan. de Synod.

Aſterius & alii Apoſtatæ fautores Arii.

PAGIUS taſſe. Etenim Methodium Moravorum ac Bohemorum Epiſcopum rogavit is Pontifex, *ſi Orthodoxa Fidei Symbolum ita crederet, & intra Miſſarum ſolemnia cantaret, ſicut ſanctam Romanam Eccleſiam tenere conſtat.* Non rogat quomodo Romana Eccleſia tenet & cantat, ſed ſolum quomodo tenet, quia nempe illa necdum cantabat. Cantabat Methodius, utpote Græcus, more Græco. Tandem & Romana cantare cœpit, ne a ſubditis ſibi Hiſpaniarum & Galliarum Eccleſiis morem deponere nolentibus diſſonaret. Hæc Lupus citatus.

minus ſibi licita; ſedenſque in gradibus clericorum, publice ſuum opuſculum, quamquam id multi graviter ferrent, recitavit, &c. Hæc de Aſterio Cappadoce Athanaſius. Vides ex quali improborum fæce prodierint, nempe ex apoſtaſia, & Chriſti negatione, qui huic ſceleſtiſſimæ hæreſi patrocinati ſunt; quibus quidem ſordibus aſperſum quoque fuiſſe Euſebium Cæſarienſem, ex teſtificatione Potamonis, ſanctiſſimi Epiſcopi, & confeſſoris, ſuperius dictum eſt; eadem quoque labe inquinatum Euſebium Nicomediæ, & alios, jam ante meminimus.

CII. Quæſtio propoſita de tempore Paſchatis.

Terminatis vero illis in Synodo, quæ ad Arium, & Arianam hæreſim ſpectare videbantur; quæſtio illa, cujus quoque cauſa Concilium præcipue coactum diximus, de tempore Paſchatis celebrandi, reliqua erat. Vetus hæc controverſia fuit, jam (ut narratum eſt ſecundo Annalium tomo) Polycarpi tempore in Aſia agitata, ſub Victore autem Romano Pontifice celebrato in Palæſtina Concilio definita. At quoniam ejus ſectatores traditionem de ea re Apoſtolicam prætexebant; hac de cauſa factum eſt, ut licet quamplurimi reſipuerint, ingens tamen adhuc multitudo in eadem perſtaret ſententia, ſicque in ſchiſmate infeliciter permanerent. Erant hi ex provincia Syriæ Chriſtiani, qui in his quæ ad tempus ſpectant, more Judæorum, die decimaquarta Lunæ ſanctum Paſcha celebrarent; non autem die Dominico poſt dictam Lunam, ut ceteræ omnes Eccleſiæ agerent. Haud tamen facile erat, eos qui contrarium tuebantur opinionem, quam a patribus atque avis & proavis accepiſſent, & in ea pariter conſenuiſſent, ab ea deducere, & in communem cum ceteris ſententiam de Paſchate una die celebrando perducere. Fuit (ut patet ex litteris Conſtantini ad Euſebium) magno cum labore eadem cauſa ad finem ducta; quamobrem controverſias illa apertiſſime cognita & declarata; qui hactenus a ceteris diviſi erant diverſo ritu Paſchatis celebrandi, ſponte ad Catholicæ Eccleſiæ conſortium redierunt, qui & pro Eccleſia adverſus Arianam hæreſim magnis animis pugnavere. Teſtatur hæc de iis S. Athanaſius, cum ait (*a*): *Syri in aliorum ſententiam traducti ſunt, & Arianam hæreſim decreverunt pro Antichriſti præcurſatrice habendam eſſe; & ſcriptis contra eam editis, ſua placita promulgarunt.*

(a) Athan. de Synod. Arim.

CIII. Compoſitis duabus hiſce in Synodo controverſiis, diverſa diverſo modo concepta de ſingulis placuit edi decreta; nimirum, cum Symbolum fidei ſcriptum eſt, nullam notam temporis, diei, vel Conſulis ad certum tempus conſignandum adhibendam eſſe, Patres (ut diximus) exiſtimarunt, quod ſcilicet ea non eſſet recentis fidei conſtitutio, ſed profiterentur eamdem ſemper in Eccleſia viguiſſe, nec a ſe, ſed ab Apoſtolis Eccleſiæ traditam; quam etiam ob cauſam nec illa verba in ceteris Synodicis decretis adhiberi ſolita voluerunt præfigi Catholico Symbolo: VISUM EST; ne videretur recens elaborata fidei confeſſio. Non ſic quidem factum eſt in illa conſtitutione de Paſchatis tempore in Synodo edita, cui voluerunt diem apponi, & Conſules, & cetera quæ ſpectant ad certum tempus definiendum. Teſtatur id quidem S. Athanaſius (*b*) in eodem libro de Synodis, ubi cum agit de Nicæno Symbolo: *Nec Conſulem*, inquit, *nec diem, nec menſem addiderunt; ſed in negotio Paſcha non abhorruerunt ab ejuſmodi appendice; ibi enim placuit, ut adderetur, VISUM EST: ut omnes obtemperarent. De fide vero non ſcripſerunt, VISUM EST; ſed, AD ISTUM MODUM CREDIT CATHOLICA ECCLESIA: & ſtatim ipſa confeſſio credendi adjuncta eſt, ut oſtenderent, eam non eſſe novam ſententiam, ſed Apoſtolicam, & quæ ipſi ſcripſiſſent, non eſſe ſua inventa, ſed Apoſtolorum documenta:* Hæc Athanaſius.

Diverſa decreta diverſo modo concepta.

(b) Athan. eod. lib. de Synod.

At ſicut feciſſe vidimus Conſtantinum, damnationem Arii, & Arianæ hæreſis a Concilio ſuis quoque eſſe litteris publicis proſecutum; ita pariter ſtatutum decretum conſenſione totius Concilii de tempore ſacri Paſchatis celebrandi, ſuis litteris ad omnes Eccleſias datis, voluit innoteſcere (*c*), ne ſcilicet Epiſcopi illi (erant hi Syri) qui ea longa conſuetudine tenerentur, nec ad Concilium conveniſſent, ſancto pioque Synodi decreto adverſarentur, ac proinde in ſchiſmate remanerent. Ut igitur omnes aſſentirentur iis quæ magna conſideratione in ſancta Synodo definita eſſent, idem Imperator ad omnes Eccleſiarum Epiſcopos humanitate ac pietate plenas litteras dedit hujuſmodi (*d*): CIV.

(c) Apud Theod. l. 1. cap. 10.

(d) Apud Socrat. l. 1. c. 6.

Conſtantinus Aug. Eccleſiis S.

Cum ex florenti, & proſpero Reipublicæ ſtatu, quanta ſit divinæ virtutis erga nos benignitas, compertum haberem; iſtud omnium maxime mihi propoſitum putavi, ut in ſanctiſſima Eccleſia Catholica mul- CV.

titu-

Litteræ Imp. de Paſchate.

PAGIUS XXVI. Subſcriptio fidei Nicænæ.

Sozomenus lib. 1. cap. 21. ſcribit, Fidei Formulam approbaſſe *Euſebium* Nicomediæ, *Theognium* Nicææ, *Marim* Chalcedonis, *Patrophilum* Scythopoleos, & *Secundum* Ptolemaidis in Lybia Epiſcopos; quos tamen Socrates lib. 1. cap. 8. Fidem a Concilio Nicæno ſcriptam improbaſſe tradit. Verum, hæc ita conciliari poſſunt, inquit Valeſius ad laudatum Sozomeni locum, ſi dicamus, Epiſcopos illos initio quidem Formulam Fidei Nicænæ penitus rejeciſſe: poſtea tamen metu Principis, qui contradicentibus exilium minabatur, eam comprobaſſe. Atque

Baron. n. LXXVII.

Digitized by Google

titudine una fides, ſincera charitas, & conſentiens erga Deum omnipotentem religionis cultus ſervaretur. Verum quoniam iſtud non poterit in loco tuto firmoque collocari, niſi vel omnes Epiſcopi, vel maxima eorum pars in unum conveniſſet, ſingulique ſuum judicium de rebus ad ſacratiſſimam religionem pertinentibus interpoſuiſſent; eam ob cauſam cum cœtus (quantum fieri poterat) maximus coactus eſſet, ipſe tamquam unus e veſtrum numero una adfui. Neque enim recuſabam (ex qua re jam maximam capio lætitiam) me vobiſcum in eo miniſterio conjungere. Atque uſque eo de rebus omnibus accurate quæſitum eſt, quoad ſententia Deo omnium contemplatori grata acceptaque propter concordiam & animorum conſenſum palam pronuntiata eſſet; ſic ut nihil, quod vel ad diſcordiam, vel ad fidei controverſiam ſpectaret, omnino in poſterum reliquum fieret.

CVI. Una ab omnibus die Paſcha agendum.

Ibi enim de ſanctiſſimo feſto die Paſchatis diſceptaretur, communi omnium ſententia rectum eſſe videbatur, ut omnes ubique uno eodemque die illud celebrarent. Quid enim præſtabilius, quidve auguſtius eſſe poterat, quam ut hoc feſtum, per quod ſpem nobis immortalitatis oſtentatam habemus, uno modo & ratione apud omnes continenter obſervaretur? Ac primum omnium indignum plane videbatur, ut ſacratiſſimum iſtud feſtum, Judæorum ritum, & conſuetudinem imitantes, ageremus; qui quidem quoniam ſuas ipſorum manus deteſtabili ſcelere polluerunt, merito, ut ſceleſtos decet, cæco animorum errore irretiti tenentur. In noſtra enim ſitum eſt poteſtate, ut illorum more rejecto, veriore & magis ſincero inſtituto (quod quidem uſque a prima paſſionis die hactenus recoluimus) hujus feſti celebrationem ad poſterorum ſæculorum memoriam propagemus. Nihil igitur ſit nobis commune cum Judæorum turba omnium maxime odioſa; aliam enim viam, qua inſiſtamus, a Salvatore didicimus; proponitur namque ſanctiſſimæ noſtræ religioni curſus quidam legitimus & decorus.

CVII. Nefarium inhærere Judæis.

Hunc igitur conſentientibus animis mordicus tenentes, fratres honoratiſſimi, ab illa nefaria Judæorum opinione nos ipſos removeamus; eſt enim revera abſurdiſſimum, ut illi inſolenter ſe jactent, nos abſque ipſorum diſciplinæ ſubſidio iſtas res nullo modo poſſe obſervare. Quid tandem eſt, de quo illi recte ſentire queant, qui poſt necem Domino illatam, poſt parricidium illud nefarium, ex mentis ſtatu deturbati, non ratione ulla, ſed intolerabili animorum impetu, quocumque inſita ipſis & innata inſania rapiat, feruntur? Hinc etiam exiſtit, quod ne in hac quidem parte veritatem perſpiciant; quippe præ errore extra exquiſitam temporis in hoc feſto celebrando obſervationem longiſſime evagati, eodem anno alterum Paſcha celebrant. Proinde quid eſt, cur iſtos imitemur, quos gravis erroris morbo laborare conſtat? Eodem namque anno idem feſtum denuo recolendo renovari non permittemus. Verum quamvis iſta non a me fuiſſent propoſita; tamen veſtræ ſolertiæ eſſet, cum diligentiam adhibere, tum precibus ſemper optare; ut nulla de cauſa veſtrorum animorum integritatem nequam hominum moribus admiſcere cogamini. Porro illud etiam facile poteſt intelligi, maximum nefas eſſe, uti in tanto, & tam ſolemni religionis noſtræ feſto regnet diſſenſio. Unum enim libertatis noſtræ diem feſtum, hoc eſt, ſanctiſſimæ paſſionis, Salvator noſter nobis tradidit, unamque Eccleſiam Catholicam eſſe voluit; cujus quidem membra, tametſi in multa, & varia loca diſperſa ſint, tamen uno ſpiritu, hoc eſt divina voluntate & nutu coaleſcunt. Veſtræ igitur ſanctitatis pendentia accurate ſecum conſideret, quam grave, immo quam indecorum ſit, ut iiſdem diebus alii jejuniis vacent, alii agitent convivia, ac poſt dies Paſchatis alii in feſtis, & animorum remiſſione verſentur, alii præſcriptis jejuniis ſe dedant. Quapropter iſtud rectius inſtituendum eſt, & ad unam formam, & modum redigendum; hoc enim (ſicut omnes vos ſatis animadvertere exiſtimo) divina providentia vult.

CVIII. Univerſa Eccleſia.

Et quoniam iſtud ita via, & ratione gerendum erat, ut nihil nobis cum conſuetudine parricidarum, & eorum, qui necis Domini auctores extiterunt, eſſet commune; & modus ille decorus eximiuſque ſervandus eſſet, quem omnes Eccleſiæ totius Orbis partes, vel verſus Occidentem, vel verſus Meridiem, vel verſus Septentrionem incolentes ſervant, ac nonnullæ quoque, quæ in locis ad Orientem ſpectantibus habitant; idcirco omnes in præſentia hoc recte ſe habere arbitrati ſunt. Ipſeque etiam in me recepi, veſtram ſapientiam facile aſſenſuram, ut quod in urbe Roma, in Italia, in Africa, in tota Ægypto, Hiſpania, Gallia, & Britannia, in Lybia; & univerſa Græcia, in Diœceſi Aſiatica, & Pontica, in Cilicia denique una

PAGIUS que id plene confirmant Theodoretus, & Hieronymus in Dialogo adverſus Luciferianos. Certe inter Epiſcopos, qui Concilio ſubſcripſerunt, horum etiam nomina leguntur. Ex quo apparet, omnes omnino Epiſcopos, qui Synodo Nicænæ interfuerunt, ejus Fidei ſubſcripſiſſe, ſive ſincere & ex animo, ſive ſubdole ac ficte. Licet enim *Euſebius* ac *Theognius* condemnationi Arii initio ſubſcribere noluerint, tamen poſt ærumnas exilii, libello oblato, condemnationi ejuſdem Arii ſeſe conſentire profeſſi ſunt. Duos excipe, *Secundum* ſc. ac *Theonam* Epiſcopos, qui nec Fidei

& conſentiente ſententia conſaruntur, hoc a vobis quoque lubentibus animis approbaretur; illud ſedulo reputantibus, non ſolum in locis, quæ modo citavi, majorem Eccleſiarum numerum exiſtere, ſed etiam ſanctiſſimum inſtitutum eſſe, ut omnes communi conſilio id ratum cupiant, quod accurata, & recta ratio poſtulare videtur, quodque nihil cum Judæorum perjurio habet commercii.

CIX. *Verum ut ſummum rei breviter complectar; viſum eſt communi omnium judicio, ſacratiſſimum Paſchatis feſtum uno eodemque die celebrandum eſſe; neque enim in re tam ſancta atque ſolemni ulla diſſenſio debet exiſtere; immo vero hanc ſeque ſententiam, cui nullus a fide alienus error, nullumve vitium omnino admixtum ſit, multo maximam habet commendationem. Quæ cum ita ſe habeant, lubenter hoc decretum, tamquam donum Dei, & mandatum re vera cælitus demiſſum, amplexamini. Nam quicquid in ſanctis Epiſcoporum Conciliis decernitur, id univerſum divinæ voluntati debet attribui. Quamobrem vos, ubi omnibus dilectis noſtris fratribus res in hoc Concilio geſtas, ſententiam jam decretam, & ſanctiſſimi feſti obſervandi modum denunciaveritis; eadem ipſi approbare, riteque diſponere debetis; ut, ſimulatque veſtram rectam omnium rerum diſpenſationem jampridem a me deſideratam me plane perſpicere contigerit, uno eodemque die vobiſcum una ſacroſanctum feſtum recolere poſſim, ut ſimul omnium cauſa permagnam animo capiam voluptatem: quod quidem fiet, cum intellexero non ſolum diabolicam crudelitatem per veſtra recte facta, divina virtute opem ferente, penitus profligatam eſſe; verum etiam fidem noſtram, pace & concordia conciliata, ubique egregie florere. Deus vos, fratres cariſſimi, ſervet incolumes:* Huc- uſque Conſtantini litteræ.

Decretum Synodi de Paſchate.

CX. Cæterum quod ſpectare videbatur ad Paſchales cyclos conficiendos, quibus, quo potiſſimum die ſingulis annis ſanctum Paſcha celebrandum eſſet, oſtenderetur; haud levioris negotii videri potuit eſſe opus; cum non omnes eamdem inirent computi rationem; periculumque illud immineret ex diverſa temporum ſupputatione, ut licet Fideles omnes die Dominico celebraturi Paſcha forent, tamen diverſis id facturi eſſent diebus Dominicis. Quamobrem quod omnibus conſtaret, ex antiquiſſimo tempore Ægyptios hanc peculiarem ſibi vendicaſſe ſcientiam, ut anni tempora, Solis, & Lunæ curſum perveſtigarent; placuit ſanctæ Synodo in Alexandrum Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopum hanc curam conjicere; qui, adhibitis ſecum viris calculandi peritiſſimis, creditum ſibi munus diligenter exſolvit: ſed & ſucceſſorum Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcoporum S. Synodus voluit eſſe officii, ut quo potiſſimum die ſingulis annis celebrandum Paſcha foret, Romanæ Eccleſiæ Epiſcopis primum ſignificarent, a quibus reliquæ omnes Eccleſiæ certiores redderentur; quod diu multumque ſervatum eſt.

Temporis calculus Alex. Epiſcop. tributus.

CXI. Hæc autem ne abſque majorum auctoritate leviter dicta videantur, S. Leo Magnus locuples teſtis accedat, qui ſcribens ad Marcianum Imperatorem hæc ait (*a*): *Paſchale etenim feſtum, quo ſacramentum ſalutis humanæ maxime continetur, quamvis in primo ſemper menſe celebrandum ſit; ita tamen eſt Lunaris curſus conditione mutabile, ut plerumque ſacratiſſimi diei ambigua currat electio, & ex hoc fiat plerumque, quod non licet, ut non ſimul omnis Eccleſia, quod noniſi unum eſſe oportet, obſervet. Studuerunt ſancti Patres occaſionem hujus erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Epiſcopo delegantes; quoniam apud Ægyptios hujus ſupputationis antiquitus tradita eſſe videbatur peritia, per quam, quis annis ſingulis dies prædictæ ſolemnitatis eveniret, ſedi Apoſtolicæ indicaretur, ut hujus ſcripti ad longinquiores Eccleſias judicium generaliter percurreret:* Hæc S. Leo. Proterius vero Epiſcopus Alexandrinus ſcribens ad eumdem S. Leonem, magna animi ſummiſſione profitetur, omnia ſe accepta ferre Romanæ Eccleſiæ, cum ſcilicet ea omnia Petrus Marcum docuerit, cum eum Alexandriam Epiſcopum miſit.

(*a*) Leo ep. 64.

Alex. Epiſcopus arbiter diei Paſchalis.

Ha-

PAGIUS dei Nicænæ, nec damnationi Arii ſubſcribere voluerunt, ut teſtatur epiſtola Synodica Patrum Concilii Niceni, Theodoretus, & Philoſtorgius.

XXVII. Valeſius jam in Notis ad Socratem lib. 1. cap. 14. quam in Notis ad Sozomenum lib. 2. cap. 16. obſervat, Baronium reprehendere Socratem ac Sozomenum, qui dixerint, *Euſebium* ac *Theognium* paulo poſt Synodum Nicænam miſſos eſſe in exilium: deinde aliquot poſt annos, miſſo ſatisfactionis libello ad nobiliores Epiſcopos, ab exilio eſſe revocatos. At Baronius contendit, hunc libellum ab Euſebio oblatum eſſe Epiſcopis in Synodo Nicæna. Primum enim regulam Fidei ait ſcriptam fuiſſe, cui *Euſebius* Nicomedienſis cum aliis quatuor Epiſcopis ſubſcribere recuſarit; eumdem tamen poſtea, oblato ſatisfactionis libello, in quæ decreta fuerant, ſubſcripſiſſe. Poſt hæc vero, cum Synodus *Arium* anathemate damnaſſet, *Euſebium* ac *Theognium* huic anathematiſmo noluiſſe ſubſcribere: eamque ob cauſam damnatos ac depoſitos eſſe a Synodo, & *Amphionem* ac *Creſtum* in eorum locum ſubrogatos; Conſtantinum tamen Imperatorem interceſſiſſe, ne ſententia executioni mandaretur, egiſſeque, ut *Euſebius* ac *Theognius* oblato pœnitentiæ libello ſuſciperentur a Synodo. Hæc Baronii ſententia.

Libellus ſatisfactionis in Synodo Nicæna oblatus non eſt.

Baron. n. LXXIX.

XXVIII. Sed primum in eo peccat Baronius, quod duos libellos ab Euſebio oblatos eſſe dicit. Nam de priore illo libello nemo unquam mentionem fe-

cit

Habentur hæc ex S. Leonis ſcripta epiſtola ad Proterium, cujus fragmentum in hujuſmodi verba recitatur a Beda (*a*): *Lætificaverunt me litteræ dilectionis tuæ, quas frater & Coepiſcopus noſter Nectarius pio adportavit officio. Oportebat enim, ut ab Alexandrina Eccleſiæ Præſule talia ſcripta ad ſedem Apoſtolicam mitterentur, quæ oſtenderent magiſterio beati Petri Apoſtoli hoc ab initio per beatum Marcum eius diſcipulum didiciſſe Ægyptios, quod conſtat crediſiſſe Romanos.*

(*a*) *Apud Bed. de ration. temp. cap. 4.*

CXII. Paſchales epiſtolæ dari ſolitæ ab Eccleſia Alex.

Perſeveravit mos iſte diu in Eccleſia Alexandrina, ut ejus ſedis Epiſcopus Paſchales (quas vocabant) daret epiſtolas; ſed interceptum ejuſmodi fuit officium, poſtquam eidem Eccleſiæ hæreſiarchæ præſidere cœperunt Epiſcopi, cum, licet illi darent litteras, nemo tamen ab eis acciperet, quibus in fide minime communicarent: porro quamdiu Catholicæ communionis in Eccleſia Alexandrina ſederunt Epiſcopi, vigebat ejuſmodi obſervantia. Qualeſnam vero eſſe ſolerent ejuſmodi Paſchales epiſtolæ, quæ adhuc extant Theophili Epiſcopi Alexandrini, quas S. Hieronymus in Latinum vertit (*b*), docere poſſunt; de quibus ſuo loco pluribus agendum erit. Cognito igitur primum ex Epiſcopi Alexandrini litteris, quoto anni die celebrandum Paſcha eſſet, eoque Apoſtolicæ ſedis litteris omnibus Eccleſiis promulgato, ſacro Epiphaniæ die diaconi in ſingulis Eccleſiis inter ſacra Miſſarum ſolemnia annuntiare conſueverant. Verum & antehac vigebat antiquus in Eccleſia uſus ut a Romano Pontifice quæreretur Paſchalis dies; quod habetur expreſſum in Arelatenſis Concilii primi canone primo, dum his verbis Synodus ſcribit ad Silveſtrum: *De obſervatione Paſchæ Domini, ut uno die, & tempore per omnem Orbem obſervetur, & juxta conſuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.* Porro ſubſcriptione Formatorum a Primatibus cæteris inferiorum ſedium Epiſcopis quid nuntiandum, Carthaginenſe Concilium monuit (*c*).

(*b*) *Extant to. 2. Bib. San.*

(*c*) *Conc. Carthag. c. 7.*

CXIII. Cum vero hæc de Paſchate in Nicæno Concilio diſcuterentur; ea occaſione factum eſt, ut ad facilius inveniendum cujuſlibet anni Paſchalem diem conſtitueretur numerus ille, qui Aureus nuncupari conſuevit, decem & novem annorum periodum continens, id quidem S. Ambroſius, ad Epiſcopos provinciæ Æmiliæ ſcribens, teſtatur his verbis (*d*): *Non mediocris eſſe ſapientiæ, diem celebritatis definire Paſchalis, & Scriptura divina nos inſtruit, & traditio majorum; qui convenientes ad Synodum Nicænam, inter illa fidei, ut vera, ita admiranda decreta, etiam ſuper celebritate memorata, congregatis peritiſſimis calculandi, decem & novem annorum collegere rationem, & quaſi quemdam conſtituere circulum, ex quo exemplum in annis reliquos gigneretur; hunc circulum Enneadecaterida nuncupaverunt:* Hæc S. Ambroſius. Cujus ſententia cum reddatur exploratiſſimum, non alium quempiam, quam illos, quibus a Synodo delegatum eſt ejuſmodi negotium, fuiſſe ejus numeri inventores, atque ad opus conficiendum requiſitam præcipue induſtriam Epiſcopi Alexandrini; quidnam eſt, quod Beda (*e*) & alii poſt eum, qui ab eo acceperunt, Auctorem circuli novennalis Euſebium Pamphili fuiſſe dixerunt? Decepti hi eſſe videntur, quod conſtet Euſebium ſcripſiſſe librum de Paſchate, quem obtulit Conſtantino. Sed ex litteris Imperatoris ad eum redditis, cujuſnam argumenti fuerit commentarius ille, perſpicue declaratur. Verum reddamus hic ipſius verba, quibus hæc idem præfatur Euſebius (*f*): *Cum nos, dedicato illi libello, arcanam hujus feſti rationem reteximus; quemadmodum nos compenſarit, honorificeque reſponderit, quivis ex ejus ad me litteris poteſt facile intelligere.*

Aureus numerus inventus.

(*d*) *Ambroſ. ep. ad Epiſc. provinc. Æmil.*

(*e*) *Bed. de ration. tempor. c. 42.*

(*f*) *Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 34. 35.*

VICTOR CONSTANTINUS MAX. AUG. EUSEBIO S.

CXIV. Epiſt. Conſtantini ad Euſeb. Pamphil.

Difficillimum ſane opus eſt, & ſupra omnem orationis facultatem poſitum myſteria Chriſti pro dignitate explicare, & inſtitutam de Paſchate controverſiam, unde orta, & quomodo laborioſe quidem, ſed utiliter ad exitum adducta ſit, congruenti oratione exponere. Nam numinis magnificentiam ne illis quidem, qui eam mente

te

PAGIUS

Euſebius & Theognius in Synodo Nicæna depoſiti non ſunt.

eit. Deinde quod ſit de depoſitione ac damnatione *Euſebii* atque *Theognii* facta in Concilio Nicæno, ejus rei nullum auctorem citat. Certe Conſtantinus in epiſtola ad Nicomedienſes, id tunc factum eſſe non dicit, ſed tantum ait, metuiſſe Euſebium ne id fieret. Denique quod ſcribit, libellum pœnitentiæ ab Euſebio oblatum fuiſſe in Synodo Nicæna, id ex ipſo libello manifeſte refellitur. Oblatus eſt enim hic libellus, a Socrate laudato recitatus, cum eſſet in exilio, ut teſtatur his verbis: *Conſentientes iis, quæ a vobis decreta ſunt, etiam hoc libello conſenſum noſtrum confirmamus; non quidem tædio exilii, ſed ut ſuſpicionem vitemus hæreſeos.* Præterea miſſus eſt hic libellus, cum jam Arius ab exilio eſſet revocatus. Id enim teſtantur hæc verba: *Porro abſurdum fuerit, cum is, qui reus eſſe videbatur, revocatus ſit, ſeque de illis, quæ ipſi objiciebantur, purgaverit, nos ſilere, & argumentum adverſus noſmetipſos ultro ſuppeditare.* Porro Arius ſatis diu poſt Synodum Nicænum a Conſtantino revocatus eſt.

XXIX. Euſebius & Theognius in privata Synodo depoſiti.

Cum vero *Euſebius* ac *Theognius* in exordio epiſtolæ a Socrate relatæ dicant, ſe damnatos ab Epiſcopis, quæri poteſt, ubi & quando fuerint condemnati. Baronius quidem eos in Synodo Nicæna damnatos eſſe dicit atque depoſitos. Sed contra eſt auctoritas B. Hieronymi, qui in Dialogo adverſus Luciferianos diſerte teſtatur, Euſebium ac Theognium cum aliis Epiſcopis Arianæ factionis a Nicæna Synodo ſuſceptos fuiſſe. Idque probat, tum ex teſtimonio eo-

te cogitationeque aſſequi queunt; ſatis pro dignitate ſua ulla orationis facultate explicare poſſunt. Verumtamen incredibilis voluntatis, & ſtudii tui magnitudinem admirans, cum ipſe libellum tuum libenter legi; tum etiam, ut is pluribus divinarum rerum vere ſtudioſis ederetur, quoniam ita voluiſti, edicto mandavi. Quapropter cum animadvertas quanta aviditate iſta tam præclara munera abs tua prudentia accipimus; vide, ut quibus ipſe te præceptionibus educatum eſſe fateris, his nos, & quidem frequentioribus, alacriores reddas. Te vero (quod vulgo dici ſolet) ſponte currentem, ad uſitata tua curricula adhortor; quandoquidem hæc tua fiducia oſtendit, dignum te inveniſſe, lucubrationum tuarum interpretem, qui illae in noſtram linguam convertat: quamvis nulla ſane queat elocutio tam præclararum rerum conſequi dignitatem: Hucuſque Conſtantini ad Euſebium epiſtola; ex qua videas, Euſebii lucubrationem in ſcribendo de Paſchate, non eſſe verſatam circa Paſchalem computum, ſed in antiquo ritu diei paſchatis celebrandi.

CXV. *De die Dominico celebrando.* Statuto igitur a S. Synodo de celebranda uno eodemque die, itemque Dominico ſolemnitate Paſchali, ad decretum appendix illa addita eſt, ut æquis ritibus omnes ſanctum diem Dominicum agerent, qui enim Luna decimaquarta celebrabant Paſchale feſtum, nulla penitus Dominicæ die, quæ repetendæ reſurrectionis Domini cauſa memoriæ qualibet hebdomada iteratur, apud illos cura erat. Ea igitur S. Synodus occaſione compulſa, quod Quartadecimani ejus diei nullam rationem habentes, in communibus precibus perinde ac in reliquis diebus genua flecterent, hæc omnibus æque obſervanda conſtituit, videlicet (a): *Quoniam ſunt quidam in die Dominico genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes, ut omnia in univerſis locis conſonanter obſerventur; placuit ſancto Concilio, ſtantes Domino vota perſolvere.* (a) Conc. Nic. c. 20.

CXVI. *Meletianum ſchiſma componitur.* His autem de ſancti Paſchatis die ab omnibus æque ſervando a S. Synodo conſtitutis, cauſa Meletii ſchiſmatici, qui Eccleſiam in Ægypto poſitam a temporibus S. martyris Petri Alexandrini Epiſcopi vehementer exagitavit, in Synodum allata eſt; qua (ut par erat) diligenter expenſa, ob Eccleſiæ pacem ſic cum eo tranſactum eſt, atque indultum, ut nomen tantum ipſe Epiſcopi retineret, munera autem obire ceſſaret, & ab eo ordinati ſic in officio permanereat, ut tamen cum in ordinatione confirmati eſſent, illis inferiores eſſe deberent, qui ab Alexandro ordinati fuiſſent. At hæc fuſius explicata habentur in Synodicis litteris ab ipſo Concilio ad Alexandrinos datis: cum nondum tamen abſoluta Synodus eſſet, ut ex iiſdem litteris colligi poteſt: recitat eas Theodoretus, ſed ante hæc præfatur (b): *Quoniam autem Meletius, qui non multo ante tempus, quo inſanus Arii error cœptus eſt, Epiſcopus delectus fuerat; quique poſtea ob quaſdam nefarias opiniones a ſanctiſſimo Petro Epiſcopo Alexandrino, cui corona fuit donata martyrii, refutatus erat, & Epiſcopatu abdicatus; quoniam, inquam, abdicationis non acquievit ſententiæ, ſed Thebaidem & Ægyptum ei finitimam tumultu ac procellis contentionis referſit, & tyrannidem con-* (b) Theod. l. 1. c. 9.

PAGIUS

eorum qui Synodo interfuerant, tum ex Actis ipſis Synodi Nicænæ, in quibus inter nomina Epiſcoporum qui Synodo ſubſcripſerant, Euſebius & reliqui, quos dixi, recenſebantur. Idem quoque teſtatur Philoſtorgius, qui tribus circiter menſibus elapſis poſt Nicænam Synodum, Euſebium ait eſſe relegatum. Cum igitur *Euſebius* ac *Theognius* ſe damnatos ab Epiſcopis eſſe fateantur, id autem in Nicæna Synodo factum non eſſe conſtet, neceſſe eſt ut in alio quopiam Epiſcoporum Conventu id geſtum ſit. Quam ob cauſam Synodum aliquot Epiſcoporum fieri juſſit Conſtantinus, a quibus *Euſebius* ac *Theognius* damnati ſunt atque depoſiti; ipſe vero eos in exilium miſit: idque aperte confirmat Athanaſius in lib. de Synodis, & Theodoretus lib. I. cap. 19.

XXX. *Arius miſſus fuit in exilium.* Baron. n. LXXX. & ſeqq. Baronius arbitratus eſt, *Arium* nunquam in exilium miſſum eſſe, ſed ſimulata pœnitentia expoſitioni Fidei tandem ſubſcripſiſſe, atque ita a Synodo eſſe ſuſceptum. Cujus rei auctorem citat Hieronymum in Dialogo contra Luciferianos. Verum, ut notavit Valeſius in Notis ad lib. 2. Sozomeni cap. 16. Hieronymus memoriæ vitio lapſus eſt hoc loco, dum *Arium* a Concilio Nicæno ſuſceptum eſſe dicit. Factum id enim, non in Concilio Nicæno, ſed in Hieroſolymitano. Certe ex epiſtola Synodica Concilii Nicæni facile eſt Hieronymum refellere. Aiunt enim ſanctiſſimi Patres in dicta epiſtola, primum quidem Arii opinionem diſcuſſam eſſe atque examinatam coram ſacratiſſimo Imperatore, omneſque Epiſcopos uno conſenſu anathema dixiſſe impiis verbis ac ſententiis Arii atque ſociorum. Quid autem ipſi factum ſit, & quem exitum ſortitus fuerit, nolunt ipſi proferre, ne videantur inſultare hominis calamitati. Quibus verbis tacite indicant ſanctiſſimi Patres pœnam exilii, quæ *Ario* ab Imperatore fuerat irrogata. Ubi obiter obſervanda eſt modeſtia atque humanitas Antiſtitum Nicænorum; qui cum Arii opinionem damnarent, non tamen ipſi *Ario* nominatim anathema dixerunt, ſed generaliter cunctis, qui impia illa dogmata profiterentur. Anathematiſmus enim ita concipitur, τὰς δὲ λέγοντας, &c. ſuppreſſo *Arii* nomine. Deinde cum Arius una cum *Theona* & *Secundo* Epiſcopis a Conſtantino relegatus fuiſſet ob contumaciam, eo quod univerſali Concilio aſſentiri noluiſſent, id ipſi nuntiare Alexandrinis Clericis & totius Ægypti Eccleſiis detractant, ne videantur inſultare hominum calamitati. Tantum abeſt, ut ipſi apud Imperatorem egerint, ut illi in exilium deportarentur; quin potius teſtantur iis verbis, ſe hominum illorum vicem dolere. Ea tamen quæ

contra Primatem Alexandrinum exercuit; ideirco Epiſcopi ſcripſere epiſtolam ad Eccleſiam Alexandrinam, qua plane, quid de iſto Meletio novas res moliente ſtatuiſſent, ſignificarunt; cujus exemplar infra poſuimus.

CXVII. Synodi litteræ ad Ægyptios. *Sancta eximiaque Dei gratia Eccleſiæ Alexandrinæ, & dilectis fratribus Ægyptum, Lybiam, & Pentapolin incolentibus, Epiſcopi Nicææ coacti, & ad amplum ſanctumque Concilium convocati in Domino ſalutem.*

Quoniam Dei gratia, & mandato ſanctiſſimi Imperatoris Conſtantini, qui nos ex variis provinciis, & civitatibus in unum congregavit, Magnum, & ſanctum Concilium Nicænum coactum eſt; neceſſarium videtur, ut a toto ſancto Concilio litteræ ad vos mittantur, ex quibus poſſitis intelligere tum ea quæ in controverſiam adducta, & exquiſite diſceptata ſunt, tum quæ decreta, & conſtabilita. Primum impia, & perverſa dogmata Arii, eorumque qui ejus ſectam ſequuntur, coram ſanctiſſimo Imperatore Conſtantino perquiſita ſunt; unde placuit Concilio, communibus ſuffragiis anathema denuntiare ejus nefariæ opinioni, & verbis ſententiiſque execrabilibus, quibus uſus eſt ad Filium Dei blaſphemiis afficiendum; nimirum eum ex nihilo ortum eſſe, nec fuiſſe antequam natus eſſet; fuiſſe tempus aliquando cum non eſſet, Filium Dei, libera voluntate, & arbitrio, vitii, & virtutis capacem eſſe, creaturam eſſe, factum eſſe. Quibus omnibus ſanctum Concilium indixit anathema; immo vero ne pati quidem poteſt, ut vel impia ejus opinio, vel inſolens ipſius amentia, vel verba plena blaſphemiæ ad aures perveniant.

Quinetiam ea quæ ad iſtum pertinent, quem ſint exitum conſecuta, omnino vos vel audiviſtis, vel ſaltem a nobis audietis; ne nos hominem, qui debitam mercedem ſuæ culpæ acceperit, temere & ſine cauſa inſectari videamur. Eo uſque certe ejus prorupit impietas, ut Theonam Marmaricæ Epiſcopum, & Secundum Ptolemaidis ad exitium ſecum perduceret: nam eaſdem cum illo pœnas ipſi luebant. Verum cum Ægyptus non modo illa opinionis perverſitate, impietate, & blaſphemia, ſed etiam certis hominibus, qui in populo vitam ante illud tempus pacate, & tranquille degentes ſeditionem, & diſcordiam concitare non veriti eſſent, Dei gratia penitus liberata eſſet; tamen adhuc pertinax inſcitia tum Meletii, tum eorum quibus honores Eccleſiaſticos detulerat, reſtabat. De qua re quid Concilium decreverit, fratres cariſſimi, ſic habetote.

Concilium clementius aliquanto in Meletium commotum (nam ſi accurate in eum inquiſitum fuiſſet, nihil certe commeruiſſet veniæ) decrevit, ut in propria ac ſua civitate remaneat, nullamque habeat poteſtatem, vel cuiquam manum imponendi, vel quemquam ad aliquod munus Eccleſiaſticum deligendi, vel in alienam regionem civitatemve ejus rei gratia commeandi, ſed ut ſolum dignitatis, & officii nomen retineat. Illi autem qui ab eo presbyteri deſignati ſunt, ſimulatque ſanctiore ordinatione confirmati fuerint, hac conditione in Eccleſiæ communionem admittantur; nimirum ut Eccleſiaſticæ dignitatis, & miniſterii gradum habeant illi quidem, ſed tamen omnibus presbyteris in ſingulis provinciis, & Eccleſiis verſantibus, qui ſunt CXVIII. Decretum Synodi de Meletios.

ab

PAGIUS quæ ſequuntur in dicta epiſtola a Socrate lib. 1. cap. 9. recitata, ſatis oſtendunt, tres illos in exilium miſſos eſſe: *Tantam vero vim habuit ejus impietas, ut Theonam Marmaricæ, & Secundum Ptolemaidis Epiſcopum, ſecum in exilium pertraxerit. Nam & in iſtos, eadem quæ in illum, lata ſententia eſt. Sed quoniam omnipotentis Dei gratia, pravitate illius quidem opinionis & impietate atque blaſphemia, & iis hominibus, qui in populo antehac pacato turbas ac diſſidia concitare auſi fuerant, vos jam liberavit.* Quid aliud, quæſo, innuunt hæc verba, quam exilium Arii ejuſque conſortium, inquit ibidem Valeſius?

XXXI. *Euſebius & Theognius anathematiſmo non ſubſcripſerunt.* Euſebius & Theognius in laudato libello Pœnitentiæ apud Sozomenum lib. 2. cap. 16. ajunt, *ſe Fidei quidem ſubſcripſiſſe; Anathematiſmo vero noluiſſe ſubſcribere: non quod fidem reprehenderemus, ſed quia minime credebamus, illum qui accuſatus fuerat, ejuſmodi eſſe; cum partim ex iis quæ ad nos per litteras ſcripſerat, partim ex ejus ſermonibus in conſpectu noſtro habitis compertum haberemus, illum talem non eſſe.* Hinc quæri non immerito poteſt, ait Valeſius in Notis, quomodo Euſebius ac Theognius Fidei quidem Nicænæ ſubſcripſerint; Anathematiſmo vero nequaquam. Atqui Anathematiſmus conjunctus erat Formulæ Fidei, & una cum Expoſitione Fidei a Patribus editus, quemadmodum videre eſt tum apud Socratem, tum in vetuſtis Canonum Collectionibus. Baronius quidem primum Fidei Formulam conditam eſſe ſcribit a Nicænis Patribus, cui Euſebius ac reliqui, cum initio ſubſcribere recuſaſſent, tandem metu compulſi ſubſcripſerunt, poſtea vero condemnationis ſententiam in *Arium* latam eſſe; & *Euſebium ac Theognium*, cum iſti condemnationi ſubſcribere pertinaciſſime recuſaſſent, in Synodo eſſe depoſitos, aliis Epiſcopis in eorum locum ſubrogatis: Conſtantinum tamen Imperatorem eo tempore interceſſiſſe, ne ſententia executioni mandaretur. Baronii opinionem ſecutus eſt Petavius in parte 2. Rationarii Temporum. Verum, hæc opinio nequaquam probabilis videtur. Sic enim duæ fuiſſent ſubſcriptiones Epiſcoporum Synodi Nicænæ: prior, quæ Fidei; poſterior, quæ condemnationi Arii conſenſiſſent. Hodie tamen unica hæc extat ſubſcriptio ſingulorum Epiſcoporum. Atque id merito. Fides enim cum Anathematiſmo qui *ei* ſubjicitur, unum idemque eſt monumentum, uno ſpiritu unoque tenore continuatum. Sic enim incipit Anathematiſmus, *τοὺς δὲ λέγοντας*, &c. Deinde *falſum* eſt quod Baronius eumque ſecuti affirmant, primum Fidei Formulam conditam eſſe a Synodo Nicæna;

poſt-

ab honoratiſſimo viro, & collega noſtro Alexandro ordinati, ſint omnino inferiores. Quinetiam ut nulla illis poteſtas ſit, eos miniſtros Eccleſiæ deſignandi, qui ipſorum probentur arbitrio; neque nominationem penes ſe habeant eorum qui ſint ad Eccleſiæ munera obeunda deligendi; neque quicquam abſque conſenſu Epiſcoporum Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, quæ ſub ipſo Alexandro ſunt, omnino tranſigant. Hi autem, qui Dei gratia, & veſtris precibus adjuti, ad nullum ſchiſma deflexiſſe comperti ſint, ſed ſe intra Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ fines ab erroris labe vacuos continuerint, auctoritatem habeant tum miniſtros ordinandi, tum eos, qui clero digni fuerint, nominandi, tum denique omnia ex lege, & inſtituto Eccleſiaſtico libere exequendi. Quod ſi quis forte eorum qui Eccleſiæ funguntur muneribus, diem ſuum obierit; tum unus ex illis qui nuper in Eccleſiam adſciti ſunt, modo idoneus videatur, & populus illum eligat, Epiſcopuſque Alexandriæ ei ſuffragetur, atque adeo populi electionem confirmet, in locum ſuccedat demortui. Atque ſit iſtud aliis quidem omnibus conceſſum.

CXIX. Meletii temeritas. *De Meletio autem nominatim aliter decisum eſt; ut videlicet, eum propter inſolentem audaciam, qua antea Eccleſiæ ſtatum perturbaverit, tum propter temeritatem, & mentis inſcitiam, quam palam oſtenderit, nulla poteſtas auctoritaſve ei tribuatur; quippe cum is homo ſit, qui eamdem perturbationem in Eccleſiam denuo poſſit inducere. Atque iſta decreta ad Ægyptum, & ſanctiſſimam Eccleſiam Alexandriam proprie ac ſeparatim referuntur. Quod ſi aliud præterea quippiam, dum honoratiſſimus dominus collega, & frater noſter Alexander una adeſt, ſancitum & ſtatutum fuerit; ipſe, utpote qui rebus deciſis cum præfuerit, tum communicaverit, vobis accurate renuntiabit.*

Quod autem ad omnium conſenſum de ſacratiſſimo feſto Paſchatis celebrando attinet; ſcitote, quod veſtris precibus controverſia ea de re ſuſcepta, prudenter & commode ſedata eſt; ita ut omnes fratres, qui Orientem incolunt, quique Judæorum conſuetudinem ante in eo feſto obſervando imitari ſolent, jam Romanos nos, & omnes vos, qui eumdem morem quem nos in illo recolendo a primis temporibus tenuiſtis, ſint conſentientibus animis in eodem celebrando deinceps ſedulo ſecuturi. CXX. Decretum de Paſchate. *Quocirca vos cum ex his rebus tam proſpere geſtis, tum ex pace, & concordia communiter inter omnes conſtituta, tum denique quod omnes hæreſes quaſi fibræ radicitus extirpatæ ſunt, lætitiam capientes, majore honore, & amore ardentiore Alexandrum collegam noſtrum, & veſtrum Epiſcopum complectimini, qui dum aderat, nobis permagnæ voluptati fuit; permultumque laboris, (ut in ea ætate) ſuſcepit, quo Eccleſiæ veſtræ ſtatum ad tranquillitatem traduceret. Pro nobis omnibus etiam preces ad Deum fundite, ut quæ rite conſtituta, & decreta ſint, ea rata ſtabiliaque permaneant, Dei Patris omnipotentis, & Domini noſtri Jeſu Chriſti auxilio, una cum Spiritus ſancti gratia. Cui gloria in ſæcula ſæculorum Amen:* Hucuſque Synodalis epiſtola ad Alexandrinam Eccleſiam; recitat eamdem quoque Socrates (*a*). Addit poſt hæc omnia Theodoretus (*b*): *At quamquam divinus ille Epiſcoporum cœtus morbo, quo Meletius laborabat, hanc adhibuit curationem; tamen in hodiernum diem illius ſtupiditatis reliquiæ remanent, ſuntque in illis locis quædam monachorum turbæ, quæ non ſanæ aſſentiuntur doctrinæ, ſed vitæ rationem inanibus quibuſdam inſtitutis informatam ſequuntur, & inſanæ Samaritanorum, & Judæorum dementiæ ſe addicunt:* Hæc Theodo-

(*a*) *Socrat. l. 1. c. 6.*

(*b*) *Theod. l. 1. c. 9.*

PAGIUS poſtea vero quæſitum de Ario. Id enim manifeſte refellit epiſtola Synodica, in qua diſerte ſcribitur, ante omnia quæſitum eſſe de Arii opinione, eamque coram Principe diligenter examinatam atque damnatam. Quocirca probabilius quod ſcribit Valeſius, Euſebium & Theognium Nicænæ Fidei decretis ſemel ſubſcripſiſſe, perinde ac reliquos Epiſcopos, ſed in ſubſcribendo, diſtinctionem adhibuiſſe inter Fidem atque Anathematiſmum, hoc ſc. modo: Euſebius Nicomediæ, ſupraſcriptæ Fidei conſentio & ſubſcribo: Anathematiſmo non item. Quo vero anno ab exilio tam Arius, quam Euſebius ac Theognius revocati fuerint, infra dicetur.

XXXII. Certum quidem, *Euſebium* Cæſarienſem Epiſcopum ante Synodum Nicænam ad Arianos, in Synodo autem ad Orthodoxos acceſſiſſe, ut docte oſtendit Hankius in lib. de Byzantinarum rerum Scriptoribus Græcis parte I. cap. I. a num. LXXVI. uſque ad num. XCIX. Sed prorſus incertum, an Arianis vel Orthodoxis annumerandus ſit. Hankius ab eo numero ad CXLVI. refert Auctorum antiquorum loca, qui eum poſt Concilium Nicænum tam Orthodoxis quam Arianis adſcribunt; tandemque concludit, via tutiſſima videri illos incedere, qui poſt Synodum Nicænam Euſebium Arianum fuiſſe, neque negantibus, neque affirmantibus accedentes, judicium ſuum ſuſpendunt. Tot ambagibus hæc quæſtio intricata eſt [1]. An-

Euſebius modo Arianis, modo Orthodoxis acceſſit.

Baron. n. XCII. & ſeqq.

NOTÆ [1] Euſebium Cæſarienſem *re ipſa* Arianæ ſententiæ faviſſe etiam poſt Synodum, docet inter cæteros Photius in ſuis Amphylochianis, cujus excerpta vulgavit D. Montfaucon *Biblioth. Coiſlin. p.* 348. Ibi quidem laudatur Epiſtola Euſebii ad Cæſarienſes, in qua ajebat ſe convenire cum aſſertoribus conſubſtantialitatis (quamvis nomen illud nunquam admittere ſuſtineret). Verum, addit Photius, *quod uſque in finem in tuenda opinione Ariana non deſtiterit multi probe ſciunt & multis ex partibus argui poteſt.* Addit inſuper aſperſum illum fuiſſe erroribus Origenianis: *Maxime circa communem hominum reſurrectionem.*

doretus. Quonam pacto autem Meletiani Arianis adverſus Athanaſium manus dederint, ſuo loco dicturi ſumus. Vix namque inter lapſus eſt annus, cum ipſi ab Euſebio ſolicitati, rurſum perturbare
(c) *Athan. Apolog. 2.*
Eccleſiam aggreſſi ſunt; quod Athanaſius dira paſſus ab illis affirmat (a).

CXXI. Quid Nicæna Synodus de Meletianis.

Sed quod ad Nicæna de Meletianis decreta ſpectat; his a Synodo conſtitutis, ſuſpectam habens Meletii calliditatem Alexander Epiſcopus Alexandrinus, ne mentitos novos tamquam a ſe ante ordinatos ſuperinduceret ſuæ communionis Epiſcopos, presbyteros, & diaconos; petiit a Meletio ſibi dari indiculum omnium. Hoc
(b) *Athan. ubi ſupra.*
autem (inquit Athanaſius *b*) ideo Alexander fecit, ne Meletius per Eccleſiam ſecuritati reſtitutos titulos plurimos venderet, & mendacio quotidie novos tamquam a ſe creatos ſubjiceret. Breviarium igitur (nempe indiculus ipſe) quod fecit Meletius, tale eſt, cui præfixa erat ejuſmodi inſcriptio:

Breviarium Meletii Epiſcopo Alexandro datum.

CXXII. Indiculus Meletianorum Clericorum.

Ego Meletius in Lyco, Lucius in Antinoo, Phaſilæus Hermopoli, Achillas Chyſis, Ammonius Dioſpoli in Ptolemaide, Pachimes Tetyris Maximianopoli, Theodorus in Copto, in Thebaide Cales in Hermete, Calathus in Superiori Cyno, Pelagius in Oxyrincho, Petrus Heracleæ, Theon in Nelupe, Iſaac in Læto, Heraclides in Nycio, Iſaac in Cleopatride, Melas in Arſenoite, in Ilio Amos in Leontis, Iſen in Atribia, Harpocration in Bucalto, Moſes in Phaſcuſis, Callinicus Pelnſii, Eudemon in Tanea, Ephraim in Thmui, in Sai Hormaeon in Cyno & Buſiride, Syntericus in Serbennito, Pinimutes Phethænegi, Chronius in Metole, Agatammon in Alexandrinorum agris, in Memphi Joannes juſſus ab Imperatore, ut eſſet una cum Archiepiſcopo: & hi quidem Ægypti Præſules. Cleri autem Alexandrini iſti fuere, Apollonius presbyter, Irenæus presbyter, Tyrannus presbyter. Diaconi vero, Timotheus, Antinous, Epheſtion, & Macarii presbyter παρέμβολῆς. Hos etiam præſente Epiſcopo Alexandro tradidit. At nec ſic quidem vitare potuit Alexander, quin progrederentur inſani, qui ſe Meletii clericos eſſe jactarent, inter quos fuit Iſchyras, qui ſe Mareote presbyterum eſſe mentitus fuit; quem ſibi diutius adverſantem Athanaſius, (ut dicemus) expertus eſt.

CXXIII. Canonum Nicænorum editiones.

Hujus rei gratia S. Synodus ſextum canonem edidit, quo ſecundum antiqua privilegia Eccleſiæ Alexandrinæ vetuit, ne in Ægypto, Libya, vel Pentapoli aliquis ordinaretur Epiſcopus abſque ipſius Metropolitani ſcientia, quod etiam tertiæ ſedi, nempe Antiochenæ, veteri conſuetudine debitum, voluit cuſtoditum. Quoniam vero ex varia tranſlatione, & diverſa editione idem canon redditur nonnihil obſcurus, hic ipſum integrum deſcribemus, ut pariter elucidemus. Si fidelitas atque peritia in transferendo, & ſinceritas in edendo quam maxima requiratur; nulla exquiri poteſt editio exactior atque fidelior, quam quæ elaborata eſt a magno illo, ſed cognomento Exiguo Dionyſio, cujus eximiam in utraque lingua peritiam, & morum egregiam probitatem Caſſiodorus dignis laudibus mirifice prædicat (c).
(c) *Caſſiod. Inſtitut. divin. lect.*
Sed nec quidem purior atque ſincerior ea editione afferri poſſe videtur, quæ in Oecomenica Synodo Chalcedonenſi in ampliſſimo Patrum conſeſſu ab Apoſtolicæ ſedis Vicario Paſchaſino Epiſcopo eſt recitata. Porro ab uno eodemque exemplari tam Dionyſium tranſtuliſſe, quam Paſchaſinum edidiſſe, apparet, cum utriuſque eadem ferme ſit verborum complexio atque ſententia; niſi quod Dionyſius, qui poſtea vixit, eo liberius atque tutius antiquum

PAGIUS

XXXIII. *Porphyrius ad hoc tempus non pervenit.*

Anno Chriſti CCCII. num. IX. & ſeqq. locutus ſum de *Porphyrio*, oſtendique eum ad præſentem annum vitam producere non potuiſſe, quod tamen Baronius putavit innixus edicto Conſtantini Magni apud Socratem lib. 1. cap. 6. adverſus Arianos emiſſo. Nam cum prius Imperator ſcripſiſſet, *Porphyrium Religionis hoſtem pravis quibuſdam commentariis contra pietatem editis dignam inveniſſe mercedem;* ne quis
Baron. n. LXXX. & ſeqq.
de exilio, aliove ſupplicii genere explicaret, ſubjungit: *Ac talem, ut ipſe quidem infamia apud omnem poſteritatem maximo opprobrio & dedecore compleretur: impia autem ejus ſcripta plane delerentur.* Quibus manifeſtum eſt, nihil aliud Imperatori propoſitum fuiſſe, quam ut publico edicto eandem probroſi nominis infamiam *Ario*, ejuſque ſectatoribus inureret, qua Porphyrium flagrare videbat, & pari exemplo quo Porphyrii libros extinxerat, impia eorum Scripta ſupprimeret, inquit Holſtenius in libro de Vita & Scriptis Porphyrii.

XXXIV. A num. CXXIII. ad CLXXXVI. Probavit ſacra Synodus Nicæna vetuſtam regiminis Eccleſiaſtici diſciplinam Canone 6. his verbis: *Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Lybiam & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quia & urbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt.*
De terminis Romani Patriarchatus variæ opiniones.
Ubi Diœceſis Alexandrinæ termini aſſignantur, ſed de Romanæ Diœceſis terminis nihil ſtatuitur. Hinc variæ natæ opiniones de hujus Patriarchatus terminis, ob perplexam præſertim *Rufini Aquileienſis Presbyteri* interpretationem, qui tempore D. Hieronymi lib. de Hæreſ. cap. 6. Canonem his verbis expoſuit: *Ut apud Alexandriam & in urbe Roma vetuſta conſuetudo ſervetur, ut ille Ægypti, vel hic Suburbicariarum Eccleſiarum ſollicitudinem gerat.* Hinc origo controverſiæ *de Suburbicariis* in Gallia hoc ſeculo natæ, de qua Launoius in Diſſert. de recta Nicæni Canonis VI. Intelligentia, Valeſius in Eccleſiaſticis Obſervationibus ad Socratem & Sozomenum, Marca lib. de Concordia Sacerdotii & Imperii capite 3. aliique, quorum opiniones Schelſtratius

par-

ſecutus eſt exemplar, quod conſentaneum eſſe novit editioni a Paſchaſino in Synodo Oecumenica factæ; quæ in eodem Concilio Chalcedonenſi (a) ab eodem Apoſtolicæ ſedis legato recitata ſic proponitur: *Glorioſiſſimi Judices dixerunt: Utraque pars canones proponant. Paſchaſinus vir reverendiſſimus Epiſcopus Vicarius ſedis Apoſtolicæ recitavit.*

(a) Conc. Chalc. Act. 16.

TRECENTORUM DECEM ET OCTO SANCTORUM PATRUM CANON SEXTUS.

CXXIV. *Quod Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum; tenuit autem & Ægyptus, ut Epiſcopus Alexandriæ omnium habeat poteſtatem; quoniam & Romano Epiſcopo hæc eſt conſuetudo. Similiter autem, & qui in Antiochia conſtitutus eſt, & in cæteris Provinciis Primatus habeant Eccleſiæ Civitatum ampliorum. Per omnia autem manifeſtum ſit, ut ſi quis præter voluntatem Metropolitani Epiſcopi fuerit ordinatus, hunc (quia ſtatuit hæc S. Synodus) non debere eſſe Epiſcopum. Sane ſi communi conſenſu rationabiliter probato, & ſecundum Eccleſiaſticam regulam ſtatuto, duo aliqui aut tres per contentionem ſuam contradicunt; illa obtineat ſententia, in qua plures fuerint numero ſacerdotes. Quoniam vero mos antiquus obtinuit, & vetuſta traditio, ut Æliæ, id eſt, Hieroſolymorum Epiſcopo deferatur; habeat conſequenter honorem ſuum, ſed & Metropolitano ſua dignitas ſalva ſit:* Huc uſque canon ſextus, verum & ſeptimus ſecundum Græcorum editionem in Africam miſſam; enim alias non careat ſuſpicione doli ejuſmodi unius canonis in duos facta partitio, quod aliquis e vicenario antiquo numero ſublatus ſit, ille nimirum citatus a Zoſimo Papa de appellatione ad Romanum Pontificem; ſed de ea re ſuo loco pluribus opportunius.

CXXV. Quod vero idem canon ſextus ſui exordio mutilatus ſit in illis ſcilicet verbis: *Quod Romana Eccleſia ſemper habuit Primatum;* & fine truncatus in iis, quæ de Hieroſolymitana Eccleſia ſtatuta ſunt, ex Codice Archidiaconi Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ; æque falſitatis ſuſpectus redditur recitatus ex eodem codice ibidem canon nomine primæ Synodi Conſtantinopolitanæ de primatu Eccleſiæ ejuſdem poſt Romanam; quem perſpicue falſum eſſe, non tantum Lucentius ſedis Apoſtolicæ legatus ibidem in Synodo publice declaravit, ſed & Sanctus Leo litteris (b) tum ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum totius doli fabricæ architectum, tum ad Pulcheriam Auguſtam datis manifeſte redarguit. Probaſſe autem Judices lectionem Nicæni canonis allatam ab Apoſtolicæ ſedis legato, ex eorum interlocutione intelligi poteſt, cum dixerunt: *Perpendimus omnem quidem Primatum, & honorem præcipuum ſecundum canones antiquæ Romæ Deo amantiſſimo Archiepiſcopo conſervari.* Per canones intelligentes, duos ibi recitatos, alterum verum certumque ex Nicæno Concilio, (ut dictum eſt) alterum ex Concilio Conſtantinopolitano prætenſum.

Controverſia de ſexto canone.

(b) Leo ep. 53. & 55.

CXXVI. Si vero in omiſſione canonis hujus exordii in aliis editionibus dolum abfuiſſe velimus; tunc illud eſt veriſimile accidiſſe, ut verba illa: *Quod Romana Eccleſia ſemper habuit Primatum*: Non eſſe canonis, ſed titulus fuerit exiſtimatus, atque ideo prætermiſſus, quod deſiderarentur in reliquis canonibus affixi tituli; ob idque videretur ſuperflue ſuperadditus. Sed perperam quidem & injuria; non enim cenſendus eſt ille titulus, ſed ipſius ſexti canonis eſſe verba; nam abſque eo exordio redditur ſenſus plane obſcurus, ac mutilatus, obque ſui ambiguitatem a Novantibus in diverſa diſtractus, & a Catholicis diverſimode interpretatus. Si autem ſecundum lectionem propoſitam a legato in Concilio Chalcedonenſi legatur: *Quod Romana Eccleſia ſemper habuit Primatum:* & his jungatur quod ſequitur, ſive ut Dionyſius e Græco ſic in Latinum convertit: *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum, mos autem antiquus perduret, &c.* Erit ejus canonis ſenſus haud abſtruſus. Ex priori quidem lectione illud ſignificatum fuiſſe videtur; quod ex Romanæ Eccleſiæ Primatu ſubortum fuerit, ut Ægyptus ſedem habeat, & Primatem Epiſcopum; inde eveniſſe, ut Epiſcopus Alexandriæ omnium Eccleſiarum, quæ ſunt in Ægypto, quæ continet Libyam, & Pentapolin, habeat poteſtatem; quoniam & Romano Epiſcopo hæc eſt conſuetudo; redditur enim cauſa, ut Epiſcopus Alexandrinus, qui a Romano, nempe a Petro per Marcum Primatum obtinuit, habeat

Canon ſextus quomodo mutilatus.

PAGIUS parte 1. Antiquit. Illuſtr. Diſſert. 8. accurate examinavit, ex qua Diſſertatione ſequentia exſcribenda duximus. Salmaſius eruditus Calviniſta anno MDCXVIII. ſuppreſſo nomine libellum ſcripſit, in quo duo pro Canonis Nicæni cum Rufino conciliatione excogitavit. Primo, hoc Canone nullam juris Patriarchici mentionem fieri, ſed tantum Alexandrinum & Antiochenum Epiſcopos in iis, quæ ad jus Metropoliticum pertinent, cum Romano conferri. Alterum, Metropolim Romanam *Rufini* temporibus, circa annum ſcilicet CD. iis Provinciis definitam (Piceno nempe, Tuſcia & Valeria) quæ *Suburbicaria* dicebantur, quod a juriſdictione Præfecti Urbi penderent, & ad centeſimum ab Urbe lapidem porrigebantur. Eodem anno prodiit *Cenſura conjecturæ anonymi Scriptoris de Suburbicariis regionibus & Eccleſiis*, auctore Jacobo Sirmondo, qui in ea refellit tam Anonymi, Salmaſii ſcilicet, ſententiam de ipſius

beat totius Provinciæ Epiſcopos ſibi ſubjectos; quoniam ſic fuit moris Romano Epiſcopo illi concedere. In id ipſum recidit Dionyſii editio, ut demonſtretur ex Romanæ Eccleſiæ Primatu pendere ac firmari Primatum Epiſcopi Alexandrini.

CXXVII. *Ægypti primatus & Diœceſis.* Nec quemquam moveat, ſi in editione Nicæni canonis ex Romanæ Eccleſiæ archivo producta nonniſi de Ægypto mentio habeatur, in aliis autem communioribus editionibus etiam Libye, & Pentapolis; nam Ægyptus in quantum eſt Auguſtalis Præfectura, has ſub ſe Provincias continet, quas omnes ſimul Ægyptum, ſive Ægyptiacam Diœceſim moris erat appellari; ita Gratianus (a), & Zeno (b) Imperatores nominant. Erant in his decem Metropolitani, qui parebant Alexandrino, ut conſtat ex epiſtola Theodoſii Junioris ad Diodorum (c). Immo ipſa Auguſtalis Præfectura (ut habet Notitia Provinciarum) continebat ſub ſe Ægyptum, Thebaidem, Libyam Inferiorem, & Superiorem, quæ alio nomine Cyrenaica, vel Pentapolis dicta reperitur, Auguſtanicam, & Arcadiam; cum tamen ab antiquis coſmographis triangulus ille, Delta dictus, qui a Nilo flumine conſtituitur, Ægyptus nuncupari ſoleret; recentiori vero & communiori uſu omnes Provinciæ, quæ (ut diximus) Ægypti Præfecto Auguſtali parebant, eædemque Epiſcopo Alexandrino ſubditæ erant: hinc S. Epiphanius (d): *Hic enim*, inquit, *mos obtinet, ut Alexandriæ Epiſcopus, totius Ægypti, & Thebaidis, Mareotæ, ac Libyæ, Ammoniacaque & Mareotidis, ac Pentapolis Eccleſiaſticam habeat adminiſtrationem.* Quæ omnes vel una Ægyptus dici ſolitæ erant, vel cum Ægypto Libya atque Pentapolis: ſed cum in alias Provincias partiebantur, decem metropoles conſtituebant, quæ omnes parebant Alexandrino, de quibus in Concilio Chalcedonenſi habetur (e), ut omnis Ægyptiaca Provincia ſequeretur Archiepiſcopum Alexandrinum: quæ ipſa Ægyptiaca Diœceſis, (ut dictum eſt) vocabatur Ægyprus.

(a) l. 107. de Decur. Cod. Theod.

(b) l. unic. C. de privat. carcer.

(c) Conc. Chalc. Act. 9. ex 2. Conc. Epheſ.

(d) Epiph. hæreſi 68.

(e) Concil. Chal. Act. 4.

CXXVIII. *Sexti canonis ſenſus legitimus reſtituitur.* Sed iterum ad ſenſum canonis. Legitimam atque germanam illam eſſe hujus interpretationem apparet, ut ſancta Synodus voluerit demonſtrare ratam firmamque eſſe auctoritatem Eccleſiæ Alexandrinæ in omnes Ægypti Provincias, quam (ut ſuperius eſt declaratum) Meletius ſehiſmaticns impugnabat: idque ex Primatu Romanæ Eccleſiæ, ex quo ea omnia Alexandrinus Præſul acceperat: quod & res ipſæ poſtmodum geſtæ ac majorum ſcripta declarant. Quidnam eſt, rogo, quod de Julio Papa eum ſcribit Theodoretus, eum vocaſſe Romam Arianos negotium faceſſentes Athanaſio, necnon Athanaſium, ſic ait (f): *Ille* (nempe Julius) *Eccleſiæ canonem ſecutus, & eos juſſit Romam venire, & divinum Athanaſium, quo pro ſe in judicio ipſe reſponderet, vocavit.* Nonne ex his perſpicue demonſtratur, ex Romanæ Eccleſiæ auctoritate ſubſiſtere Primatum Eccleſiæ Alexandrinæ, dum Athanaſius ejus Epiſcopus calumniis Arianorum circumventus, & eorum judicio condemnatus, confugit ad Julium Romanum Pontificem; & ille ad dicendam cauſam, ſcriptis litteris, eoſdem Arianos Romam convocat? Vel cum Conſtantinopolitanum Epiſcopum Anatolium uſurpantem ſibi jura Eccleſiæ Alexandrinæ, & Antiochenæ commentitiis canonibus, Leo Papa, pluribus datis litteris (g), retudit, atque ejus audacem impetum fregit; ubi & crebrius eſt iterata querela de hujus Nicæni canonis violatione, quo ait Alexandrinæ ſedis ſecundam dignitatem, Antiochenæ vero tertiam eſſe cognitam atque probatam, ſed eam antea ab Eccleſia Romana collatam; nam ſcribens (h) ad Anatolium alienorum jurium invaſorem, citato ſæpius eodem Nicæni Concilii canone: *Non convellantur*, inquit, *principalium jura Primatuum, nec privilegiis antiquitus inſtitutis Metropolitani Antiſtites fraudentur. Nihil Alexandrinæ ſedi, ejus, quam per Sanctum Marcum Evangeliſtam B. Petri diſcipulum meruit, pereat dignitatis. Antiochena quoque Eccleſia, in qua primum prædicante B. Apoſtolo Petro Chriſtianum nomen exortum eſt, in paternæ conſtitutionis ordine perſeveret, & in gradu tertio collocata, nunquam ſe fiat inferior:* Hæc eadem ipſa inculcat ſcribens ad Marcianum Imperatorem, & aliis litteris ad Pulcheriam Auguſtam datis, & Juliauum. Si enim alius eſſe poſſet ejuſdem canonis germanus ſenſus tota illa argumentatio Leonis Papæ corrueret, & ab adverſariis ſolvi facile potuiſſet at-

(f) Theod. lib. 2. c. 4.

(g) Leo epiſt. 53. 54. 55. 56.

(h) Leo epiſt. 53.

PAGIUS

ipſius Præfecti Urbi in Suburbicaria juriſdictione, quam ejuſdem comparationem cum Romano Pontifice.

XXXV. *Opinio Salmaſii refellitur.* Quoad primum, oſtendit, Præfectum Urbi non habuiſſe Diœceſim intra centeſimum ab Urbe lapidem; cum Notitia declaret tantum, XIII. Diœceſes ſub quatuor Præfectis Prætorio a Conſtantino Imperatore fuiſſe inſtitutas, & inter illas nullam Præfecti Urbi eſſe cognitam, neque eſſe potuiſſe; cum *Diœceſis* plures Provincias contineat, & plures Provinciæ intra centum paſſuum millia nullatenus extiteriut. Ait itaque Sirmondus, Præfectum Urbi nec Diœceſim habuiſſe, nec Provinciam; ſub ejus diſpoſitione adminiſtrationes varias fuiſſe, ſed nullam Provincialem; & Suburbicarias ad alium pertinere. Quod magis exponens, meminiſſe oportet, inquit, Vicarios Præfecti Prætorio in Italia duos fuiſſe, Vicarium urbis Romæ, & Vicarium Italiæ. Vicarii urbis Romæ ſedem Romam fuiſſe compertum eſt, Vicarii Italiæ Mediolanum, ut ex Paulino Presbytero in Ambro-

que fruſtrari; cum tamen appareat ex iis Anatolii temerarium auſum eſſe perfra-
(a) Leo epiſt. 59. ctum (a), eumque a petitione repulſum.

CXXIX. Tres S. Petri nomine inſtitutæ ſedes, e quibus Romana primatum tenet. ☞ Nec ab his diverſam rationem Patriarchalium ſedium Gelaſius Romanus Pontifex iniiſſe reperitur, dum in eo Romano Concilio, in quo actum eſt de librorum cenſura, tres numerans ab ipſo Petro, vel Petri nomine inſtitutas Sedes, tradit Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam Sedes eſſe Petri, earumque præcipuam eſſe Romanam, reliquas huic ſubjectas vicem ipſius in ſuis Provinciis repræſentare, in quarum exemplum cæteras poſteriores ſedes Patriarchales poſtea ex privilegio, id ab ipſa Romana Eccleſia conſecutas eſſe eodem modo, quo inſtitutæ reperiuntur antiquæ, ſicque in novarum inſtitutione ſedium intelligantur, quæ fuerint in antiquis ſervata; ex quibus etiam verba illa, de quibus eſt controverſia, intelligi facile poſſint. Exempli cauſa, reperitur Novella conſtitutio Juſtiniani Imp. centeſima trigeſimaprima de Eccleſiaſticis titulis, ibique capite tertio, ubi agitur de erectione Eccleſiæ Primæ Juſtinianæ in ſedem Patriarchalem; hoc ipſi ex more legitur privilegium datum, ut in ſubjectis ſibi Provinciis locum obtineret Sedis Apoſtolicæ Romanæ; hæc inquam exempli cauſa inducta aperiunt ſatis ſenſum verborum illorum: *Quod Romana Eccleſia ſemper habuit primatum &c.* cum ſcilicet ipſa ex parte aliqua in alias propaget Eccleſias, quas conſtituit Patriarchales, quod accepit per Petrum a Chriſto ☜.

CXXX. Falſus canonis ſexti interpretatio. Qui autem ſenſum hunc minus exploratum habuerunt, delira quædam & ſomniis ſimillima locuti ſunt, ut voluerint, S. Synodum ex verbis illis, quæ habentur in vulgatioribus editionibus: *Quia urbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt, vel ſimilis*, exequatum declaraſſe jus & poteſtatem Alexandrinæ Eccleſiæ cum Romana; cum, etſi deeſſent aliæ teſtificationes, atque jura deficerent; facta tamen ipſa ex adverſo clament, dum conſtat ex iis, quæ pluribus dicta ſunt ſecundo Annalium tomo, Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum ab Epiſcopis Lybiæ accuſatum eſſe apud Dionyſium Romanum Pontificem, apudque eum cauſam dixiſſe, atque ab eodem, cauſa demum cognita, abſolutum; ſed & idem æque demonſtrant, quæ poſt Conſtantinum ſub Conſtantio contigerunt, nempe cum Julius Papa Arianos, & Athanaſium ipſum ſedis Alexandrinæ Epiſcopum Romam ad judicium citavit, atque cauſam judicavit. Sed omittimus in his adeo claris atque perſpicuis addere alia ſexcenta propemodum loca hæc ipſa teſtantia.

Sed illud abſurdius: quod enim in eodem canone mentio habeatur de Romana CXXXI.
Eccleſia; neſcio quonam pacto, vel ratione in mentem venire potuerit aliquorum, quos tetra nubes odii ſic excæcavit, ut palpent (quod dicitur) in meridie, dicantque Romanam Eccleſiam a Nicæno Concilio privilegia, quibus potitur, eſſe ſortitam. Romana Eccleſia nihil accepit a Nicæn. Concil. Qui hæc effutiit, fuit inter alios Theodorus Balſamon, qui tunc ait inſtitutum eſſe Romanum Patriarchatum, atque tres alios: quo nihil inſulſius dici potuit. At licet multa tomo primo de privilegiis Romanæ Eccleſiæ, unde manarint, a nobis ſint enarrata; tamen quid hac de re ☞ profeſſus ſit Gelaſius in nuper citato Romano Concilio, ſic accipe: *Quamvis*, inquit, *per orbem Catholicæ Eccleſiæ unus thalamus Chriſti ſit; Sancta tamen Romana Catholica, & Apoſtolica Eccleſia nullis Synodicis conſtitutis cæteris Eccleſiis prælata eſt, ſed Evangelica voce Domini, & Salvatoris noſtri primatum obtinuit: Tu es Petrus inquiens, & ſuper hanc Petram, &c.* Idipſum quoque reliqui omnes, cum de his agendi neceſſitas incubuit. Sed & quid præſertim ☜ Nicolaus Papa ſcribat (b) ad Michaelem Imperatorem, Romanæ ſedis, ejuſque primariæ dignitatis acerbiſſimum adverſarium, audiamus; ſic enim ait: *Eccleſiæ Romanæ privilegia, Chriſti ore in Beato Petro firmata, in Eccleſia ipſa diſpoſita, antiquitus obſervata, & a ſanctis univerſalibus Synodis celebrata, atque a cuncta Eccleſia jugiter venerata, nullatenus poſſunt minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari; quoniam fundamentum, quod Deus poſuit, humanus non valet amovere conatus; & quod Deus ſtatuit, firmum validumque conſiſtit; illeque potiſſimum peccat* (c), *qui Dei ordinationi reſiſtere tentat. Privilegia, inquam, ejus ſedis vel Eccleſiæ perpetua ſunt, divinitus radicata atque plan-*

(b) Nicol. ad Mich. Imp. epiſt. tom. 2. Concil.

(c) Rom. 13.

PAGIUS broſii Vita intelligimus, & ex Marcellino lib. 27. cum de tribus Apparitoribus Poteſtatis Vicariæ per Italiam Valentis Imp. juſſo cæſis agit, & Mediolani locum, ubi ſepulti ſunt, *Ad Innocentes*, appellari ſcribit. Inter hoſce duos Vicarios diviſæ omnes Italiæ regiones ac Provinciæ fuerunt, hoc diſcrimine appellationis, quod quæ ſub Vicario erant Italiæ, præcipuo titulo *Italicæ regiones & Provinciæ* vocabantur; reliquæ Urbicariæ & Suburbicariæ, quia in Vicariæ urbis erant poteſtate. Quænam autem hæ fuerint; quæ Urbanæ Vicariæ parerent, indicat Notitia his verbis: *Sub diſpoſitione V. S. Vicarii urbis Romæ Provinciæ infra ſcriptæ: Conſulares, I. Campania, II. Tuſcia & Umbria, III. Piceni Suburbicarii, IV. Sicilia. Correctores, I. Apulia & Calabria, II. Brutiorum & Lucaniæ. Præſides, I. Samnia, II. Sardinia, III. Corſica, IV. Valeria.*

XXXVI. Ex quo colligit Sirmondus, reliquas Provincias, quæ Vicario Italiæ ſuberant, fuiſſe Venetias & Iſtriam, Æmiliam, Liguriam, Flaminiam

Digitized by Google

plantata ſunt; impingi poſſunt, transferri non poſſunt; trahi poſſunt, evelli non poſſunt. Quæ ante Imperium veſtrum fuerunt, & permanent (Deo gratias) hactenus illibata, poſt vos, & quouſque Chriſtianum nomen prædicatum fuerit, illa ſubſiſtere non ceſſabunt immutilata.

CXXXII. Nicænum Concilium nihil contulit Rom. Eccleſiæ.

Iſta igitur privilegia huic ſanctæ Eccleſiæ a Chriſto donata, a Synodis non donata, ſed ſolummodo celebrata, & veneratione habita, per quæ non tam honor, quam onus nobis incumbit, licet ipſum honorem non meritis noſtris, ſed ordinatione Dei gratiæ per beatum Petrum, & in beato Petro ſimus adepti, nos cogunt, noſque compellunt omnium habere ſolicitudinem Eccleſiarum Dei: Et inferius de duabus Eccleſiis Alexandrina & Antiochena: *Sicque demum Alexandrinam Eccleſiam ſuam fecerunt Petrus, & Paulus per B. Marcum unum horum filium ac diſcipulum: hæreditas quippe filii in poteſtate patris exiſtit, & gloria diſcipuli ad magiſtrum ſine cunctatione refertur. Fecerat autem beatiſſimus Petrus præſentia corporali & Eccleſiam Antiochenam jam ſuam, quæ (ſicut B. Papa dicit Innocentius) urbis Romæ ſedi non cederet, niſi quod illa in tranſitu meruit, iſta ſuſceptum (quippe B. Petrum) apud ſe conſummatumque gauderet. Per has igitur tres præcipuas Eccleſias, omnium Eccleſiarum ſolicitudo beatorum Apoſtolorum Principum Petri ac Pauli proculdubio moderamen expectat*; Ac paulo poſt:

CXXXIII. A Chriſto Privilegia Romanæ Eccleſiæ.

Hæredes quippe horum effecti, facultatem poteſtatis, quam a Domino perceperunt, & onus ſolicitudinis nihilominus capeſſere nos oportet. Proinde animadvertendum eſt, quia non Nicæna, non denique ulla Synodus quicquam Romanæ contulit Eccleſiæ privilegii, quæ in Petro noverunt eum totius jura poteſtatis pleniter meruiſſe, & cunctarum Chriſti ovium regimen accepiſſe, ſicut beatus Præſul Bonifacius atteſtatur univerſis Epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens. Inſtitutio univerſalis naſcentis Eccleſiæ de beati Petri ſumpſit honore principium, in quo regimen ejus & ſumma conſiſtit. Ex ejus enim Eccleſiaſtica diſciplina per omnes Eccleſias, religionis jam creſcente cultura, fons emanavit. Nicænæ Synodi non aliud præcepta teſtantur, adeo ut non aliquid ſuper eam auſa ſit conſtituere, cum videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri, Omnia denique huic noverat Domini ſermone conceſſa; ſi omnia, ergo nihil defuit, quod illi non ceſſerit. Denique ſi inſtituta Nicænæ Synodi diligenter inſpiciantur; invenietur profecto, quia Romanæ Eccleſiæ nullum eadem Synodus contulit incrementum; ſed potius ex ejus forma, quod Alexandrinæ Eccleſiæ tribueret, particulariter ſumpſit exemplum: Hactenus de his ipſe. Alia item complura addenda eſſent; ſed parcimus, ne ab inſtituto longius digredi videamur. Ea his pariter illud conſidera, quam procul abhorreat, ut Romani Pontifices Romanæ Eccleſiæ privilegia accepta tulerint Conſtantino; cum nec ab ipſis Oecumenicis Synodis aliquid illi impartitum eſſe dici, æquo paſſi ſint animo, a Chriſto dumtaxat per Petrum ſibi (ut par eſt) omnia vendicantes.

CXXXIV. Ruffini interpretatio ſexti canonis Niceni.

At nec diſſimulandam putamus perperam factam a Ruffino hujus canonis interpretationem, dum Nicænos canones non levi præjudicio in compendium redegit, & de canone ſexto ſic ait (a): *Ut Apud Alexandriam & in urbe Roma vetuſta conſuetudo ſervetur, ut vel ille Ægypti, vel hic Suburbicariarum Eccleſiorum ſolicitudinem gerat*. Quorum verborum nec ullus quidem ſenſus elicitur. Quamobrem ſunt qui legendum velint abſque geminata illa alternativa, *Vel*; ut dicat: *Apud Alexandriam, & in urbe Roma vetuſta conſuetudo ſervetur, ut & ille Ægypti, ut hic Suburbicariarum Eccleſiarum ſolicitudinem gerat*. Sed & hæc contra canonem; ubi non legitur, *Ut*, comparationem ſignificans, ſed, *Quoniam*, cauſam inſinuans. Anfractus hoſce Ruffini nobis conſiderantibus opportune in mentem hic veniunt verba S. Hieronymi, Ruffini imperitiam ſugillantis, cum poſt multa ſic ait (b): *Denique & ego ſcripta tua relegens, quamquam interdum non intelligam quid loquaris, & Heraclitum me legere putem; tamen non doleo, nec me pœnitet tarditatis; id enim in legendo patior, quod tu pateris in ſcribendo*: Et alibi (c): *Tantam habes Græci, & Latini ſermonis ſcientiam, ut Græci te Latinum, & Latini Græcum putent*. Omittimus de eo hic referre recentiorum querelas de tranſlatione

(a) Ruffin. hiſtor. l. 1. c. 6.

(b) Hier. Apolog. 2. adverſ. Ruffin.

(c) Hier. Apolog. 3.

PAGIUS

Provincia Suburbicaria male ad quatuor redacta.

niam, & Picenum Annonarium; & Urbicarias regiones ac Suburbicarias appellari eas conſueviſſe, quæ Urbis Vicario parerent; idque declarare Valentiniani Legem, in qua per Urbicarias regiones inhibitum a ſe uſum equorum ſcribit, quem per Apuliam & Calabriam, per Bruttios & Lucaniam, atque Samnium vetuerat, quæ omnes Provinciæ erant Vicariæ Urbis. Ex quibus concludit, quam male Salmaſius regiones Suburbicarias ad haſce quatuor redigat, Tuſciam Suburbicariam, Picenum Suburbicarium, Latium vetus, & Latium novum.

XXXVII. Epiſcopi Romani Diœceſis male a Salmaſio imminuta.

Quoad alterum caput, *Salmaſium* explodit Sirmondus, quod Epiſcopi Romani Diœceſim cum Præfectura Urbana intra centeſimum ab Urbe lapidem coarctaverit, addique Marca lib. I. cap. 5. §. 12. contra Salmaſii de mente Rufini conjecturam, vetare Notitiam illam Vaticanam veterem (apud Baronium ad annum MLVII.) quæ LXIX. Epiſcopatus, ex quibus Romana Provincia

tione Euſebii ab ipſo perperam facta, in ſugillationem hominis ignorantiæ, & nimis licentioſæ libertatis, cum addiderit, quæ voluit, & alia ex animi voluntate deleverit; parcerem libenter ipſi, niſi de re omnium graviſſima quæſtio verteretur.

CXXXV. Novantes vero hæretici captantes atque atripientes qualemcumque ſibi putant oblatam occaſionem, & ex aliorum erroribus proficere ſe exiſtimantes, banc nacti interpretationem Ruffini, magno tripudio geſtierunt, velut hoſte penitus proſtrato triumphantes, quaſi ex Nicæno Magno Concilio definita fuerit Romanæ Eccleſiæ juriſdictio, ut tantum præſit ſuburbanis Eccleſiis; atque hac ex parte ſit amplior a Synodo circumſcripta Diœceſis Eccleſiæ Aleaandrinæ, & Antiochenæ, quam Romanæ: immo ex ejaſmodi perperam facta interpretatione Ruffini verborum, quilibet Metropolitanas ditione præſtare videatur Romano Pontifici, cum ille uni Provinciæ, hic vero ſuburbanis tantum præeſſe videatur Eccleſiis. Sed reddam verba unius ex ipſis, nempe illius Juriſconſulti a Catholica Eccleſia apoſtatæ defenſoris (*a*), qui ait: *Ruffinus (ut apparet) fines Romanæ Provinciæ ſuburbanarum tantum urbium terminos a Nicæna Synodo circumſcriptos teſtatur*: Hæc ipſe: At qualiſnam iſte Juriſconſultus qai nec (at cognoſcitar) voces legum intelligit? Miratus ſum hominem non tantum mendaciter reddentem verba Raffini, ſed & perperam interpretantem, dum putat per Subarbicarias Eccleſias, quas Ruffinus dieit, ſuburbanas iotelligi Civitates, ac proinde idem eſſe Suburbicarium, qaod Suburbanum, non intelligens ex Principum reſcriptis vim vocis hujus. Nam etſi interdum Urbicarium idem ſit quod Urbanum; hincque dictæ inveniantur Præfecturæ Ubicariæ a Valentiniano (*b*) & ſociis, necnon a Zenone Imperatoribas; ampliorem tamen eſſe conſtar hujus vocis ſignificationem, quam at his limitibus coarctetur; idque aperte diverſis Principum reſcriptis manifeſtum reddi.

Hæreticorum veſania patens.

(a) Sugillat auctor defenſorem Molinai, adverſus quem etiam ſcripſit eruditè Remundus Rufus.

(b) l. 2. 3. C. ubi ſenatores.

CXXXVI. Atqae illud in primis, idem eſſe Urbicarium, & Suburbicatium, ſatis expreſſe poteſt intelligi ex iis quæ habentur (*c*) in Notitia Provinciarum, abi agitur de diſpoſitione Comitis Rerum privatarum. Rurſum vero apparete liquet, adeo amplam eſſe harum vocam ſignificationem, ut non tantum exçedat loca prope Urbem poſita; ſed etiam plures contineat provincias, tam in Italia, quam etiam extra Italiam ſitas, & interdum etiam transmarinas. Unde Julianus Imperator reſcribens ad Taurum (*d*) air: *Non enim per Italiam tantum, ſed etiam per Urbicarias regiones & Siciliam Patrimonialium, & Emphyteuticorum fundorum vires ſervandas eſſe perſpeximus*. Sed & Gratianus Augustus cum Valentiniano, & Theodoſio Imperatoribus ſic ad Probum (*e*): *Igitur ſinceritas tua id ipſum per omnem Italiam, tum etiam per Urbicarias Africanaſque regiones, ac per omnem Illyricum prælata oraculi hujus auctoritate firmabit*. Ex quibus plane intelligas, Urbicarias regiones aliquas fuiſſe extra Italiam poſitas. Inter Italiæ autem regiones Urbicarias, eſſe nominatas invenimus Picenum & Tuſciam (*f*). Sed unde id, quæſo, nomen, & quænam, & cur dictæ reperiantut etiam extra Italiam poſitæ Urbicariæ regiones? Res eſt haad facilis exploratu: ex eo tamen quem invenimus dictum canonem Urbicarium, poſſumus etiam intelligere regiones Urbicarias: ſunt enim hæc veluti cognata. In duabus conſtitutionibus (*g*) Arcadii, & Honorii Imperatorum mentio habetur de canone Urbicario, debitum fuiſſe quoddam diverſarum Provinciarum, quo tenerentur conferre in Urbem annonam: obſtrictæ autem erant ad ejuſmodi collationem aliquæ Italiæ Provinciæ, itemque Sicilia, Aſtica, & Ægyptus, & ſi qaæ aliæ. Quæ igitur provinciæ tenebantar ad præſtandum canonem Urbicarium, ad inferendam ſcilicet annonam in Urbem, eædem dicebantur regiones atqae Provinciæ Urbicariæ, ſive Saburbicariæ nominatæ; quo ſenſa, ſicut illæ dictæ ſunt Provinciæ Urbicariæ, quæ Urbi debentes annonam, eidem pecaliari neru tenebantur obſtrictæ; ita eodem eaemplo conſtat eſſe pariter appellatas a Raffino Eccleſias Suburbicarias, quæ Romanæ Eccleſiæ Diœceſi peculiariter præ cæteris viderentur eſſe ſubjectæ: quo etiam jure Epiſcopus Alexandrinus moderaretur omnes ſubditas ſibi Ægypti Provincias: hæc ex ſenſu Ruffini, ſed canonis aliam fuiſſe ſeotentiam dialmus. At de his hactenus.

(c) l. 12. & 14. de indulg. debit. Cod. Theod.

(d) l. 9. de extraord. mun. C. Theod.

(e) l. 2. ſi per obrep. Cod. Theod.

(f) l. 12. De indulg. debit. C. Theod.

(g) l. 3. & 6. de canone frumentario urbis Romæ. Cod. Theod. & Juſtin. eod. tit. l. 2. & 3.

Par-

PAGIUS vincia conflata erat, nobis exhibet; quæ quidem non ſolum Latinam regionem, ſeu Campaniam recentiorem ad Sinveſſam, Marſos ſeu Valeriam, Picenum & Tuſciam Suburbicariam complectebatur; ſed etiam Tuſciam Annonariam, Umbriam, & Picenum Annonarium comprehendit. Hinc Baronius loco citato ea antiquo Vaticano Codice deſcribit formam tempore Divi Petri Damiani, hoc eſt, anno MLVII. obſervatam: & enumeratis Eccleſiis titularibus Cardinalium, XXII. Urbia Abbatibus addit, Suffraganeos Romani Pontificis nulli alteri Primati vel Archiepiſcopo ſubjectos, & frequenter ad Synodos Romanas vocatos ex Campania X. ex Marſis VI. ea Tuſcia XXI. ex Umbria, Marchia, Spoleto XXIV. ſimul LXI. Epiſcopos ex pluribus, quam Salmaſius citaverat, Provinciis Suburbicariis. Unde recte colligitur, Salmaſium Rufini mentem non eſſe aſſecutum.

XXXVIII. Alium itaqne ſenſum per Suburbicarias inten-

diſſe

CXXXVII.

Elucidatio ſexti canonis.

Parce, lector, ſi interdum duceris per hujuſcemodi perdifficilium quæſtionum anfractus: ex his plane tenebris veritate in lucem vindicata, majorem capies animi voluptatem. Jam perſpicue, puto, intelligis ex his, quæ dicta ſunt, quam a ſcopo veritatis aberrent, qui perperam factam a Ruffino ſexti canonis Nicæni compendioſam tranſlationem deterius interpretantur, cum errores erroribus attexentes, adeo monſtruoſas deformitates compingant, atque deformia monſtra effingant, dum ſuburbanis tantum Civitatibus ex Nicæni canonis præſcripto voluit Diœceſim Romani Pontificis definitam, quæ ſui amplitudine toto eſt Chriſtiano Orbe diffuſa; quandoquidem tum ex his, quæ ſuperioribus tomis Annalium dicta ſunt, tum etiam ex aliis, quæ ſingulis ferme annis dicentur inferius, omni probationum genere remanent conſignata; ut plane intelligas, nonniſi erroris ſpiritu exagitari, qui tam obſtinate contra apertiſſimam veritatem inſurgunt. Cæterum, quod rurſus ſpectat ad ejuſdem ſexti canonis interpretationem; ab aliis levioribus hæreticorum calumniis vindicatam eam habes a pleriſque eruditiſſimis viris (*a*), ut non ſit nobis in his amplius laborandum.

(*a*) *Alanus Copus 2. dial. Turriano adverſ. Magdeburg. l. 2. c. 15. Remund. Rufus adverſ. Patronum Molynæi. Bellarmin. Controverſ. tom. 2. lib. 2. de Rom. Pontifice. c. 13.*

CXXXVIII.

De Eccleſia Hieroſolymitana.

Sed quid poſt hæc de Hieroſolymitana Eccleſia ſtatuerit eodem canone (*b*) Sancta Magna Synodus, accipe: *Quoniam mos antiquus obtinuit & vetuſta traditio, ut Æliæ (id eſt Hieroſolymæ) Epiſcopo honor deferatur; habeat conſequenter honorem, manente tamen Metropolitanæ Civitatis propria dignitate.* Hæc Patres de Eccleſia Hieroſolymitana. Mira quidem in hujus canonis interpretatione detegitur Theodori (*c*) ſtupiditas; dum hoc atque ſuperiore canone, nempe ſexto, & ſeptimo, ſtatutos tradit a Sanctis Patribus quatuor Patriarchas, Romanum videlicet, Alexandrinum, Antiochenum, atque Hieroſolymitanum; quem meminiſſe oportuit, id primum tentatum eſſe a Juvenale Epiſcopo Hieroſolymorum poſt Chalcedonenſe abſolutum Concilium, ut ejuſmodi honoris inſignia Hieroſolymitana Eccleſia obtineret, eum ei reſtitit vehementer S. Leo Romanus Pontifex: quod ipſe Nicænorum canonum obſervantiſſimus minime auſus fuiſſet, ſi id illi Eccleſiæ a Magna Synodo collatum accepiſſet: ſed & Juvenalis, vir ſolertiſſimus, id a Nicæna Synodo Eccleſiæ illi collatum, tunc magnifice oſtentaſſet.

(*b*) *Eod. can. 6. Nicæn. Conc.*

(*c*) *Theod. Balſ. in Nomoc. Photii.*

Cæterum tantum abeſt, ut hujus canonis auctoritate Hieroſolymitana Eccleſia aucta fuerit Patriarchatu, ut nec exempta fuerit, quin Eccleſiæ Cæſarienſi ſubjecta eſſet totius Palæſtinæ metropoli; quod quidem ita ſe prorſus habere, ☞ verba S. Hieronymi ad Joannem Hieroſolymorum Epiſcopum ☜, qui poſt Cyrillum eidem Eccleſiæ præfuit, rexitque eam, cum S. Hieronymus degeret Bethlehem, manifeſte declarant. Scripſerat enim idem Joannes ad Theophilum Epiſcopum Alexandrinum Apologiam, ☞ de qua epiſtola agens S. Hieronymus, in eum ſic invehitur (*d*) ☜ *Tu, qui regulas quæris Eccleſiaſticas, & Nicæni Concilii canonibus uteris, & alienos clericos, & cum ſuis Epiſcopis commorantes tibi niteris uſurpare, reſponde mihi; ad Alexandrinum Epiſcopum Palæſtina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Palæſtinæ metropolis Cæſarea ſit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæſarienſem Epiſcopum referre debueras, cui, ſpreta communione tua, communicare non noveras; aut ſi procul expetendum judicium erat, Antiochiam potius litteræ dirigendæ.* Sic igitur ☞ dum S. Hieronymus tradat ipſum interpellari potuiſſe ☜ judicium Cæſarienſis Epiſcopi, plane apertiſſime ipſe ſignificaſſe viſus eſt eidem Metropolitanæ Eccleſiæ Cæſarienſi ſubjectam fuiſſe Hieroſolymitanam Eccleſiam. En vides teſtificatione ☞ tanti patris ibidem Hieroſolymis habitantis, ☜ quam procul abhorreat, ut a Magna Synodo Nicæna eadem Patriarchatu ſit aucta. Sed & juriſdictionem Cæſarienſis Epiſcopi in Eccleſiam Hieroſolymitanam, eo quoque facto, hoc etiam ſæculo habes expreſſam, dum Joannes Epiſcopus Cæſarienſis ſcribit ad Prailium, alias Cyrillum Hieroſolymitanum Epiſcopum, ut mittat ad ſe Porphyrium illius Eccleſiæ presbyterum, quem Gazæ crearet Epiſcopum; quod minus licuiſſet ab aliena Eccleſia clericum divellere (ipſis Nicæni Concilii inſtitutis repugnantibus) niſi Eccleſiæ Cæſarienſi totius Palæſtinæ metropoli Hieroſolymitana quoque Eccleſia ſubjecta fuiſſet. Scribit

CXXXIX.

(*d*) *ep. 61.*

hæc

PAGIUS

Sextus canon Nicænus de ordinatione Epiſcoporum intelligendus.

diſſe Rufinum, ac Canonem Nicænum recte expoſuiſſe ut probet Marca, ſupponit Alexandrini Epiſcopi Auctoritatem hoc Canone potiſſimum comparari cum Romani in jure ordinandorum Epiſcoporum, eo quod Epiſcopi Alexandrini auctoritas in ordinandis omnibus Ægypti Epiſcopis adverſus *Meletianos* hoc Canone ſexto Nicæno ſtatuta ſit. Conditus eſt enim Canon ad reparanda Eccleſiæ Alexandrinæ Patriarchica privilegia per Meletium Lycopolytanum Epiſcopum invaſa, læſa & mutilata. *Meletius*, ut legitur in ſecunda Apologia S. Athanaſii, ob idololatricum in Diocletiani Auguſti perſecutione lapſum, & exceſſus alios a S. Petro Alexandrino Patriarcha Synodaliter damnatus Schiſma conflavit, neque tantum obedientiam excuſſit; ſed etiam, teſte Theodoreto lib. I. cap. 4. *exercuit tyrannidem contra Primatem* Alexandrinum; juxta Gelaſium Cyzicenum, *contra prærogativas Sedis Alexandrinæ, ambitione*, inquit Athanaſius,

ut

hæc Marcus diaconus, fideliſſimus hiſtoricus rerum geſtarum ejuſdem Gazenſis Epiſcopi, cui ipſe diaconus miniſtravit.

CXL. *Jus antiquum Hieroſolymitanæ Eccleſiæ.*

Quid ergo contulit Magna Synodus ipſi Hieroſolymorum Eccleſiæ? Nihil prorſus: nequicquam enim in ea Synodo ſtaturum eſt, niſi ut qui ex antiquo uſu deferri ſolitus erat honor ei Eccleſiæ, ſic deferretur, ut tamen ſalva in omnibus jura eſſent Eccleſiæ metropolitanæ: adeo ut ex Synodo proſpectum potius habeatur Eccleſiæ Cæſarienſi, quam Hieroſolymitanæ, ne ſcilicet ex honore illi exhiberi ſolito quicquam derogatum videretur primariæ Eccleſiæ, ejus provinciæ metropoli, Cæſareæ Palæſtinæ. Quod enim Hieroſolymitana, attenta ejus origine, mater ſit dicta omnium Eccleſiarum (nam ſic nominatur in epiſtola Synodali Concilii Conſtantinopolitani Oecumenici ad Damaſum Papam ſcripta, quam recitat Theodoretus *a*) inde accidit ut ipſius civitatis Epiſcopus eum antiquitus honorem ſit conſecutus, ut inter Apoſtolicarum Eccleſiarum Antiſtites conſideret, & in litteris quoque ita nominaretur; unde etiam evenit, ut in ejuſdem Magnæ Synodi litteris ad Silveſtrum (licet depravatæ admodum reperiantur) poſt Oſium Macarius Epiſcopus Hieroſolymitanus inſcriptus habeatur; quamvis excuſus codex perperam legat, Macarius Conſtantinopolitanus. Rurſum vero in Concilio Chalcedonenſi juxta Epiſcopum Alexandrinum conſediſſe legitur Epiſcopus Hieroſolymitanus ante omnes Metropolitanos. Inde fertur (*b*) Polycronio ejus ſedis Epiſcopo pravam illam inhæſiſſe ex ambitione ſententiam, ut auſus ſit dicere Hieroſolymorum Eccleſiam locum principem obtinere, & dignitate reliquas ſedes Apoſtolicas antecellere. Sic igitur optime conſultum a Patribus hujus Magnæ Synodi fuit, dum ita voluerunt conſuetum exhiberi honorem illi eſſe ſervatum, ut tamen nihil imminueretur dignitatis Eccleſiæ metropolitanæ. Intelligis jam, lector, quam procul abhorreat Theodorus ab hujus canonis germano ſenſu. Unde & illud hic obiter admonendum putamus, quod ad eundem canonem ſextum ſpectat; longe quoque errare, qui exiſtimarunt ex Nicæni Concilii decreto factam eſſe diviſionem provinciarum, & certos limites ſedibus diœceſibuſque præfixos: id quidem Eccleſiarum inſtitutoribus Apoſtolis ex Tertulliani (*c*) ſententia tribuendum eſt, & S. Baſilius (*d*) ab antiqua hoc ſibi vendicat conſuetudine, eaque ex ſanctorum Patrum communi concordique proveniente ſententia; quibus penitus inhærendum affirmat.

(a) Theod. l. 1. c. 9.

(b) Nicol. Pap. epiſ. ad Mich. Imp.

(c) Tertul. de præſcript.

(d) Apud Gregor. Nazianz. orat. in laud. Baſil.

CXLI. *De ſede Conſtantinop. refellitur Græcorum commentum.*

Sed rurſus ad Theodorum. Rogo modo ipſum, ſi (ut vult) in decreto donationis Conſtantini una ex quatuor ſedibus Patriarchalibus, Conſtantinopolitana Eccleſia nominatur; cur in Nicænis his canonibus nulla de ea mentio, ſicut de cæteris? Erubeſcens hoc ipſe, & omni ſe probatione deſtitui ſentiens, ac proinde irrita reddi quæ in eo decreto de ſede Conſtantinopolitana habentur appoſita (nam in Magna Synodo, cui intererat Conſtantinus auctor decreti, hæc a Patribus inculcanda, & confirmanda fuiſſent) erubeſcens, inquam, quid ait? *De Conſtantinopolitano Patriarchatu in aliis canonibus tractabitur.* Perbelle ſane ſic vitans verbera, quæ ſibi a certa veritate ex Synodo infligebantur. Nam ubi, quæſo, magis neceſſarium, ut decreta ab Imperatore de prærogativis Eccleſiarum Magnæ Synodi approbarentur aſſenſu? & ubi etiam opportunius, quam cum de primis ſedibus mentio haberetur? ac denique ubi utilius, ſi tantæ Synodi auctoritate peragi potuiſſet, quod diverſis poſtea temporibus ejuſdem ſedis Epiſcopi tot ſtudiis perficere conati ſunt? Sed faceſſant hæc jam inſana atque delira; & jam quæ ſunt reliqua Magnæ Synodi decretorum breviter abſolvamus. Ne quis rogo, dum hæc fuſius explicamus, exiſtimet nos potius interpretem agere, quam hiſtoricum; ſciat namque ejuſmodi hiſtoriæ eſſe connexa, ſed aliorum incuria erroribus adeo undique obvoluta, & tenebris offuſa, ut niſi exactius explicentur, & dilucidius elucidentur, in mille alia ſit neceſſe impingere portentoſa mendacia, & a veritate hiſtorica longius aberrare. Ejuſmodi enim eſſe ſolet Chriſtianatum rerum hiſtoria; ut quæ ſæpius de veritate dogmatum, Eccleſiarum jurium, ſacrorumque Conciliorum habeat narrationem connexam, magno periculo talia pertractentur, niſi de his omnibus conſideratio exactiſſima habeatur.

CXLII. Poſt hæc autem ſancta Synodus, ne quid relin-

PAGIUS *ut rebus præeſſet.* Thebaidis ac vicinæ Ægypti Provincias, omneque illud jus Patriarchicum invaſit, novum ſe illic oſtentavit Patriarcham: firmandi ſui cauſa conjurationem iniit cum Arianis antea inimicis. Graves hac de re querelas ad Synodum depoſuit *Alexander Patriarcha*, eiſque datus eſt præſens Canon Patriarchicam poteſtatem illius plene reſtaurans, ut patet ex epiſtola Synodica Concilii Nicæni ad Eccleſias Ægypti, Libyæ & Pentapolis, in qua legitur: *Quæ per petulantiam Meletii geſta ſunt, & eorum, qui ab eo ſunt ordinati, etiam ex hac parte, quæ placuerunt Synodo, ipſis inſinuantur, Meletium nimirum manere quidem in propria civitate, nullam vero omnimodis habere poteſtatem, neque eligendi, neque ordinandi, nec in Provincia, nec in qualibet civitate videri, purumque nomen tantummodo poſſidere. Eos autem, qui ab ipſo ſunt conſtituti, myſtica ordinatione firmatos habere honorem & miniſterium, ut tamen ſe-* quen-

Actum in Concil. Nicæn. de Novatianis.

relinqueret intentatum, ſed quoſcumque a Catholica communinne alienos errare conſpiceret, ad Eccleſiam revocaret; Novatianos antiquitus (ut dictum eſt) diro ſchiſmate primum, ac demum hæreſi ab Eccleſia ſeparatos ſtuduit communioni Catholicæ reſtituere; ſed fruſtra laboravit, reſiſtente Aceſio eorum Epiſcopo, quem & Conſtantinus Imperator officiis, atque blanditiis incaſſum delinire conatus eſt: de eo enim hæc habet Sozomenus (*a*): *Fertur item, Imperatorem, quo omnium Chriſtianorum provideret concordiæ, Aceſium Epiſcopum Eccleſiæ Novatianorum ad Concilium convocaſſe; oſtendiſſeque ei Concilii de fide & feſto Paſchæ deciſionem, quæ jam tum Epiſcoporum ſubſcriptionibus confirmata fuerat, percunctatumque eſſe, utrum ille eorum approbaret ſententiam; reſpondiſſe autem Aceſium, nihil novi deciſum eſſe, Conciliique decretum laudaſſe; ſic namque ſe ab ineunte ætate didiciſſe tum credendum, tum feſtum agendum eſſe. Cui Imperator: Cur ergo, inquit, cum eadem ſentias quæ cæteri, te ab eorumdem communione ſegregas? Cum vero in medium proferret Aceſius diſſenſionem, quæ regnante Decio inter Novatianum, & Cornelium interceſſerat, & quomodo qui poſt baptiſma peccato illo, quod peccatum ad mortem ſanctæ Scripturæ vocant, ſe obſtringerent, myſteriorum communione indigni eſſent (nam non in ſacerdotum, ſed in Dei ſolius ſitum eſſe poteſtate illud peccati genus ignoſcere) Imperator, accepto ſermone, dixit: Erigito tibi ſcalam, Aceſi, & tu ſolus in cælum aſcendito. Quæ quidem arbitror Imperatorem Aceſio dixiſſe, non quo eum laudaret, ſed quo homines exiſtimarent, ſe minime a peccati labe vacuos eſſe.* Hactenus Sozomenus: eadem quoque Socrates (*b*) narrat, qui iſtæc addit: *Ipſe hæc a viro minime vano, qui ætate admodum provecta erat, atque ea, quæ in Concilio geſta ipſe viderat, commemorabat, equidem accepi.*

(*a*) *Sozom. l. 1. c. 22.*

(*b*) *Socrat. l. 1. c. 7.*

CXLIII. At ſancta Synodus, quantumlibet Aceſii Novatianorum Epiſcopi duritiem diu tentatam ſatis exploratam haberet; tamen apertam voluit, ſtatuto canone, Novatianis januam reliquiſſe, ſi ad Catholicam Eccleſiam redire vellent. Quibuſnam autem conditionibus excipiendi eſſent, ejuſmodi decreto edito ſignificavit (*c*):

(*c*) *Conc. Nicæn. c. 8.*

Patefactus aditus Novatianis ad Eccleſiam.

Si qui voluerint venire ad Eccleſiam Catholicam ex Novatianis, placuit S. Concilio, ut ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant ab eis confeſſionem (quam per ſcripturam exigi oportet) ut fateantur ſe cum omni conſenſu Eccleſiæ Catholicæ ſtatuta obſervaturos, id eſt, communicaturos ſe, & iis qui forte ſecundas nuptias experti ſunt, vel his qui perſecutionis tempore lapſi ſunt; quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus, & tempus adſcriptum eſt: ut in omnibus ſequantur ea quæ in Eccleſia Catholica obſervantur. Et ſicubi iidem ipſi fuerint inventi, ſive in vicis, ſive in urbibus clerici ordinati a Catholicis, ſic etiam in clero perſiſtant, unuſquiſque tamen in ſuo ordine. Si vero Epiſcopus, vel clericus Eccleſiæ Catholicæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt; certum eſt, quod Epiſcopus quidem Catholicus ſuam habeat dignitatem; ſimiliter autem preſbyteri, & diaconi habeant. Hi vero quò ab iſtis veniunt, ſi forte Epiſcopus fuerit, habeat ſacerdotii dignitatem; niſi forte placeat Catholico Epiſcopo concedere ei etiam Epiſcopalis nominis honorem; ſi vero non placuerit, inveniet ei locum, ut ſit in parochia Corepiſcopus, aut in clero preſbyter, ut in una civitate non videantur duo Epiſcopi eſſe; & ille omnimode in clero permanere videatur. Hucuſque canon de Novatianis recipiendis ſtatutus. Ad hanc fortaſſe ultimam partem canonis, qua de iis, quæ decreta eſſent, ea redditur ratio, ne in una civitate duo Epiſcopi eſſe videantur, alluſiſſe voluit S. Auguſtinus in Actis ſubſtitutionis Eradii, cum ait (*d*): *Adhuc in corpore poſito beatæ memoriæ patre & Epiſcopo meo ſene Valerio, Epiſcopus ordinatus ſum; & ſedi cum illo; quod Concilio Nicæno prohibitum fuiſſe neſciebam, nec ipſe ſciebat.* Exiſtimant autem aliqui canonem ab Auguſtino citatum ſpecificam de ea re tractationem habuiſſe pluribus, ac dilucidius explicatam, qui tamen canon cum aliis nonnullis exciderit. Eumdemque Nicæni Concilii canonem viſus eſt citaſſe Innocentius Romanus Pontifex in cauſa S. Joannis Chryſoſtomi adverſus eos qui in locum viventis Joannis alium creaſſent Epiſcopum; recitat eam Innocentii epiſtolam Sozomenus (*e*).

(*d*) *Aug. epiſt. 110.*

(*e*) *Sozom. l. 8. c. 26.*

PAGIUS

quentes ſint modis omnibus, univerſorum in ſingulis Parochiis & Eccleſiis, a chariſſimo & comminiſtro noſtro Alexandro conſecratorum, ut his nulla poteſtas ſit, placitos ſibi eligere, aut nomina eorum præferre, aut omnino aliquid agere præter voluntatem Eccleſiæ Catholicæ Præſulis Alexandri. Gratia namque Dei & orationibus veſtris, in nullo ſchiſmate repertos, ſed ſine macula in Catholica & Apoſtolica Eccleſia permanentes, dignum eſt, poteſtatem habere eligendi quemlibet, & nomina eorum dandi, qui Clero ſunt digni, & abſolute facere omnia ſecundum legem & ſanctionem Eccleſiæ. Si quem vero contigerit requieſcere in Eccleſia, tunc provehi in honorem defuncti eos, qui nuper aſſumti ſunt, ſolummodo ſi videantur digni, & populus eos elegerit, condecernente ſimul & deſignante, maxime Alexandriæ civitatis Epiſcopo. Hoc itaque aliis quidem conceſſum eſt omnibus: in perſona vero Meletii nequaquam eadem placuerunt propter priorem in-

Digitized by Google

CXLIV. Quid de Paulianis & Cataphrygis Nicænum Concilium. (a) Concil. Nican. c. 19.

Rurſum vero de hæreticis Paulianiſtis, á Paulo Samoſateno ſic dictis, necnon Cataphrygis (de quibus omnibus tomo ſecundo fuſius actum eſt) ad Eccleſiam Catholicam venire cupientibus, ſancta Synodus, edito canone, hæc decrevit (*a*): *Si quis confugit ad Eccleſiam Catholicam de Paulianiſtis, & Cataphrygis; ſtatutum eſt, rebaptizari eos debere. Si qui vero clerici erant apud eos, ſiquidem inculpati fuerint, & irreprehenſibiles, rurſus etiam ordinentur ab Epiſcopo Catholicæ Eccleſiæ. Si vero examinati, minus fuerint apti deprehenſi; deponi eos oportet. Similiter autem, & circa diacones, & de omnibus qui in eo clero inveniuntur, eadem forma ſervabitur. Commemoravimus autem diaconiſſas, quæ in hoc ordine inventæ ſunt, quæ nec manus impoſitionem aliquam habeant, & omni modo inter laicas habeantur. Similiter autem diaconiſſæ, quæ in Catholico canone non habentur, ſimili loco, id eſt, laicæ, tamquam non conſecratæ, deputentur*: Hæc de his ſancta Synodus. Cauſa autem cur iterandum eſſet baptiſmum collatum a Cataphrygis, allata eſt ſecundo Annalium tomo.

CXLV. (b) Baſil. epiſt. 78. Canones ſtatuti adverſus delinquentes.

Quoniam autem præter illa quæ de fide in eodem Concilio recte ſtatuta ſunt (inquit S. Baſilius *b*) alia ad correctionem notiorum, alia vero ad præmunitionem contra quæ in futuro ſuboriri poſſent, a ſanctis illis Patribus inſtituta fuerunt; ad emendationem delictorum illa plane ſtatuta fuiſſe videntur, quæ de iis qui perſecutionis Licinianæ tempore lapſi, quibus prævii pœnitentiis recipiendi forent, ſancitis canonibus conſtituta eſſent (*c*), quorum a nobis ſuperius mentio facta eſt. Porro huic illud præcedit decretum in hæc verba (*d*): *Si qui presbyteri ſine examine ſunt provecti, vel cum diſcuterentur peccata ſua confeſſi ſunt, & homines contra canones commoti manus confeſſis imponere tentaverunt; tales regula non admittit, quia quod irreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia.* Ac rurſum poſt hæc: *Quicumque de lapſis ad ordinem cleri promoti ſunt per ignorantiam, vel per ordinantium diſſimulationem; hoc Eccleſiaſticæ non præjudicat regulæ, cogniti namque deponantur.* Sed & illud (*e*): *De lapſis qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regulariſque ſervabitur, ita ut, ſi quis egreditur de corpore, ultimo & neceſſario viatico minime privetur. Quod ſi deſperatus, & conſecutus fuerit communionem, oblationiſque particeps factus iterum convaluerit; ſit inter eos qui communionem orationis tantummodo conſequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu poſito, & poſcenti ſibi communionis gratiam tribui, Epiſcopus probabiliter ex oblatione dare debebit:* Hæc una cum aliis Oſius, temperans quæ ſevera nimis, ipſo præſente, ſtatuta fuerant in Concilio Eliberino. Sed quod ad lapſos pariter ſpectat, hæc ibidem de Cathecumenis decrevit S. Synodus (*f*): *Placuit hoc ſancto, & Magno Concilio, de catechumenis qui lapſi ſunt, ut tribus annis inter audientes verbum ſint tantummodo, poſt hæc vero orent cum cathecumenis.* Qua quidem pœna plectendus fuiſſet ipſe Conſtantinus Imperator, niſi poſt lapſum baptizatus jam interfuiſſet eidem Niceno Concilio; nam inter lapſorum catechumenorum claſſem ipſum, quod conſuluiſſet Aruſpices, rejiciendum fuiſſe, quæ ſuperius dicta ſunt, manifeſte declarant.

(c) Concil. Nican. c. 11. 12.

(d) Concil. Nican. c. 9. 10.

(e) Concil. Nican. c. 13.

(f) Concil. Nican. c. 13. vel 14.

CXLVI. De ſponte abſciſſis.

Ad hanc quoque partem emendationis delictorum pertinet quod ſtatutum eſt de his qui ſe ſponte abſciderunt; adverſus quos primus ordine poſitus canon a Patribus habetur conſcriptus. Non erat plane concedendum (quia exemplo Origenis penes nonnullos error invaluerat) ut prætextu quodam edomandæ libidinis, Fideles ſic ſibi ipſis genitalia excidendo (de quibus pluribus dictum eſt tomo ſecundo) victores certaminis exiſtere viderentur.

CXLVII. Leontii facinus cauſam dedit legis ſanciendæ.

Recens ſane facinus Leontii, qui poſtea ab Arianis creatus eſt Epiſcopus Antiochenus canonis ſanciendi cauſam dediſſe videtur; de quo in primis hæc S. Athanaſius (*g*): *Leontius enim accuſatus de commercio cujuſdam juvenculæ mulieris, juſſuſque proinde ab Euſtathio* (Antiocheno Epiſcopo ſcilicet) *ut ab ejus contubernio abſtineret; ſe ipſum caſtrandum dedit, quo ita libere ejus commercio uti poſſet; neque tamen vel ita ſuſpicionem abluere potuit, quo minus, cum presbyter eſſet, deponeretur.* Et alibi (*h*), nec ad laicam quidem communionem ob eam cau-

(g) Athan. Apolog. de fug. ſua in fin.

(h) Athan. epiſt. ad ſolitar.

PAGIUS

Baron. n. CXVII. & ſeqq.

diſciplinationem ejus, & propter procacitatis ejus ac petulantiæ voluntatem, ne ulla daretur auctoritas vel poteſtas homini, qui poſſet rurſus eaſdem indiſciplinationes inſtruere. Hæc ſunt præcipua, & competentia Ægypto, & ſanctiſſimæ Alexandrinorum Eccleſiæ. Ita Literæ Synodicæ Concilii Nicæni apud Theodoretum lib. I. cap. 9. quas integras recitat Baronius. Ex quibus liquet, hæc Canonis verba: *Conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem*, potiſſimum de ordinatione Epiſcoporum intelligenda, ut etiam obſervarant Allatius lib. I. de Occidentalis & Orientalis Eccleſiæ Conſenſione capite 12. & Lupus parte I. in Canonis ſexti explicatione.

XXXIX. *Epiſcopi regionum Suburbicariarum ad Romani Epiſcopi ordinationem pertinent.*

Hoc probat Marca ex veteris diſciplinæ axiomate, ut ejus Synodo ſe ſiſterent Epiſcopi, cujus arbitratu ordinati erant, unde profectum eſt, ut *pertinere ad alicujus Concilium, vel ad* con-

(a) Socrat. lib. 1. c. 31. cauſam admittendum eſſe, adverſus Arianos proclamat; illam vero, Euſtolium dictam fuiſſe nomine, tradit; eadem quo-
(b) Theod. l. 2. c. 24. que de Leontio Socrates (a), & Theodoretus (b). Adverſus igitur abſciſſos a-
(c) Nicæn. Concil. c. 1. gens ſancta Synodus, illos excepit, quos non voluntas, ſed neceſſitas feciſſet Eunuchos, ſic ſtatuens (c):

CXLVIII. *Si quis a medicis propter languorem de-*
Canon de abſciſſis. *ſectus eſt, aut a barbaris excifus; hic in clero permaneat. Si quis autem ſe ipſum ſanus abſcidit; hunc & in clero conſtitutum abſtinere convenit, & deinceps nullum debere talium promoveri. Sicut autem hoc clarет, quod de his qui hanc rem affectant, audentque ſemetipſos abſcindere, dictum ſit; ſic eos quos aut barbari aut domini caſtraverunt, ſi inveniuntur alias digniſſimi, tales ad clerum ſuſcipit regula*: Hæc Patres. Porro Leontius infelix ſic presbyterii gradu depoſitus, defecit ad Arianos, apud quos ex impietate magnum conſecutus eſt nomen; de eo enim ſæpe inferius dicendum eſt.

CXLIX. Inde quoque occaſio fluxiſſe videtur, ut eadem Magna Synodus canone ſancito vetuerit, ne quis quovis prætextu apud ſe ſubinductam mulierem retineret; hæc
(d) Concil. Nicæn. c. 3. decernens (d): *Interdixit per omnia Magna Synodus, non Epiſcopo, non presbytero, aut diacono, nec alicui omnino qui in clero eſt, licere ſubintroductam ha-*
Ne cum feminis clerici habitent. *bere mulierem, niſi forte aut matrem, aut ſororem, aut amitam, vel eas tantum perſonas, quæ ſuſpiciones effugiunt.* Cum hæc in celeberrimo illo Epiſcoporum conventu actitarentur, opportuna (ut videbatur) emerſit occaſio, ex quo ſemel de clericorum cælibatu, & mulierum vitando contubernio agi cœptum eſt, ut de illis quoque clericis ageretur, qui, antequam ordinarentur, conjugati eſſent, num initiati poſtea ſacris ordinibus cum iiſdem conſuetudinem habere poſſent. Quid autem de his a Patribus ſtatutum fuerit, non apparet; de ejuſmodi vero
(e) Sozom. l. 1. c. 23. rogatione hæc recitat Sozomenus (e): *Dum* (inquit) *eſt de hac re deliberatum, aliis viſum eſt, legem introducere, quæ juberet, ut Epiſcopi, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi cum uxoribus, quas ante duxiſſent, quam eſſent ſacris initiati, neutiquam dormirent. At Paphnutius confeſſor in medio conſeſſus ſurgens, illi legi contradixit; nuptiaſque honorabiles, & conſuetudinem virorum cum ſuis uxoribus, continentiam vocavit. Poſtremo Concilium hortatus eſt, ut talem legem minime promulgaret; nam rem eſſe ad ferendum difficilem, & fortaſſe cauſam illorum uxoribus fore, ut non ſatis caſte vitam traducant; ac veterem Eccleſiæ traditionem eſſe, ut qui cælibes gradum ſacerdotalem conſecuti fuiſſent, poſtea minime uxores ducerent; qui autem poſt nuptias, vel ad eum ordinem vocati eſſent, hi ab uxoribus, quas habebant, minime ſepararentur. Atque iſta quidem, licet conjugii expers, ſuaſit Paphnutius; cujus ſententiam approbavit Concilium, & de hac re nullam legem tulit, ſed eam in cujuſque arbitrio, non in neceſſitate poni* (f) Socrat. lib. 1. c. 8.
voluit: Hæc Sozomenus, atque etiam Socrates (f).

CL. Refelluntur Sozomenus & Socrates. Habes, lector, ex his in primis veterem in Eccleſia traditionem fuiſſe, eamdemque cum in Oriente, tum in Occidente ubique ſervatam, ut cælibes ordinati nullo modo poſſent denuo ſperare conjugia. Id quidem in Eccleſia Dei ſemper obſervatum eſſe, primo tomo (g) (g) Annal. Eccleſ. tom. 1. anno Domini 58.
fuſius diſſeruimus, cum & hujus a Sozomeno, & Socrate recitatam hiſtoriam diſcuſſimus, & ut adulterinam excuſſimus; utpote quæ cum primis Nicæno nuper recenſito canoni adverſari videatur. Nam cum expreſſæ habeantur in eo fœminæ, quibuſcum permittantur clerici habitare, nec de uxore ulla prorſus mentio facta ſit, plane ipſa eſſe exploſa conſpicitur; quod enim ea in re dubitatum eſſet, plane uxoris nomen ante alias fuerat exprimendum, quod ſilentio omnino cenſeretur excluſum. Nec veritati conſentaneum eſt, quod dicit Sozomenus, nullum a Patribus ea de re ſancitum eſſe canonem, ob id quod non cogere vellent quemquam, ſed relinquere cuique, quod vellet facere, liberum; nam id neceſſario ſcripta lege ſanciendum erat, cum ſcriptus canon his contrarius militaret, quo perſonæ illæ fuerant definitæ, quibus cum clericis liceret habitare.

CLI. Cælibatus antiqua traditio. Sed & quomodo ſine decreto ſcriptis prodito potuit ſancta Synodus antiquam a temporibus Apoſtolorum conſuetudinem in Eccleſia abrogare, quæ ordinatos conjugatos a ſacris arcebat, ſi ſe iterum u-

PAGIUS *conſecrationem* promiſcue & paſſim dicantur Epiſcopi, qui a Primatibus ſuis pendent. Et hinc eſſe illud Juſtiniani, qui conſtituit Novella 137. cap. 4. *convenire apud beatiſſimos Patriarchas illos, qui ab illis ordinati ſunt, & qui non habent jus alios Epiſcopos ordinandi: ut apud ſanctiſſimos Metropolitas cujuſque Provinciæ eos, qui ab eis ſunt ordinati*. Quam Conſtitutionem ita Photius in Nomocanone titulo 8. cap. 8. interpretatur, ut Metropolitanorum Synodos apud Patriarchas, & Epiſcoporum apud Metropolitas, cogendas eſſe ſtatuerit. Jam vero omnium regionum Urbicariarum Epiſcopos ad Romani Epiſcopi Concilium & ejuſdem ordinationem pertinere, patet ex Celeſtino Pontifice, qui Apuliæ & Calabriæ ordinationes ſibi arrogat, dum univerſis Epiſcopis per Apuliam & Calabriam conſtitutis ſcripſit: *Audivimus quaſdam propriis deſtitutas rectoribus civitates Epiſcopos ſibi petere velle de Laicis, tantumque faſtigium tam vile credere, ut*

hoc

xoribus miſcuiſſent? Eſt enim hujus veterrimi uſus locuples teſtis S. Hieronymus, cum ad Pammachium ſcribens hæc ait (a): *Apoſtoli vel virgines, vel poſt nuptias continentes; Epiſcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut viduæ, aut certe poſt ſacerdotium in æternum pudici.* Et adverſus Jovinianum agens, id ipſum nec cælibatus impugnatores negare audere tradit, cum inquit (b): *Certe confitetur, non poſſe eſſe Epiſcopum, qui in Epiſcopatu filios faciat; alioquin ſi deprehenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur.* Nec eſt quod quis poſſit objicere, de conſuetudine Occidentalis Eccleſiæ hæc ab ipſo dici; nam adverſus Vigilantium agens: *Quid*, inquit, *facient Orientis Eccleſiæ? quid Ægypti, & ſedes Apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi uxores habuerint, mariti eſſe deſierunt?* & *qui* (ut alibi ait c) *ſe norunt hoſtias offerre non poſſe, ſi operi inſerviant conjugali.* Sed etſi non tantum de Orientali Eccleſia teſtimonium, verum & teſtem ejuſdem Eccleſiæ quæris; habes S. Epiphanium qui hæc tradit (d): *Sanctum ſacerdotium ex virginibus quidem ut plurimum procedens; ſi vero non ex virginibus, at ex ſolitariam vitam degentibus; ſi vero hi non ſuffecerint ad miniſterium; hi qui continent a propriis uxoribus, accipiantur, &c.*

(a) Hier. epiſt. 50. in fine.
(b) Hieron. adverſ. Jovinian. lib. 1.
(c) Hieron. ad Pammach. epiſt. 50.
(d) Epiph. in Compend. l. 3.

CLII. Certa cælibatus ratio.

Vides igitur ex teſtibus, qui vixerunt eodem ſeculo quo ſacroſanctum Nicænum Concilium celebratum eſt, quorum tempore (ut idem refert S. Hieronymus e) nonnulli ſuperſtites erant, qui eidem Nicæno conventui interfuerunt, teſtatum reddi, non modo minime liberum cuique relictum uti uxoribus poſt ſuſceptos ſacros ordines, ſed fuiſſe id expreſſe vetitum, & abſque controverſia ab omnibus obſervatum. Sed & illud quoque Synodicis decretis cautum conſtat in Arelatenſi Concilio; neminem aſſumendum ad ſacerdotium conjugii vinculo obligatum, niſi ſpopondiſſet converſionem, continentiam ſcilicet ab uxore (f); licet ſicut mater, & avia, ſoror, vel filia, converſa uxor cum viro caſte habitare ab eodem permiſſa ſit (g); ſed id præter conſuetudinem Eccleſiaſticam, de qua Gregorius Turonenſis ſic teſtatur (h): *Apud Arvernum poſt Aſtremonium Epiſcopum primus fuit Urbicus ex ſenatoribus converſus, uxorem habens; quæ juxta conſuetudinem Eccleſiaſticam, remota a conſortio ſacerdotis, religioſe vivebat.* Quando autem id uſurpari ſit cœptum a Græcis, ut conjugati ordinati, contra jus faſque ſuas penes ſe in uſum conjugii retinerent uxores, alibi dictum eſt (i). Ceterum quod ad Nicænum canonem ſpectat, eum Patres inviolate obſervatum cuſtodierunt; unde S. Baſilius (k), hujus potiſſimum canonis niſus auctoritate, non permiſit ſeptuagenarium ſenem habitantem ſecum habere mulierem: *Sed*, inquit, *ejice illam ex ædibus tuis, & trade in monaſterium. Sit illa cum virginibus; tu inter viros miniſtra.* Idque ex præſcripto Nicæni canonis; nam ait: *Lege canonem a ſanctis Patribus noſtris in Nicæna Synodo conſtitutum, qui manifeſte interdixit, ne quis mulierculam ſubintroductam habeat.*

(e) Hieron. adverſ. Lucifer.
(f) Conc. Arelat. 2. c. 2.
(g) Ead. Cent. c. 3.
(h) Gregor. Turon. hiſt. Fran. l. 1. c. 44.
(i) Annal. tom. 1. an. Dom. 58.
(k) Baſil. epiſt. 17. ad Pareg. in addit.

CLIII. De clericis fœneratoribus.

Pertinet quoque ad præteritorum pravorum morum correctionem quod ſancta Synodus adverſus clericos fœnus exercentes conſtituit (l). Rurſum vero emendavit pravum illum qui penes aliquos abuſus irrepſerat, quo diaconi Euchariſtiam porrigebant presbyteris: ne id uſquam fieret, vetuit ſancta Synodus, ſimulque prohibuit, ne diaconi ſederent coram presbyteris. Porro ex adminiſtratione rerum temporalium adeo crevit diaconorum faſtus in locupleribus præſertim Eccleſiis, poſtquam ſub Chriſtianis Imperatoribus ſunt auctæ divitiis, ut ſedere cœperint coram presbyteris, abſente Epiſcopo, & alia ſibi illicita uſurpare, quæ S. Hieronymus ſcribens ad Evagrium damnat (m). At de his alias pluribus.

(l) Conc. Nican. c. 17.
(m) Hier. epiſt. 85.

CLIV. De tranſlatione ſedium.

Sed & prava illa quoque conſuetudo ſublata eſt (n) qua Epiſcopi, presbyteri, atque diaconi de Eccleſia, in qua ordinati ſunt, in aliam transferebantur. Ut autem id corrigeret ſancta Synodus, turbæ Antiochenæ, cum ex Eccleſiis externis ſibi poſtulaſſent Epiſcopum, aliis Euſebium Cæſarienſem Antiſtitem expetentibus, aliis vero Euſtathium Pontificem Berœenſem, occaſionem dediſſe videntur. Quod plane intelligendum eſt, quando id affectent Epiſcopi, vel ſtudia populorum & clericorum ſibi invicem diffidentia, & mutuo altercantia æmulatio-

(n) Conc. Nican. c. 15. 16. 17.

PAGIUS

hoc his, qui non Deo, ſed ſeculo militaverunt, æſtiment non poſſe conferre, non ſolum male de ſuis Clericis, in quorum contemtum hoc faciunt, judicantes, ſed de nobis peſſime, quos credunt hoc poſſe facere, ſentientes. De Campania & Brutiis inculcat Athanaſius in epiſtola ad Solitarios, ubi de Epiſcopis, qui ex Synodo Romana ſecum communicabant: *E magna Roma, Italiaque univerſa, ex Calabria, Apulia, Campania, Bruttiis.* Idem de Epiſcopis Metropolitis Sardiniæ & Siciliæ elucet ex datis ad eos per Gregorium Magnum literis, & ſic de aliis.

XL. Sententia Rufini de Suburbicariis.

Ex his tandem omnibus hæc infert Marca: *Ut explicatio Canonis VI. in pauca contrahatur, veluſtiſſimo & uſu recepto Rufinus, comparat inter ſe Alexandrinum & Romanum Epiſcopum in eo ſcripſit, quod ille Ægyptiaca Diœceſeos ſollicitudinem habere debeat eodem jure, quo Epiſcopus Romanus utebatur in Diœceſi Urbicaria, ſeu, ut Rufinus elegantiſſime loquitur, in Eccleſiis Suburbicariis, id eſt,* in

Digitized by Google

tione procurent; nam cum vehemens id aliqua ratio perſuadeat, nempe ut alicui ſedi ab hæreticis peſſumdatæ inſignis aliquis alterius Eccleſiæ præficiatur Epiſcopus, id ſancta ac Magna Synodus exemplo docuiſſe videtur, cum depoſitis (ut dictum eſt) inſignioribus Arianis Epiſcopis, Euſebio Nicomedienſi, & Theognide Nicæno, in ſedem ipſorum aliarum ſedium Antiſtites ſuffecerunt. His addidit ſancta Synodus (a), ne quis alterius Eccleſiæ, aliquem ordinaret clericum abſque conſenſu illius Eccleſiæ Epiſcopi.

(a) Conc. Nican. c. 17.

CLV. De Neophytis non ordinandis.

Ceterum quod ex diſtinctione S. Baſilii non tantum ad correctionem præteritorum noxiorum, ſed ad præmunitionem quoque eorum quæ ſuboriri poſſent, canones ſtatuerit ſancta Synodus; ad hæc in primis ſpectat quod decretum eſt, ne recens baptizati in Epiſcopos aſſumerentur, vel presbyteri ordinarentur; ejuſmodi enim conſtitutio ſic ſe habet (b): *Quoniam plura aut per neceſſitatem, aut alias cogentibus hominibus, adverſus Eccleſiaſticam facta ſunt regulam, ut homines ex Gentili vita nuper accedentes ad fidem & inſtructos brevi tempore mox ad ſpiritale lavacrum perducerent, ſimulque ut baptizati ſunt ad epiſcopatum, vel presbyteratum promoverent; optime placuit, nihil tale de reliquo fieri; nam & tempore opus eſt ei qui catechizatur, & poſt baptiſmum probatione quamplurima. Manifeſta eſt Apoſtalica ſcriptura, quæ dicit* (c): *Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus in judicium incidat, & in laqueum diaboli. Si vero proceſſu temporis aliquod delictum animæ circa perſonam reperiatur hujuſmodi, & a duobus vel tribus teſtibus arguatur, a clero talis abſtineat. Si quis autem præter hæc fecerit, quaſi contra magnum Concilium ſe efferens, ipſe de clericatus honore periclitabitur*: Hæc Patres. Cæterum ob inſigniorem perſonam aliquam, & ad ſedandos concitatos tumultus, tum in Ambroſio, tum in Nectario fuit canoni derogatum.

(b) Concil. Nican. c. 2.

(c) 1. Tim. 3.

CLVI. De ordinatione Epiſcoporum.

Sed quod ad Epiſcoporum pariter ordinationem ſpectat; quomodo facienda eſſet, hæc ibidem ſunt a Patribus definita (d): *Epiſcopum convenit maxime quidem ab omnibus qui ſunt in provincia Epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in idipſum convenientibus, & abſentibus quoque pari modo decernentibus, & per ſcripta conſentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum, quæ geruntur, per unamquamque Provinciam Metropolitano tribuatur Epiſcopo.* Citatur hic Canon in Synodali epiſtola ſanctorum Patrum, qui convenerunt ad ſacroſanctum Conſtantinopolitanum Concilium Oecumenicum, ad Damaſum, cum hoc additamento: *Ut ſingularum Provinciarum Antiſtites una cum finitimis, modo ipſis ita viſum fuerit Epiſcopis, &c.* Quæ verba in dicto canone deſiderantur: recitat eum Theodoretus (e). Quo inſuper forma rataque concordia perduraret inter epiſcopos, illud his additum (f), ut excommunicatus ab uno, ab altero non recipiatur Epiſcopo; utque (g) bis in anno Antiſtites Concilia celebrarent, ad quæ cauſæ deferrentur eorum, qui ab Epiſcopo ſe injuſte paſſos aliquid conquererentur; delecta vero ad Concilia celebranda anni ſunt tempora ante Quadrageſimam, & in Autumno.

(d) Concil. Nican. c. 4.

(e) Theod. lib. 5. c. 9.

(f) Concil. Nican. c. 5.

(g) Ead. c. 5.

CLVII. Numerus Nicænorum Canonum.

Sunt autem canones omnes quos recenſuimus, viginti numero, non eadem tamen partitione & ordine ubique diſpoſiti, ſicut nec eadem verſione Latinitati redditi; quarum duæ auctore incerto extant tomo primo Conciliorum, aliæ præterca Dionyſii, qui collegit Græcos canones & in Latinum convertit, tradiditque Stephano Epiſcopo Salonitano: habetur & alia ſub Attico Antiſtite Conſtantinopolitano, elaborata a Theilone & Thearisto, quando ab eodem Attico iidem canones miſſi ſunt ad Concilium Carthaginenſe ſextum, cui annexi fuerunt & hactenus extant (h); in quibus omnibus editionibus viginti tantummodo canones enumerantur, qui licet a Ruffino (i) vigintiduo recenſeantur, iidem tamen eſſe noſcuntur, cum ab eo duo ex illis in duas ſecti partes effecerint quatuor. Sed & Theodoretus viginti tantum canones in magna Synodo ſtatutos affirmat (k); totidemque repertos eſſe in Archivis Alexandrinæ, Antiochenæ, & Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, cum illi magna diligentia perquiſiti ſunt ab Epiſcopis Africanis, dictæ Synodi ſextæ Carthaginenſis acta & epiſtolæ ea de cauſa tunc ſcriptæ certiſſimam fidem faciunt. Cæ-

(h) In princ. Concil. VI. Chart.

(i) Ruffin. l. 1. c. 9.

(k) Theod. l. 1. c. 8. in fin.

PAGIUS *in iis Eccleſiis quæ decem Provinciis Suburbicariis continebantur. Earum enim Provinciarum & Synodus & ordinatio, & plena, liberaque adminiſtratio ad Epiſcopum Romanum pertinebat, ut Epiſcopo Alexandrino in Ægyptiaca Diœceſi, & Antiocheno in Orientali. Sapienter autem Rufinus comparatione his finibus coercuit, quia ſcilicet uberiori jure fruebatur Romanus Pontifex, quam cæteri Diœceſeon Exarchi. Etenim & plures majoreſque Diœceſes tenebat, ut cum Synodo Arelatenſi loquar & Principatum totius Eccleſiæ gerebat. In quibus duobus capitibus duos illos Patriarchas cum Romano non componi, Rufinus cenſuit, ſed tantum ratione habita Eccleſiarum Suburbicariarum:* Hæc Marca.

XLI. Diverſimode intellecta.

Verum, cum Rufinus generaliter dicat, Canone Nicæno ſexto ſtatutum, *ut apud Alexandriam & in urbe Roma vetuſta conſuetudo ſervetur, ut ille Ægypti, & hic Suburbicariarum Eccleſiarum ſollicitudinem gerat,* neque ullatenus limitet

CLVIII. *Canon de libris hagiographis.* Cæterum Nicænos canones aliquod paſſos eſſe naufragium tabulæ quæ hinc inde diſperſæ reperiuntur, manifeſte ſignificant. Quis neget, immo quis auctoritate Sancti Hieronymi non affirmet, atque tuto confirmet, in eadem Magna Synodo de divinis Scripturis authenticis editum eſſe canonem? ipſe enim ſic præfatur in Judith (*a*): *Apud Hebræos liber Judith inter Hagiographa legitur; cujus auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur; Chaldæo autem ſermone conſcriptus, inter hiſtorias computatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicæna in numero ſanctarum Scripturarum legitur computaſſe; acquievi poſtulationi veſtræ, &c.* Nemo igitur inficias ire poterit, ejuſmodi canonem, quo libri canonici numerati erant (neſcio quo caſu) penitus excidiſſe. ☞ At hæc quamtumlibet jure dici poſſe videantur, tamen conſiderando, quod qui poſt Nicænum Concilium ſcripti reperiuntur Canones ſacrorum librorum catalogum continentes, ut a Concilio Laodiceno ſive a Patribus, ut Athanaſio Gregorio Nazianzeno, Amphilochio, vel aliis, in illis liber Judith inter Hagiographa non numeretur; haud affirmandum omnino exiſtimarem Canonem de libris ſacris ſtatutum eſſe a Nicæno Concilio, a quo neminem auſum fuiſſe recedere, jure debet exiſtimari. Sed non ex Canone de ſacris libris confecto id aſſeruiſſe S. Hieronymum, verum potius ex Actis ejus, in quibus obiter citatus idem liber inventus fuerit. Niſi dixerimus librum, quem apud Occidentales, in Canone ſacrorum librorum invenerit, cum aliis Hagiographis annumeratum, exiſtimaverit ex Nicæni Concilii fonte manaſſe ☜.

(*a*) *Hier. epiſt.* 115.

CLIX. Rurſum vero de bigamis non ordinandis Nicænum canonem citat S. Ambroſius (*b*) qui pariter deſideratur; ait enim: *Sed prius cognoſcamus, non ſolum hoc Apoſtolum de Epiſcopo, & presbytero ſtatuiſſe, ſed etiam Patres in Concilio Nicæno tractatus addidiſſe; neque clericum quemquam debere eſſe, qui ſecunda conjugia ſortitus ſit:* Hæc ipſe. At quis rogo, tam perfrictæ frontis homo tot tantoſque Patres mendacii adeo impudenter redargueerit, & affirmare auſit eos eſſe mentitos, quod hi duo canones extra numerum illorum viginti poſiti videantur? Qua pariter ratione falſarius haud dicendus eſt ſanctiſſimus ille Zoſimus Papa (*c*), quod citaverit Nicænum Canonem de appellatione ad Apoſtolicam ſedem, qui tamen inter viginti illos nequaquam numeratus habetur, neque apud Græcos invenitur, ſicut nec duo alii ſuperius recenſiti; cum tamen Theodoretus illum ipſum digito ſignet, dum ſcribit Athanaſium Arianorum calumniis circumventum, & illorum judiciis exagitatum in Occidentem veniſſe, & Arianos litteris contra eumdem cauſam proſecutos eſſe; quando inquit de Julio (*d*): *Ille Eccleſiæ canonem ſecutus, & eos juſſit Romam venire; & divinum Athanaſium, quo pro ſe in judicio ipſe reſponderet, vocavit.* *Canon de bigamis non ordinandis.*

(*b*) *Ambroſ. epiſt. ad Vercellen. Eccleſ.*

(*c*) *Concil. Carthag.* 6. *c.* 3.

(*d*) *Theod. lib.* 2. *c.* 4.

CLX. *Canon de appellatione ad Rom. Pont.* Sed quinam iſte Eccleſiæ canon? non certe Sardicenſis Concilii, quod (ut idem demonſtrat auctor ſequenti capite) nondum fuerat celebratum. Compelleris ergo fateri, per Eccleſiæ canonem, non alium ſignificarum eſſe, quam citatum Nicæni Concilii canonem de appellando ad Romanum Pontificem, quem Athanaſius, (ut ſuo loco pluribus declarabimus) adverſus Arianorum judicia contra ſe lata legitime appellaverat. Cum vero conſtet longe graviori ex Ariana hæreſi tempeſtate jactatam eſſe Orientalem, quam Occidentalem Eccleſiam; haud mirum ſit, Hieronymum, Ambroſium; & Zoſimum Papam, ex Romanæ Eccleſiæ archivis, atque aliunde peritos alios, præter viginti illos, noviſſe Nicænos canones; quod intelligentes Patres Catholici, qui Sardicam ad Oecumenicum Concilium convenere, complures ex canonibus Nicææ in Magno Concilio editis, tamquam in recentiori theca recondentes, decretis (*e*) Sardicenſibus, additis quibuſdam aliis, intexuere. Sed de his velim conſulas, quæ dicta ſunt quinto Annalium tomo ſuo loco, cum de eadem controverſia inter Romanam, & Africanam Eccleſiam actum eſt.

(*e*) *Nicæn. Concil. c.* 5. *Sardic. c.* 56. 57. *Nicæn. c.* 96. 17. *Sardic. c.* 58. 59.

CLXI. *De minore Synodo ad majorem provocatio.* Inſuper, quod quæ antea adverſus Arium in Concilio Alexandrino geſta eſſent, cognita ſunt etiam in eodem Nicæno Concilio; illic itidem a Patribus canon ſancitus eſt, quo cautum fuit, ut res cognitæ in minori Synodo, in majori iterum examinari atque tractari poſſent.

Hu-

PAGIUS mitet ad ordinationum jura, hæc non poteſt eſſe mens Rufini. Hinc Valeſius in Obſervationibus Eccleſiaſticis in Socratem & Sozomenum lib. 3. recte ſcribit, doctiſſimos homines de Eccleſiis ac regionibus Suburbicariis acrius inter ſe contendentes, Rufini interpretationem potius, quam Canonis ipſius verba expoſuiſſe. Si itaque Suburbicarias decem Provincias in Notitia enumeratas a Rufino intellectas volunt, hunc Nicæni Concilii mentem nullatenus attigiſſe docte demonſtravit Valeſius ibidem. Interpretatio enim Rufini verius paraphraſis quam verſio eſt: hæc quippe verba Canonis juxta verſionem Dionyſii Exigui: *Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem; quia & urbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Antiochiam ceteraſque Provincias ſua privilegia ſerventur Eccleſiis. Illud autem generaliter clarum eſt, quod ſi quis præter*

Mo-

Digitized by Google

Hujus quidem canonis meminit Julius Papa in epiſtola ad Arianos, recitata, & intexta ab Athanaſio in Apologia ſecunda, in qua hæc verba leguntur: *Epiſcopi in Magna Synodo Nicææ congregata non ſine Dei conſilio permiſerunt prioris Synodi Acta in alia Synodo examinari*. Et paulo poſt: *Quod ſi iſtiuſmodi conſuetudo olim fuit, ejuſque memoria renovata eſt, & ſcripto prodita in Magna Synodo, eamque apud vos valere non ſinitis, rem profecto indecoram facitis*: Hæc Athanaſius. ☞ At quidem ſicut cuncta iſta ſuperius recitata, ex Nicæno prodiiſſe Concilio, dubitandi locus nullus relictus eſſe videtur, tantis teſtibus id aſſerentibus; ita certos de his ſancitos fuiſſe Canones, & non magis ex ejuſdem Concilii Actis prodiiſſe, haud adeo facile affirmandum putarem ☜.

CLXII. Canon de conficienda Formata. Cæterum nec ipſi Græci, quamtumlibet auſteri, & tenaciſſimi Nicænorum canonum numeri vicenarii cuſtodes, & judices, negare uſquam potuerunt, nihil præterea in Magna illa Synodo eſſe ſtatutum, quod extra viginti illos canones inveniatur: cum ab Attico ipſo Epiſcopo Conſtantinopolitano editum ſit exemplar Formatæ ſcribendæ, cujus communicatione (ut tomo ſecundo dictum eſt pluribus) univerſa compaginari deberet Eccleſia; quod excuſum habetur poſt Concilium Chalcedonenſe, ſed in Creſconiana Collectione ſub ejuſdem Attici titulo deſcriptum reperitur in hæc verba:

CLXIII. Formatæ forma. *Græca elementa litterarum numeros etiam exprimere, nullus, qui vel tenuiter Græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epiſtolis canonicis, quas mos Latinus Formatas appellat, aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur, hoc a Patribus trecentis decem & octo Nicææ congregatis ſaluberrime inventum eſt & conſtitutum: Ut Formatæ epiſtolæ hanc calculationis, ſeu ſupputationis habeant rationem; ideſt, ut aſſumantur in ſupputationem prima Græca elementa Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, hoc eſt, π, υ, α, quæ elementa, & octogenarium, & quadringenteſimum, & primum ſignificant numerum: Petri quoque Apoſtoli prima littera, id eſt, π, quæ numerum octogiata ſignificat: Ejus quoque qui ſcripſit epiſtolam, prima littera; cui ſcribitur, ſecunda littera; accipientis tertia littera; Civitatis quoque, de qua ſcribitur, quarta; & Indictionis (quæcumque eſt) ejuſdem temporis, idem qui fuerit numerus aſſumatur. Atque ita his omnibus Græcis litteris, quæ (ut diximus) numeros exprimunt in unum ductis, unam, quæcumque fuerit, ſummam epiſtola teneat. Hanc qui ſuſcipit, omni cum cautela exquirat expreſſe. Addat præterea ſeparatim* ἀμήν, *Amen, quod in epiſtola nonageſimum, & nonum numerum ſecundum Græca elementa ſignificat. Valete in Domino*: Hactenus ex Collectione Creſconiana, quæ hæc habet amplius: XLVIII. L. *Nam numerus noſter non tenetur in epiſtola Græcus, ſed Latinus explanatur, quæ directa unanimiter ab Epiſcopo Oſio, & Victore, & Vincentio presbyteris ad Epiſcopum urbis Romæ Silveſtrum; per quorum nomen ſervantes gremium direximus ſedi Apoſtolicæ*: Huc uſque ibi, ut ſe habent in noſtro codice, quibus quidem manifeſti erroris redarguuntur illi; a quibus in Formatæ canone vox, ἀμήν, prætermittitur, cum ex ipſo textu liqueat eaſdem Græcas litteras reddere numerum nonageſimum-nonum. Quamobrem ad canonis hujus elucidationem, hic deſcribenda putamus; quæ ex Ivone leguntur his verbis (a).

(a) Ivo de cauſ. Cler. par. 6. cap. 433.

CLXIV. Formatæ explicatio. *Græca elementa litterarum numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epiſtolis canonicis, quas mos latinus formatas appellat, aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur; hoc a Patribus trecentis octodecim Nicææ congregatis ſaluberrime inventum eſt, & conſtitutum, ut Formatæ epiſtolæ hanc calculationis ſeu ſupputationis ſuæ habeant rationem; ideſt, ut aſſumantur ad ſupputationem prima Græca elementa Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ideſt π, υ, α, quæ elementa octogenarium, quadringenteſimum, & primum ſervant numeros: Petri quoque Apoſtoli prima littera, ideſt, π, quæ numerum octogeſimum ſignificat. Ejus qui ſcribit epiſtolam prima littera; cui ſcribitur ſecunda; accipientis tertia; civitatis quoque, de qua ſcribitur, quarta; & indictionis (quæcumque eſt) illius temporis numerus aſſumatur.*

CLXV. *Atque his ita omnibus Græcis litteris, quæ (ut diximus) numeros exprimunt, in*

PAGIUS *Metropolitani ſententiam fuerit factus Epiſcopus, hunc magna Synodus definivit Epiſcopum eſſe non oportere.* Quid hic Urbicaria & Suburbicaria ſomniamus, de quibus nec veſtigium eſt in verbis Concilii, inquit Allatius lib. I. de Conſenſione Orient. & Occident. Eccleſiæ capite 12. num. 4. Duo ergo præcipue in hoc Canone notanda ſunt. Primum eſt, hic agi de Patriarchis. Alterum eſt non de ſola ordinatione, ſed de omni jure Patriarchico hic ſermonem haberi. Ac prius quidem ita demonſtratur. Patres Concilii Nicæni, cum Eccleſiarum quieti proſpicerent, in Canone quarto ſanxerunt, quo ritu celebrandæ eſſent Epiſcoporum electiones, eaſque a Metropolitanis Epiſcopis confirmari voluerunt. Cum igitur poteſtas Metropolitanorum in capite illo quarto abunde ſtabilita eſſet, quid opus erat rurſus in ſexto de Metropolitanis dicere? Prorſus inanis ac ſuperflua eſſet hæc repetitio, quæ in viros tam graves cadere non poſ-

Digitized by Google

De numeris litterarum. *in unum ductis, unam quæcumque collecta fuerit, ſummam epiſtola teneat. Addat præterea ſeparatim in epiſtola etiam nongenarium, & nonum numeros, qui ſecundum Græca elementa ſignificant ἀμήν. Tres igitur prædictæ litteræ Græcæ, ideſt, π, υ, α, & prima littera ex nomine Petri, ideſt π, quingenteſimum, ſexageſimum, & unum faciunt numeros: π, enim prima, quæ eſt in nomine ſummi Patris, 80 numerat; υ, vero, quæ eſt prima in nomine Filii, 400 numerat; α, vero, quæ prima eſt in nomine Spiritus ſancti, unum indicat. Si addas π, quæ eſt in nomine Petri prima, ideſt 80, reperies 561. ἀμήν vero, quod in prædictæ epiſtolæ fine ſcriptum eſt, 99. indicat; α, enim unum; μ, quadraginta; η, octo; ν, quinquaginta numerum, qui nonagintanovem efficiunt numeros. Si vero totam ſummam ſimul jungas, 660. epiſtola numeros tenet*: Hucuſque Ipſe.

CLXVI. Objectio. Sed hic illud animadvertendum eſt, quod habetur in canone, id inventum a Patribus, ne (quod ait) aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur. Non video quomodo quilibet impoſtor non valuerit ejuſmodi litteras fingere; nempe ſi exempli cauſa dicamus aliquem Arianum cupientem videri Catholicum, hoc perlecto canone, ad ejus præſcriptum, iiſdem ſignatas elementis litteras exaraſſe. Ut cum finxerit eas datas ab Athanaſio Alexandria ad Julium Romanum Pontificem per Serapionem diaconum, addita Indictione, exque ſingularum vocum primis Græcis elementis numerum collectum conſcripſerit: quid hoc, quæſo, tanti negotii opus, ut non valuerit ab impoſtore quolibet factitari, & hæretico homine, vel ſchiſmatico fingi? At quonam pacto potuerunt, publica lege conſcripta regula Formatarum, ſecreta fieri litterarum commercia, quæ vix ſecretioribus notis & ſingulis inter paucos mutuo aſſenſu conteſſeratione condicta perfici ſolent?

CLXVII. De uſu Formatæ. Quamobrem in eam ſententiam imus, ut exiſtimemus ejuſmodi canonem nequaquam eſſe cum ceteris editum, ſed penes Epiſcopos Catholicos retentum eſſe ſecretum: atque illud de ejuſmodi formula Formatarum fuiſſe Patrum conſilium, ut dantibus & accipientibus communicationis Catholicæ teſſeram hiſce elementis exprimerent: nempe ut qui fidem, & communicationem Catholicam his elementis ſignificatam ſcriberet, vel deferret, cenſeretur eſſe Catholicus, ſicque ut Catholicus inter Catholicos mereretur Catholica communicatione recipi: nam hujus rei cauſa in uſu fuiſſe Formatas, nempe ut qui has ſcriberet, vel afferret, eſtimaretur eſſe Catholicus, ſecundo Annalium tomo dictum eſt. Quoniam vero ad Catholicam communicationem, ut alicui impertiri poſſet, duo potiſſimum eſſe neceſſaria videbantur, nimirum ne hæreſi vel ſchiſmate ab Eccleſia Catholica diviſus eſſet; ea de cauſa talis formula fuit a ſanctis Patribus præſcripta Formatis, qua utrumque ſignificaretur, nempe, qui daret, & deferret epiſtolam, de fide recte ſentire, & communicatione Eccleſiæ Catholicæ inhærere.

CLXVIII. Myſterium in Formata. Sic igitur quod in hac Formata tribus illis prioribus elementis, Patris, & Filii & Spiritus ſancti, perfectæ & ſanctiſſimæ Trinitatis nomina adnotarentur; veluti ſymbolicis formulis adverſus ipſos, qui tunc inſurrexiſſent, hæreticos Arianos fides Nicæna eademque Catholica videbatur eſſe deſcripta. Quod vero non ſolum in rectæ fidei confeſſione, ſed & ex vera cum Eccleſia Catholica communicatione probari deberet, qui recipiendus eſſet; inde additum eſt a Sanctis Patribus primum illud quod ſequitur elementum, π, nominis Petri; idque ea de cauſa, quod in ſede Petri vigeret totius Eccleſiæ Catholicæ principatus; adeo ut ille probaretur vere eſſe Catholicus, qui Petri ſucceſſori eſſet communione conjunctus; quo quidem perſpicuo argumento probat (prout ſuperius dictum eſt) Optatus Milevitanus, ſe Catholicum, Parmenianum vero, & alios Donatiſtas, adverſus quos agit, eſſe ſchiſmaticos, dum enumerans ſeriem Romanorum Pontificum qui ſederunt (ut ait) in cathedra Petri, ad Siricium uſque deſcendens, de eo addit: *Hic noſter eſt ſocius, cum quo nobis totus Orbis commercio Formatarum in una communionis ſocietate concordat.* De Donatiſtis vero ſubdit, procul abeſſe ut Formatis communicent cum cathedra Petri.

CLXIX. Vides ex his manifeſte, lector, ad quid nomen Petri potius, quam (ſi ſanctioris perſonæ ponendum fuiſſet) Dei genitricis

PAGIUS poſſet. Præterea in hoc capite ſexto agitur de Epiſcopis, qui regunt Diœceſim, non autem de his, qui regunt unicam Provinciam. Atqui Metropolitani unam duntaxat Provinciam regunt; ſinguli enim præſunt Epiſcopis ſuæ Provinciæ: Patriarchæ vero Diœceſim, id eſt, multas ſimul junctas Provincias adminiſtrant, & ſubjectos ſibi habent multos Metropolitanos. De his ergo intelligendus eſt hic Canon, non de ſimplicibus Metropolitanis. Alioquin manca atque imperfecta eſſet Conſtitutio Patrum Nicænorum. Cum enim Epiſcoporum ordinationi abunde proſpexiſſent, quam a Metropolitanis confirmari ſanxerunt, reſtabat ut de Metropolitanorum ipſorum ordinatione ſtatuerent: id autem diſerte faciunt hoc Canone ſexto, illos a Patriarchis ordinari jubentes, qui ſunt Metropolitani Metropolitanorum. Ita omnino hæc Canonis verba intelligenda: *"Illud autem generaliter clarum eſt, quod ſi præter Metropolitani ſententiam fuerit*

Nomen Petri cur in Formata. cis Mariæ, vel Joannis Baptiſtæ; aut ſi, π littera ad conſtituendum certum numerum requireretur, magis ipſius Petri, quam Pauli Vaſis electionis & Doctoris Gentium nomen, poſt trium perſonarum ſanctiſſimæ Trinitatis nomina, ſtatim habeatur expreſſum; nempe ob communicationem cum cathedra Petri, per quod ſignum, qui eſſet Catholicus, poſſet aperte ſignificari. Exarabantur autem in Formata quatuor hæ litteræ, quæ numquam a quovis mutari deberent π, υ, α, π, ideſt, Pater, Filius, Spiritus ſanctus, Petrus; & quod adjiciebatur in fine, ἀμὴν, Amen. Reliquæ autem, quibus indicabantur nomina ſcribentis, afferentis, recipientis, temporis quo ſcripta, & loci ex quo data Formata erat, pro occaſione diverſarum perſonarum, locorum, & temporum mutabantur. Inhærebant itaque dicta elementa cuique Formatæ immutabilia; quibus hæ voces (ut dictum eſt) PATER, FILIUS, SPIRITUS SANCTUS, PETRUS, AMEN, eo modo primis litteris haberentur inſcriptæ; idque Apoſtolorum exemplo; nam vidimus Paulum ſolitum pro ſigni nota (ut ait *a*) apponere illas voces, GRATIA DOMINI, &c. Sanctum vero Ignatium has, AMEN, GRATIA, ut ſuperius primo & ſecundo Annalium tomis pluribus eſt explicatum.

(a) 2. Theſſ. 3.

CLXX. Secretum in Formata. Porro quod eædem Græcæ litteræ numerum ſignificarent, in hoc potuit aliquod latere ſecretum, ut ſcribendo etiam (ſi placeret) Latini numeri elementis numerum illum expreſſum in canone Græcis litteris, quid intelligeretur, haberetur incognitum; ut in appendice ejuſdem Formatæ apud Creſconium his notis XLVIIII. & L. idem eſt quod AMEN. Et ſive Græce ſcriberentur, numeri potius, eſſe crederentur, quam voces, re ipſa autem voces, reique maximi ponderis ſignificativæ: licet ſciamus, etiam Latinos Græcis uti ſolitos characteribus, quod complura exempla declarant. Sicque ſive Latine ex Græcis, ſive Græce notæ numeri ſcriberentur, nomina & voces illæ, quæ communicationis Catholicæ erant indicativæ, nonniſi ejus teſſeræ conſciis fierent manifeſtæ, cæteris autem extra Eccleſiam poſitis (niſi proditio aliqua intercederet) occultæ eſſent. At de his hactenus; quæ fortaſſe prolixius, quam par erat, ſunt pertractata, ſed plane neceſſitate cogente, quod neminem reperimus, qui iſtæc de Formatis ita ex Concilio Nicæno præſcriptis elucidarit.

CLXXI. Poſt vero deſcriptum canonem de Formatis in dicta Creſconiana Collectione, poſtque recitatam brevem illam appendicem, mox ſubjiciuntur S. Synodi litteræ ad Silveſtrum Romanum Pontificem; quas, collatione habita cum aliis exemplaribus (ut licuit) paulo emendatiores reddidimus, relicta in margine varia lectione; ſunt autem hujuſmodi.

Litteræ Synodi ad Silveſtrum Papam. *Beatiſſimo Papæ urbis Romæ cum omni reverentia colendo Silveſtro, Oſius Epiſcopus Provinciæ Hiſpaniæ Civitatis Corduba, Macarius Epiſcopus Eccleſiæ Hieroſolymitanæ *, Victor * & Vincentius presbyteri urbis Romæ ordinati ex directione tua, & cæteri Epiſcopi CCCXVIII. in Domino ſalutem. Quoniam omnia corroborantur * divinis myſteriis Eccleſiaſticæ utilitatis cauſa; quæ ad robur pertinent S. Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ, ad ſedem tuam Romanam explanata, & de Græco redacta ſcribere conſitemur; nunc itaque ad veræ * fidei augmentum * accurrimus roborari. Itaque cenſeat veſtra Apoſtolica doctrina, Epiſcopos totius veſtræ Apoſtolicæ urbis in unum convenire, veſtrumque habere Concilium *; ſicut docet myſtica veritas, confirmet * noſtra ſancita *, ut gradus fixos connexa * ordinationi tuæ ſanctimoniæ noſtra poſſit habere regula; quoniam decet numerum dictorum Coepiſcoporum a te diſcere gradus conformes * conſcendere Verbi. Quicquid autem conſtituimus in Concilio Nicæno, precamur veſtro oris conſortio confirmetur. Oret beatitudo tua pro univerſo Concilio. Dat. VIII. Kalen. Julias. Accept. XIII. Kal. Novemb. Paulino, & Juliano ſummis Coſſ.* Huic habetur conjuncta Silveſtri epiſtola ad Synodum, ſed mendoſiſſima, quæ & ob Conſules perperam poſitos commentitia reputatur, utpote quæ data, & accepta habeatur ſub Conſulatu Conſtantii quarto cum Conſtantio octavo, ſive ſeptimo, qui eſt ab hoc annus quintus. Porro cum his litteris miſſum æque fuiſſe decretum fidei, & reliqua in Synodo geſta, certum eſt. ☞ Teſtatur Felix Papa Tertius in epiſtola quarta, quæ eſt Synodalis, ipſum Concilium Nicænum

* Conſtantinopolitana. * Vitus. * corroborata. * veſtra ſedis. * argumentum. * conſilium. * ut firmet. * ſanctimonia. * contexta. * fornicem conſternere Urbi.

PAGIUS *vit factus Epiſcopus, hunc magna Synodus definivit Epiſcopum eſſe non oportere.* Certe Zonaras Metropolitanos hoc loco interpretatur Patriarchas, qui ſunt majores Metropolitani. Nam cum Alexandria Metropolis ſit totius Ægypti, & cum Antiochia ab Antiquis dicta ſit Metropolis totius Orientis, Epiſcopi illarum civitatum, Metropolitani jure dici poſſunt. Cumque Patriarcharum *nomen* nondum uſurpari cœpiſſet, pro Patriarchis Nicæni Patres *Metropolitanos* videntur poſuiſſe, quod perperam negavit Launoius in libro de recta Interpretatione ſexti Canonis Nicæni. Fuſius hac de re Valeſius laudatus.

XLII. *In VI. Canone Nicæno agitur etiam de jure Patriarchico.* In eodem autem Canone ſexto non de ſola ordinatione agi, ſed de omni jure Patriarchico, ita capite quinto Valeſius probat. Si Patres Nicæni Concilii de ſola ordinatione agere voluiſſent, nomen ordinationis omnino poſuiſſent in hoc capite, & reliqua omnia excepiſſent. Id enim ratio poſtulat. Atqui ordinationis nullam prorſus mentionem fecere, ſed generaliter locuti ſunt. Enimvero & ordinationis nomen ad-

di

num tunc temporis accepiſſe confirmationem ab Apoſtolica ſede; ſunt hæc enim verba ipſius: *Domino ad Beatum Petrum Apoſtolum dicente: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam; eam vocem ſequentes trecenti decem & octo ſancti Patres apud Nicæam congregati, confirmationem rerum atque auctoritatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ detulerunt.* Hæc Felix Papa cum Romana Synodo, cui præerat ☞.

CLXXII. Synodi confirmatio. Cæterum quod ad Magnæ Synodi confirmationem ſpectat; etiamſi dicta epiſtola non extaret, vel omnino rejiceretur, ut ſpuria; quis ignorat antiqua Eccleſiaſtice jura, quibus traditum & obſervatum eſt, omnia decreta Synodica ab Epiſcopo Romanæ Eccleſiæ accipere firmitatem? unde apud Socratem (*a*): *Canon Eccleſiaſticus vetat ne decreta abſque ſententia Epiſcopi Romani Eccleſiis ſanciantur.* Sed quinam iſte canon, qui in re tanta, tanta decernat, et inviolabiliter, & ſemper fuerit ubique ſervandus? non equidem in Synodo aliqua reperiter eſſe ſancitus, ſed potius antiquo uſe, uti Apoſtolica inſtituto, ad poſteros jugi obſervatione omnium appareat ſtabilitus; quod & ſuperius demonſtratum eſt.

(a) Socrat. l.2. c.23.

CLXXIII. Sed quod rurſus ad Nicæna pertinet inſtituta; non prætermittimus dicere, indicare videri Sozomenum (*b*), ex inſtituto Niceni Concilii, ſecundum traditam in eo fidei formulam, hymnos cani conſuevisse, cum agens de Leontio Ariano Epiſcopo Antiocheno, ait eum paſſum eſſe Catholicos hymnis fidei Concilii Nicæni conſentientibus Deum laudare. Etenim Ariani ſicut baptiſmi formam, ita quoque Glorificationis hymnum corruperant, ut dicerent, *Gloria Patri per Filium in Spiritu ſancto*: Catholici vero more uſitato, & antiquitus tradito canerent: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*: Idque ex præſcripto verborum Domini ad ſuos dicentis (*c*): *Euntes ergo docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* At ex Concilio Niceno (ut dicemus) ad ejuſmodi hymnum Glorificationis illud acceſſit additamentum, ut poſt *Gloria Patri*, &c. diceretur; *Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.*

(b) Sozom. l.3. c.19. in fin.

Nicænus Canon de ſacro hymno Gloria Patri, &c.

(c) Matt. ult.

Sed ad hæc omnia certius exploranda, illud in primis monendum putamus; ejuſmodi hymnum Glorificationis, ſic a majoribus dictum, nequaquam, (ut aliqui putant) inventum eſſe a Niceno Concilio; ſed ab ipſis Apoſtolorum temporibus Fideles, cum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizarentur, eaſdem tres perſonas Sanctiſſimæ Trinitatis ejuſmodi hymno conglorificare cœpiſſe. Quod quidem ex majorum traditione, abſque aliquo ſcripto, ſibi Eccleſiam vendicare pluribus affirmat S. Baſilius (*d*) ad Amphilochium ſcribens de Spiritu ſancto, ut cum ait: *Proinde quod a majoribus noſtris dictum eſt, & nos dicimus, gloriam eſſe communem Patri cum Filio: quapropter & Glorificationis hymnos Patri ſimul cum Filio offerimus.* Sed & cœptam eſſe in Eccleſia Dei ejuſmodi Glorificationem ex eo tempore quo ab Apoſtolis promulgatum eſt Evangelium, & cum (ut diximus) ſacrum baptiſmum ab eiſdem juſſu Domini in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti collatum eſt, a Fidelibus occini cœptam, & abſque ſcripto Fidelibus traditam, pluribus idem inferius docet (*e*), eandemque pronunciandam eſſe monet, ut a Domino accepit Eccleſia, licet ab aliquibus, CUM, pro ET, dictum reperiri tradat; nam ait (*f*): *Dictum eſt igitur, nihil referre ad ſenſum, ſive dicas; Gloria Patri, & Filio cum Spiritu ſancto; ſive dicas; Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Non igitur fas eſt cuipiam ſyllabam, ET, ex ore Domini profectam rejicere, aut aliter ſcribere.* Hæc & alia hujuſmodi Baſilius de hujus Glorificationis ab Apoſtolis Eccleſiæ traditæ uſu; quem tanti ponderis eſſe noverunt Patres, ut cum poſtea in Conſtantinopolitano Concilio firmanda eſſet adverſus hæreticos Spiritus ſancti negantes divinitatem regula fidei, hujuſcemodi Conglorificationis teſtimonium in ipſa intexere voluerint, atque ſcriptum illud de Spiritu ſancto: *Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur.*

CLXXIV. Hymnus Glorificationis ex trad. Apoſt.

(d) Baſil. de Spir. ſanct. c.7.

(e) Baſil. de Spir. ſanct. c. 27.29.

(f) Eod. c. 27. in fin.

Porro quod attinet ad decreta Nicænæ Synodi; licet nullo modo dicendum eſt Glorificationis ſanctiſſimæ Trinitatis hymnum ab ea primum inventum; ita nec ut in fine cujuſque Pſalmi caneretur, eſſe CLXXV. Gloria in fine Pſalmorum.

PAGIUS di debuerat in Canone, ſi ad mentem Rufini interpretandus fuiſſet de poteſtate ordinationum in Suburbicariis tantummodo Provinciis; cum autem nihil limitet, ſed e contra univerſaliter ſtatuat, quis non videt, occaſione deſumta ea uſurpata per *Meletium* auctoritate in Patriarchatu Alexandrino, generaliter proviſum fuiſſe omni juri Patriarchico, ne ulli Patriarcharum vel majorum Sedium in minimo aliquid juris periret? Et hoc ipſum patet ex Antiocheno Epiſcopo, & aliis trium Autocephalicorum Sedibus, quibus, licet nihil commune habebant cum ſchiſmate Meletiano, tamen ſua quæque decreta fuerunt privilegia antiquitus obſervata. Quare, ut capite ſexto notat Valeſius, cum Niceni Patres antiquas conſuetudines in Ægypto firmaverint, apparet, eos non de ſola ordinatione locutos eſſe, ſed de omnibus Eccleſiaſticis negotiis. Omnes certe Ægypti Epiſcopi ita ſemper hunc Canonem intellexerunt: quemadmodum diſcimus ex Concilio Chalcedonenſi Actione 4. ubi Hieracius Epiſcopus Ægypti nomine Epiſcoporum

ſe ſtatutum putamus. Equidem ſi Magna Synodus id ſtatuiſſet, uniformem regulam (ſicut in cæteris) Eccleſiis omnibus pariter præſcripſiſſet, a qua nullus umquam deviare, vel latum unguem præterire aliquando præſumpſiſſet, cum tamen videamus diverſas ea de re fuiſſe diverſarum Eccleſiarum conſuetudines, rituſque diſſimiles; ſic namque Caſſianus ait (a): *Illud etiam (quod in hac Provincia vidimus), ut uno cantante, in clauſula Pſalmi omnes aſtantes concinant cum clamore, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, nuſquam per Orientem audivimus: ſed cum omnium ſilentio ab eo qui cantat, finito Pſalmo, orationem ſuccedere; hac vero glorificatione Trinitatis tantummodo ſolere antiphonam terminari*: Hæc ipſe; ex quibus etiam, ſicut ex multis aliis, commentitia plane detegitur epiſtola illa Hieronymi nomine ad Damaſum conſignata, quæ merito ab eruditis, Hieronymi res accuratius expendentibus, ut adulterina jure exploditur, in qua hæc leguntur (b): *Precatur ergo clicus tuus, ut vox iſta pſallentium in ſede tua Romana, die noctuque canatur, & in fine Pſalmi cujuſlibet, ſive matutinis ſive veſpertinis horis, conjungi præcipiat Apoſtolatus tui ordo, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, ſicut erat in principio, &c.* Si enim in Oriente nuſquam ſe audiſſe inquit Caſſianus, ut in fine Pſalmi diceretur, *Gloria Patri, &c.* quomodo ex Orientis more de ejuſmodi pſallendi genere Hieronymus potuit Damaſum monuiſſe, cum antea tam in Occidentali Eccleſia, quam in Orientali, ejuſcemodi pſallendi uſum viguiſſe, idem affirmet? Qui tamen eidem epiſtolæ fidem adhibuerunt, ex S. Hieronymi monitu id ſancitum a Damaſo exiſtimarunt.

(a) *Caſſian. l. 2. c. 8.*

(b) *Habes eam tom. 2. Concil. in rebus Damaſi.*

CLXXVI. Glorificationis Appendix. Quod igitur ante Nicænum Concilium, ex traditione (ut vidimus) Apoſtolorum, vigeret uſus in Eccleſia, ut a Fidelibus Glorificationis dictus hymnus occineretur ubique, licet diverſo ritu; alia occaſione recens accepit additamentum. Nam cum Ariani blaſphemantes dicerent Filium a patre in tempore factum, & fuiſſe tempus quando non erat; placuit ſanctæ Synodo adverſus ejuſmodi hæreſin addi ad antiquum Glorificationis hymnum, *Gloria Patri, &c.* illam appendicem, qua dicitur: *Sicut erat in principio, &c.* Teſtatum habetur id ex Concilio Vaſenſi, ubi hæc reperiuntur expreſſa (d): *Et quia non ſolum in ſede Apoſtolica, ſed etiam per totum Orientem, & totam Africam, vel Italiam, propter hæreticorum aſtutiam, qua Dei Filium non ſemper cum Patre fuiſſe, ſed a tempore cœpiſſe blaſphemant, in omnibus clauſulis poſt* GLORIA PATRI ET FILIO, ET SPIRITUI SANCTO, SICUT ERAT IN PRINCIPIO, ET NUNC, ET SEMPER, ET IN SÆCULA SÆCULORUM, AMEN, *dicitur: etiam & nos in univerſis Eccleſiis noſtris hoc ita dicendum eſſe decernimus.*

(d) *Conc. Vaſen. in fin. cap. 5. tom. 2. Conc.*

CLXXVII. Hic autem illud lectorem admonendum putamus; canones Concilii Vaſenſis primi confuſos exiſtere cum illis Vaſenſis ſecundæ Synodi, huncque recitatum hic canonem eſſe Vaſenſis primæ, quæ paulo poſt Nicænum Concilium celebrata eſt temporibus Conſtantii Imperatoris, cum S. Nectarius Epiſcopus Viennenſis ſederet, qui eidem Synodo interfuit, de quo ſic Ado ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus (e): *Florebat*, inquit, *& tunc temporis*, quo Maximinus Epiſcopus Trevirenſis, hoſpes Athanaſii, *Nectarius Viennenſis Epiſcopus in doctrina fidei eximius; qui in Vaſenſi illa Synodo venerabili primus interfuit, & Patris, & Filii, & Spiritus ſancti unam eſſe naturam, & poteſtatem, & deitatem, & virtutem, in Eccleſia publice prædicavit, & docuit*: Hæc Ado. Quamobrem qui ſubſcripti Epiſcopi ibi in fine ponuntur, alterius Vaſenſis Synodi eſſe oportuit, illic vero (quod etiam accidit de Arelatenſibus Synodis) per errorem appoſitos. Sic igitur, quod dicitur a Sozomeno, cani hymnos a Catholicis Nicænæ fidei conſentientes, de Glorificationis antiquo hymno, tunc vero eo additamento aucto, debere intelligi, potius aſſentimur. At de his modo ſatis.

(e) *Ado in Chron. ann. Dom. 337.*

CLXXVIII. Symbolum Nicænum ubi cani cœptum in Eccleſia. Putarunt nonnulli, ut ſicut hujuſcemodi ſic auctus Glorificationis hymnus ad confutandam graſſantem publice in Eccleſia hæreſin Arianam, ut frequentius caneretur, ex hoc tempore Nicæni Concilii fuerit a Patribus laudabili conſuetudine introductum, ita pariter, ut Nicænum fidei Symbolum in Eccleſia publice concineretur. Verum ejuſmodi inſtitutionis antiqua veſtigia in Eccleſia Orien-

PAGIUS rum totius Provinciæ ita dicit: *De epiſtola autem ſanctiſſimi & Deo amiciſſimi Archiepiſcopi Romani Leonis, ferunt omnes ſanctiſſimi Patres noſtri, quia in omnibus exſpectamus ſententiam ſanctiſſimi Archiepiſcopi, & petimus veſtram Clementiam exſpectare Præſidis noſtri præſentiam, quia eum in omnibus ſequimur. Nam & ſancti Patres, qui in Nicæa congregati ſunt CCCXVIII. bene regulam dederunt, ut ſequatur omnis Ægyptiaca Diœceſis Archiepiſcopum magnæ urbis Alexandrinæ, & nihil abſque ipſo agatur ab aliquo ei ſubjacente Epiſcopo.* Hæc, aliaque Valeſii argumenta tantum valuerunt, ut Launoius in altera Diſſertatione ſæpius confeſſus ſit, ſe nunquam dixiſſe, Nicænos Patres in Canone ſexto de ordinatione ſola locutos eſſe, ſed de toto Patriarchico jure etiam ſtatuiſſe, ut quoque jam Petrus de Marca obſervarat.

XLIII. Rufini expoſitio rejicienda. Quibus ſuppoſitis, manifeſte ſequitur, errare eos, qui Canonem ſextum Nicænum interpretantur de poteſtate Sedis Romanæ in Suburbicarias tantum Eccleſias, quæ continentur decem Pro-

tali facilius reperio; nam ubi Arii hæreſis magis invaluit, ibi potiſſimum ejuſmodi Symbolum in ſacris ſolemnibus publice debuit frequentari. De his enim hæc teſtatur Theodoretus Lector (a): *Timotheus (erat hic Conſtantinopolitanus Epiſcopus) ab amicis rogatus, Symbolum fidei trecentorum decem, & octo Patrum per ſingulas Synaxes dici curavit, ad reprehenſionem videlicet Macedonis, quaſi ille Symbolum hoc non receperit; cum antea ſemel tantum in anno, in paraſceve ſcilicet Dominicæ Paſſionis, tempore quo Epiſcopus catechizabat, recitatum eſſet:* Ita Theodorus.

(a) *Theod. Lect. lib. Collectaneorum Biblioth. ſanct.*

CLXXIX. In Romana autem Eccleſia ſecus accidit, quippe quæ cuſtos tenaciſſima ac fideliſſima antiquitatis, quod didicerat ab Apoſtolis, nullo penitus aucto additamento, ſeu elucidatione, Symbolo diutius uſa eſt. De ea enim Ruffinus (b) hæc tradit, Symbolum explicans: CREDO IN DEUM PATREM OMNIPOTENTEM. *Verum* (inquit) *priuſquam incipiam de ipſis ſermonum virtutibus diſputare, illud non importune commonendum puto, quod in diverſis Eccleſiis aliqua in his verbis inveniuntur addita; in Eccleſia autem urbis Romæ hoc non deprehenditur factum; quod ego propterea eſſe arbitror, quod neque hæreſis ulla illic ſumpſit exordium, & mos ibi ſervatur antiquus, eos, qui gratiam baptiſmi ſuſcepturi ſunt, publice, id eſt, Fidelium populo audiente, Symbolum reddere; & utique adjectionem unius ſaltem ſermonis eorum qui præceſſerunt in fide, non admittit auditus. In ceteris autem locis, quantum intelligi datur, propter nonnullos hæreticos addita quædam videntur, per quæ novellæ doctrinæ ſenſus crederetur excludi:* Hucuſque Ruffinus. De uſu vero Symboli Conſtantinopolitani ſuo loco dicendum.

(b) *Ruffin. in expoſit. Symb. apud Cypr.*

Symbolum Apoſt. in uſu Romanæ Eccleſiæ.

CLXXX. Quod autem rurſum ſpectat ad numerum Nicænorum canonum; quod illi in epiſtola quadam, Marci nomine, ſeptuaginta recenſeantur, atque nonnulli ex iis in litteris, quæ Julii, & Felicis Papæ dicuntur, deſcripti habeantur; quod inſuper Dalmatius Epiſcopus Cyzicenus quaſdam conſtitutiones ejuſdem Synodi ad recte vivendi formam præſcriptas ferri tradat, ex eiſque novem recitet; quodque demum Turrianus profiteatur, octoginta Nicænos canones Arabica lingua ſcriptos inventos ſe Latinitate donaſſe, ſecundum epiſtolam illam nomine Athanaſii ad Marcum editam, de octoginta pariter capitulis in eadem (ut ibi dicitur) Synodo conſtitutis, & in ſeptuaginta redactis: quoniam hæc ignoraſſe majores viſi ſunt, quando oborta controverſia in Eccleſia Africana, de iis mentio neceſſaria incubuiſſet; hæc libentius aliis differenda relinquemus; cum tamen nullo pacto inficias ierimus, ex iis quæ dicta ſunt, canones Nicænos numerum vicenarium exceſſiſſe.

De numero Canonum Nicæn.

His omnibus in ſacroſancta Synodo abſolutis, conſecuta eſt ſubſcriptio Patrum; qui tum fidem Catholicam Symbolo illo, quod recenſuimus, explicatam, tum etiam ſancitos canones ſinguli ſuo chirographo munierunt, omnes ſimul trecenti decem & octo; numerus videlicet in magno illo, Patre fidei dicto, Abraham, conſecratus, cum totidem ex ſuis vernaculis adverſus quinque Reges, quos & vicit, armaſſet (c); eodem quippe numero Patrum certatum eſt non tantum adverſus Arium & Arianos, ſed quotquot antea extitiſſent, Filii Dei divinitatis impios adverſarios; obtentaque eſt victoria in Civitate Victoriæ, Victore atque Vincentio una cum Oſio primariis ducibus pietatis; ut & in his nominibus quoque intelligas admirabile ſacramentum. Quid autem mirandum acciderit de duobus Epiſcopis nuper, antequam ſubſcriberent, vita functis, cum narrent Gregorius presbyter Cæſarienſis, atque Nicephorus, & ſi qui alii ex recentioribus (apud antiquiores enim id fruſtra quæritur) hic deſcribemus, ne quid temere aut inconſulto prætermiſiſſe videamur potius, quam probaſſe. CLXXXI.

Myſterium in numero & in nominibus.

(c) *Geneſ.* 14.

Gregorius igitur in ea oratione, quam de Nicæna Magna Synodo habuit, hæc CLXXXII.

PAGIUS Provinciis in Notitiis expreſſis. Licet enim occaſionem decreto dederit invaſio juris Alexandrini per *Meletium*, oſtendimus tamen, Canonem de jure trium Sedium Patriarchalium contra omnes invaſiones futuras ſtatuiſſe. Et cum jura Patriarchalia tam Antiocheni quam Alexandrini Epiſcopi ſeſe in plures Provincias late diffunderent, quis unquam dicet, jura Patriarchalia Romani Antiſtitis intra decem Provincias aut regiones, quæ fere Italia continentur, fuiſſe concluſa? Nemo ergo Nicænum Concilium jure interpretabitur de poteſtate Patriarchali Pontificia intra Suburbicarias tantummodo Eccleſias, quarum Synodus Nicæna nec meminit; tantum abeſt, ut de iis aliquid ſtatuerit. Quod ſi Synodus Nicæna agens de pleno jure Patriarchico Romano, intelligi non poſſit de Suburbicariis Eccleſiis, tanquam illius juris localibus terminis; quomodo Rufini Expoſitio prudens cenſeri poteſt & recta?

XLIV. Quod ſi tamen aliquis Rufini Expoſitionem vindicandam contenderet, juxta mentem Nicæni Concilii antiquam Eccleſiarum conſuetudinem ex inſtituto Apoſtolico ortam confirmantis, intelligendus eſſet Rufinus. Apoſtolorum Princeps Petrus, qui juxta Innocentium primum cunctas Occidentis inſtituit Eccleſias, in Metropoli Regni Ægyptiaci Alexandria majorem Sedem inſtituendam duxit. Hinc ſanctus Marcus Divi Petri diſcipulus ea ejuſdem auctoritate Alexandriam pergens, ad exemplar Sedis Romanæ Patriarchatum inſtituit, unde Nicænum Concilium Canone ſexto ait: *Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, &c.* ac ſi diceret: Sedes Patriarchalis Alexandrina inſtituta eſt ad exemplar Sedis Patriarchalis Romanæ, ſed Sedes Romana habet

Quo ſenſu admitti poſſit.

Digitized by Google

(a) Apud Lipom. tom. 6.

De Chryſantho, & Muſonio Epiſcopis.

ait (a): *Duo ſancti Epiſcopi, Chryſanthus, & Muſonius, cum nondum deciſioni ſuas adjeciſſent ſubſcriptiones, accidit ut divina providentia ab humanis excederent. Divini ergo Patres, cum veniſſent ad communem locum, in quo dormiebant, cumque ſimul cum eis eſſent, & quæ dicebantur, audirent: O Patres dixerunt, & fratres, præclarum certamen nobiſcum decertaſtis, curſum perfeciſtis, fidem ſervaſtis. Si ergo quod factum eſt, Deo gratum judicaſtis (nunc enim purius cernitis) ne quid ſit impedimento, quo minus vos quoque deciſionem ſubſignetis. Hæc ſimul, & dixerunt, & ſignata deciſione ſanctorum Patrum loculo impoſita, totam illam noctem inſomnem peragunt in oratione. Die autem ſequenti, cum veniſſent ad loculum, ſolutis, quæ erant impoſita, ſignaculis, cum ſanctum revolviſſent deciſionem, invenerunt ſanctorum Patrum ad eos adjectas ſubſcriptiones; adeo ut citra dubitationem unuſquiſque, etiam ex eis qui erant extrinſecus, fateretur ſanctum illum ſanctorum Patrum chorum conſtare præſentia & ope ſanctiſſimæ Trinitatis, eamque ſuam oſtendere defenſionem iis qui digni habentur, ut videant:* Hæc Gregorius: addit

(b) Niceph. l. 8. c. 23.

his Nicephorus (*b*) eorumdem ſubſcriptionem in hujuſmodi verba: *Chryſanthus, & Muſonius, qui cum Patribus omnibus in S. prima Oecumenica Synodo conſenſimus: quamvis corpore tranſlati, manu tamen propria nos quoque libello ſubſcripſimus.* Hæc ille; quorum omnium fides ſit apud auctores, cum tantæ rei nullum veſtigium ſit reperire penes Athanaſium, Hilarium, & alios, qui nihil plane reliquere intactum, quo inſultantem Arianam hæreſim oppugnare potuiſſent. Sed nec fuit moris, fidem inter Fideles velle miraculis probatam reddere, cui ſuffragarentur firmiore divinæ Scripturæ ſermones.

CLXXXIII. Præconia Nicæni Concilii.

At Nicæni Concilii hic finis eſto; cujus quidem ſingularem cum primis excellentiam, ac venerandam inſuper eximiamque majeſtatem, vix credi poteſt, quot laudibus atque præconiis proſecuti ſint ſanctiſſimi Patres; quorum unius S. Leonis Papæ ſcribentis tum ad Anatolium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, tum ad Pulcheriam Auguſtam, hic ſatis ſit elogia ſane præclariſſima recitare, cum inquit (*c*): *Nulla ſibimet de multiplicatione congregationis Synodalia Concilia blandiantur; neque trecentis illis decem atque octo quantumlibet copioſior numerus ſacerdotum, vel comparare ſe audeat, vel præferre; cum tanto divinitus privilegio Nicæna ſit ſinodus conſecrata, ut ſive per pauciores, ſive per plures Eccleſiaſtica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate ſit vacuum, quicquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum. Nimis ergo hæc improba, nimis ſunt prava, quæ ſacratiſſimis canonibus inveniuntur eſſe contraria:* Et inferius: *Sancti illi ac venerabiles Patres, qui in urbe Nicæna, ſacrilego Ario cum ſua impietate damnato, manſuras uſque in finem mundi leges Eccleſiaſticorum canonum condiderunt, & apud nos in toto Orbe terrarum in ſuis conſtitutionibus vivunt; & ſi quid uſquam aliter, quam illi ſtatuerunt, præſumitur, ſine cunctatione caſſatur: ut quæ ad perpetuam utilitatem generaliter inſtituta ſunt, nulla commutatione varientur; nec ad privatum trahantur commodum, quæ ad bonum ſunt commune præfixa.*

(c) Leo epiſt. 53.

CLXXXIV. Idemque ad Pulcheriam Auguſtam in hæc verba (*d*): *Contra ſtatuta paternorum canonum, quæ ante longiſſima ætatis annos in urbe Nicæna ſpiritualibus ſunt fundata decretis, nihil cuiquam audere conceditur; ita ut ſi quis diverſum aliquid decernere velit, ſe potius minuat, quam illa corrumpat; quæ ſi (ut oportet) a cunctis Pontificibus intemerata ſerventur, per univerſas Eccleſias tranquilla erit pax, & firma concordia.* Et in calce: *Conſenſiones vero Epiſcoporum ſanctorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, unita nobiſcum veſtra fidei pietate, in irritum mittimus, & per auctoritatem Beati Petri Apoſtoli generali penitus definitione caſſamus, in omnibus Eccleſiaſticis his legibus obſequentes*

(d) Leo epiſt. 55.

Excellentia Nicænorum canonum.

PAGIUS potestatem ſuper omnes Provincias totius Occidentis jure ſuo Patriarchico ſubjectas; itaque & Alexandrina poteſtatem habere debet ſupra Ægyptum, Libyam & Pentapolim ſuo juri Patriarchico ſubjectas. Et juxta hunc genuinum Canonis ſenſum interpretandus eſt Rufinus, ut per Suburbicarias intellexerit totius Occidentis Eccleſias, ſpeciali jure Epiſcopo Romano ſubditas. Per Suburbicarias enim, inquit Valeſius capite 7. eas Eccleſias Rufinus intelligit, quæ ſunt ſub Epiſcopo orbis Romæ. Nam Suburbicariæ Eccleſiæ eodem modo dicuntur, quo Suburbicariæ Provinciæ. Ut ergo Suburbicariæ Provinciæ appellantur, quæ erant ſub Vicario urbis Romæ; ſic Eccleſiæ Suburbicariæ dicuntur a Rufino, quæcumque ſubjacebant Epiſcopo urbis Romæ. Et quemadmodum Provinciæ Suburbicariæ peculiarem conſtituebant Diœceſim Vicarii urbis Romæ; ita Eccleſiæ Suburbicariæ Diœceſim conſtituunt Epiſcopi Romani. Verum qui fuerint termini hujus Diœceſeos temporibus Concilii Nicæni, haud facile fuerit affirmare, inquit Valeſius ibidem, ubi plura de hujus ſexti Canonis Concilii Nicæni expoſitione. Legendus eſt & Lupus ad hunc Canonem & Schelſtratius parte I. Antiquit. Illuſtr. Diſſert. 3. cap. 3.

XLV. Canones Arabici Concilii Nicæni.

Franciſcus Turrianus LXXX. Canones Nicænos ex antiquo Exemplari Arabico exſcriptos publicavit. Poſt aliquot annos prodiit alia verſio Abrahami Ecchelenſis Maronitæ, in qua LXXXIV. Canones Nicæni cum multis ejuſdem Synodi ſtatutis exhibentur. Verum, Canones omnes illi, quos cunctæ Orientis ſectæ, ſcilicet Melchitæ, Jacobitæ, Neſtoriani, Cophtæ, Abyſſini, Armeni, Græci & Maronitæ, ut legitimos Nicæni Concilii canones agnoſcunt, ſuppoſititii ſunt

Baron. num. CLXXX.

tes, quas ad pacificationem omnium ſacerdotum per trecentos decem & octo Antiſtites Spiritus ſanctus inſtituit; ita ut, etiam ſi multo plures aliud, quam illi, ſtatuere decernerent, in nulla reverentia ſit habendum, quicquid fuerit a prædictorum conſtitutione diverſum: Hactenus Magnus Leo, horribilis deſerti immanes belluas, ferasque ſæviſſimas rugitus ſui terrore concutiens, juxta propheticum epi-

(a) Amos 3. phonema illud (a): *Leo rugiet; quis non timebit?*

CLXXXV. At ſicut cum divina illa Arca (b) manſit tribus menſibus in domo Obededom Gethæi, magnam inde ille benedictionem conſecutus eſt? ita Nicæna Civitas, licet antea non ignobilis, longe clarior, atque celebrior reddita eſt totidem menſium Magni illius Concilii incolatu, admirandis quibuſdam ſibi divinitus impertitis potita beneficiis, quæ Gregorius presbyter recenſet, his annectens, quæ ſua quoque ætate peracta ſunt; ait enim (c): *Cum Patres poſtridie eſſent precaturi Salvatorem univerſorum pro ſuo domum reditu, & pro ea quæ illos excepit Civitate: accidit, ut in eo qui dicitur* Μεσόμφαλος, *id eſt, medius umbilicus, ingreſſus Orientalis, ſcaturirent fontes circa medium apſidis, circa quam conſtiterat ſanctorum chorus; qui quidem in hodiernum uſque diem apparens, oſtendit orationum fructuoſos effectus; & nunc apud omnes celebratur, & nominatur Nicæa. Quantum autem illi pro ea laboraverint, & quantam ejus curam geſſerint, conjicere licet ex ea re admirabili, quæ noſtra ætate facta eſt. Nam cum ingrati fuiſſent Aſſyrii, & per quod eis partu eſt ſalus, Romanum Imperium depopulati eſſent & vexaſſent, omniaque barbarica conſumerent inſolentia; remanſit intacta omnino a Babylonica contumelia; ut quæ nec igne, nec gladio, virorum, aut mulierum, aut infantium ſenſerit captivitatem, cum eam ſæpe clanculum & aperte udorti eſſent. Dicitur autem ſuperbum quoſdam ex ejus exercitu Tribunum militum impudenter audax captum aggreſſum eſſe, nempe ut magiæ illic execranda piacula faceret; nocturna autem viſione (quæ illi ſoli apparebat) & diurnis terroribus ei incuſſum eſſe timorem, ut acerbe periret; adeout mutatus ſceleratus, templum vel potius templi habitatorem Chriſtum verum Deum noſtrum honoraret, & lucernis accenſis placaret; atque ex eo tempore omnem Babylonicam exercitum a ſancto templo arcuiſſe, & hoſpitalem manſuetudinem barbaricæ ferociæ minime reſpondentem, iis qui in ipſa Civitate vitam agerent, oſtendiſſe*: Hæc Gregorius, qui & multa addit de incorruptione, qua donatæ ſunt ſacræ illorum Patrum reliquiæ, qui Magnæ Synodo interfuerunt, quorum memoriam Orientalis Eccleſia quinto Kalendas Junii (ut Græcorum indicat Menologium) celebritate anniverſaria conſecravit.

Nicæa civitas mira eſt conſecuta ex Concilio.

(b) 3. Reg. 6.

(c) Gregor. presbyter. orat. de Patribus Nicæni Concil. apud Lipoman. tom. 6. die 30. Julii.

Quid autem, abſoluta Magna Synodo, egerit Conſtantinus, ſic Euſebius tradit (d): *Quibus ad exitum perductis, ſecundam iſtam victoriam Imperator ſe contra Eccleſiæ hoſtem conſecutum affirmavit; & propterea feſtum triumphale ad Dei honorem illuſtrandum egit. Eodem tempore vigeſimus ejus regni annus completus eſt, in quo conventus celebres etiam apud reliquas gentes agitabantur*. Vicennalia enim cum agerentur, tum ob ſolutionem publicorum nuncupatorum pro Imperatore votorum, tum & in novis iterum nuncupandis feſti dies in exhibitione munerum agebantur. Sed & hæc Conſtantini Vicennalia, aucta creatione novi Cæſaris, nempe Conſtantii, auguſtiora atque celebriora reddita ſunt. CLXXXVI.

(d) Euſeb. Vit. Conſt. l. 3. c. 24. 25.

Vicennalia Conſtantini.

His quippe Vicennalibus creatum fuiſſe Conſtantium Cæſarem, teſtatur idem Euſebius, cum alibi ait (e): *Secundus avi nomine appellatus Conſtantius, vigeſimo fere Imperii paterni anno, quando publicus ſolemniſque omnium hominum conventus agebatur, renuntiatus eſt*; Eadem in ora- CLXXXVII.

(e) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 40.

PAGIUS ſunt; cum varia contineant, quæ contra omnem antiquitatem, immo contra Nicænum Concilium pugnant. Sunt illi quidem antiqui, ut oſtendit Ecchelenſis, ſed poſt Concilium Chalcedonenſe conficti; cum in eis ſæpius *Patriarcha* nomen legatur, quod tamen tunc primum audiri cœpit. Somniabat itaque Ecchelenſis, quando ſcripſit, exiſtimare ſe, Canones illos auctorem habere *Jacobum Niſibenſem* in Meſopotamia Epiſcopum; quaſi vero aliquis ex Nicænis Patribus Canones collegerit, qui ipſius Concilii menti adverſentur, inquit Schelſtratius in ſecunda parte Antiquit. Illuſtr. Diſſert. 2. cap. 4. ubi plura de illis habet.

XLVI. Concilium Arelatenſe, in quo Canon Vaſenſis Concilii antiquum *Glorificationis* hymnum, nempe *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto*, exprimens citatur, neque ſub Conſtantino Magno, ut aliqui putarunt, neque ſub Conſtantio ejus filio, ut credidit Baronius, celebratum, ſed poſt annum Chriſti quadringenteſimum quinquageſimum, ut infra oſtendetur. Præterea non tria, ſed duo tantum Concilia Vaſione in Gallo-Provincia congregata fuere, ut ſuo loco demonſtrabitur. Concilium itaque Vaſenſe ſecundum, quod perperam *tertium* dicitur, habitum eſt anno quingenteſimo viceſimo nono, *Decio juniore V. C. Conſule*, ut habent Acta. Quinto ejus Canone ſtatuitur, ut in univerſis Eccleſiis poſt *Gloria*, dicatur, *Sicut erat in principio*, adverſus eos, qui *Dei Filium* a tempore cœpiſſe blaſphemant.

Glorificationis hymnus tarde uſurpatur.

Baron. num. CLXXIII.

XLVII. Ad num. CLXXXVI. & ſeq. *Conſtantinus M.* VIII. Kalend. Aug. anni CCCVI. dictus eſt Imperator, ideoque eodem die Cæſarei Imperii Vicennalia de more celebranda fuiſſent. Sed, cum Eu-

Vicennalia Nicomedienſia Conſtantini M.

Conſtantius creatur Cæſar.

oratione habita de laudibus Conſtantini in Tricennalibus, ubi nulla prorſus de Criſpo Cæſare creato memoria; quem Euſebius (ut dictum eſt) ne videretur patris ſævum facinus refricare, ſilentio condemnavit, tantum de tribus filiis mentionem faciens, tribus decennis Cæſaribus omnibus creatis. Habuit in his Vicennalibus Euſebius ipſe Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus in laudem Imperatoris orationem, ut ipſemet teſtatur, cum ſic præfatur in libros Vitæ ejuſdem Conſtantini, quos ſcripſit: *Quemadmodum univerſum hominum genus illuſtrem, & præpotentem noſtrum Imperatorem ad decimum quemque Imperii annum ratis converſionibus iterum ac tertio revolutum, diebus feſtis epuliſque ſolemnibus magnifice celebravit; ita nos quoque non ſolum cum jam viginti annos regnaſſet, multiſque victoriæ trophæis eſſet nobilitatus, illum ampla miniſtrorum Dei conſeſſu ſtipatum, divinis laudibus ad cælum uſque extulimus; verum etiam tum triginta annos modo in hoc imperandi munere confeciſſet, &c.* Deſideratur hæc Euſebii oratio, ejus enim illa tantum extat in Tricennalibus habita. Studuiſſe plane vafrum hominem, Græcanicæ eloquentiæ lenociniis Imperatorem demulcere, ſibique conciliatum in omnibus reddere, quis poterit dubitare, cum ipſe teſtetur ſe eum illa oratione divinis laudibus in cælum evexiſſe? Sed quid tum in ea celebritate cum Patribus Conſtantinus? hæc in loco antea citato habentur (a).

(a) Euſeb. ubi ſupra lib. 3. c. 14.

CLXXXVIII. Conſtantini ſtudium erga Epiſcopos.

Inter Dei miniſtros jam pace conciliata, ipſe Imperator convivium celebrare cæpit, & hoc tamquam ſacrificium Deo valde accommodatum per illorum præſentiam obtulit: neque quiſquam ex Epiſcoporum numero ab illo regali epulo abfuit. Illud porro, quod ibi factitatum eſt, omnem dicendi facultatem ſuperat. Satellites enim armati diſtrictis gladiis undique regia veſtibula obſervabant; per quorum mediam turbam ſancti Dei homines abſque formidine ingreſſi ſunt, & ad interiores Palatii ædes perrexerunt. Ex quibus alii deinde una cum Imperatore accumbere, pars prope triclinii valvas utrinque aſſidere; regni Chriſti effigies ea in re adumbrari videbatur; quam rem ſomnii ſimilius, quam rei geſtæ, aliquis exiſtimare potuerit. Ubi autem convivium magno cum ſplendore venit ad exitum; illud præterea, quo omnes magnificentius, & liberalius exciperentur, acceſſit; quiſque nimirum pro dignitate muneribus honorifice donatus fuit. De hoc porro Concilio Imperator illos etiam, qui ei neutiquam interfuiſſent, certiores fecit per litteras; quas quidem in hanc noſtram hiſtoriam, tamquam in columellam quamdam, inſcribam; quæ ita ſe habent, &c. Deſcribuntur mox ab eo litteræ datæ a Conſtantino de iis quæ in Synodo geſta eſſent de Paſchatis feſti celebratione ab omnibus una eademque die ubique ſervanda; quæ quidem a nobis ſuo loco opportunius ſunt recitatæ.

CLXXXIX. Euſebii vafrum conſilium.

Sed non ceſſo Euſebii calliditatem vehementius admirari, dum ipſe retexens hiſtoriam de Niceno Concilio, nihil prorſus habet de Arii atque Arianorum damnatione, nec quicquam meminit de datis litteris adverſus Arium, & ſcripta ipſius; atque perinde ac in Magna Synodo nihil præterea geſtum fuiſſet, quam de Paſchate obortam dirimere controverſiam, ampliſſimas illas Conſtantini ea de re ſcriptas litteras ad verbum recitat. Jam quid poſt eas ſubinferat, cum ad propria dimiſit, hic reddamus: *De cætero autem* (inquit *b*) *ubi Concilium erat dimittendum, ſermonem apud Epiſcopos de rebus ordine diſpenſandis inſtituit. Omnibus igitur uno eodemque die in unum convocatis; eos, cum adeſſent, admonuit ſedulo, ut pacis inter ipſos mutuo colendæ diligentem curam adhiberent, & contentioſas lites averterent; & ſi quiſquam inter illos ex ſapientiæ præſtantia multum laudis adeptus fuiſſet, nulla in illum flagrarent invi-*

(b) Euſeb. Vit. Conſt. l. 3. c. 20.

PAGIUS Euſebius aliique ſcribant, nonniſi abſoluta Synodo Conſtantinum ea ſolennia edidiſſe, liquet, hanc triumphalem feſtivitatem dilatam eſſe in diem VIII. Kalend. Septembris, quo Synodus Nicæna abſoluta, ut fuſe hujus anni initio probavimus. Futile & vanum eſt, quod Spondanus ex Gordono refert, Vicennalia nempe fuiſſe quidem in procinctu, quando celebratum eſt Concilium Nicænum, ſed peracta tantum anno ſequenti. Nam Vicennalia anno ſequenti Romæ edita ad Auguſteum Conſtantini Imperium referenda; quæ vero præſenti anno Nicomediæ exhibita ad Cæſareum pertinent, neque hæc duo ſolennia diverſis annis, & ob diverſa Imperii initia acta, in unum confundenda.

XLVIII. Decennalia Criſpi & Conſtantini junioris Cæſarum.

Vicennalium hoc anno celebratorum occaſione *Publius Optatianus Porphyrius* Poeta compoſuit, quod adhuc extat, in quo cum *Criſpum* Conſtantini Magni filium laudibus ornet, liquet, hunc currenti anno die XXV. Auguſti, quo hæc Vicennalia Conſtantinus pater dedit, adhuc in vivis fuiſſe. Exaratum illud elogium in laudem Conſtantini Auguſti, ejuſque filiorum; in quo rubris characteribus ſcribitur: AUG. XX. CAESS. X. id eſt, *Auguſti Vicennalia, Cæſarum Decennalia*. Quibus ex verbis manifeſtum fit, Criſpum & Conſtantinum juniorem Cæſares Imperii Cæſarei Decennalia, cum pater Vicennalia Nicomedienſia dedit, exhibuiſſe, & quidem, ut exiſtimo, uno eodemque tempore. Extant enim Numiſmata apud Mediobarbum, tam Criſpi quam Conſtantini junioris, in quorum averſa parte legitur, CAESARUM NOSTRORUM, circa lauream, VOT. X. In alio Criſpi Nummo viſitur figura ſedens, quæ clypeum tenet cum his verbis, VOT. XV. ſcilicet nuncupata: Mediobarbus ea Decennalia anno inſequenti data exiſtimat. At, cum jam Criſpus anni

invidia, ſed virtutis unius commune bonum eſſe cenſerent; qui autem præſtabiliores viderentur, non adverſus tenuiores ſe inſolenter efferrent: Nam qui, inquit, ſint re vera bonitate ſuperiores, divini numinis eſt decernere.

CXC. Conſtantini admonitio ad Epiſcopos. *Dixit porro, oportere eos, propter animi lenitatem & indulgentiam, ſe inferiorum imbecillitati ſubmittere; rarum eſſe illud, quod ſit expletum omnibus ſuis numeris, & partibus; & propterea inter ipſos, iis qui leviter peccant, veniam debere tribuere, benigne gratificari, & quæ humanæ ſunt fragilitatis, condonare; concordem animorum conſenſum in primis colere; ne ipſi inter ſe concertantes, illis qui ad obtrectandum verbo Dei parati ſunt, anſam eidem illudendi præberent: quam rem omnium maxime præcaveri debere; poſſe autem facile præcaveri, dummodo quæ apud nos ſunt, illis admiratione digna videantur. Neque cuiquam noſtrum obſcurum eſſe, utilitatem quæ ex ſacris litteris capitur, non omnibus conferre ſolere: alios enim deliciis ad tempus oblectari; nonnullos in eorum familiaritatem, qui aliquem dignitatis gradum adepti ſunt, ſe callide inſinuare; complures, eos qui humaniter & benigne ipſos excipiunt, amplexari; multos muneribus donatos ad diligendum compelli; ſed paucos admodum veræ doctrinæ amore flagrare, & amicum veritatis perraro reperiri. Quare omnibus eſſe in primis conſentaneum, ut ea quæ ad ſalutem utilia ſunt, quiſque alteri inſtar medici ſuppeditet; ad eum plane finem, ut apud omnes omnino ſalutaris diſciplina magno in honore habeatur. Iſta cum primis adhortatus eſt Imperator.*

CXCI. Rogat preces fidelium Conſtantinus. *Ad extremum etiam illud adjecit, ut pro ipſo ad Deum preces obnixe funderent. Cum igitur his præceptis eos inſtruxiſſet, omnibus fecit poteſtatem ad ſua domicilia revertendi. Illi lætitia geſtientes redierunt. Ad hunc modum cum illi propter diſſentientes opiniones longo quaſi intervallo ab ſe mutuo divulſi fuerant, tamquam in unum corpus eſſent denuo coagmentati, deinceps una apud omnes viguit ſententia, ipſius Imperatoris conſenſu confirmata. Proinde Imperator de proſpero rei eventu lætus, illis qui Concilio neutiquam interfuiſſent, per litteras fructum ejuſdem uberem præbuit; populoque univerſo cum per agros, tum per civitates diſperſo ingentem pecuniæ vim diſtribui mandavit: ſicque feſtum diem ad recolendam vigeſimi anni ſui memoriam celebratum cohoneſtavit.* Hucuſque Euſebius; eadem quoque Sozomenus (*a*). Theodoretus inſuper de convivio, & donis collatis hæc addit (*b*):

(*a*) Sozom. l. 1. c. ult. (*b*) Theodor. l. 1. c. 11.

CXCII. Conſtantinus exoſculatur cicatrices Confeſſorum. *Juſſit ut ſedes multæ pararentur; quo illis pariter omnibus epulum daret; qui autem erant illuſtriores, eos ſuæ ipſius menſæ fecit participes, alios vero ad alias dimiſit menſas. Et cum videret dextros oculos quibuſdam effoſſos, intellexiſſetque quod conſtantia pro pietate eam cladem illis attuliſſet; labra vulneribus admovit, pro certo perſuaſus, oſculo ſe benedictionem inde hauſturum eſſe.* Ejuſmodi inſigne Conſtantini pietatis officium iterum ab eo exhibitum tum in adventu ipſorum Epiſcoporum, tum cum iidem poſtea receſſuri eſſent, ab Euſebio ſilentio fuit prætermiſſum; quod Arianus ipſe, utpote, nequam oculus, Orthodoxorum conſtantiæ invideret, quæ præſertim ſugillaſſet ipſius ignaviam, quod in perſecutione negaſſet. Sed proſequitur Theodoretus.

CXCIII. Munificentia Conſtantini. *Convivio tandem peracto, alia dona rurſus illis diſtribuit; quinetiam litteras ad Provinciarum Præfectos dedit; mandavitque, ut certus frumenti numerus viduis, & iis quæ perpetuam ſervant virginitatem, quinetiam illis qui divinis miniſteriis obeundis conſecrati ſunt, in ſingulis Civitatibus quotannis ſuppeditaretur; eumque non tam egentium neceſſitate, quam ſua ipſius munificentia menſus eſt. Hujus congiarii adhuc tertia pars ſuppeditatur; quippe impius tyrannus Julianus totum penitus abſtulerat ille quidem; ſed qui ei ſucceſſit in Imperio, hoc quod jam ſuppeditatur, donari mandavit; fames enim, quæ tum graſſabatur, ſubſidia quæ talibus tribui conſueverant, exigua admodum effecerat. Quod ſi congiarium, quod id temporis a Conſtantino donatum erat, triplo majus fuit, quam quod jam datur; facile inde quiſque, ſi modo voluerit, Imperatoris magnificentiam poterit perſpicere.* Hæc Theodoretus; quod autem ſubdit de combuſtis ab eo in Epiſcopos querelarum libellis; id primitus accidiſſe, ſuperius dictum eſt.

CXCIV. At quidni daret clericis ſingulis congiarium Conſtantinus, cum Gentilium deorum ſacerdotibus ſæculi Principes ex publicis horreis victum affatim ſuppeditarint? Etenim ait divina Scriptura (*c*): *Ægyptiis ſacerdotibus, præter terram quæ a rege illis tradita fuerat, ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur.* Et apud Judæos, præter Civitates ſacerdotales, & aliarum Civitatum ſuburbana, quæ ſacerdotum erant, de omnibus iidem acci-

(*c*) Geneſ. 47.

Quo honore ſacerdotes haberi ſolerent.

PAGIUS ni CCCXXVI. initio peremtus fuerit, non dubium, quin Criſpus & Conſtantinus junior currenti anno Nicomediæ Decennalia Vota ediderint, & Vota Quindecennalia nuncuparint.

XLIX. Annus quo Conſtantius tertius Conſtantini Magni filius Cæſar dictus eſt, hactenus in magnam controverſiam vocatus fuerat. Sed in Diſſertatione Hypatica oſtendi, hanc dignitatem Conſtantio collatam eſſe anno trecenteſimo viceſimo tertio, idque *VI. Idus Novemb.* Diem nos edocent

Conſtantius quo anno Cæſar creatus.

Digitized by Google

accipiebant decimam, & ab hominibus quoque ex legis præſcripto pecunias exigebant. Gentilium vero ſacerdotes cum multiplicis, & diverſi generis eſſent; ut de propinquioribus Bithyniæ regionibus agamus, nempe Ponticis, quorum exemplo idem Conſtantinus permoveri potuiſſet; apud eos ſacerdotes ſummo honore habebantur; atque adeo ut eorum Pontifex geſtaret regium diadema certis diebus, & ſecundos a Rege honore haberetur; cujus ſacerdotii erant ſex millia ſervorum ſacrorum, quibus & ager publicus ſuppeditabat impenſas: tradit hæc Strabo (a); additque tantæ fuiſſe æſtimationis Comanenſe ſacerdotium, ut Pompejus Magnus Aſia potitus, Archelao Regi pro magno munere, & honore illud ipſum contulerit ſacerdotium, auxeritque agrum ſacerdotalem.

(a) Strab. lib. 12.

CXCV. Romanorum erga Sacerdotes obſervantia.

De Romanis, penes quos nihil antiquius cultu deorum; ſacerdotes, qui apud eos ampliſſimi erant honoris, & poteſtatis (ut alias diximus) ex publica pecunia accipere conſueverunt ſtipendia, & rerum ſacratum impenſas; quæ omnia tandem Gratiani Imperatoris edicto ablata ſunt, & Fiſco arcæque publicæ vendicata (b). Quid, inquam, mirum, ſi cum tot tantaque ubique gentium ſacerdotes e publico accipere conſuevetint, Conſtantinus perpetuum tribuerit ſacris miniſtris, virginibus, ac viduis congiarium? Sed illud plane miramur, quod cum hæc ſcribat Theodoretus, S. Ambroſius tamen agens adverſus Symmachum, nequicquam hujuſmodi factum fuiſſe affirmare videatur, cum ſic ait (c): *Ponamus tamen ſubſidia largitatum conferenda virginibus; quæ Chriſtianis munera redundabunt? quid tantas opes ſufficiet ærarium?* Iſtæc idcirco, quod tam immenſa erat ubique in Eccleſiis ſacrarum virginum multitudo, ut Imperii divitias vix ſufficere exiſtimaret, ſi, ſicut olim Veſtales, ita Chriſtianæ Deo dicatæ virgines fuiſſent alendæ publico ſumptu. Verum nec ſacerdotibus Chriſtianis quicquam præſtari ex ærario, immo potius demi, juſtæ ſunt ejuſdem Ambroſii ibidem ad Valentipianum Imperatorem querelæ. Sed de his alias.

(b) Ambroſ. epiſt. ad Valent. Imp. ante relationem Symmachi.

(c) Ambroſ. ad Valent. Imp. adverſus Symmachum.

CXCVI. Dedicatio Civitatis Conſtantinop.

Poſt hæc autem, rogatu Conſtantini, Patres, qui Magno Concilio interfuere, Conſtantinopolim perrexiſſe, eamque Civitatem ex Byzantio Novam Romam, Conſtantinopolim cognominaſſe, atque dedicaſſe Dei Genittici Mariæ, Nicephorus (d) tradit. Cæterum Euſebius, qui de ejus urbis dedicatione agit (e), de acceſſu Epiſcoporum nihil penitus; ſed ait eam ab eodem Imperatore Memoriis martyrum illuſtratam, & Deo martyrum conſecratam; nec alius quiſpiam antiquiorum de adventu Patrum poſt Nicænum Concilium Conſtantinopolim meminit: incertus tamen auctor (f) narrat, illos eo migraſſe, Metrophanemque ejus Civitatis Epiſcopum conveniſſe, atque ab Imperatore de ſucceſſore ſibi nominando rogatum, ſibi ſuffici Alexandrum petiiſſe: hæc ibi, & alia, quæ quidem fide carent, cum longe ante Nicænum Concilium Metrophanem defunctum eſſe, & in ejus locum Alexandrum ſubrogatum, ex certa Sozomeni (g) aſſertione ſuperius ſit demonſtratum. Sed & probatione deficiunt, quæ a Nicephoro, vel a quovis alio recentiore de ejus civitatis dedicatione ſunt tradita. Siquidem ex certis manifeſtiſque teſtificationibus conſtat, ejus Civitatis dedicationem poſt annos quinque ab hoc tempore contigiſſe, noſque ſuo loco de ea fuſius differemus, & cum Nicephorum, tum alios ea in re plane hallucinatos eſſe perſpicue demonſtrabimus.

(d) Niceph. l. 8. c. 26.

(e) Euſeb. Vit. Conſt. l. 3. c. 47.

(f) Apud Metaph. die 10. Junii.

(g) Sozom. l. 3. c. 3.

CXCVII. Synodi decreta toto orbi vulgata.

Sic igitur abſoluta Synodo, Epiſcopi qui ex diverſis regionibus Nicæam in unum convenerant, inde recedentes, veluti ex fonte exuberante largiſſimi rivi in diverſa diducti, univerſam Dei Eccleſiam Catholicæ doctrinæ laticibus copioſiſſime irrigarunt: quam enim acceperant a SS. Magna Synodo Orthodoxæ fidei regulam a Romano Pontifice confirmatam, cæteris Epiſcopis qui non interfuerant, & fidelibus populis communicarunt. Etenim Metropolitani colligentes ſub ſua Diœceſi conſtitutos Epiſcopos, & Antiſtites ſibi ſubjectos clericos, & illi plebem ſub ſe poſitam; quæ decreta fuiſſent trecentorum decem & octo Patrum conſenſione, edicta promulgant, & in Albo Eccleſiaſtico cunctis inſpicienda proponunt. Et inter alia perlata quoque fuiſſe in Africam ſtatuta Nicæni Concilii per Cæcilianum Epiſcopum Carthaginenſem, qui eidem interfuit, Concilium ſextum Carthaginenſe palam teſtatur (h).

(h) Concil. VI. Carthag. c. 9.

CXCVIII. Ut tantum Epiſcopus doceat Alexandriæ Populum.

Dum vero fidei formam perlegunt; eamque in omnibus conſentientem iis quæ hactenus credidiſſent, intelligunt, licet verbis pluribus declaratam, nihil tamen penitus immutatam; immenſas ſanctiſſimæ Trinitati, cujus in ſacro baptiſmate ſignaculum ſuſcepiſſent, gratias agunt, ſeque omnes ejuſdem cuſtodes fideliſſimos exhibent, quam in omnibus integram illibatamque ſervare contendunt. Tunc &

PAGIUS cent Idacius in Faſtis, Auctor Chronici Alexandrini, & Kalendarium Lambecianum. Ex quo & ratio eruenda, cur in annum ſequentem, ſcilicet CCCXXIV. ſecundum primam Conſulatuum Cæſareorum regulam Conſul deſignatus non fuerit. Cum enim *Criſpus* & *Conſtantinus* junior Cæſares Conſtantii fratres jamdiu ante menſem Novembrem Conſules dicti eſſent, Conſulatus Conſtantii neceſſario differendus fuit, idque in annum CCCXXVI. quo patet ad poſte-

Alexander Epiſcopus Alexandrinus cum eamdem ſartam tectam, & in omnibus cuperet cuſtoditam, præcavens in futurum, illud in ea Eccleſia ſtatuit eſſe ſervandum, ne ſcilicet ibi, quantumlibet ampliſſima civitate, populum fidelem alius quiſpiam, licet presbyter, ſed ipſe tantum doceret Epiſcopus; de quo quidem inſtituto ſic tradit Sozomenus (a): *Apud Alexandrinos vero ſolus civitatis Epiſcopus docet: ajunt tamen hanc conſuetudinem non prius inoleviſſe, quam ex quo Arius presbyter de doctrina diſſerens, inſolitam introduceret.* Hæc ipſe; ſed cum ſciamus, peregrinum Epiſcopum, Paulum Emeſenum legatum, rogatum a S. Cyrillo, (b) ad populum de fide Catholica publice ſermonem habuiſſe; munus prædicandi verbi Dei Alexandrinis Presbyteris tantum inhibitum fuiſſe, dici poſſe videtur.

(a) Sozom. l.7. c.19.

(b) Cyrill. Alexan. hom. 7. & 8.

CXCIX. Romanum Concilium.

Perlatis autem Romam decretis SS. Magnæ Synodi, atque litteris quas ſuperius recitavimus, Silveſter collegit ex Italia Epiſcoporum Concilium, cujus hæc tantum fragmenta ſuperſunt: *Silveſter Epiſcopus ſanctæ & Apoſtolicæ ſedis urbis Romæ dixit* (c): *Quicquid in Nicæa Bithyniæ conſtitutum eſt, ad robur ſanctæ matris Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ a ſanctis ſacerdotibus trecentis decem, & octo noſtro ore conſirmiter confirmamus. Omnes qui auſi fuerint diſſolvere definitionem ſancti & Magni Concilii, quod apud Nicæam congregatum eſt ſub præſentia piiſſimi, & venerandi Principis Conſtantini Auguſti, anathematizamus. Et dixerunt omnes: Placet.* Hic admonemus lectorem, eum qui hujus Synodi fragmentis præfixit titulum, in eo eſſe hallucinatum, quod præſente Conſtantino Auguſto, hoc a Silveſtro Romæ Concilium celebratum tradit, deceptus nimirum ex recitatis primi capitis verbis, quibus de Conſtantino habetur mentio: quæ cum referenda eſſent ad ea quæ præcedunt de Nicæno Concilio, cui interfuit Conſtantinus: ille imprudens, ad ea quæ ſequuntur, eadem verba retulit, ut dictum putaris a S. Silveſtro: *Anathematizamus ſub præſentia Conſtantini.*

(c) Extat to. 1. Conc.

CC. Acta in Synodo.

Addidit ad hæc Silveſter de Paſchate: *Omnibus Epiſcopis & presbyteris præceptum eſt, Paſchæ obſervantiam cuſtodire a luna decimaquarta uſque ad vigeſimamprimam, ita ut Dominicus dies coruſcet. Et dixerunt Epiſcopi: Placet. Rurſus ad eos Silveſter dixit: Robuſtius duximus conſilium (ſi placet) ut omnis Epiſcopus qui convenit ad Concilium fidem ſuam * chirographo confirmet: ut deinceps rediens ad parochiam ſuam, compaginem noſtræ ſalutationis plebs ſua innoteſcat, ut, fide Concilii declarata, intemeratus ordo ſervetur. Et dixerunt Epiſcopi: Placet.* In hac item Synodo idem Silveſter Pontifex, de clericis, ne judicent publice ſecularia, nec coram Judice ſæculari cauſam dicant, ſtatuit, his verbis: *Nulli omnino licere clerico cauſam quamlibet in publico examinare; nec ullum clericum ante judicem laicum ſtare. Et dixerunt Epiſcopi: Placet.* Sunt alia ibi ſtatuta, quæ lector ſi cupit, inſpiciet. Conſueviſſe enim, quæ decreta eſſent in Oecumenica Synodo ad Romanum Pontificem confirmanda deferri, & ab eo ad alias deinde Eccleſias mitti, cum ea quæ ſunt hactenus dicta demonſtrant; tum etiam geſta poſtea, abſoluto Concilio Epheſino, declarant; quando a S. Leone Papa de his quæ acta eſſent, redditi ſunt abſentes Epiſcopi certiores; & illi coacta Synodo, & conſignata fide chirographo, ad eumdem Pontificem reſcripſerunt (d).

* ſua.

(d) Apud S. Leonem poſt epiſt. 52.

CCI. De Photino damnato objectio.

Quod autem poſt dictum Concilium Romæ habitum de confirmatione Nicænorum decretorum, in codice aliud annexatur Romanum Concilium ab eodem Silveſtro Pontifice celebratum (ut illic dicitur) eodem tempore, quo Nicææ Magnum Concilium ageretur, XIII. kalendas Julii; haud certa fide & ratione conſiſtere poſſe videtur. Nam quod ibi habetur, Nicææ, tunc non tantum Arium, ſed Photinum quoque fuiſſe damnatum, eumdemque in ea tunc Romæ Synodo habita pariter condemnatum: hoc uno mendacio tota illa narratio ſuſpecta redditur, ac fide infirma: ſiquidem Photinus (ut ſuo loco dicemus) longe poſt hæc vixit. Reliqua autem, quæ ibi reperiuntur eſſe poſita, a vero Romano Concilio putantur eſſe deſumpta, atque in compendium redacta, quibus tamen incertus auctor, & mendax præfationem affixerit.

Cæterum nec illud dicere prætermittimus; tria illa Romana Concilia ſub Silveſtro ordine præpoſtero eſſe in edito codice poſita; cum quod habetur ordine tertium, illud ante Nicænum Concilium (ut ſuo loco demonſtratum eſt) celebratum fuiſſe conſtet, ac proinde primo loco ponendum.

CCII. Quod vero ad Conſtantinum Imperatorem ſpectat: compoſitis in Nicæno Concilio rebus Eccleſiaſticis; quæ ad politicum ſtatum recte diſponendum pertinere viderentur, ſolicite procuravit. Quoniam au-

PAGIUS riora Vicennalia edenda Conſul VII. procedere debebat. Conſtantinus enim Magnus nunquam cum privatis Conſulatum geſſit. Conſtantium vero anno tantum CCCXXIII. Cæſarem nuncupatum eſſe, manifeſtum reddunt quæ anno CCCLXI. de ejus morte loquentes dicemus, & præterea Conſulatus ab eo ad Decennalia, aliaque id genus feſta repræſentanda aſſumit, annique, quibus ea dedit. Quare recte *Proſper* in Chronico eam nuncupationem cum Conſulibus anni CCC-

autem quales in Republica Principes ac magiſtratus, tales & reliqui illis ſubjecti eſſe ſoleant: cum de ſe ipſo optimi Principis in omnibus ſpecimen ederet, de magiſtratibus ac ſibi miniſtrantibus aulicis recte moderandis ac diſponendis ſubiit eum potiſſimum cura: quamobrem ut eos in omni probitatis officio contineret, adverſus ipſos ejuſmodi edidit ſanctionem (*a*), ſic ad univerſos provinciales ſcribens:

(a) l. 4. de accuſ. C. Theod.

CCIII. Conſtantini edictum adverſus Magiſtratus.

Si quis eſt cujuſcumque loci, ordinis, dignitatis, qui ſe in quemcumque Judicum, Comitum, amicorum, vel Palatinorum meorum aliquid veraciter & manifeſte probare poſſe confidit, quod non integre atque juſte geſſiſſe videatur; intrepidus & ſecurus accedat, interpellet me. Ipſe audiam omnia, ipſe cognoſcam. Et ſi fuerit comprobatum, ipſe me vindicabo. Dicat ſecurus & bene ſibi conſcius dicat. Si probaverit (ut dixi) ipſe me vindicabo de eo, qui me uſque ad hoc tempus ſimulata integritate deceperit. Illum autem qui hoc prodiderit, & comprobaverit, & dignitatibus & rebus augebo. Ita mihi ſumma Divinitas ſemper propitia ſit, & me incolumem præſtet, ut cupio, feliciſſima efflorente Republica. PP. XV. Kal. Octobr. Nicomediæ, Paulino & Juliano Coſſ. Hucuſque ſanctio, & quidem ſanctiſſima Conſtantini, digna ſane quæ ad velum cujuſque Principis pro foribus affigatur: cum ſæpe contingat, bonos Principes aulicorum miniſtrorum, & magiſtratuum perperam geſtis rebus enormiter infamari. Sed præſtitit re ipſa quæ comminatus eſt Conſtantinus, qui in præcipuos domeſticos viros, & inter alios gratia apud eum præ cæteris pollentem Sopatrum juſſit animadverti. At de his ſuo loco opportunius agendum erit.

CCIV. Rurſus vero hoc eodem anno cruenta gladiatorum ſpectacula, lege ſancita, antiquari juſſit, ſic de his reſcribens ad Maximum Præfectum Prætorio (*b*): *Cruenta ſpectacula in otio civili & domeſtica quiete non placent. Quapropter qui omnino gladiatores eſſe prohibemus, eos qui forte delictorum cauſa hanc conditionem, atque ſententiam mereri conſueverant, metallo magis facies inſervire; ut ſine ſanguine, ſuorum ſcelerum pœnas agnoſcant. PP. Beryti, Kal. Octobr. Paulino & Juliano Coſſ.* Cæterum haud valuit, ejuſmodi Conſtantini lege edita, ludus gladiatorius penitus tolli, ſed nec legibus Conſtantii ejus filii potuit omnino abrogari, quin perſeveraret diutius ſub Chriſtianis quoque Imperatoribus: quando autem, & qua occaſione prorſus ſublatus fuerit, ſuo loco dicemus. Verum ab horum plane ſanguine temperatum voluit Imperator, quem furor inhumanus, non autem ab illo quem juſte exertus gladius magiſtratus effunderet, ut de clariſſimo viro nuper dicto (etſi de aliis taceatur) exemplum teſtatur. Quamobrem ſicut mendacii, ita turpis adulationis Euſebius arguendus eſt, dum tradit fuiſſe Conſtantini Imperium ſine ſanguine, cum in primis ſic ait (*c*): *Toto illo tempore quo regnabat Conſtantinus, dum populus cujuſque nationis, & cives paternis potius gubernati legibus, quam neceſſitate adducti parebant; gladius quiſque, quo Judicum ſententia ſupplicium de maleficis ſumi ſolet, otioſus ſuſpenſus fuit.* Ac deinde (*d*): *Cum Imperator ſe totum ad humanitatem, & miſericordiam dediſſet; & qui ſingulis Provinciis præerant, nullum prorſus de maleficis ſupplicium ſumerent: res hæc univerſæ adminiſtrationi non minimam reprehenſionem peperit; quæ ſive juſta, ſive ſecus, judicet quiſque pro ſua voluntate: mihi liceat, quæ vera ſunt, monumentis mandare.* Hæc Euſebius, ſcilicet, ut quas ſilentio obvolutas reliquit, de Criſpi filii, uxoris, & aliorum domeſticorum cædibus conceptam ſuſpicionem quamcumque ſupprimeret.

(b) l. 1. de gladiat. C. Theod.

Vetiti gladiatores.

(c) Euſeb. Vita Conſt. l. 3. c. 1. in fin.

(d) Lib. 4. cap. 31.

At quod etiam commendat Imperatoris humanitatem, illud eſt, quod ſicut gladiatorum ſupplicium a legibus irrogari ſolitum ſuſtulit, ita & ſupplicium crucis penitus abdicavit: de his enim hæc tradit Sozomenus (*e*): *Poſtremo ſupplicium crucis, a Romanis olim decretum maleficis, lege ſuſtulit.* Sed & Sanctus Auguſtinus (*f*): *Chriſtus ipſe quia ipſe honoraturus erat Fideles ſuos in fine hujus ſæculi, prius honoravit crucem in hoc ſæculo, ut terrarum Principes credentes in eum, prohiberent aliquem nocentium crucifigi.* Affirmant id ipſum alii complures. Verum ſciendum eſt, haud ſtatim poſt debellatum Maxentium a Conſtantino (quod putant aliqui) ſublatum fuiſſe crucis ſupplicium; immo in ſervos accuſantes dominos irrogatum eſſe, ex reſcripto ejuſdem Conſtantini ad Maximum conſtat, dato anno nono ejus Imperii, Voluſiano & Aniano Conſulibus; cum ait de ejus criminis reo (*g*): *Denegata audientia, patibulo affigatur.* CCV.

Crucis ſupplicium ſublatum.

(e) Sozom. lib. 1. c. 8. in fine.

(f) Aug. in Matt. ſerm. 18. & ſerm. 2. in Paraſceve.

(g) l. unic. ad legem Juliam Majeſt. in fin. C. Theod.

Sed ad Sozomenum redeamus, qui ita ſubdit: *Quinetiam ſuam imaginem Conſtantinus, ſeu in nummis expreſſam, ſeu depictam in tabulis, juſſit ſemper hoc quoque divino ſigno inſcribi, conſignarique;* CCVI.

Imago Conſtantini cum Cruce effingi ſolita.

PAGIUS CCCXXIII. copulavit; quod ex Euſebio in Chronicu exſcripſit. Cæſares quidem annis Decennalibus & id genus feſtis deſtinatis creabantur, ſed aliquando hæc inauguratio, licet rarius, aliis annis acta, ob peculiares ſcilicet rationes, quibus movebantur Imperatores, ut eam accelerarent.

I. Ad num. CCIV. Gothofredus in Commentario Legis I. Codicis Theodoſiani *De Gladiatoribus* obſervat, Baronium, & communiter alios hallucina-

Digitized by Google

cujus rei adhuc teſtimonio ſunt imagines ejus hac figura deſcriptæ. Ita ipſe.

Quod autem ſpectat ad Conſtantini imagines in nummis cuſas, ac (ut ait Sozomenus) effigiatas divino ſigno; tum numiſmata ſuperius formis expreſſa, tum alia complura ære, argento, vel auro formata, quæ Romæ præſertim apud viros antiquariæ facultatis peritos inveniuntur, aperte demonſtrant: quorum ſatis erit hic illud repræſentare numiſma, (*a*) quod camdem ferme refert imaginem, quam teſtatur Euſebius (*b*) in tabula pingendam effingendamque ante veſtibulum Palatii Conſtantinum curaſſe, nempe draconem medio ventre Cruce transfixum, hac Chriſti virtute penitus ſuperatum: cujus rei analogiam idem Euſebius ex Conſtantini ipſius mente (ut vidimus ſuperius) declaravit, nempe Crucis Chriſti virtute draconem illum, qui in ea ſpecie humanum genus ſuperavit, jam penitus eſſe proſtratum; unde ſalus & ſpes publica parta eſt.

(*a*) *Habet num. areum Rom Angelus Breventanus Papienſ.*

(*b*) *Euſeb. Vit. Conſt. l.3.c.3.*





Porro poſteriores Auguſti, æmuli gloriæ Conſtantini, nomen Chriſti & ſignum Crucis non tantum in Labaris (ut vidimus) atque armis, galeis, & clypeis expreſſerunt, verum etiam ſuperati humani generis hoſtis ejuſmodi hieroglyphicum in compreſſo dracone æque reddere cupierunt, ut quod huic ſubdimus Majoriani Aug. numiſma (*c*) egregio declarat exemplo.

(*c*) *Num. aureus D. Laur. Paſqualini Rom. Canonic. S. Mariæ Majoris.*





In quo vides in primis clypeum Chriſti nomen & Crucem ſimul exprimente ſigno decorum, & Imperatorem Cruce potentem dextero pede caput neſandi percalcare draconis.

CCVII. Rurſum vero, quod ſpectat ad inſignem Conſtantini, de quo agimus, pietatem, nummorum ſignis variis modis expreſſam, hæc his idem Euſebius addit: *Quanta autem fidei vis divino quodam inſtinctu in ejus animo defixa fuerit, vel ex eo intelligi poteſt, quod in aureis nummis imaginem ita inſculpi curavit, ut panſis manibus inſtar precantis cælum contueri videretur: quod genus nummi hac effigie ſculpti per omnes Romani Imperii gentes volitabat.* Cæterum nullum hactenus (etſi ſolicite exquiſierimus) invenire licuit num-

De nummis aliis a Conſtantino cuſis.

PAGIUS cinari, qui arbitrati ſunt, Conſtantinum Magnum illa Lege, quæ dicitur *Pr. Beryto Kalend. Octob. Paulino & Juliano Coſſ.* Gladiatorium Ludum ſuſtuliſſe & prohibuiſſe & per totum Orbem Romanum, ſeu e Republica Chriſtiana: aboleti enim tantum in Oriente nominatim *Beryti* in Syria Phœnice, ubi hæc Lex propoſita eſt. Attamen alibi uſurpati deinceps hi Ludi, & quidem in proxima Cœle-Syria Antiochiæ; cujus rei teſtis Libanius Antiochenus libro de Vita ſua pag.3. ubi Ludorum Gladiatoriorum meminit, quibus ipſe quindecim annos natus, anno ſcilicet CCCXXVIII. quatuor poſt hanc Legem annis, ſpectandis Antiochiæ nuntium remiſerit

Ludi Gladiatorii in Oriente prohibiti.

nummum tali forma, quam deſcribit Euſebius, cuſum: ſi quis autem ex iis aliquem, quem & germanum eſſe noverimus, ſuppeditabit, in alia editione hic exprimendum curabimus. Sed rurſum de ejuſdem imaginibus Euſebius: (a) *Jam in ipſis Regiis per quaſdam januas in tabellis, quæ ſummis veſtibulorum partibus affixæ erant, erecto ſtatu pingebatur, ſurſum in cælum contemplans, & precantis forma manus ſurſum tollens. Hoc modo eum in tabellis ſe Deo ſupplicantem repræſentaſſet, lege cavit, ne ipſius effigies in idolorum templis poneretur; ne ipſa tabella, vel minima lineamentorum parte, propter vetitorum idolorum errorem labem aliquam contraheret.* Hucuſque Euſebius. At nec illud ad poſtremum ejuſdem Imperatoris pietatis inſinuandæ cauſa, his addere prætermittimus, eumdem Conſtantinum Auguſtum lanceam etiam, qua uti ſoleret in prælils, in ſimilitudinem Crucis elaborandam curaſſe, eam vero a ſucceſſoribus Imperatoribus hæreditario jure poſſeſſam, ad Henricum quoque Imperatorem, & Othonem ejus filium perveniſſe, ac magno in pretio habitam eſſe conſtat (b).

(a) *Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 15. 16.*

(b) *Vide Act. S. Gerardi Abb. apud Sur. tom. 5. die 3. Octob.*

CCVIII. Legationes diverſæ ad Conſtantinum.

Quod rurſum pertinet ad anni hujus Conſtantini Magni res geſtas; hoc potiſſimum anno (poſtquam omni ex parte pacatiſſimum redditum eſt Romanum Imperium) quo & Vicennalia feſta ſolemnia toto Orbe Romano celebrata ſunt, & Conſtantius ejus filius creatus eſt Cæſar, accidiſſe putamus, quod ſcribit Euſebius, compiures ex diverſis Provinciis extra Romanum quoque Imperium poſitis ad Conſtantinum miſſos eſſe legatos; ait enim (c): *Indeque factum eſt, ut frequentes undique ex omnibus gentibus legati adeſſent, ſecumque pretioſa dona ad Imperatorem afferrent, ita ut, qui fortuito ad veſtibulum regiarum portarum accederent, claras & illuſtres barbarorum perſonas quaſi ordine quodam diſpoſitas animadvertere poſſent; quibus veſtis non eadem formarum ſpecies diſpar, coma vero tum capitis tum genarum valde diſſimilis; vultus ipſe truculentus, barbarus, horribilis; corporum incredibilis pene magnitudo; jam aliis ora rubebant, aliis nive erant candidiora, nonnullis mediocri colore imbuta: nam Blemyum, & Indorum legati, Æthiopumque ſimul, quorum jacet extima tellus, in iſta hominum ſerie conſpiciebantur. Ii ſinguli tamquam in tabulis depicta honoraria munera ad Imperatorem: deferebant coronas hi aureas, illi ex pretioſis lapidibus diademata. Jam alii flavam comam, alii auro & floribus contextas barbaricas veſtes, equos alii, alii clypeos & longas haſtas & ſagittas, & arcus: quibus Imperatori, ſi ita ei videretur, & officium & ſocietatem in omnibus bellis ſe offerre ſignificabant. Quæ poſtquam accepiſſet Imperator, ſuumque ſingulis tribuiſſet locum, viciſſim eos tantis muneribus doniſque ornabat, ut eodem puncto, & momento temporis legati locupletiſſimi evaderent. In quibus etiam nonnullos cæteris clariores, & nobiliores Romanis honoribus ſic illuſtrabat, ut plerique obliti ad patrios lares reverſionis, genus hoc vitæ amplexi ſint.* In hunc modum de legatorum vario genere Euſebius, qui hoc anno, cum Nicæam ad Concilium venit, eos, quos tam exacte deſcribit, vidiſſe potuit; qui & de Perſis hæc ſubdit (d).

(c) *Euſeb. in Vit. Conſt. l. 4. c. 7.*

(d) *Euſeb. ibid. cap. 8.*

CCIX. Fœdus cum Rege Perſarum compoſitum.

Cum vero etiam Perſarum Rex Conſtantino per legatos notus eſſe cuperet, eique dona quædam mitteret, tamquam fœderis & amicitiæ ſigna: cum hoc quoque ſe Imperator ſocietate & fœdere junxit, & incredibili quodam ſtudio perfecit, ut a quo ipſe primum bonorum præmiis provocatus eſſet, eumdem refundendis honoribus, & præmiis longe ſuperaret. Idemque cum accepiſſet apud Perſas frequentes eſſe Dei Eccleſias, & infinitum pene populum Chriſti gregibus contineri; non mediocri ex hac fama affectus voluptate, utpote quem communis quædam omnium cura tangeret, de iis etiam ſolicitus erat. Hæc Euſebius. Joannes enim Chriſtianorum, qui in Perſide erant, Epiſcopus, cum hoc anno ad Nicænum Magnum Concilium venit, ut par eſt credere, de Eccleſia quæ erat in Perſide Conſtantinum certiorem reddidit; ab eoque ipſe Imperator perſuaſus dedit litteras ad Regem Perſarum (Sapores is erat) quibus Chriſtianos omnes, qui agebant in regno illi ſubjecto, magnopere commendavit. Porro epiſtolam ad eum tunc ſcriptam Euſebius ad verbum recitat, quæ eſt hujuſmodi (e):

(e) *Euſeb. in Vita Conſt. lib. 4. c. 9.*

CCX. Litteræ Conſtant. ad Regem Perſarum pro Chriſtianis.

Divinam fidem conſervans, veritatis luce perfruor; & hujus veritatis luce ductus divinam fidem intelligo. His igitur (ut res ipſa confirmant) ſanctiſſimum Dei cultum percipiens, hanc colendi rationem quaſi magiſtram me habere profiteor ad cognitionem ſancti Dei. Hujus

PAGIUS ferit cum omnium admiratione. Editi & in Italia, quod docet Ambroſius libro 2. Officiorum cap. 21. Romæ quoque Gladiatorium deinceps munus ſtetit, Ludique pœna, uti docet exerte Conſtantii Lex 2. *De Gladiatoribus*, & Honorii Lex 3. Hinc Auguſtinus lib. 6. Confeſſionum cap. 8. *Alypium Gladiatorii ſpectaculi inhiatu incredibiliter abreptum* ſcribit. Modum tantum quemdam huic rei adhibuere Chriſtiani Principes, quibus alioquin Gladiatorium nomen deteſtandum eſſet, L. 2. ejuſdem Codicis *De Gladiatoribus*, & in his Conſtantius & Valentinianus ſenior, prohibito tantum certo hominum genere in Ludum Gladiatorium auctorari, damnarive, puta Chriſtia-

jus Dei vim & potentiam auxiliatricem meorum bellorum nactus, ab ipſa ultimi Oceani ora exorſus, univerſum inde Orbem firma, & ſalutari ſpe erexi; ita ut omnes gentes, quæ tot tyrannorum dominatu oppreſſæ, dum quotidianis calamitatibus cederent, prope extinctæ eſſent, mea opera, meiſque laboribus ad commodiorem ſtatum revocatæ ſint. Hunc Deum immortali memoria me honorare profiteor; hunc liquida & pura mente celſiſſima in ſede locatum avidiſſime contemplor; hunc humi procumbens invoco, omnem ſanguinem exſecrandum, & odores ingratos, ac deteſtandos abhorrens, omnem terreſtrem e ſacrificio flammam fugiens; quibus omnibus turpiter pollutus, nefandus, & inexplicabilis error multas gentes & totas fere nationes ad profundiſſima tartara projecit. Nam quæ hujus univerſitatis Deus ad humanæ providentiæ neceſſarium uſum benignitate quadam ſua in lucem edidit, hæc ad cujuſque cupiditatem rapi nullo modo patitur; puram ſolummodo mentem, & animum omni labe vacantem, ab hominibus flagitat, quibus ille virtutis, & pietatis actiones ponderat. Bonitatis enim & manſuetudinis officiis placatur, complectens mites, turbulentos averſans, amans fidem, coercens infidelitatem, omnemque cum ſuperbia junctum dominatum perrumpens, arrogantium vim reprimens; quos faſtus extulit de ſolio deturbans; humiles & injuriarum perferentes juſtis præmiis afficiens; eodem modo juſtum etiam Imperium magni faciens, ſuis ſubſidiis & opibus communit, regiamque prudentiam pacis tranquillitate conſervat.

CCXI. Ratio ſuſceptæ fidei. *Minime ſane errare mihi videor, frater mi, ſi hunc ſolum Deum profiteor omnium ducem & parentem; quem multi hic, cum Imperium tenerent, inſanis erroribus agitati, reſpuere & aſpernari conati ſunt. Sed horum jam acerbus exitus fuit; ut omnium mortalium judicio illorum calamitates exempli loco proponerentur ſimilia ſcelera perſequentibus. In hoc numero illum unum fuiſſe arbitror, qui divina ira tamquam aliquo fulmine ex hoc loco dejectus, in veſtras oras delatus eſt, patefacto de famoſa ſua turpitudine triumpho noſtro (*). Sed illud bene accidit, quod noſtris potiſſimum temporibus in ejuſmodi ſacrilegos tale ſupplicii exemplum editum eſt. Nam & mihi contigit nonnullorum exitus animadvertere, qui paulo ante populum Deo conſecratum nefandis edictis perturbaverant. Quapropter immortales Deo gratias ago, quod ſingulari providentia erga univerſum hominum genus, qui divinam legem colunt ac venerantur, reſtituta pace, incredibili lætitia & voluptate afficiuntur; ex quo facile mihi perſuadeo, optimo tutiſſimoque ſtatu omnia collocata eſſe; cum per eorum caſtam & acceptam Dei colendi rationem, & ipſorum inter ſe de divina natura conſenſionem, omnes ad ſe Deus rapere & colligere dignetur. Hunc præclarum hominum cœtum, Chriſtianorum inquam, de quibus omnis eſt a me ſuſcepta oratio, cum audiam etiam Perſidis potiſſimam partem, (quod mihi ſane eſt gratiſſimum) exornaſſe; quanta me putas perfundi voluptate? Tecum igitur præclariſſime agitur, & cum illis etiam: quoniam utrique veſtrum hæc felicitas communis eſt. Iſto enim modo Deum hujus univerſitatis dominum ac parentem propitium & placatum habebis. Hos igitur, quoniam hac dignitate es, tuæ fidei commendo; hos eoſdem propter inſignem tuam pietatem tibi in manus trado; hos, ut decet humanitatem tuam, complectere, & ama; ſic enim & tibi, & nobis iſta tua fide immenſum beneficium præſtabis.*

* veſtro.

Hucuſque epiſtola Conſtantini ad Saporem Regem Perſarum. Meminit hujus etiam Sozomenus (*a*), ſed plane errare videtur, dum putat eam ſcriptam eſſe, poſtquam Sapores aggreſſus eſt Chriſtianos perſequi, cum nulla prorſus mentio in ea de perſecutione habeatur, quæ multos ab hinc annos cœpta eſt ſub Conſtantio Imperatore.

(*a*) Sozom. lib. 2. c. 14.

CCXII. De propagatione autem Chriſtianæ fidei ad Perſas, Armenos, aliaſque finitimas gentes, hæc idem Sozomenus ait (*b*): *Deinceps autem religio Chriſtiana ad gentes finitimas permanavit, & in multos diffuſa eſt. Armenos autem jam antea ſe ad fidem Chriſti recepiſſe, accepi. Nam fertur, Tyridatem, qui tunc huic genti præerat, admirabili quadam & divina viſione, quæ circa illius ædes forte apparuerat, non modo ad Chriſtianam religionem vocatum eſſe, verum etiam edicto omnibus ſubjectis imperaſſe, ut fidei Chriſti ſe addicerent: poſtea vero ad vicinas gentes eadem pervaſit religio, & ad multos vagata eſt. Quod ad Perſas ſpectat; ex illis etiam initio Chriſtianos arbitror factos fuiſſe nonnullos, qui propter conſue-*

(*b*) Sozom. lib. 2. c. 7.

Fidei Chriſtianæ propagatio.

PAGIUS ſtianis & Palatinis, dicta L. 2. Non recruduere itaque ii Ludi Romæ poſt *Conſtantinum*, neque ante *Honorium* aliquis ex Imperatoribus Gladiatorios Ludos Romæ Legibus vetuit, ut ex infra dicendis conſtabit.

LI. *Euſebii Chronicon.* Ad num. CCXIII. & ſeqq. *Euſebium*, Chronicon ſuum uſque ad præſentem annum, cum exceptione Vicennalium, quæ Hieronymi additamentum videntur, perduxiſſe, non videtur dubitandum. Quin & illud præſenti anno publicaſſe exiſtimo, ut anno ſequenti videbimus. Porro quia Baronius non obſervarat, Euſebium & Hieronymum in Chronicis annum a Kalendis Octobris more Syrorum & maxime Cæſarienſium qui menſes Julianos uſu communi & vulgari adhibebant, inchoare, & dignoſci non poſſit, quo Chriſti anno res ab utroque narratæ contigerint, niſi ad annum Abrahami, quem uſurpant, reſpi-

Digitized by Google

ſuetudinem quam habebant cum Oſroenis & Armenis, in colloquium (ut veriſimile eſt) cum divinis viris, qui ibi erant, venerant, & virtutis eorum periculum fecerant. Hæc Sozomenus. At de Tyridate, & Chriſtianis Majoris Armeniæ a nobis ſuperius actum eſt: Perſas vero complures longe ante hæc tempora accepiſſe Evangelium, quæ de Perſis martyribus ſecundo tomo dicta ſunt, fidem faciunt. Quamobrem Iberorum converſionem per Chriſtianam fœminam factam, quam ante hæc idem auctor recenſet, poſtea contigiſſe, ſuo loco dicemus.

CCXIII. De chronico Euſebii ac Hieronymi.

At demum ad hujus anni res geſtas coronidem apponamus, quæ ad exactam explorandam temporum rationem plurimum confert. Euſebius, qui hiſtoriarum libros uſque ad Licinium extinctum perduxit, Chronicon in hunc annum Conſtantini vigeſimum propagavit, cui Sanctus Hieronymus (ut ipſemet teſtatur *a*) appendicem addidit uſque ad Conſulatum Valentis ſextum, & Valentiniani iterum. Sic enim habent Chronica recte diſpoſita veluti baſes quædam, & fundamenta; ſuper quæ univerſa conſtruendæ hiſtoriæ moles conſurgat: quamobrem quæ reperimus in eis interdum nutantia & infirma, ſolidioribus ac firmioribus curavimus ſuffulciri repagulis. Fuit in his ſane nobis magnopere inſudandum, quod Hieronymi lucubrationes, librariorum negligentia, non in omnibus integræ atque ſinceræ, ut ab ipſo elaboratæ, nobis ſunt redditæ: ut qui iſta exactius non conſideret, ei plane accidat (quod ipſe ait, cum præfatur in Euſebii Chronicon) ut vitia librariorum ad auctorem facile referantur. Ne igitur tum Euſebius, tum Hieronymus hanc injuſte calumniam patiantur, neque nos temeritatis leviter arguamur, cum interdum diverſam ab ea, quæ in eorum Chronico habetur, ineamus temporis rationem; hic quadam veluti neceſſitate compulſi, repetere cogimur, quæ idem ipſe Hieronymus in Euſebii Chronicon inter multa alia, quæ ad hanc tantum rem ſpectant, præfatus eſt; ſic enim ait:

(*a*) Hieron. in præfat. ad Euſebii chronicon.

CCXIV. Mira diligentia S. Hieronymi in EuſebiiChronico adhibita.

Ut autem manifeſto cognoſcatur indicio, ad quem numerum hiſtoria quæque pertineat, has diſtinctiones poſitas lector advertat.

Ut ſi ad primum numerum regni primitus adnotati hiſtoria referenda eſt, primam litteram in explicatione hiſtoriæ contempletur; & ſi quidem eam ex minio viderit; illi tempori applicandam vel anno ſciat, quem ſuggeſſerit numerus ſimiliter eodem minio figuratus.

Si vero numerum non puro minio, ſed mixto nigro notatum eſſe perviderit; ſecundæ lineæ numero debetur hiſtoria.

Si autem tertio numerorum ordini applicandum eſt, quod fuerit adſcriptum; medium puro minio numerum, & partem reliquam ex ſolo nigro expreſſam conſpicabitur.

Quarta numeri linea nihil habebit ex minio, ſed indicio erit, quod ſibi hiſtoria debeatur cum minio facta littera in principio enodationis hiſtoriæ, quæ etiam ſuperioribus ſignis ſubdenda eſt; nihilo minus apparebit nullo ſuperius memoratorum in numeris reſpondere.

Sin vero non minio, ſed mixtim nigro rubroque littera fuerit expreſſa; refulgens ex rubro numerus in quinta numerorum lineam poterit adverti; & ita ſexta linea numeri ut ſecunda, ſeptima ut tertia deſignabitur, octava quoque ut quarta, apparente littera bicolori.

Cum vero nec innumeris, nec in explicatione hiſtoriæ ullum illorum, quæ prædiximus, ſignorum fuerit; non linea quod adnotatum fuerit vendicabit. Non tamen omnia hujuſmodi requirenda ſunt neceſſario, cum minor eſt numerus linearum.

Unde propemodum puto, ut, prout quoque ſcripta ſunt, etiam colorum diverſitates ſerventur; ne quis irrationabili exiſtimet voluptate oculis tantum rem eſſe quæſitam; & dum ſcribendi tædium fugit, labyrinthum erroris intexat. Id enim elucubratum eſt, ut regnorum tramites, qui per viciniatem nimiam pene mixti erant, diſtinctione minii ſepararentur, & eumdem coloris locum, quem prior membrana ſignaverat, ex adverſo poſiti numeri retinerent, vel etiam poſterior ſcriptura ſervaret. Hæc ipſe: ac plane accidit, quod antea dixerat, ut pene difficilius eſſet legendi ordinem diſcere, quam ad lectionis notitiam pervenire.

CCXV. Euſebii Chronicon corruptum.

Quam vero diverſum ab his ſit Euſebii ac Hieronymi Chronicon, quod habetur typis excuſum, vel ſcriptum in antiquis codicibus, nemo non videt: ut plane appareat, librarios pertæſos ejuſmodi linearum, & litterarum diſtinctionum, & colorum varietates, in aliam ac plane diverſam redegiſſe formam, Euſebii atque Hieronymi Chronicon, multa (ut puto) ex eodem ſubducentes: nam ſi nonnulla quæ extant, fuerant ordine temporum diſponenda; cur adeo fuit Hieronymo laborandum, ut tot litterarum, linearum,

&

PAGIUS

reſpiciatur, nihil certi quoad Chronologiam ex utroque deducere ſolet, quia ſcilicet præterquam quod annum ab autumno in utroque Chronico uſurpari non animadvertit, ad ſolos annos Imperatorum in margine notatos, non vero ad Epocham Abrahamiticam animum advertit. Baronium alii paſſim ſecuti ſunt: qui mos abjiciendus, ut certo nobis conſtare poſſit, quibus annis uterque geſta a ſe narrata conſignarit. Cæterum, magnam a Literatis gratiam is iniret, qui novam Chronici Euſebiani editionem adornaret, illudque cum variis antiquis exemplaribus MSS. quæ adhuc Pariſiis, alibique ſuperſunt, conferret, additis in margine Periodi noſtræ annis;

cum

& colorum adhibitis differentiis, lectorem inutiliter fatigaret? cum tamen ea omnia adeo neceſſaria fuiſſe teſtetur, ut librarius ſi tædio victus aliquid prætermiſerit, intexeret non tam Chronicon, quam (ut ait) labyrinthum erroris. Quamobrem ob paulo prolixiorem rerum geſtarum narrationem, quam ſimplex Chronicon poſtulat, ejuſmodi opus Euſebii idem Hieronymus in exordio ſuæ appendicis, Hiſtoriam nominat, cum ait: *Hucuſque hiſtoriam ſcribit Euſebius Pamphili martyris contubernalis, cui nos iſta ſubjecimus.* De Chronico enim hæc ipſum loqui, non autem de libris decem Hiſtoriæ, certum eſt, cum illi Licinii exitu terminentur. Nominat etiam alibi idem Hieronymus ejuſmodi opus, Hiſtoriam, diſtinctam plane a decem libris illis, quibus indidit titulum, *Hiſtoria Eccleſiaſtica*; nam ſic ait (a), dum ejuſdem Euſebii lucubrationes recenſet poſt alias: *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libri decem, Chronicorum canonum omnimoda hiſtoria, & eorum ἐπιτομή.* Hæc ipſe: cujus labores non in Epitome, ſed in Chronicorum hiſtoria adhibitos eſſe, ex iis quæ nuper recitavimus ex ipſius præfatione, ſatis expreſſe intelligi poteſt, atque pariter cognoſci, Chronicon quod extat, non eſſe illam ab Euſebio confectam Epitomen, ſed Chronicon hiſtoriæ mutilatum. At minime recens Euſebii Chronicon ejuſmodi vulnus accepit, quod librariorum negligentia decurtatum conqueritur S. Auguſtinus (b). Qui igitur Euſebii, & Hieronymi Chronicon ſic decurtavit, & in aliam formam temere commutavit, cum ipſos auctores in erroris ſæpe culpam adduxit, tum nobis de his differendis, arguendis erroribus, iiſdemque confutandis, atque emendandis, & reſtituendis plane incredibiles labores peperit. Hinc & in eodem opere inter alia in annis Chriſti inconſtantia orta eſt, dum quos ad rectæ chronographiæ ordinem diſpoſitos eſſe ſuperius demonſtravimus, poſtea a juſta linea effluere videas, & enormiter aberrare: nam & præſens annus, qui eſt Conſtantini vigeſimus anno Domini trecenteſimo vigeſimoquinto conſignatus, apud Euſebii Chronicon annotatur anno Domini trecenteſimo atque trigeſimo; qui quidem error ſi non corrigatur, alios pariat, & immenſas gignat difficultates.

(a) Hier. de Scrip. Eccl. in Euſeb.

(b) Aug. de Civit. Dei l. 18. c. 31.

Sed quæ partes fuerint S. Hieronymi in tradendo Latinitati Euſebii Chronicon, atque ſuum addendo, ipſummet audi, qui ait (c): *Sciendum etenim me eſſe, & interpretis, & ſcriptoris ex parte officio uſum; quia & Græca fideliſſime expreſſi, & nonnulla, quæ mihi intermiſſa videbantur, adjeci in Romana maxime hiſtoria, quam Euſebius hujus conditor libri non tam ignoraſſe, utpote eruditiſſimus, quam ut Græca ſcribens, parum ſuis neceſſarium perſtrinxiſſe, mihi videtur. Itaque a Nino, & Abraham uſque ad Trojæ captivitatem pura Græca tranſlatio eſt. A Troja uſque ad vigeſimum Conſtantini annum nunc addita, nunc mixta ſunt plurima, quæ de Tranquillo, & cæteris illuſtribus hiſtoricis curioſiſſime excerpſimus. A Conſtantini autem ſupradicto anno uſque ad Conſulatum Auguſtorum Valentis ſextum, & Valentiniani iterum, totum meum eſt. Quo fine contentus, reliquum tempus Gratiani & Theodoſii latioris hiſtoriæ ſtylo reſervavi, non quo de viventibus timuerim libere, & vere ſcribere (timor enim Dei hominum timorem expellit) ſed quoniam debacchantibus adhuc in terra noſtra barbaris, incerta ſunt omnia.* Hucuſque Hieronymus; ex quo quidem perſpicuum redditur, ipſum edidiſſe Chronicon Gratiani, & Theodoſii Imperatorum temporibus. At licet hujuſcemodi lucubrationis non fecerit mentionem in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, cum ſua in fine operis recenſet ſcripta; idem tamen ipſe in epiſtola ad Oceanum de optimo genere interpretandi ingenue profitetur, dum & dictæ præfationis ſuæ præpoſitæ Euſebii Chronico meminit, & ex ea aliqua recitat; nam ait (d): *Cum Euſebii Cæſarienſis χρονικὸν in Latinum verterem; tali inter cætera uſus ſum præfatione; Difficile eſt alienas lineas inſequentem,* &c. Citat in commentariis in Danielem idem Euſebii Chronicon a ſe tranſlatum (e). Hæc igitur de Euſebii, & Hieronymi Chronico diſſeruiſſe adſtrictos nos neceſſitate quadam oportuit, adverſus eos qui majorem nomini (minus re ipſa perſpecta) quam veritati tribuunt auctoritatem; ut & intelligat ex his lector, nobis immenſos ac plane incredibiles opus fuiſſe ſubire labores, ad res Eccleſiaſticæ hiſtoriæ per annos ſingulos ſcire, & congrue diſponendas. CCXVI.

(c) Hieron. in ead. præfatione.

Euſebii Chronicon a S. Hieron. auctum.

(d) Hieron. epiſt. 101.

(e) Hieron. in Daniel. c. 9.

Tre-

PAGIUS cum ea non tantum Eras mundanas Orientalium, ſed etiam Eram Chriſtianam, qua Latini utuntur, in minori numero, quando ad illam pervenitur, exhibeat, dummodo numeri ſeptem eidem addantur. Editio enim tam Pontacena, quam Scaligeriana valde imperfecta, ut Viris in Chronologia exercitatis notum.

JESU CHRISTI ANNUS 326.	SILVESTRI PAP. ANNUS 13.	CONSTANTINI IMP. ANNUS 21.

I. Mortuo Alexandro Athanaſius ſubrogatur.

TRecenteſimus vigeſimusſextus, qui ſequitur Chriſti annus, Conſulatu Conſtantini Aug. ſeptimo cum Collega Conſtantio Cæſare antiquis Faſtis adſcriptus habetur: quo anno moritur S. Alexander Epiſcopus Alexandrinus, & in locum ipſius Athanaſius ejuſdem Eccleſiæ diaconus ſubrogatur. Ætate longævum, & in aſſiduis laboribus vita perfunctum eum deceſſiſſe, Athanaſius verbis illis ipſe teſtatur, quibus ait (a): *Quod ſi res quoque noſtri temporis contemplandæ ſunt; noſtis quomodo B. Alexander uſque ad mortem contra hanc hæreſin depugnarit, & quot tribulationes quantoſque labores, quamquam jam ſenex, in decrepita ætate ſuſtinuerit; qui & ipſe ad Patres ſuos appoſitus eſt.* Quod autem ſpectat ad tempus obitus ejuſdem Alexandri; ut hoc potiſſimum anno eum contigiſſe dicamus, Athanaſiumque ſuffectum eſſe, Theodoreti teſtificatio perſuadet, ſic ſcribentis (b): *Cum Epiſcopus ille egregius Alexander, qui tam ſtrenue contra Arii blaſphemiam decertaverat, quinque menſes poſt Concilium Nicææ celebratum finem vivendi feciſſet, Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopatum capeſſit Athanaſius, &c.* Hæc Theodoretus, cujus exploratior fides redditur ex iis, quæ Athanaſius ipſe in Apologia ſecunda ſcribit de Synodo Nicæna, dum ait (c): *Cæterum ea in Synodo anathemate damnata eſt hæreſis Ariana, Arianique rejecti ſunt: Meletiani aliquo modo recepti ſunt (neque neceſſum eſt ut ejus rei cauſam dicam) nondum quinque menſes præterierant, cum B. Alexander mortem obiit.* Ita Athanaſius. At nec contrarium eſt, quod Epiphanius tradit (d), eodem anno, quo a Magna Synodo damnatus eſt Arius, deceſſiſſe e vita Alexandrum; nondum enim anni ſpatium fuerat evolutum, circuius ſcilicet duodecim menſium, cum id fieri contigit, licet anno ſequenti a Nicæno Concilio, nempe ſub hujus anni Conſulibus id ponatur.

(a) *Athan. orat. 1. contra Arian.*

(b) *Theod. l. 1. c. 26.*

(c) *Athan. Apol. 2.*

(d) *Epiphan. hæreſi 69.*

II. Electio Athanaſii quomodo ſe habuit.

His hunc in modum de tempore obitus Alexandri, & ſubrogatione Athanaſii ſtabilitis, quomodo ejuſmodi electionem fieri obtigerit (quod diverſæ hac de re inveniantur ſcriptæ ſententiæ) accurate eſt perquirendum. Primum omnium Sozomenus, non aliunde, puto, quam ex Arianorum calumniis, atque officina Sabini, de electione Athanaſii hujuſmodi hiſtoriam recitat (e): *Ariani* (inquit) *dicunt, quod Alexandro mortuo, quinquagintaquatuor Epiſcopi, qui partibus Alexandri & Meletii favebant, ex Thebaide, & Ægypto in unum coacti, communicarunt inter ſe de Epiſcopo creando; & dato jurejurando, communibus ſuffragiis conſenſerunt de uno eligendo, qui Eccleſiæ Alexandrinæ gubernacula ſuſciperet: ſed ſeptem eorum, violato jurejurando, contra omnium voluntatem, clam Athanaſium Epiſcopum ordinaſſe; & propter eam cauſam multos tum ex populo, tum ex clericis Ægypti, ejus vitaſſe communionem.* Iſtæc cum Ariani dicerent, deque his ſcriberent ad Imperatorem; Synodus Alexandriæ celebrata ab omnibus Ægypti, Libiæ, Thebaidis, atque Pentapoleos Epiſcopis, ejuſmodi apertiſſime calumniam refellens, ita de Athanaſii electione Encyclica epiſtola inter alia conſcripſit (f):

(e) *Sozomen. l. 2. c. 16.*

(f) *Apud Athan. Apol. 2. circa principium.*

III. *Aiunt igitur poſt obitum Epiſcopi Alexandri, cum pauciſſimi eſſent, qui Athana-*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5819.

SÆC. IV. Anno Urbis 1079. Olymp. 276. an. 2. A. C. 326.

☉ 27. B. ☽ 4. P. 3. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 326.

SILVESTRI PAPÆ 13.

CONSTANTINI IMP. 21.

I. *Conſules.*

[1] ANNO I. ad XVI. Coſſ. *Conſtantinus Aug. VII.* & *Conſtantius Cæſar*, non vero *Conſtantinus Cæſar*, ut perperam Baronius, aliique quidam, quos in Diſſertatione Hypatica refelli. Uterque etiam Conſul in Faſtis Græcis Theonis nuper a Dodwello Viro clariſſimo publicatis hoc modo legitur: Κωνσταντῖνος τὸ ζ, καὶ Κωνστάντιος τὸ α, id eſt, *Conſtantinus VII. & Conſtantius I.* cum tamen Conſtantini Cæſaris quartus hic Conſulatus fuiſſet.

II. *Vicennalia Romana Conſtantini M.*

Conſtantii Conſulatus juxta primam regulam, ut anno ſuperiori numer. XLIX. oſtendi; *Conſtantini* vero juxta ſecundam ob Vicennalia nempe Auguſtei Imperii hoc anno Romæ celebrata. Falſa eſt enim vulgaris opinio, quæ docet, Conſtan-

---

NOTÆ [1] COſſ. *Conſtantinus Aug. VII. & Conſtantius Cæſar.* Vetus lapis apud Gruterum pag. CLIX.

D. N. IMP. CAES.
CONSTANTINO. P. F.
VICTORI. AUG. PONT.
MAXIMO. TRIBUN.
POTESTAT. XXIII. IMP.
XXII. COS. VII.

Item pag. CCLXXXIII.
Vulgati Faſti: *Conſtantino VII. & Conſtantio.*

Diluitur calumnia ab Arianis illata.

naſi mentionem facerent, ſex aut ſeptem Epiſcopos clanculum, & in loco obſcuro eum in Præſulem elegiſſe; hæc eadem illi, quibus nullum mendaciorum genus reformidandum videtur, Imperatoribus ſcripſere. Nos autem contra cum tota civitate, & univerſa provincia teſtamur, omnem multitudinem, populumque Catholicæ Eccleſiæ in unum coactum, quaſi in ſpeciem unius corporis, & animæ, clamoribus vociferationibuſque poſtulaſſe Athanaſium Eccleſiæ Epiſcopum dari, idque publicis votis a Chriſto expetiiſſe, atque ut faceremus, per multos dies, & noctes jurejurando obteſtatos fuiſſe, cum interea nec ipſi ab Eccleſia diſcederent, neque nobis diſcedendi facultatem permitterent. Hoc noſtrum totiuſque civitatis, & univerſæ provinciæ teſtimonium, nec mali quicquam de eo, quod ab illis fit pronunciamus; ſed optima quæque prædicamus, bonum illum eſſe religioſum, Chriſtianum, devotarium, & vere Epiſcopum. Porro quod noſtrum plerique ſub omnium oculis exclamationibuſque Athanaſium Epiſcopum crearint, nos ipſos teſtes offerimus; quibus, ut creationis auctoribus, major quam iſtis, qui tunc aberant, & nunc mentiuntur, fides haberi debet. Et poſt multa: *Fingunt fuiſſe* (ſcilicet in Athanaſii introitu) *ſeditiones, luctus, populorumque lamentationes, indigne ferentium illius creationem. Nihil ibi tale contigit, ſed potius omnia contraria, gaudia ſcilicet, animorumque alacritates, & populorum deſiderio videndi hominis accurſus, ubique per Eccleſias lætitiæ, & gratulationes ad Dominum*. In hunc modum Epiſcopi ex Concilio Alexandrino.

IV. Hæc cum Synodus Generalis dicta ampliſſime teſtata ſit; neſcio unde acceperit Epiphanius, ſubrogatum fuiſſe in locum Alexandri a Meletianis Theonam, eumque poſt tres menſes vita functum; ait enim (a): *Mortuus eſt autem Alexander Epiſcopus Alexandriæ poſt Synodum Nicænam: non aderat autem Athanaſius poſt Alexandri mortem; erat enim diaconus illo tempore ſub Alexandro, & miſſus fuerat ab ipſo ad Comitatum. Cum autem Alexander præcepiſſet, nullum præficiendum eſſe niſi Athanaſium, velut ipſe, & qui de regula erant, ac tota Eccleſia confitebantur: qui Meletium Ægypti Epiſcopum ſequebantur, arrepta occaſione, Epiſcopo Alexandriæ non præſente (nunquam enim Alexandria duos Epiſcopos habuit velut aliæ urbes) conſtituerunt pro Alexandro Theonam quemdam nomine, qui menſibus tribus peractis mortuus eſt. Et non longe poſt acceſſit Athanaſius, poſt Theonæ obitum, & undiquaque congregatus eſt Orthodoxorum conventus, & ſic ejus inſtitutio facta eſt, & traditus eſt ipſi thronus digno, & cui præparatus erat juxta Dei voluntatem, & juxta beati Alexandri teſtimonium ac præcepta.* Alibi autem alia addit (b); nempe poſt Alexandri obitum, cum Theonas a Meletianis creatus eſſet, ab Orthodoxis fuiſſe ſuffectum Achillam, quod Athanaſius non adeſſet; nam mos in illa Eccleſia erat, non cunctari poſt obitum Epiſcopi ſucceſſoris electionem; ne ſcilicet contentiones in populo fierent, eo quod factioſiſſima gens ſit, & ad capeſſenda atque fovenda diverſorum ſtudia valde propenſa. Ne igitur turbæ exorirentur, neve ſchiſmaticus electus a Meletianis ſedem invaderet, juſſum eſſe ſedere Achillam; ipſum vero poſt menſes tres, Athanaſio adveniente, illi thronum ceſſiſſe.

(a) Epiphan. hæreſ. 68.

De Alexandro error corrigitur.

(b) Epiphan. hæreſ. 69.

V. Quæ autem contigerint de facta divinitus Athanaſii in Epiſcopum electione, per præcedentes more Apoſtolico prophetias oſtenſa, Sozomenus ex Apollinario narrat, cum ait (c): *Eodem tempore Alexander Epiſcopus Alexandrinus, cum jam de vita diſceſſurus eſſet, ſuum in Epiſcopatu ſucceſſorem Athanaſium reliquit, divina quadam impulſione, mea quidem ſententia, ad ei ſuffragandum inductus. Siquidem ferunt, illum, cum conatus eſſet aufugere, invitum ab Alexandro ad Epiſcopatum illum capeſſendum compulſum fuiſſe. Cujus rei teſtis eſt Apollinarius Sy-*

Electio Athanaſii præcognita.

(c) Sozomen. l. 2. c. 16.

PAGIUS ſtantini Magni Vicennalia anno præcedenti Nicææ exhibita, currenti Romæ repetita fuiſſe. Ut enim in Diſſertatione Hypatica oſtendi, nullus ex Cæſaribus aut ex Imperatoribus Decennalia aut Vicennalia ſemel edita iterum repræſentavit. Quod ſi id a Conſtantino Magno factum eſſet, non dubium, quin multi hac in re eum imitati eſſent; & tamen nullum ſimilis repetitionis in tota Antiquitate veſtigium extat. Numiſmata, quæ apud Cangium V. C. in Familiis Byzantinis extant, in quibus hic Imperator cum Conſulari habitu viſitur, Votaque Vicennalia exprimuntur, hoc anno cuſa; ea vero, in quibus ſine illo ſculpitur, ad Vicennalia Nicomedienſia, referenda.

III. Obiit ſanctus *Alexander* Epiſcopus Alexandrinus *die XXII. Bermuda, die Lunæ*, inquit Auctor Hiſtoriæ Patriarcharum Cophtitarum, qui Baronii tempore non extabat, id eſt, die decima ſeptima menſis Aprilis, [1] qui hoc anno cum feria ſecunda concurrebat, feſtum tamen ejus di-

Athanaſius fit Epiſcopus Alexandriæ.

NOTÆ [1] Obiter hic adnoto diem 17. Aprilis hoc anno non quidem in feriam ſecundam ſed in Dominicam inciſiſſe, qua die ex auctoritate Chronici Orientalis Alexander minime obiit; quod & ante me animadvertit P. Sollerius in Hiſtoria Chronologica Patriarcharum Alexandrinorum præfixa tomo 5. Junii.

Syrus, qui ſic ſcribit: Neque poſtea a bello deſtitere impii; ſed uti in initio adverſus beatum hujus viri magiſtrum arma ſumpſerant, & ipſe non aliter atque filius patri, ei advocatus aderat; ita poſt in hunc ipſum, ut primum in Epiſcopatum ſucceſſerat, impetum fecere. Qui tametſi aufugerat, ne in illo gradu locaretur; divinitus tamen denuo repertus eſt; quandoquidem divinitus quibuſdam indiciis præſignificatum fuerat beato illi viro, qui Epiſcopatum adminiſtraverat, non alium quam hunc ei ſucceſſorem fore. Nam cum ex hac vita vocaretur, eſſetque jam morti vicinus; Athanaſium, qui neutiquam aderat, nominatim appellat. Atque ubi ejus gentilis, qui forte aderat, cum nomen illud audiret, reſpondiſſet; obticuit ille, quaſi eum non vocaſſet. Rurſum vocat Athanaſium; & quia hoc ſæpius feciſſet; ille alter Athanaſius qui aderat, deinceps ſilentio uſus eſt; ſiquidem ille qui aberat, ſignificabatur. Quod etiam beatus ipſe Alexander more Prophetæ aperte indicavit, cum diceret: Athanaſi, putas te poſſe effugere? non tamen effugies. Quibus verbis oſtendit, eum ad certamen vocatum eſſe. Hæc de Athanaſio ſcribit Apollinarius. Captaſſe viſus eſt Athanaſius eundi ad Comitatum occaſionem, cum jam Alexander ſenio & morbo gravatus, crederetur e vita proxime migraturus; quem abſentem & quaſi fuga lapſum idem Alexander moriens interpellarat. Rediens autem omnium conſenſu, legitime riteque, magno univerſorum deſiderio & expectatione, creatus eſt Epiſcopus Alexandrinæ civitatis; de cujus electione hæc Gregorius Nazianzenus (a): *Sic igitur atque eas ob cauſas, totius populi ſuffragiis, non autem ſecundum perverſum exemplum, quod poſtea inolevit, neque per vim ac cædem, ſed apoſtolice & ſpiritualiter in Marci thronum evehitur, non minus pietatis, quam primariæ ſedis ſucceſſor.* Primariam ſedem vocat Eccleſiam Alexandrinam, quod primatum haberet omnium quæ ſunt recenſitæ ſuperius, provinciarum.

(a) Greg. Nazianz. orat. in laud. Athanaſ.

VI. Labores Athanaſii.

Sic igitur creatus Epiſcopus Alexandrinus, ſedit annos quadragintaquinque; pervenit namque (quod tradit Socrates b) uſque ad Conſulatum Gratiani ſecundum, & Probi: *Cujus quidem* (inquit Ruffinus c) *tanti in Eccleſia pro fidei integritate agones fuerunt, ut etiam de hoc videatur dictum eſſe quod ſcriptum eſt (d): Ego enim oſtendam ei, quanta eum pati oporteat pro nomine meo. In hujus etenim perſecutiones univerſus conjuratus Orbis, & commoti ſunt Principes terræ: gentes, regna, exercitus coierant adverſus eum. Ille autem divinum illud conſervabat eloquium, dicens (e): Si conſiſtant adverſus me caſtra, non timebit cor meum, &c.* At non tantum ſimulac Athanaſius creatus eſt Epiſcopus Alexandrinus, ab Arianis eſt certaminibus appetitus; ſed jam antea, vivente Alexandro, cui veluti Jonathæ armiger accedebat, acerbiſſima illorum in ſe concitata odia & ſimultates expertus eſt. Teſtantur id quidem Ægypti omnes Epiſcopi in dicta Synodali epiſtola circulari, quam ſcripſerunt ex Concilio Alexandrino, cum inter alia multa de Athanaſio hæc habent (f):

(b) Socrat. l. 4. c. 26.

(c) Ruffin. l. 1. c. 14.

(d) Act. 9.

(e) Pſal. 26.

(f) Apud Athan. Apolog. 2.

Ann. Eccl. Tom. IV. X 2 Cum

PAGIUS

Baron. n. 2. & ſeqq.

die XXVI. Aprilis, quo Henſchenius ejus elogium hiſtoricum exhibet, celebratur; ſive quia eo die ordinatus fuerat, ſive ob aliquam ejus Tranſlationem. Divus Athanaſius Alexandri ſucceſſor in Apologia ſecunda, & Theodoretus in lib. I. cap. 26. tradere videntur, eum mortuum eſſe poſt menſes quinque a Concilio Nicæno abſoluto. Sed ſignantius tempus exprimit Auctor Libelli Synodici in Synodo Cæſarienſi, dum ait: *Alexandro Papa Alexandriæ, quinto poſt menſe, quam Nicæa domum reverſus eſſet, ad Dominum digreſſus, Athanaſius Præſulatum merito accepit.* Quo pacto Alexander in ſuam Eccleſiam initio hiemis pervenit, & die XVI. Aprilis defunctus eſt. Quæ Athanaſii laudati ſententia fuiſſe videtur. Hæc enim ejus verba; οὔπω δὲ πέντε μῆνες παρῆλθον, καὶ ὁ μὲν μακαρίτης ἀλέξανδρος τετελεύτηκεν, id eſt, *nondum quinque menſes* (ſcilicet ab adventu Alexandri in Eccleſiam ſuam) *præterierant, cum Alexander mortem obiit.* Quod eo magis dicendum, quod Divi Athanaſii ordinatio nonniſi ſub hujus anni finem peracta eſt; cum anno trecenteſimo ſeptuageſimo tertio die ſecunda menſis Maii ad Deum migrarit, &, ut teſtatur Cyrillus Alexandrinus, annos quadraginta ſex integros ſederit [1]. Quare non dubito, quin

NOTÆ [1] Pagium hic arguit, & merito quidem quantum capio, P. Sollerius, dum reputat S. Athanaſium ordinatum fuiſſe Epiſcopum in anni hujus exitu, die ſcilicet VI. Kal. Januarii, nec niſi per errorem huc uſque anticipatam fuiſſe hanc ordinationem ad priores anni hujus menſes, quibus deſiit Alexander. Nec enim excogitari poteſt ratio, quare tamdiu ordinatio novi Epiſcopi dilata fuerit. Nec valet, quam ex Sozomeno adducit Pagius, fuga Athanaſii; nam, ut recte idem Sollerius demonſtrat, Clerus Alexandrinus in Epiſtola ſua a Papebrochio in Vita S. Athanaſii n. 41. relata, aſſerit, quo tempore de ordinatione hac agebatur, nec *Epiſcopos ab Eccleſia diſceſſiſſe, neque Clero permiſiſſe diſcedendi facultatem.* Ex quo intelligimus neque Athanaſii fugam, neque de ordinatione ejus tractationem ad plures menſes protractam fuiſſe. Quod vero ait Pagius, S. Athanaſium die 2. Maii anni 373. poſt evolutos annos ſedis 46. integros ad Deum migraſſe, unde infert præſenti anno exeunte initiatum fuiſſe, id peræque dubium eſt & ambiguum ac ipſa ejus ordinatio.

Cum autem Arius, unde Ariomanitarum hæreſis conflata eſt, ab Eccleſia per Beatum Alexandrum Epiſcopum ejectus eſſet: Euſebiani diſcipuli pariter & ſocii impietatis, ſemetipſos ejectos eſſe arbitrantes, multis adhortationibus Alexandro ſcripſerunt, ne Arium extra Eccleſiam relinqueret. Alexandro autem, ob pietatem in Chriſtum, hominem impium non recipiente, in Athanaſium ejus diaconum iras converterunt; & quia eum aſſiduum eſſe apud Alexandrum, & in pretio haberi, curioſe animadverterent; & quia jam antea ejus pro Chriſto pietatem in Synodo Nicæna, ubi magna cum libertate contra Arianam hæreſin diſſeruerat, experti eſſent; in graviſſimum odium exarſerunt. Ubi autem Deus eum ad Epiſcopatum provexit; veterem jam olim malitiam refoventes, veriti illius Orthodoxam mentem, & in reſiſtendo contra impietatem robur, conſcientia vecordes, omnibus rationibus conjurationes in eum coquebant, princepſque hac in re Euſebius fuit conſcientiæ ſuæ furiis agitatus præceps, &c. Quibus autem certaminibus eum Ariani primo impetu appetiverint, ſuo loco dicemus.

VII. At quid inter hæc Meletiani, qui (ut vidimus) ſumma Patrum humanitate, pacis Eccleſiæ confovendæ cauſa, honeſtiſſimis conditionibus recepti fuerunt in Nicæno Concilio, Athanaſius narrat his verbis (a): *Nondum quinque menſes præterierant* (a Nicæno Concilio ſcilicet, in quo Meletiani recepti ſunt) *cum beatus Alexander mortem obiit: Meletiani autem, quos & quietos, & gratos eſſe oportuit, quod aliquo ſaltem modo recepti eſſent; more canum, non obliti vomitus ſui, rurſum Eccleſias perturbare cœperunt.* Sed quonam modo, Sozomenus ſic tradit (b): *Meletius Alexandro in Ægyptum reverſo ex Nicæno Concilio, Eccleſias, quas invaſerat, quæ occupaſſet, reddidit; ipſe in Lyco jam ætatem degit; tamen non multo poſt, cum erat e vita migraturus, Joannem unum ex familiaribus ſuis contra decretum Nicæni Concilii in ſuum locum ſuffecit; ſic-que Eccleſias denuo conturbandi auctor & cauſa extitit.* Ordinavit pariter Meletius contra decreta Nicæna Arſenium Epiſcopum Hypſelitarum, quibus ipſe Meletius (ut ait Athanaſius c) aliquando præfuit. Hæc quidem Meletio vivente: eo vero defuncto (hoc eodem, ut videtur, anno) Meletiani ſciſſam a Meletio rurſum Eccleſiæ pacem turpius lacerarunt; nam præter Theonæ ordinationem, cujus meminit Epiphanius, Athanaſio electo Epiſcopo Alexandrino, rebelles ac contumaces, omnia pro arbitrio voluntatis agentes, magnas iterum turbas excitarunt in Ægypto: quando Euſebius Nicomedienſis (ut Athanaſius inquit d) propugnator Arianæ hæreſeos, re cognita, ad illos litteras dat, magniſque promiſſis ſocietatem, & amicitiam clanculum iniit, ſibique ipſis rebus agendis tempus conſtituunt. Sed quænam juncti Meletianis Ariani in Athanaſium moliti ſint, dicemus inferius.

(a) Athan. Apolog. 2.

Meletii, & Meletianorum ſtudia cum Arianis.

(b) Sozomen. lib. 2. c. 20.

(c) Athan. Apolog. 2.

(d) Athan. ibid.

VIII Cum igitur ex his omnibus conſtet, coiſſe cum Arianis Meletianos poſt Meletii obitum & Alexandri; plane erroris arguuntur, qui antea hæc accidiſſe tradunt (e), nempe Meletianos tunc occaſione legationis, quam ad Conſtantinum Imperatorem ſuſceperant Nicomediam, ab ejus Civitatis Epiſcopo Euſebio perſuaſos mutuo inter ſe iniiſſe fœdus. Sic & Socrates (f) pariter hallucinatur dum ait, ante Nicænum Concilium eam inter Meletianos & Arianos initam concordiam; cum inſtar omnium habendus ſit Athanaſius, qui (ut vidimus) contrarium aſſerit.

Quando Ariani cum Meletianis conſpirarunt.

(e) Epiphan. hæreſi 68.

(f) Socrat. lib. 1. c. 3.

IX. Epiphanius Meletium ante Alexandrum mortuum eſſe tradit, qui ex Meletianorum fautore (ut ſuperius dictum eſt) mutuatus hiſtoriam, totam culpam converrens in Alexandrum, hæc ait (g): *Jam vero Beatus Alexander in Alexandria poſt obitum Meletii prædicti confeſſoris, zelo contra ſectam ac diſſidium Eccleſiæ aſſumpto, undique privatim inter communitatem habentes, & a Meletio relictos*

(g) Epiph. hæreſi 68.

Legatio Meletianorum ad Imp.

PAGIUS quia ea ordinatio *VI. Kalend. Januarii*, uti ad genuinum Bedæ Martyrologium additor in Manuſcripto Eccleſiæ Vaticanæ Sancti Petri, die videlicet XXVII. menſis Decembris, ſancto Joanni Evangeliſtæ ſacra, facta ſit, & huc uſque Sancti Athanaſii initium hujus anni principio perperam conſignatum fuerit, prætermiſſa vacatione Sedis per aliquot menſes, cujus cauſa fuiſſe videtur fuga Athanaſii.

IV. Nam ut ait Sozomenus lib. 2. cap. 17. *Etenim Athanaſius ipſe fugam paraviſſe dicitur, & per vim ab Alexandro coactus eſſe ut Sacerdotium ſuſciperet. Cujus rei teſtis eſt Apollinaris Syrus, ita dicens: Poſt hæc vero impietas bellum inferre non ceſſat. Sed primum contra beatum hujus viri* (Alexandri nempe) *doctorem armatur: & hic tanquam filius patri adjutor aderat. Deinde vero contra hunc ipſum, cum cum ad Epiſcopatus ſucceſ-ſionem venit, fuga quidem diu multumque uſus.* Quid manifeſtius? Vita Sancti Athanaſii, quæ lingua Gallica nuper ſcripta eſt ab Hermantio Doctore Sorbonico, & a Papebrocio in Tomo I. Sanctorum menſis Maii lingua Latina, ex variis a nobis in medium afferendis non parum illuſtrari poterit.

S. Athanaſius fugit Epiſcopatum.

V. Divus Epiphanius hæreſi LXVIII. ait, Epiſcoporum Synodum ad ordinandum *Athanaſium* congregatam fuiſſe, quod verum eſſe non dubito; cum Patriarchæ in Synodo Epiſcoporum ordinari ſoliti eſſent, & tamen in Collectionibus Conciliorum nulla hujus Synodi mentio. Poſt mortem Patriarchæ, ut notat Valeſius in Obſervat. Eccleſiaſt. ad Socratem & Sozomenum lib. 3. cap. 14. multi tam Metropolitani, quam Provinciales Epiſcopi ad Patriarchalem Eccleſiam conveniebant, tum funeris celebrandi, tum Patriar-

Patriarchæ in Synodis ordinari ſoliti.

lictos turbare videbatur, continereque ac cogere, ne ab una Eccleſia diſſentirent. Illi vero non volentes, turbam movebant, ac tumultus excitabant: & cum ſic premerentur ac continerentur a Beato Alexandro, aggrediuntur quidam ex ipſis principes ac primas ferentes tum in pietate, tum in vita, & proficiſcuntur ad Comitatum colloqui gratia, quo aſſequantur, ut & offerant, & communionem habeant privatim, & non impediantur. Erant autem Paphnutius quidam magnus vir anachoreta, & ipſe filius fœminæ quæ confeſſionem fecerat, immo etiam ipſe aliquo modo confeſſionem attigerat; & Joannes Epiſcopus ipſorum, vir & ipſe venerandiſſimus, & Callinicus in Peluſio Epiſcopus, & alii quidam qui hoc fecerunt; qui ſane profecti ac delati ad Regem repellebantur, ac rejiciebantur; qui enim in Palatio erant, audito Meletianorum nomine, & ignorantes quidnam eſſet tale, non permittebant ipſis colloqui Regi. Et in hoc contigit, ut Paphnutius, & Joannes, ac reliqui multum temporis tererent in partibus Conſtantinopolis & Nicomediæ. Tunc vero in amicitiam veniunt cum Euſebio Nicomediæ Epiſcopo, & cauſam ſuam ad ipſum deferunt. Noverant enim ipſum dicendi libertatem apud Regem Conſtantinum habere; rogantque ipſum, ut Regi per ipſum noti fiant. Hic vero poſtquam promiſiſſet, ſed ad Regem delaturum eſſe ipſos, & negotium quod petierant, curaturum; petit viciſſim ab ipſis hanc petitionem, ut ſuſcipiant Arium ſecum in ſocietatem, nimirum qui ſimulate, & per ironiam pœnitentiam egerat. Hi vero pollicentur, ſe ſuſcepturos eſſe ipſum. Atque hinc defert ipſos Euſebius ad Regem & cauſam ipſorum Regi exponit: & conceditur Meletianis, ut ex eo tempore per ſe communitatem habeant, & a nullis impediantur. Atque utinam iidem Meletiani, qui ſummam juſtitiam veritatis demonſtrabant, cum lapſis poſt actam pœnitentiam communionem habuiſſent potius, quam cum Ario & ſectatoribus ejus: contigit enim ipſis juxta hoc proverbium: Fugientes fumum, in ignem inciderunt. Neque enim Arius potuiſſet habere ſtatum, & dicendi libertatem, niſi per hujuſmodi occaſionem: quæ mala conjunctio contigit ipſis uſque in hanc diem: permixti enim ſunt hi, qui quondam pure degebant, & ſumme juſti erant, ac fide Meletiani cum Arii diſcipulis, & plerique jam imitati ſunt mala Arii a fide emoti in his temporibus: quidam vero, etiamſi manſerint in vera fide, non tamen alieni ſunt a cœnoſis ſordibus propter ſocietatem cum Ario & Arianis. Huc uſque Epiphanius de conjunctione Meletianorum cum Arianis.

X. Hiſtoria de Meletianis ſubdola.

Meminiſſe debet lector, quod ſuperius perſpicue demonſtravimus, S. Epiphanium hiſtoriam de Meletio, & Meletianis a parum fideli auctore ſumpſiſſe, qui cum illi, tum ipſis magnopere faveat; homineſque tempore perſecutionis fidei deſertores, obſtinatoſque ſchiſmaticos nimis laudet, & indignis eos titulis prædicet. Sed & intolerabilis plane eſt nota iſta, quam idem hanc hiſtoriam recenſendo inurit Conſtantino Imperatori, cum ait, ab illo iis fuiſſe conceſſum, ut ſeorſum ab Epiſcopo Alexandrino colligerent, agerentque Synaxes. Abſit ut tantus Imperator tam leviter voluerit abrogare, quæ de illis in ſacroſancto Concilio Niceno fuerant firmata decreta. Porro ab hac tanta calumnia ſuis ipſius litteris Conſtantinus, quibus, quo eſſet animo adverſus Meletianos poſtea ſcripſit ad Athanaſium, omnino purgatur, cum ait (a): De illis autem omni execratione dignis Meletianis, immanibus inquam, & nefariis hominibus, qui quaſi apoplexia icti ſtupent, & ſolummodo invidia, & æmulatione & tumultibus ad ſcelera motum habent, &c.

(a) Apud Athan. Apolog. 2.

XI. Conſtantini ſtudium pacis.

Sed & Euſebius auctor eſt (cum alloqui ob hæreſis Arianam poſſet eſſe ſuſpectus) in his controverſiis in Ægypto poſt Nicænum Concilium exortis & agitatis, Conſtantinum Imperatorem humanitus cum illis agentem, conatum eſſe ad concordiam

PAGIUS

triarchæ in mortui locum ſubſtituendi cauſa; quo & illius ſepultura, & hujus ordinatio eſſet illuſtrior. Ita Joannes Chryſoſtomus, ſic ante illum Nectarius, & reliqui fere poſt illum Epiſcopi Conſtantinopolitani in Synodo Epiſcoporum ordinati leguntur, ut videre eſt in Annalibus. Simul autem atque ordinati fuerant, Synodicas literas mittebant ad reliquos Patriarchas, quibus & ordinationem ſuam illis nuntiabant, & Fidei ſuæ formulam exponebant, poſcentes ut ab illis viciſſim literas pacificas ſeu communicatorias acciperent. Quin & Epiſcopus Romanus poſtquam ad Pontificatus apicem evectus fuerat, ejuſmodi literas ad reliquos Patriarchas Collegas ſuos mittere conſueverat, Fidem ſuam eis exponens, petenſque, ut eorum precibus & conſilio adjuvaretur. Hujuſmodi extat epiſtola Gregorii Papæ ſcripta eodem exemplo ad omnes Patriarchas, in libro primo ejus Epiſtolarum.

VI. Patriarchæ poſt ſuam ordinationem Synodicam ſuam mittebant.

Duæ ſimul mittebantur epiſtolæ Synodicæ. Nam & Epiſcopi, qui ad ordinationem novi Patriarchæ convenerant, Synodicam ſuo nomine ad omnes Patriarchas epiſtolam ſcribebant, quæ Patriarchæ recens ab ipſis ordinati præconium continebat; & is qui creatus fuerat Patriarcha, Synodicam ſuam ſeorſim mittebat ad reliquos Collegas ſuos. Cujus rei illuſtre exemplum habemus in Epiphanio Patriarcha Conſtantinopolitano. Nam cum Epiſcopi, a quibus ordinatus fuerat Patriarcha, Synodicam ſuam ſcripſiſſent ad Hormiſdam Papam, ipſo peculiarem Synodicam ad eundem Hormiſdam per Legatos ſuos direxit. Ac prior quidem ille proprie Synodica fuit, quippe quæ a Synodo ſcripta eſſet, & præfixa haberet nomina omnium Epiſcoporum, qui Synodo

diam revocare, ſtuduiſſeque in primis, ut Nicæna decreta in ſuo vigore ne robore permanerent: ſunt enim hæc verba (*a*): *Verum cum, abſoluto Nicæno Concilio, inter omnes pax eſſet conciliata, ſolos Ægyptios ſeditioſa contentio mutuo inter ipſos diſtraxit; ita ut Imperatori de integro nonnihil negotii faceſſerent illi quidem, ſed tamen bilem ei minime commoverent: quippe eos ut patres, immo vero ut Dei Prophetas omnino honorifice reverens, illos ſecundo accerſere dignatus eſt: ſe rurſus non invitum, tamquam arbitrum, eorum controverſiis interponere; illis iterum munera honorifice impertire; arbitrium ſuum, & ſententiam per epiſtolam ſignificare, & Concilii decreta ſuo ſigillo rata facere: hortari etiam ut concordiæ adhæreſcerent, ut non diſtraherent Eccleſiam, dirimerentque conſenſum, ſed divini judicii recordationem intima cogitatione complecterentur. Iſta per litteras Imperator illis ſignificavit. Alia item infinita his ſimilia ſcripſit; vixque dici poteſt, quot & quam multas epiſtolas exaravit, interdum Epiſcopis ea quæ ad Eccleſiarum Dei commodum ſpectabant præſcribendo, interdum etiam cum ipſa multitudine per litteras colloquendo, &, ut beatum decet, ſingulos e populo fratres & conſervos appellando.* Hucuſque Euſebius.

(a) Euſeb. Vita Conſt. lib. 3. c. 22. & 23.

XII. Legati Meletianorum quales.

Sed quod ſpectat ad tres illos Meletianorum inſigniores ab Epiphanio nominatos legatos, Joannem, Paphnutium, & Callinicum; erat Joannes qui in locum Meletii in Epiſcopatu ſubrogatus eſt, de quo ſupra ex Sozomeno (*b*), cujus & Athanaſius meminit (*c*), nominans eum hiſtrionem Arianorum, nempe ad fabulam de nece Arſenii ſimulata repræſentandam præcipuum ſimulatorem. Paphnutius vero teterrimus ille monachus, cujus extat epiſtola apud Athanaſium, qui & de fabricandis iiſdem in Athanaſium dolis cum illis una conniverat, longe alius fuit a Paphnutio illo Antonii Magni diſcipulo, quem ipſe Athanaſius ſummis laudibus celebrat (*d*); atque rurſum longiſſime diverſus ab illo Paphnutio, qui interfuit, & in omnibus egregie ſpectatus eſt in Nicæno Concilio. Sed & de Callinico ejus doli telæ textore idem quoque meminit Athanaſius (*e*). At hi ac reliqui omnes Meletiani, non novi atque recentes Eccleſiæ hoſtes, ſed (ut dictum eſt ex Synodo Alexandrina *f*) vetuſti jam olim a temporibus beati Petri, cui inſidias poſuerunt; & Achillæ ejus ſucceſſoris quem calumniati ſunt, & Alexandri, quem uſque ad tribunalia Cæſaris calumniis perſecuti ſunt: & poſtremo ita meditandis calumniis exercitati, Athanaſium invaſerunt, nihil alienum a ſua malitia facientes. Hæc ex Synodo Ægypti Epiſcopi.

(b) Sozom. lib. 2. c. 20.
(c) Athan. Apolog. 2.
(d) Athan. in Vit. Ant.
(e) Athan. Apolog. 2.
(f) Apud Athan. Apolog. 2.

XIII. Coitio Meletianorum cum Arianis.

Callide igitur atque vafre admodum Ariani (ut dictum eſt) ad invadendam rurſum Eccleſiam Meletianos ſibi conciliarunt, quos ante ſibi ob hæreſin experti eſſent infenſos; ſed & hi flagrantes odio vehementiſſimo in Athanaſium, cum inimicis fœdus inierunt, & in Eccleſiæ damnum Alexandrinæ eoſdem ſibi adſciverunt commilitones; de quibus hæc idem Athanaſius (*g*): *Qui* (nempe Ariani, & Meletiani) *cum ad ea inter ſe contentioſi eſſent, nunc ut Herodes & Pontius in blaſphemias adverſus Chriſtum conſentiunt. Quapropter merito quis eos exoſos habeat, quod cum de privatis rebus inter ſe ſimultates gerant, odio tamen inimicitiaque communi adverſus veritatem conſpirent, & in impietate adverſus Deum fœdera conglutinent, ſeſeque mutuo amplexentur, ſecuri quidvis facere & pati, modo id quod ſemel animo conceperint, tueantur. Meletiani quidem tum ambitione, ut rebus præſint, tum inſano avaritiæ ſtudio: Ariani vero ultro ſua ipſorum impietate incitantur, ut hujuſmodi conſpirationibus mutuo invicem animi ſui pravitatem promoveant. Et iſti quidem horum impietatis perſonam induunt; hi vero illorum malitiæ accedunt & adſtipulantur, ac in commune ſcelera ſua veluti Babylonis poculum commiſcentes, inſidias illis nectunt, qui recte pieque de Domino noſtro ſentiunt.* Et paulo poſt de Arianis, quod nihil præterea ex Meletianorum conjunctione intenderent; niſi ut hæreſim propagarent, docet his verbis: *Cæterum ex iis quæ nunc fecerunt, clara jam in reliquum tempus documenta data ſunt, eos non alia de cauſa tum contra nos, tum reliquos Orthodoxos Epiſcopos jam ab initio inſidias tendiſſe, niſi ut impietatis ſuæ hæreſin propagarent.* Hæc ipſe.

(g) Athan. orat. 1. cont. Arian.

XIV. Porro Meletianis ad Conſtantinum accedendi inde putatur oborta occaſio; quod

PAGIUS

Baron. anno 520.

nodo interfuerant, præterquam ipſius Epiphanii. Poſterior vero nonniſi improprie Synodica dici poteſt. Utraque harum epiſtolarum habetur in Annalibus.

VII. Miſſarum ſolemnia a Patriarchis ſimul celebrata.

Illud præterea ibidem Valeſius obſervat, Legatos Patriarcharum, qui Synodicas literas deferebant, una cum Patriarcha, ad quem miſſi fuerant, ad altare procedere, & Miſſarum ſolennia celebrare ſolitos eſſe, quod indicium erat mutuæ inter Patriarchas communionis. Cujus rei habemus teſtimonium Liberati Diaconi, qui in cap. 18. Breviarii, de Miſeno & Vitale Legaris Eccleſiæ Romanæ ad Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum ita ſcribit: *Itum eſt Conſtantinopolim. Et ſupradicti Epiſcopi in cuſtodiam ſunt redacti, chartis ſublatis, ne Catholicis, quibus ſcriptum fuerat, redderentur. Quos iterum Acacius poſt hæc de cuſtodia ejiciens, ſecum fecit procedere, ut quaſi confirmato Petri Sacerdotio dimitterentur;* ubi verbo *procedere* Liberatus intelligit

Athanaſius urget Meletianos. quod ſanctus Athanaſios, com Aleaandrinus Epiſcopus creatus eſt, ſollicitus pro cuſtodia Magnæ Synodi decretorum, quæ Meletius vivens ſolviſſet, Epiſcopum Joannem ſui ſucceſſorem ordinando; ut cæteros Meletianos rurſum ſchiſmate diviſos revocaret ad Eccleſiæ unitatem magnopere ſtuduiſſet, & legibus Eccleſiaſticis cos obtemperantes reddere compuliſſet: de eo enim hæc habet Epiphanius (a): *Cum igitur veniſſet Athaneſius, & confirmatus eſſet, qui circa fidem magnus zelotes erat, & pro Eccleſia nſficiebatur; cum jam congregationes & avulſiones undique fierent a Meletianis nominatis ob eam caaſam, quam in tractatione de Meletio ſupra declaravi; & vellet coniuntionem Eccleſiæ facere, conquerebatur, & minabatur, admonebatque ac nihil efficiebat, nemoque advertebat. Unde omnia contra ipſum commota ex ſuperexcellente de ipſo divinitus zelo facta ſunt atque coaſtracta*, &c.

(a) Epiph. hæreſ. 68.

XV. Hujus igitur rei cauſa cum Meletiani (ut dictum eſt) abiiſſent ad Conſtantinum expoſtulaturi adverſus Athanaſium, Euſebius & qui cum eo erant Ariani, oblatam ſibi optatam occaſionem arripientes, adverſus Athanaſium commovere Imperatorem conati ſunt: *Quare* (inquit Sozomenus b) *eum apud Conſtantinum ut ſeditionis, & tumultus in Eccleſia auctorem falſo inſimulant, & quod pleroſque in Eccleſiam ingredi cupientes prohiberet, cum liceret concordiam inter omnes conſtitui, ſi iſtud unum permitteretur. Quas criminationes contra eum confictas, multi Epiſcopi & clerici qui cum Joanne conſpirabant, quique continenter ferre ad Imperatorem accedebant, veras eſſe confirmavere; atque adeo dicerant, ſe Orthodoxos eſſe; & tum eum, tum Epiſcopos ſibi ſubjectos, cædis, vinculorum, plagarum, injuſte inflictarum, vulnerum & incendii Eccleſiarum accuſavere. Ubi vero Athanaſius etiam ſignificaſſet Imperatori iniquas Joannis & Epiſcoporum ſibi faventium ordinationes, & non ea ſolum, verum etiam innovationem decretorum Concilii Niceni, fidem corruptam, ſeditiones, & contumelias Orthodoxis impoſitas, criminis loco illis objectaſſet; Imperator deinceps non habebat cui crederet*, &c. Quæ autem ſubdit Sozomenus ſcripta a Conſtantino ad Athanaſium de recipiendo Ario & aliis in Eccleſiam, hæc poſtea contigerunt: egiſſe enim primo Conſtantinum blanditiis, ut Ægyptiacos ejuſmodi tumultus compeſceret, jam ex Euſebio ſuperius demonſtratum eſt. At de rebus Meletianorum & Arianorum, quæ pertinent ad hunc annum, hactenus: quas vero ſimul adverſus Athanaſium calumnias concinnariot, ſuo tempore dicturi ſumus.

(b) Sozom. lib. 2. c. 22.

Calumniæ delatæ ad Imp. in Athanaſium.

XVI. Quod autem ſpectat ad Conſtantinum, quos obſtinatos in ſchiſmate Meletianos eſſe cognoſceret, & hæreticos poſt Nicænum Concilium in hæreſi permanere; eos primum quos humanitas atque benignitas non curaſſet, privilegiis reliquis Chriſtianæ legis cultoribus conceſſis, hoc anno edita ſanctione, privavit, & aliis oneribus obligavit; quæ eſt ejuſmodi (c):

Conſtantinus quid in ſchiſmaticos, & hæreticos.

Privilegia, quæ contemplatione religionis indulta ſunt, Catholicæ tantum legis obſervatoribus prodeſſe oportet. Hæreticos autem atque ſchiſmaticos, non tantum ab his privilegiis alienos eſſe volumus, ſed etiam diverſis muneribus conſtringi & ſubjici. VI. Kal. Septemb. Generuſto, Conſtantino A. VII. & Conſtantio Coſſ. De Novatianis autem ad Baſſum hoc eodem anno hunc in modum reſcripſit (d):

(c) L. 1. de hæretic. C. Theod. & Juſtin. cod. tit.

(d) L. 2. Cod. eod.

XVII. *Novatianos non comperimus prædamnatos, ut iis, quæ petiverunt, crederemus minime largienda; itaque Eccleſiæ ſuæ domos & loca ſepulcris apta ſine inquietudine eos firmiter poſſidere præcipimus, ea ſcilicet, quæ ex diuturno tempore, vel ex empto habuerunt, vel qualibet quæſiverunt ratione: providendum erit ne quid ſibi uſurpare conentur ex iis quæ diſſidium ad Eccleſias, perpetuæ ſanctitatis pertinuiſſe manifeſtum eſt. Dat. Nono Kalend. Octobr. Spoleti, Conſtantino A. VII. & Conſtantio Coſſ.*

De Novatianis.

XVIII. At quid eſt, quod ait: *Novatianos non comperimus prædamnatos?* Numquid non Nicænum Concilium cum agit de Novatianis ad Eccleſiam Catholicam venire volentibus, demonſtrat eos extra Eccleſiam Catholicam poſitos? Sed fortaſſe dici potuit, eos connumerandos fuiſſe inter ſchiſmaticos, non autem inter hæreticos; quod de Chriſti perſona atque natura cum Catholicis recte ſentirent. Hæreſes enim a ſchiſmate S. Baſilius (e) ad Amphilochium ſcribens ſic diſtinguebat: *Schiſma eſt in pœnitentia aliter ſe gerere, quam qui ſunt Eccleſiæ: Hæreſis autem eſt ut Manichæorum, Valentinianorum, & Marcionitarum, & horum ipſorum Pepuzenorum.* Et S. Auguſtinus (f) hæreticos ait eſſe ab Eccleſia fide divulſos, ſchiſmaticos charitate ab eadem ſeparatos. At S. Ambroſius (g) nec fidem ſchiſmaticis tribuit. Cæterum quod ſpectat ad Novatianos, non tantum inve-

Hæretici a ſchiſmaticis diſtincti.

(e) Baſil. epiſt. canon. ad Amphilochium.

(f) Aug. de ſerm. Dom. in monte lib. 1. c. 9. & 24. quæſt. 1. c. ubi ſana.

(g) Ambroſ. orat. in funere Satyri fratris, & 24 q. 1. c. advocavit.

PAGIUS ligit Miſſarum ſolennia celebrare, ut liquet ex altero teſtimonio Gregorii Magni in epiſtola 31. lib. 6. ad Eulogium Alexandrinum, & Anaſtaſium Antiochenum Epiſcopos. Denique ipſi Patriarchæ, ſi forte in unum conveniſſent, Miſſarum ſolennia ſimul celebrabant. Sic, imperante Baſilio Porphyrogenito, *Agapius Archiepiſcopus Seleucia in Syria, factus Hieroſolymorum Patriarcha, cum Conſtantinopolim veniſſet, Miſſarum ſolennia celebravit una cum Patriarcha Conſtantinopolitano Nicolao, & cum ſacra Synodo*, ut legitur in libro 4. Juris Græco-Romani pag. 294. Plura hac de re Valeſius.

VIII. A num. XVI. ad XXX. Conſtantinus L. I. Codicis

invenimus numeratos inter ſchiſmaticos, ſed inter hæreticos recenſitos; quippe qui etſi de ſanctiſſima Trinitate recte ſentirent, in nonnullis tamen a ſinceris ſaniſque Eccleſiæ dogmatibus longius aberrarent, ut cum de eis ſuperius locuti fuimus ſecundo Annalium tomo plenius demonſtravimus. Quamobrem conſultius ſane idem Conſtantinus Imperator in alia prolixiore ſanctione, quam adverſus hæreticos edidit, primo loco Novatianos poſuit: recenſet eam Euſebius, hæc ante præfatus (a):

(a) Euſeb. Vit. Conſt. lib. 3. c. 61. 62.

XIX. *Poſtquam Eccleſiam Dei, ſublatis e medio diſcordiis, in tranquillo ſtatu Conſtantinus Imperator collocaverat; inde aliud impiorum hominum genus, tamquam latens venenum humanæ vitæ paratum, comprimendum cenſuit. Iſti corruptores quidem erant, qui honeſtatis ſpecie & ſimulatione Civitates labefactabant: eos vero pſeudoprophetas, & lupos rapaces Salvatoris vox divinitus vaticinando nuncupavit in hunc modum (b): Attendite a falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces; a fructibus eorum cognoſcetis eos. Edictum igitur Imperatoris, quod ad Provinciarum Præfectos miſſum fuit, univerſum illud hominum genus graviter inſectatum eſt. Et præter ipſum edictum Imperator etiam ſalutarem admonitionem illis ipſis propoſuit, hortatus admodum, ut mature reſipiſcerent. Nam aſſeruit, illos Eccleſiam Dei ſalutis portum habere, quo ſe reciperent. Attende ergo quo pacto cum illis per litteras ſermonem contulerit.*

Novatiani jure recenſiti inter hæreticos.

(b) Matth. 7.

XX. VICTOR CONSTANTINUS MAX. AUG. HÆRETICIS.

Conſtantini edictum adverſus Hæreticos.

Cognoſcita jam per legem hanc, quæ a me ſancita eſt, o Novatiani, Valentiniani, Marcionitæ, Pauliani, quique Cataphrygum nomen uſurpatis, & omnes omnino qui per conſpirationes a vobis conflatas, Hæreſes ac ſectas etiam atque etiam augare conamini; cognoſcite, inquam, quibus mendaciis veſtræ doctrinæ inanitas implicata teneatur, & quatenus peſtiferis quibuſdam venenis veſtra uſque eo inficiatur diſciplina, ut per eam integri ac valentes ad morbum, vivi autem ad ſempiternum interitum abſtrahantur. O veritatis inimici, hoſtes vitæ, internecionis auctores & conſiliarii: omnia apud vos veritati contraria, turpibus conſentientia maleficiis, ineptiis, & commentitiis fabulis exultantia, quibus certe mendacia ſtruitis, premitis inſontes, Fidelibus veritatis lucem denegatis. Nam falſa viſione, & ſpecie piatatis ſemper delinquentes, omnia contagione veſtra contaminatis, conſcientias integras & labe vacuas lethalibus plagis vulneratis; ipſum diem (pene dixerim) hominum oculis ademitis. At quid attinet ſingula perſequi, cum de veſtris flagitiis, ſicut eorum natura poſtulat, dicere, neque temporis anguſtia, nequa occupationes, quibus diſtricti ſumus, ſinant? Nam ſcelera veſtra adeo grandia, adeo immenſa ſunt, adeo etiam turpia, & omni crudelitate redundantia, ut dies integer ad ea explicanda non ſufficeret. Immo vero ab huiuſmodi rebus aures abducere, oculoſque avertere convenit, ne ſingulorum explanatione ſincera & incorrupta fidei noſtræ profeſſio commaculetur. Quid ergo? Patiemur ne ejuſmodi malorum contagionem longius ſerpere, præſertim cum longa dilatio faciat, ut ſani ac valentes ea tamquam peſtifero morbo inficiantur? Cur igitur non cum maxima celeritate ejuſmodi pravitatis (ut ita dicam) radices animadverſione, & pœna publica amputamus?

XXI. *Atque quo iſta veſtræ peſtis pernicies longius graſſari impediatur; per hanc legem mandamus, ne quis veſtrum poſthac conventus cogere audeat. Et propterea etiam jubemus, ut univerſæ ædes veſtræ, in quibus congreſſus illos celebrare conſueviſtis, penitus evertantur. Et hæc cautio eo vim ſuam porrigat, ut non modo non in publicis, ſed ne in privatis quidem ædificiis, aut in locis ullis ſeparatis hujus veſtræ ſuperſtitioſæ amentiæ factiones coeant. At vero, quod multo præſtabilius eſt, ſi qui veſtrum veræ, & ſinceræ religionis curam habeant, ad Catholicam Eccleſiam revertantur, & ejus ſanctitatis ſint*

Quid in hæreticos Conſtantinus.

PAGIUS

Hæretici excluſi a privilegiis Clero conceſſis.

dicis Theodoſiani *De Hæreticis* privilegia Clericis conceſſa ad Catholicos ſolos pertinere, non vero ad Hæreticos & Schiſmaticos declaravit; quæ Lex, ut recte conjecit Baronius, ſpectat ad *Arianos* & *Meletianos*, quod ipſa ratio temporum ſuadet; ſuperiore enim anno utrique in Concilio Nicæno damnati. Deinde conjunctio utrorumque, puta Hæreticorum & Schiſmaticorum, hic ſpectanda eſt. Nam Alexandro Epiſcopo Alexandrino mortuo, Meletiani Eccleſias rurſum turbare cœperunt, ut liquet ex Athanaſii Apologia 2. & Sozomeno lib. 2. cap. 20. & ab Euſebio Nicomedienſi illecti in ſocietatem cum Arianis coiere, de quo præter Athanaſium videndus Epiphanius hæreſi 68. quæ eſt Meletianorum. *Athanaſius*, qui ipſo anni currentis fine Alexandro ſoffectus fuerat, ob his apud Imperatorem Conſtantinum variis criminibus appetitus eſt, & Athanaſius viciſſim apud Imperatorem in Hæreticos & Schiſmaticos ſeſe extulit, ipſomet Imperatore pacis nequicquam auctore & ſuaſore, ut Euſebius in lib. 3. de Vita Conſtantioi ſcripſit. Hac Lege, loquit Gothofredus in ejus Commentario, aperte refutatur Arianorum & Meletianorum mendacium apud Epiphanium hæreſi 68. quod etiam tanto poſt reponit Philoſtorgius lib. 2. cap. I. qui ſparſere, *Conſtantinum* poſt Concilium Nicænum opinioni *Arii* jam faviſſe, Arianiſque & Meletianis conceſſiſſe uti ſeparatim in cœtum coirent. Quam calumniam alioquin reviocunt ipſæmet Conſtantini literæ apud Athanaſium Apologia 2. & Lex cita-

Digitized by Google

ſint participes, per quam poterunt ad veritatem pervenire; fraudulenta veſtræ perverſæ mentis aſtutia, hoc eſt, ſcelerata & perdita hæreticorum, & ſchiſmaticorum ſeditio, omnino ab hac proſpera temporum noſtrorum conditione ſejungatur. Noſtræ enim proſperæ ac beatæ vitæ rationi, qua Dei beneficio fruimur, eſt admodum conſentaneum, ut qui ætatem bona ſpe ſuſtentatam degant, ab omni vago & cæco errore ad rectam viam, a tenebris ad lucem, ab inſcitia ad veritatem, a morte denique ad ſalutem traducantur. Ac quo proviſio hæc in curandis erroribus robur & firmitatem ſibi neceſſariam aſſequatur; mandavimus (ut ſupra dictum eſt,) ut omnia ſuperſtitionis veſtræ loca, in quibus convenire ſolebatis, omnia dico hæreticorum templa (ſi modo templa appellare convenit) ſine recuſatione aut controverſia diruantur, & diruta abſque mora Catholicæ tradantur Eccleſiæ, reliqua loca publica Reipublicæ uſui addicantur; ne ulla in poſterum vobis conventus celebrandi relinquatur facultas. Sit igitur hoc ratum, ſtatutumque, ut poſt hunc diem nullo in loco, vel publico, vel privato nefarii veſtri conventus in unum coire audeant. Hucuſque Conſtantini Imperatoris edictum.

XXII. Dolus Euſebii. Sed miramur, quomodo inter recenſitos ſuperius hæreticos Ariani, quorum præcipua mentio habenda fuiſſet, utpote qui totum pene Orientalem orbem exagitaſſent, reperiantur omiſſi. Quocirca ſuſpecta redditur perfidia Euſebii, hominis Ariani, recenſentis edictum, potius quam revocari poſſit in dubium Conſtantini pietas. Quod ſi dolum malum abfuiſſe ab Euſebio quis velit; ad ejus excuſationem fortaſſe poſſet afferre, quæ tradit Sozomenus, dum ejuſmodi edicti viſus eſt meminiſſe, ſic dicens (a): *Dogma autem Arii, quamvis illud quidem per diſceptationes a pleriſque laboratum eſſet, nondum tamen peculiari alicui populo ſeparatim attributum eſt, aut nomine inventoris appellatum; ſed omnes ſimul conventus egerunt, & communicarunt inter ſe, exceptis ſolum Novatianis, Cataphrygis, Valentinianis, Marcioniſtis, Paulianis, & ſi qui alii alias jam inventas hæreſes conſectarentur. Nam contra iſtos omnes legem tulit Imperator, mandavitque, ut templa ipſis adimerentur, Eccleſiiſque adjungerentur; & neque in ædibus privatorum, neque in loco publico conventus haberent. Quinetiam illis expoſuit, quod præſtaret cum Eccleſia Catholica communicare, atque ad eam accedere hortatus eſt.* Sed haud poſſumus Sozomeno conſentire, dum ait nomen Arianum nondum inditum fuiſſe Arii ſectatoribus: nam ex mille pene locis ſuperius citatis liquet, ſtatim promulgata ab Ario hæreſi, ejus ſectatores nuncupatos eſſe Arianos. Quamobrem dolum malum in Euſebio ſupprimente in edicto nomen Arianum fuiſſe putamus. At poſt hæc addit Sozomenus.

(a) Sozom. lib. 2. c. 30.

XXIII. Hæretici compreſſi. *Hac lege promulgata, iſtarum ſectarum memoria magna ex parte deleta eſt. Nam dum ſuperiores regnarent Imperatores, omnes qui Chriſtum colebant, tametſi opinionibus diſſentirent, tamen eodem in numero ac loco habebantur a Gentilibus, & pari ratione torquebantur: nec poterant præ communibus calamitatibus curioſe inter ſe ipſi inquirere. Et propterea ſinguli ſeorſum per ſe facile in unum convenire, conventus agere, crebro in mutuum venire colloquium ſolebant: & licet eſſent numero pauci, non tamen disjuncti ſunt. At hac lege ſancita, hæretici, propter Epiſcopos, & clericos qui eos aſſidue obſervabant, facultatem minime habuerunt, vel palam, vel in occulto conventus peragendi. Qua de cauſa complures eorum admodum perterriti, ſe Eccleſiæ Catholicæ addixerunt. Alii autem, qui in eadem perſtabant ſententia; quoniam neque in unum convenire permiſſi erant, neque poterant ſine metu ſuæ opinionis fautores docere; idcirco nullis ſuæ ſectæ ſucceſſoribus poſt ſe relictis, e vita exiverunt. Siquidem aliæ omnes fere ſectæ initio perpaucos habebant æmulos, vel propter perverſitatem dogmatum, vel propter inventorum & auctorum ſuorum improbitatem.*

At Novatiani, tum quod duces ſuæ opinionis viros bonos ſunt conſecuti, tum XXIV.

PAGIUS citata. Præterquam quod Athanaſius in epiſtola ad Solitarios, Epiphanius hæreſi 69. & Theodoretus lib. 1. cap. 5. diſerte teſtantur, Conſtantium ſemper in Fide integra integrum manſiſſe.

IX. Lex adverſus Novatianos. Baron. n. XVII. Lege 2. Cod. Theodoſ. *De Hæreticis* hoc anno data, *Novatianis* ſuas Eccleſias, ſuaque cœmeteria Conſtantinus reliquit, at non etiam eas, quæ ad Eccleſias Catholicas aliquando & ante Schiſma, quod jam per annos circiter LXXX. durabat, pertinuerunt; cum alias Hæretici Eccleſias fabricare vel habere vetarentur. Rationem ſimul & occaſionem præmittit his verbis in ea Lege Conſtantinus: *Novatianos non comperimus prædamnatos, ut iis, quæ petiverunt, minime largienda crederemus.* Nempe inquietare hoc tempore *Novatianos* nonnulli inſtituerant, verum illi conqueſti apud *Conſtantinum* ſibi ſua relinqui petiere, neque enim ſe prædamnatos, ita ut ſua ſibi non relinquerentur. Et fidem habuit Novatianorum allegationi Conſtantinus, cum dicat, *Novatianos non comperimus prædamnatos.* Quæ impoſtura videtur, qua Conſtantini circumventa religio. Baronius ait, Novatianos forte non fuiſſe prædamnatos ut Hæreticos, ſed ut Schiſmaticos. Sed verius eſt quod idem mox fatetur, Novatianos inter Hæreticos jam cenſitos, & ſic damnatos. Atque etſi ut Schiſmatici tantum damnati fuiſſent, an ideo minus prædamnati? An ideo minus his Eccleſiæ ſuæ detractæ, hiſve coeundi libertas facta a Conſtantino? Quare Gothofredus in hujus Legis Commentario vocem *præda-*

Digitized by Google

Auctor Novatianus glorioſe de Novatianis.

quod eamdem quam Eccleſia Catholica de Deo doctrinam tuebantur, ab initio permulti extiterunt, & manſerunt hactenus, nec multum incommodi ex hoc lege acceperunt. Nam Imperator, mea quidem ſententia, dum inſtitueret ſubditis ſuis non exitio eſſe, ſed terrori ſolum, de legis ſeveritate ſua ſponte nonnihil remiſit. Quin etiam Aceſius, qui id temporis Conſtantinopoli ſectæ Novatianæ Epiſcopus fuit, quoniam propter vitæ integritatem Imperatori carus erat, non parum (ut eſt veriſimile) ſuæ Eccleſiæ attulit præſidii. Cataphrygæ autem eadem afficiebantur pœna, qua cæteri hæretici Imperio ſubjecti: exceptis ſolum illis, qui Phrygiam incolebant, & in reliquis gentibus illis finitimis ætatem degebant. In quibus locis permulti Cataphrygæ, & a temporibus Montani extiterunt, & adhuc ſunt. Hæc Sozomenus; & ipſe idem ſectæ Novatianorum addictus. Quæ autem iſthæc fuerint ſubſecuta, Euſebius narrat his verbis (a).

(a) Euſeb. Vita Conſt. lib. 3. c. ult.

XXV.

Converſio plurimorum.

Ad hunc modum occultæ quaſi latebræ, & receſſus eorum, qui alienam ab Eccleſia Catholica doctrinam, & opinionem tenebant, Imperatorio edicto evoluti patuerunt: beſtiæ etiam immanes, quæ hujus erant impietatis auctores, exulatæ. Ex illis vero qui eſſent iſtorum impulſu in fraudem & errorem inducti, alii Imperatoris minis perterriti, fallaci, & fucata ſpecie in Eccleſiam obrepere cœperunt, temporum conditioni callide, & diſſimulanter cedentes. Ac quoniam lex hominum libros perſcrutari juſſerat; tandem manifeſto deprehenſi fuerunt ii, qui vetitas & interdictas illas artes ad hominum perniciem comparatas conſectati fuiſſent: qua de re omnibus (ut dicitur) opibus viribuſque elaborabant, ut ſimulatione ſalutem ſibi adipiſcerentur. Alii forte ad ſpem, quæ in Deo optimo maximo poni debet, vere & ex animo ſe transferre. Quos cum Eccleſiarum Præſides internoſcere ſtuderent; alteros ovium pellibus obtectos, adumbrata ſpecie ſe inſinuare conantes, procul amandarunt; alteros vero, qui idem integra, & incorrupta mente inſtituerent, ubi temporis longinquitate explorando, de illis ſatis exquiſite periculum feciſſent, in multitudinem adſcititiorum adſcripſerunt. Hoc modo cum illis, qui alienam ab Eccleſia opinionem & doctrinam ſequebantur, actum eſt. Alios autem, qui, dum in eorum dogmatum diſciplina verſabantur, nihil concepiſſent impietatis, ſed ſchiſmaticorum culpa ſe temere a communi Eccleſiæ congregatione, & frequentia ſejunxiſſent; ubjecta omni cunctatione, in Eccleſiam receperunt. Hi igitur gregatim tamquam ex colonia revertentes, ſuam recuperarunt patriam, & matrem Eccleſiam agnoverunt; a qua diu aberrantes, cum gaudio & lætitia ad eam redierunt, membraque communis corporis fuere in unum coagmentata, & concordiæ quaſi compagibus firme copulata: ſoluque Dei Eccleſia in ſe coaleſcens tum reſplenduit, cum nuſquam gentium, vel hæreticæ, vel ſchiſmaticæ factionis veſtigium reliquum quidem eſſet. Cujus præclari facinoris cauſam Imperator Deo (cui ſolus ex omnibus Imperatoribus, qui aliquando extitiſſent, curæ erat) acceptam plane tulit. Hactenus Euſebius. Sed illud plane per hyperbolem, cum ait, induſtria Conſtantini ne veſtigium quidem hæreticæ, vel ſchiſmaticæ pravitatis relictum fuiſſe: nam ex rebus geſtis ſingulorum annorum ſequentium ſatis apparet; numquam intermiſſum eſſe temporis ſpatium, quin ab hæreticis atque ſchiſmaticis, nempe Arianis, atque Meletianis, negotium Catholicis fuerit faceſſitum.

XXVI.

Conſtantinus Idololatriam peſſumdat.

Sed laudanda plane eſt in omnibus Conſtantini pietas, qui ſtabilita anno ſuperiore in Nicæno Concilio fide Catholica, & hæreſibus atque ſchiſmatibus (quantum licuit) legibus profligatis; ad extirpandum idolorum cultum, & Dei Eccleſiam in Oriente (quod in Occidente fecerat) ædificiis illuſtrandam, animum addixit. Quam porro multus in hic fuerit Ethnicus auctor, Chriſtianis rebus infenſus, Eunapius Sardianus (b) teſtatur, cum de Ædeſio ſic ſcribit: *Fieri namque poteſt, ut iſtud occultum habuerit Ædeſius, ob temporum iniquitatem; quod tum Conſtantinus imperium regeret, qui fana toto Orbe celebratiſſima evertebat, & Chriſtianorum ædificia extruebat.* Hæc quidem hoc anno geſta eſſe, poſtquam de conciliandis ſchiſmaticis in Ægyptum litteras ſcripſerat, Euſebius auctor eſt: ſed & alii quo-

(b) Eunap. Sard. de Vit. Philoſoph. in Ædeſio.

PAGIUS

damnatos attendi vult, & illa potius continuo ſtilo ita legi, *prædamnatos, ut*, &c. Nempe non negat Conſtantius, antea damnatos Novatianos, verum ita damnatos, adeo exoſos, ut propterea his ſua adimi debeant: *Prædamnatos* igitur, *ut*, &c. id eſt, tam atroci antea ſtilo & ſententia confoſſos, ut ad Hæreticorum aliorum inſtar & exemplar revocandi ſint.

X.

Hinc Sozomenum lib. 2. cap. 32. Hæreticorum comparationem inſtituens, diſertim ait, *Novatianorum* aliam & meliorem ſub Conſtantino Magno fuiſſe conditionem, quam aliorum Hæreticorum; in quos neque Lex Conſtantini exercita fuerit. Quare ait, *Novatianos*, tum quod duces probos conſecuti eſſent, & circa Divina, Fidemque, eadem cum Eccleſia ſentirent, non multum incommodi ex ſuperiore Conſtantini Lege tuliſſe: partimque Imperatorem, qui ſubditis ſuis non tam exitio, quam terrori eſſe inſtituiſſet, de Legis ſeveritate aliquid ultro remiſiſſe: partim *Aceſium* hac tempeſtate Novatianæ ſectæ Epiſcopum Byzantii, quod ob vitæ integritatem Imperatori charus eſſet, Eccleſiæ ſuæ præſidio fuiſſe. Hoc igitur eſt, quod nunc Conſtantinus ait, ſe *non compertiſſe* Novatianos ab Eccleſia adeo prius damnatos, ut æqua cum cæteris lege & ſeveritate

Novatianorum ſub Conſtantino melior fuit conditio quam aliorum hæreticorum.

quoque antiqui hiſtoriarum Eccleſiaſticarum ſcriptores eadem facta referunt ſtatim poſt Nicænum Concilium: ait enim Socrates (a): *Imperator poſt confectum Concilium, in magna lætitia ætatem degit; & ſimul ut feſtum ſolemne ad vigeſimum annum Imperii ſui, ut aſſolet, celebraverat; nulla interpoſita mora, ad Eccleſias conſtruendas omne ſuum ſtudium contulit.* Hæc ipſe. Quænam autem fuerint iſtæ, primum ex Euſebio aggrediamur enarrare, qui ſic exorditur (b):

(a) Socrat. lib. 1. c. 12.

(b) Euſeb. Vit. Conſt. l. 3. c. 24. & ſeq.

XXVII. *Conſtantini ſtudium erga loca Sancta Hieroſol.*

His rebus hunc in modum conſtitutis, aliud quoddam opus maxime memorabile apud Palæſtinorum gentem divinus iſte Imperator efficere aggreſſus eſt. Et quodnam, quæſo? Sanctiſſimum illum ſalutaris Chriſti reſurrectionis locum Hieroſolymis exiſtimavit ita a ſe illuſtrari debere, ut in omnibus eximius, & veneratione dignus videretur. Idcirco mandavit, in eo ſtatim templum conſtrui: neque iſtud opus aggredi abſque divino impulſu, immo vero ipſo Salvatoris Spiritu incitatum, in animum induxit. Olim enim viri impii, immo vero iſtorum ſubſidio univerſum Dæmonum genus omni ſtudio incubuit, ut divinum illud immortalitatis monimentum tenebris obrueret, oblivioneque penitus deleret: ad quod quidem Angelus de cælo delapſus, luminis claritate refulgens, non ſolum lapidem revolvebat ab illis, quorum animi inſtar lapidis obduruiſſent; verum etiam quem ipſi inter mortuos adhuc verſari putabant cum mulieribus vivere annunciavit; & ad vitam, & reſurrectionem illius, qui quærebatur, illuſtrandam, incredulitatis lapidem ab eorum mentibus amovit. Iſtud Salvatoris ſepulcrum impii quidam & ſcelerati homines ex hominum memoria dolere cogitabant, & (quæ eorum inſcitia fuit) cenſebant veritatem ad hunc modum ſe poſſe occultare.

XXVIII. *Abominatio in loco Sancto.*

Itaque primum permultum capere laboris cœperunt in terra aliunde, & extrinſecus invehenda, qua locum univerſum obducerent. Deinde cum molem terræ in immenſam altitudinem erexiſſent, conſtraviſſentque lapidibus, divinum ſepulcrum, ingenti aggere ſuperinjecto, obtegere. Poſt cum nihil jam illis ad opus explendum deeſſet, ſuper illum terræ cumulum nefandum re vera & execrabile buſtum animarum conſtruere, & receſſum laſcivæ Veneris Dæmoni una ædificare, ſimulacriſque mortuis complere; tum deteſtabiles ibi victimas ſuper impuras aras, & omni nequitiæ labe pollutas immolare. Nam non aliter illud, quod inſtituerant, ſe putabant ad exitum poſſe perducere, quam ut per iſta nefanda ſcelera ſalutare illud ſepulcrum penitus obruerent. Verum miſeri illi nequaquam illud poterant intelligere, quod Sol ipſe (modo terram ſua ſplendore colluſtrare, & conſuetum ſibi curſum in cælo obire pergeret) non poſſet præclarum illud facinus Chriſti, qui contra mortem tam præclara victoriæ trophæa fuiſſet adeptus, ita in obſcuro relinquere, illudque univerſum hominum genus prorſus celare. Immo vero ſalutaris, & divina hujus rei potentia & virtus, quæ non corpora, ſed animos hominum maxime ſolet illuminare, ſuæ lucis fulgore univerſum orbem terrarum complevit. Veruntamen impiorum, & nequam hominum molitiones contra veritatem paratæ longinquo temporis ſpatio proceſſerunt. Nemo enim, vel ex Præfectis, vel ex Ducibus, vel ex ipſis Imperatoribus ad eorum conatus evertendos ſatis idoneus repertus eſt, præter unum ſolum; qui quidem, utpote Deo omnium gubernatori carus, & divino ejus afflatus Spiritu, locum illum qui ſupra eſt demonſtratus, per fraudulentos hoſtium conatus omni impura materia obductum, & oblivione ignorationeque obrutum iri non paſſus eſt, neque auctorum ejus facinoris ceſſit malitiæ; ſed, Deo adjutore invocato, illam terræ particulam hoſtium ſcelere contaminatam, in primis purgari juſſit: quam quidem cenſuit admirabili, & ſingulari Dei optimi maximi beneficia per illum potiri debere.

XXIX. *Expurgantur loca Sancta.*

Confeſtim igitur ejus mandato machinamenta ad homines in errorem inducendos comparata de ſublimi ad ſolum proſternere, & ædificia falſo cultui conſecrata una cum ſtatuis, & Dæmonibus diſturbare diruereque cœpit. Neque his rebus geſtis alacre Imperatoris ſtudium acquievit; ſed de integro mandatum dedit, ut materia eorum, quæ erant dejecta, ſive lapidea eſſet, ſive lignea, tolleretur penitus, & quam longiſſime extra loci fines ejiceretur: cui quidem mandato rei exitus plane reſpondebat. Neque ſatis habebat Im-

PAGIUS tate, puta Cataphrygibus, Valentinianis, Marcionitis, habendi videantur: quidquid ipſe ad terrorem potius antea conſtituiſſet. Nam hæc cauſa proculdubio eſt, inquit Gothofredus in hujus Legis Commentario, non quam Sozomenus putat, cur in illa, quam memorat, Conſtantini Conſtitutione, nulla Arianorum mentio fiat.

XI. Et proinde nullus dolus malus hac parte in Euſebio, ubi de Vita Conſtantini agit, putandus eſt, quaſi ex ea Conſtitutione Arianorum nomen ſuppreſſerit; quod tamen Baronii judicium eſt. De Novatianorum ſtatu Romæ pacato uſque ad Innocentium hujus nominis primum, hunc egregium Socratis locum lib. 7. cap. II. indicat Gothofredus: *Etenim*, inquit Socrates, *ad id uſque temporis Novatiani Romæ plurimum floruerant, cum multas ibi Eccleſias poſſiderent, & maximam populi multitudinem in eis colligerent.* Antea cap. 9. Socrates ſcripſerat: *Anaſtaſium deinde excepit Innocentius; qui quidem primus Novatianos Romæ degentes perſequi cœpit, multaſque eis Eccleſias ademit.* Porro Imperatores, annis Vi-

Novatianorum ſtatus Romæ diu pacatus fuit.

perator in iſtis ſolis rebus expediendis progredi; ſed rurſum divini numinis inſtinctu impulſus, jubet ut ipſum ſolum ad ingentem altitudinem defoſſum (quippe impura Dæmonum contagione infectum erat) foras procul cum ipſo aggere exportaretur; quod eveſtigio effectum eſt. Simulatque vero ſolum terræ oppletum ſordibus egeſtum fuit, & aliud ſolum, id eſt, locus ille monumenti, ex abditis terræ ſedibus eminebat, ipſum etiam venerandum, & ſacroſanctum ſalutaris Chriſti reſurrectionis monimentum præter omnium ſpem una emerſit; & ſepulcrum, quod, merito ſanctiſſimum appelletur reſurrectionis Salvatoris apte propterea expreſſit effigiem, quod poſt tenebrarum caliginem, quibus quaſi ſepultum jacuiſſet, in lucem denuo prodiit, & illuſtrem ſane miraculorum ibi editorum viſum (qui re vera omni voce clarius Salvatoris reſurrectionem teſtificatus eſt) ſub aſpectu eorum, qui ad illud ipſum contemplandum veniebant, ſubjecit.

XXX. *His rebus in hunc modum confectis, extemplo Imperator non modo ſacratis legibus ſancivit, ut templum auguſtum circa ſalutare illud antrum extrueretur; verum etiam ſubſidiis ad eam rem ſuppeditatis (quippe hoc opus longo jam tempore apud animum propoſuerat, attentioreque cogitatione proſpexerat quod erat futurum) illud magnifice ac ſplendide exædificandum curavit. Gentium igitur Præfectis Orientem verſus habitantium mandat, ut, adjumentis neceſſariis abundanter & copioſe ſubminiſtratis, opus eximium, amplum, & magnificum fabricandum curarent. Quinetiam ad Epiſcopum, qui id temporis Eccleſiæ Hieroſolymitanæ præerat, tales miſit litteras, quales ſinceram & ſalutarem de fide noſtra doctrinam plane, & apertis verbis complexæ ſunt; ſic enim ſcribit:*

Reſurrectionis templum erigitur.

VICTOR CONSTANTINUS MAX. AUGUST. MACARIO S.

XXXI. *Tanta Salvatoris noſtri erga nos benignitas declarata eſt, ut nulla tam accurata dicendi ratio & vis ſit, quæ præſens miraculum pro dignitate explicare poſſe videatur. Nam ut inſigne illud ſanctiſſimæ illius paſſionis monumentum, quod terræ viſceribus abditum, tot tamque multis annorum converſionibus jam delituiſſet, tum illuceſceret ſervis Dei, cum illi, hoſte devicto, in libertatem eſſent vindicati; omnem profecto hominum admirationem longe ſuperat. Etenim ſi omnes, qui in univerſi orbis terræ ambitu ſapientes videntur, in unum locum congregati, aliquid pro rei dignitate dicere aggrederentur, nec minimæ hujus parti oratione ex æquo ſatisfacere poſſent: miraculi enim magnitudo tanto plus univerſum humanæ rationis & naturæ captum vincit; quanto res cæleſtes & divina humanis ſunt valentiores. Quapropter hoc mihi unum in primis propoſitum ſit ad dicendum, quod ſicut vera fides ſe ipſam quotidie novis miraculis patefacit, ſic noſtri omnium animi omni modeſtia & concordi alacritate ad ſanctas Evangelii leges colendas attentiores fieri debent. Præterea illud quod cuique perſpicuum eſſe arbitror, pro certo tibi in primis perſuaſum eſſe volumus, hoc nobis præ cæteris rebus omnibus maxime curæ eſſe, ut locus ille ſacer, quem Dei juſſu turpiſſima ſimulacrorum mole, tamquam quodam gravi onere impoſito purgavimus, quemque ut primis mundi temporibus, ipſius Dei judicio ſanctum habitum eſſe, & poſtea etiam, quia fidem paſſionis Salvatoris tamquam e tenebris in lucem evocarit, multo clariorem ſanctitatis ſuæ ſignificationem dediſſe cognovimus, præclara ædificiorum ſtructura exornetur. Par eſt igitur, ut tua prudentia ita opus diſponat, ut provide res quaſque accuret neceſſarias; quo non modo ſanctuarium templi reliquis omnibus quæ ubique ſunt, pulchritudine antecellat, ſed etiam cætera ejus partes tales ſint, ut omnia templa, quæ in ſingulis civitatibus primas tenent, hujus ædificii dignitate longe ſuperentur. Ac de parietibus erigendis, exquiſitoque artificio expoliendis, tum Dracilіano amico noſtro, qui nonnullas aliarum provinciarum partes adminiſtrat, tum veſtræ etiam provinciæ Præfecto, ſcito a nobis curam eſſe impoſitam. A noſtra enim benignitate illis imperatum eſt, ut qui artifices, qui operarii, quæve res aliæ fuerint ad illud ædificium ne-*

Epiſtola Conſtantini ad Macarium Epiſcopum.

De conſtruenda Baſilica.

PAGIUS Vicennalibus & id genus feſtis deſtinatis Leges in Eccleſiæ favorem emittere ſolitos, multis exemplis liquet.

XII. A num. XXX. ad LXVI. Extructæ & variæ Eccleſiæ a *Conſtantino* ſuorum Vicennalium occaſione, & inprimis nobiliſſimum *Reſurrectionis* Templum in Palæſtina. Valeſius in calce Notarum ad Euſebii Hiſtoriam ſubnectit epiſtolam ad amicum ſcriptam, de *Anaſtaſi & Martyrio Hieroſolymitano*, in qua refellit Sirmondum, qui exiſtimavit, Conſtantinum M. diverſis in locis Baſilicas duas erexiſſe: unam in loco *Paſſionis*, quæ *Martyrium & Crux* dicta eſt: alteram in loco *Reſurrectionis*, quæ *Anaſtaſis & Dominicum* dicebatur. Nam unicam Baſilicam a Conſtantino M. Hieroſolymis ædificatam eſſe produnt non tantum Euſebius, tum in Oratione de Laudibus Conſtantini, tum in lib. 3. & 4. de ejus Vita; ſed etiam Socrates in lib. I. cap. 15. Sozomenus, Auctor Itinerarii Hieroſolymitani, Eucherius in libello de Situ urbis Hieroſolymitanæ, & Antonius Martyr in Itinerario. Neque obſtat, quod Hieronymus in epiſtola ad Pammachium dicat: *Cum de Anaſtaſi pergeretis ad Crucem*. Nam idem prorſus eſt, ac ſi dixiſſet, cum de Monumento pergereris ad Golgotha, in quo erat rupes Crucis. Hieronymus quippe paulo ante Sepulcrum Domini appellaverat, quam ibi Anaſtaſim dicit. Interdum tamen Anaſtaſis ſtrictius ſumitur, & ſeparatur a Martyrio ſeu Baſilica

Martyrium Hieroſolymitanum, & Anaſtaſis unica Baſilica, non duæ.

neceſſariæ, a tua prudentia diſcant, ac ſtatim ipſorum proviſione eo mittantur.

XXXII. *Quod autem attinet ad columnas cæteraſque partes marmore conficiendas, quas ipſe exiſtimaveris vel ad decus illuſtriores, vel accommodatiores ad diuturnitatem fore; cum eas quaſi ſummatim tecum conſideraveris, fac ad nos diligenter perſcribas; ut cum ex litteris tuis, quibus rebus opus fuerit, intellexerimus, undique eadem illo comportari poſſint: nam locus ille, qui totius orbis terrarum facile primas fert, omnibus ornamentis merito illuſtrandus eſt. Teſtudinem vero ſanctuarii laqueatam ne facere, an alio quodam fabricæ genere extruere placeat, abs te certior fieri velim. Quod ſi fiat laqueata, ſcite quoque inaurari poterit. Reſtat igitur, ut tua ſanctitas illis, quorum judicio (ut ſupra dictum eſt) rem permiſimus, quibus operariis, quibus artificibus, quibus denique ſumptibus opus fuerit, quam celerrime ſignificet. Quinetiam nos non ſolum de columnis, aliiſque partibus ex marmore conficiendis, verum etiam de teſtudinis laquearibus (ſi modo illud fabricæ genus pulchrius eſſe cenſeam) quamprimum facias certiores. Deus te, frater cariſſime, diu ſervet incolumem.* Hactenus Conſtantinus ad Macarium. Dracilianus autem iſte, cui de templi conſtructione Conſtantinus mandatum dedit, ille ipſe eſt, ad quem idem Imperator (ut dictum eſt) adverſus hæreticos reſcriptum dedit. At quid poſt hæc factum ſit, Euſebius ſubdit.

XXXIII. Nova Hieroſolyma extructa. *Iſta* (inquit) *ab Imperatore præſcripta fuerunt; rerumque, nulla interpoſita mora, proſpere ſucceſſit eventus. Atque ad illud ſalutare Chriſti monumentum nova Hieruſalem ædificata eſt e regione veteris illius, quæ hominum ſermone jam diu celebrata fuiſſet, quæque poſt cruentam cædem Domini ad extremam vaſtitatem prolapſa pro impietate civium eam incolentium pœnas dederit. Imperator itaque huic ex adverſo ſalutare victoriæ Chriſti contra mortem comparatæ monumentum (quæ fortaſſe recens eſt illa, & nova Hieruſalem, Prophetarum oraculis prædicata, de qua vaticinationes pluribus verbis explicatæ plurima Spiritus ſancti inſtinctu canere videntur) liberali & abundanti ſumptus magnificentia erigendum extruendumque curavit. Et primum omnium ſacrum antrum, divinum illud videlicet monumentum, ad quod olim Angelus fulgore enitens delapſus, ſpem regenerationis, quæ eſt a Salvatore nobis illic oſtentata, omnibus annunciavit: primum, inquam, omnium Imperatoris magnificentia iſtud, velut totius ædificii caput, eximiis columnis illuſtrare, & ornatu ſplendido maximoque decorare, atque adeo variis cujuſque generis inſignibus illuminare cœpit.*

Deinde ad ampliſſimum templi locum libero cælo patentem exornandum ſe contulit; cui & ſolum lapide eximio conſtratum, & porticus longis ambulacrorum ſpatiis ex tribus lateribus circumdati permultum decoris attulerunt. Adverſo autem lateri antri, quod Solem Orientem ſpectabat, regale, & auguſtale ſanctuarium adjunctum fuit, opus plane eximium ad infinitam altitudinem erectum, longitudine & latitudine immenſa patens. Cujus ædificii partes interiores marmoris verſicoloris materia incruſtatæ; exterior autem parietum ſuperficies politis lapidibus, qui commiſſuris quibuſdam inter ſingulos interjectis, colligabantur, exornata, ſingularem quamdam pulchritudinis ſpeciem, eamque non minus ad aſpectum illuſtrem, quam ſi marmore obducta fuiſſet, præbuit. Quod autem ad ipſa tecta in ſublimi poſita attinet; exteriores eorum partes plumbea obtexit materia, quæ tanquam firmum munimentum tempeſtuoſos imbres depelleret. Interiores vero cælatis laquearibus affabre inter ſe compacta, & tamquam vaſtum quoddam pelagus per univerſum ſanctuarium coagmentationibus quibuſdam inter ſe continenter cohærentibus, diffuſa, dilatataque, & fulgente auro paſſim cooperta, totum templum, velut lucis claritate, mire illuminarunt. Duabus porticibus partim ſubterraneis, partim ſupra terram eminentibus, xyſti gemini ex utroque latere adjecti in longitudinem ſanctuarii porrigebantur: quorum teſtudines erant auro inſigniter, & vario artificio illuſtratæ; ex quibus alter a fronte interioris templi columnis ingentibus ſuffulciebatur; alter intro ſpectans, ſubſtratis poſtibus, magno extrinſecus ornatu decoratis, erigebatur: tres portæ ad orientem Solem aptè, & eleganter diſpoſitæ multitudini ingredientium patuerunt. Iſtis ex adverſo erat fornix dimidiati univerſi cæli circuli ſpeciem adumbrans in ſummo ſanctuario in orbem ductus; quem duodecim columnæ, Salvatoris Apoſtolis numero pares, tanquam corona, cingebant, crateribus ex argento confectis circa faſtigia concinne ex- XXXIV. Templi deſcriptio.

PAGIUS ſilica Conſtantini I ac pro Sepulcro Domini, ſeu potius pro ædicula Sepulcro ſuperſtructa ponitur, ut videre eſt apud Hieronymum & Eucherium. Qua de re plura Valeſius citatus.

XIII. Cum vero Conſtantinus in epiſtola ad *Macarium* Epiſcopum Hieroſolymitanum, quam refert Euſebius lib. 3. de Vita Conſtantini cap. 31. dicat, ſe Baſilicæ illius excitandæ negotium *Dracilian*o Agenti vices Præfectorum Prætorio commiſiſſe, & præſenti anno ad Dracilianum directa ſit Lex I. Cod. Theodoſ. *De Hæreticis*, de qua ſupra, & anno præcedenti Lex I. ejuſdem Codicis *De uſuris*, ad Dracilianum Agentem vicem Præfecti Prætorio inſcribatur, liquet, hujus Baſilicæ ædificationem recte hoc anno conſignatam eſſe. Hanc porro *Reſurrectionis* Eccle- *Ea Baſilica hoc anno conſtructa.*

expolitæ, quas Imperator Deo illic pro monimento pulcherrimo dicavit. Inde ad introitus pro templo locatos accedentibus area patuit.

XXXV. *Erant inibi utrinque primo atrium, deinde porticus, ad extremum atrienſes portæ; poſt quas in ipſa media platea e foro eo deducente totius ædificii veſtibula perpolite conſtructa iter illac facientibus admirabile viſu ſpectaculum, quod rerum intus fabricatarum pulchritudinem quodammodo monſtrabat, exhibuerunt. Iſtud vero templum, quo tamquam teſtimonio ſalutaris Domini reſurrectio illuſtris, & nota fiebat, extruxit Imperator; & quo totum illud magnifico, & regali ornatu decorares, inſignibus, quæ oratione explicari nequeunt, & monumentis auri, argenti, & lapidum pretioſorum materia diſtinctis, & quaſi depictis, quæ erant numero fere infinita, adornavit. Quorum apparatum tum magnitudine, tum multitudine, tum varietate, denique adeo artificioſe elaboratum, ſingillatim jam oratione proſequendi otium non datur.* Hucuſque Euſebius de templo Hieroſolymitano. Fuiſſe autem operis architectum Euſtathium Presbyterum Conſtantinopolitanum, S. Hieronymus in Chronico tradit (*a*). Porro ipſum abſolutum dedicatumque eſſe anno trigeſimo Conſtantini maxima omnium celebritate, ſuo loco dicturi ſumus.

Euſtathius architectus.

(*a*) *Hier. in Chron. an. 30. Conſt. Imper.*

XXXVI. Cæterum, quod ad nomen templi hujus ſpectat, Cyrillus Hieroſolymitanus (*b*) ſcribit nominatum fuiſſe MARTYRION, hoc eſt, Teſtimonium, nempe Chriſti reſurrectionis monumentum, & teſtem, idque (ut ait) ex Prophetarum oraculo. Dictum idem reperitur ab aliis pluribus Baſilica Conſtantiniana; quam inter complura ornamenta fuiſſe etiam ſacris picturis decoratam, & inter alias Deiparæ imagine, Acta Mariæ Ægyptiacæ fidem faciunt, quæ recitantur in Nicæno Concilio (*c*), & a Joanne Damaſceno (*d*). Euſebius ea oratione quam in Conſtantini Tricennalibus habuit in laudem Imperatoris, tria ab eo tradit Hieroſolymis templa erecta eſſe, cum ait (*e*): *Quæ autem ſequuntur, in Palæſtina ab eo etiam geſta fuere. In media urbe, quæ apud Hebræos primas obtinet, non modo Eccleſiam ampliſſimam, quæ ad memoriam Chriſti paſſionis ædificata fuit, verum etiam templum ſanctum ſalutari ſigno Crucis dedicatum magnificis ſumptuoſiſque inſignibus exornavit: ſpinetium monumentum Salvatoris, quod ſempiterna memoria commendandum eſt, illiuſque trophæa contra mortem ſtatuta, ornamentis, quæ dicendo exprimi non poſſunt, cohoneſtavit.* Sed & de aliis meminit; at de his inferius.

(*b*) *Cyrill. Catecheſ. 14.*

Martyrium cur dictum Templum.

(*c*) *Nic. Conc. 2. Act. 4.*

(*d*) *Joann. Damaſc. de Imag. lib. 3.*

(*e*) *Euſeb. orat. in laud. Conſt.*

XXXVII. Subdit Euſebius (*f*), eumdem Conſtantinum in matris ſuæ memoriam, ejus ſcilicet nomine, duo alia celeberrima templa ibidem ædificari juſſiſſe; Bethlehem, ubi Chriſtus natus eſt, alterum; alterum vero in vertice montis Oliveti, ubi idem Dominus ad cælos aſcendit; ait enim: *Eodem tempore, cum alia duo loca, quibus duo abdita, & quaſi myſtica antra multum honoris, & dignitatis afferebant, reperiſſet; ea magnifico apparatu ſumptuque honeſtare inſtituit. Ac primum illud, in quo primum Salvator noſter divini numinis virtute in carne apparuit, honoribus decenter affecit; deinde alterum, quod fuit in cælos aſcenſionis monimentum, in ſummo montis vertice ſitum, præclaris ornamentis illuſtravit: atque iſta tam ſplendide decoravit loca, quo matris ſuæ memoriam, quæ tantum benignitatis hominum vitæ detuliſſet, immortalitati commendaret.* Ipſam namque divino inſtinctu, licet ſenio prægravatam, pietatis ergo Hieroſolymam petiiſſe, idem Euſebius narrat his verbis.

(*f*) *Euſeb. Vita Conſt. l. 3. c. 40. & ſeq.*

Alia Templa a Conſtantino erecta.

XXXVIII. *Illa enim cum Deo omnium gubernatori debitum piæ mentis, & affectionis munus impertire in animo haberet, & pro filio ſuo tanto, & tam præclaro Imperatore, proque liberis ejus Cæſaribus Deo cariſſimis, ſuis nepotibus, gratias per preces agendas eſſe putaret, ætate jam ingraveſcente, ſingulari quodam conſilio, & provida animi cogitatione, vereque regia adductu, propere inſtar adoleſcentulæ venit, tum ſacroſanctum terram oculis luſtratura, tum gentes Orientem incolentes, plebemque pariter ac populi multitudinem conſpectura. Ac poſtquam locis in quibus Salvatoris erant impreſſa veſtigia, debitam venerationem adhibuerat, idque convenienter prophetico ſermone dicente (g): Adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes ejus: pietatis ſuæ monumenta, quibus poſt ſe relictis, poſteris hominibus prodeſſet, ſtatim fabricare aggreditur.*

S. Helena Auguſta Hieroſolymam petiit.

(*g*) *Pſ. 131.*

XXXIX. *Jam Deo, quem adoraverat, duo dicavit templa; quorum alterum ædificavit in monte ubi aſcenderat, alterum ad obſcurum illud antrum nativitatis ejus. Etenim no-*

Heleno pium ſtudium.

PAGIUS ... eccleſiam anno CCCXXXV. Tricennalibus Conſtantini M. inſignito dedicatam infra videbitur, multiſque exemplis patebit, Eccleſias, quæ in Quinquennalibus v. g. conſtrui cœperant, in Decennalibus vel id genus feſtis dedicatas eſſe, id eſt, poſt quinquennium aut poſt decennium.

XIV. *Eodem quoque anno matrem Helenam, multavem Divino ſenſu praditam, coronavit Conſtantinus, & ut Imperatrix monetam ſuo charactere cuſam diſtribueret, donavit*, inquit Theophanes de rebus anno præcedenti geſtis loquens. Ut enim in Diſſertatione Hypatica dixi, matres, uxores & ſorores Imperatorum *Auguſtæ* in Vicennalibus & id genus feſtis de more nuncupatæ. *Helena* porro obitus hoc anno contigit, ut recte notat Theophanes citatus. Quod etiam oſtendit Conſulatus Flavii Valerii Conſtantini, Conſtantini Magni fratris, anno ſequenti geſtus

Helena obit.

Baron. num. LIX.

Digitized by Google

nobiſcum Deus in terris naſci (locus autem illius nativitatis proprio nomine apud Hebræos, Bethlehem appellatur) pro nobis ſuſtinuit. Ac propterea Imperatrix ſanctiſſima Deiparæ partum eximiis monimentis exornare, & ſacrum illud antrum variis cujuſque generis inſignibus illuſtrare ſtuduit. Imperator autem paulo poſt eumdem locum ornamentis regalibus ornare, & monimentis ex auro, & argento, variiſque aulæis matris ſuæ magnificentiam adaugere cœpit. Rurſus ejus mater, quo omnium noſtri Salvatoris in cælos aſcenſionis memoriam celebraret, excelſa quædam ædificia in monte Olivarum extruere parat. Ac primum in ſummo totius montis vertice Sanctuarium Eccleſiæ Dei erexit: templumque inferius etiam ædificavit in eo ipſo antro, in quo (ut vera & ſacra Dei teſtantur eloquia) diſcipuli & Apoſtoli a Salvatore omnium arcanis myſteriis initiati fuerunt. Imperator quoque ibidem variis monumentis, & inſignibus Regem magnum Deum veneratus eſt. Iſta igitur duo templa memoria perpetua celebranda auguſta, & eximia, in duobus obſcuris quaſi antris, & myſticis Helena Auguſta, pii Imperatoris pia mater, ſuæ piæ mentis tamquam indicia Deo ſalvatori fundavit, filio ſuo ei opem per regiam ſuam poteſtatem, & auctoritatem porrigente.

XL. *Itaque illa aeque adeo multo poſt præmia digna laboribus reportavit. Nam cum jam plene grandis eſſet, inque omnium bonorum affluentia omne vitæ ſuæ tempus ad extremam uſque ſenectutem obiiſſet, & tum verbis, tum rebus ipſis veros pietatis fructus, quos præcepta Salvatoris præſcribunt extuliſſet, atque ita vitam ſuam florentem, & expertem cujuſque moleſtiæ, valens corporis ſimul & animæ virtute, tranſegiſſet; deinceps eximium pietatis ſuæ exitum, & præclaram recte factorum a Deo remunerationem etiam in hac vita conſecuta eſt.* Hæc Euſebius. At priuſquam cætera ab eo narrata de rebus ab ipſa Helena geſtis proſequamur; quæ ab aliis antiquis, & ſpectatæ fidei auctoribus, de templo in montis vertice tunc erecto ſcripta ſunt, & a nobis primo Annalium tomo deſcripta, hic brevi compendio repetimus. Hieronymus (*a*) in primis, Paulinus (*b*), atque Severus (*c*) tradunt in loco illo montis Oliveti, ubi Dominus, videntibus diſcipulis, elevatus aſcendit in cælum, impreſſa remanſiſſe ejus veſtigia cunctis perſpicua, eademque divino miraculo indelebilia facta eſſe, locumque illum abſque pavimento relictum, quod ſolum ipſum excuteret quicquid ad ornatum loci deſuper poneretur: inſuper & qua recta linea cælum aſpicitur, partem aëris, qua Dominus tranſiit, concamerari minime fornice potuiſſe, ſed ſic patentem eſſe relictum, indicem ſemitæ Domini aſcendentis in cælum; de qua Cyrillus Hieroſolymitanus Epiſcopus (*d*): *Stat*, inquit, *ad hodiernum uſque diem mons Olivarum, qui aſcendentem in nube oculis Fidelium modo commonſtrat, & portam, qua aſcendit in cælum, indicat.*

Miraculum in ſtructura templi.

(*a*) Hier. de locis Hebraic. in Act. Apoſt.
(*b*) Paulin. ad Sever. epiſt. 11.
(*c*) Sever. hiſt. l. 2.
(*d*) Cyril. Catech. 14.

XLI. Quod vero ad Baſilicam ad Domini præſepe ſtructam pertinet; fuiſſe locum illum, in quo Dominus natus eſt, tectum auro atque argento, eodem tomo ſuperius dictum eſt auctoritate Chryſoſtomi (*e*). Demum Euſebius brevi compendio ſingulas baſilicas tunc ibi ædificatas recenſens, ſex videtur enumeraſſe in ea oratione, quam habuit de laudibus Conſtantini, cum ait, primam erectam eſſe in memoriam Chriſti paſſionis, ſecundam dedicatam in memoriam ſanctiſſimæ Crucis, tertiam exædificatam in loco ubi ſepultus eſt; quibus recenſitis, hæc addit (*f*): *Tria præterea loca, tribus myſticis noſtræ ſalutis antris nobilitata, amplis & eximiis illuſtravit ædificiis. Primum illi antro, in quo Chriſtus mundo primum apparebat, debitum decus impertiit. Deinde ad illius antri memoriam, ubi poſtremo aſſumptus eſt in montis jugo monumentum præclarum extruxit. Ad extremum, antrum illud inter hæc duo interjectum, ubi Salvator totius ſuæ paſſionis quaſi certamen obibat, victoriamque mundo ſalutarem ab hoſtibus reportabat, templo extructo, illuſtre reddidit.* Hæc Euſebius quæ quidem loca dilucidius diſtinguuntur, ac pariter deſcribuntur ab illis, qui de locis ſanctis tractationes ſcripſere.

(*e*) Chryſ. in Luc. c. 2.

Sex templa erecta.

(*f*) Euſ. orat. in laud. Conſt.

XLII. Sed magna plane tenet omnes admiratio, quid ſit quod Euſebius ædificationem omnium harum baſilicarum relegens, & de Helena prolixiorem mentionem faciens, de Cruce ab ea inventa ne verbum quidem: cum eam repertam eſſe ſub Conſtantino, nulli ſit dubium, ſic ſcribente Cyrillo Epiſcopo Hieroſolymitano ad Conſtantium Conſtantini ipſius filium Imperatorem: *Tempore quidem* (inquit) *Deo dilectiſſimi &*

Crux inventa tempore Conſtantini.

PAGIUS geſtus. Cum enim *Helena* nepotes ſuos Conſtantini M. liberos ſummo amore proſequeretur, id ante omnia providit, ne quis ex Conſtantii liberis, Conſtantini fratribus, Imperium eis ſubriperet. Quare illos velut exules quoad vixit, ſemper detinuit, nunc Toloſæ in Gallia, ut ſcribit Auſonius, nunc Corinthi, quemadmodum prodit Julianus in epiſtola ad Corinthios, cujus fragmentum exſtat apud Libanium in Oratione pro Ariſtophane Corinthio pag. 217. ubi Libanius teſtatur, *Helenæ* conſilio & novercalibus odiis Conſtantium Juliani patrem hac & illac traductum fuiſſe. Cum itaque Conſtantinus Conſtantini M. frater, ut Zonaras prodit, anno ſequenti Conſul proceſſerit, non dubium, quin poſt matris mortem, hunc in fratrem honorem Conſtantinus M. contulerit.

XV. Denique *Helena* Romæ obiit, ut Euſebius docet

& beatæ memoriæ Conſtantini patris tui ſalutare Crucis lignum Hieroſolymis repertum eſt, &c. Scimus tamen eumdem Euſebium inventionis S. Crucis in Chronico meminiſſe, ſed alio (ut videtur) tempore, nempe anno decimoquinto Imperii Conſtantini, ubi hæc ait: *Helena Conſtantini mater, divinis admonita viſionibus, beatiſſimum Crucis lignum, in quo mundi ſalus pependit, apud Hieroſolymam reperit*. Cæterum quod Euſebii Chronicon e librariis admodum eſſe depravatum, in fine anni ſuperioris evidentiſſime demonſtravimus; & in eodem Chronico appareat, etſi in numero annorum Conſtantini ſit error; tamen conſtare ibi poſitam Crucis inventionem anno ſequenti poſt Nicænum Concilium: non immerito ſane ab antiquis omnibus Græcis auctoribus hoc anno, nempe ſequenti e Nicæno Concilio, adventus Helenæ Hieroſolymam, & Crucis inventio poni videtur. At non audiendus omnino Zonaras, (a), dum ait, Helenam poſt baptizatum Conſtantinum, adſcito ſibi comite S. Silveſtro, Hieroſolymam profectam eſſe: commentum enim jure dicendum eſt, quod nulla, vel majorum traditione probatur, vel antiquorum ſcriptorum auctoritate fulcitur. Sed & alia complura minus ſolidæ veritatis itidem in hiſtoriam inventionis ſanctiſſimæ Crucis non nuper, ſed antiquitus irrepſere, quæ Gelaſius Romanus Pontifex ſic reliquit dubio atque incerta, ut in arbitrium prudentis lectoris rejiciat, qui ſeparare ſciat pretioſum a vili, & verum a falſo; ut, æque lance cunctis examinatis, recto libramento omnia judicet. Verum reddamus hic verba Gelaſii (b): *Item ſcripturam* (inquit) *de inventione Crucis Dominicæ, & aliam ſcripturam de inventione capitis Joannis Baptiſtæ, novellæ quædam revelationes ſunt, & nonnulli eas Catholici legunt; ſed cum hæc ad Catholicorum manus advenerint, beati Pauli Apoſtoli præcedat ſententia (c): Omnia probate, quod bonum eſt tenete*. Hæc ipſe. Nos autem ex more, quæ novimus antiquioribus Patribus eſſe probata, omniumque fide recepta, hic deſcribemus, cætera vero legentium arbitrio relinquentes.

(a) Zonar. Annal. t. 3.

(b) Gelaſ. in Rom. Conc. de libris auth. & apocr. pb.

(c) 1. Theſſ. 5.

XLIII. Ambroſius igitur rem geſtam coram ampliſſimo magiſtratus conſeſſu ſic pro concione recenſuit (d), cum laudes Theodoſii Imperatoris defuncti egregia proſecutus eſt oratione: *Venit ergo Helena, cœpit reviſere loca ſancta; infudit ei Spiritus, ut lignum Crucis requireret. Acceſſit ad Golgotham, & ait: Ecce locus pugnæ; ubi eſt victoria? Quæro vexillum ſalutis, & non invenio. Ego* (inquit) *in regnis; & Crux Domini in pulvere? Ego in aulis; & in ruinis Chriſti triumphus? Ille adhuc latet; & latet palma vitæ æternæ? Quo modo me redemptam arbitror, ſi redemptio ipſa non cernitur? Video quid egeris, diabole, ut gladius, quo peremptus es, obſtrueretur. Sed Iſaac obſtructos ab alienigenis puteos eruderavit, nec latere aquam paſſus eſt. Tollatur igitur ruina, ut vita appareat. Promatur gladius, quo veri Goliæ caput eſt amputatum. Aperiatur humus, ut ſalus fulgeat. Quid egiſti, diabole, ut abſconderes lignum, niſi iterum vinceretis? Vincet te Maria, quæ genuit Triumphatorem; quæ ſine imminutione virginitatis edidit eum, qui crucifixus vinceret te, & mortuus ſubjugaret. Vinceris & hodie ut mulier tuas inſidias deprehendat. Illa quaſi ſancta Dominum geſtavit; ego Crucem ejus inveſtigabo. Illa generatum docuit, ego reſuſcitatum. Illa fecit ut Deus inter homines videretur; ego ad remedium peccatorum divinum de ruinis elevabo vexillum.*

(d) Ambr. orat. in fun. Theod.

Crucis inventæ Hiſtoria a S. Ambroſio recitata.

XLIV. *Aperit itaque humum; decutit pulverem: tria patibula confuſa reperit, quæ ruina contexerat, inimicus abſconderat. Sed non potuit obliterari Chriſti triumphus. Incerta hæret ut mulier; ſed certam indaginem Spiritus ſanctus inſpirat, eo quod duo latrones cum Domino crucifixi fuerint. Quærit ergo medium lignum, ſed poterat fieri, ut patibula inter ſe ruina confunderet, caſus mutaret, & inverteret. Redit ad Evangelii lectionem; invenit quia in medio patibulo prælatus titulus erat, JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM. Hinc collecta eſt ſeries veritatis, titulo Crux patuit ſalutaris. Hoc eſt quod petentibus Judæis Pilatus reſpondit (e): Quod ſcripſi, ſcripſi; id eſt, non ea ſcripſi quæ vobis placerent, ſed quæ ætas futura cognoſceret: non vobis ſcripſi, ſed poſteritati; propemodum dicens: Habeat Helena quæ legat, unde Crucem Domini recognoſcat; invenit ergo titulum; Regem adoravit, non lignum, quia hic Gentilis eſt error, & vanitas impiorum; ſed adoravit illum qui pependit in ligno ſcriptus in titulo; illum qui ſicut ſcarabeus clamavit, ut perſecutoribus ſuis peccata donaret. Avida mulier feſtinabat tangere re-*

De titulo Crucis.

(e) Joan. 19.

PAGIUS

Idque in urbe Roma.

cet, idque inter filii ac nepotum complexus, die XVIII. Auguſti. Conſtat enim ex Chronologio Codicis Theodoſiani, Conſtantinum M. hujus anni initio conſtitiſſe in Thracia vel in Macedonia *Heraclea*, ubi *III. Nonas Feb.* data Lex 2. *De cuſtodia reorum*, inde in *Pannoniam* profectum eſſe; ubi *Sirmii Idibus Martii* dedit Legem I. *De integri reſtitutione*. E Pannonia in Italiam venit, & *Aquileia* menſe Aprili Legem emiſit, *Si quis eam cujus tutor*. Dein *Mediolanum* profectus, ubi menſe Julio Lex 3. *De falſa moneta*, emiſſa. Hinc Romam eodem menſe Julio pervenit, ibique Vicennalia magnifice edidit, teſte Hieronymo & Idacio in Chronicis, quæ in diem XXV. Julii Conſtantini M. natalem incidebant. Data ibidem Lex 3. *De inſtrumen-*

Digitized by Google

remedium immortalitatis, metuebat calcare ſacramentum ſalutis. Læto corde & trepidante veſtigio quid faceret neſciebat. Pertendit tamen ad cubile veritatis. Lignum refulſit, & gratia micuit. Hucuſque de Crucis inventione: quæ autem ſubdit de clavis paulo poſt dicturi ſumus.

XLV. Crucis Dominicæ manifeſtatio quomodo facta.

Quod vero ait S. Ambroſius, S. Helenam, tribus inventis Crucibus, ad diſcriminationem Crucis Domini ab illis quæ latronum eſſent, uſam eſſe titulo indice: diſcrepant plane (ut dictum eſt alias) ab eo cæteri omnes antiqui ſcriptores, & inter alios ejuſdem ſæculi auctores S. Paulinus Nolanus Epiſcopus, atque Ruffinus. Ille enim ad Severum ſcribens, nonnulla alia habet quæ in Ambroſio deſiderari videntur: ea ergo a nobis hic deſcribantur: ſic enim exorditur (a): *Sed in hiſtoria Crucis accipite magnum & vere divinum miraculum. Regina illa venerabilis ut venit Hieroſolymam, diligenter & pie locis illis, & circa omnibus, divinorum curioſa inſignium, & oculis haurire geſtiens fidem, quam piis auribus litteriſque perceperat; Crucem Domini ſtudioſiſſime perquirere adorſa eſt.* Et inferius: *Itaque non ſolum de Chriſtianis doctrina & ſanctitate plenos viros, ſed & de Judæis peritiſſimos, ut propriæ, qua miſeri & gloriantur, impietatis indices exquiſivit, & accitos in Hieroſolymam congregavit. Tum omnium una de loco teſtificatione confirmata; juſſit illico, urgente ſine dubio conceptæ revelationis inſtinctu, in ipſum locum operam foſſionis accingi.* Par eſt credere ex iis quæ tradit Paulinus, Rabbinos illos in conſilium adhibitos, traditionem Judæorum reſeraſſe, cujus meminimus primo Annalium tomo; nimirum moris fuiſſe, inſtrumenta, quibus ſonti alicui illata mors eſſet, juxta eum conſepeliri: quamobrem cum conſtaret de loco, ubi ſepultus Dominus eſſet; omnium ſententia fuiſſe decretum, ab eodem proximo loco terram effodere.

(a) Paulin. epiſt. 11. to. 9. Bibl. ſanct.

XLVI. Sed ſubdit Paulinus: *Parataque mox civium pariter & militari manu, brevi laborem iſtius molitionis hauſit; & contra ſpem omnium, ſed ſecundum tantum ipſius Reginæ fidem alta egeſtione reſeratis terræ ſinibus, abdita Crucis arcana patuerunt. Sed cum tres pariter Cruces, ut quondam fixa Domino, & latronibus ſteterant, repertæ fuiſſent; gratulatio repertarum cœpit anxia dubitatione confundi juſto piorum metu, ne forſitan aut per Crucem * Domini patibulum latronis eligerent, aut ſalutare lignum pro ſtipite latronis abiiciendo violarent. Reſpexit pias fideliter æſtuantium curas Dominus, & ipſi potiſſimum, quæ tam piæ ſolicitudinis princeps erat, hujus conſilii lumen infudit, ut aliquem recens mortuum inquiri, & inferri juberet. Nec mora, verbum factum, cadaver illatum eſt; deponitur; jacenti una de Crucibus admovetur, ſed earum ligna mors ſprevit. Poſtremo Dominicam Crucem prodit reſurrectio; & ad ſalutaris ligni tactum morte profuga, funus excuſſum, & corpus erectum eſt; tremefactiſque viventibus, ſtetit mortuus, & funebribus, ut Lazarus quondam, vinculis expeditus, illico inter ſpectatores ſuos redivivus inceſſit. Ergo Crux Domini tot operta ætatibus, & Judæis in tempore paſſionis abſcondita, neque Gentibus in ædificatione fani, terram ſine dubio ad ipſam fabricam egerentibus, revelata eſt: nonne divina manu latuit, ut nunc inveniretur, cum religioſe quæreretur? Ita (ut Crucem Chriſti decuit) experimento reſurrectionis inventa, & probata Crux Chriſti eſt, dignoque mox ambitu conſecratur, condita in paſſionis loco baſilica, quæ auratis coruſca laquearibus, & aureis dives altaribus, arcano poſitam ſacrario crucem ſervat; quam Epiſcopus urbis ejus quotannis, cum Paſcha Domini agitur, adorandam populo princeps ipſe venerantium promit.* Hucuſque de Crucis inventione Paulinus. Confirmat id ipſum Severus, qui & ex reſurrectione extincti cadaveris Cruci admoti Crucem Chriſti innotuiſſe teſtatur (b).

* pro Cruce.

Miraculum in Crucis inventione.

(b) Sever. hiſt. lib. 2.

XLVII. Ruffinus autem non mortuum revocatum ad vitam, ſed ſeminecem fœminam reſtitutam tradit incolumitati, cum ait (c): *Accidit in eadem urbe, primariam quamdam loci illius fœminam gravi ægritudine confectam, ſeminecem jacere. Macarius per idem tempus Eccleſiæ illius Epiſcopus erat. Is ubi cunctantem Reginam, atque omnes pariter qui aderant, videt: Afferte, inquit, huc totas quæ repertæ ſunt Cruces; & quæ ſit quæ portaverit Dominum, nunc nobis aperiet Deus. Et ingreſſus cum Regina pariter, & populis* ad

(c) Ruffin. hiſt. l. 1. c. 17.

Diverſa de miraculo edito Ruffini relatio.

PAGIUS *mandis hic, quæ ſub Tyrannis, VIII. Idus Jul.* Hinc & recitata in Palatio, Conſtantino ſcilicet præſente, menſe Auguſto, Lex 3. *De bonis vacantibus*, eodemque menſe Auguſto Romæ *Helena* mortua & ſepulta. Quæ omnia Gothofredo in eadem Chronologia recte obſervata, qui addit, falli eos, qui alio quam currenti anno Helenam mortuam volunt, hancque Conſtantini Magni Romæ moram ultimam eſſe, quæ Senatum Populumque Romanum ei inconciliavit, propter eradicandæ videlicet in ea ſuperſtitionis Gentilitiæ ſtudium, hincque ornamentorum ex urbe Roma poſtea tranſlationem, & populi Romani in eum convicia, de quibus Libanius Oratione 13. ad Theodoſium pag. 412. Conſtantinus Roma, ubi conſtiterat trimeſtri ferme, Julio, Auguſto, Septembri, in Pannoniam reverſurus *Spoletum* venit, ubi ab eo data Lex 2. *De Hæreticis*, indeque in Pannoniam, ubi data ab eo *Sirmii* Lex 1. *De jure Fiſci, pridie Kal.* Jan.

ad eam quæ decumbebat, defixis genibus, hujuſcemodi ad Deum precem profudit: Tu Domine, qui unigenitum Filium tuum ſalutem generi humano per paſſionem Crucis conferre dignatus es, & nunc in noviſſimis temporibus adſpiraſti in corde ancillæ tuæ perquirere lignum beatum, in quo ſalus noſtra pependit: oſtende evidenter ex his tribus, quæ Crux fuerit ad Dominicam gloriam, vel quæ extiterit ad ſervile ſupplicium; ut hæc mulier, quæ ſemiviva decumbit, ſtatim ut eam lignum ſalutare contigerit, a mortis januis revocetur ad vitam. Et cum hæc dixiſſet, adhibuit primo unam ex tribus, & nihil profecit; adhibuit ſecundam, & ne ſic quidem aliquid actum eſt: ut vero admovit tertiam, repente adapertis oculis mulier conſurrexit; & ſtabilitate virium recepta, alacrior multo, quam cum ſana fuerat, tota domo diſcurrere, & magnificare Dei potentiam cœpit. Sic evidenti indicio Regina voti compos effecta, templum mirificum eo in loco, in quo Crucem repererat, regia ambitione conſtruxit. In hunc modum de inventa Cruce Ruffinus: eadem quoque Theodoretus (*a*), Socrates (*b*), atque Sozomenus (*c*). Sed & utrumque miraculum accidiſſe, Nicephorus (*d*) tradit, cum ſubdit: *Dicunt quoque, poſtea mortuo prorſus Crucem impoſitam, in vitam illum repente revocaſſe.*

(a) Theod. l. 1. c. 18.
(b) Socrat. l. 1. c. 13.
(c) Sozom. l. 2. c. 1.
(d) Niceph. l. 8. c. 29.

XLVIII. Addit ad hæc Sozomenus, in altera parte antri illius, in quo ſepulcrum Domini inventum fuit, tres illas eſſe Cruces repertas, & tabellam tituli ſeorſum poſitam: ut non ſit mirum ſi poſt trecentos ſeptem minus annos Cruces ſubtus terram abſconditæ non penitus emarcuerint; nam (ut taceamus de ligno Crucis Chriſti, quam a putrefactione potuit miraculum præſervaſſe) quod aliæ duæ integræ ſint repertæ, non potuit alia ratione contingere: ſic etiam nec eas fuiſſe ex diverſa ligni materia, ſed & ſicut illam, ex ligno, quod cariem non admitteret, poſſumus intelligere. Rurſum vero apparet nec fuiſſe figura diſtinctas, quas oportuit diſcriminari miraculo, ſed eamdem omnes tres illas imaginem reddidiſſe, quæ a S. Irenæo (*e*) de Chriſti Cruce loquente his verbis deſcribitur: *Ipſe habitus Crucis fines, & ſummitates habet quinque, duos in longitudinem, & duos in latitudinem, unum in medio, in quo requieſcit qui clavis affigitur.* Nam ſi aliter contigiſſet, ex Crucis figura quam Irenæus expreſſit, qui longe ante hæc tempora ſcripſit, ſatis Crux Chriſti quæ eſſet, intelligi abſque experimento miraculi potuiſſet.

Crux qualis.

(e) Iren. l. 2. c. 42.

XLIX. Crucis autem inventæ partem alteram Hieroſolymis eſſe relictam, alteram vero ad Conſtantinum allatam, idem Sozomenus affirmat (*f*), necnon Theodoretus (*g*): *Quam* (inquit Socrates *h*) *ubi Conſtantinus accepiſſet, ratus civitatem, in qua illa ſervaretur, omnino ſalvam, & incolumem fore, in ſuam ipſius incluſit ſtatuam, quæ Conſtantinopoli in foro, quod ab ipſo Conſtantino nomen traxit, ſuper columnam ingentem ex lapide porphyrite confectam collocata eſt. Iſtud quamquam ipſe auditione ſolum accipiens, ſcriptis mando; tamen omnes fere, qui Conſtantinopolim incolunt, verum eſſe affirmant.* Hujus quoque tunc factæ Crucis diviſionis Ruffinus (*i*) meminit. Cæterum haud magna potuit eſſe Crucis portio illa quæ aliquo ſtatuæ membro includeretur; ſed particula aliqua ibi recondita, reliquam conſtat Romam eſſe perlatam, & in Baſilica ad Atrium Seſſorianum, de qua diximus, collocatam.

Crux in partes diviſa.

(f) Sozom. lib. 2. c. 1.
(g) Theod. l. 1. c. 18.
(h) Socra. l. 1. c. 13.
(i) Ruffin. l. 1. c. 8.

L. At non hanc tantum paſſa eſt Crux ipſa diviſionem, ſed ut de partibus aliis, & ex aliis ſubdiviſis dicere prætermittamus; ex maxima illa omnium portione quæ Hieroſolymis relicta erat, Fidelibus eo peregrinantibus, pietatis ergo, & pro mercede longi itineris, aliquid ex Dominicæ Crucis ligno ſibi impertiri obnixe petentibus, a loci epiſcopo erat ſolitum fruſtum concedi; ſed operante divina virtute jugi miraculo (quod ait S. Paulinus (*k*) & nos alibi diximus) *Crux in materia inſenſata vim vivam tenens, ita ex illo tempore innumeris pene quotidie hominum votis lignum ſuum commodat, ut detrimenta non ſentiat, & quaſi intacta permaneat, quotidie dividuam ſumentibus, & ſemper totam venerantibus: ſed iſtam imputribilem virtutem, & indetribilem ſoliditatem de illius profecto carnis ſanguine bibit, quæ paſſa mortem, non vidit corruptionem.* Ita Paulinus. Sed & S. Cyrillus Hieroſolymitanus Antiſtes, qui his temporibus vixit, & interfuiſſe potuit ejuſdem Crucis inventioni (nam ſub Conſtantio filio Conſtantini eidem ſedi poſt Maximum Macarii ſucceſſorem fuit præfectus

(k) Paulin. ep. 11.

Lignum Crucis multiplicatum.

PAGIUS XVI. *Jan.* ultimo ſcilicet hujus anni die.

Dies, quo *Conſtantinus* Romam hoc anno adventavit, notatus videtur in Kalendario Lambeciano, in quo ad XII. Kalend. Auguſti legitur, ADVENTUS DIVI. Idem tempus indicat Zoſimus lib. 2. pag. 865. & 866. ubi Conſtantini moram Romæ in diem, quo *Tranſvectio* Equitum in Capitolium, ſeu Probatio Equitum Romæ celebrabatur, incidiſſe, nuncupatis verbis prodit. Qui dies erat IDUS JULIÆ, ut ex Livio, Valerio, Plutarcho, Plinio, & Auctore de Viris Illuſtribus conteſtatiſſimum eſt. Immo in præfato Kalendario temporibus filiorum Conſtantini M. ſcripto ad Idus Julias habetur, EQUIT. R. PROB. id eſt, *Equitum Romanorum Probatio*. Hinc Lex 3. Codicis Theodoſiani *De infirmandis his, quæ ſub Tyrannis*, dicitur *dat. VIII. Id. Jul. Romæ*, & Lex 4. ejuſdem tituli dicitur *dat. Id. Jul.* ipſo nempe die *Tranſvectionis*, quæ Vicennalium Conſtantini occaſione

Conſtantini M. Romam adventus.

Baron. n. LXIII.

ctus Epiſcopus) de Crucis innumerabiles fere per partes facta diviſione hæc habet Catecheſi qaarta: *Ligno Crucis univerſus terrarum Orbis per partes repletus eſt*. Ac rurſum Catecheſi decimatertia: *Per particulas ex hoc loco per univerſum Orbem ſparſum eſt*. Qai item de multipilcatione in Cracis diviſione divinitus impartita, quam Paulinus teſtatur, teſtis fidelis accedere videtur, cum air (*a*): *Quinque panes teſtantur in quinque millia multiplicati; lignum Crucis teſtatur, ad hodiernum diem apud nos apparens, & apud eos qui ſecundum fidem ex illo capientes, hinc univerſum Orbem fere jam repleruut*. Hæc igitur a Cyrillo tertiam reperita, & a S. Paulino difertis verbis aſſerta, ora obſtruant ſubſannantiam hærericorum, atque adeo objectantium, qao modo fieri poſſit, ur Crux una tot in partes toro reperiatur Orbe diffuſa. Sed quod rurſas ad Crucis inventionis narrationem ſpectat; circumfertur hiſtoria, in qua intor alia narratur de Jadæo qaodam, Juda nomine, qui ſecretum locum, in quo Crux haberetar abſcondita, revelavit; aamdemqae virum redditum Chriſtianum, nominatum faiſſe Cyriacum, cujas etiam mentio cum in libro de Romanis Pontificibus (*b*), tum etiam apud Gregorium Turonenſem habetur (*c*).

(*a*) Cyril. Catech. 10.

(*b*) In Euſebio Papa.

(*c*) Greg. Tur. hiſt. lib. 1. c. 36.

LI. Quod autem ad repertos clavos pertinet; eos non fuiſſe tam longa temporis diuturnitate conſumptos rabigine, ſed eodem in autro in monumento poſitos, & inventos reſtatur Socrates (*d*); adeout non opus faerit eoſdem ab aliis alio miraculo diſcriminari; at vidimus factum de Cruce. De inventione vero eorumdem clavorum iidem omnes citati ſuperius auctores affirmaut; &, quem primum ordine poſuimus, Ambroſius hæc de his tradit (*e*): *Quæſivit clavos, quibus crucifixus eſt Dominus, & invenit. De uno clavo frenos fieri præcepit, de altero diadema intexuit; unum ad decorem, alterum ad devotionem vertit. Viſitata eſt Maria, ut Evam liberaret; viſitata eſt Helena, ut Imperatores redimerentur. Miſit itaque filio ſuo Conſtantino diadema gemmis inſignitum, quas pretioſior ferro innexas Crucis redemptionis divinæ gemma connecteret: miſit & frenum: utroque uſus eſt Conſtantinus, & fidem tranſmiſit ad poſteros Reges. Principium itaque credentium Imperatorum, ſanctum eſt, quod ſuper frenum; ex illo fides, ut perſecutio ceſſaret, devotio ſuccederet*. Et paulo poſt: *Recte in capite clavus, ut ubi ſenſus eſt, ibi præſidium; in vertice corona, in manibus habena. Corona de Cruce, ut fides luceat; habena quoque de Cruce, ut poteſtas regat, ſitque juſta moderatio, non injuſta præceptio*. Ac poſt malta eodem argamento tractata: *Quid ergo* (inquit) *aliud egit Helenæ operatio, at frena dirigeret, niſi ut omnibus Imperatoribus ſancto dicere Spiritu videretur: Nolite fieri ſicut equus & mulus: ſed in freno & camo maxillas eorum conſtringeret, qui ſe non agnoſcerent Reges, ut regerent ſibi ſubditos?* Alludit & inter alios Theodoretus (*f*) de clavo in freno poſito, ad id qaod olim per Zachariam Prophetam (*g*) prænunciatum fuerat: *In die illa erit quod ſuper frenum equi eſt, ſanctum Domino*. Sed hoc S. Hieronymo (*h*) explicanti verba Prophetæ param arridet.

(*d*) Socrat. l. 1. c. 13.

(*e*) Ambroſ. orat. in fun. Theod.

(*f*) Theod. hiſt. l. 1. c. 18.

(*g*) Zach. 14.

(*h*) Hier. in Zach. c. ult.

LII. Cum autem tres ſaltem clavos, quibus Cruci affixus eſt Dominus, eſſe oportaerit (cujus crucifixionis ſpeciem exhibent hodie ejuſdem Chriſti crucifixi imagines) ex illorum duobus frenum eſſe confectum tradunt (licet frenos quaſi plures Ruffinas (*i*) dicat) tertio autem regium diadema compactum. Verum qaatuor potias faiſſe clavos, Gregorias Taronenſis, qui ante mille, & centum propemodam annos vixit, conſtanter affirmat; & de ſingulorum aſu hæc ſcribit (*k*): *Speciosi autem, omnique metallo nobiliores Dominicæ Crucis clavi, qui beata membra tenuerunt, ab Helena Regina poſt ipſius ſacræ Crucis inventionem reperti ſunt; & de duobus quidem frenum Imperatoris munivit, quo facilius, ſi adverſæ gentes reſtitiſſent Principi, hac virtute fugarentur, de quibus non eſt ignotum Zachariam vaticinaſſe Prophetam, &c.* Ac mox ſabdit de uſa clavi tertii: *Eo enim* (inquit) *tempore Hadriaticum mare magnis fluctibus movebatar; in quo cum frequentia erant naufragia, & demerſio hominum, ut Vorago navigantium diceretur; tunc provida Regina condolens excidia miſerorum, unam ex quatuor clavis deponi jubet in Pelagus, confiſa de Domini miſericordia, quod ſævas fluctuum commotiones facile poſſet opprimere. Quo facto, redditur mare quietum, tranquillaque deinceps navigantibus flabra præſtantur*

(*i*) Ruffin. hiſt. l. 1. c. 8.

Quot clavis Chriſtus Cruci confixus.

(*k*) Greg. Tur. de Glor. mart. c. 6.

PAGIUS ne geſta eſt. Auctor Chronici Alexandrini ſub Januarii & Juſti Conſulatu anno CCCXXVIII. hæc refert, quæ ad præſentem annum revocanda eſſe contendit Gothofredus in Commentario præfatæ Legis I. *De infirmandis his, quæ ſub Tyrannis*. *His Coſſ. Conſtantinus laudatiſſimus Imperator Roma profectus, & Nicomediæ Bithyniæ Metropoli moratus, ſæpeque Byzantium profectus primum Byzantii murum inſtauravit, magnamque partem ad veterem murum adjecit, novumque cum eo conjunxit, urbemque ipſam Conſtantinopolim dixit*; poſteaque alia ædificia a Conſtantino ibidem constructa ait. Verum, cum ſub hujus anni finem Conſtantinus Sirmii fuerit, ut cum ipſomet Gothofredo ſupra obſervavimus, quomodo hoc anno vel Byzantii vel Nicomediæ eſſe potuit? Immo neque anno ſequenti Conſtantinus Nicomediæ aut Byzantii fuit, ut eo anno videbimus. Quare Auctor Chronici Alexandrini hac in re non redarguendus, eaque narratio cum an-

tur. Unde uſque hodie nautæ ſanctificatum mare venerantur, & cum ingreſſi fuerint, jejuniis, orationibus, & pſalterio vacant. Clavorum ergo Dominicorum gratia, quod quatuor fuerint, hæc eſt ratio: duo ſunt affixi in palmis; & duo in plantis. Hæc ipſe; nonnullæ enim antiquæ Chriſti Domini Cruci affixi imagines id quidem exprimunt, ut ſeorſum pedes ſinguli Cruci habeantur affixi; licet aliæ, eædemque frequentiores (quod recentior uſus id recepiſſe videatur) pedum plantis invicem ſuperpoſitis, unico tantum clavo prominentiori ſuppedaneo ligno Cruci inhærenti confixis, ubique viſantur ejuſdem Crucifixi imagines ſculptæ, vel pictæ.

LIII. De quarto autem clavo Gregorius ait ipſum in galea ſtatuæ Conſtantini fuiſſe poſitum; teſtaturque poſt alios id ipſum Zonaras (a). At cum omnium ſententia conſtet, clavum poſitum in corona, qua ipſe uti ſoleret Conſtantinus: puto potius coronam ſimulacro impoſitam, ad illius, quam geſtare ſoleret Imperator, exemplum, eſſe compoſitam, quam illam re vera alio clavo Crucis ornatam fuiſſe. Sed quæ Gregorius ſcribit de freno ex duobus clavis affabre facto: hæc idem habet, dum res geſtas enarrat quæ ſub Juſtino Imperatore, eodem quo auctor vixit ſæculo, contigerunt: *Magnam* (inquit b) *ferunt virtutem eſſe hujus freni; quod ambigi nequaquam poteſt, quod Juſtinus Imperator publice expertus eſt, ac ſuis omnibus patefecit. Illuſus enim a quodam mago propter pecuniam, emiſſas ſibi a dæmonis umbra intolerabiles per duarum curricula noctium ſuſtulit inſidias; ſed cum tertia nocte frenum capiti collocaſſet, locum inſidiandi inimicus ultra non habuit; repertumque auctorem inſidiarum gladio percuſſit.* Hæc Gregorius.

(a) Zonar. part. 3. Annal.

(b) Greg. Tur. de Glor. mart. ubi ſupr.

De freno Miraculum.

LIV. Clavorum Chriſti multiplicitas unde. Quod vero clavi, quibus Cruci ſuffixus eſt Chriſtus, plures diverſis in locis hodie reperiri dicantur; nihil eſt quod pluribus quam tribus, vel ad ſummum quatuor, Chriſti manus, & pedes confixos eſſe putemus: licet multa extent exempla ſanctorum martyrum, & inter alia quod S. Ambroſius recitat (c) de martyre multiplicibus clavis affixo patibulo. Ait enim ipſe, cum agit de Inventione Agricolæ martyris crucifixi: *Nos legimus martyris clavos, & multos quidem; & plura fuerunt vulnera quam membra.* Sed fortaſſe accidit, ut ex aliquo clavorum Chriſti modica ſingulis acceſſerit ferri portio, vel potius, deperditis antiquioribus rem teſtantibus monumentis, clavi illi, quibus compacta ſunt ligna ſanctiſſimæ Crucis, crediti ipſi fuerint, quibus Chriſti membra Cruci fuerunt infixa: niſi forte alicubi accidit, ut clavus aliquis inter ſacras reliquias aſſervatus, quo myſtica membra Chriſti, nempe martyr quiſpiam confixus eſt, idem unus ex ipſis paſſionis Chriſti clavis fuerit exiſtimatus. Quicquid ſit, fides (quod ait Ambroſius) purgat facinus: cum nemo Fidelium ferrum colat, ſed Chriſti potius paſſionem veneretur, & adoret in ferro. Sed ad Helenam redeamus.

(c) Ambroſ. ad Virg. exhort.

Reliquit Hieroſolymis etiam (inquit Ruffinus d) *indicium hoc religioſi animi Regina venerabilis: Virgines, quas ibi reperit Deo ſacratas, invitaſſe ad prandium, & tanta eas devotione curaſſe dicitur, ut indignum crederet, ſi famularum uterentur officiis; ſed ipſa manibus ſuis, famulæ habitu ſuccincta, cibum apponeret, poculum porrigeret, aquam manibus infunderet, & Regina Orbis ac mater Imperii, famularum Chriſti ſe famulam deputaret.* Ita Ruffinus. Porro tantam rem Græcorum quoque ſcriptorum monumentis eſſe proditam, & egregie teſtatam relictam, ſcimus, nempe a Theodoreto (e), Socrate (f), atque Sozomeno (g); omittimus recenſere innumeros pene alios recentiores ejuſdem geſtæ rei egregios laudatores. Coluiſſe plurimum & ejus filium Conſtantinum ſanctas Dei Virgines, eaſque ex publico aluiſſe, præter illa quæ ſuperius dicta ſunt, Euſebius (h) teſtatur his verbis: *Maximis autem eos honoribus proſequebatur, qui vitam ſuam cæleſti philoſophiæ dedicaſſent. Sanctiſſimum ergo perpetuarum virginum cœtum conſtanter colebat, quod in earum mentibus Deum ipſum, cui ſe conſecrarant, inhabitare crederet.*

LV. (d) Ruffin. l. 1. c. 8. Helenæ pietas.

(e) Theod. lib. 1. c. 8.

(f) Socr. l. 1. c. 13. in fin.

(g) Soz. l. 2. c. 2.

(h) Euſeb. Vita Conſt. l. 4. c. 28.

Rur-

PAGIUS anno CCCXXVIII. copulandi, ut recte præſtiterat ipſemet Gothofredus in Chronologia Codicis Theodoſiani.

XVII. Helenopolis condita. Baron. n. LVIII. Auctor Chronici Alexandrini ſub anni ſequentis Conſulibus ait: *Conſtantinus inſtaurata Drepani urbe in Bithynia ad cultum Sancti Luciani Martyris illam a matre ſua Helenopolim nuncupavit, donata civitati in Martyris honorem, quo uſque patet ante urbem proſpectus, immunitate vectigalium ad hodiernum uſque diem.* Helenopolim etiam Hieronymus in Chronico anno ſequenti conditam ſcribit, ideoque & poſt Helenæ mortem, & in Quinquennalibus Conſtantii Cæſaris.

XVIII. Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus Hiſtoriam Eccleſiaſticam hoc anno publicavit. In capite enim ultimo poſtremi libri, narrato Licinii interitu, qui anno præcedenti contigit, ait: *Conſtantinus vir omnibus Religionis virtutibus ornatus, & Victor Maximus, una cum filio Criſpo Cæſare Deo chariſſimo, & patri undequaque ſimillimo, Orientem ſuum recepit; & Imperium Romanum, ſicut olim fuerat, in unum corpus redegit.* Quare, cum Criſpus currenti anno a Conſtantino patre occiſus fuerit, uti ſuo loco oſtendi, Euſebius ante præſentem annum Hiſtoriam ſuam in Oriente publici juris non fecit; ſaltem antequam de hujus cæde in Occidente patrata, nuntium in Palæſtinam, ubi is Hiſtoricus agebat, perveniſſet. Nam tantum abeſt, ut de *Criſpo* jam mortuo ita locutus eſſet Euſebius, ut ne quidem illius meminiſſet; cum in Oratione in Tricennali-

Euſebius Hiſtoriam ſuam publicat.

Digitized by Google

(a) Euſeb. Vit. Conſt. l. 3. c. 43. 44. Rurſum vero de eadem Helena hæc idem habet Euſebius (*a*).

LVI. Munificentia S. Helenæ. *Porro autem dum regiarum opum magnificentia inſtructa omnem Orientem peragrat, cum univerſo populo quaſque civitates incolenti ſimul, tum privatim ſingulis eorum qui ad ipſam accedebant, infinita munera largita eſt: infinita etiam ordinibus militaribus quaſi plena manu diſtribuit. Quæ vero pauperibus, omnibus rebus nudatis, omnique ope, & auxilio deſtitutis diſpertierit, vix enumerari poſſunt: quippe ia alios grandem pecuniarum vim conferre, aliis corporis tegumenta prolixe, & largiter ſuppeditare, vinculis eripere alios, alios tum laboribus in metallis effodiendis afflictatos, tum fraude & injuria oppreſſos liberare, denique ab exilio alios in patriam revocare dignata eſt. Quæ quidem, licet ejuſmodi rebus eſſet inſigniter nobilitata, alia tamen in Deum pietatis munera minime neglexit. Nam ubique cernebatur in Eccleſiam Dei introire, templaque ſplendidis exornare monumentis; inque ædes ſacras vel in minimis urbibus extructas ſuam benignitatem oſtendere licebat: præterea eam & decoro eximioque appaeatu admirabilem videre ſæpe verſari cum multitudine, & verum cultum erga Deum omnibus piis vitæ officiis declarare.* Hæc Euſebius.

LVII. Luciani martyris Baſilica. Reliquit in ea peregrinatione S. Helena & illud pietatis ſuæ nobile monumentum, nempe egregiam Memoriam Luciani martyris Drepani in Bithyniæ regia munificentia excitatam. Recens quippe erat in mentibus hominum tanti martyris certaminis recordatio, & inſigne quod poſt martyrium fuerat de corpore ejus in mare demerſo ſubſecutum miraculum, cum delphinorum dorſo delatum eſſet ad littus, quando (ut ferebat iniqua temporis conditio) Drepani fuit humili ſepultura donatum. Hæc igitur omnium ore vulgata cum S. Helena percepiſſet, quæ erat ſanctorum martyrum ſtudioſiſſima, digno trophæo triumphum martyris ornare decrevit; atque illic, ubi Drepani eſt collocatum ejus corpus, ſumptuoſam deſuper Baſilicam erigendam curavit. Teſtantur hæc ejuſdem Luciani Acta martyrii antiquitus ſcripta, in quibus iſthæc in fine leguntur (*b*): *Poſtea autem quam nobis ſalutarem Domini reſtituit Crucem, quæ Magnum inter claros Imperatores genuit Conſtantinum, veneranda Helena, quando revertebatur Hieroſolymis, locum honorans, & in eo condidit Civitatem, convocatis habitatoribus ex iis, quæ circum circa erant regionibus, & effectis operis participibus, & validis eam cinxit mœnibus, & martyri templum ædificavit maximum, quod nunc quoque inſigne & pulchre extructum cernitur ab iis qui & terra & mari ingrediuntur ac navigant.*

(b) Recitat Metaph. die 7. Januar. apud Sur. tom. 1.

LVIII. Helenopolis, Helenopontum. Filius autem, qui ad omnia ſumptus copioſiſſimos ſuppeditabat, Conſtantinus, voluit a matris nomine, Civitatem redditam ampliorem, Helenopolim appellari; quod Sozomenus (*c*) atque alii poſt eum affirmant. Sed & Pontum ipſum, Polemaicum antea dictum, a matre ſua, Helenopontum voluit nominari: teſtatur id Juſtinianus in Novella conſtitutione, cum ait (*d*): *Ab omnibus Helenopontus nuncupatur; quod illi nomen a pientiſſimo Principe Conſtantino impoſitum eſt, occaſione honeſtiſſimæ ſuæ matris, Helenæ ſcilicet pientiſſimæ mulieris; quæ nobis etiam ſacrum Chriſtianorum lignum invenit. Vetus enim illud nomen Polemonis, quo plerique in Ponti tyranno uſi fuerunt, dehinc quieſcito: primum, quia tyrannus extitit; ſecundo, quia de ſuo nomine urbem appellatam habet, ſcilicet Polemoniam; tum etiam, quia pulchrius fuerit regiones Chriſtianorum & Regum nominibus deſignare, quam iis quæ Polemi, hoc eſt, belli & tumultus, notionem præſeferunt.* Hæc ibi. At non unam tantum, ſed duas civitates a Conſtantino erectas Helenæ matris nomine, Sozomenus (*e*) affirmat; alteram nempe, de qua actum eſt, in Bithynia; alteram vero in Palæſtina; ſed repugnant iis quæ tradit Socrates his verbis (*f*): *Quod autem Imperator in condendis urbibus multum ſtudii poſuerit, quod ex nonnullis vicis Civitates effecerit, ut Drepanum matris nomine appellarit, ut Conſtantiam ſororis Conſtantiæ nomine nuncupatam in Palæſtina ædificarit; litteris in præſentia mandare, minime opportunum arbitror.* In hunc modum Socrates; quod & verius eſſe probatur, cum civitas nulla reperiatur in Palæſtina, quæ fuerit Helenopolis appellata. Fuit autem apud Antiochiam ad Daphnidis lucum celebris memoria Helenæ, di-

(c) Sozom. lib. 2. c. 1. in fin. Niceph. lib. 8. c. 31.

(d) Collat. 14. conſtit. 28. incip. Quod pulchre.

(e) Soz. l. 2. c. 2. in fin.

(f) Socrat. l. 1. c. 14.

PAGIUS nalibus Conſtantini habita cap. 3. de aliis tribus Conſtantini liberis mentionem faciat, de Criſpo vero a patre perempto taceat; quod etiam ſilentium ſervat in Vita Conſtantini lib. 4. cap. 40. quando de Conſtantini filiis ſermonem habet.

XIX. Varii errores de anno ejus publicatio. Ex quibus deducitur primo, Hankium in libro de rerum Byzantinarum Scriptoribus Græcis parte I. cap. I. hallucinatum, quando Euſebium Hiſtoriam ſuam ante Nicænam Synodum in lucem emiſiſſe tradit. Secundo, hallucinatos etiam eos, qui Criſpi mortem anno præcedenti contigiſſe ſcripſere. Tertio, audiendos non eſſe Valeſium, qui in Diſſert. quam de Vita & Scriptis Euſebii compoſuit, putat, Hiſtoriam hanc aliquot annis poſt Concilium Nicænum eſſe abſolutam; Blondellum, qui anno circiter CCCXXX. editam aeſtimat in Apologia pro Hieronymi ſententia de Epiſcopis & Presbyteris, ſectione II. cap. 29. & Dallæum, qui eodem anno conſcriptam cenſet lib. I. de pſeudo-epigraphis Apoſtolicis cap. 4. Mors enim *Criſpi*, quæ poſt annum CCCXXVI. differri nul- *nis inveniuntur.*

Digitized by Google

(a) Suid. in verb. Auguſtale. dicta Anguſtale, ubi idem Conſtantinus Imperator Helenæ ſuæ matris ſtatuam collocavit. Hæc apud Suidam (a).

LIX. De Helenæ obitu. At quæ de Helenæ obitu Euſebius, & alii veteres narrant, his intexamus; cum enim quoto potiſſimum anno Domini defuncta ipſa fuerit, incompertum penitus habeatur, neque obitum ejus certis conſignare Conſulibus conceſſum ſit; hic ubi de rebus ab ea geſtis agitur, ejus quoque beatum finem annectere, haud erit incongruum; cum tamen affirmare non dubitemus aliquot illam amplius vixiſſe annos, utpote quæ octogenaria ætate ex hac vita deceſſit.

(b) Euſeb. in Vit. Conſt. l. 3. c. 45. 46. De ea enim Euſebius hæc narrat (b): *Denique vero cum naturam vivendi ſatietate explevisset, & ad meliorem ſtatum evocaretur, octogeſimumque fere ætatis ſuæ annum confeciſſet, & ad extremum vitæ exitum prope veniſſet; decrevit ſecum, ſtatuitque coram Imperatore filio ſuo, unico Principe mundi potentiſſimo, hujuſque liberis Cæſaribus nepotibus ſuis, teſtamentum ſuum facere; & ſigillatim nepotibus ſuos, quæ ſibi in toto orbe terrarum ſuppeterent facultates diſpertire. Quibus rebus hunc in modum conſtitutis, ſuo filio tanto, & tam eximio Imperatore ipſi præſto aſſiſtente, ſedula inſerviente, & manus illius tenente, finem ita vivendi fecit, ut beatiſſima quidem jure optimo non mori prudentibus videretur, ſed vitam caducam, & fragilem cum cæleſti, & æterna revera commutare. Anima igitur corporis compagibus ſoluta, ad immortalem, & angelicam naturam, atque adeo ad ipſum Salvatorem aſſumpta eſt.*

LX. *Ejus autem tabernaculum ſplendidis exequiis decoratum; nam maxima ſatellitum turba ad civitatem, quæ principem locum tenet Imperii, deportatum fuit, ibique regali ſepulcro conditum. Sic igitur Imperatoris mater diem ſuum obiit; quæ quidem eſt immortali plane memoria celebranda, non modo propter pia vitæ officia; ſed etiam propter eximium illud & admirabile germen ab ea editum, Conſtantinum dico; quem quidem cum ob cæteras res omnes, tum ob pietatem in parentem, & procreatricem ſuam, beatum judicare, par eſt; qui illam, cum jam antea pietate minime eſſet imbuta, ita piam reddidit, ut a primo tempore ætatis ab ipſo communi omnium Salvatoris ore inſtituta fuiſſe videretur; ita etiam honore regio exornavit, ut cum apud omnes gentes, tum apud eos qui in aliquo gradu militari collocati eſſent, Auguſta, & Imperatrix nuncuparetur, aureaque numiſmata ejus imprimerentur effigie. Jam vero theſauro regio pro arbitratu utendi, proque animi ſententia, & ut ſibi commodiſſimum fore putaret, ſingula libere diſpenſandi, filius ei liberam fecit poteſtatem, quo etiam in his omnibus eam, & ſplendore eximiam, & amplitudine admirabilem efficeret. Quare inter ea, quæ ad ejus memoriam illuſtrandam faciunt, iſta etiam non ſine cauſa cepetita ſunt; quæ dum propter ſingularem pietatis præſtantiam in matre colenda exercebat, præcepta etiam divina, quæ honorem parentibus decenter impertiendum tradunt, accurate explevit.* Hucuſque Euſebius de obitu Helenæ, & pietate ipſius, & Conſtantini in ea officiis frequentanda ſedulitate. Funus, & ſepultura Helenæ. Addit Theodoretus (c), morientem Helenam plurima de pia vivendi ratione filio præcepta dediſſe, eumdemque benedictionibus muniviſſe. (c) Theod. lib. 1. c. 18.

LXI. Numiſma cum Imagine S. Helenæ. Quod autem ſpectat ad numiſmata ejus effigie (quod tradit Euſebius) juſſa formari; vel unum hic reddendum putavimus. Por-

PAGIUS nullatenus poteſt, eorum errorem manifeſtum reddit. Præterquam quod *Paulinus* Epiſcopus Tyri, cui decimum librum dicat Euſebius, anno CCCXXVIII. obiit, ut infra videbitur. Hiſtoriam autem illam occaſione Vicennaliorum Romanorum Conſtantini hoc anno publicavit, quod indicat Gennadius in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi de Theodoreto loquens *ait*, incepiſſe eum *a fine librorum Euſebii, id eſt, a Vicennalibus Conſtantini*, a Vicennalibus nempe Nicomedienſibus. Sed, cum in ea Hiſtoria Chronicon ſuum citet & *corrigat*, liquet, anno præcedenti Chronicon, currenti vero Hiſtoriam in lucem emiſſam.

(a)

(a) Numm. æreus extat Romæ apud R. D. Lelium Paſqual. Canon. S. Mariæ Majoris. idem apud Angelum Breventanum Papienſem.





Porro illa quatuor elementa, DN MR, Domini noſtri Matrem, nempe Helenam ſignificare, antiquariæ rei peritorum eadem eſt ſententia. Cur autem ſic velamine eædem Imagines cernantur obductæ, dicturi ſumus inferius, dum de nummis Conſtantini eo modo poſt obitum conſignatis agemus; ſed jam de ejuſdem Helenæ ſepultura diſſeramus.

LXII. Helena Romæ ſepulta. Ubinam autem ea ſepulta ſit, ex Euſebii verborum recta interpretatione exquirendum eſt; cum enim ait, delatam ad Civitatem, quæ principem locum tenet Imperii; Socrates, Euſebium perperam interpretatus, ita ſcribit (b): *Corpus ejus ad Conſtantinopolim, quæ Nova Roma appellata erat, deportatum, regali ſepulcro conditum eſt.* Hæc Socrates, exiſtimans Conſtantinopolim ab Euſebio verbis illis eſſe deſcriptam, Euſebii phraſin (ut apparet) minus exploratam habens: nam urbem Romam iiſdem verbis eumdem intelligere conſueviſſe, quod alibi, dum agit de legatis ad Nicænum Concilium miſſis, ait, aperte declarat, cum in ſignificanda Roma, utitur eadem nomenclatura, ſic dicens (c): *Et quamquam illius urbis, penes quam Imperium eſt, Epiſcopus, &c.* Intelligens de Romanæ urbis Epiſcopo Silveſtro. Cum autem agit de Conſtantinopoli, Urbem ejus nomine appellatam nuncupare ſolitus eſt. Nicephorus (d) non Romæ tantum eam eſſe ſepultam, ſed & defunctam affirmat, tranſlatam vero poſt biennium Conſtantinopolim; ſic enim tradit: *Cum autem ei finis vitæ inſtaret, cum celeberrima memoria Romæ deceſſit, unde octogeſimum agens annum.* Et paulo poſt: *Extra urbem Romam ſepulta, in templo rotundo, marmorea urna depoſita; atque biennio poſt una cum urna Conſtantinopolim deportata eſt. Princeps ipſa in Imperialia monumenta ædis ſanctorum Apoſtolorum illata, lætiſque poſthac atque etiam nocturnis memoriis (ut par erat) eſt celebrata. Hieroſolymis autem venerandæ illæ virgines, quibus veluti quædam ancilla inſervierat, præcipuis eam ſunt memoriis ſolemniter proſecutæ.* Hæc Nicephorus. Sed & citatus ſuperius Anaſtaſii liber de Munificentia Conſtantini erga Urbis Eccleſias, cum agit de Baſilica ſanctorum martyrum Marcellini, & Petri via Lavicana inter duas lauros poſita, hæc habet de Conſtantino (e): *Et Mauſoleum condidit, ubi beatiſſimam Auguſtam matrem ſuam poſuit in ſarcophago porphyretico.* Romæ igitur cum ſepulta dicatur, de tranſlatione facta Conſtatinopolim penes antiquos nulla mentio eſt, immo Sigebertus (f) ab Urbe tranſlatam tradit in Galliam. Conſtat tamen fuiſſe Conſtantinopoli ſacram ædem S. Helenæ, quæ (ut teſtatur Juſtinianus Imp. g) ſanctiſſimæ majori Eccleſiæ copulata erat.

(b) Socr. l. 1. c. 13. in fin.

(c) Euſeb. Vita Conſt. l. 3. c. 7.

(d) Niceph. l. 8. c. 31.

(e) Tom. 1. Conc. in Silveſtro.

(f) Sigebert. an. Dom. 849.

(g) Authen. Coll. 1. tit. 3. ut determinat. conſtit. 3. §. 1.

LXIII. Conſtantinus reverſus in Occidentem. Quod vero teſtetur Euſebius, Conſtantinum matris obitui fuiſſe præſentem, dicendum eſt, eum, poſtquam in Orientem profectus eſt, iterum rediiſſe in Occidentem; & quidem veriſimile eſt, ipſum modo huc, modo illuc (ut ferebat occaſio) eſſe profectum. De Helena quidem in Occidentem reverſa ſatis conſtat, cum ex his quæ modo dicta ſunt tum etiam eum de maris tempeſtate, quam paſſa eſt, quando Hadriaticum mare navigans, in illud Crucis clavum ad ſedandos turgentes ipſius fluctus projecit, ut ſuperius dictum eſt. Adveniens autem ipſa in Urbem, in Baſilica, dicta Heleniana, partem quam ſecum vexit ſanctiſſimæ Crucis, & alias inde ſecum allatas reliquias, ut titulum ejuſdem Crucis, & unum ex clavis, religioſiſſime collocavit.

LXIV. In eadem Baſilica, in baſi ſtatuæ in ejuſdem Helenæ Auguſtæ memoriam erectæ, ejuſmodi inſcriptio legitur.

DOMINÆ NOSTRÆ FL. IVL. HELENÆ PIISSIMÆ AVG.
GENETRICI. D. N. CONSTANTINI MAXIMI VICTORIS
CLEMENTISSIMI SEMPER AVGVSTI AVIÆ CONSTAN-
TINI ET CONSTANTI. BEATISSIMORVM AC FLOREN-
TISSIMORVM CÆSARVM IVLIVS MAXIMIANVS V. C.
COMES PIETATI EIVS SEMPER DICATIS.

Huic

Huic perſimilis extat inſcriptio Neapoli in Montano ſedili his verbis exarata.

PIISSIMÆ AC VENERABILI DOMINÆ NOSTRÆ HELENÆ AVGVSTÆ MATRI DOMINI NOSTRI VICTORIS SEMPER AVG. CONSTANTINI ET AVIÆ DD. NOSTRORVM BEATISSIMORVM CÆSARVM ORDO ET POPVLVS NEAPOLITANVS.

At de S. Helena hactenus. Reſeratis Conſtantini, & Helenæ opera Hieroſolymis locis Sanctis; & Chriſti paſſionis inſtrumentis adinventis; vix credi poteſt, quæ fuerit omnium Fidelium frequentia e remotioribus quoque orbis partibus Hieroſolymam confluentium; cum alioqui occ cum loca ipſa terræ oppleta eſſent aggere, & ſuperſtitione polluta Gentilium, deeſſent qui religionis ergo (qood ſecundo Annalium tomo diximus) Hieroſolymam peterent. At de peregrinatione ad eadem loca ſancta primo etiam tomo actum eſt, & inferius de ea dicendi paſſim ſe dabit occaſio.

LXV.

Dominicum aureum Antiochenum.

Quod rurſum ſpectat ad baſilicas a Conſtantino Imperatore (ut ad inſtitutam orationem redeamus) in Oriente erectas; inter alias plurimas diverſis in locis, quas tradit Sozomenus eſſe ab eo ædificatas Eccleſias, excelluit baſilica Antiochena, dicta a majoribus ob ſui mirificam in omnibus excellentiam, Dominicum aureum; cui, præter auguſtiſſimam ejus ſtructuram acceſſit in ſacris ex auro confectis vaſis effuſa Conſtantini munificentia; ſed de his alio loco dicendum. Ipſum autem templum ab Euſebio paucis deſeribitur, cum ait (a): *Civitates item quæ apud cæteras gentes videbantur, vel maxime propter ſplendorem excellere, templis egregiis magnificiſque curavit exornandas; ſicut ex præcipua urbe totius Orientis, quæ nomen traxit ab Antiocho, conſtare poterit. In qua, tanquam in Civitate illius gentis ac regionis primaria, Eccleſiam tum propter amplitudinem, tum propter pulchritudinem maxime eximiam Deo dicavit. Quippe univerſum templum longis porticibus extrinſecus adjectis circumdedit; ſanctuarium autem interius ad infinitam erexit altitudinem; quod quidem ad ſpeciem folii octangularis fabricatum, multis ædiculis, exedriſque undique conſtructis, compluribus item tabulatis ſuper terram eminentibus, denique fornicibus ſubter eamdem abditis ex omni parte circumſepta fuit. Quam etiam permagna auri.æriſque copia, & reliquæ pretioſæ materiæ ornamentis decoravit.* Hæc ipſe, qoi & ſumptuoſiſſimum quoque ab eo erectum fuiſſe Nicomediæ templum in Bithynia tradit, ſed & de aliis Eccleſiis ab ipſo exædificatis Conſtantinopoli meminit; nos vero de eiſdem agemus in dedicatione ejuſdem ab eo extructæ ſuo nomine Civitatis. At de templis hactenus.

(a) Euſeb. in Vit. Conſt. l. 3. c. 49. & orat. de laudib. Conſt.

LXVI. Jam autem ad fana gentilium, cloacas omnium turpitudinum, ab eodem diruta, narrationem convertamus, atqoe illa ipſa quæ ab Euſebio ejus Provinciæ Archiepiſcopo ſunt memoriæ commendata, ejuſdem inſiſtentes veſtigiis, aſſectemur, qui ait (b): *Iſta quidem erant Auguſtiſſima templa ab Imperatore hactenus conſecrata. Verum ut audierat, ipſum Salvatorem, qui nuper in mundo verſatus fuiſſet, etiam olim ſanctis viris ex Palæſtina prope quercum Mambre (ſic enim appellabatur) divinitus apparuiſſe, ibi quoque Deo viſo, templum exædificari mandat. Gentium ergo Præfectis Imperatoris voluntas per litteras ad ſingulos ſcriptas ſignificata eſt, quæ eos admonuit, ut, quod eſſet imperatum, illico ad exitum perduceretur. Nobis etiam, qui hanc hiſtoriam litteris mandamus, epiſtolam accuratius ſcriptam miſit, cujus exemplar mihi conſentaneum videtur huic præſenti ſermoni annectere, quo Imperatoris ſanctiſſimi ſtudium, & diligentia plenius intelligatur. Proinde quo libere pro bit, quæ geſta acceperat, nobiſcum expoſtularet, iſta totidem verbis perſcripſit.* Quæ vero ſubſequitur Conſtatini epiſtola, cum ad Macarium Epiſcopum Hieroſolymitanum habeatur inſcripta, non autem ad Euſebium, expunctum putamus Euſebii nomen; niſi dixerimus eamdem ad utrumque miſſam, immo (ut præſefert titulus) ad omnes Palæſtinæ Epiſcopos; eſt hujuſmodi (c):

Templum ad Quercum Mambre.

(b) Euſeb. in Vita Conſt. lib. 3. c. 50.

(c) Euſeb. ibid. c. 51.

VICTOR CONSTANTINUS MAX. AUGUST. MACARIO
& cæteris Palæſtinæ Epiſcopis S.

Eſt hoc unum maximum meæ ſanctiſſimæ ſolicitudinis erga vos beneficium, ut quorumdam nefandorum hominum amentiam, quæ hactenus apud vos in obſcuro latuerit, per litteras vobis ſignificem; quo licet mihi quidem ſero, neceſſario tamen, erratum ſegnitie neglectum, diligentia recte probeque corrigatur. Permagna enim profecto impietas eſt, ut loca ſancta nefandorum ſcelerum maculis contaminentur. At quidnam eſt, fratres cariſſimi, quod cum veſtram ſolertiam præterierit, mea etiam, quam dixi, ſolicitudo propter obſervantiam, qua Deum veneror, poſſit ſilentio prætermittere? Locum qui prope quercam Mambre dicitur, in quo Abrahamum domicilium habuiſſe cognoſcimus, variis modis a quibuſdam ſuperſtitioni deditis inquinari ferunt; idola enim quæ nullo non vaſtationis genere deleri debent, in illo erecta eſſe, & altare prope locatum, & impuras victimas ſine intermiſſione immolari. Quapropter cum illud, & ab Imperio noſtro alienum, & indi-

LXVII.

Literæ Conſtantini ad Macarium.

dignum loci ſanctitate videatur; veſtram gravitatem certiorem fieri velim, a nobis per litteras Acacio illuſtriſſimo Comiti amico noſtro ſignificatum eſſe, ut abſque cunctatione, & idola, quæ in loco prædicto reperta fuerint, ignis tradantur incendio, & altare ſedibus convulſum evertatur. Quinetiam neminem non, qui poſt noſtrum mandatum aliquid impietatis in ejuſmodi loco audeat admittere, ſupplicio coercendum ſtatuimus; quem ſane locum decrevimus eximia templi ſtructura adornare, ut conſeſſus dignus ſanctis viris in eo deinceps exiſtat. Quod ſi quicquam contra hoc mandatum committi acciderit; par eſt, ut abſque mora, noſtra clementia per veſtras litteras certior fiat; quo noſtro mandato, qui illud violaſſe deprehenſus fuerit, ſummo afficiatur ſupplicio. Non enim ignoratis, illic primum Deum omnium rectorem tum apparuiſſe Abrahamo, tum cum eo ſer-
(a) Gen. 18. monem contuliſſe (a); illic enim primum ſacroſanctæ legis cultum, & obſervationem initium habuiſſe: illic primum Salvatorem ipſum cum duobus Angelis ſe ipſum clementer, & benigne Abrahamo oſtendiſſe; illic Deum cœpiſſe ab hominibus videri; illic prædixiſſe Abrahamo de ſemine ſuo futuro, ac confeſtim promiſſum præſtitiſſe; illic prædicaſſe, eum plurimarum gentium patrem futurum. Quæ cum ita ſint, æquum eſt, meo quidem judicio, veſtra cura & diligentia provideri, ut tum locus iſte purus, & integer a labe conſervetur, tum ad priſtinam revocetur ſanctimoniam, quo aliud nihil in eo præter cultum Deo omnipotenti moderatori omnium, & Salvatori noſtro decorum, & conſentaneum peragatur. Quod quidem ſtudioſe, & decenter a vobis obſervari convenit; ſiquidem veſtra gravitas (ſicut mihi pro certo perſuaſum habeo) ea quæ cum vero cultu, & re-
(b) Euſeb. in Vita Conſt. l. 3. c. 52. ligione in primis cohærent, alacri ſtudio explere deſiderat. Deus vos, fratres chariſſimi incolumes ſervet. Hactenus Conſtantini litteræ, quibus ſubdit Euſebius (b):

LXVIII. Delubra ſpoliata. Iſta omnia Imperator ad ſalutaris Dei virtutis gloriam illuſtrandam perficere admodum elaboravit; hocque pacto non ſolum Salvatorem ſuum magno affecit honore, verum etiam ſuperſtitioſum Gentium errorem omnibus modis coarguit. Itaque quorumdam delubrorum veſtibula ejus mandato in quaque Civitate nudata, portaque dirutæ; aliorum tectum cum laquearibus, regulis ublatis, deturbatum; aliorum inſignia monumenta ex ære fabricata (in quibus veterum error longo jam temporis ſpatio ſe inſolenter jactaſſet) in foro Civitatis Imperatoris nomine nuncupatæ omnibus palam propoſita, ut intuentium oculis pro turpi ſpectaculo ſubjicerentur. Hic Pythius, illic Sminthius, in ipſo Circo tripodes Delphici, Heliconides Muſæ in Palatio. Quinetiam eadem ipſa Civitas Imperatoris nomine (ut modo dixi) nuncupata, tota ſi-

mulacris, quæ erant apud quaſque gentes diis conſecrata, & ex ære artificioſe elaborata, paſſim referta fuit. Atque his ipſis ſimulacris deorum nomine erectis, quibus homines erroris morbo oppreſſi infinitas hecatombas, victimaſque igne crematas fruſtra obtuliſſent, ſeroque tandem ſapere didiciſſent, tamquam ludicris rebus ad riſum jocumque ſpectatorum Imperator uſus eſt. In ſtatuis vero aureis aliam quamdam viam, & rationem ſecutus eſt: nam ut primum intellexit, multitudinem, inſtar ſtultorum infantium, illas erroris tamquam larvas ex aurea argenteaque materia effictas, temere extimeſcentem; eas e medio penitus tollendas, velut lapides ante pedes incedentium in tenebris ad impingendum projectos, putavit; viamque regiam, quæ plana, & æqualis eſt, omnibus in poſterum patefaciendam.

LXIX. Iſta igitur animo complexus, non armata manu, aut ingente exercitu ad eas res corripiendas ſibi opus eſſe; ſed unum & alterum ex illis, quos ſpectatos habebat, ad hoc munus ſubeundum ſatis habere virium arbitratus eſt; quos una eademque auctoritate donatos ad ſingulas gentes miſit.
Deorum imagines ludibrio expoſitæ. Illi autem tum ſingularis Imperatoris ſanctimonia, tum ſua ipſorum in Deum pietate freti, per mediam plebem, perque medium populum multitudine infinitum proficiſcentes, in ſingulis urbibus regionibuſque errorem longinquo tempore inveteratum omnino proſtrarunt: ac primum ipſos idolorum ſacerdotes magna cum irriſione, & turpitudine ſuos ipſorum deos ex tenebricoſis receſſibus in lucem proferre mandarunt: deinde exteriori illorum effigie detecta, etiam interioris formæ colore obductæ deformitatem ante oculos omnium ſtatuerunt: tum illis abraſis, materiæ partem, quæ videbatur habere aliquid bonitatis, fornace & igne probarunt, eamque reſervarunt in tuto collocatam: quæ vero vilis erat, & ad nullam rem utilis, ſuperſtitioſis ad memoriam ſuæ turpitudinis largiti ſunt. Porro autem hoc quod ſequitur, non multum huic diſſimile ab iſto Imperatore admirabili geſtum fuit. Poſtquam vero ſimulacra mortua ex pretioſa materia conflata, ad hunc modum, quem dixi, expoliaverat; reliqua ad perpetuandam hominum memoriam erecta, quæ ex ære fabricata erant, aggreſſus eſt; deoſque quos veteres fabulæ celebrant, funibus ex pilis contextis conſtrictos, abſtrahendos curavit.

LXX. (c) Euſeb. ibid. c. 53. Præterea (c) regio ſuo obtutu, tamquam clara face accenſa, ſedulo luſtravit, ne ullæ erroris reliquiæ aſpiam deliteſcerent: quemadmodum enim aquila, in ſuperiora aeris loca ſubvolans, res in terra longiſſimo intervallo ab ſe diſtantes acutiſſime cernit; ſic iſte dum in regali Palatio, quod in præclara illa urbe ab ipſo ædificata ſitum eſt, verſabatur, ex eo velut ſpecula pericaloſum quoddam rete, quo homi-

Veneris fanum dirutum.

num animæ illaqueabuntur, in gente Phœnicum latitare deſpexit, nemus videlicet, & delubrum turpi & flagitioſo veneris Dæmoni dedicatam, non in media aliqua Civitate, non in foro, non in plateis (ut multa, quæ in urbibus ornatus gratia magno ſplendore decorantur) ſed extra ſemitam, extra trivia, extra viam publicam, in ſummo vertice Montis Libani inter arbuſta collocatum. Erat tamquam ſchola quædam nequitiæ iis qui erant libidini dediti, quique nimia licentia corpus labefactaverant ſuum, corruperantque. Nam quidam molles, & effeminati viri, non viri re vera, pudore prorſus exuto, inſtar mulierum turpiſſima contagione ſeipſi inficientes, Dæmonem placabant. Scelerati præterea, & nefarii mulierum congreſſus, clandeſtinæ falſorum connubiorum corruptelæ, infanda & turpia facinora in eo delubro, utpote in loco impuro, & fœdo, admiſſa erant. Nec quiſquam fuit, qui in hæc ſcelera animadverteret, propterea quod ex viris gravibus & honeſtis nemo illic audebat accedere. Verum Imperatorem eximium turpia facinora illic edita latere non poterant; quibus quidem regia ſua providentia indagatis, erutiſque, indignum cenſuit, ut Solis ſplendor hujuſmodi delubrum intueretur; proinde univerſum illud cum ipſis ſtatuis, & monumentis funditus deleri juſſit. Extemplo igitur Imperatoris mandato machinamenta, quibus petulans, & laſcivus error propagabatur, penitus everſa ſunt; quippe militum manus loco purgando operam navavit. Qui autem ad hoc uſque tempus luxuria diffluxiſſent, Imperatoris minis perterriti, continentiam deinceps modeſtiamque colere didicerunt: non diſſimili ratione etiam ſuperſtitioſi Gentiles, qui erant opinione ſapientes, re ipſa ſuam ipſorum inanitatem animadvertere cœperunt.

LXXI. Æſculapii templum demolitum.

Ubi namque error eorum, qui inter Cilices ſapientiſſimi videbantur, in Dæmone ibi colendo longius ſerpſit, infinitis ſuper eo tamquam conſervatore, & medico propterea in admirationem traductis, quod interdum dormientibus apparuit: nonnumquam ægrotantium corpora morbis relevavit (erat hic ſine dubio animarum corruptor, quippe qui homines incautos a vero Salvatore abſtraxiſſet, & res veriſimiles efficiendo, ad impium perverſitatem rapuiſſet:) Imperator, qui Deum zelotem, vere Salvatorem ſibi ad defenſionem ſemper proponebat, illud delubrum Æſculapii apud Ægæas dejici, ſoloque æquari mandavit. At res illa admiranda nobilium philoſophorum celebrata ſermonibus, quæ latebris abdita, non Dæmonis, neque Dei, ſed erroris cujuſdam ſpeciem plurimis & diuturnis temporum curriculis hominum animos in fraudem illicientis perſpicue repræſentavit, ſolo nutu & ſignificatione, manu militari diſturbata, humique proſtrata jacuit. Qui enim deus alios malis eripere, & calamitate levare ſimulaverat, non magis jam remedium ad ſui propugnationem reperire potuit, quam cum (ut in fabulis eſt) fulmine percuſſus interiit.

LXXII.

Agens de iiſdem Sozomenus, tam de Æſculapii templo in Ægeis, quam Veneris in Libano, ſic ait (a): *Erant ambo quidem fana illuſtriſſima, & magna veneratione a veteribus dignata: quandoquidem Ægeatæ gloriabantur, hominum corpora apud ſe vi & poteſtate dæmonis noctu ibi apparentis, medicinamque illis facientis morbis liberata eſſe. In Aphacis autem, memorant, ignem per quamdam invocationem certo die, tamquam ſtellam, a ſummo vertice Libani percurrentem in vicinum fluvium ſe immerſiſſe; quem ignem Uraniam (hoc enim nomine nuncupabant Venerem) eſſe dixerunt.* Hæc Sozomenus; qui & ſuperius tradit, Pan illum multorum ore celebratum, quem Pauſanias Lacedæmonius, & civitates Græciæ poſt bellum contra Medos dedicaverunt, a Conſtantino ſublatum eſſe, ejus autem ſimulacrum deductum Conſtantinopolim: ſed ſubdit de dicto Æſculapii templo Euſebius (b): *Verum præclara officia, quæ in hac re Imp. noſter ad Dei gloriam obiit, non inter fabulas adnumeranda ſunt; ſiquidem illuſtri & teſtata Salvatoris ipſius virtute delubrum illud radicitus ſic everſum fuit, ut inſaniæ amentiæque, quæ illis antea oberraverat, ne veſtigium quidem jam relictum eſſet.*

(a) Sozom. l. 2. c. 4.

Panis ſimulacrum ſublatum.

(b) Euſeb. in Vit. Conſt. l. 3. c. 54. 55.

LXXIII. Dii gentilium riſui expoſiti.

Ex omnibus igitur, qui ante illud tempus ſe ſuperſtitione obligaſſent, cum errorem ſuum patefactum, & perſpicue refutatum oculis cernerent, cumque delubrorum & ſtatuarum ubique vaſtitatem re ipſa intuerentur; alii ad ſalutare Dei Verbum ſe totos conferre; alii licet non illud ipſum agerent, patriam tamen & avitam inſtitiam improbare, & quos olim deos exiſtimaverant, riſu & ludibrio inſectari cœperunt. Ac quidnam, quæſo, ita in animum inducerent, cum immenſam illam nequitiam interius latentem exteriore quadam ſtatuarum ſpecie obductam ſatis manifeſto perſpicerent? Aut enim extinctorum cadaverum oſſa, exiccataque calvæ verſutis præſtigiatorum dolis callide obtectæ, aut ſordidæ laceratæque veſtes horrida & impura fœditate farcitæ, aut congeries ex fœno, & ſtipulis collecta ſuberant. Quæ cum in ſimulacra inanima congeſta conſpicarentur vehementer, & ſuam & patrum ſuorum amentiam incuſarunt; præſertim cum plane intellexiſſent, neminem in illis abditis receſſibus, aut in ipſis ſtatuis, vel dæmonem, vel ariolum, vel deum, vel vatem, ſicut ſibi antea perſuaſerant, tamquam habitatorem conſidere, immo vero ne obſcurum quidem, & umbratile ſpectrum ſupereſſe. Quapropter illis qui erant ab Imperatore ad id negotii delegati, ad omne obſcurum

an-

antrum, omnemque latentem & apertum receſſum facilis patebat aditus. Quinetiam adyta, ad quæ accedere fas non erat, & intima ſacraria pedibus militum proterebantur: adeo ut mentis cæcitas, quæ longinquo temporis ſpatio univerſos Gentiles occupaviſſet, horum opera & labore perſpicue deprehenſa, in omnium oculis defigeretur.

LXXIV. *Atque (a) ut iſta Imperatoris præclare recteque facta accepta referri debent, ſic ea quoque quæ particulatim apud ſingulas gentes ab ipſo erant adminiſtrata; ut illud quod Heliopoli Phœniciæ factum eſt: in qua urbe nonnulli obſcœnam & libidinoſam voluptatem pro dea venerantes, ſimulatione religionis, uxoribus & filiabus ſtupri admittendi facultatem, nulla habita pudoris ratione conceſſerant. Cæterum jam lex nova plena modeſtiæ & caſtimoniæ ab Imperatore promulgata eſt, quæ jubet ne quis eorum ullum flagitium ibi in morem poſitum uſurpatamque deinceps audeat committere. His rurſus documenta ſcriptis mandata propoſuit, quaſi fuiſſet ob hanc cauſam potiſſimum a Deo miſſus, ut omnes homines temperantiæ legibus inſtitueret. Quamobrem non eſt dedignatus cum his per litteras ſuas familiariter colloqui, eoſque cohortari, ut ſe ad Dei optimi maximi cognitionem mature transferrent. Atque in eo loco etiam ejus dictis facta vere & appoſite responderunt: quippe apud iſtos etiam templi ampliſſimi fundamenta jecit; ita ut, quod ab omni ſæculorum memoria non ſit auditione acceptum, hoc jam ipſa re perfectum eſſet: nimirum ut civitas eorum, qui ſuperſtitione fuiſſent excæcati, Dei efficeretur Eccleſia, presbyteris diaconiſque compleretur, & Epiſcopus Deo omnium rectori conſecratus illis præſideret. Præterea Imperator animo ſedulo proſpiciens, uti quamplurimi ad Dei verbum ſe conferrent, ea quæ ad ſublevandos pauperes pertinebant, copioſe ſuppeditavit. Atque hac ratione ad ſalutarem Chriſti diſciplinam eos ſe propere recipere impulit, verbis fere cum Paulo dicente (b) conſentiens: Sive per occaſionem, ſive per veritatem Chriſtus annuncietur.* Hucuſque Euſebius.

(a) ibid. c. 36.

Turpitudo Gentilium cohibita.

(b) Philipp. 1.

LXXV. Qui tamen cum ait, ubique ſacra Gentilium, & idolorum fana una cum idolis ab Imperatore Conſtantino eſſe ſublata, hyperbolice plane locutus eſſe videtur; cum longe lateque per Orbem complura eademque famoſiſſima remanſerint templa ab eo intacta penitus, ut Romæ, Alexandriæ, Gazæ in Palæſtina, Apameæ in Syria, immo & in vicis, & aliis nonnullis in locis, quæ poſtea ab iis qui eum ſecuti ſunt Imperatoribus (quod ſuis dicemus temporibus) proſtrata penitus, & ſolo æquata ſunt. Nam Theodoretus (c), dum agit de idolorum demolitione per Theodoſium facta, hæc ſcribit de Conſtantini adverſus cultum Gentilium rebus geſtis: *Conſtantinus Magnus omnibus laudis præconiis merito efferendus, qui primus Imperium vero Dei cultu exornare ſtudebat; videns adhuc orbem terrarum cæco errore furentem, tametſi vetuit omnino Dæmonibus immolare hoſtias, non tamen eorum delubra demolitus eſt, ſed mandatum ſolum dedit, ne quiſquam ad ea accederet: quinetiam iſtius filii ſunt paterna diligenter ſecuti veſtigia.* Hæc Theodoretus. Sed & Paulus Oroſius (d): *Tum deinde primus Conſtantinus juſto ordine & pio vicem vertit edicto; ſiquidem ſtatuit citra ullam hominum cædem Paganorum templa claudi.*

Templa deorum non penitus ſublata.

(c) Theod. l. 5. c. 20.

Ann. Eccl. Tom. IV.

(d) Oroſ. l. 7. c. 28. in fin.

LXXVI. Conſtantini quidem edicto prohibita fuiſſe ſacrificia diis offerri, ejuſdem filii reſcriptum ad Magdalianum teſtatur, cum ait (e): *Ceſſet ſuperſtitio, ſacrificiorum aboleatur inſania. Nam quicumque contra legem divi Principis parentis noſtri, & hanc noſtræ manſuetudinis juſſionem auſus fuerit ſacrificia celebrare, competens in eum vindicta, & præſens ſententia exeratur.* Ita Conſtantius, qui & poſt hæc de claudendis templis deorum reſcripſit ad Taurum (f); ut plane intelligas, nequaquam ea omnia fuiſſe a Conſtantino dejecta. Sed & his conſentientia de ſtatutis ab eo adverſus Gentiles legibus hæc ipſe Euſebius tradit (g): *Hac autem ratione adductus eſt, & recte ſane, ut frequentibus legibus, & edictis præciperet omnibus, ne idolis immolarent, nec oracula curioſe ſectarentur, nec ſtatuas dedicarent, nec occulta ſacrificia facerent.* Et alibi (h): *Omnino omnibus Romano Imperio ſubjectis gentibus & legionibus idololatriæ fores clauſæ erant, repreſſumque quodvis idolis ſacrificandi genus.* Iſtæc autem cum Euſebius tradat; revocari tamen poſſunt in dubium, vera ne omnino ſint, an ejuſmodi de non ſacrificando edictum generale fuerit: conſtat enim diu poſt Conſtantinum fuiſſe hoſtias immolatas: Romæ ſiquidem Gentilitiæ ſuperſtitionis cultores mordicus patrita ſacra retinebant, vixque tandem tempore Theodoſii Senioris Imperatoris idolis immolari ſacrificia Romanis penitus prohibita fuiſſe noſcuntur. Unde Prudentius ad Honorium Imperatorem (i):

(e) l. 2. de Pag. Cod. Theod.

Sacra a Conſtantino prohibita.

(f) l. 4. de Pagan. C. Theod.

(g) Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 25.

(h) Euſeb. ib. c. 23.

Quodque patris ſupereſt, ſucceſſor laudis habeto.
Ille Urbem vetuit taurorum ſanguine tingi;
Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litari.

(i) Prud. adverſ. Symmach. in fin.

LXXVII. Quod vero ad templorum ruinas pertinet; ſicut Conſtantinus non dicendus omnium idolorum templorum everſor, ita nec ab ipſorum ruina abſtinuiſſe affirmandus eſt. Quantum enim ex his, quæ dicta ſunt, intelligi poteſt, idem Conſtantinus Imperator, cum eſſet pudicitiæ, & honeſtatis amantiſſimus, in ea potiſſimum Deorum

Turpia omnia abolentur ſacra.

rum delubra, ut diruerentur, mandato egit, quæ eſſent omnium turpitudinum promptuaria; ſed & eorum cultores ſeveriſſimis legibus conſtat exagitaſſe: nam præter illa, quæ eodem argumento ſunt enarrata ſuperius, & paulo ante hoc eodem anno ex Euſebio recenſita, idem au-
(a) Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 25. ctor in loco nuper citato hæc ſubdit (a): *Cum autem apud Ægyptios, & Alexandriæ patrio more fluvius quidam ab hominibus mulieroſis coleretur: ad hos etiam perlata lex eſt, qua cautum, ut omnis hæc Androgynorum gens tamquam adulterina, & ſpuria e vita tolleretur, nec cuiquam liceret, vel oculis intueri impura hac laſcivia ægrotantes*. Putamus hos illos fuiſſe, qui Antinoalia ſacra peragerent. Tum addit:

LXXVIII. Nili fluxus uberior redditus. *Sed cum ſuperſtitioſi exiſtimarent, minime deinceps fluvium pro conſuetudine ſua in agros ſuos effluxurum: Deus favens Imperatoris legi, longe ſecus, quam illi expectaverant, uberrimum flumen reddidit. Nam cum impura illa fæx, quæ ſuis ſordibus Civitatem turpificaſſet, prorſus eſſet ſublata: fluvius, quaſi expurgata expiataque tota regione, majore quam ante curſu ferebatur, & magnis ac abundantibus gurgitibus intumeſcens, omnes agros quaquaverſum irrigabat; tamquam re ipſa demonſtraret, homines impios, & ſceleratos removendos eſſe, & ad Deum ſolum omnis ſalutis auctorem omnium præclararum rerum cauſam eſſe referendam. Sed hujus generis cum pene infinita ab Imperatore ſingulis in provinciis geſta ſint; magno ſane otio eſt ei opus, & vacuo tempore, qui ſingula litterarum monumentis perſequi velit*. Hæc Euſebius.

LXXIX. Cubitus ſublatus a templo Serapidis. Quod porro ad Conſtantini adverſus idololatras in Ægypto res geſtas ſpectat; ejuſdem quoque tunc opera fuit, ut Serapidis cubitus, Nili excreſcentiæ index, a Deorum templo ſublatus, in Eccleſiam Chriſtianorum Alexandriæ inferretur: id
(b) Socrat. l. 1. c. 14. quidem Socrates docet his verbis (b): *Cum Gentiles affirmarent, Serapidem eſſe, qui Nilum ad agros Ægypti irrigandos introduceret, propterea quod ulna quædam, id eſt menſura aquæ inundantis, quam πῆχυν vocant, in templum Serapidis eſſet deportata; Imperator ulnam illam ad Eccleſiam Alexandrinam transferri jubet. Cum autem ſermo percrebreſceret, Nilum præ Serapidis ira deinceps minime inundaturum; non modo flumen anno ſequenti extra ripas, ut ſolet, diffluit, inque poſterum diffluxit; verum etiam inde re ipſa planum factum eſt, Nilum non propter ejuſmodi ſuperſtitioſam religionem, ſed propter divinæ providentiæ decreta inundare conſueviſſe*. Hæc Socrates. Porro ipſum templum Serapidis ſub Theodoſio Imperatore dirutum eſt.

LXXX. Quid inſuper in ora littoris Palæſtinæ ad Navale Gazæ fecerit Conſtantinus, Sozomenus narrat his verbis (c): *Navale urbis Gazæ, quod Majumam appellant, quodque valde ſuperſtitioni deditum eſſe, & ante veteres ritus in diis colendis cum primis admirari conſueverat, ſubito univerſum ad religionem Chriſtianam converſum eſt: cujus habitatores, quo eos pietatis cauſa remuneraretur, magno honore affecit; & locum illum, qui Civitas non erat, Civitatem effecit, & nomine filii, qui ſummum inter filios honoris gradum obtinuit, Conſtantiam nuncupavit, illamque dignitatem propter religionem ei tribuit*. Verum Euſebius (d), & Socrates (ut dictum eſt) ſic appellatam eſſe a Conſtantia ſorore Imperatoris affirmant; ſed ſubdit idem Sozomenus: *Simili etiam de cauſa Conſtantinam urbem Phœniciæ Imperatoris nomine appellatam cognovi. Sed ſingula litteris perſequi, magni laboris eſſet: nam aliæ urbes quamplurimæ eodem tempore ſua ſponte ad religionem Chriſtianam ſe tranſtulere, & ſuapte voluntate, abſque ullo Imperatoris mandato, fanaque apud ſe erant, & ſimulacra deturbavere, ſacraſque extruxere Eccleſias*. Sed Majuma Navale Gazæ ſub Juliano Apoſtata iterum ad priſtinum impietatis, & obſcœnitatis uſum revocata Civitas fuit, at ſub Theodoſio denuo liberata.

(c) Soz. l. 2. c. 4.

Conſtantia Civit. in Palæſtina.

(d) Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 38.

Cæterum ſicut Conſtantinus hujuſcemodi templa impudicitiarum officinas una cum eorum ſacrificiis atque cultoribus penitus evertenda atque abolenda curavit; ita a reliquis templis viſus eſt quieviſſe, nec aliud niſi in illis afferri conſueta ſacrificia vetuiſſe: nam cætera donaria in ea inferri permiſſa fuiſſe videntur, eiſdemque integra conſervata, ut ex verbis illis Ambroſii intelligi poteſt, cum adverſus Symmachum agens ſic ait: *Dicant, & ipſi* (Gentiles ſcilicet) *quis templis dona detraxit?* Et inferius: *Nemo tamen donaria delubris, & legata Aruſpicibus denegavit*. A nonnullis tamen illorum Conſtantinum ſimulacra ſubſtuliſſe, & ex eiſdem aliqua evertiſſe, ſuperius dictum eſt. Exhorruit & illud Conſtantinus, imaginem ſuam in templis idolorum appendi; legeque ſancita vetuit ne id fieret (e). Exhibebant illi ejuſmodi officia, non tam Conſtantini honorandi gratia, quem odio proſequebantur, quam ut ejuſmodi imagines loco alicui affixæ ſa haberent tamquam tituli, qui eum ab omni injuria tutarentur. Quibus autem in locis imagines Imperatorum poni concederentur, Theodoſius declaravit (f): qualiter item Conſtantinus ipſe pingi voluerit, ſuperius dictum eſt.

LXXXI.

Conſtant. Imp. vetuit ſuam imaginem appendi templis.

(e) Euſeb. ibid. c. 16.

(f) l. 4. c. de ſpect. l. 11.

LXXXII. Dies natales Martyrum.

Quod etiam pertinet ad amplificandum Chriſtianæ religionis cultum, idem Conſtantinus Imperator non modo (quod diximus) quamplurimas ubique locorum,

atque

atque in iis potiſſimum locis ubi magis Gentilitia ſuperſtitio vigebat, Eccleſias erigendas curavit, & ſanctorum martyrum Memorias extruxit, ſed & eorum natales voluit celebrari; de his enim hæc Euſebius (a): *Iisdem conſecratos martyribus dies honore proſequebantur, & feſtorum ſolemnitates in Eccleſiis celebrabant: quæ omnia ſecundum Imperatoris voluntatem gerebantur*: Hæc Euſebius.

(a) *Euſeb. in Vita Conſt. l.4. c.23.*

LXXXIII. Hoc item anno, quo Imperatore Conſtantinus publicas libidinum ſcholas (ut diximus) deturbavit, ſanctione edita (b) occultas quaſque etiam turpitudines inſectatus eſt, nimirum ut ſi quæ ingenua mulier proprio ſervo ſe occulte miſcuiſſet, capitaliter puniretur, ſervus autem ignibus exureretur: deditque poteſtatem cuicumque accuſare volenti, etiamſi ſervi, vel ancillæ forent, appoſito præmio conſequendæ libertatis, ſi probaſſent: his & aliis pœnis excreſcentem ubique libidinem ſedulo coercere ſtuduit: quod alii complures ſuperiores Imperatores fruſtra tentarant. Sed & adverſus virginum raptores hoc pariter anno reſcripſit (c): nam Conſtantinus pro Conſtantio ex Faſtis Conſularibus reſtituendus eſt in lege illa; & loco Conſtantii, ponendus Conſtantinus.

(b) *l.1. de mulierib. quæ ſer. C. Theod.*

(c) *l.1. de rapt. Cod. Theod.*

LXXXIV. Reſcripſit idem Imperator hoc anno ad Ablavium Præfectum Prætorio de nobilibus, qui ad evitanda militiæ munera, & ut fruerentur privilegiis ab eodem miniſtris Chriſtianæ religionis conceſſis, ſeſe haud recta mente in clericatum obtrudebant: quos repellendos eſſe (non ſine Epiſcoporum, puto, conſilio) exiſtimavit, reſcribens adverſus ejuſmodi, quos & ſuperius (ut vidimus) alio exagitarat edicto. Rerum quidem Eccleſiaſticarum tanta gloria (ut dictum eſt) erat, ut nobiliſſimi Decuriones cuperent in clerum adſcribi, cum præſertim ex clericatu vacationem a muneribus conſequerentur. At vero his omnibus obvians Conſtantinus ejuſcemodi edidit ſanctionem (d):

Qui in clerum prohibentur adſcribi.

(d) *l.6. de Epiſc. & cler. Cod. Theod.*

Conſtantinus Imperator Ablavio PP.

LXXXV. *Neque vulgari conſenſu, neque quibuslibet petentibus ſub ſpecie clericorum a muneribus publicis vacatio deferatur: nec temere, & citra modum, populi clericis connectantur: ſed cum defunctus fuerit clericus, ad vicem defuncti alius allegetur* *, *cui nulla ex municipibus proſapia fuerit, neque ea eſt opulentia facultatum, quæ publicas functiones faciliime queat tolerare. Ita ut ſi inter civitatem & clericos ſuper alicujus nomine dubitetur; ſi eum æquitas ad publica trahat obſequia, & progenie municeps, vel patrimonio idoneus dignoſcetur, exemptus clericis, civitati tradatur. Opulentos enim ſæculi ſubire neceſſitates oportet, pauperes Eccleſiarum divitiis ſuſtentari. PP. Kal. Jun. Conſtantino Aug. VII. & Conſtante* * *Cæſ. Coſſ.* Hæc Conſtantinus

Edictum Conſtantini.

* eligatur

*Conſtantio.

ad Ablavium Præfectum Prætorio; de quo magiſtratu eidem collato meminit Ammianus Marcellinus (e): *Auguſtus* (inquit) *ſummam commiſit rerum Conſtantinus ad Ablavium Præfectum Prætorio.* Verum quod ſpectat ad ejuſmodi ab eodem Imperatore ad ipſum datum reſcriptum: quamlibet id Conſtantinus decernere æquum exiſtimaret; haud tamen valuit hæc conſtitutio poſterioribus temporibus ſuo vigore ſubſiſtere, eamdem ipſo populo irritante; cum ſæpius contingeret, nobiliſſimos viros atque eos etiam qui gererent in provinciis ampliſſimos magiſtratus, invitos licet, a populo ad Epiſcopatum compelli: innumera enim de his exempla ſuppetunt inferius ſuis prodenda temporibus.

(e) *Amm. Marcel. l.17.*

LXXXVI. Cum autem ex nuper recitata Conſtantini Imperatoris ſanctione conſtet, hoc anno Ablavium ad quem ſcripſit, Prætorii Præfecturam geſſiſſe: quid mirandum ſub ejuſdem magiſtratu Conſtantinopoli contigerit divina virtute fieri a S. Nicolao Myrenſium Epiſcopo fama notiſſimo, temporis ratio, & argumenti dignitas, ut hic accurate deſcribamus expoſcit. Scripſerunt ex antiquioribus monumentis Acta S. Nicolai Methodius, Joannes diaconus, & Metaphraſtes: hujus quidem, & Methodii habentur typis excuſa, atque Latinitate donata: Joannis vero diaconi, qui Latine ea conſcripſit, lucubratio continetur adhuc in libris antiquitus ſcriptis, & in noſtra Bibliotheca extat exemplar, cujus præfationis exordium eſt: *Sicut omnis materies ſi ab imperfecto artifice, &c.* Horum nos potius affectantes veſtigia, quam recentioris auctoris, qui haud in omnibus nobis probatur, rem geſtam ſic deſcribemus.

Ablavii præfectura Prætorii.

LXXXVII. Exoritur in Phrygia Superiori ſeditio a populo, qui Arhaiphi * dicebantur, qui defectionem fecerant ab Imperio. Hæc cum ad Conſtantinum perlata eſſent, e veſtigio tres militiæ principes, quos antiquitas conſuevit nominare Tribunos, ad eos coercendos cum copiis miſit: fuerunt hi Nepotianus, Urſus, & Herpalio; qui navali apparatu profecti, ventorum vi per Carpatium mare delati in Lyciam, vix ad Navale Myrenſium, cui nomen Andriaces, jactis anchoris, conſiſtere valuerunt. Accidit poſt hæc, ut e navibus egreſſi milites emendi cauſa cibos, pervenirent ad locum ubi nundinæ agebantur, qui Placomata vocabatur; & inter mercandum, quod quædam ſibi plus debito vendicarent, non levis tumultus exoriretur, & ſeditio conflaretur. Quod cum celeri nuncio Nicolaus Epiſcopus Myris agens audiſſet, ad Navale, quod tribus a civitate milliaribus diſtat, feſtinus advenit, convenitque Tribunos, atque rogat ut militum coerceant inſolentiam. Reveriti illi ſanctiſſimi viri venerationem ſumma dignam præſentiam, ejuſdemque ora-

* Thaiphali.

S. Nicolai res mirandæ.

Digitized by Google

eratione quid divinum ſpirante ſuaſi, coercitis militibus, Epiſcopum ad hoſpitium invitati ſecuri ſunt.

LXXXVIII. Cum in hujuſcemodi ſuſcipiendis omnia humanitatis, & Chriſtianæ charitatis officia Nicolaus abundanter exhibuiſſet; jamque hoſpites ad ſuos reditum properarent; a lugentibus civibus ex improviſo quæritur, enixiſque rogatur precibus, ut quam citiſſime innocentibus pereuntibus opem ferat: erant hi tres cives, qui iniquiſſima Euſtathii Proconſulis auro corrupri capitali ſententia condemnati, magno omnium concivium luctu ducebantur ad necem. Nec mora, Nicolaus dicto citius iter arripit; ſequuntur eum tres illi hoſpites Tribuni militum; pervenit ad locum, cui nomen Leonti; interrogat de damnatis; accipit apud Dioſcoros perveniſſe, jamque expectare ſecurim. Erat locus ille, Dioſcoros appellatus, non ob Dioſcoros illos ſic dictos Caſtorem atque Pollucem, ut recentior male putavit Nicolai Actorum paraphraſtes (a); ſed quod vetuſta citata ſuperius Acta reſtantur, ob proximam illic poſitam Memoriam martyrum Dioſcori, atque Creſcentii, qui pro Chriſto paſſi ſunt, Dioſcorus locus ille eſt appellatus: hi enim celebres inter martyres, reddita Eccleſiæ pace, a Myrenſibus Chriſtianis celebri Eccleſia illic ſuperædificata, fuerant honorati: quorum natalis dies una cum Paulo, & Helladio tam Græcis, quam Latinis adſcriptus tabulis Eccleſiaſticis celebris perſeverat quinto Kal. Junii (b). Cum autem Nicolaus ad Dioſcoros perveniſſet, non invenit; ſed audivit eos extra civitatis portas progreſſos ad Birram, ubi erat locus ſupplicii damnatorum, perduci. Feſtinans ad locum pervenit eodem prope articulo temporis, quo carnifex vibraturus ictum, ſecurim acceperat, compoſitis damnatorum cervicibus ad ferrum excipiendum; cum Nicolaus inclamans, ſiſtere carnificem jubet; & divino actus numine, de manu ejus magnanimus ſecurim in terram excuſſit, vinctoſque ſolvit.

Nicolaus liberat innocentes.

(a) Leonard. Juſt. corrigitur.

(b) Menol. & martyr. Rom. ea die.

LXXXIX. Quod enim Conſtantini lege liceret Epiſcopo perperam latas a Præſidibus provinciarum ſententias retractare, promulgata ab eo (ut dictum eſt ſuperius) ſanctione; id agendi fiducia crevit Epiſcopis, quos ampliſſimi magiſtratus etiam eam ob cauſam magnopere venerari atque timere ſolerent; eos præſertim quos æqui amantiſſimos eſſe ſcirent, & ipſorum actuum pro defenſione oppreſſorum ſolertiſſimos inſpectores. Sed accidit poſtea, ut cum eo uſque prolapſa res eſſet, ut etiam inferiores clerici, immo & monachi cœnobitæ ejuſmodi damnatos ultimo ſupplicio ſententia Præſidum, vi etiam publica ab apparitoribus auferre ſolerent: Arcadius & Honorius Imperatores, ne in poſterum id fieret, vetuerint, remedium tamen appellationis ipſis damnatis humanitus concedentes (c): ſed de his ſuo loco plenius.

Clerici & monachi quæ ſibi arrogant.

(c) l. 16. de pænis C. Theod.

XC. Solutis injuſte damnatis, Nicolaus cum illis properat ad Prætorium; quod cum accepiſſet Euſtathius Proconſul, quamprimum occurrit; quem ad pedes ejus accidentem repellit Epiſcopus, hominem dire objurgans, quod innoxiorum ſanguinem corruptus muneribus condemnaſſet: ſed rejecit ille culpam in Eudoxium atque Symonidem primarios civitatis. Ne autem hæc per Nicolaum Conſtantino Imperatori (quod minabatur) innoteſcerent, per Tribunos militum, qui aderant, Epiſcopum rogat. Impetrata ergo Proconſuli venia, Tribuni facinus conſtantiſſimum ac pientiſſimum admirantes, ad ſuos in naves redeunt, ac benedictione precibuſque viri ſanctiſſimi comitati, quo tendebant, proficiſcuntur in Phrygiam: ubi feliciter geſto negotio, ſedatiſque omnibus, reverſi ſunt Conſtantinopolim; & ab Imperatore, quaſi e bello revertentes victores, magna ſunt excepti lætitia, & honore. Cum autem ob rem præclare geſtam, ſummam Tribuni apud Imperatorem ſibi gratiam comparaſſent, atque proinde multorum in ſe invidiam concitaſſent: ex iiſdem quidam Præfectum adeunt (hunc fuiſſe Ablavium Methodius habet) in ejuſque aures adverſus Tribunos inſuſurrant, dolos conſuunt, atque calumniam ſtruunt, crimenque majeſtatis impingunt: eumdemque Præfectum vi auri corruptum impellunt, ut deferat ad Imperatorem, ipſos moliri res novas, ac adverſus eum junctis animis conſpirare; remque haud diſſimulandam eſſe, cum facile poſſent exercitum ſibi conciliare, eumque a fide Imperatoris avertere.

Tribuni re bene confecta redeunt ad Imp.

XCI. Cum autem in ejuſmodi rebus leviſſimæ quæque ſuſpiciones minime contemnantur, ſed perinde ac manifeſta crimina moleſtias Regibus inferre ſoleant: delatis hiſce ſummo doli artificio concinnatis calumniis ad Imperatorem, per talem præſertim tantumque virum Ablavium, qui (ut tradit Eunapius (d)) apud ipſum Imperatorem inter aulicos omnes, & magiſtratus locum ſibi principem vendicabat: jubet Conſtantinus in carcerem detrudi Tribunos. Sic illis cuſtodiæ mancipatis; quod res jam, vinctis illis, videretur in tuto repoſita, nec ullum inſtare poſſe periculum: idem Conſtantinus de eis quid agendum eſſet, decernere negligit, & humanitatis obtutu diſſimulat, ægro ferens animo in clariſſimos militiæ Tribunos de ſalute Romani Imperii optime meritos lege agere. Sed calumniarum artifices ad malum vigiles, moræ pertæſi, denuo Ablavium adeunt, novis fucant coloribus technam, areſcentemque jam longo tempore intermiſſam in Tribunos calumnioſam delationem

Tribuni rei Majeſtatis detruſi in carcerem.

(d) Eunap. in vit. Philoſoph. in Adeſio.

nem, recentioribus mendaciorum ſoliis ſuperinductis, reddunt vitldem atque ad perſuadendum adeo præpotentem, ut Ablavii animum magnopere ſolicitum anxiumque reddiderint: qui majori ſolicitudine de eiſdem concepta, omnia defert ad Imperatorem, remque haud diutius diſſimulandam eſſe confirmat; ad ſumendumque tandem ſupplicium de majeſtatis reis animum ipſius adegit; qui in eos capitalem ſententiam protulit.

XCII. Tribuni damnati S. Nicolaum invocant.

Quid inter hæc accidit? dum ſecurim carnifex parat, Hilarianus carceris cuſtos dolens mærenſque ſententiam ab Imperatore prolatam Tribunis annunciat. Inſperato illi nuncio conſternantur, inopſque conſilii ratio abſorta mærore tabeſcit, omnique ſpe deſtituta torpeſcit: ſed inter hæc, quos nuncium repentinum oppreſſerat, erigit innocentia, & fiducia in Deum corroborat, unique ipſorum in mentem revocat ſimilem ſuo caſum, quem oculis ſpectaſſet Myris, cum tres illos innocentes cives Myrenſes ſub ſecuri poſitos S. Nicolaus divina virtute pollens fortiſſime liberarat: egregiumque facinus, quaſi præſens, mentis contemplans obtutu videbatur ſibi Nicolaum videre præſentem, ſeque ex illorum numero unum, qui ſub carnifice mortem opperiretur: quamobrem illud ipſum factum, quod ejus verſabatur in mente, in ſociorum memoriam pariter repræſentat; cum omnes ſimul ad Deum converſi, Deum Nicolai, voce, ſuſpiriis, atque fletibus invocant, & clamoribus interpellant; ipſumque denique Nicolaum, ut præſto eſſet, enixius rogant: id genus verba jungentes, quæ ipſe Spiritus poſtulans pro eis gemitibus inenarrabilibus potuit efformaſſe.

XCIII. (a) Pſalm. 124. Viſio oſtenſa Conſtantino & Ablavio.

Cum Deus optimus maximus, qui non relinquit virgam peccatorum extendi ſuper ſortem juſtorum (a), mirabile dictu, ingenti edito miraculo, vinctos educit liberos e cuſtodia; & quonam modo? Quieſcentibus noctis tempore ſingulis in lectis ſuis, Ablavio Præfecto Prætorio, & Conſtantino, viſus eſt vir imaginem præſeferens Epiſcopi, aſpectu gravi, vultuque ſevero eos acriter objurgantis de iniquiſſima in inſontes prolata ſententia, ac pariter comminantis, ſe affore a Deo miſſum ultorem, niſi a cœptis omnino deſiſterent. Sed & quinam eſſet, eodem pariter minaciter admonente, ſignificatum eſt, nempe ſe eſſe Nicolaum Myrenſem Epiſcopum, miſſum a Deo ejuſmodi ſceleris vindicem. Tali viſu ambo perterriti, reliquam noctis ducunt inſomnes: cum primo diluculo Conſtantinus Ablavium accerſiri jubet; quem advenientem de ea quam accepit viſione reddidit certiorem: cum ille admirans ab Imperatore referri, quæ ipſe ſolum ſe vidiſſe putabat; de iiſdem, quæ illi ſimillima accidiſſent, Conſtantinum admonuit: præ ſtupore eadem ſecum rapetunt, & ſermone verſant, atque de advocandis ad ſe Tribunis una conſentiunt, ſubdubitantes ne quid ab illis eſſet arte magica comparatum, qua utriuſque mens dormientis eſſet cluſa.

XCIV. Tribuni liberati legati ad S. Nicolaum mittuntur.

Perductos ad ſe vinctos Conſtantinus de arte magica exagitat quæſtionibus: cum ipſi verbis illis, quæ libera innocentia libere loqui dedit, ſe excuſantes, omnem de magia ſuſpicionem ab animo Imperatoris amovent. Tum ille eoſdem de Nicolai Epiſcopi nomine percontatur, ſi noſſent hominem, & quinam eſſet: licet alii dicant, de Nicolai nomine, dum eum invocarent illi, mentionem obiter incidiſſe. Quicquid ſit; de rebus Myris geſtis S. Nicolai Conſtantinus certior redditus, in omnibus perſuaſus, facti pœnitens, officiis compenſare feſtinans, quod neſciens deliquiſſet, vinctos liberat, & in priſtinam reſtituit dignitatem; quos & ad ſanctum virum juſſit abire legatos, ut de accepto ab eo beneficio gratias agerent: quibus hæc ad eum perferenda munera dedit, opertam auro Evangelium, vas ad ſacra myſteria aptum aureum gemmis ornatum, atque duo candelabra aurea ad uſum Eccleſiæ, cui S. Nicolaus præeſſet Epiſcopus (ponunt alii & aureas chirothecas) ac dedit ad eum litteras, & quidem officioſiſſimas. Obeunt ipſi hilares munus ab Imperatore mandatum; profectique Myras, Nicolao ſummas gratias agunt, & allatas litteras, & munera offerunt: ſuſcepit ille, deque omnibus Deo immenſas una cum eis rependit gratias. Cum hæc igitur non in angulo, ſed in ipſa Regia, & in florentiſſima ac frequentiſſima Civitate facta ſint, Nicolai virtus, & nomen redditum eſt omnibus celeberrimum, nam illorum exemplo Fideles admoniti, cum aliqua pulſarentur adverſitate, eum licet longe poſitum, quaſi præſentem ut præſto eſſet, precibus jugiter efflagitabant, ac voti compotes efficiebantur.

XCV. Nicolai [illegible], & effigies.

At non poſt hæc diu ſanctiſſimus vir ille vinculis carnis exutus, quibus tamen numquam ſic fuit obſtrictus, ne animo verſaretur in cælis, in bona ſenectute, & pace reddidit Deo ſpiritum, relinquens uberem gratiarum fontem, unguentum, inquam, jugiter ex oſſibus ejus ſcatens, quod & in hanc uſque diem manare non deſinit: de quibus conſule notata a nobis in Romano Martyrologio. Addimus ad hæc appendicem, nempe quæ de ejus vultus effigie ſunt in Nicæno ſecundo Concilio recitata his verbis (b): *Theodorus Myrorum Epiſcopus dixit: Ego quoque iis non multum diſſimilia paſſus ſum. Nam cum aliquando ab aulicis quibuſdam injuria eſſem affectus, venit ad me diaconus meus, vir pius, & timens Deum, retulitque in ſomnis ſibi viſum Metropolitanum noſtrum pollicentem negotiis meis expectatum finem, & ſucceſſum. Ibi mihi inquirenti,*

(b) Nicæn. Concil. 2. Act. 4.

qua

qua effigie viſus ſibi eſſet Patriarcha, reſpondit: Facie rubicunda, & capite cano. Inquam ego, non eſſe eam Patriarchæ ſimilitudinem, ſed ſancti Nicolai imaginem, quemadmodum fertur. Reſpondit tum is mihi, me recte dixiſſe; ſic enim circumfertur ejus imago paſſim expreſſa, quemadmodum mihi in ſomnis aſtitit. Mox itaque confiſus ſermonibus, in ſacrum, & regiam urbem profectus, res quæ ad Epiſcopatum meum pertinebant, ex animi ſententia compoſui. Hæc ibi.

XCVI. Ablavius pp. avariſſimus.

Sed quod ad Ablavium pertinet; cujus Præfecturæ Prætoriæ hujus anni occaſione ad ea de S. Nicolao narranda divertimus, homo erat auri cupidiſſimus, qui & auro corruptus adeo præclaris viris de Imperio optime meritis necem inferre pro viribus ſtuduit. Hunc & illum puto ab Euſebio intelligi, dum agit de pio officio Conſtantini in curandis ſuorum aulicorum morbis, atque ait (a): *Fertur præterea cuidam ex ſuis ab ſe aliquando prehenſo dixiſſe: Quo uſque tandem, o bone, inexplebilem hanc avaritiam cumulamus? Deinde cum corporis humani perfectæ ætatis circumſcriptam menſuram, haſta, quam manu tenebat, humi impreſſiſſet: Omnes* (inquit) *vitæ divitias, & totius Orbis opes ſi domi haberes, tamen plus hoc a me circumſcripto loculo non poſſidebis, ſi & illud forte poſſederis. Huiuſmodi dictorum, & factorum modum ſibi nullum ſtatuebat beatus Imperator; reſque ipſæ perſuadebant, Imperatoris hæc quaſi divinitus edita præcepta, non nudis verbis, ſed divinis oraculis ſimilia eſſe.* Hæc Euſebius, ac probe quidem ſecundum illud divinæ Scripturæ (b): *Divinatio in labiis Regis:* nam Conſtantinus de Ablavio vera vaticinatus eſt, cum finem infeliciſſimum ſit conſecutus; in morem enim pecudis fruſtatim diſſectus, incertum eſt an vel ubi fuerit humili ſaltem ſepultura donatus. Sed de his, cum ea contigerint ſub Conſtantio Conſtantini filio, ſuo loco pluribus agemus.

(a) Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 29. in fin. & 30.

(b) Prover. 16.

XCVII. Advocatorum rapinæ cohibitæ.

Rurſum vero ad compeſcendam magiſtratuum avaritiam idem Imperator diverſas ſanxit leges; ſed adverſus advocatorum rapinas hunc in modum hoc anno ad Baſſum reſcripſit (c): *Advocatos, qui conſceleratis depectionibus ſuæ opis egentes ſpoliant atque denudant, non jure cauſæ, ſed fundorum, pecorum, & mancipiorum qualitate rationeque tractatu, dum eorum præcipua poſcunt, coactu ſibi pactione transſcribi; ab honeſtorum cœtu, judiciorumque conſpectu ſegregari præcipimus. PP. VIII. Id. Mart. Conſtantinopol. Conſtantino VII. & Conſtantio Coſſ.* Sed & ſuperiore anno, Conſulibus Paulo, & Juliano, adverſus eoſdem aliam edidit ſanctionem (d). Eſt præterea in eumdem Ablavium vehemens Eunapii Sardiani querela de nece Sopatri hujus temporis inter philoſophos Platonicos facile principis, de quo ſuperius mentio facta eſt; quem plurimum laudat, & apud Conſtantinum præcipuum ferme locum obtinuiſſe tradit; cujus felicitate Ablavium livore exæſtuantem hac arte machinatum illi eſſe necem affirmat (e):

(c) l. 1. de poſtul. C. Theod.

(d) l. 3. de poſtuland.

(e) Eunap. vit. phil.

XCVIII. Quid Ablavius in Sopatrum philoſophum.

Conſtantinopolis (inquit) *vetuſto nomine Byzantium, antiquitus ſuppeditabat Athenienſibus annonam, ſidemque omnem excedebat frumenti inde advecti vis; at noſtro ſæculo neque onerariæ naves, quas Ægyptus mittit, totaque Aſia cum Syria, & Phœnice, neque frumentariæ copiæ ex aliis Provinciis vectigalibus comportatæ explere valent, aut ſatiare circumfluentem, & copioſam populi multitudinem, quam Conſtantinus e debellatis urbibus Byzantium tranſtulit, ut circum ſe haberet voluit ad captandos in theatro a temulentis, & crapulam rejectantibus plauſus; ambiens ſcilicet a titubante populo laudari, nominarique ab his qui difficulter nomen ſonant, niſi ex uſu. Accidit forte, ut cum Byzantii ſitu male conveniret navium appellentium acceſſus, ni ſecundus puruſque Auſter afflaret; quod cum ob montium naturam uſu veniret, tuncque frequentius malum illud occurreret; plebs ſtimulante fame incenſa ad theatrum convenit; ingens raritas laudum ebrii populi ſtuporem Imperatori incuſſerat: Interea invidi opportunum cum primis tempus ſe inveniſſe rati: Sopater, inquiunt, tantis per te honoribus cumulatus, beneficio ſummæ peritiæ, quæ te quoque laudatorem habet, & per quam Imperatorio in ſolio reſidet, ventos vinxit, magica nimirum arte. Quo audito, credulus Conſtantinus ſecuri virum percuti mandat; malevoli dictu citius exequi juſſa feſtinant. Iſtius mali auctor fuit Ablavius Prætorii Præfectus, qui a Sopatro claritate ſuperabatur.* Hucuſque Eunapius; ex quibus pariter videas Conſtantinum Imperatorem magos vehementer inſectatum eſſe. At digna plane retulit Sopater de impietate præmia, & temerario auſu, dum eo conſilio tranſtulerat ſe in Regiam, ut Conſtantinum a pietatis inſtituto revocaret.

Sopater philoſophus occidi jubetur.

XCIX. Edictum occaſione Nicolai ſancitum.

Ad eumdem Ablavium Præfecturam Prætoriam hoc anno agentem extat ſanctio ejuſdem Conſtantini Imperatoris de Epiſcopali judicio, & teſtimonio, quod ratum firmumque in omnibus, & ab omnibus voluit cuſtoditum. Cum enim ea, quæ in eadem cauſa idem Imperator ante reſcripſerat, jam propemodum exoleviſſent; Ablavius Præfectus Prætorio, ſic, ut dictum eſt per viſum territus a S. Nicolao, graviora timens, ſi Epiſcoporum judicia parvipenderet, conſuluit ea de re Conſtantinum Imperatorem; qui & ipſe non immemor eorum, quæ per viſum paſſus eſſet, ad eumdem Ablavium, ut par erat, re-

Digitized by Google

reſcripſit; nempe ut eorum judicia ſervarentur in omnibus inconcuſſa, & ſummo honore haberentur ab univerſis. Conſtitutio autem Imperatoris ſic ſe habet (a):

(a) l. 1. de Epiſ. jud. C. Theod.

Imper. Conſtantinus A. Ablavio Præf. Præt.

C. *Religionis eſt, clementiam noſtram ſciſcitari voluiſſe, quid de ſententiis Epiſcoporum, vel ante moderatio noſtra cenſuerit, vel nunc ſervari cupiamus, Ablavi parens cariſſime. Itaque quia a nobis inſtrui voluiſti, olim prærogatæ legis ordinem ſalubri rurſus imperio propagamus. Sancimus namque, ſicut edicti noſtri forma declarat, ſententias Epiſcoporum, quolibet genere prolatas, ſine aliqua ætatis diſcretione inviolatas ſemper incorruptaſque ſervari: ſcilicet, ut pro ſanctis ſemper, & venerabilibus habeatur, quicquid Epiſcoporum fuerit ſententia terminatum. Sive itaque inter minores, ſive inter majores ab Epiſcopis fuerit judicatum; apud vos qui judiciorum ſummam tenetis, & apud cæteros omnes Judices ad executionem volumus pervenire. Quicumque itaque litem habens ſive poſſeſſor, ſive petitor erit, inter initia litis, vel decurſis temporum curriculis, ſive cum negotium peroratur, ſive cum jam cœperit promi ſententia, judicium eligit ſacroſanctæ legis Antiſtitis; illico ſine aliqua dubitatione, etiamſi alia pars refragatur, ad Epiſcopum cum ſermone litigantium dirigatur. Multa enim quæ in judicio captioſæ præſcriptionis vincula non patiuntur, inveſtigat, & promit ſacroſanctæ religionis auctoritas. Omnes itaque cauſæ, quæ vel Prætorio jure, vel Civili tractantur, Epiſcoporum ſententiis terminatæ, perpetuo ſtabilitatis jure firmentur. Nec liceat ulterius retractare negotium, quod Epiſcoporum ſententia deciderit; teſtimonium etiam ab uno licet Epiſcopo perhibitum omnes Judices indubitanter accipiant; nec alius audiatur, cum teſtimonium Epiſcopi a qualibet parte fuerit repromiſſum: illud eſt enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a ſacroſancto homine conſcientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto ſalubri aliquando cenſuimus, hoc perpetua lege firmamus, malitioſa litium ſemina comprimentes; ut miſeri homines longis ac pene perpetuis actionum laqueis implicati, ab improbis petitionibus vel a cupiditate præpropera maturo fine diſcedant. Quicquid itaque de Epiſcoporum ſententiis clementia noſtra cenſuerat, & jam hac ſumus lege complexi, gravitatem tuam & cæteros pro utilitate omnium latam in perpetuum obſervare conveniet. Dat. III. Non. Maii, Conſtantinopoli.* Vides igitur nulli ſummorum etiam magiſtratuum tantum deferri, duplici lata lege voluiſſe Conſtantinum, ac Epiſcoporum Eccleſiaſtico tribunali. Atque jam, quod ad res geſtas præſentis anni, hic finis eſto.

I. CHriſti annus trecenteſimus vigeſimus ſeptimus Conſtantini Cæſaris quarto, & Maximi Conſulatu deſcriptus reperiſur in Faſtis, licet perperam apud Caſſiodorum ejuſdem Conſtantini Cæſaris quintus hic Conſulatus dicatur: ſed inde manavit error, quod non Conſtantius, verum idem Conſtantinus Cæſar anno ſuperiore cum patre quartum Conſul ponatur. Quo quidem tempore, Arii & Arianorum falſæ pœnitentiæ male obducta cicatrix iterum recrudeſcit, & palam, quam diu occultarant, erumpit inſaniem. Cum enim (quod pluribus dictum eſt ſuperius) tum Arius, tum Ariani, ſimulata pœnitentia, doloſe palinodiam recantantes, quam antea profitebantur damnaſſent hæreſin; ipſeque Arius ſic receptus a S. Magna Synodo eſſet, ut tamen ab Alexandrina Civitate, in qua tot diſſidia una cum hæreſi propagarat, omnino abſtineret: qui ei patrocinabantur Euſebiani, atque in primis dux omnium Euſebius Nicomedienſis, inito cum Meletianis fœdere, de reſtituendo Arium Alexandriam conſilium ineunt, & ut perficiant, magno ſtudio collaborant; id quidem hoc anno factum eſſe, quæ S. Athanaſius tradit his verbis, inſinuant (a): *Euſebius igitur propugnator Arianæ hæreſeos, re cognita, ad Meletianos litteras dat* (quinque poſt menſes, ut paulo ſuperius ait, ab obitu Alexandri Epiſcopi Alexandrini) *magniſque promiſſis amicitiam, & ſocietatem clanculum init, ſtique invicem rebus gerendis tempus conſtituunt. Quapropter primum ad nos litteras hortatorias ſcribit de Ario recipiendo; ſed ita, ut ſine ſcripto minaretur, ſcriptis autem ſpeciem rogantis præſeferret. Verum ubi illi reſponſum eſſet, hæreſeos inventores veritati infeſtos, & damnatos ab univerſi Orbis Concilio minime recipiendos eſſe; Cæſarem beatæ memoriæ Conſtantinum inducit, ut mihi cum minis ſcriberet, ea nos expectare debere, quæ & nunc & antea paſſi ſumus, niſi Arium reciperem: pars autem epiſtolæ ſic ſe habet, quam detulerunt Palatini Syncletius, & Gaudentius*. Sed hæc de epiſtola ad Athanaſium a Conſtantino ſcripta, poſtea contigerunt, noſque eam ſuo loco ponemus.

Euſebiani laborant pro Ario reſtituendo.

(a) Athan. Apolog. 2.

II. Incredibile dictu eſt, quibus ſe artibus Euſebius in aulicorum intruſerit amicitiam, atque Conſtantinum contra Athanaſium commoverit. Jam diu ante, cum Euſebius ageret Nicomediæ, Conſtantia Auguſta, Licinii Imperatoris uxor, in ejus (ut diximus) amicitiam ſe magnopere inſinuaverat, qua apud Conſtantinum præcipua utebatur adminiſtra in omnibus quæ adverſus Athanaſium moliretur: curavitque pariter, ut erga Arium eamdem redderet propenſiorem: quod intercurrentibus mutuis inter eos litteris ex animi ſententia factum eſt, ut omnia Reginæ ſtudia in favendo Ario converſo eſſent. Unde egregie illud

Euſebii ſtudia apud aulicos.

PAGIUS

SÆC. IV. Olymp. 276. an. 3. *ſecundum Baronium*. Olymp. 276. Anno Urbis 1080. A. C. 327.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5820.

☉ 18. A. ☽ 5. P. 26. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 327.

SILVESTRI PAPÆ 14.

CONSTANTINI IMP. 22.

I. Conſules.

[1] ANNum. I. ad VIII. Coſſ. *Flavius Valerius Conſtantinus*, & *Maximus*: qui Conſtantinus, vel filius alterius Conſtantini fratris Conſtantini Imperatoris, ut credit Onuphrius, vel ipſemet Conſtantini frater, ut Zonaras tradit. De hoc Conſulatu pluribus egi in ſecunda parte Diſſertationis Hypaticæ cap. 13. Baronius proponit hoc anno Conſtantinum Cæſarem IV. & Maximum; ſed perperam, ut anno CCCXXIX. videbimus.

II. Conſtantii Cæſaris *Quinquennalia* hoc anno peracta, Conſtantini Conſulatus indicare videtur.

II. *Quinquennalia Conſtantii Cæſaris*.

III. *Arius* hoc anno ab exilio revocatus fuit. Hunc enim a Conſtantino relegatum fuiſſe oſtendimus anno CCCXXV. num. XXX. Rediit autem antequam *Euſebius* & *Theognius* in exilio adhuc agentes libellum ſatisfactionis a Socrate lib. I. cap. 14. recitatum, quemadmodum & a Sozomeno lib. 2. cap. 16. miſiſſent Epiſcopis, ut ibidem diximus num. XXVII. & ſeq. Præterea Philoſtorgius lib. I. cap. ultimo dicit, *Secundum* & Euſebium *tribus menſibus poſt Synodum exactis*

III. *Arius exilio ſolutus*. Baron. num. I. & ſeqq.

NOTÆ [1] COſſ. *Fl. Valerius Conſtantinus*, & *Maximus*. Vetus inſcriptio apud Boldettum pag. 79. n. 4.

CONS. S. FL. CAESARI. ET. MAXIMI.
VV. CC.

Blanchinus legendum putat: *Flavius Caſarius*, ita ut alius a *Conſtantino* ſit. Quid vero ſi in lapide omiſſum brevitatis gratia *Conſtantini* nomen, adeo ut conſul ſit *Flavius Conſtantinus Cæſar?* Id utique ſuſpicatus & Baronius fuit. Neque contra hanc conjecturam valet adductum a Pagio ad A. 329. I. argumentum de conſulatu Conſtantini Cæſaris quarto, anno 329. geſto, qui quintus numeratus fuiſſet, ſi hoc anno proceſſiſſet Conſul; nam in ſeptimo Catalogo Faſtorum Conſularium apud Eccardum *in Corp. Hiſtor. t. 1. col. 46.* Conſulatus anni 329. non quartus, ſed quintus effertur.

Faſti Idatii: *Conſtantino & Maximo*. Vindebonenſes, & Bucherii laterculi: *Conſtantio & Maximo*.

illud S. Hieronymi ad Cteſiphontem : *Arius ut Orbem deciperet, ſororem Principis ante decepit.* Quod defuncta Helena ejus matre, facilius eſt conſecutus; ait

(a) Ruffin. l.1.c.11. enim Ruffinus (*a*) : *Poſtquam religioſi Principis mater Helena, ſummis Romani regni honoribus affecta, ex hac luce diſceſſit; Conſtantia tunc Licinii relicta, fratris Auguſti ſolatiis utebatur. Huic accidit presbyterum quemdam venire in notitiam, latenter Arii partibus faventem. Sed is primo nihil omnino de his apud ſororem Principis aperire; ubi vero multa familiaritas copiam tribuit, paulatim cœpit ſermonem aſpergere, invidiam dicens Ario generatam, & pro ſimultatibus privatis Epiſcopum ſuum rem contentioſe excogitaſſe, æmulationis ſtimulo confixum, quod Arius apud plebem ſatis carus haberetur. Hæc atque hujuſmodi alia frequentius ſuggerens, animos Conſtantiæ ſuos efficit. Quæ cum diem obitura viſitaretur a fratre, atque ab eo blande religioſeque compellaretur, extremam ab eo dicitur gratiam popoſciſſe, ut presbyterum in familiaritatem reciperet, & quæ ſibi ab eo pro ſpe, & ſalute ſuggererentur, audiret; ſe quidem jam ex hac luce diſcedentem nihil curare, pro fratris vero ſtatu eſſe ſolicitam, ne forte pro innocentium pœnis, regni ſui pateretur excidium. Quibus ille monitis a ſorore ſuſceptis, & fidelem pro ſe germanæ ſollicitudinem credens, accommodavit aurem presbytero, & interim accerſiri de exilio Arium jubet, &c.* Quæ enim ſequuntur, alio poſtea tempore acciderunt.

Conſtantia aug. ſeducta ab Arianis.

III. Horum omnium fuiſſe Euſebium Nicomediæ Epiſcopum architectum, teſtatur Socrates (*b*); verum nihil prorſus de Arii exilio, ad quod perperam putant non-

(b) Socrat. l.1.c.19.

nulli eumdem Arium in Nicæno Concilio fuiſſe damnatum; quem ſcimus, auctore S. Hieronymo (*c*), pœnitentiam ſimulantem ſubſcripſiſſe cum aliis Nicæno Concilio; ſed tantum illum eſſe prohibitum, ne rediret amplius Alexandriam: nec Athanaſius quicquam uſpiam de Arii exilio; immo nec Conſtantini litteræ, quibus ad ſe Arium accerſivit, eum ab exilio revocaſſe demonſtrant (*d*). Ea enim de recantata in Synodo Nicæna ab Ario palinodia, ex Actis Nicænis prodere ſe idem S. Hieronymus profitetur, qui & ait ejus rei viventes adhuc teſtes extare. Quamobrem ut ne latum quidem unguem ab hiſtoriæ veritate recedatur, totam ipſam rei geſtæ ſeriem ex Athanaſii ſcriptis, omnia publice teſtantis, petendam eſſe putamus: hæc enim nos præfatos eſſe voluimus, quod ſciamus eadem de exilio Arii ex dictis auctoribus complures alios pariter teſtatos eſſe, ut inter cæteros incertus auctor præfationis illius, quæ eam præcedit diſputationem, quæ fertur Athanaſii cum Ario (*e*), de qua ſuo loco dicturi ſumus. Quod inſuper (ut ſuperius ex Athanaſio vidimus) Euſebius Nicomedienſis ad ipſum Athanaſium dediſſet litteras de Ario recipiendo in Eccleſiam Alexandrinam; plane ſignificatur, ipſum non fuiſſe exilio relegatum: nam non erat unius Athanaſii facultas, eum ab exilio ſolvere, quod Imperator Conſtantinus ex Synodo ſtatuiſſet. Quod præterea idem S. Athanaſius (ut ipſe teſtatur *f*) reſcripſerit ad Euſebium, hæreſeos inventores ab Oecumenico Concilio condemnatos, minime recipiendos eſſe; haud potuit hæc intellexiſſe de hæreſiarcha non pœnitente, cum quivis gregarius hæreticus numquam in Eccleſiam abſque pœniten-

Arius non exulavit.

(c) Hier. adv. Lucif.

(d) Apud Socr. l.1. c.19.

(e) Extat apud Athan. in diſp. Athanaſii cum Ario coram Probo.

(f) Athan. Apolog. 2.

PAGIUS

tis relegatos eſſe: & lib. 3. cap. 7. teſtatur Euſebium, *Marim*, & Theognium *poſt biennium* Conſtantini Imperatoris juſſu ab exilio revocatos. Quare hi poſt Arium exilio ſoluti. Verum non eſt quod Baronius ſcribit, Euſebium & Theognium anno CCCXXX. ab exilio rediiſſe, quod ideo Spondanus in Epitome prætermittendum cenſuit. Tres annos, quibus Arius in exilio fuit, incompletos fuiſſe, manifeſtum facit Synodus Antiochena, hoc anno vel ſequenti adverſus Sanctum Euſtathium Epiſcopum Antiochenum congregata, in qua is ab Euſebio Nicomedienſi ſociiſque, falſis impoſitis criminibus, depoſitus fuit. Baronius eam Synodum in annum CCCXL. conjecit; ſed, ut eo anno dicetur, per hæc tempora celebrata fuit. Hæc exilii ſolutio videtur effectus Quinquennalium Conſtantii Cæſaris. Quemadmodum enim Donatiſtæ in Quinquennalibus Criſpi & Conſtantini junioris Cæſarum, exilio liberati ſunt, ut ſuo loco dixi, ita Arius ejuſque conſortes in Quinquennalibus Conſtantii Cæſaris eorum fratris.

Baron. anno 330. n. ult.

IV. Arius porro ab exilio revocatus eſt, eo prorſus modo, quo Euſebius ac Theognius, miſſo ſcilicet ad Epiſcopos ſatisfactionis libello, cum rogaſſet Epiſcopos, qui in Comitatu erant, aut qui vicini erant urbi Regiæ, ut pro ipſo apud Principem intercederent. Quod colligitur ex verbis, quæ in libello Euſebii & Theognii extant, ubi de Ario aiunt: *Quando & eum ipſum qui ob iſta accuſabatur, placuit reverentiæ veſtræ humaniter tractare, & ab exilio revocare.* Cum igitur id Ario proſpere ſucceſſit, Euſebius ac Theognius, quorum conſilio, ut videtur, Arius libellum ſatisfactionis miſerat Epiſcopis, ipſi quoque idem tentarunt, pari ſucceſſu; quæ conjectura Valeſii eſt in Notis ad lib. 2. Sozomeni cap. 16.

Quo pacto Arius ab exilio revocatus.

V. Philoſtorgius lib. 2. cap. 7. ait, *Euſebium, Marim, & Theognium poſt triennium Conſtantini Imperatoris juſſu ab exilio revocatos, Symbolum hæreticæ Fidei edidiſſe, & quaquaverſum miſiſſe ad everſionem Synodi Nicænæ: Alexandrum quoque Epiſcopum Alexandriæ ab iiſdem depoſitum eſſe & excommunicatum, eo quod ad Conſubſtantialis Fidem denuo reverſus eſſet. Sed & Euſtathium Antiochenſem Epiſcopum perinde ab iiſdem depoſitum eſſe, cum puella cujuſdam ſtuprum ac fœdæ libidinis crimen ei objeciſſent. Imperator vero eum exilio mulctavit, & in Occidentis partes relegavit. Cæterum in hoc illegitimo Concilio Epiſcopos numero ducentos & quinquaginta ſediſſe ſcribit, & malorum omnium officinam illis fuiſſe Nicomediam.* Philoſtorgius num. præcedenti dicit, *Euſe-*

Euſebius & Theognius exilio ſoluti.

tentia conſueverit admitti. Nec Athanaſius ejus erroris erat, ut negaret Eccleſiam hæreticis pœnitentibus, qui de his ſcribens ad Antiochenos hæc ait (a): *Omnes igitur, qui vobiſcum pacifice agere volunt, in primis autem illos qui in veteris Eccleſiæ communione fuerunt, deinde qui ab Arianis fuerunt, allicite ad vos, eoſque ut patres aſſumite, & ut magiſtri & tutores recipite, coaptantes vos interim dilecto noſtro Paulino, ejuſque ſociis: nihilque amplius ab illis exigatis, quam ut execrentur Arianorum hæreſin, confiteanturque ſanctorum Patrum in Nicæa fidem.* Hæc ipſe; quibus videas, quantum abhorreret ut noluerit ſuſcipere hæreticos pœnitentes. Sic itaque cum ille negarat recipere Arium Alexandriam, eam reddidit cauſam, quod eſſet hæreſiarcha, cui, quantumlibet pœnitenti, haud indulgendam eſſet ut cæteris: non enim inventores hæreſum iiſdem cum aliis in Eccleſia Dei pœnis affici conſueverunt, ſed gravioribus.

(a) *Athan. ad Antiochen.*

IV. Constantinus ab Euſebio in Athanaſium commovetur. Euſebius igitur Nicomediæ cum videret (ut dictum eſt) ſe fruſtra pro reſtitutione Arii apud Athanaſium agere; Conſtantinum Imperatorem adiens, in Athanaſium recentem Epiſcopum multa oblocutus, ejuſdem privatos affectus adverſus Arium criminatus, alias in eum calumnias corrogans, atque Arium vere pœnitentem affirmans, eo animum Imperatoris in eumdem Athanaſium concitavit, ut Conſtantinus plane indignans, minaces ad Athanaſium litteras ſcripſerit: id quidem Athanaſius ipſe illis teſtatur verbis, quibus ait de Euſebio (b), poſtquam eum in recipiendo Ario renitentem expertus fuerat: *Cæſarem beatæ memoriæ Conſtantinum inducit, ut mihi cum minis ſcriberet, ea nos expectare debere, quæ & nunc, & antea paſſi ſumus, niſi Arium reciperem.* Hæc tunc molitus eſt Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus in Athanaſium; qui ejuſdem Conſtantini ad ſe ſcriptæ epiſtolæ fragmenta recitat, cum ſubdit: *Pars autem epiſtolæ ſic ſe habet, quam detulerunt Palatini Syncletius & Gaudentius: Cum igitur mentis meæ ſententiam intelligas, omnibus qui in Eccleſiam intrare poſtulant, aditum inoffenſum præbebis. Quod ſi prohibueris quempiam, qui ſe Eccleſiæ participem eſſe vult, aut ſi excluſeris ab ingreſſu; mittam continuo cum meis mandatis, qui te deponant, & in alium locum deportent.* Hæc quidem & alia ad Athanaſium Conſtantinus, ab Ariano homine, qui ſe doloſe Catholicum profitebatur, Euſebio, ira percitus atque valde commotus, conſcripſit.

(b) *Athan. Apolog. 2.*

V. Athanaſius placat Conſtantinum. Athanaſius autem, his acceptis litteris, ſic reſcripſit ad eum quæ veritati conſentanea eſſent, ut animum ejus placaret: nimirum iſthæc omnia ab illo agi, ut damnatam Arianam hæreſin, iterum occulto tramite reſtitueret, cum alioqui nec Arius vere pœnitens erroris eſſet: hæc & alia ipſe id genus multa, quibus Conſtantini animus ante concitatus quievit. Cum vero intelligeret Euſebius nunquam Alexandriam Arium habiturum acceſſum, donec Athanaſius præeſſet Eccleſiæ Alexandrinæ: ut eum e ſede depellat, cum Meletianis conſilium agitat, quo calumniarum artificio, confictis in Athanaſium criminibus, eumdem reddant Conſtantino infenſiſſimum, atque hac via e ſede deturbent: hæc quidem omnia paucis his in ſuperius citato loco Athanaſius demonſtrat, cum ſubdit: *Hic cum ego Cæſari perſuaſiſſem, nullam eſſe debere Eccleſiæ Catholicæ cum hæreſi Chriſti oppugnatrice communionem; tum demum tempus obveniſſe arbitratus Euſebius, quod cum Meletianis conſtituerat, litteras ad eos ſcribit, ut ſcelerate de nobis confingerent, &c.* Quaſnam autem illi in Athanaſium calumnias excogitarint, trademus anno ſequenti.

VI. Euſebiani inſequuntur Athan. ut hæreſin propagarent. Porro non aliud egiſſe Euſebianos, Athanaſium inſequendo, niſi ut Arium reſtituerent, & per eum damnatam hæreſin reſtaurarent, idem ipſe Athanaſius diſertis plane verbis affirmat, hæc dicens (c): *Siquidem eo ipſo, quod dicerent, depulſam eſſe omnem invidiam; & quia poſt Athanaſii exilium ſcribebant, Arium cum ſuis reci-*

(c) *Athan. de Syn. Arimin.*

PAGIUS ſebium & ſocios poſt biennium exilio ſolutos, hic vero poſt triennium; ex quo intelligimus, hoc triennium integrum non fuiſſe. Sed quod de Alexandro ſcribit, prorſus falſum. Quando enim Euſebius & ſocii ab exilio reverſi ſunt, mortuus erat Alexander, & Athanaſius Eccleſiam Alexandrinam regebat. Illud tamen verum, Euſebium, Marim & Theognium ab exilio reduces Orthodoxos Epiſcopos perſequi cœpiſſe, & inter alios Athanaſium & Euſtathium. Sozomenus lib. 2. cap. 22. narrat, Euſebium ac Theognium apud Conſtantinum accuſaſſe Athanaſium, quaſi ſeditionum in Eccleſia auctor eſſet, multiſque in Eccleſiam ingredi cupientibus aditum intercluderet: Conſtantinum vero, cui cura erat concordiæ populorum, ſcripſiſſe Athanaſio, *ut nemo aditu Eccleſiæ prohiberetur*: Euſebium, ut eum e medio tolleret, Meletianorum opera ei crimen intendiſſe, quod linearum tunicarum tributum Ægyptiis impoſuiſſet, & *hujuſmodi collationem ab ipſis accuſationibus exegiſſet*. Baronius hæc quaſi diverſis annis geſta eſſent, recitat partim hoc anno, partim anno CCCXXIX. in quo manifeſte labitur & diſſentit ab Athanaſio, quem tamen in omnibus ſequi ſe profitetur. Etenim Athanaſius in Apologia ſecunda, loco a Baronio citato, ſtatim poſt literas Conſtantini & repulſam Arii, crimina illa a Meletianis delata eſſe ſcribit ad Imperatorem, ut obſervat Valeſius in Notis ad lib. I. Socratis cap. 27. ubi tamen male ea in annum CCCXXX. conferenda cenſet.

VI. *Athanaſii cauſa quo anno agitata.* Papebrocius die ſecunda Maii in Vita S. Athanaſii cap. 4. tardius hæc contigiſſe credit, anno ſcilicet trecenteſimo triceſimo primo, ſed perperam. Cum enim Socrates lib. I. cap. 27. teſte-

recipiendum eſſe ſatis indicarunt, ſeſe non alia cauſa Athanaſio, cæteriſque Epiſcopis, quos ſibi refragatores ſentiebant, inſidias ſtruxiſſe, quam ut Arium reducerent, & hæreſin introducerent. Hæc Athanaſius, qui eaſdem alibi (*a*) repetit querelas. Ea quibus errare convincuntur, qui Arium mox poſt Nicænum Concilium tradunt (*b*) Alexandriam reverſum, & diu ibidem commoratum. Sed & Conſtantini epiſtola ad Arium ſcripta, quam recitat Socrates (*c*), non cum primum actum eſt de ejuſdem Arii reſtitutione, ab eo data eſt, verum longe poſtea, & paulo ante Arii obitum, ut ſuo loco perſpicue demonſtrabimus.

(a) Athan. Apolog. 2.
(b) Theod. l. 1. c. 14.
(c) Socr. l. 1. c. 19.

VII. Perplexa de Ario hiſtoria.

Vix equidem credi poteſt, quot perplexitatibus involuta, & obſcuritatibus obtenebrata, notiſſima omnibus habeatur hiſtoria de Arii rebus geſtis poſt Nicænum Concilium: adeo ut ad rectam temporis regulam & veritatem ea omnia congrue diſponendo, non mediocriter nobis fuerit laborandum. Affirmat quidem Socrates (*d*), Arium poſt Nicænum Concilium verſatum diu Alexandriæ, ſed per Tyriam Synodum plenius reſtitutum, ac demum anno trigeſimo Conſtantini, Dei vindicta periiſſe. Sozomenus (*e*) vero tradit, reſtitutum Arium per Concilium Hieroſolymitanum, additque Tyri Concilium ab Arianis poſt Hieroſolymitanum celebratum fuiſſe. Theodoretus (*f*) autem coitionem Arianorum cum Meletianis poſt Arii obitum recenſet. Ruffinus (*g*) ejuſdem Arii interitum ponit poſt Conſtantini obitum, atque confuſe nimis Conciliabulum Tyrium factum putat ſub Conſtantio Imperatore. Epiphanius (*h*) vero his omnibus ſenior, qui & his temporibus, quibus hæc agitabantur, juvenis erat, affirmat Arii obitum contigiſſe vivente adhuc Alexandro Epiſcopo Alexandrino, antequam etiam cogeretur Nicænum Concilium. In tanta igitur Auctorum diverſitate atque rerum difficultate unus nobis ſit inſtar omnium Athanaſius, qui ea cuncta ſpectavit, atque pro rerum, & temporum occaſione conſcripſit, protulitque eadem ipſis hoſtibus examinanda, cum adverſus eos Apologias compoſuit; ne quis putet ipſum ea in angulo oblocutum, nemine arbitro, vel contradictore. Ex cujus quidem teſtificatione conſtat, primum omnium pro reſtitutione Arii Alexandriam, Euſebium Nicomedienſem & Arianos plurimum laboraſſe, & acres litteras a Conſtantino ad Athanaſium extorſiſſe: & cum ne ſic quidem profeciſſe ſe aliquid intellexiſſent, ad exturbandum e ſede eundem Athanaſium cum Meletianis conſpiraſſe. Quæ autem, eodem Athanaſio auctore, poſt hæc accidiſſe noſcuntur, eo, qui ſequitur, anno dicturi ſumus.

(d) Socr. l. 1. c. 20. 22.
(e) Soz. l. 2. c. 25. 26. 27.
(f) Theod. l. 1. c. 14. & 26.
(g) Ruffin. l. 1. c. 11. 12. 13. 16.
(h) Epiph. hæreſ. 69.

VIII. Evangelii ad Indos propagatio.

His ipſis primordiis Athanaſii ſacerdotii, quem anno ſuperiore vidimus in locum Alexandri ſubrogatum fuiſſe, hæc de propagatione Evangelii ad Indos contigiſſe Ruffinus (*i*) narrat: *In ea* (inquit) *diviſione Orbis terræ, quæ ad prædicandum verbum Dei ſorte per Apoſtolos celebrata eſt, cum aliæ aliis provinciæ obvenisſent, Thomæ Parthia, & Matthæo Æthyopia, eique adhærens citerior India Bartholomæo dicitur ſorte decreta. Inter quam Parthiamque media, ſed longo interior tractu India ulterior jacet, multis variiſque linguis, & gentibus habitata; quam velut longe remotam nullus Apoſtolicæ prædicationis vomere impreſſerat: quæ tamen temporibus Conſtantini tali quadam ex cauſa ſemina fidei prima ſuſcepit. Metrodorus quidam philoſophus, inſpiciendorum locorum, & Orbis perſcrutandi gratia ulteriorem dicitur Indiam penetraſſe. Cujus exemplo etiam invitatus Metropius quidam Tyrius philoſophus, ſimili ex cauſa, adire Indiam voluit, habens ſecum duos puerulos, quos liberalibus litteris utpote propinquos, inſtituebat. Quorum unus, qui erat junior, Ædeſius, alter Frumentius vocabatur. Igitur pervectis, & in notitiam captis his quibus animus paſcebatur, cum philoſophus redire cœpiſſet, aquæ vel cæterorum neceſſariorum cauſa ad portum quemdam navis, qua vehebatur, appli-*

(i) Ruf. l. 1. c. 9.

PAGIUS

Baronium. IV. & ſeqq.

teſtatur, Conſtantinum M. de præfata Athanaſii cauſa cognoviſſe primum *Nicomediæ*, ac mox *Pſammathiæ* Nicomediæ ſuburbano; quod & ipſemet Athanaſius in Apologia ſecunda indicat; & ex Auctore Chronici Alexandrini anno CCCXXIV. num. XXI. citato conſtet, *Conſtantinum* anno CCCXXVIII. *Nicomediæ* moratum eſſe, apparet, præfatas calumnias eo anno Athanaſio fuiſſe intentatas; & quidem circa illius anni initium: jam tum enim Conſtantinum Nicomediæ fuiſſe diſcimus ex Lege unica Codicis Theodoſiani *De menſis olearis*, Kalendis Martiis Nicomediæ data. Quare videtur ibidem eo anno Conſtantinus Eccleſiam illam ædificaſſe, de qua Euſebius in Vita Conſtantini lib. 3. cap. 50. ut Gothofredus in Chronologia Cod. Theodos. obſervat. Certe, cum ex ſubſcriptionibus Legum Codicis Theodoſiani pateat, anno CCCXXIX. *Conſtantinum* in Dacia, Pannonia, & Thracia; anno vero CCCXXXI. Conſtantinopoli conſtitiſſe; neutro anno Athanaſii cauſæ Nicomediæ agitari cœpta, quemadmodum nec anno currenti, quo Conſtantinum Nicomediæ non fuiſſe, ſubſcriptiones Legum Cod. Theod. oſtendunt.

VII. *Indiam citeriorem, ſeu Æthiopiam cum India Orientali confundit Baronius & duos Frumentios diſtinguit.*

A num. VIII. ad XVI. In Martyrologio Romano ad diem XXVII. Octob. legitur: *Apud Indos Sancti Frumentii Epiſcopi, qui ibi primum captivus, deinde Epiſcopus a Sancto Athanaſio ordinatus, Evangelium in ea Provincia propagavit:* ubi Baronius in Notis habet: *Vixit iiſdem temporibus alius Frumentius Epiſcopus Auxumeos in Ægypto, ordinatus a Sancto Athanaſio, confeſſione clarus; multa etenim paſſus eſt ab Arianis ob tuendam Catholicam fidem: in quem data epiſtola tyranni extat apud Athanaſium in Apologia ad Conſtantium*, ſeu potius epiſtola ad Tyrannos Auxumi-

plicuit. Moris eſt ibi barbarorum, ut ſi quando fœdus ſibi cum Romanis turbatum vicinæ nunciaverint gentes, omnes qui apud eos ex Romanis inventi fuerint, jugulentur. Invaditur navis philoſophi, cuncti cum ipſo pariter perimuntur. Puerulí reperti ſub arbore meditantes, & lectiones ſuas parantes, barbarorum miſeratione ſervati, ducuntur ad Regem. Horum ille alterum, id eſt, Ædeſium, ſibi pincernam fecit; Frumentio vero, quem quaſi perſpicacem deprehenderat, & prudentem, rationes ſuas, ſcriniaque commiſit; ex quo & in honore magno apud Regem haberi, & in amore.

IX. *Cura regni delegata Frumentio.* *At vero moriens Rex, uxorem cum parvulo filio regni dereliquit hæredem; adoleſcentibus autem quid vellent, agendi dedit liberam facultatem. Quos tamen Regina ſuppliciter exorat, tamquam quæ nihil haberet in toto regno fidelius, ut ſecum, uſquequo adoleſceret filius, regendi regni ſollicitudinem partirentur, & præcipue Frumentium, cujus prudentia ad moderandum ſufficeret regnum; nam alius fidem puram & ſobriam mentem ſimpliciter exhibebat. Idque dum agerent, & regni gubernacula Frumentius haberet in manibus; Deo mentem ejus & animos inſtigante, requirere ſollicitus cœpit, ſi qui inter negotiatores Romanos Chriſtiani eſſent, & ipſis poteſtatem maximam dare, ac monere, ut conventicula per loca ſingula facerent, ad quæ Romano ritu, orationis cauſa confluerent: ſed & ipſe multo magis eadem facere, & ita cæteros cohortari, favore & beneficiis invitare, præſtare quicquid opportunum fuiſſet, loca ædificiis, aliaque neceſſaria præbere, & omnino geſtire, ut Chriſtianorum ibi ſemen exurgeret.*

X. *Sed cum regius puer adoleviſſet; qui procurationem regni gerebant, expletis omnibus, & ex fide traditis, multum licet detinentibus & rogantibus ut manerent, Regina vel filio, ad orbem tamen noſtrum revertuntur. Et Ædeſio feſtinante Tyrum, parentes propinquoſque reviſere; Frumentius Alexandriam pergit, dicens, æquum non eſſe, opus occultare Dominicum. Igitur rem omnem, ut geſta eſt, exponit Epiſcopo, ac monet ut provideat virum aliquem dignum, quem congregatis jam pluribus Chriſtianis, & Eccleſiis conſtructis in barbarico loco, Epiſcopum mittat. Tum vero Athanaſius (nam is nuper ſacerdotium ſuſceperat) attentius & propenſius Frumentii dicta geſtaque conſiderans in Concilio ſacerdotum ait: Et quem alium inveniemus virum talem, in quo ſit Spiritus Dei, ſicut in te, qui hæc poſſit implere? Et tradito ei ſacerdotio, redire eum cum Domini gratia, unde venerat, jubet. Qui cum Epiſcopus perrexiſſet ad Indiam, tanta ei data eſſe a Deo virtutum gratia dicitur,* *Frumentius quid cum Athanaſio.*

ut

PAGIUS

xumitarum. Hanc ſententiam Baronius, neque hoc anno, quo Frumentii Apoſtoli Indiarum ab Athanaſio ordinati, neque anno CCCLVI. num. XVIII. & XXIV. ubi Frumentii Epiſcopi Auxumitarum mentionem facit, retractavit, & præterea Indiam citeriorem ſeu Æthiopiam, pro India Orientali perperam uſurpavit. Hunc Geographicum errorem Holſtenius in Notis ad Geographiam Sacram Caroli a Sancto Paulo ad paginam 267. num. VI. egregie refellit.

VIII. *India citerior & Æthiopia ſolo nomine differunt.* Ait itaque Holſtenius: Athanaſius in epiſtola ad Epiſcopos Africanos pro Nicæno Concilio adverſus Ariminenſes ſcripta, *Nicænam*, inquit, *Synodum noverunt etiam Indi, & quotquot apud alios Barbaros ſunt Chriſtiani*: ubi cum Indos hoſce ſupra Æthiopiam, aut ipſam potius Æthiopiam intelligere, dubitari non poteſt; Barbaros quoque non alios quam qui extremam Æthiopiæ oram accolunt: horum enim regio proprie *Barbaria* Arriano, aut quiſquis ejus Peripli Auctor. Tum Holſtenius num. VII. &c. Fallitur, fallitque in hujus Indiæ nomine & ſitu explicando (Sc. Carolus a Sancto Paulo) ſicuti etiam Baronius ad Martyrologium Rom. die XXVII. Octob. Nam India illa, in quam Frumentius miſſus eſt a Sancto Athanaſio eſt Æthiopia ſub Ægypto, cujus Metropolis celeberrima fuit Auxumis; & ſic Indiam illam Æthiopiæ finitimam vocat Socrates, quæ toto cœlo ab Aſiatica ſive Gangetica diſtat. Paulo poſt: Socrates totam hanc narrationem a Rufino accepit, ſed neuter Gangem nominat, ut de Indis intra vel extra Gangem ſitis hic locus accipi poſſit. Nam cum interiorem Indiam ratione citerioris appellent, interior hic neceſſario pro exteriore, ſive pro India extra Gangem accipienda foret; quia India extra Gangem nobis citerior eſt: atque hoc abſurdum & contra omnem veræ Geographiæ rationem. Itaque cum citeriorem Indiam hic appellent eam, quæ Æthiopiæ adhæret, in qua Bartholomeus Evangelium prædicavit, quam Æthiopiam ſub Ægypto eſſe nemo dubitavit, (quia Rubrum mare attingit, ad Adulin & oſtium Sinus Arabici), India interior nulla alia intelligi poteſt præter Æthiopiam interiorem, cujus Metropolis erat *Auxumis*, quo antea nemo præconum Chriſti penetraverat.

IX. *Antiqui huic ſententiæ non adverſantur.* Scriptores antiqui, cum de regionibus rebuſque longinquioribus obſcurius loquuntur, benigna interpretatione juvandi ſunt. Arrianus, aut quiſquis Auctor eſt, in Periplo maris Rubri *Auxumin* octidui itinere ab Adulitico portu in Mediterraneam Æthiopiæ remotam ſcribit. Sanctus Hieronymus etiam periculoſam & longam navigationem Rubri maris ad urbem Auxumin deſcribit epiſt. IV. ad Ruſticum Monachum, ubi hactenus inſigni errore *urbem maximam*, pro urbem *Axumin*, vel *Axumam* editum legitur. Locus ille ad Rufini narrationem intelligendam unice facit. Adde quod ſuperioris ſæculi navigationibus compertum fuit, *Sanctum Thomam*, non in Parthia ſolum, & exteriori India; ſed in intima ultra Taprobanam Evangelium prædicaſſe, ubi corpus ejus in Malapur oppido ad Gangeticum ſinum repertum fuit. Ita ut *Frumentius* horum Indorum Apoſtolus appellari non poſſit. Ita docte Holſtenius, qui in Notis ad Martyrologium Romanum etiam obſervat, ipſos quoque Æthiopas qui nunc *Abiſſini* dicuntur, ſe ſe Indos vocare, & Apoſtolum gentis ſuæ *Frumentium* agnoſcere.

X. Fallitur tamen in eo quod aſſerit divum *Thomam* Apoſtolum in ultima India ultra Taproba-

n

ut ſigna per eum Apoſtolica fierent, & infinitus numerus barbarorum converteretur ad fidem. Ex quo in Indiæ partibus & populi Chriſtianorum & Eccleſiæ factæ ſunt, & ſacerdotium cœpit. Quæ nos ita geſta, non opinione vulgi, ſed ipſo Ædeſio, Tyri presbytero poſtmodum facto, qui Frumentii comes prius fuerat, referente, cognovimus, Hactenus de his Ruffinus; eadem
(a) Socr. l. 1. c. 15. Socrates (*a*) ex eodem Ruffino recitat, itemque Theodoretus (*b*), atque Sozo-
(b) Theod. l. 1. c. 23. menus (*c*). At vero nulla de Metrodoro atque Meropio philoſophis memoria eſt
(c) Soz. l. 2. c. 23. apud Eunapium Sardianum, utpote Chriſtianis ab eo neglectis; de Metrodoro tamen mentio habetur apud Hieronymi Chronicon.

XI. *Iberi per ancillam ad fidem perducti.* At de Iberis quam his Ruffinus (*d*) ſubnectit hiſtoriam recenſeamus: eam enim a certo homine, Bacario Comite, ejus gentis Rege fideliſſimo viro, ſe accepiſſe teſtatur: *Per idem* (inquit) *tempus etiam Iberorum gens, quæ ſub axe Pontico jacet, verbi Dei fœdera, & fidem futuri ſuſceperat regni. Sed hujus tanti boni præſtitit cauſam mulier quædam captiva; quæ apud eos reperta, cum fidelem ac ſobriam ſatis duceret vitam, totiſque diebus ac noctibus obſecrationes Deo pervigiles exhiberet, in admiratione eſſe ipſa rei novitas barbaris cœpit; & quid hoc ſibi vellit, curioſius perquirebant. Illa, ut res erat, ſimpliciter Chriſtum ſe Deum hoc ritu colere fatebatur. Nihil ex hoc amplius barbari præter novitatem nominis mirabantur. Verum (ut fieri ſolet) ipſa perſeverantia curioſitatem quamdum mulierculis inſerebat, ſi quid emolumenti ex tanta devotione caperetur. Moris apud eos eſſe dicitur, ut ſi parvulus ægrotet, circumferatur a matre per ſingulas domos, quo ſcilicet ſi quis expertis aliquid remedii noverit, conferat laboranti. Cumque mulier quædam parvulum ſuum per omnes circumtuliſſet ex more; nec aliquid remedii, cunctas domos luſtrando, cæpiſſet; venit etiam ad captivam, ut, ſi quid ſciret oſtenderet. Illa ſe humani quidem remedii nihil ſcire teſtatur; Deum tamen ſuum Chriſtum, quem colebat, dare ei deſperatam ab hominibus poſſe ſalutem, confirmat. Cumque cilicio ſuo parvulum ſuperpoſuiſſet, atque ipſa deſuper orationem fudiſſet ad Dominum, ſanum matri reddidit infantem.*

Sermo autem defertur ad plures; factique fama magnifici uſque ad aures Reginæ perlabitur; quæ dolore quodam graviſſimo corporis afflicta, in deſperatione maxima erat. Rogat ad ſe captivam deduci. Illa ire abnuit, ne præſumere amplius aliquid, quam ſexus ſineret, videretur. Ipſam XII. *Regina curatur ab ancilla.*

PAGIUS

D. Thomas Apoſtolus in India citeriori ſeu Æthiopia martyrium paſſus non eſt. banam inſulam martyrium feciſſe, & Chriſtianos vulgo Sancti Thomæ appellatos originem ducere ex hujus Sancti Apoſtoli diſcipulis. Hi enim Chriſtiani origine Chaldæi ſunt, & utuntur Scriptura Sacra, lingua Chaldaica ſcripta, quam etiam in Officiis divinis uſurpant. Ortum itaque trahunt a Babyloniis & a Syriis, & quemadmodum illi Sectam Neſtorianam profitentur; quia Patriarcha Neſtorianus Babylonis olim Eccleſias non ſolum in Æthiopia, ſed etiam in Tartaria & in Sinarum regione inſtituerat, miſſis in illas partes ſuæ ſectæ hæreticis. Soliti ſunt enim Sectarii hoc plauſibili nomine quod ſectatores Apoſtolorum exiſtant, ſuos errores tegere ac velare. Fraus hæc Chaldæis ſeu Neſtorianis Indiarum Orientalium percommode ceſſit adverſus Luſitanos, cum poſt varias ibidem relatas victorias, eos, ut in Eccleſiæ ſinum redirent adigere voluere. *Maliapur* urbs in qua Legendarii Sanctum Thomam Apoſtolum deceſſiſſe tradunt, Geographis veteribus incognita fuit. Ejus martyrium apud Parthos & Medos, Indos etiam nuncupatos, contigit, & ſacrum ejus corpus *Edeſſam* tranſlatum, ut teſtantur Rufinus, qui in Syriam anno CCCLXXI. profectus eſt, ibique per annos XXV. permanſit, in lib. 2. cap. 5. Socrates lib. 4. cap. 14. Sozomenus lib. 6. cap. 18. & plures alii his Hiſtoricis recentiores, quibus ſuffragantur varii Martyrologi; indeque Indiarum Neſtoriani, qui ſancti hujus Apoſtoli corpus uſque ad ſæculum elapſum ſe ſe conſervaſſe effutiere, valide confutantur. Quare Luſitani, uti Oſorius Silvenſis Epiſcopus lib. 3. Rerum Indic. quem Baronius anno LVII. num. CXIII. & ſeqq. & Holſtenius citatus ſecuti ſunt, parum caute Neſtorianis credidere: Cum in rebus ad religionem ſpectantibus diffidendum illis fuerit.

Cæterum veriſſimum eſt quod retulimus ex Holſtenio, univerſam ſcilicet Æthiopiam ſupra Ægyptum ſitam Indiarum nomine olim comprehenſam fuiſſe. His ſolum addo Philoſtratum lib. 3. De Vita Apollonii cap. 6. ſcribere Æthiopes ex Indis Orientalibus originem ducere, indeque Æthiopia ab Antiquis India vocata. Inſuper Lucianus in vita Alexandri Pſeudo-prophetæ pag. 402. prodit. *Cum adoleſcens amne adverſo in Ægyptum navigaſſet ad inundationem uſque, ſubducto navigio perſuaſus eſt, ut pariter in Indiam navigaret.* Lapſus eſt Eraſmus in verſione horum verborum ἄχρι τοῦ κλύσματος, ad inundationem uſque. Neque enim inundatio locus eſt, quo pertingi poſſit, aut qui meta ſit navigationis ſupra Nilum factæ. Præterea Κλύσμα non eſt Clyſma urbs Ægypti; hæc quippe ad mare Rubrum, non vero ad Nilum poſita erat, & etiamnum Clyſma, vulgo *Colzum*, quæ vox ex Græco corrupta, appellatur, indeque Arabes mare Rubrum, Bahar Elkolzom Gallice *Mer de Kolzum* vocant. Κλύσμα itaque deſignat Catadupa, ſeu Cataractam ac locum abruptum & præcipitem in flumine, unde ruit potius quam fluit, indeque Lucianus addit, navem delatam eſſe ſupra πλοῖον ἀναγομένον, quod in occurſu hujuſmodi locorum fieri neceſſe eſt. Vox Κλύσμα derivatur a verbo κλύζω, quod inter varias alias ſignificationes denotat ſonitum Aquarum in rupes cadentium ſe ſeque violenter impellentium, ut oſtendit Henricus Stephanus in Theſauro linguæ Græcæ, auctoritate Euſtatii in lib. 23. Iliadis. Cataractæ Nili vocabantur *Catadupa κατὰ δοῦπον*, a ſonitu ſc. δοῦπος enim ſonum ſignificat. Ita illas Cicero in Somnio Scipionis num. 19. appellat; & Plinius lib. 5. cap. 9. Nilum deſcribens ait: *Vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, noviſſimo cataracte inter* XI. *Æthiopes ex Indis Orientalibus originem ducunt.*

Digitized by Google

pſam ſe Regina deferri ad captivæ cellulam jubet; quam ſimiliter ſupra cilicium ſuum poſitam, invocato Chriſti nomine, continuo poſt precem, ſanam & alacrem facit exurgere: Chriſtumque eſſe Deum, Dei ſummi Filium, qui ſalutem hanc contulerit, docet: cumque quem ſibi auctorem ſuæ ſciret eſſe incolumitatis & vitæ, commonet invocandum: ipſum namque eſſe, qui & Regibus regna diſtribuit, & mortalibus vitam. At illa cum lætitia domum regreſſa, marito percontanti, cauſam tam ſubitæ ſanitatis aperuit: quique cum pro ſalute conjugis lætus, mulieri munera deferri juberet: illa: Horum, inquit, o Rex, nihil captiva dignatur, aurum deſpicit, argentum reſpuit, jejunio quaſi cibo paſcitur; hoc ſolum ei muneris dabimus; ſi eum, qui me, illa invocante, ſanavit, Chriſtum Deum colamus.

XIII. *Ad hoc tunc Rex ſegnior fuit, & interim diſtulit, ſæpius licet ab uxore commonitus: donec accidit quadam die, venante eo in ſilvis cum comitibus ſuis, obſcurari* — Rex invocat Chriſtum.

PAGIUS *inter occurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur, ſed fluere.* Quare manifeſtum eſt, Lucianum eam regionem, quæ ſupra Catadupa ſunt *Indias* appellare. Virgilius lib. 4. Georgic. verſ. 285. clariſſime hac in re loquitur,

Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena,
Et diverſa ruens ſeptem diſcurrit in ora.
Uſque coloratis amnis devexus ab Indis.

ubi vides populos, quos Nilus alluit, Indos nuncupari.

XII. *Axumitæ Indi erant.* Unde *Axumitæ* qui horum pars extant, Indi ſunt, horumque Apoſtolus Sanctus Frumentius fuit. Urbs *Axuma* antiquum ſuum nomen ſervavit, hodieque in ea Eccleſia viſitur, ubi *Negus* Abyſſinorum coronatur, ſed oppidum illud a Mahumetanis everſum fuit, ut didicimus ex Relationibus Luſitanorum collectis in Æthiopia a Balthazare Tellez, Uliſſipone anno MDCLX. lingua Luſitana editis.

XIII. *S. Frumentius Evangelium in Æthiopiam ſeu in Indiam citeriori prædicavit.* Venio nunc ad duos Frumentios a Baronio invectos, quos evertit vel ſola epiſtola Conſtantii Imp. ad Principes Axumitarum miſſa, quæ extat apud Athanaſium in Apologia ad Conſtantium, & recitatur a Baronio anno CCCLVI. num. XXIII. & ſeqq. cum in ea Principibus Axumitanis mandet Imperator, *ut Frumentium Epiſcopum, quam primum in Ægyptum dimittant.* Inde enim manifeſtum fit, *Axumam* urbem fuiſſe extra Ægyptum poſitam, in qua nunquam urbs extitit *Axumis* aut *Axomis* nuncupata; cum contra Ptolomæus lib. 4. cap. 8. ſcribat Axume urbem Æthiopiæ fuiſſe, *& procul inquit a fluminibus, mediterraneæ civitates ſunt Axume, in qua Regia.* Sed loco *fluminibus*, legendum, *flumine*, ſeu Nilo; in Græco enim legitur: *Καὶ ἄπωθεν μὲν τοῦ ποταμοῦ* &c. Miſſionem *Frumentii* in Indiam citeriorem ſeu in Æthiopiam primus ſcripſit Rufinus lib. 1. cap. 9. & ex eo Socrates, Sozomenos, Theodoretus, aliique mutuati ſunt; ſed cum eam uno tenore retulerit, dum de rebus a Conſtantino Magno geſtis agit, hinc factum, ut Baronius ſub finem Imperii Conſtantini Magni hæc contigiſſe crediderit, Valeſius vero in Notis ad lib. I. Socratis cap. 19. ſub Conſtantio ejus ſucceſſore.

XIV. *Synopſis hiſtoriæ converſionis Æthiopum.* Verum Valeſium ſummopere hac in re hallucinatum, & Rufinum quoad rei geſtæ tempus non erraſſe, facile eſt demonſtrare. Hæc ejus narrationis ſumma. In diviſione Orbis per Apoſtolos celebrata, *Thomæ Parthia, & Mathæo Æthiopia, eique adhærens citerior India Bartholomæo dicitur ſorte decreta. Inter quam Parthiamque medium, ſed longo interior tractu India ulterior jacet. Metrodorus quidam Philoſophus, inſpiciendorum locorum, & Orbis perſcrutandi gratia, ulteriorem dicitur Indiam penetraſſe. Cujus exemplo etiam invitatus Meropius quidam Tyrius Philoſophus ſimili ex cauſa adire Indiam voluit, habens ſecum duos puerulos*, quorum Junior Ædeſius, alter Frumentius vocabatur. Sed cum in reditu ad portum quemdam navis, qua vehebatur, appulisset, a Barbaris perimitur, & duo pueruli ad Regem ducuntur. Is *Ædeſium* pincernam fecit, & *Frumentio* rationes ſuas, ſcriniaque commiſit, morienſque uxorem cum parvulo filio Regni reliquit hæredem. Utrumque rogavit Regina, ut ſecum donec adoleſceret filius, regendi Regni ſollicitudinem partirentur; qua occaſione Frumentius bene uſus, negotiatores Romanos, qui Chriſtiani eſſent, monuit, ut conventicula per loca ſingula facerent, ipſeque aliquas Eccleſias conſtruxit, quo Chriſtianorum inibi ſemen exurgere poſſet. Poſtquam Regius puer adoleſcens vir, Ædeſius & Frumentius ad Orbem noſtrum reverſi ſunt, & Frumentius Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum monuit, ut jam plurimis Eccleſiis in Barbarico ſolo ædificatis illuc aliquem Epiſcopum mitteret.

XV. *Quo tempore S. Frumentius & Meropius in Æthiopiam profecti.* Athanaſius, qui *nuper Sacerdotium ſuſceperat*, illuc Frumentium Epiſcopum ordinatum redire jubet; *ex quo in India partibus & populi Chriſtianorum & Eccleſia facta ſunt, & Sacerdotium cœpit.* Ita Rufinus. Cum vero Sanctus Athanaſius menſe Decembri anni CCCXXVI. Epiſcopus Alexandrinus renunciatus fuerit, liquet hoc circiter tempore, ut recte vidit Baronius, Frumentium Epiſcopum in Æthiopiam, Indiam a Rufino appellatam, miſſum eſſe, Meropiumque cum Ædeſio & Frumentio ejus propinquis anno Chriſti circiter trecenteſimo decimoſexto peregrinationem illam ſuſcepiſſe, & uno aut altero antea anno Metrodorum, cujus exemplo invitatus fuit, veram Indiam, quam Rufinus perperam citeriorem vocat, penetraſſe. Neque enim parvum tempus in eundo & redeundo, & ibidem commorando, donec filius Regis adoleſceret, Ædeſio & Frumentio conſumendum fuit.

XVI. *Errores Rufini & Cedreni in hac hiſtoria narranda.* Non itaque contra Chronologiam, ſed contra Geographiam Rufinus peccavit. Is enim Hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam in Italia ſcripſit poſt annum Chriſti quadringenteſimum, *ut* alibi oſtendi, ideoque cum *Parthia* limes fuerit Imperii Romani, mediaque inter duas Indias, India quam citeriorem appellat Rufinus, India ulterior fuit, & quam ulteriorem dicit, citerior appellanda erat. Præterea fallitur in eo quod *Metrodorum* Indiam quam ulteriorem appellat, ſeu Æthiopiam hodiernam, penetraſſe ſcribit. Metrodorus enim non Æthiopiam, ſeu Indiam reſpectu noſtro citeriorem, ſed veram Indiam ſeu Indiam ulteriorem (ut a viro qui in Imperio Romano ſcribebat, vocari debuit) perluſtravit. Recte enim Cedrenus ad annum Conſtantini M. XXI. *tradit*: Metrodorus quidam Perſa, ſub prætextu philoſophandi in Indiam ſe ad Brachmanes contulit. Sed perperam addit Cedrenus, Me-

Google

rari denſiſſimis tenebris diem, & per terræ noſtræ horrorem, luce ſubducta, cæcis iter greſſibus denegari; alius alio diverſi ex comitibus oberrant; ipſe ſolus denſiſſima obſcuritate circumdatus, quid ageret, quo ſe verteret, neſciebat; cum repente anxias ſalutis deſperatione animos cogitatio talis aſcendit: Si vere Deus eſt Chriſtus ille quem uxori ſuæ captiva prædixerat, nunc ſe de his tenebris liberet, ut ipſum ex hoc, omiſſis omnibus, coleret. Illico ut hæc nondum verbo, ſed ſola mente devoverat, redita mundo dies Regem ad urbem perducit incolumem. Quique Reginæ rem protinus, ut geſta eſt a pandit. Evocari jamque captivam, & colendi ritum, ut ſibi tradat expoſcit, neque ſe ultra alium Deum, quam Chriſtum, veneraturum eſſe confirmat. Adeſt captiva, edocet Deum Chriſtum; ſupplicandi ritum, venerandique modum, inquantum de his aperire femina fas erat, pandit. Fabricari tamen Eccleſiam monet formamque deſcribit.

XIV. *Igitur Rex, totius gentis populo convocato*

Ann. Eccl. Tom. IV.

PAGIUS Metrodorum ex India redeuntem per Parthiam tranſiiſſe, multoſque Lapides pretioſos, & margaritas attuliſſe. In India enim interiori, ſeu Æthiopia, ubi prædicavit *Frumentius*, nunquam fuerunt Lapides pretioſi aut margaritæ. Balthazar Telezius in Hiſtoria Æthiopiæ Lingua Luſitana anno MDCLX. ſcripta ex Relationibus Virorum pietate & eruditione illuſtrium, qui diutius in Æthiopia commorati fuerant, docet Æthiopiæ Patriarcham dono dediſſe *Nego* (ita Abyſſini ſeu Æthiopes Regem ſuum nuncupant) coronam unionibus, ac gemmis exornatam, camque Principi gratiſſimam fuiſſe, quod ejus deceſſores numquam ſimilem vidiſſent, aut tuliſſent. Cum itaque *Meropius* dicitur Metrodori exemplo invitatus ad longinquam peregrinationem ſuſcipiendam, hoc minime intelligendum de peregrinatione aliqua in Æthiopiam, Indiam tunc vocatam, ut perperam intellexit Rufinus, ſed ſimpliciter & abſolute de peregrinatione ad Orbem terrarum luſtrandum inſtituta.

XVII. *Origo erroris Rufini.* Dicit Rufinus in fine ſuæ Relationis: *Quæ nos ita geſta, non opinione vulgi, ſed ipſo Ædeſio Tyri Presbytero poſtmodum facto, qui Frumentii comes prius fuerat, referente cognovimus.* Verum Ædeſius non dixit Rufino Meropium Metrodori exemplo in Indiam, ſeu in Æthiopiam profectum eſſe, ſed tantum ad Indiam perluſtrandam, & longinquam peregrinationem ſuſcipiendam, Metrodori exemplo motum; & quod de Peregrinatione illa in genere retulit *Ædeſius*, Rufinus ſpeciatim de Peregrinatione in Indiam Æthiopicam, ad quam perrexit Meropius, perperam intellexit. Quare Sozomenus lib. 2. cap. 24. nulla Metrodori mentione facta ſcribit, Meropium ſecutum eſſe exemplum Platonis, Empedoclis, Democriti Coi, & aliorum innumerabilium Philoſophorum Græcorum, quibus curæ fuit, *urbes ac regiones ignotas perluſtrare.*

XVIII. *Metrodorus cauſa non fuit ruptæ pacis inter Conſtantinum & Perſas.* Cedrenus laudatus, qui illum Rufini errorem recte emendavit, falſum vero miſcuit, remque fabulæ ſimillimam narravit. Ait enim Metrodorum, dum in India eſſet, in vera nempe India, lapides pretioſos a Rege Indorum accepiſſe, quos dono Imperatori ferret, ſed Byzantium reverſum eos Conſtantino ſuo nomine obtuliſſe, & aſſeruiſſe margaritas alias, aliaque dona, quæ afferebat, ſibi a Perſis adempta: *Itaque Conſtantinus*, ſubdit Cedrenus, *ſevere Sapori ſcribit, mitti ſibi ea poſtulans, & accepta non remiſit. Ideo pax diſſiluit.* Verum hæc ſub Conſtantio, non vero ſub Conſtantino contigere, pax enim Romanos inter & Parſas anno CCCXXXVI. rupta occaſione irruptionum Perſarum in Meſopotamiam, & in regiones Orientales Imperii, ut diſerte docent Euſebius in Vita Conſtantini lib. 4. cap. 56. & ſeq. Eutropius in Hiſtoria, Victor de Cæſaribus, & Rufus in Breviario. Et tantum abeſt, ut *Sapor* Perſarum Rex accepta non remiſerit, & Conſtatino non fecerit ſatis, ut Euſebius citatus, teſtis oculatus, qui in hac re falli non potuit, prodit Perſas, poſtquam in ditiones Imperii irrupere, cum Conſtantino congredi vehementer reformidaſſe; miſſis Legatis pacem ab eo poſtulaſſe; & Imperatorem pacem & amicitiam cum eis libenter pepigiſſe. Legenda quæ Baronius de hoc bello ac pace refert anno CCCXXXVI. num. LXVI. & ſeq. ubi etiam hanc fabuloſam Cedreni narrationem refellit, & quæ eodem anno num. X. diximus.

Valeſius tamen tam in Notis ad locum citatum Sozomeni, quam in Notis ad Ammianum lib. 25. cap. 4. Cedreni narrationem veram eſſe cenſet, & Rufinum in eo tantum reprehendit, quod ſcripſerit, Conſtantino Magno imperante & initio Epiſcopatus ſancti Athanaſii Indorum ſeu Æthiopum converſionem per Frumentium factam eſſe: qua etiam in re alios Auctores, qui eum ſecuti ſunt, falſos eſſe exiſtimat. Quia, inquit, *Meropius* cum Frumentio non niſi Metrodori exemplo ad luſtrandam Æthiopiam invitatus eſt; & Metrodori meminit Hieronymus ad annum Conſtantini XXI. ideoque poſt annum Chriſti CCCXXIV. Meropius cum Frumentio, & Ædeſio peregrinationem illam ſuſcepit; cumque Frumentius, & Ædeſius diutius in Æthiopia commorati fuerint, & Metrodorus cauſam præbuerit bello Perſico, Frumentius nonniſi circa annum CCCXLI. reverſus eſt Alexandriam, quo tempore Conſtantius imperabat, & Athanaſius annum XV. Epiſcopatus exceſſerat. XIX. *Valeſius tam in Rufino reprehendendo quam in Cedreno ſequendo peccavit.*

Verum *Frumentius* vir egregie Orthodoxus Conſtantii tempore in Æthiopiam mitti non potuit; cum is propagando Arianiſmo, & Orthodoxis extinguendis totus intentus fuerit. Hinc ad converſionem Homeritarum qui Æthiopiæ confines ſunt, Theophilum Monachum Arianum; non vero aliquem Catholicum delegavit, ut infra monſtrabitur. Et idem Conſtantius in epiſtola ad Aizanam & Sazanam Tyrannos Auxumis (ſic enim Reges ſuos Auxumitæ vocabant, ut teſtatur Arrianus in Periplo maris Erithræi) illis præcipit ut Frumentium Epiſcopum Alexandrinum mittant ad Georgium, quem illius urbis Epiſcopum Arianum conſtituerat, ut ab eo veræ fidei doctrinam accipiat. Quare anno CCCLVI. quo ea epiſtola data, ut videre eſt apud Baronium, Auxumitæ Catholici & Orthodoxi erant, eoſque Conſtantius hæreſi Arianæ imbuendos volebat, cui ideo Auxumitarum converſio immerito attribueretur. XX. *Conſtantio regnante Æthiopiam fidem amplexam eſſe Valeſius perperam credidit.*

Quoad Hieronymum a Valeſio laudatum, is de Metrodoro qui Cyclum annorum DXXXII. teſte Photio in Biblioth. compoſuit, non vero de Metrodoro Philoſopho, ut ipſemet Valeſius ſuſpicabatur, ſermonem habet. Hieronymus enim in Chronico clarorum ſcriptorum, non vero viatorum mentionem facere in more poſitum habet. Quare Metrodorus Philoſuphus ex India circa finem anni CCCXXXVI, aut ſequentis initio XXI.

Credunt Iberi. *cato, rem ab initio, quæ erga ſe ac Reginam geſta fuerat, exponit, fidemque edocet, & nondum ſacris initiatus, fit ſuæ gentis Apoſtolus. Credunt viri per Regem, feminæ per Reginam; cunctiſque idem volentibus, Eccleſia inſtruitur inſtanter; & elevato jam perniciter murorum ambitu, tempus erat, quo columnæ collocari deberent. Cumque erecta prima, vel ſecunda, ventum fuiſſet ad tertiam, conſumptis omnibus machinis, & boum hominumque viribus, cum media jam in obliquum fuiſſet erecta, & pars reliqua nullis machinis erigeretur, repetitis ſecundo & tertio ac ſæpius viribus, ne loco quidem moveri, attritis omnibus, potuit. Admiratio erat totius populi; Regis animoſitas hebeſcebat: quid fieri deberet, omnes ſimul latebat. Sed cum interventu noctis omnes abſceſſiſſent, cunctique mortales, & ipſa opera ceſſarent; captiva ſola in oratione pernoctans manſit intrinſecus. Cum ecce matutinus, & anxius cum ſuis omnibus ingrediens Rex, videt columnam, quam tot machinæ*

PAGIUS

Cedrenus & Valeſius Metrodoro Philoſopho & Conſtantino attribuunt quod ad alterum Metrodorum & ad Conſtantium pertinet. tio redux aſſeruit Conſtantio, cui, tam vivente patre, quam eo mortuo Oriens paruit, munera ſibi a Rege Indorum data quæ ad eum deferret, a Perſis ſibi adempta fuiſſe, indeque bellum Romanos inter & Perſas ab obitu Conſtantini Magni ſtatim renovatum, & pax cum eodem Conſtantino peracta, diſrupta fuit. Id manifeſte indicat Ammianus loco laudato, qui culpam ſuſcepti belli Perſici a Juliano Imp. geſti in Conſtantinum transferens, ait: *& quoniam eum obtrectatores novos bellorum tumultus ad perniciem rei communis inſimulant concitaſſe, ſciant docente veritate perſpicue non Julianum, ſed Conſtantinum ardores Parthicos ſuccendiſſe, cum Metrodori mendaciis avidius acquieſcit, ut dudum retulimus plene.* Libri illi in quibus Ammianus hæc narraverat, ad nos non pervenere; viderat tamen illos Cedrenus, ſed magno errore unum Metrodorum cum alio confudit, & Conſtantinum pro Conſtantio ſumpſit. Ad quod cum Valeſius animum non advertiſſet, putavit eo in loco Ammianum de Conſtantino loqui, ejuſque explicationem uni Cedreno deberi; cum tamen ipſemet Valeſius ibidem Conſtantinum, non vero Conſtantium legat, neque ipſe, nec Lindebrogius, qui ante eum Ammianum Notis illuſtravit, diverſam aliquam aliam lectionem in medium adducant.

XXII. *Æthiopia India interior a Rufino & aliis vocata.* Rufinus itaque, quem Sozomenus & Socrates exſcripſere, Æthiopiæ converſionem Conſtantino M. imperante, & Athanaſio recens Epiſcopo Alexandrino factam eſſe, accurate notavit, & in eo tantum peccavit, quod Metrodorum in Indiam Æthiopicam profectum eſſe ſcripſerit, & in re Geographica parum verſatus, Æthiopiam Indiam ulteriorem vocarit. Quod vero ei Indiæ nomen indiderit, hoc præſtiterunt ante eum alii, & Indorum nomine tunc Æthiopes audiebant. Porro Rufinus non ſolum Æthiopiam Indiam ulteriorem, ſed etiam Indiam interiorem appellat, ad diſcrimen veræ Indiæ, quam exteriorem perperam nominat. *Interioris* nomine utuntur etiam Socrates & Sozomenus, iſque juxta Valeſii verſionem ſuam de Æthiopum converſione narrationem his verbis exorditur: *Ulteriores eorum, quos vulgo Indos appellamus, a Frumentio Sacerdote & ſacrarum diſciplinarum doctore Chriſtianam religionem accepiſſe comperimus.* Ubi Valeſius Chriſtophorſonum ſequitur, qui ait, *Indos interiores (ſic enim noſtra memoria appellantur) a Frumentio*, &c. Verum hæc verſio mihi non videtur literalis & genuina. Textus Græcus habet; ὧν τοὺς Ἰνδοὺς τοὺς καθ' ἡμᾶς, ſed hæc verba τοὺς καθ' ἡμᾶς unde ſumpta ſignificant, *qui ſunt vel qui vivunt noſtra ætate*, non vero qui appellantur, quaſi Sozomenus dicat, qui degunt juxta nos e regione Orbis noſtri, nempe Romani. Regio a Geographis Nubia appellata pars eſt Indiæ, ſeu Æthiopiæ Indicæ, ditioni Romanorum proxima, & cum Ægypto contermina. Illuc *Pantænus*, aliique Evangelium prædicarunt. Verum Æthiopia Indica, ſeu ut nunc loquimur, Abiſſina, quæ regio eſt, in qua Frumentius verbum Dei diſſeminavit, licet contigua ſit Ægypto, ea tamen magis remota, ideoque interior a Sozomeno appellata, ſeu Ἰνδοὶ οἱ καθ' ἡμᾶς Ἰνδοί, ideſt, Nubienſium, vel Indorum Æthiopum ſupra Ægyptum. Sed utraque regio unicam indiam Æthiopicam conſtituit.

XXIII. *Errores Geographici Rufini.* Non hinc diſcedam quin monuero, non opera veræ Geographiæ Rufinum ejus parum peritum, ſed propriis ejus verbis, cum Antiquis collatis, intelligendum eſſe; præcipue autem Rufinus hallucinatur, & ſibimet contradicit; ait enim Divum Matthæum ſortitum eſſe Æthiopiam, ideſt Æthiopiam Ægypto vicinam, ſeu Nubiam modernorum Geographorum, non vero Abiſſiniam. Addit ſanctum Thomam prædicaſſe in Parthia, & S. Bartholomæum in India citeriori, ac præterea inquit: *Inter quam Parthiamque media, ſed longo interior tractu India ulterior jacet.* Hoc in loco Rufinus omnia turbat; regio enim quæ inter Æthiopiam & Parthiam ſeu Perſiam jacet, eſt Arabia Felix, ſeu Sabæorum terra, quæ eſt adhærens Æthiopiæ, appellatæ etiam Indiæ, & media inter Indiam iſtam & Parthiam, ut chartæ Geographicæ oſtendunt. Arabia vero Felix India interior vocabatur, ut diſcimus ex Philoſtorgio lib. 2. cap. 6. ubi narrat Indos a Bartholomæo converſos fuiſſe: *Interiores Indos* (qui ſecundum Geographos idem ſunt ac ulteriores) *quotquot Chriſtum colere ex Bartholomæi Apoſtoli inſtitutione didicerant .... Hos autem Indos, olim quidem Sabæos ait* (Philoſtorgius) *eſſe dictos ab urbe Saba, quæ caput eſt totius gentis; nunc vero Homeritas vocari.* Sabæi iſti ulteriores erant & interiores reſpectu Ægypti, ſi compararentur Æthiopibus Indis vocatis qui uſque ad Catadupas ſeu Cataractas Nili extendebantur.

XXIV. *Deteguntur & corriguntur.* Quare hoc loco Rufinus dupliciter errat; primo Indiam Orientalem quo *Metrodorus* profectus eſt, cum Sabæa, ſeu India ulteriori, in qua *Bartholomæus* Evangelium prædicavit, confundit, & Indiam citeriorem ſeu exteriorem eidem Apoſtolo attribuit, ex imperitia Geographiæ. Etiamnum aliqui viri doctiſſimi in hac Geographiæ parte graviter errant. Verum *Abiſſina*, præcipueque Regnum Tigridis limitaneum Arabiæ ſeu Æthiopiæ ſub Ægypto, jungi poſſunt cum Sabæis, quia conſtat eorum incolas deſcendiſſe ab iſtis, qui mare Rubrum trajecere, & in Æthiopia ſedem fixere. Indeque qui regnum Tigridis inhabitant lingua loquuntur, ab Arabica manifeſte deducta, & quæ in nullo convenit, cum aliorum Æthiopum linguis, eaque literalis eſt, & in Officio divino uſurpatur, ac in libris ſcribendis adhibetur, licet a populo non intelligatur.

XXV. Sed, ut huic de Frumentio, & converſione Æthio-

Digitized by Google

china, & tot populi movere non quiverant, erectam, & ſuper baſim ſuam librate ſuſpenſam, nec tamen ſuperpoſitam, ſed quantum unius pedis ſpatio in aere pendentem. Tunc vero omnes populi contuentes, & magnificantes Deum, veram eſſe Regis fidem & captivæ religionem, præſentis miraculi teſtimonio perhibebant. Et ecce jam mirantibus adhuc, & ſtupentibus cunctis, in oculis eorum ſenſim ſupra baſim ſuam, nullo contingente, columna depoſita, ſumma cum libratione conſedit. Poſt hoc reliquus columnarum numerus tanta facilitate ſuſpenſus eſt, ut omnes, quæ ſuperfuerant, ipſa die locarentur.

XV. Legatio ab Iberis ad Conſtantinum.

Poſtea vero quam Eccleſia magnifice conſtructa eſt, & populi fidem Dei majori ardore ſitiebant, captivæ monitis, ad Imperatorem Conſtantinum totius gentis legatio mittitur. Res geſta exponitur; ſacerdotes mittere oratur, qui cœptum erga ſe Dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio, & honore tranſmiſſis, multo amplius ex hoc lætatus eſt, quam ſi incognitas Romano Imperio gentes, & regna ignota junxiſſet. Hæc nobis ita geſta fideliſſimus vir Bacurius gentis ipſius Rex, & apud nos Domeſticorum Comes, cui ſumma erat cura, & religionis, & veritatis expoſuit, cum nobiſcum Palæſtini tunc limitis Dux Hieroſolymis ſatis unanimiter degeret. Hucuſque Ruffinus de Iberis illis ad Chriſtum converſis; eadem quoque Socrates (*a*), Sozomenus (*b*), atque Theodoretus (*c*), & alii recentiores, qui ex eiſdem deſcripſerunt. Fuerunt Iberi, ſive dixerimus Iberes (ut monet Plinius *d*) populi prope Albaniam, & Colchos poſiti, non longe a mari Caſpio, & Caucaſis montibus. Cæterum partem illam Iberiæ, quæ vergit ad mare Ponticum, Colchicam dictam, olim ſub Trajano Imperatore predicatione S. Clementis Papæ Evangelium ſuſcepiſſe, ſuperius dictum eſt; & Irenæi quoqu teſtificatione conſtat, longe ante hæc tempora Iberos Chriſtianam fidem amplexutos eſſe. Qui autem juxta Caucaſum incolunt Iberi inferiores vergentes ad mare Caſpium, ii putantur ſub Conſtantino Chriſti fidem ſectati eſſe.

(*a*) *Socr. l. 1. c. 26.*
(*b*) *Soz. l. 2. c. 24.*
(*c*) *Theod. l. 1. c. 6.*
(*d*) *Plin. l. 6. c. 10.*

XVI. Certe quidem occaſione bellorum, & perſecutione Imperatorum Gentilium magnam factum eſſe ad fidem Chriſtianam acceſſionem, dum Chriſtiani, vel ducerentur a barbaris captivi, vel metu tormentorum illuc confugerent, teſtatur Sozomenus, dum ait (*e*): *Cum vero ad hunc modum per univerſum Imperium Romanum ſe dilataret Eccleſia, Chriſtiana religio etiam ad ipſos barbaros pervaſit. Nam gentes circa Rhenum accolentes fidei Chriſtianæ ſe dediderant. Celtæ enim, & populi Galliæ ultimi, qui proximi ad Oceanum habitant, Gothi etiam, & gentes illis finitimæ, qui ante ad ripas Iſtri habitaverant, jampridem fide in Chriſtum recepta, ſe ad cultum, & humanitatem civiliorem converterant. Cauſa autem cur omnes fere barbari Chriſtianam religionem amplecti cœperint, fuere bella variis temporibus, (utpote regnante Gallieno, & Imperatoribus, a quibus ei ſucceſſum eſt) a Romanis, & exteris hominibus adminiſtrata: nam cum infinita fere, & promiſcua gentium multitudo ex Thracia in Aſiam trajeciſſet, eamque incurſionibus factis occupaſſet, aliique barbari in aliis locis Romanis ſibi finitimis idem præſtitiſſent, multi ſacerdotes Chriſti pariter captivi a barbaris abducebantur. Qui quidem cum homines in illis locis morbis afflictatos ſanarent, & Dæmonibus occupatos, ſolo nomine Chriſti Filii Dei invocato, liberarent, & ſincerum præterea ac pium vitæ genus colere, & virtutum præſtantia obtrectatorum ora penitus obturare viderentur; barbari eos, cum vitæ, tum factorum admirabilium cauſam magnopere admirari, & valde prudentes eſſe; & ſe, ſi tam præſtabiles hominum mores imitarentur, numenque divinum ad eorum exemplum colerent, Deum ſibi propitium habituros. Itaque ab illis, quid ſibi agendum ſit, doceri conſtituunt: diſcunt fidei noſtræ præcepta, Baptiſmum recipiunt, & conventus more Chriſtianorum celebrant.* Hactenus Sozomenus; quæ tamen haud in omnibus probamus; nam longe ante Gallieni tempora Chriſtiaoam religionem propagatam eſſe ad barbaros remotiſſimos, dictum eſt ſuperiore tomo Annalium (*f*), teſtificatione Irenæi, Juſtini martyris, Tertulliani, & aliorum.

(*e*) *Soz. l. 2. c. 5.*

Qua occaſione barbari facti Chriſtiani.

(*f*) *Annal. tom. 2. an. Dom. 140. & aliis in locis.*

XVII. Ut vero ad Bacurium Iberorum Regem, quem

PAGIUS

Præſens ſtatus urbis Axumarum.

Æthiopum narrationi finem tandem imponam. Regia Habeſſinorum urbs, totiuſque Regni Metropolis *Axuma* ſenſim decrevit, ex quo a Regibus ſuis, aula procul abſcedente, deſerta fuit. Eam pulcherrimis ſtructuris, Baſilica, obeliſcis, epitaphiis, aliiſque ædificiis Regiis ornatam olim fuiſſe, aliqua *literis ignotis* inſcripta, quæ adhuc viſuntur, argumento ſunt; at bellis dejecta, vel vetuſtate exeſa. Urbs ipſa diruta & pago ſimilior eſt, & ut ait Ludolfus in Hiſtoria Æthiopica lib. 2. cap. 11. ita invaſione Turcarum vaſtata fuit, ut hodie vix centum colonis habitetur, & urbem magnam fuiſſe rudera tantum oſtendunt. Sita eſt in decimo quarto & dimidio grado latitudinis Septentrionalis, campis circum fertilibus, iiſque amœnis, atque Regiæ urbi convenientibus. Quadraginta quinque leucis Luſitanicis, ſive ſex vel ſeptem dierum itinere ob interjacentes montes difficili a Mari Rubro diſtat. Auſpicia Regni eo in loco capeſſere ſoliti ſunt priſci Reges, ſed præter Axumam nullæ in Habeſſinia urbes, & pauca oppida ſunt. Ædificia ob vilitatem facile deſeruntur & deſolantur, quippe vicatim habitant Habeſſini, de quibus plura idem Ludolfus. Quæ ad ſupplendos Annales hic fuſius explicanda fuere.

De Bacurio rege Iberorum. quem tradit Ruffinus ab Imperatore creatum Comitem Domeſticorum, redeamus, quem & fideliſſimum teſtem citat: illum nos eſſe exiſtimamus, quem Ammianus (a) item Bacurium nominat, alias Baturium Iberum, qui in exercitu Romano (ut ait) ducebat ordines ſcutariorum, & ſagittariorum; quem etiam creatum dicit ab Imperatore Comitem Domeſticorum. Sublimiorum quidem magiſtratuum hic erat ordo, cum alioqui (ut Euſebius (b) auctor eſt) Comites triplicis ordinis eſſe ſolerent. Porro Comitatus nobiliſſima dignitate conſueviſſe Conſtantinum Imperatorem inſignire ſublimes ac nobiles viros illos, qui, ſpretis patriis ritibus, ſe ad Chriſtianam religionem conferrent, cum agit de Joſepho Judæo S. Epiphanius (c) teſtatur, quem inter Judæos primarium eadem Comitatus dignitate donatum tradit, quando poſt multos varioſque caſus, magna Dei clementia, Chriſtianam religionem profeſſus eſt. At cum in his verſemur, nempe in propagatione fidei mirabili Dei conſilio diverſis in locis facta, & tempus hoc a nobis exigat, quod eveniſſe id conſtet ſub eodem Conſtantino Imperatore; ea omnia, quæ ea de re ab eodem auctore ſcite fideliterque ſunt memoriæ commendata, ipſius verbis narratione hic proſequi, operæpretium eſſe ducimus.

(a) Ammian. Marcel. l. 31.

(b) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 1.

(c) Epiph. hæreſ. 30.

XVIII. De Joſepho comite ex Judæo chriſtiano. *Erat (inquit) ex Judæis quidam Joſephus (non ſcriptor eſt hiſtoriographus ille vetus, ſed a Tiberiade) qui temporibus felicis Conſtantini Imperatoris illius Senioris vixit, & ab ipſo Imperatore Comitum dignitatem aſſecutus eſt, & poteſtatem accepit ædificandi Eccleſiam Chriſto in eadem Tiberiade, & in Diocæſarea, & in Capharnaum, & aliis civitatibus: qui & multa paſſus eſt ab ipſis Judæis, prinſquam Imperatori manifeſtaretur. Hic Joſephus inter dignitate præſtantes viros apud ipſos connumeratus erat. Sunt autem hi poſt Patriarcham, Apoſtoli appellati, aſſidentque Patriarchæ, & cum ipſo ſæpe aſſidue in nocte ac die degunt conſulendi gratia, & ut referant ad ipſum ea quæ ſunt in lege.* Bene conveniunt hæc, quæ de nominibus magiſtratuum Judæorum Epiphanius tradit, cum ejuſdem Conſtantini Imperatoris reſcriptis (d), quibus eiſdem indulget privilegia, in quibus exprimuntur hæc eorum nomina magiſtratuum, Patriarcha, Preſbyteri, Hieros, Archiſynagogi: & in reſcripto Arcadii Imperatoris (e) nominantur Apoſtoli, qui ad exigendum aurum & argentum a Patriarcha certo tempore diriguntur: quos & morum inquiſitores, & moderatores apud eos fuiſſe, alias diximus. Sed ſubdit Epiphanius:

(d) l. 2. & 3. de Judæis Cod. Theod.

(e) l. 14. de Judæis C. Theod.

XIX. *Patriarcha vero illo tempore Hellel nomine erat; arbitror enim Joſephum ſic nomen eius dixiſſe, ſi non ex tempore fallar. Ex genere vero Gamalielis erat; qui apud ipſos Patriarcha fuit. Ratiocinari autem licet (veluti etiam alii prodiderunt) hunc eſſe generis illius primi Gamalielis, qui temporibus Salvatoris vixit, & ſecundum Deum conſilium dedit, ut abſtinerent ab inſidiis contra Apoſtolos ſtruendis (f). Cum autem morti vicinus eſſet Hellel, cupivit Epiſcopum vicinum urbi Tiberiadis ad ſe venire, & accepit ab ipſo ſacrum lavacrum in exceſſu per medicæ curationis prætextum. Ipſum enim per prædictum Joſephum, velut quod medicus eſſet accerſivit: & omnibus a ſe remotis, Epiſcopum rogavit, dicens: Largire mihi ſignaculum in Chriſto. Ille vero accerſitis miniſtris; præcepit aquam parari, velut qui morbi gratia auxilium aliquod adhibere vellet per aquas, cum Patriarcha graviter ægrotaret. Miniſtri autem fecerunt juſſa: non enim noverunt, cum Patriarcha pudoris gratia, omnes a ſe removiſſet. Quare ſic ſacro lavacro, & ſanctis myſteriis Patriarcha dignus evaſit.* Hellel patriarcha Judæorum.

(f) Act. 5.

At vero Joſephus mihi ipſi hæc retulit: ex ore enim ipſius hæc omnia audivi, & non ab aliquo alio, in ſenecta ipſius, circa ſeptuageſimum ætatis ipſius annum, aut etiam ultra. Ab ipſo enim perductus ſum Scythopolim. Cum enim migraſſet a Tiberiade, poſſeſſiones illic in Scythopoli præclaras acquiſivit. Nam in domo ipſius beatus Euſebius in Italia Epiſcopus Vercellenſis, a Conſtantio ob fidem Catholicam fugatus, hoſpitio exceptus erat: & ad hujus viſitationem ego, & alii fratres illuc profecti, etiam ipſi apud eum divertimus. Ex converſatione vero ipſius Joſephi intra ædes ejus, & de rebus ipſis percontantes, & cognoſcentes, quod ex illuſtribus apud Judæos fuit, exquirenteſque ipſius propoſitum, & quomodo ad Chriſtianiſmum devenit, hæc omnia clare audivimus, & non ex auditu alterius cujuſdam. Unde etiam memoratu digna ad credentium ædificationem opinati ea quæ circa virum tranſacta ſunt, propter ea quæ in Hebraicam linguam tranſlata, in Gazophylacio ejus reperta ſunt, non incaſſum omnem rem prædicti Joſephi appoſuimus; erat enim vir qui non ſolum Chriſtianus fidelis fieri dignus factus eſt, ſed qui etiam Arianos valde notavit. In illa enim Civitate, Scythopoli inquam, ſolus hic Orthodoxus fuit, omnes vero alii Ariani. Et niſi Comes fuiſſet, & Comitis dignitas Arianorum perſecutionem ab ipſo prohibuiſſet, non ſuſtinuiſſet hic vir in urbe morari, præſertim ſub Patrophilo Ariano Epiſcopo; qui multum potens fuit & divitiis & auctoritate, & apud Regem Conſtantium notitia, & dicendi libertate. Erat porro & alius quidam junior in urbe ex Hebræis rectam fidem habens, qui non auſus fuit in aperto, ſed occulte nos viſitabat. Veriſimile vero quiddam, & ridiculum Joſephus narrabat, & puto etiam hæc ipſum vera

XX. Joſephus hoſpes catholicorum epiſcoporum.

Digitized by Google

ra dixiſſe. Dicebat enim, quod mortua ipſius conjuge, veritus fuerit, ne ipſum rapèrent Ariani, & clericum efficerent: ſæpe enim blanditi ipſi fuerant, &, ſi hæreſi ipſorum cohæreret, polliciti majores profectus, vel etiam Epiſcopatum. Qua de cauſa dicebat ſe alteri uxori conjunctum eſſe, quo ipſorum electionem effugeret.

XXI. Patriarcha baptizatus. *Verum redeo ad narrationem argumenti de Patriarcha, & ipſo Joſepho; ut, ſi qui legere velint, per illius verba a me relata id ipſum exacte clarum faciamus. Et jam (velut ille narrabat) Patriarcha lavacrum ſuſcipiente, per commiſſuras in foribus introſpiciens, inquit, conſiderabam quæ ab Epiſcopo, & Patriarcha fiebant, menteque recondebam, & apud me ipſum reponebam. Et idem Patriarcha auri molem quamdam ſatis magnam in manibus habens, extenta manu, Epiſcopo dabat dicens: Offer pro me: ſcriptum eſt enim, per ſacerdotes Dei ligari ac ſolvi in terra, & erunt eadem ſoluta, & ligata in cælo. Cum igitur hæc facta eſſent, inquit, & apertæ eſſent fores, interrogabatur Patriarcha a viſitantibus, quomodo per auxilium ſe haberet: & confitebatur, ſe optime habere: etenim norat quod dicebat.*

XXII. *Poſtea vero cum Epiſcopus per duos aut tres dies ipſum viſitaret ſub medici prætextu, obdormivit Patriarcha cum bono depoſito, tradito proprio filio valde puero ipſi Joſepho, & alteri cuidam æquiſſimo. Omnia itaque peragebantur per hos duos, propterea quod Patriarcha adhuc puer, & infans eſſet, & in manibus ipſorum educaretur. In hoc tempore cum meus Joſephi ſæpe vexaretur propter myſtica, quæ facta* Evangelia & acta Apoſtol. inventa in Gazophylacio. *erant in lavacri tractatione, conſiderabat quidnam faceret. Et erat quædam Gazophylacii domus concluſa (Gaza autem interpretatur Hebraica lingua Theſaurus.) Cum itaque multi multa cogitarent de hoc Gazophylacio propter concluſionem per ſigillum: Joſephus clandeſtine auſus id aperuit, & pecunias nullas reperit, verum libros pecuniis præſtantiores. Legens autem inter hos (velut jam dixi) Evangelium ſecundum Joannem de Græca lingua in Hebræam tranſlatum; invenit etiam Acta Apoſtolorum, quin, & Evangelium ſecundum Matthæum, Hebraicam plantam. Et his perlectis, rurſus animo vexabatur, triſtatus quodammodo de fide Chriſti. Jam vero ex duobus argumentis compunctus, nimirum & librorum lectione, & myſtico Patriarchæ ductu ac imitatione, & tamen corde indurabatur, qualia fieri ſolent.*

XXIII. Judas novus Patriarcha. *Cum autem in his attereretur, adoleſcit puer relictus ab Hellel, qui in Patriarcham educabatur: nemo enim alius rapit principatus apud Judæos, ſed filius patri ſuccedit. Ubi igitur ad vigorem ætatis adoleſcens perveniſſet, corrumpebant ipſum quidam coætanei otioſi, & aſſuetè malis: fortaſſis autem (ut puto) Judas vocabatur hic recens Patriarcha, non tamen certo ſcio, propter tempus. Tranſtulerunt itaque coætanei juniores ad multa mala ſtudia, ad corrumpendas mulierculas, & ſceleſtas libidines; ita ut per magicas quaſdam incantationes conarentur ipſi opitulari ad protervitatem, illecebras quaſdam perficiendo, & per præſtigias cogendo liberas mulieres, ut neceſſario perducerentur eo, ut ab illo corrumperentur. Joſephus autem, & ille alter cum ipſo ſenex, neceſſario puerum comitantes, ægre ferebant, & ſæpe reprehendebant ipſum, atque verbis admonebant. Ille vero magis adoleſcentibus obediebat, occultans turpia, & negans: neque enim audebat Joſephus aperto ſermone eloqui illius facinora, ſed velut per ſcientiam exhortabatur.*

Proficiſcuntur itaque ad Gadara, ad aquas calidas, quo loco ſingulis annis conventus celebrabatur; accedunt enim undique qui lavare volunt ad dies aliquot, morborum videlicet curandorum gratia; id quod Diabolicum eſt ſtratagema. Ubi enim miracula a Deo facta ſunt, ibi adverſarius pernicioſa ſua retia ponere anticipavit: nam & viri & fœminæ illic lavantur. Juxta Sycyriam vero fœmina quædam libera in balneo erat, formæ pulchritudine excellens, & adoleſcens ille pro ervitatis ſuæ conſuetudine illectus, deambulans ad auram, latus ſuum ad fœminæ latus affricuit. Illa autem ſignavit ſe in nomine Chriſti, ut quæ Chriſtiana eſſet: cui neque neceſſarium erat delinquere, & inter viros & fœminas lavare: contingunt autem hæc ſimplicibus, & idiotis hominibus, qui per præceptorum negligentiam non ſunt muniti doctrina. Et tamen, ut oſtenderet Deus ſua miracula, adoleſcentē ſuus conatus non ſucceſſit, ipſi, inquam, Patriarcha. XXIV. Balnea Gadarenſia.

At quoniam de balneis Gadarenſibus incidit mentio; antequam de Joſepho relatam ab Epiphanio hiſtoriam ulterius proſequamur, quæ ſcribat Eunapius Sardianus de Jamblico fama inſigni philoſopho ad eadem balnea accedente, conſentientia his quæ ſcribit Epiphanius de Diaboli præſtigiis, enarrandi opportune ſe offert occaſio: ait igitur (a): *Aliquanto poſt tempore placuit cunctis, ſtato anni tempore accedere Gadara, qui locus eſt thermarum in Syria, ſecundas a Bajis in Romano Imperio obtinens, quibus nullæ balneæ calidæ comparari poſſunt. Iſtic cum lavaret, pariterque cæteri darent lavationi operam, nata de balneis diſceptatione, ſubridens Jamblicus. Tametſi religione, inquit, impediar, quo minus iſta aperiam; veſtra tamen cauſa id fiet. Simulque juſſit diſcipulos ſciſcitari a popularibus indigenis, quibus jam olim nominibus donati fuiſſent duo e calidis fonticulis minores, ſed cæte-* XXV.

(a) Eunap. in Vit. Philoſoph. in Jamblico.

Jamblicus magus quid Gadaræ operatus.

rie

ris elegantiores, venuſtioreſque. Illi poſtquam imperata feciſſent, negarunt ſe cauſam nominum poſſe reſcire, uni tamen Amori nomen eſſe; alteri Anteroti deo amantium injuria vindici. Confeſtim ipſe contacta manu aqua (ſedebat enim forte in crepidine fontis, ubi depletur ac ſuperfunditur alveus) paucis admurmuratis verbulis, de fontis imo puſionem excivit candidum, commoda ſtatura, capillitio in fulvum aurum tracto, dorſi cute nitida, qui totus lavanti aut loto aſſimilis erat.

XXVI. Dæmon dictus Amor mago inſervit.

Attonitis rei novitate comitibus: Tranſeamus, inquit, ad proximum fonticulum: ſimulque exurgens præcedebat, in cogitatione defixus, ac ſuſpenſo vultu; ibique eadem, quæ prius peragens, alterum Amorem evocavit, prioris per omnia ſimilem, extra comas nigrantes huic magis & rutilas, & per collum ſparſas. Ambo puerulì circumfuſi arctis complexibus Jamblico velut naturali patri inhærebant: quos ille in proprias ſuas ſedes eveſtigio reſtituit, lotuſque exceſſit, obſtupefacto comitum, & familiarium cœtu, qui ab eo tempore ſcrutari quicquam deſierunt, & argumentis & ſignis, quæ viderant, tamquam validis habenis pertracti, in omnibus credulos ſe præbuerant. Ferebantur de illo in vulgus, & alia fidei abſona, monſtriſque ſimilia, quorum ego nihil ſcriptis mandare volui, ratus id parum tutum eſſe, Deoque inviſum, ſi quis hiſtoria veraci, & ſolida fide mixta fabulas inanes, commentitias, & fluxas inſerat. Quid quod, & hæc ipſa ſcribo non ſine religione quadam, metuens ne rumores ſint, & fictæ auditiones; niſi quod viros ſequor, qui fidem non adhibentes aliis, rei viſa ſenſu permoti fuerunt? Hæc Eunapius, quæ ab Ædeſio inter primos Jamblichi familiares ſe accepiſſe teſtatur. Iſta quidem acciderunt his ipſis prope temporibus: nam (quod & Suidas habet) claruit Jamblichus ſub Conſtantino, ad ultimamque ſenectutem eum perveniſſe idem Eunapius tradit. En vides (quod ſæpius dictum eſt ſuperius Sancti Auguſtini teſtificatione) philoſophos ferme omnes, qui renuerunt inter Chriſti diſcipulos profiteri, ſectatos eſſe improbatæ magicæ artis ſtudia.

XXVII. Tentatur iterum Chriſtiana fœmina.

Sed ad cœptam narrationem de adoleſcente Patriarcha redeamus; qui etſi vires magicæ impoſturæ irritas redditas videret in Chriſtiana femina, haud tamen a cœptis deſtitit, verum majora tentavit, & quænam, hæc ſubdit Epiphanius: *Miſit enim ad ipſam, & munera conſtituit. Illa vero nuncii contumelia affectis, non flectebatur protervi illius inani opera. Hinc auxiliaris ejus, cognito adoleſcentis dolore, quem ex femina illa conceperat, aggrediuntur majores quaſdam præſtigias conſtruere, velut ipſe Joſephus mihi per longum claro expoſuit. Abducunt enim miſerum illum adoleſcentem poſt occaſum Solis in propinquas tumbas (ſepulcra autem ſic appellantur, ſpelunca videlicet in petris effoſſa ac conſtructa) illac abducunt prædictum adoleſcentem præſtigiatores qui cum eo erant, & incantationes ac ejurationes, & ſtudia impietatis plena in ipſum faciunt, & in nomen prædictæ fœminæ.*

XXVIII.

Cæterum ex voluntate Dei hæc in mentem veniunt alterius ſenioris, qui cum Joſepho erat; & ille quidem ſentiens, quæ fiebant, ea Joſepho communicat; & primum quidem miſerum ſe ipſum præannuncians, dixit: Miſeri nos, o frater, & perditionis vaſa, cui aſſidemus? Joſephus autem cauſam percontatus, non prius audivit ex ipſo per ſermones, quam ubi ſenex correptum ipſum manu abduxiſſet eo, ubi conventum perditi illi cum adoleſcentulo in monumentis incantationis gratia faciebant: & pro foribus quidem ſtantes, quæ ab illis fiebant, auſcultabant; illis vero ingredientibus, ſecedebant: needum enim multa veſpera erat, ſed velut eſſe ſolet, ad Solis occaſum, oculo adhuc obſcure videre poteunte. Poſt exitum igitur impiiſſimorum e monumento, ingreſſus eſt Joſephus, ac deprehendit etiam alia quædam curioſitatis ſtudia humi proſtrata; quibus ubi urinam & ſanguinem adjeciſſent, & pulverem admiſcuiſſent, illi egreſſi ſunt, velut ille dixit. Cognovit autem inſidias, ob qualem feminam hæc ab illis malefice perpetrata eſſent, & obſervabat an prævalerent. Ubi igitur non prævaluerunt præſtigiatores (nam per ſignaculum Chriſti & fidem femina auxilium percepit) cognovit adoleſcentem per tres noctes tolerare, & expectare feminæ acceſſum: deinde vero pugnare adverſus eos qui hanc curioſitatem fecerant (ſic magiam Judæi appellare conſueverunt, ſecundum illud Actorum (a): *Qui fuerant curioſa ſectati*, &c.) *quod aſſecutus illam non eſſet.*

Victæ Magicæ incantationes ſigno crucis.

(a) Act. 19.

XXIX. Chriſtus apparet Joſepho.

Hucuſque proſecutus eſt Epiphanius de Juda novo Patriarcha Judæorum hiſtoriam; poſt hæc autem de Joſepho Comite, quomodo poſt multa ſigna ad Chriſtum converſus ſit narrationem inſtituit, atque ait: *Tertium hoc inſtructionis ad fidem opus Joſepho contigit, quod non valuit incantationis vis, ubi erat Chriſti nomen, & ſignaculum Crucis; non tamen perſuaſus eſt, ut Chriſtianus fieret. Poſtea vero apparet illi in ſomnis Chriſtus dicens: Ego ſum Jeſus, quem parentes tui crucifixerant: verum crede in me. Ille vero necdum perſuaſus incidit in morbum magnum & deſperatum. At Dominus rurſum apparet ipſi, jubens, ut credat in ipſum, & ſanitatem aſſecuturum eſſe promittens. Ille vero promiſſione facta, rurſus reſiliit, & in duritia permanſit. Recidit autem ſecundo in morbum, eumque ſimiliter deſperatum; relictuſque velut moritu-*

rus

Digitized by Google

rus a cognatis ſuis Judæis, quod myſtice ab ipſis ſemper fieri ſolet, id ab eis audivit: nam vir quidam ſenior legis peritus ad eum accedens, in aurem inſuſurravit, dicens: Crede in Jeſum crucifixum ſub Pontio Pilato Præſide, qui Filius eſt Dei, & ex Maria poſtea natus eſt, & Chriſtus Dei eſt, & ex mortuis reſurrexit: nam ipſe veniet judicare vivos & mortuos. Hæc ipſa Joſephus palam mihi recitavit, id quod vere dicere poſſum.

XXX. Sed & ab alio quodam tale quid audivi, qui adhuc Judæus erat propter metum Judæorum, ſed inter Chriſtianos ſæpe verſabatur, & Chriſtianos colebat ac diligebat, atque mihi comes erat in deſerto Bethel & Ephraim, dum ad montanam regionem aſcenderem a Hierichunte, & objicerem ipſi de Chriſti adventu, ipſo nihil contradicente: cum autem admirarer, & interrogarem ipſum cauſam (erat enim legis peritus, & contradicere poterat) cur non contradiceret, ſed perſuaderetur tot & talia de Chriſto noſtro audiens; revelavit mihi etiam hic, quod morti vicinus audierit ab ipſis ſuſurrum in aurem, nimirum; Jeſus Chriſtus crucifixus Filius Dei de te judicaturus eſt. Verum hæc mihi de his, & circa hunc ſermonem hoc loco, velut quæ re vera audivi, appoſita ſunt.

XXXI. Rurſum per viſum Joſephus admonetur. Joſephus autem adhuc ægrotabat; & cum audiviſſet a ſeniore (velut dixi) cum aliis, Jeſus Chriſtus te judicaturus eſt; adhuc obdurabatur. At Dominus rurſum ex benignitate ſua per ſomnii viſum: Ecce, inquit, ſano te; ſed tu, ubi ſurrexeris, crede. Ubi autem convaluiſſet rurſus a morbo, non credidit. Itaque ſano ipſi rurſus Dominus apparet per ſomnium, conquerens de ipſo, quam ob cauſam non crederet: & promittit ipſi Dominus dicens: In fidei certitudinem, ſi quod volueris ſignum divinum in nomine meo operari, invoca me, & ego faciam. Erat autem quidam inſanus in Civitate, qui nudus per urbem circuibat, in Tiberiade videlicet, & cum ſæpe ipſe veſte indueretur, eam dilaniabat, veluti tales facere ſolent. Joſephus igitur volens experiri viſionem, dubitans autem adhuc, verecundia detinebatur. Aſſumit autem hunc intro, & præcluſis foribus, acceptaque aqua in manum, eaque Crucis ſignaculo ſignata, inſanum hominem reſperſit, ac dixit: In nomine Jeſu Nazareni Crucifixi, egredere Dæmonium ab ipſo, & ſanus fiat. Homo vero magno clamore edito, in humum prolapſus, & multa ſpuma ab ore demiſſa laceratus, ad multum tempus immotus permanſit. Quis miretur hæc a Joſepho tentata, cum teſtentur Acta Apoſtolorum (a), eadem actitata a filiis Scevæ Principis ſacerdotum? licet res illis haud ita feliciter acciderit ac Joſepho.

(a) Act. 19.

XXXII. Qui autem putabatur eſſe mortuus (ſubdit Epiphanius) poſt tempus, perfricta facie ſurrexit, & conſpicatus ſuam nuditatem ſe ipſum occultavit; & manus pudendis prætendit, non amplius ſuſtinens propriam nuditatem videre. Itaque amiculo ex his, quæ apud ipſum Joſephum erant, indutus, ad ſtatum prudentiæ ac modeſtiæ devenit, ipſique viro, ac Deo magnae gratiae egit, ſciens quod per ipſum ſalus ſibi contigiſſet: & virum per urbem prædicabat. Et hoc ſane ſignum notum factum eſt Judæis qui illic erant, & multus rumor ſequebatur ex his qui dicebant: Joſephus Gazophylaciis apertis, & invento nomine Dei ſcripto, eoque lecto, magna ſigna facit. Erat autem verum, quod ab his dicebatur, ſed non ſic veluti ipſi ſuſpicabantur. Adhuc vero permanſit Joſephus obduratus corde: ſed benignus Deus occaſiones ſemper præbens ſalutis bonas iis qui ipſum diligunt, eas exhibet hominibus qui digni facti ſunt vita æterna. Quid opinati Judæi de Joſepho.

XXXIII. Joſephus apoſtolatum conſecutus. Accidit enim, ut poſtquam adoleviſſet Judas Patriarcha, de quo antea diximus, præmium ac remunerationem, Apoſtolatum Joſepho daret. Et hic cum epiſtolis ablegatur in Ciliciam terram: illincque reverſus, ab unaquaque Ciliciæ Civitate decimas ac primitias de iis qui in Provincia Judæorum ſunt, exegit. In hoc autem tempore propius ſe Eccleſiæ applicat (haud ſcio in qua Civitate) in amicitiamque venit ejus loci Epiſcopi, qui clandeſtine ab ipſo Evangelia petivit, ac legit. Quandoquidem igitur, velut Apoſtolus (ſic enim apud ipſos, veluti dixi, dignitas appellatur) potentiſſimus eſſet, & ad conſtitutionem bonæ diſciplinæ legis (ſic enim ſe facere prætendebat) multos male conſtitutos ſynagogæ principes, & ſacerdotes, ac presbyteros, & Azanitas, quos ipſi diaconos aut miniſtros interpretantur, deponeret, & a dignitate amoveret; in multorum invidiam devenit; qui velut ulciſci in ipſum conantes curioſe hunc obſervare, & quæ ab ipſo fiebant, inveſtigare non parum ſtudebant. Et ob hanc ſane cauſam curioſiores acervatim in domum ipſius irruerunt; & deprehenderunt ipſum Evangelia perlegentem; librumque occupant, & virum rapiunt, humi trahentes, acclamantes, & non vulgares torturae ipſi inferentes: & abducunt quidem in ſynagogam, & flagris ipſum cædunt; & per legem hoc certamen primum ipſi contigit. Inſtitit autem Epiſcopus Civitatis, & abſtulit ipſum.

XXXIV. Aliquando vero deprehendunt ipſum in itinere quodam (velut ipſe nobis narravit) & projiciunt ipſum in Cydnum fluvium (eſt amnis in Cilicia, de quo plura apud Quintum Curtium (b), & alios.) Cum autem a fluctibus raperetur; cogitarunt ex conjectura, ipſum ſubmerſum eſſe, ac periiſſe. Verum ipſe paulo poſt ſacro la-

(b) Q. Curt. l. 3. Juſt. l. 11. & alii.

Joſephus miraculo liberatus Conſtantinum adiit.

lavacro adhibetur; ſervatus enim fuit. Aſcendit autem ad Comitatum, & Conſtantini Regis amicus evadit, & obtulit atque expoſuit omnem ipſi ſuarum rerum ſtatum, quomodo eminentiſſimam apud Judæos dignitatem habuiſſet, & quomodo viſiones Dei ſibi pariter apparuiſſent, Chriſto ipſum vocante ad ſanctam vocationem, & ſalutem fidei ac cognitionis ſuæ. At bonus ille Rex, cum Chriſti ſervus eſſet in veritate, & zelum Dei inter Reges poſt Davidem, & Ezechiam ac Joſiam haberet, honorem dat ipſi (velut jam dixi) dignitatis in regno ſuo: Comitem enim ipſum conſtituit, juſſitque inſuper petere quicquid vellet. Joſephus autem nihil petiit, præterquam, ut maximum hoc beneficium a Rege conſequeretur, ut permitteretur ei per mandatum regium, quo Chriſto Eccleſias ædificaret in Civitatibus ac vicis Judæorum, ubi numquam quiſquam potuit Eccleſias conſtruere, propterea quod neque Græcus, neque Samarita, neque Chriſtianus inter ipſos eſſet, & hoc maxime in Tiberiade, & in Diocæſarea (quæ & Sepphuris appellatur) & in Nazareth, & in Capharnaum: obſervatur enim apud ipſos, ut non ſit aliquis inter eos alterius gentis. Quando autem, & a quo Imperatore conceſſum ſit Judæis habitare in aliquibus locis Palæſtinæ, & nec alios alterius gentis inter eos commorari poſſe, plane incompertum habetur; ab ea enim provincia eoſdem ignominioſe ſæpe ejectos fuiſſe, ſuperius dictum eſt.

XXXV. Porro occaſione, puto, Joſephi, adverſus Judæos lex olim lata Murgilli in Pannonia ſub Conſulato quarto Conſtantini atque Licinii, poſtea Conſtantinopoli, ad cohibendos Judæos qui agebant in Oriente, iterum ſancita reperitur, his verbis eodem Imperatore ad Evagrium reſcribente (a): *Judæis, & Cælicolis, & majoribus eorum, & Patriarchis volumus intimari. Quod ſi quis poſt hanc legem aliquem, qui horum feralem fugerit ſectam, & ad Dei cultum reſpexerit, ſaxis aut ulio furoris genere (quod nunc fieri cognovimus) auſus fuerit attentare; mox flammis dedendus eſt, & cum omnibus ſuis participibus concremandus. D. XV. Kal. Novemb. Conſtantinopoli, Conſtantino Aug. VIII. & Conſtantio VI. Coſſ.* Eſt is annus poſt ſequentem; licet ex germanis Faſtis, Conſtantino quartum, pro Conſtantio ſextum (numero depravato) ſit reſtituendum. Sed jam cœptam hiſtoriam proſequamur. Subdit autem hæc Epiphanius.

Lex ſancita in Judæos.

(a) l. 2. C. de Judæis.

XXXVI. *Joſephus itaque, acceptis litteris & poteſtate una cum dignitate, in Tiberiadem venit habens etiam epiſtolas, ut de regiis impenſis ſumptum faceret: immo etiam ipſe ſtipendiis a Rege honoratus erat. Incipit autem a Tiberiade ædificare. Templum autem maximum prius in urbe fuit, & puto Hadrianum hoc eſſe vocatum. Cum vero hoc Hadrianum imperfectum permanſiſſet, Cives ad publicum balneum id inſtaurare conabantur. Quo comperto, Joſephus, ex hoc occaſionem habebat: & ubi inveniſſet id per lapides quatuor cubitorum, & quatuor pedum ad aliquam altitudinem evectum, hinc incipit facere Eccleſiæ ſtructuram. Erat autem opus calce, & alia materie: caminos itaque extra urbem multos facere juſſit, forte ſeptem numero, fornaces autem vernacula lingua vocant. At vero callidi, & omnia facere audentes Judæi, a præſtigiis apud ipſos fieri ſolitis non abſtinuerunt: incantationibus enim quibuſdam ac curioſa ſedulitate ignem ligare ac diſperdere generoſi illi aggreſſi ſunt: ſed non perfecte potuerunt: ceſſabat enim ignis, & non operabatur, ſed extra proprium (ut ita dicam) naturam conſtitutus erat. Ubi autem ii qui combuſtibilem materiam igni addere juſſi erant, ligna videlicet, ſive ſarmenta, nihil effeciſſent: Joſepho rem ipſam ſignificarunt.*

Joſephus Eccleſias ædificat.

Commotus igitur vir ipſe, & zelo erga Dominum correptus, extra Civitatem cucurrit; & ubi aquam in vaſe afferri juſſiſſet, accepto aquæ vaſe coram omnibus (multitudo enim ingens Judæorum confluxerat ad ſpectaculum, eventum videre cupidi, & quid Joſephus facturus eſſet) magna voce Crucis ſignaculum proprio ſuo digito vaſi impoſuit, &, invocato nomine Jeſu, ſic dixit: In nomine Jeſu Nazareni, quem crucifixerunt patres mei, & omnium horum circumſtantium, fiat virtus in hac aqua ad reprobationem omnis incantationis atque magiæ, quam hi fecerunt, & ad efficaciam potentiæ ignis, & ad perficiendam domum Domini. Et ſic accepit aquam in manum, & de aqua ſingulas fornaces reſperſit; & diſſoluta ſunt incantamenta, & ignis coram omnibus emerſit. Turbæ vero præſentes, clamore edito, Unus Deus qui auxiliatur Chriſtianis, receſſerunt. Porro cum ſæpe illi viro moleſti eſſent, poſtea parte aliqua templi in Tiberiade extructa, & parva Eccleſia abſoluta, ſic illinc diſceſſit. Ad Scythopolim vero digreſſus, illic permanſit: verum in Diocæſarea, & aliis quibuſdam urbibus perfecte ædificavit. Hæc autem facta a me hic relata ſunt librorum interpretationis gratia, quomodo a Græca lingua in Hebraicam evangelium tranſlatum eſt, itemque Acta Apoſtolorum. Et ſit hic hujus hiſtoriæ ac narrationis finis. Hactenus de his Epiphanius; cui gratias agimus, quod tam egregiam hiſtoriam, adeoque certa, & firma fide teſtatam, ſcriptorum monumentis, poſterorum memoriæ commendarit. XXXVII.

Miraculum ex aqua benedicta.

Cuſi-

I. *Athanaſius Diœceſin viſitat.* CHriſti Domini annus trecenteſimus vigeſimusoctavus Conſulatu Januarii atque Juſti reperitur Faſtis adſcriptus: quo S. Athanaſius, qui ante ſuperiorem annum creatus Epiſcopus Alexandrinus, mox laceſſitus Meletianorum calumniis, conniventibus Euſebianis, anno proximo elapſo (ut vidimus) laborantibus iis pro reſtitutione Arii Alexandriam, in præſentem uſque annum dire exagitatus eſt, repulſis his, perſuaſoque Conſtantino, tandem quievit: nactuſque nunc primum hoſce tranquillitatis dies Alcyonios diutius expectatos, ut ſuſceptum Epiſcopale munus, uti par erat, obiret; quod magis ſibi neceſſarium viſum eſt, opus aggreditur, perdifficile quidem, nempe ut univerſam, eamdemque ampliſſimam Alexandrinæ Eccleſiæ ſubjectam perluſtrando diœceſin, quod hæreſis, & ſchiſma pravique mores in Eccleſiis corrupiſſent, vigilantiſſimo ſtudio reſtauraret, reſtitueretque in eis fidem & pacem exulem, moreſque corruptos Eccleſiaſtica diſciplina componeret. Jam tertius agebatur annus, ex quo, Alexandro prædeceſſore defuncto, Alexandrinæ Eccleſiæ gubernacula ſuſceperat; cum viſitans Eccleſias peragravit Ægypti provincias, Alexandrinæ ſubjectas Eccleſiæ.

II. Hujus quidem peregrinationis ex epiſcopali ſuſceptæ munere idem ipſe meminit (*a*), cum quid tunc ſibi contigerit in emendatione temeritatis Iſchyræ pſeudo-presbyteri narrat his verbis: *Mareotis regio quædam Alexandrina eſt, ubi quondam Meletius ſchiſma inducere non potuit. Cum igitur ibi Eccleſiaſtici certas ſuas ſedes obtinerent, & presbyteri ſynaxes in Eccleſia celebrarent, populuſque in quiete eſſet: Iſchyras quidam, ut nequaquam clericus, ita moribus improbiſſimus, conatus eſt ſui pagi incolas decipere, jactans ſeſe clericum eſſe. Id ubi reſciviſſet ejus loci presbyter, mihi tum Eccleſias perluſtranti renunciavit. Ego igitur illum ipſum cum Macario presbytero ablego, ad Iſchyram accerſendum; quem cum morbo decumbentem in cubiculo inveniſſent, patri injunxere, ut filio denunciet, ne tale quid, quod de eo ferebatur, tentaret. Ille autem ubi a morbo ſurrexiſſet, & ab amicis atque adeo ſuomet ipſius patre coerceretur, ad Meletianos confugit &c.* Quomodo vero hinc Meletiani in Macarium calumniam de fracto calice compararint, & novas eaſdemque enormes accuſationes adverſus Athanaſium concinnarint, ſuo loco dicturi ſumus: relegamus modo pacifice iter ejus, de prœliis acturi poſtea.

(*a*) *Athan. Apolog.* 2. De Iſchyra.

III. Cum igitur S. Athanaſius cunctas ex officio viſitaret Eccleſias, non in civitatibus tantum, oppidis, atque vicis poſitas, ſed & quæ in ſolitudinibus deſertiſque locis penes ſanctos monachos erant, inviſit. At quo pacto viſitatione eadem ad monaſterium S. Pachomii pervenerit, ſic habent Acta ipſius (*b*): *Hoc autem tempore venit ad Alexandrinum Epiſcopatum ſanctiſſimus Athanaſius; qui cum magno ſtudio cuperet ſuperioris Thebaidis & Syenes Dei Eccleſias videre, & eas per ſpiritualem ſuam doctrinam confirmare, prænavigavit Tabenniſe. Cum autem hoc cognoviſſet Pachomius, egreſſus eſt cum fratribus in gaudio & exultatione animi, cum pſalmis & hymnis, ut ſuſciperent Pontificem: erat autem circa eum magna turba fratrum, Deum laudantium propter ejus adventum. Pachomius vero non aperiebat ſe ipſum; ſed ſe ſubtrahebat & occultabat in fratrum multitudine: Tentyrorum enim Eccleſiæ Epiſcopus pro ipſo rogabat S. Athanaſium, dicens: Habeo patrem monachorum in locis mihi ſubjectis, virum admirabilem & magnum, & vere bo-*

Athanaſ. viſitat monaſterium S. Pachomii.

(*b*) *Vita S. Pachomii Sur. to.* 3.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5822.

SÆC. IV. Anno Urbis 1082. Olymp. 276. an. 4. A. C. 328.

☉ 5. GF. ☽ 6. P. 24. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 328.

SILVESTRI PAPÆ 15.

CONSTANTINI IMP. 23.

I. *Conſules.* [1] A Num. I. ad VII. Coſſ. *Januarius*, & *Juſtus*.

II. *Athanaſii cauſa agitata.* Athanaſii ab Euſebianis accuſati cauſa Nicomediæ hoc anno agitata, ut anno ſuperiori num. VI. diai.

III. *Vita S. Antonii & S. Syncletica.* Scripſit Sanctus Athanaſius Vitam Sancti Antonii Abbatis, quam Evagrius Latinam reddidit; idque extremis ſuæ ætatis annis, dum Alexandriæ *Athanaſius* tranquille reſideret. Sed an is Auctor ſit etiam Vitæ Sanctæ *Syncletica*, quam periiſſe credebat Baronius, quamque ad quintum Januari diem Bollandus refert, jure merito dubitat Papebrocius in Vita S. Athanaſii tomo I. Sanctorum menſis Maii cap. 92. ejus Vitæ maxime ob ingentem inter Sanctæ Syncliticæ & Sancti Antonii Vitam diverſitatem. Cotelerius hujus Sanctæ Vitam, quam tantum Latinam habebamus, Græcam dedit tomo 2. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ. Sed is de ejus Auctore etiam dubitat.

Baron. in Notis ad Martyrolog. Rom. die V. Jan.

NOTÆ [1] COſſ. *Januarius*, & *Juſtus*. Vulgares Faſti: *Januario & Juſto*. In quibuſdam laterculis *Januario*. Inſcriptio apud Reineſium cl. XX. n. CCLVI. *Juſti* conſulatum non exhibere arbitror.

minum Dei: quamobrem rogo tuam ſanctitatem, ut eum conſtituas patrem omnium monachorum, cum ſuſceperis jam munus Pontificatus. Et ideo ſe ſubtrahebat ſenex & celabat inter fratres, donec venit Athanaſius. Audiens autem ejus ex Deo zelum, & vitam quam agebat in virtute, & perſecutiones quas ſuſtinuit pro Salvatore in fide veræ confeſſionis, & ejus quidem charitatem in omnes, præcipue autem in fratres valde gaudebat, & eum quidem amplectebatur, Deum laudans. Hæc de his ibi.

IV. Virginum monaſterium.

Qui igitur anno primo belli Liciniani Pachomius natus erat annos viginti, eo anno ſcilicet, qui Domini numeratur (ut dictum eſt ſuperius) trecenteſimus decimusſextus, erat hoc anno ætatis annorum trigintaduorum, habens monaſticæ inſtitutionis annos duodecim. Quamobrem quod ipſe in Actis illis ſenex ſit dictus, veneratione potius, quam ætate ſic nominatus apparet, utpote quod pater multorum monachorum effectus erat, qui & ipſi egregia floruerunt ſanctitate. Sed præter monachorum monaſteria, ſanctorumque virorum cœtus in unum ibi collectos, cum ejus ſoror ad ipſum veniſſet, & ejuſdem vitæ genus arripuiſſet, ſanctarum quoque virginum cœnobium erexit: quod ſenioris atque ſanctioris monachi curæ ſubjectum, velut cæleſtium ſpirituum abſque carne degentium habitatio factum eſt; de his enim præclara admodum ſcriptorum monumentis conſignata ſunt. Acceperat S. Pachomius, veluti alter Moyſes, in deſerto divinas leges, quibus ſuos ad vitam in terris perfectam beatamque ducendam imbueret.

V. Athanaſ. viſitat Antonium Magnum.

At ad Athanaſium univerſas Ægypti Eccleſias, & ipſa monaſteria perluſtrantem redeamus: qui enim Pachomium inviſit, Magnum quoque Antonium monachorum omnium fama celeberrimum, utpote antiquiorem, & vitæ præſtantia ſanctiorem, atque cœnobitarum omnium auctorem, & principem, quocum ab adoleſcentia aſſueverat, & (ut ipſe in ejus Vita a ſe ſcripta teſtatur) inſervierat, viſitavit, ad eumque benedictionis gratia duo pallia attulit, quorum altero (ut auctor eſt S. Hieronymus *a*) Pauli primi eremitæ corpus, cum ex hac vita migraſſet, ejus rogatu, feſtine allatum involvit: alterum idem Antonius moriens, eidem, qui dederat Athanaſio, ultimo legavit elogio, dicens (*b*): *Melotem & pallium tritum, cui ſuperjaceo, Athanaſio Epiſcopo date, quod novum ipſe detulerat.* Cum vero illud ab eo ad ſe allatum, non miſſum dicat; plane ſignificat, Athanaſium S. Antonium viſitaſſe nec ipſum modo, ſed & monachos ejus diſcipulos, Eccleſias atque monaſteria in eremo poſita Epiſcopali munere perluſtraſſe. Cæterum ipſe Athanaſius

(*a*, Hier. in Vita Pauli primi eremitæ.)

(*b*) Athan. in Vit. Antoni. in fin.

in præfatione teſtatur, ſe Antonium ſæpe viſitaſſe, immo & olim eidem aquam ferentem ſedulo officio miniſtraſſe. Sed admiranda plane in his quoque elucet Athanaſii in omnibus ſpectata modeſtia: quippe qui res geſtas Antonii ſcribens, numquam de ejuſmodi congreſſu cum eodem vel verbum facit: verum & quæ tum cum ipſo, tum cum aliis viris ſanctiſſimis tranſacta fuerint, haud dubium memoria digna, ſilentio obvoluta reliquit; ne videretur, dum aliorum præclaras res geſtas contexeret, ſuarum ipſius laudum prædicator exiſtere; malens recte factorum periclitari memoriam, quam modeſtiam.

VI. Antonii ſanctitas toto orbe vulgata.

Sed ex quo Athanaſii ſectantes veſtigia pervenimus ad Antonium, hic paululum ſubſiſtemus. His quidem temporibus ejuſdem percelebris fama adeo percrebuerat, ut eſſet ubique terrarum diffuſa: nam cum Alexandria exiſteret (ut ex Dione diximus) totius Orbis emporium; quæ natio potuit ignoraſſe, quæ ibidem fuiſſent ore omnium pervulgata? Sed & quod Conſtantinopolim ejuſdem fama pervaſit, & in ipſa Regia Conſtantini ſummo honore nomen Antonii haberetur, aliis quoque colendi ubique hominem ampliſſimus patuit omnibus aditus: quod idem ejus Vitæ ſcriptor Athanaſius admirans ait (*c*): *Hoc etiam, fratres, quod per omnes provincias amor ejus, & fama volitavit, quem nec librorum diſſeminatorum oratio luculenta, nec mundanæ ſapientiæ diſputatio, nec generis nobilitas, nec opum infinita congeſtio commendavit; cui omnium ore eſt adſcribendum, niſi Chriſto, cujus hoc donum eſt; qui devotos ejus animos erga ſuam prævidens majeſtatem, hominem alio pene Orbe cælatum, inter tantas poſitum ſolitudines, Africæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipſi etiam, quæ urbium caput eſt, Romæ, ut in exordio promiſeram, demonſtravit?* At vero quonam modo non ſolum Antonii nomen, ſed & ejuſdem ad ſummam perfectionem compoſitum vitæ genus toto Chriſtiano Orbe fuerit propagatum, paulo inferius ſuo loco dicetur.

(*c*) Athan. ibid. in fine.

VII. Conſtantinus & filii ſcripſerunt ad Antonium.

Antonii igitur virtutum vehementi fama commotus, atque in omnibus perſuaſus Conſtantinus Imperator religioſiſſimus, atque filii ejus Cæſares, ad eum pietatis ergo, officii, & amoris plenas litteras dedere; ut quem tam longe poſitum non liceret aſpicere, atque præſentem alloqui, internuncio litterarum viſerent, & cum eo pariter loquerentur. Teſtatur id quidem ejus res geſtas relegens S. Athanaſius dicens (*d*): *Hoc in eo viro admirabile eſt, ut hominem in extremo mundi limite conditum, & Principum favor, & omnis celebraret aula regalis. Nam & Conſtantinus Auguſtus, & ejus liberi Conſtans atque Conſtantius, talia cognoſcentes, crebro*

(*d*) Athan. in Vita Anton.

Digitized by Google

bro ad ipſum quaſi ad patrem miſſis litteris, obſecrabant, ut reciprocis ſe ſcriptis exhilararet. At ille ejuſmodi manens, qualis antequam litteræ ad eum venirent, fuerat; nec ſalutatione Principum movebatur, & tamquam non acceptis litteris, convocatis monachis, aiebat: Reges ſæculi ad nos miſerunt epiſtolas. Quæ hic Chriſtianis adhibenda admiratio eſt? licet enim diverſa ſit dignitas, attamen eadem naſcendi, & moriendi conditio eſt. Illa ſunt omni veneratione percolenda, illa toto animi affectu retinenda ſunt, quod hominibus Deus legem ſcripſerit, quod per Filium ſuum propriis Eccleſias ditarit eloquiis. Quæ monachis ratio eſt cum Regum epiſtolis? Cur accipiam litteras, quibus conſueta neſciam reddere ſalutationis obſequia? Igitur rogatus ab univerſis fratribus, ut Chriſtianos Reges ſuis litteris refrigeraret, ne ſcilicet per ſilentium ejus exaſperarentur; ad ſuſceptas litteras convenientia reſcripſit. Laudavit primum, quod Chriſtum colerent; deinde ſalutaria perſuaſit, ne magnam putarent regiam poteſtatem; ne præſentis earum imperio tumentes, ſe homines eſſe neſcirent, & a Chriſto judicandos obliviſcerentur. Ad poſtremum clementiæ circa ſubjectos, & juſtitiæ, curæ quoque inopum admonuit; atque unum ſempiternum eſſe Regem omnium ſæculorum Chriſtum Jeſum, epiſtolis teſtatus eſt. His Principes ſuſceptis vehementiſſime lætabantur, &c.

VIII. Philoſophi gentiles inviſunt Antonium.

Cæterum non Chriſtum colentes tantum, ſed & Gentiles, & qui inter eos præ cæteris in Chriſtianam religionem oblatrare conſueverunt philoſophi, Antonium inviſere, & cum eo ſermones conferre cupierunt; etenim moleſte ferebant, illiteratum hominem tam eximio ferri præconio, quaſi ſummum philoſophiæ verticem attigiſſet. Quorum cum ipſo congreſſum ab Athanaſio conſcriptum hic intexere dignum exiſtimamus. Si enim victorias ex hoſtibus armatis, Crucis virtute partas, ſuperius enarraſſe, pergratum fuit; quanto jucundius accipi debet, abſque armis hoſtes Chriſti inſuperabiles, potentia Crucis penitus demonſtrare ſuperatos? Audiamus igitur Athanaſium iſthæc ipſa diſerte admodum ſcribentem (a): *Erat* (inquit) *valde ſapiens; & hoc in ſe mirabile habebat, quia, cum litteras non didiciſſet, ingenioſiſſimus & prudentiſſimus, immobilis & manſuetus erat. Aliquando enim philoſophi duo Gentiles venerunt ad eum, putantes Antonium ſe poſſe decipere: erat vero in ſuperiore monte. Quos cum vidiſſet, Paganos eſſe intellexit ex vultu, & procedens ad eos per interpretem ita cœpit loqui: Quare tam longe ad ſtultum hominem venire ſapientes ſe vexare voluerunt? Illis dicentibus, non eſſe illum ſtultum, ſed & nimium ſapientem; vigilanter reſpondit: Si ad ſtultum veniſtis, ſuperfluus eſt labor veſter: ſi autem putatis me ſapientem eſſe, & ſapientiam habere: bonum eſt: imitamini quod probatis, quia bona convenit imitari. Si ego ad vos veniſſem, vos imitarer; ſed quia vos ad me, quaſi ad ſapientem veniſtis; eſtote, ſicut ego ſum, Chriſtiani. Abſceſſerunt philoſophi, utrumque mirantes, & acumen ingenii, & dæmonum expulſiones.*

(a) Athan. in Vit. Anton.

IX. Confutat Antonius philoſophos.

Alios quoque ſimiliter mundi ſapientes, qui eum irridere cupiebant, quia litteras ignoraret, tali diſputatione colligavit, dicens: Reſpondete mihi, quid prius, ſenſus, an littera? & quid cujuſque exordium? ſenſus ne ex litteris, an litteræ oriuntur ex ſenſu? Illis aſſerentibus quod ſenſus eſſet auctor atque inventor litterarum, ait: Igitur cui ſenſus incolumis eſt, hic litteras non requirit. Quis præſentium poſt hanc colluctationem non exclamarit, cum obſtupuerint, & ipſi victi ſint, tantam in imperito ſagacitatem animi admirantes? neque enim ut in ſolitudine & montibus verſatus atque omnem ibidem exigens vitam, agreſtis, & rudis erat, ſed jucundus atque affabilis: ſermonem ſecundum Apoſtoli præceptum, divino conditum ſale proferebat, ita ut invidia careret, & amore omnium potiretur. Inter hæc, quaſi parum eſſet, bis Gentilitatem fuiſſe ſuperatam, & tertio venerunt viri ad eum omnis ſæcularis prudentiæ nube cæcati, atque univerſis philoſophiæ ſtudiis artium ſuarum æſtimatione doctiſſimi.

X. Quam egregie urget Anton. philoſophos.

*Hi cum rationem ab eo exigerent fidei quam in Chriſto habemus, & niterentur argutâ ſophiſmatum interrogatione de divina Cruce eum illudere; in ſilentium paululum voce compreſſa, primo eorum miſertus errorem eſt; deinde per interpretem, qui ejus verba in Græcum diligentiſſime ſolebat exprimere, ſermonem ita exorſus eſt, dicens: Quid pulchrius eſt, quidve honeſtius, Crucem colere, an adulteria, parricidium, vel inceſtum bis aſſignare quos colitis? cum in altero ſit contemptus mortis, inſigne virtutum; in altero turpis religio, obſcœnitatis magiſtra? Quid melius, dicere, quod Dei Verbum manens ut erat, ob ſalutem noſtram humanum corpus aſſumpſerit, ut ſocietate immortalitatis nos eveheret ad cælum, participeſque naturæ cæleſtis efficeret; an, ut ipſi aſſeritis, divina mentis hauſtum ad terrena veneranda caput ſubmittere, & pecudum atque ſerpentum formis cæleſte nomen * includere?* Erant hi (ut apparet) Platonici philoſophi, qui ajebant animam eſſe divinæ mentis manationem atque ſubſtantiam. Sed ſubdit: * nomens.

XI. *Quo ore Chriſtianorum credulitatem audetis irridere, dicentium Chriſtum Filium Dei ſine ſui detrimento & cepiſſe eſſe quod*

De Verbi incarnatione defenſio. *non erat, & manſiſſe quod fuerit; cum ipſi animam de cæleſtibus detrahentes, non hominum tantum, ſed & pecudum ſolcatis ſepeliro corporibus? Chriſtiana credulitas pro ſalute mundi Deum ſuum veniſſe teſtatur; vos vero innatam animam prædicantes, ultro citroque transfertis. Chriſtiana fides, quæ omnipotentiam Dei, clementiamque veneratur, conſequenter dicit incarnationem Deo fuiſſe poſſibilem, ita tamen, ut non evacuaverit dignatio dignitatem. Vos autem, qui animam ex ſplendidiſſimi Dei fonte manantem turpiter decidiſſe jactatis, qui mutabilem, & convertibilem eam poſt ſui diminutionem audetis aſſerere, jam illam quoque naturam dominam ſæculorum per animæ contumelias impia lingua temeratis: imagine enim, quæ ſecundum vos naturalem ſimilitudinem ſui retinet auctoris, cui una eſt ex quo deſinit, eademque ſubſtantia, humilitates proprias, & injurias conſequenter ad ſuam remittis originem. Igitur animadvertite contumelias animarum ad patrem (ut appellatis) earum per veſtram blaſphemiam redundare.* Argute quidem retorquet illorum de Verbi incarnatione deriſionem; nam cum unam tantum Chriſtiani credant Dei incarnationem, & eamdem abſque Verbi aliqua mutatione, vel injuria; illi vero, quot homines, quotque beſtiæ umquam fuerint, tot Dei factas eſſe fateri conabantur incarnationes, cum dicerent animas divinam eſſe ſubſtantiam, eaſdemque turpes fieri & ignominioſas, atque peccatis obnoxias. Sed & ad id, quod objiciebant illi de Cruce Chriſti, reſpondit, hæc ſubdens.

XII. De gloria Crucis Chriſti. *Crux Chriſti Domini Dei noſtri hic nobis ingeritur. Rogo, quæ hæc eſt religionis obſcœnitas? Nonne potius eſt, Crucem attollere, aut alicujus alterius generis mortem ab iniquis hominibus illatam patienter ſuſtinere, quam Iſides plangere poſt Oſyrim vagos incertoſque diſcurſus? Pudeat vos, quæſo, inſidiarum Typhonis; pudeat Saturni fugæ, & devorationis crudeliſſimæ liberorum. Erubeſcite parricidium Jovis & inceſtum; erubeſcite raptum ejus, & coitum mulierum & puerorum, &c.* Multa ſubdit Gentilitiæ ſuperſtitionis deorum turpia, & obſcœna, ac demum pulchro hoc dilemmate philoſophos urget: *Æquo (deprecor pro veſtra ſalute) noſtra dicta penſate judicio. Cuncta, an nihil, libris credenda ſunt Chriſtianis? Si nihil; nec Crucis quoque, cui detrahitis, nomen agnoſcitis. Si univerſa credenda ſunt; cur, cum in iiſdem libris Cruci reſurrectio copuletur, paſſionem divinam ſtolido laceratis eloquio, & non ſtatim jungitis cæcorum viſum, ſurdorum auditum, claudorum greſſum, lepræ emundationem, ſerviens ambulanti Deo ſuo mare, dæmonum fugas, reſurrectionem mortuorum, & defunctorum ab inferis reditus?* His dictis, & illa confutavit quæ illi dicere potuiſſent de allegoriis, quibus iidem contegere ſolerent pudenda deorum, & cuncta referre ad cæleſtia corpora & naturæ diverſos motus; oſtendens magna affici ignominia Creatorem, ſi debitum ſibi honorem & gloriam, non ipſi; ſed impendant homines creaturis.

Demum ab opere, & experimento ipſo veræ fidei atque religionis probationem adducit; & conſentientibus illis, ipſa facta eſſe verbis potentiora, & virtutem ſermone præſtantiorem, hæc adjicit: XIII. Virtus crucis ex rebus geſtis expenditur. *Nos Chriſtiani myſterium vitæ noſtræ non in ſapientia mundi habemus repoſitum, ſed in virtute fidei, quæ nobis a Deo tributa per Chriſtum eſt. Hanc orationis meæ veritatem, quotidie quæ geruntur, ordo commendat. Nobis imperitis, & litterarum veſtrarum ignaris, ad dignationem ejus ſolum verba ſufficiunt. Ecce nos tot Gentilitatis gregibus abſtracti, in univerſum Orbem quotidie propagamur; vobis vero poſt adventum Domini nodoſæ ſophiſmatis defecerunt verſutiæ. Ecce nos ſimplicem Chriſti fidem edocti, idololatriam debellavimus; & per prædicationem ignominioſæ Crucis aurata templa conciderunt. Vos, ſi poteſtis, oſtendite, qua contextione verborum Gentilitatem Chriſto præponere ſuaſeritis. Per omnes jam terras Deus Dei Filius Chriſtus eſt agnitus; nihil eloquentia ſophiſmatum, nihil diſputatio philoſophiæ multitudini poteſt obeſſe credentium. Crucifixum nominamus; & univerſi dæmones, quos vos ut deos colitis, ingiunt, atque ab obſeſſis corporibus ad primum Dominicæ Crucis ſignum fugantur. Ubi ſunt illa fabuloſa oracula? ubi Ægyptiorum incantationes, quo magorum profecta ſunt carmina? Certe nunc vaſtata ſunt omnia, cum de ſua Cruce mundo Chriſtus innotuit. Nihilominus vos, prætermiſſis debilitatorum catervis, glorioſam Jeſu Chriſti mortem irridere conamini.*

XIV. Gentilitas collapſa. *Illud autem quale eſt, quod numquam regio furore concuſſa Gentilitas, immo ſæculo cara, & hominum præſidiis fulta, jam corruit: nos Chriſti famuli quo plus premimur, eo magis aſſurgimus, & floremus? Veſtra ſimulacra ornatis quondam ſepta parietibus, jam vetuſtate collapſa ſunt: Chriſti vero doctrina, quæ vobis ſtultitia videtur, & ludus, licet tyrannica perſequentium Principum tentamenta pertulerit; licet variis ſit incurſata terroribus, nullo tamen terrarum orbe concluditur, nullo barbararum gentium fine prohibetur. Quando tot ſimul in ſe convenere virtutes? continentia in matrimonio: virginitas in Eccleſia, floret martyrum pro Domino ſuo glorioſa conſtantia, quorum omnium Crux Chriſti principium eſt.*

XV. *Cum interim vos inter tantos virtutum choros ſyllogiſmorum retia tenditis, &*

veram

veram rerum lucem tenebroſis cohamur argumentationibus obvolvere: ecce vos (ut dixit. Doctor noſter a) non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in fide aperiſſima ſuademus, quæ verborum affirmationem prævenire conſuevit. Adſunt quippe patientes a dæmonibus vexati. Quos cum in medium produxiſſet, verba repetivit, dicens: Nunc vos collectionibus veſtris, & quo vultis malefico carmine, deos veſtros, quos putatis, expellite. Sin autem non poteſtis, victas ſubmittite manus, & ad Chriſti trophæa confugite, & ſtatim Crucifixi fidem majeſtatis potentia proſequetur. Dixit *& invocato Jeſu nomine, cum vitale ſignum in ſutro numero Trinitatis preſſiſſet in frontibus; una cum expulſis dæmonibus vana præſentium philoſophorum confutata ſapientia eſt; expaverunt enim, ſtupentes hominem, cui poſt tantum ingenium affluxerat ſignorum divinorum largitio. At ille univerſa Chriſta, quæ curaverat, adſcribens, uſus eſt affatu reciproca, & ait: Nolite putare me his ſanitatem dediſſe; Chriſtus per ſervos ſuos facit iſta miracula; credite, & vos videbitis, quia devota Deo fides, non eloquentiæ vanus tumor talia ſigna meretur. Confugite ad Crucifixi legem, uſque ejus imitamini famulas, & hac ſinceritate contenti ſitis, & nulla deinceps ſæcularis impudentiæ argumenta quæratis. Hactenus Antonio dicente, mira philoſophi ſtupore perculſi cum honorifico ſalutatu ab eo recedentes, multum ejus ſibi fatebantur profuiſſe conſpectum.* Hucuſque de his Athanaſius.

(a) 1. Cor. 2.

Fides firmata miraculis.

XVI. Cum vero (ut idem auctor teſtatur) ex omni hominum genere ad eum inviſendum confluerent, & ab eodem ad contemptum ſæculi, & perfectæ vitæ ſtudium arripiendum ſedulo invitati, idem vivendi genus, & inſtitutum capeſſerent, complura condidit monaſteria, cœnobiticæque ipſe primus vitæ jecit in eremo fundamenta; adeo ut cœnobitarum monachorum idem inſtitutor ſit habitus, vel potius reſtitutor, ſi Eſſenorum, qui in Ægypto ſub Marco primo Alexandrinorum Epiſcopo floruerunt, ratio aliqua habenda eſſe videatur: quos Chriſtianos fuiſſe, ſuo loco ſuperius perſpicue demonſtravimus. Porro gravioribus perſecutionum procellis obortis, quibus non Chriſtiani tantum ſimul agentes, & conventus publice celebrantes; ſed & latentes in penetralibus aliiſque latibulis, quæſiti abriperentur ad necem, intermitti illud cæleſte vivendi genus oportuit: quod S. Antonius non modo reſtituit, verum longe lateque in Chriſtianum orbem copioſiſſimo fœtu propagavit.

Cœnobiticæ vitæ Antonius reſtitutor.

XVII. Erant quidem ante Antonium qui timore perſecutionis civitatibus derelictis, ſive ruri, ſive in deſertis locis abditi, Angelis ſimilem vitam ducebant; quorum nonnullos ex Euſebio diximus fuiſſe martyrio coronatos: reperit & horum aliquos ipſemet Antonius, cum ob illatam Eccleſiæ perſecutionem vitaret (ut dictum eſt) in deſertum locum ſeceſſit, & ab uno illorum prima rudimenta monaſticæ inſtitutionis accepit; quæ perfecit deinde creſcens in ſolitudine: cum poſtea divino afflatus numine monachos in unum collegit, & in diverſa loca, tamquam in diverſis alveariis apum examina, diſtribuit, qui ſub ejus diſciplina a ſæculi abdicatione ad monaſticam profeſſionem amplexandam fuerant perſuaſi. De his enim ſic Athanaſius (b): *Erant in monte monaſteria, tamquam tabernacula, plena divinis choris pſallentium, legentium, orantium: tantumque jejunandi, & vigiliarum ardorem cunctorum mentibus ſermo ejus afflaverat; ut futuræ ſpei aviditate ad mutuam charitatem & miſericordiam indigentibus exhibendam jugi ſtudio laborarent, qui infinitam regionem quamdam & oppidum a mundana converſatione ſejunctum plenum pietatis & juſtitiæ videbantur incolere, &c.* Quam autem illuſtrata eſſet Ægypti eremus ſanctorum monachorum claſſibus, S. Joannes Chryſoſtomus narrat his verbis (c). *Denique ſi quis nunc ad Ægypti veniat ſolitudines, paradiſo quovis omnem illam videbit eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum catus in corporibus fulgere mortalibus, &c.* Sed quonam modo in immenſum auctus, & dilatatus ſit monaſticus ordo, inſtitutam proſequamur orationem.

Monaſteria ab Antonio erecta.

(b) Athan. in Vit. Anton.

(c) Chryſoſt. hom. 8. in Mat. c. 2.

XVIII. Qui igitur Antonium adeuntes, eidem ſe ſubjecere diſcipuli, ex iis alii in eiſdem cum illo montibus monaſticam exercuere diſciplinam: alii vero eadem ex planta palmites ſuccidentes, & in diverſis provinciis complantantes, brevi tempore factum eſt, nempe hoc ipſo ſæculo, ut replerint terrarum orbem tam ſancta propagine, nimirum Palæſtinam, Syriam, Aſiam Minorem, Cappadociam, Pontum, Armeniam, Meſopotamiam, & Boreales regiones, uſque ad latrones Beſſas & Dacos; de quibus S. Paulinus hæc cecinit (d) in reditu S. Nicetæ viri ſanctiſſimi, a quo accepit quod ſcribit:

Monachiſmus latiſſime propagatus.

(d) Paul. in car. ult. de reditu Niceta ad Natal. S. Felicis.

O vices rerum bene verſa fama!
Inviis montes prius & cruenti,
Nunc tegunt verſos monachi latrones
Pacis alumnos.
Sanguinis quondam, modo terra vitæ eſt;
Vertitur cælo pia vis latronum,
Et favet Chriſtus ſupera occupante
Regna rapina.
Mos ubi quondam fuerat ferarum,
Nunc ibi ritus viget Angelorum,
Et latet juſtus, quibus ipſe latro
Vixit in antris. &c.

Sed

chorum non idem erat genus omnium, & inſtitutio, atque vitæ perfectio: dum nonnulli declinantes ab Antonii inſtitutis, aliam inierunt vitæ rationem. Quamobrem Hieronymus de his pluribus agens,
(a) Hieron. epiſt. 22. hæc ait ad Euſtochium ſcribens (a): *Tria ſunt in Ægypto genera Monachorum: Primum Cœnobitæ, quod illi, Sauſes, Gentili lingua vocant; nos, in commune viventes, poſſumus appellare. Secundum Anachoritæ, qui ſoli habitant per deſerta, & ab eo quod procul ab hominibus receſſerint, nuncupantur. Tertium genus eſt, quod Remoboth dicunt, deterrimum atque neglectum, & quod in noſtra Provincia aut ſolum, aut primum eſt:* de quibus ultimo loco, quid ſcribat S. Hieronymus, dicturi ſumus.

Diverſa Monachorum genera.

XXVII. Quænam vero eſſe ſoleret inſtitutio cœnobitarum, idem inferius his verbis narrat: *Prima apud eos confœderatio eſt, obedire majoribus, & quicquid juſſerint, facere. Diviſi ſunt per decurias atque centurias: ita ut novem hominibus decimus præſit, & rurſum decem Præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat. Manent ſeparati, ſed junctis cellulis. Uſque ad horam nonam (ut eſt inſtitutum) nemo pergit ad alium, exceptis his decanis, quos diximus; ut ſi cogitationibus forte quis fluctuat, illius conſoletur alloquiis. Poſt horam nonam in commune concurritur, Pſalmi reſonant, Scripturæ recitantur ex more: & completis orationibus, cunctiſque reſidentibus, medius, quem Patrem vocant, incipit diſputare: quo loquente, tantum ſilentium fit, ut nemo alium reſpicere, nemo audeat excreare: dicentis laus in fletu eſt audientium, tacitæ volvuntur per ora lacrymæ, & ne in ſingultus quidem erumpit dolor. Cum vero de regno Chriſti, & de futura beatitudine, & de gloria cœperit annunciare ventura, videas cunctos moderato ſuſpirio, & oculis ad cœlum levatis, intra*
(b) Pſal. 54. *ſe dicere (b): Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Poſt hæc Concilium ſolvitur, & unaquæque decuria cum ſuo parente pergit ad menſam, quibus per ſingulas hebdomadas viciſſim miniſtrant. Nullus in cibo ſtrepitus eſt, nemo comedens loquitur. Vivitur pene leguminibus, & oleribus, quæ ſale ſolo condiuntur: vinum tantum ſenes accipiunt, quibus & parvulis ſæpe fit prandium, ut aliorum feſſa ſuſtentetur ætas, aliorum non frangatur incipiens. Debinc conſurgunt pariter, & hymno dicto ad præſepia redeunt: ibi uſque ad veſperam cum ſuis unuſquiſque loquitur, & dicit: Vidiſtis illum, & illum? quanta in ipſo ſit gratia, quantum ſilentium, quam moderatus inceſſus? Si infirmum viderint, conſolantur; ſi in Dei amore ferventem, cohortantur ad ſtudium.*

Cœnobitarum inſtitutum.

XXVIII. *Et quia nocte extra orationes publicas in ſuo cubili unuſquiſque vigilat; circumeunt cellas ſingulorum, & aure appoſita,* Nocturna cuſtodia.
quid faciant diligenter explorant: quem tardiorem deprehenderint, non increpant, ſed diſſimulato, quod norunt, eum ſæpius viſitant; & prius incipientes, provocant magis orare, quam cogunt. Opus diei ſtatum eſt; quod decano redditum, fertur ad œconomum: qui & ipſe per ſingulos menſes Patri omnium cum magno tremore reddit rationem: a quo etiam cum cibi facti fuerint, prægustantur. Et quia non licet dicere cuiquam: Tunicam & ſagum, textaque juncis ſtrata non habeo: ille ita univerſa moderatur, ut nemo quid poſtulet, nemo non habeat. Si quis vero cœperit ægrotare, transfertur ad exedram latiorem, & tanto ſenum miniſterio confovetur, ut nec delicias urbium, nec matris quærat affectum. Dominicis diebus orationi tantum & lectionibus vacant: quod quidem, & omni tempore completis opuſculis faciunt. Quotidie aliquid de Scripturis diſcitur. Jejunium totius anni æquale eſt, excepta Quadrageſima, in qua ſola conceditur diſtrictius vivere. A Paſcha ad Pentecoſten cœnæ mutantur in prandia, quo & traditioni Eccleſiaſticæ ſatisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato. Huc uſque de his S. Hieronymus, qui hos ſimiles tradit Eſſenis a Philone atque Joſepho deſcriptis, de quibus ſuo loco fuſius actum eſt. Sed hæc quidem generatim ipſe complexus eſt, cum alioqui extent prolixiores de inſtitutis cœnobitarum antiquorum formæ conſcriptæ a Pachomio, Baſilio, Caſſiano, Climacho, atque demum in Occidente a S. Benedicto, & aliis recentioribus ſanctiſſimis viris, de quibus ſingulis ſuo loco opportunius.

Quod vero ſpectat ad cœnobitas moniales, quarum ſuperius mentio facta eſt, iſt- XXIX.
hæc habet S. Auguſtinus (c): *Hæc eſt etiam vita feminarum, Deo ſolicite caſteque ſervientium, quæ habitaculis ſegregatæ, ac remotæ a viris quam longiſſime decet, pia tantum illis charitate junguntur, & imitatione virtutis: ad quas juvenum nullus acceſſus eſt, neque ipſorum quamvis graviſſimorum ac probatiſſimorum ſenum, niſi uſque ad veſtibulum, neceſſaria præbendi, quibus indigent, gratia. Lanificio namque corpus exercent atque ſuſtentant, veſteſque ipſas fratribus tradunt, ab iis invicem quod victui opus eſt, reſumentes.* Sed & de Ægypti feminarum monaſteriis hæc Hieronymus ad Sabinianum (d): *Moris eſt* (inquit) *in* (d) Hieron. epiſt. 48.
Ægypti & Syriæ monaſteriis, ut tam virgo, quam vidua, quæ ſe Deo voverint, & ſæculo renunciantes; omnes delicias ſæculi conculcarint, crinem monaſteriorum matribus offerant deſecandum, non intecto poſtea contra Apoſtoli voluntatem inceſſuræ capite, ſed ligato pariter ac velato

Monialium inſtitutio.

(c) Aug. de moribus Eccl. c. 31.

(a) Hieron. epiſt. 22. & Baſil. de Virgin.

late. At de inſtitutis ſanctarum virginum monialium plura, idem Hieronymus ad Euſtochium (a), S. Baſilius, S. Ambroſius, & alii.

XXX. Anachoretarum inſtitutum.

De Anachoretis autem Hieronymus hæc tantum: *Hi exeunt de cœnobio, & excepto pane & ſale, ad deſerta nihil perferunt amplius. Ipſius vitæ auctor Paulus, illuſtrator Antonius, & ut ad ſuperiora conſcendam, princeps Joannes Baptiſta.* Et deinde: *Horum laborem & converſationem in carne non carnis, alio tempore, ſi volueris, explicabo.* Porro quod ait Antonium illuſtraſſe vitam anachoreticam, ſic accipiendum eſt, quod idem Antonius primo illud genus vivendi exercuit, qui poſtea cœnobiticam vitam excoluit, & rurſus ad anachoreticam rediit, licet ſuorum curam non dimiſerit: cujus exemplo contigit, reciproco quodam ordine, anachoretas generare cœnobitas, & cœnobitas vice verſa parere anachoretas; qui ſcilicet ſic voluntate Patris omnium præſidis agere ſolitarii permittantur, ut tamen, vinculo quoque obedientiæ aſtringantur, cum alioqui non defuerint viri ſanctiſſimi, qui ipſo primo ingreſſu vitæ monaſticæ, eremum petentes, ſolitariam vitam ſectati ſunt. Habet ferme eadem Epiphanius (b), & S. Auguſtinus.

(b) Epiph. hæreſi 80. & Aug. de Morib. Ec. cap. 31.

XXXI. Tertium genus monachorum.

Sed quod ad monachorum tertium genus ſpectat, quod reſpectu optimi atque perfecti idem S. Hieronymus appellat deterrimum: Hæc de his ait: *Hi bini, vel terni, nec multo plures ſimul habitant, ſuo arbitratu ac ditione viventes; de eo quod laboraverint, in medium partes conferunt, ut habeant alimenta communia: habitant autem quamplurimum in urbibus & caſtellis; & quaſi ars ſit ſancta, non vita; quicquid vendiderint, majoris eſt pretii. Inter hos ſæpe ſunt jurgia; quia ſuo viventes cibo, non patiuntur ſe alicui eſſe ſubjectos: re vera ſolent certare jejuniis, & rem ſecreti victoriæ faciunt. Apud hos affectata ſunt omnia, laxæ manicæ, caligæ follicantes, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria, viſitatio virginum, detractio clericorum; & ſi quando dies feſtus venerit, ſaturantur ad vomitum.* Ita de his S. Hieronymus; a quibus paulo diverſi erant, quos Caſſianus Sarabaitas nominatos eſſe tradit (c), de quibus ait: *Emerſit iſtud Sarabaitarum genus, qui ab eo quod ſemetipſos a cœnobiorum congregationibus ſequeſtrarent, ac ſingillatim ſuas curarent neceſſitates, Ægyptia lingua proprietate, Sarabaitæ nuncupati ſunt.* Hæc ipſe, agens tamen pluribus de iiſdem.

(c) Caſſian. Col. 18. c. 7.

XXXII.

At ne Monachorum quidem nomine digni, ſed plane pſeudomonachi appellandi ſunt illi, quos S. Auguſtinus deſcribit his verbis (d): *Tam multos hypocritas ſub habitu Monachorum uſquequaque diſperſit, hoſtis ſcilicet humani generis, circumeuntes Provincias, nuſquam miſſos, nuſquam fixos, nuſquam ſtantes, nuſquam ſedentes. Alii membra martyrum, ſi tamen martyrum, vendiťant: alii fimbrias, & phylacteria ſua magnificant: alii parentes, vel conſanguineos ſuos in illa regione ſe audiſſe vivere, & ad eos pergere mentiuntur: & omnes petunt, omnes* * *exigunt aut ſumptus lucroſæ egeſtatis, aut ſimulatæ pretium ſanctitatis: cum interea ubicumque in factis ſuis malis deprehenſi fuerint, vel quoquomodo innotuerint, ſub generali nomine Monachorum veſtrum propoſitum blaſphematur, tam bonum, tam ſanctum, quod in Chriſti nomine cupimus, ſicut per alias terras, ſic per totam Africam pullulare.* Hactenus Auguſtinus; cujus etiam hic ſententia illa plane aurea recitanda eſt, qua dicit (e):

(d) Aug. de Opere Monachor. c. 28.

Pſeudomonachi.

* ab omnibus.

(e) Aug. ep. 137.

XXXIII. Hæreſiarchæ ex monachis.

Simpliciter autem fateor charitati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meam; ex quo Deo ſervire cœpi, quomodo difficile ſum expertus meliores, quam qui in Monaſteriis profecerunt; ita non ſum expertus pejores, quam qui in monaſteriis ceciderunt: ita ut hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptum (f): Juſtus juſtior fiat, & qui in ſordibus, ſordeſcat adhuc. Quod exemplo in primis demonſtrari poteſt in nonnullis Ægypti Monachis, qui a recto diſciplinæ tramite deviantes, Meletianis ſchiſmaticis adhæſerunt & Arianis, ac monſtruoſas quidem calumnias adverſus S. Athanaſium ſuum ipſorum Epiſcopum conſtruxerunt: ex iiſdem pariter prodiere complures hæreſiarchæ, ex quibus denominati hæretici Euchitæ, Æriani, Euſtathiani, Maſſaliani, Anthropomorphitæ, Jovinianei, Origeniſtæ, Eutychiani, Severiani, & alii quamplurimi uſque ad præſens ſæculum, quo quidem nullum umquam fuit fœcundius deſertoribus regularis, & monaſticæ diſciplinæ, iiſdem jam in hæreſiarchas in diaboli conflatoria officina transfuſis; utpote ad tam deformia effigianda monſtra, idonea delecta materia, nempe ex argento puriſſimo ſcoria rejectanea. At de his hactenus, in quæ divertimus occaſione Athanaſii peragrantis Ægyptum, & Monachorum cœnobia inviſentis.

(f) Ap. 22.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 329.	SILVESTRI PAP. ANNUS 16.	CONSTANTINI IMP. ANNUS 24.

I. *Meletiani rurſum in Athanaſ. inſurgunt.*

Trecenteſimus vigeſimusnonus Chriſti annus Conſtantino Aug. VIII. & Conſtantino Cæſ. IV. Coſſ. annotatur: quando Meletiani ex Athanaſii viſitatione, qua ille omne adhibuit ſtudium, ut eos ſub jure, & obedientia ipſorum Primatis Epiſcopi Alexandrini redigeret, nonnihil in ipſum commoti, iterum cum Euſebianis icto fœdere, novis calumniis adverſus eum apud Conſtantinum Imperatorem agere moliuntur. Certiorem ante fecerat Athanaſius Imperatorem de eorum ſchiſmate iterum acrius recrudeſcente: quando his acceptis idem Conſtantinus Imp. eos ad ſe accerſit: id ipſe ſuis teſtatur litteris ad Nicomedienſes ſcriptis, quas paulo poſt, hoc eodem anno, deſcripturi ſumus. Arripiunt autem Euſebiani libenter occaſionem, quam magna induſtria conquiſiſſent. Siquidem experti fuerant, ſedente Athanaſio, nullam fore Ario ſpem reliquam Alexandriam redeundi, neque hæreſis propagandæ. Meletiani igitur, communicato ſimul conſilio, mittunt ad Imperatorem Iſionem, Eudæmonem, & Callinicum, qui & Athanaſium calumniis infamarent, nempe indixiſſe *Ægyptiis* tributum de pendendis Eccleſiæ linteis, atque illud pariter exegiſſe. Secunda hæc fuit Meletianorum ad Imp. miſſa legatio cum accuſationibus in Athanaſium: ſed qui alia occaſione præſentes tunc aderant duo presbyteri Alexandrini, Apis atque Macarius, illatum majeſtatis crimen in Athanaſium facile diluerunt, & (ut exiſtimo) de re per Athanaſium geſta Conſtantinum reddidere certiorem; non fuiſſe (quod calumniabantur adverſarii) ejuſmodi indictionem, & tributi exactionem, ſed Athanaſii rogationem ad populum, ſeu collectam Chriſtianorum more fieri ſolitam ad Eccleſiarum ornamenta, & Dei cultum amplificandum de contribuendis linteaminibus factam: populi vero fuiſſe non coactam, ſed liberam collationem, ſpontaneamque oblationem, idque ſibi Athanaſio ex more, & inſtituto Apoſtolico vendicante: Paulus enim Græciæ, & Aſiæ etiam pecuniarum collectam indixit, ſed ea moderatione, ut a ſponte dantibus vellet accipere, non autem quemquam cogeret ad præſtandum, ut ipſe ad Corinthios (*a*) ſcribens pluribus monet.

(a) 1. Cor. 16.

II. Agit de his S. Athanaſius, rem paucis perſtringens, cum in Apologia retexens quæcumque paſſus eſſet ab Euſebianis, eadem, prout geſta ſunt, ordine temporum recenſens, ſic ait (*b*): *Cum ego Cæſari perſuaſiſſem, nullam eſſe debere Eccleſiæ Catholicæ cum hæreſi Chriſti oppugnatrice communionem; tum demum tempus obveniſſe arbitratus Euſebius, quod cum Meletianis conſtituerat, litteras ad eos ſcribit, ut ſcelera ea de nobis fingerent, & fama ſpargerent, quibus ſe adverſus Petram, Achillam, & Alexandrum prædeceſſores Epiſcopos Alexandrinos exacuerant. Sed cum plurima captantibus nihil reperiretur, ex Euſebianorum ſententia tale crimen per Iſionem, Eudæmonem, & Callinicum de ordinariis linteis ementiuntur, quaſi ego canonem iſtiuſmodi tributi Ægyptiis indicerem, & primus omnium exigerem. Sed id fruſtra fuit: presbyteri enim noſtri Apis, & Macarius, qui ibi forte præſentes aderant, eos audiente Imperatore, de calumnia vicerunt.* Hæc Athanaſius: eadem quoque Sozomenus (*c*): qui tamen loco linteorum, quæ ponit Athanaſius, habet veſtes lineas, quibus in ſacris miniſtri Eccleſiæ uti ſolerent.

(b) Athan. Apolog. 2.

Calumniæ in Athanaſium.

(c) Soz. l. 2. c. 21.

III. Cæterum conſueviſſe Fideles linteaminibus Eccleſias exornare, eaque Eccleſiis offerri ſolita, S. Paulini (*d*) verſus illi teſtantur in natali die S. Felicis, quibus una cum aliis oblationibus a Chriſtianis Eccleſiæ tribui conſuetis ſic de linteis, ſeu velis:

(d) Paul. Natal. 6. S. Felic.

Velis exornari eccleſiæ ſolitæ.

Cedo, alii pretioſa ferant donaria, meque
Officii ſumptu ſuperent, qui pulchra tegendis
Vela ferant foribus, ſeu puro ſplendida lino,
Sive coloratis textam fucata figuris.

Ut velis exornarentur Eccleſiæ, diutius perſeveravit uſus. Habes de Ruſticiana Patricia, miſiſſe ad Eccleſiam S. Petri Romam vela (*e*). Monet hoc ipſum querela illa (*f*) ad S. Gregorium Papam de Natali Epiſcopo Salonitano perlata, quod vaſa ſacra, & velamina ſuis dediſſet affinibus; & de Fuſco Abbate, qui ſacros codices, & vela ſecum aſportaſſet (*g*). Sed ſunt de his innumera plane exempla. Ejuſ-

(e) Greg. epiſt. 38. l. 9.

(f) Greg. epiſt. 14. l. 2.

(g) Idem epiſt. 25. lib. 8.

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1082. Olymp. 277. an. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5822.

☉ 2. E. ☽ 7. P. 6. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 329.

SILVESTRI PAPÆ 16.

CONSTANTINI IMP. 24.

ſecundum Baronium 1080. A. C. 329.

[1] AD num. I. ad VIII. Coſſ. *Conſtantinus Aug. VIII. & Conſtantinus Cæſar IV.* non ve-

I. *Conſules.*

NOTÆ [1] COſſ. *Conſtantinus Aug. VIII. & Conſtantinus Cæſar. IV.* Vulgares Faſti: *Conſtantino VIII. & Conſtantino IV.* Septimus Eccardi Catalogus; *Conſtantino VIII. & Conſtantino V.*

IV. Rurſum calumniæ in Athanaſium.

Ejuſmodi autem purgata calumnia, haud quieverunt Athanaſii adverſarii: ſiquidem Euſebiani Meletianos licet victos non permiſerunt abire, verum ad novas conſarciendas calumnias conducunt perditos homines; qui in primis adverſus Macarium presbyterum, qui apud Imperatorem defenderat Athanaſium, ſcelus effingunt, quod vas ſacrum confregerit: Athanaſium autem, ut infenſiſſimum reddant Imperatori, majeſtatis rurſum reum conſtituunt, accuſantes nimirum, ingentem auri vim miſiſſe cuidam Philumeno, qui adverſus Imperatorem rebellaverat: quam ob cauſam, quod gravis admodum hæc accuſatio videretur, ab eodem Conſtantino Imperatore Athanaſius Conſtantinopolim accerſitus. Teſtatur iſthæc quidem ipſemet, qui & patefacta ſua innocentia Conſtantinum, Imperatoriis litteris ſuæ integritatis teſtibus acceptis, Alexandriam ſe reverſum tradit, cum ait (a): *Imperator damnato Iſione prioris calumniæ delatore, me iſtiuſmodi litteris ad ſe accerſit: re cognita, Euſebius iis auctor eſt, ne loco ſe moveant: ex ejus enim conſilio rem apud Cæſarem novis criminibus tentant, accuſantes Macarium de calice: mihi autem non quodvis crimen, ſed quod maximum eſt omnium, impoſuere, quaſi hoſtis Imperatoris crumenam auri cuidam Philumeno miſiſſem. Pſammathiæ cauſa audita; illos quidem merito, ut calumnioſos, rejecit; nos autem in patriam redeuntes cum iſtiuſmodi epiſtola ad populos remiſit.*

(a) Athan. Apolog. 2.

Conſtantinus Maximus Auguſtus populo Catholicæ per Alexandriam Eccleſiæ.

V. Conſtantini litteræ pro Athanaſio.

Dilecti fratres ſalute vos, invocans Deum ſummum meæ voluntatis teſtem, & noſtræ legis unigenitum Creatorem, qui omnium vitæ præſidet, & diſcordias odit. Verum quidnam potiſſimum dicam? An ſcilicet nos bene valere? Verum id quidem: ſed multo felicius agere liceret, ſi vos mutuo, excuſſis odiis, amaretis: rixoſorum enim hominum procellis occurrere debemus, quod portus dilectionis a vobis relictus ſit. O rem abſurdam! Vah quantæ quotidie calamitates per invidiam omnia miſcentem exiſtunt! unde fit, ut populus Dei infamia laboret. Quo igitur juſtitiæ fides receſſit, cum tantarum tenebrarum caligine obvolvamur? neque id tam ex errore, qui multiplex eſt, quam malignorum hominum vitiis, dum & propugnatores verecundiæ ſuſtinemus, & eos qui æquitatem & veritatem profligant, etiam cum id ſenſibus noſtris percipiamus, negligendos putemus. Quodnam id geant noſtræ perverſitatis, ſi inimicos non reprehendimus, ſed latrocinio nos comites damus? Unde fit, ut viam quamdam ſibi facillime ſtraverit, nemine repugnante, pernicioſiſſima fraus. Nullus ne tandem ſenſus eſt, ne pro dotibus quidem communis omnium naturæ, ſi legis præcepta contemnenda duximus? Sed dixerit aliquis: Saltem charitas, prout ductus naturæ eſt, reperitur. Admodum ſcilicet, qui & Dei lege & bono ingenio inſtructi, toleremus tamen inimicos turbationum & tumultuum facibus quaſi incendia miſcere: idque neque oculis præditi cernimus, neque legis ſententia imbuti ſentimus. Quanius igitur ſtupor noſtram vitam inceſſit, cum noſtrimet tam incuriæ ſimus, etiam Deo admonente?

VI. Juſtæ queſtiæ Conſtantini.

Quid igitur? num id mediocre aut tolerabile malum eſt? Num pro hoſtibus habendi ſunt? Nonne in domum & populum Dei ante oculos noſtros per ſævitiam debacchantur, & probra jaciunt ſcelerati illi? Jam quanta id cum vesania faciant, vobis ipſis cogitando relinquo. Stulti enim illi in lingua ſua ſitam habent malitiam, plumbeaſque iras ita ſecum circumferunt, ut ſe ipſos mutuis vicibus feriant, & nos ſecum ad auctarium ſui ſupplicii abſtrahant: interim qui recta docet, hoſtis judicatur: qui autem invidiæ vitium præfefert, populum manſuetum (quod minime oportuit) invadit, vaſtat, abſumit, & ſemetipſum ultro corrumpit, gloriatur, extollit, veritatem ſubvertit, & fidem circumvenit, donec ſuæ conſcientiæ cavernum, & latibulum quæritando inveniat. Ferocitas igitur agreſtis eos miſeros fecit, qui ita temere ſe ipſos, cum indigni ſint, efferant inclamantes: Hem ſcelera, ille ne presbyter eſt, aut ille ne puer? Mea exiſtimatio attingitur, mihi hoc ipſum debetur, ab illo ablatum eſt. Ego igitur, omnibus ſpoliatis, pro viribus nocebo. Luculentum inſaniæ tumultum dicas, ſi acies, conciliabula, aut comitia iſtorum importuniſſimorum conventuum videas. O noſtram in Eccleſiam Dei perverſitatem, ſpectaculumque maligni, & dementis animi! Numquam ne tandem pudeſient? numquam ne ſemetipſi improbabunt? numquam ne in animo morſus ſentient, ut vel nunc ſaltem contra impoſturam, & rixas dignum aliquid animo concipiant, & ſentire videantur? Vis ſola invidiæ eſt, ſuis fucis & pigmentis innitens. Sed tamen nihil mali iſti adverſus Epiſcopum veſtrum potuere. Mihi credite, fratres; nihil aliud ſtudio habent, quam, afflictis noſtris temporibus nullum ſibi locum pœnitentiæ in hac vita relinquere.

PAGIUS. Conſtantini Cæſaris Quindecennalia.

vero V. ut perperam Baronius. Hunc enim Conſtantini junioris conſulatum quartum tantum ordine eſſe demonſtravi in ſecunda parte Diſſertationis Hypaticæ cap. 23. num. 5. Ex quo ſequitur præcedentes ejuſdem Conſtantini junioris Conſulatus recto ordine a nobis collocatos.

II. S. Athanaſius accuſatur.

Athanaſius anno præcedenti accuſatus, quod indixiſſet Ægyptiis tributum de pendendis Eccle-

VII. *Hortatur Alexandrinos.* *Ipſi igitur vobiſmetipſis auxilio eſtote (obteſtor charitatem veſtram) ipſi vos invicem diligite, & omni ope pro veſtra concordia iſtoc proſequimini, qui veſtram concordiæ gratiam demoliri ſtudent; Deumque præ oculis habentes, in mutua charitate conſiſtite. Ego enim Epiſcopum veſtrum Athanaſium libenter recepi, eumque ut virum Dei allocutus ſum. Veſtri autem eſt, non mei judicii, ea de re cognoſcere. Quantum autem attinet ad officium ſalutationis, colloquiique cum reverendiſſimo Athanaſio; idoneum eum neceſſariumque arbitratus ſum, qui vobis in ſacris miniſter eſſet: ea eſt hominis in æquitate tuenda ſedulitas; non indigna profecto, nec ſæpta noſtræ pacificæ religioni, atque dotes ſalutaris ſententiæ ſemper foveat, & rationis adhortamenta ſequatur; Deus vos conſervet dilecti fratres.* Hacuſque Conſtantinus.

VIII. *Conſtantini modeſtia.* Intelligis, puto, lector, modeſtiam Chriſtianiſſimi Principis, qui cum accuſatorum nequitiam plus certo exploratam habuiſſet, innocentiamque Athanaſii in omnibus dilucide comperiſſet, quem & ſuis litteris honorificentiſſimis comitatur Alexandriam redeuntem, tamen non ſuæ juriſdictionis eſſe fatetur de his cognoſcere atque ſententiam ferre; quod res Eccleſiaſtica inter Eccleſiaſticos agenda eſſet. Verum quod ait: *Veſtri autem eſt, non mei judicii, de ea re cognoſcere.* Ad comprovinciales Epiſcopos cognitionem cauſæ remittit, ut non Athanaſii modo, ſed & Macarii presbyteri de fracto calice accuſati cauſam ipſi perveſtigent. Sed cum hæc omnia adverſus Athanaſium Conſtantinus intelligeret actitari ab Euſebio Nicomedienſi, qui Conſtantinopolim venientes ſuſceperat Meletianos, & Theognide Epiſcopo Nicæno, damnatis atque depoſitis jam in Nicæno Concilio, at ſimulate palinodiam recantantibus ab eodem Concilio Conſtantini precibus reſtitutis: adverſus eos vehementer commotus, ut ſedibus pellerentur, ſecundum priorem Synodi ſententiam, data ad Nicomedienſes epiſtola, aperte declaravit, quam Theodoretus recitat ſic ſcriptam (a):

(a) *Theod. lib. 1. cap. 20.*

IX. *Epiſtola Conſtantini ad Nicomedienſes.* *Quis innocentem multitudinem iſta docuit? Euſebius videlicet tyrannicæ crudelitatis adminiſter. Nam quod tyranni partibus penitus adhæſerat, nempe Licinii, ex multis illius rebus geſtis facile poteſt intelligi; ſiquidem iſtud partim Epiſcoporum, eorumque vere Epiſcoporum, cædes teſtantur, partim crudeliſſima Chriſtianorum perſecutio palam clamat. Conſpiraſſe quidem cum Licinio in perſecutione adverſus Epiſcopos commovenda, ſugillat Conſtantinus Euſebium, quem tempore ſuperioris perſecutionis a fide in Chriſtum defeciſſe, ſuperius dictum eſt. Sed ſubdit Conſtantinus: Neque certe de injuriis illius, quibus me affecerit, hoc loco verba faciam, per quem adverſariorum contra me concurſus, quantum fieri poterat, maxime procurabantur.* Significat plane his verbis Conſtantinus, Euſebium una cum Licinio barbaros ſolicitaſſe adverſus eum; ac proinde addit: *Qui & oculis tanquam ſpeculatoribus me obſervavit; quin etiam miniſterio prope militari, quo tyranno opem ferret perfunctus eſt. At nemo exiſtimet, me imparatum minuſque inſtructum eſſe etiam ad iſtas res, ſi opus fuerit, certiſſimis argumentis confirmandas: veriſſime enim oſtendi poteſt, tum presbyteros, tum diaconos a me manifeſte deprehenſos, qui Euſebium aſſidue ſtipabant. Sed miſſa iſthæc facio, quæ non dicuntur a me, quod ipſe ea graviter, & inimico animo feram, ſed quo eos ſua ipſorum pudeat injuſtitiæ.*

X. *Illud ſolum metuo, illudque animum meum*

PAGIUS III. *Euſebius Nicomedienſis in exilium miſſus.* ſive linteis, ut anno CCCXXVII. oſtendi.

Ad num. VIII. & ſeqq. Baronius recitat hoc anno in Annalibus epiſtolam integram Conſtantini Magni ad Nicomedienſes, in qua is Imperator Euſebii Nicomedienſis perverſionem & fraudes exponit, eumque a ſe in exilium miſſum dicit. Sed ea epiſtola anno tantum trecenteſimo viceſimo quinto, antequam Euſebius ac Theognius in exilium mitterentur, exarata, ut obſervat Valeſius in Notis ad lib. I. Theodoreti cap. 19. Scripta eſt enim ante utriuſque exilium, quod contigit tribus jam menſibus elapſis a Synodo Nicæna. Præterea ſcribit Baronius, ſe eam epiſtolam integram una cum alia Conſtantini ad Alexandrinos ſcripta reperiſſe, quas nactas Juſtinianus Imperator e Græco in Latinum tranſlatas miſit ad Vigilium Papam. Quæ ſecunda Conſtantini epiſtola, quo Arii damnationem ſignificat, anno etiam CCCXXV. data, quemadmodum Baronius annotavit. Utraque itaque ad eumdem annum pertinet.

Baron. an. 325. num. XCI.

IV. Quod Alexandrinos qui a fide defecerant, quos Conſtantinus in ea ad Nicomedienſes epiſtola queritur, Euſebianos ſecum in tutum collocaſſe, & illorum depravatis moribus communicaſſe, ii non erant Meletiani, ut Baronius & Spondanus exponunt, ſed Ariani, ut animadvertit Valeſius in Notis ad lib. 1. Sozomeni cap. 21. & probat ex epiſtola Synodica Epiſcoporum Ægypti, quæ refertur ab Athanaſio in Apologia 2. contra Arianos: *Quomodo igitur vel ipſe* (nempe Euſebius) *vel Theognius alium deponere potuerunt, cum ipſi depoſiti fuerint, & ordinationibus in ipſorum locum factis convincantur? Probe enim noſtis, Amphionem quidem Nicomediæ, Chreſtum autem Nicææ eorum loco ordinatos eſſe; tum ob privatam eorum impietatem, tum ob communionem cum Arianis, qui a Generali Synodo fuerant reprobati.* Vides, ut Epiſcopi Ægypti egregie conſentiant cum Imperatore Conſtantino, in aſſignanda cauſa depoſitionis Euſebii tribus menſibus poſt Nicænam Synodum. Sed & verba quæ ſequuntur in Epiſtola Conſtantini ad Nicomedienſes, ſatis indicant, Alexandrinos illos Arianos fuiſſe, non Meletianos: *Alexandrinos quoſdam, qui a noſtra Fide defecerant, iſtuc abduci præceperam, propterea quod eorum opera ac miniſterio diſcordiæ fax excitabatur. Verum iſti egregii ſcilicet*

Conſtantinus queritur de Arianis, non vero de Meletianis.

De eligendo Epiſcopo orthodoxo.

meum cura implicitum tenes, quod vos videó in hujus criminis ſocietatem vocari: nam improba Euſebii inſtitutione, & perverſa doctrina conſcientia veſtra a veritate deflexit. Verum hujus rei expedita eſt, & facilis curatio, ſi modo Epiſcopum fidelem, & animo ſimplici ac ſincero nacti, oculos ad Deum denuo convertere volueritis: quod quidem in præſentia eſt in veſtra ſitum poteſtate, quodque etiam dudum penes veſtrum judicium fuerat, niſi aut Euſebius ipſe, de quo dixi, aut alius quidam eorum quibuſcum conventus agere ſolet, huc præceps ruiſſet, & rectum eligendi ordinem conturbaſſet. Porro hunc locum perperam valde interpretatus Theodoretus (a), dicit tum ſcriptam eſſe hanc a Conſtantino epiſtolam, cum Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus, mortuo Alexandro Antiſtite Conſtantinopolitano, intrudere ſe conatus eſt in Conſtantinopolitanam ſedem: nam poſt annos decem ab obitu Conſtantini (ut diximus ex Sozomeno, & ſuo loco pluribus aperiemus) Alexander epiſcopus Conſtantinopolitanus ex hac vita deceſſit. Sed & erraſſe quoque liquet, dum has litteras poſt Arii obitum datas affirmat; atqui certum annum obitus Arii ſuo loco manifeſte ſignabimus. At rurſum Conſtantini epiſtola:

(a) Theod. l. 1. cap. 19.

XI. Quid in Euſebium & Theognidem in Nicæno concilio.

Sed quoniam mihi de hoc ipſo Euſebio pauca ad vos dicenda ſunt: Non vos præterit Concilium Nicææ celebratum, cui ipſe (ſicut conſcientiæ meæ munus poſtulabat) interfui, non alio ſane animo, quam ut tum concordiam inter omnes conſtituerem, tum maxime omnium eam Eccleſiæ perturbationem, quæ ex Arii Alexandrini amentia exorta eſt, reprimerem, penituſque inde ſubmoverem. Quæ quidem perturbatio illico ex abſurdo, & pernicioſo conatu Euſebii vires collegit. Nam quanta concurſione, amantiſſimi honoratiſſimique fratres, Euſebius iſte, utpote ipſa conſcientia convictus, quanta cum ignominia mendaciis undique deprehenſis, aggreſſus eſt, primum certos quoſdam homines ſubornare, qui pro eo deprecarentur; deinde a me auxilium petere, ne tanti ſceleris damnatus, honore ſui gradu dejiceretur? Intelligit Conſtantinus de ſtudio quo eidem Euſebio apud Patres Niceni Concilii præſto fuit, ne a ſede penitus pelleretur; ſed ſubdit: *Hujus rei teſtis eſt mihi Deus, qui tum mihi, tum vobis benignus perpetuo adſit: quod & meum perverterit judicium, & turpiter a veritate abduxit; quod vobis etiam planum faciam. Nam tum omnia ideo geſta ſunt ex ejus ſententia, qui perniciem plane peſtiferam adhuc intra cogitationis ſuæ domicilium occultam tenuit.*

Ac primum ut cætera illius nequitiæ facinora taceam, audite, quæſo, quid ſceleris cum Theognide, quem ſuæ ſocium habet amicitiæ conſciverit. Ipſe ſerte quoſdam Alexandrinos qui a fide noſtra defecerant huc mitti juſſeram; quandoquidem eorum opera diſſidii flamma incenſa erat. Meletianos intelligit, quos diximus venientes Conſtantinopolim, accuſatores egiſſe contra Athanaſium. At de Euſebianis eos ſuſcipientibus hæc adjicit: *Sed iſti honeſti bonique ſcilicet Epiſcopi, qui vera Concilii dijudicatione ad pœnitentiam agendam reſervati ſunt, non ſolum eos admiſerunt ad ſe, & ſecum in tuto collocaverunt; verum etiam illorum depravatis moribus communicarunt. Quamobrem erga iſtos ingratos aliquod ſupplicium cenſui ſtatuendum, & propterea mandatum dedi, ut a ſuis abrepti ſedibus quam longiſſime ablegarentur. Jam jam veſtrum eſt, ea fide in Deum aciem mentis veſtræ intendere, in qua vos ſemper manſiſſe conſtat, & in qua manere, omniaque pietatis officia exequi conſentaneum eſt. Quod ſi ita fiat, ut epiſcopos tum vitæ integritate, tum ſana doctrina, tum benignitate, in omnes eximios habeamus; jure lætari debemus. Sin autem quiſquam temeritate, & audacia accenſus, eas Eccleſiæ peſtes, vel memoria vel laudibus celebrare aggrediatur; confeſtim opera, & diligentia famuli Dei (meipſum dico) pœnas ſuæ injuſtitiæ dabit. Deus vos fratres cariſſimi, incolumes ſervet.* Hactenus Conſtantini epiſtola. ☞ Porro non integram ſcias recitatam a Theodoreto epiſtolam Conſtantini, ſed fragmentum duntaxat ex ea.

XII. Juſtæ Conſtantini querelæ.

Cæterum reperimus integram una cum alia epiſtola ab eodem Conſtantino ad Ale-

PAGIUS *lices Epiſcopi, quos Synodi clementia ad agendam pœnitentiam ſervaverat,* (Euſebius ſcilicet ac Theognius) *non ſolum iſtos ſuſceperunt, & apud ſe tutos degere juſſerunt, ſed etiam malitia illorum ſocios ſe ac participes adjunxerunt.* Quod Arianis quidem optime convenit, de Meletianis vero dici non poteſt; quippe qui Schiſmatici tantum eſſent, non autem Hæretici; & quo tempore hæc epiſtola ſcripta eſt, nondum Arianis ſe ſe adjunxiſſent. Quæ obſervatio Valeſii eſt in Notis ad lib. I. Theodoreti cap. 20. Eſt & alius error Baronii a Valeſio in Notis ad lib. I. Theodoreti cap. 19. detectus. Reprehendit enim Baronius Theodoretum, quod hanc ad Nicomedienſes Epiſtolam a Conſtantino ſcriptam eſſe crediderit, poſtquam Euſebius Nicomedienſis, mortuo Alexandro, Conſtantinopolitanam Sedem occupaſſet. Atqui Theodoretus non id dicit; ſed tantum ait, *Euſebium* jam pridem *relicta Beryto*, cujus erat Epiſcopus, ad Nicomedienſem Eccleſiam tranſiliiſſe, & ex iſta Nicomedienſium Sede poſtea dejectum eſſe; quod Conſtantinum ait teſtari in epiſtola ad Nicomedienſes.

V. *Variæ Conſtantini peregrinationes.*

Conſtantinus Magnus his Conſulibus in Dacia, ubi Serdica; in Pannonia, ubi Sirmium; & rurſum in Dacia Naiſſi, Serdicæque; tandem & in Thracia Heracleæ ſubſtitit; in quibus civitatibus variæ Leges hoc anno ab eo datæ in Codice Theodoſiano referuntur.

Joſephus miraculo liberatus Conſtantinum adiit.

lavacro adhibetur; ſervatus enim fuit. Aſcendit autem ad Comitatum, & Conſtantini Regis amicus evadit, & obtulit atque expoſuit omnem ipſi ſuarum rerum ſtatum, quomodo eminentiſſimam apud Judæos dignitatem habuiſſet, & quomodo viſiones Dei ſibi pariter apparuiſſent, Chriſto ipſum vocante ad ſanctam vocationem, & ſalutem fidei ac cognitionis ſuæ. At bonus ille Rex, cum Chriſti ſervus eſſet in veritate, & zelum Dei inter Reges poſt Davidem, & Ezechiam ac Joſiam haberet, honorem dat ipſi (velut jam dixi) dignitatis in regno ſuo: Comitem enim ipſum conſtituit, juſſitque inſuper petere quicquid vellet. Joſephus autem nihil petiit, præterquam, ut maximum hoc beneficium a Rege conſequeretur, ut permitteretur ei per mandatum regium, quo Chriſto Eccleſias ædificaret in Civitatibus ac vicis Judæorum, ubi numquam quiſquam potuit Eccleſias conſtruere, propterea quod neque Græcus, neque Samarita, neque Chriſtianus inter ipſos eſſet, & hoc maxime in Tiberiade, & in Diocæſarea (quæ & Sepphuris appellatur) & in Nazareth, & in Capharnaum: obſervatur enim apud ipſos, ut non ſit aliquis inter eos alterius gentis. Quando autem, & a quo Imperatore conceſſum ſit Judæis habitare in aliquibus locis Palæſtinæ, & nec alios alterius gentis inter eos commorari poſſe, plane incompertum habetur; ab ea enim provincia eoſdem ignominioſe ſæpe ejectos fuiſſe, ſuperius dictum eſt.

XXXV. Lex ſancita in Judæos.

Porro occaſione, puto, Joſephi, adverſus Judæos lex olim lata Murgilli in Pannonia ſub Conſulatu quarto Conſtantini atque Licinii, poſtea Conſtantinopoli, ad cohibendos Judæos qui agebant in Oriente, iterum ſancita reperitur, his verbis eodem Imperatore ad Evagrium reſcribente (a): *Judæis, & Cælicolis, & majoribus eorum, & Patriarchis volumus intimari. Quod ſi quis poſt hanc legem aliquem, qui horum feralem fugerit ſectam, & ad Dei cultum reſpexerit, ſaxis aut alio furoris genere (quod nunc fieri cognovimus) auſus fuerit attentare; mox flammis dedendus eſt, & cum omnibus ſuis participibus concremandus. D. XV. Kal. Novemb. Conſtantinopoli, Conſtantino Aug. VIII. & Conſtantio VI. Coſſ.* Eſt is annus poſt ſequentem; licet ex germanis Faſtis, Conſtantino quartum, pro Conſtantio ſextum (numero depravato) ſit reſtituendum. Sed jam cœptam hiſtoriam proſequamur. Subdit autem hæc Epiphanius.

(a) l. 2. C. de Judæis.

XXXVI. Joſephus Eccleſias ædificat.

Joſephus itaque, acceptis litteris & poteſtate una cum dignitate, in Tiberiadem venit habens etiam epiſtolas, ut de regiis impenſis ſumptum faceret: immo etiam ipſe ſtipendiis a Rege honoratus erat. Incipit autem a Tiberiade ædificare. Templum autem maximum prius in urbe fuit, & puto Hadrianum hoc eſſe vocatum. Cum vero hoc Hadrianum imperfectum permanſiſſet, Cives ad publicum balneum id inſtaurare conabantur. Quo comperto, Joſephus, ex hoc occaſionem habebat: & ubi invenisſet id per lapides quatuor cubitorum, & quatuor pedum ad aliquam altitudinem evectum, hinc incipit facere Eccleſiæ ſtructuram. Erat autem opus calce, & alia materie: caminos itaque extra urbem multos fuccere juſſit, forte ſeptem numero, fornaces autem vernacula lingua vocant. At vero callidi, & omnia facere audentes Judæi, a præſtigiis apud ipſos fieri ſolitis non abſtinuerunt: incantationibus enim quibuſdam ac curioſa ſedulitate ignem ligare ac diſperdere generoſi illi aggreſſi ſunt: ſed non perfecte potuerunt: ceſſabat enim ignis, & non operabatur, ſed extra propriam (ut ita dicam) naturam conſtitutus erat. Ubi autem ii qui combuſtibilem materiam igni addere juſſi erant, ligna videlicet, ſive ſarmenta, nihil effeciſſent: Joſepho rem ipſam ſignificarunt.

XXXVII. Miraculum ex aqua benedicta.

Commotus igitur vir ipſe, & zelo erga Dominum correptus, extra Civitatem excurrit; & ubi aquam in vaſe afferri juſſiſſet, accepto aquæ vaſe coram omnibus (multitudo enim ingens Judæorum confluxerat ad ſpectaculum, eventum videre cupidi, & quid Joſephus facturus eſſet) magna voce Crucis ſignaculum proprio ſuo digito vaſi impoſuit, &, invocato nomine Jeſu, ſic dixit: In nomine Jeſu Nazareni, quem crucifixerunt patres mei, & omnium horum circumſtantium, fiat virtus in hac aqua ad reprobationem omnis incantationis atque magiæ, quam hi fecerunt, & ad efficaciam potentiæ ignis, & ad perficiendam domum Domini. Et ſic accepit aquam in manum, & de aqua ſingulas fornaces reſperſit; & diſſoluta ſunt incantamenta, & ignis coram omnibus emerſit. Turbæ vero præſentes, clamore edito, Unus Deus qui auxiliatur Chriſtianis, receſſerunt. Porro cum ſæpe illi viro moleſti eſſent, poſtea parte aliqua templi in Tiberiade extructa, & parva Eccleſia abſoluta, ſic illinc diſceſſit. Ad Scythopolim vero digreſſus, illic permanſit: verum in Diocæſarea, & aliis quibuſdam urbibus perfecte ædificavit. Hæc autem facta a me hic relata ſunt librorum interpretationis gratia, quomodo a Græca lingua in Hebraicam evangelium tranſlatum eſt, itemque Acta Apoſtolorum. Et ſit hic hujus hiſtoriæ ac narrationis finis. Hactenus de his Epiphanius; cui gratias agimus, quod tam egregiam hiſtoriam, adeoque certa, & firma fide teſtatam, ſcriptorum monumentis, poſterorum memoriæ commendarit.

Curſ-

I. *Athanaſius Diœceſin viſitat.*

CHriſti Domini annus trecenteſimus vigeſimusoctavus Conſulatu Januarii atque Juſti reperitur Faſtis adſcriptus: quo S. Athanaſius, qui ante ſuperiorem annum creatus Epiſcopus Alexandrinus, mox laceſſitus Meletianorum calumniis, conniventibus Euſebianis, anno proxime elapſo (ut vidimus) laborantibus iis pro reſtitutione Arii Alexandriam, in præſentem uſque annum dire exagitatus eſt, repulſis his, perſuaſoque Conſtantino, tandem quievit: nactuſque nunc primum hoſce tranquillitatis dies Alcyonios diutius expectatos, ut ſuſceptum Epiſcopale munus, uti par erat, obiret; quod magis ſibi neceſſarium viſum eſt, opus aggreditur, perdifficile quidem, nempe ut univerſam, eamdemque ampliſſimam Alexandrinæ Eccleſiæ ſubjectam perluſtrando diœceſin, quod hæreſis, & ſchiſma pravique mores in Eccleſiis corrupiſſent, vigilantiſſimo ſtudio reſtauraret, reſtitueretque in eis fidem & pacem exulem, moreſque corruptos Eccleſiaſtica diſciplina componeret. Jam tertius agebatur annus, ex quo, Alexandro prædeceſſore defuncto, Alexandrinæ Eccleſiæ gubernacula ſuſceperat; cum viſitans Eccleſias peragravit Ægypti provincias, Alexandrinæ ſubjectas Eccleſiæ.

II. Hujus quidem peregrinationis ex epiſcopali ſuſceptæ munere idem ipſe meminit (a), cum quid tunc ſibi contigerit in emendatione temeritatis Iſchyræ pſeudopresbyteri narrat his verbis: *Mareotis regio quædam Alexandrina eſt, ubi quondam Meletius ſchiſma inducere non potuit. Cum igitur ibi Eccleſiaſtici certas ſuas ſedes obtinerent, & presbyteri ſynaxes in Eccleſia celebrarent, populuſque in quiete eſſet: Iſchyras quidam, ut nequaquam clericus, ita moribus improbiſſimus, conatus eſt ſui pagi incolas decipere, jactans ſeſe clericum eſſe. Id ubi reſcruiſſet ejus loci presbyter, mihi tum Eccleſias perluſtranti renunciavit. Ego igitur illum ipſum cum Macario presbytero ablego, ad Iſchyram accerſendum; quem cum morbo decumbentem in cubiculo inveniſſent, patri injunxere, ut filio denunciet, ne tale quid, quod de eo ferebatur, tentaret. Ille autem ubi a morbo ſurrexiſſet, & ab amicis atque adeo ſuomet ipſius patre coerceretur, ad Meletianos confugit &c.* Quomodo vero hinc Meletiani in Macarium calumniam de fracto calice compararint, & novas eaſdemque enormes accuſationes adverſus Athanaſium concinnarint, ſuo loco dicturi ſumus: relegamus modo pacifice iter ejus, de prœliis acturi poſtea.

(a) *Athan. Apolog.* 2. De Iſchyra.

III. Cum igitur S. Athanaſius cunctas ex officio viſitaret Eccleſias, non in civitatibus tantum, oppidis, atque vicis poſitas, ſed & quæ in ſolitudinibus deſertiſque locis penes ſanctos monachos erant, inviſit. At quo pacto viſitatione eadem ad monaſterium S. Pachomii pervenerit, ſic habent Acta ipſius (b): *Hoc autem tempore venit ad Alexandrinum Epiſcopatum ſanctiſſimus Athanaſius; qui cum magno ſtudio cuperet ſuperioris Thebaidis & Syenes Dei Eccleſias videre, & eas per ſpiritualem ſuam doctrinam confirmare, prænavigavit Tabenniſe. Cum autem hoc cognoviſſet Pachomius, egreſſus eſt cum fratribus in gaudio & exultatione animi, cum pſalmis & hymnis, ut ſuſciperent Pontificem: erat autem circa eum magna turba fratrum, Deum laudantium propter ejus adventum. Pachomius vero non aperiebat ſe ipſum; ſed ſe ſubtrahebat & occultabat in fratrum multitudine: Tentyrorum enim Eccleſiæ Epiſcopus pro ipſo rogabat S. Athanaſium, dicens: Habeo patrem monachorum in locis mihi ſubjectis, virum admirabilem & magnum, & vere ho-*

(b) *Vita S. Pachomii Sur.* to. 3. — Athanaſ. viſitat monaſterium S. Pachomii.

PAGIUS — ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5821.

SÆC. IV. Anno Urbis 1082. Olymp. 276. an. 4. A. C. 328.

☉ 2. GF. ☽ 6. P. 24. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 328.

SILVESTRI PAPÆ 15.

CONSTANTINI IMP. 23.

I. *Conſules.* [1] A Num. I. ad VII. Coſſ. *Januarius*, & *Juſtus*.

II. *Athanaſii cauſa agitata.* Athanaſii ab Euſebianis accuſati cauſa Nicomediæ hoc anno agitata, ut anno ſuperiori num. VI. dixi.

III. Scripſit Sanctus Athanaſius Vitam Sancti Antonii Abbatis, quam Evagrius Latinam reddidit; idque extremis ſuæ ætatis annis, dum Alexandriæ *Athanaſius* tranquille reſideret. Sed an is Auctor ſit etiam Vitæ Sanctæ *Syncletica*, quam periiſſe credebat Baronius, quamque ad quintum Januari diem Bollandus refert, jure merito dubitat Papebrocius in Vita S. Athanaſii tomo I. Sanctorum menſis Maii cap. 31. ejus Vitæ maxime ob ingentem inter Sanctæ Syncliticæ & Sancti Antonii Vitam diverſitatem. Cotelerius hujus Sanctæ Vitam, quam tantum Latinam habebamus, Græcam dedit tomo 1. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ. Sed is de ejus Auctore etiam dubitat.

Vita S. Antonii & S. Syncletica. Baron. in Notis ad Martyrolog. Rom. die V. Jan.

NOTÆ [1] COſſ. *Januarius*, & *Juſtus*. Vulgares Faſti: *Januario & Juſto*. In quibuſdam latereulis *Januario*. Inſcriptio apud Reineſium cl. XX. n. CCLVI. *Juſti* conſulatum non exhibere arbitror.

Digitized by Google

minem Dei: quamobrem rogo tuam ſanctitatem, ut eum conſtituas patrem omnium monachorum, cum ſuſceperis jam munus Pontificatus. Et ideo ſe ſubtrahebat ſenex & celabat inter fratres, donec venit Athanaſius. Audiens autem ejus ex Deo zelum, & vitam quam agebat in virtute, & perſecutiones quas ſuſtinuit pro Salvatore in fide veræ confeſſionis, & ejus quidem charitatem in omnes, præcipue autem in fratres valde gaudebat, & eum quidem amplectebatur, Deum laudans. Hæc de his ibi.

IV. Virginum monaſterium. Qui igitur anno primo belli Liciniani Pachomius natus erat annos viginti, eo anno ſcilicet, qui Domini numeratur (ut dictum eſt ſuperius) trecenteſimus decimusſextus, erat hoc anno ætatis annorum trigintaduorum, habens monaſticæ inſtitutionis annos duodecim. Quamobrem quod ipſe in Actis illis ſenex ſit dictus, veneratione potius, quam ætate ſic nominatus apparet, utpote quod pater multorum monachorum effectus erat, qui & ipſi egregia floruerunt ſanctitate. Sed præter monachorum monaſteria, ſanctorumque virorum cœtus in unum ibi collectos, cum ejus ſoror ad ipſum veniſſet, & ejuſdem vitæ genus arripuiſſet, ſanctarum quoque virginum cœnobium erexit: quod ſenioris atque ſanctioris monachi curæ ſubjectum, velut cæleſtium ſpirituum abſque carne degentium habitatio factum eſt; de his enim præclara admodum ſcriptorum monumentis conſignata ſunt. Acceperat S. Pachomius, veluti alter Moyſes, in deſerto divinas leges, quibus ſuos ad vitam in terris perfectam beatamque ducendam imbueret.

V. Athanaſ. viſitat Antonium Magnum. At ad Athanaſium univerſas Ægypti Eccleſias, & ipſa monaſteria perluſtrantem redeamus: qui enim Pachomium inviſit, Magnum quoque Antonium monachorum omnium fama celeberrimum, utpote antiquiorem, & vitæ præſtantia ſanctiorem, atque cœnobitarum omnium auctorem, & principem, quocum ab adoleſcentia aſſueverat, & (ut ipſe in ejus Vita a ſe ſcripta teſtatur) inſervierat, viſitavit, ad eumque benedictionis gratia duo pallia detulit, quorum altero (ut auctor eſt S. Hieronymus *a*) Pauli primi eremitæ corpus, cum ex hac vita migraſſet, ejus rogatu, feſtine allatum involvit: alterum idem Antonius moriens, eidem, qui dederat Athanaſio, ultimo legavit elogio, dicens (*b*): *Melotem & pallium tritum, cui ſuperjaceo, Athanaſio Epiſcopo date, quod novum ipſe detulerat.* Cum vero illud ab eo ad ſe allatum, non miſſum dicat; plane ſignificat, Athanaſium S. Antonium viſitaſſe nec ipſum modo, ſed & monachos ejus diſcipulos, Eccleſias atque monaſteria in eremo poſita Epiſcopali munere perluſtraſſe. Cæterum ipſe Athanaſius in præfatione teſtatur, ſe Antonium ſæpe viſitaſſe, immo & olim eidem aquam ferentem ſedulo officio miniſtraſſe. Sed admiranda plane in his quoque elucet Athanaſii in omnibus ſpectata modeſtia: quippe qui res geſtas Antonii ſcribens, numquam de ejuſmodi congreſſu cum eodem vel verbum facit: verum & quæ tum cum ipſo, tum cum aliis viris ſanctiſſimis tranſacta fuerint, haud dubium memoria digna, ſilentio obvoluta reliquit; ne videretur, dum aliorum præclaras res geſtas contexeret, ſuarum ipſius laudum prædicator exiſtere; malens recte factorum periclitari memoriam, quam modeſtiam.

(a) Hier. in Vita Pauli primi eremitæ.
(b) Athan. in Vit. Anton. in fin.

VI. Antonii ſanctitas toto orbe vulgata. Sed ex quo Athanaſii affectantes veſtigia pervenimus ad Antonium, hic paululum ſubſiſtemus. His quidem temporibus ejuſdem percelebris fama adeo percrebuerat, ut eſſet ubique terrarum diffuſa: nam cum Alexandria exiſteret (ut ex Dione diximus) totius Orbis emporium, quæ natio potuit ignoraſſe, quæ ibidem fuiſſent ore omnium pervulgata? Sed & quod Conſtantinopolim ejuſdem fama pervaſit, & in ipſa Regia Conſtantini ſummo honore nomen Antonii haberetur, aliis quoque colendi ubique hominem ampliſſimus patuit omnibus aditus: quod idem ejus Vitæ ſcriptor Athanaſius admirans ait (*c*): *Hoc etiam, fratres, quod per omnes provincias amor ejus, & fama volitavit, quem nec librorum diſſeminatorum oratio luculenta, nec mundanæ ſapientiæ diſputatio, nec generis nobilitas, nec opum infinita congeſtio commendavit; cui omnium ore eſt adſcribendum, niſi Chriſto, cujus hoc donum eſt; qui devotos ejus animos erga ſuam prævidens majeſtatem, hominem alio pene Orbe cælatum, inter tantas poſitum ſolitudines, Africæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipſi etiam, quæ urbium caput eſt, Romæ, ut in exordio promiſerat, demonſtravit?* At vero quonam modo non ſolum Antonii nomen, ſed & ejuſdem ad ſummam perfectionem compoſitum vitæ genus toto Chriſtiano Orbe fuerit propagatum, paulo inferius ſuo loco dicetur.

(c) Athan. ibid. in fine.

VII. Conſtantinus & filii ſcripſerunt ad Antonium. Antonii igitur virtutum vehementi fama commotus, atque in omnibus perſuaſus Conſtantinus Imperator religioſiſſimus, atque filii ejus Cæſares, ad eum pietatis ergo, officii, & amoris plenas litteras dedere; ut quem tam longe poſitum non liceret aſpicere, atque præſentem alloqui, internuncio litterarum viſerent, & cum eo pariter loquerentur. Teſtatur id quidem ejus res geſtas relegens S. Athanaſius dicens (*d*): *Hoc in eo viro admirabile eſt, ut hominem in extremo mundi limite conditum, & Principum favor, & omnis celebraret aula regalis. Nam & Conſtantinus Auguſtus, & ejus liberi Conſtans atque Conſtantius, talia cognoſcentes, cre-*

(d) Athan. in Vita Anton.

bro

bro ad ipſum quaſi ad patrem miſſis litteris, obſecrabant, ut reciprocis ſe ſcriptis exhilararet. At ille ejuſmodi manens, qualis antequam litteræ ad eum venirent, fuerat; nec ſalutatione Principum movebatur, & tamquam non acceptis litteris, convocatis monachis, aiebat: Reges ſæculi ad nos miſerant epiſtolas. Quæ hic Chriſtianis adhibenda admiratio eſt? licet enim diverſa ſit dignitas, attamen eadem naſcendi, & moriendi conditio eſt. Illa ſunt omni veneratione percolenda, illa toto animi affectu retinenda ſunt, quod hominibus Deus legem ſcripſerit, quod per Filium ſuum propriis Eccleſias ditavit eloquiis. Quæ monachis ratio eſt cum Regum epiſtolis? Cur accipiam litteras, quibus conſueta neſciam reddere ſalutationis obſequia? Igitur rogatus ab univerſis fratribus, ut Chriſtianos Reges ſuis litteris refrigeraret, ne ſcilicet per ſilentium ejus exaſperarentur; ad ſuſceptas litteras convenientia reſcripſit. Laudavit primum, quod Chriſtum colerent; deinde ſalutaria perſuaſit, ne magnam putarent regiam poteſtatem; ne præſentis carnis imperio tumentes, ſe homines eſſe neſcirent, & a Chriſto judicandos obliviſcerentur. Ad poſtremum clementiæ circa ſubjectos, & juſtitiæ, curæ quoque inopum admonuit; atque unum ſempiternum eſſe Regem omnium ſæculorum Chriſtum Jeſum, epiſtolis teſtatus eſt. His Principes ſuſceptis vehementiſſime lætabantur, &c.

VIII. Philoſophi gentiles inviſunt Antonium. Cæterum non Chriſtum colentes tantum, ſed & Gentiles, & qui inter eos præ cæteris in Chriſtianam religionem oblatrare conſueverunt philoſophi, Antonium inviſere, & cum eo ſermones conſerere cupierunt: etenim moleſte ferebant, illiteratum hominem tam eximio ferri præconio, quaſi ſummum philoſophiæ verticem attigiſſet. Quorum cum ipſo congreſſum ab Athanaſio conſcriptum hic intexere dignum exiſtimamus. Si enim victorias ex hoſtibus armatis, Crucis virtute partas, ſuperius enarraſſe, pergratum fuit; quanto jucundius accipi debet, abſque armis hoſtes Chriſti inſuperabiles, potentia Crucis penitus demonſtrare ſuperatos? Audiamus igitur Athanaſium iſthæc ipſa diſerte admodum ſcribentem (a): *Erat* (inquit) *valde ſapiens; & hoc in ſe mirabile habebat, quia, cum litteras non didiciſſet, ingenioſiſſimus & prudentiſſimus, immobilis & manſuetus erat. Aliquando enim philoſophi duo Gentiles venerunt ad eum, putantes Antonium ſe poſſe decipere: erat vero in ſuperiore monte. Quos cum vidiſſet, Paganos eſſe intellexit ex vultu, & procedens ad eos per interpretem ita cœpit loqui: Quare tam longe ad ſtultum hominem venire ſapientes ſe vexare voluerunt? Illis dicentibus, non eſſe illum ſtultum, ſed & nimium ſapientem; vigilanter reſpondit: Si ad ſtultum veniſtis, ſuperfluus eſt labor veſter: ſi autem putatis me ſapientem eſſe, & ſapientiam habere: bonum eſt: imitamini quod probatis, quia bona convenit imitari. Si ego ad vos veniſſem, vos imitarer; ſed quia vos ad me, quaſi ad ſapientem veniſtis; eſtote, ſicut ego ſum, Chriſtiani. Abſceſſerunt philoſophi, utrumque mirantes, & acumen ingenii, & dæmonum expulſiones.*

(a) Athan. in Vit. Anton.

IX. Confutat Antonius philoſophos. *Alios quoque ſimiliter mundi ſapientes, qui eum irridere cupiebant, quia litteras ignoraret, tali diſputatione colligavit, dicens: Reſpondete mihi, quid prius, ſenſus, an litteræ? & quid cujuſque exordium? ſenſus ne ex litteris, an litteræ oriuntur ex ſenſu? Illis aſſerentibus quod ſenſus eſſet auctor atque inventor litterarum, ait: Igitur cui ſenſus incolumis eſt, hic litteras non requirit. Quis præſentium poſt hanc colluctationem non exclamavit, cum obſtupuerint, & ipſi victi ſint, tantam in imperito ſagacitatem animi admirantes? neque enim ut in ſolitudine & montibus verſatus atque omnem ibidem exigens vitam, agreſtis, & rudis erat, ſed jucundus atque affabilis: ſermonem ſecundum Apoſtoli præceptum, divino conditum ſale proferebat, ita ut invidia careret, & amore omnium potiretur. Inter hæc, quaſi parum eſſet, hic Gentilitatem fuiſſe ſuperatam, & tertio venerunt viri ad eum omnis ſæcularis prudentiæ nube cæcati, atque univerſis philoſophiæ ſtudiis artium ſuarum æſtimatione doctiſſimi.*

X. Quam egregia urget Anton. philoſophos. *Hi cum rationem ab eo exigerent fidei quam in Chriſto habemus, & niterentur argutæ ſophiſmatum interrogatione de divina Cruce eum illudere; in ſilentium paululum voce compreſſa, primo eorum miſertus errorem eſt; deinde per interpretem, qui ejus verba in Græcum diligentiſſime ſolebat exprimere, ſermonem ita exorſus eſt, dicens: Quid pulchrius eſt, quidve honeſtius, Crucem colere, an adulteria, parricidium, vel inceſtum his aſſignare quos colitis? cum in altero ſit contemptus mortis, inſigne virtutum; in altero turpis religio, obſcœnitatis magiſtra? Quid melius, dicere, quod Dei Verbum manens ut erat, ob ſalutem noſtram humanum corpus aſſumpſerit, ut ſocietate immortalitatis nos eveheret ad cœlum, participeſque naturæ cœleſtis efficeret; an, ut ipſi aſſeritis, divinæ mentis hauſtum ad terrena veneranda caput ſubmittere, & pecudum atque ſerpentum formis cœleſte nomen* * *includere?* Erant hi (ut apparet) Platonici philoſophi, qui ajebant animam eſſe divinæ mentis manationem atque ſubſtantiam. Sed ſubdit: *numen.

XI. *Quo ore Chriſtianorum credulitatem audetis irridere, dicentium Chriſtum Filium Dei ſine ſui detrimento & cœpiſſe eſſe quod*

De Verbi incarnatione defenſio, *non erat, & manſiſſe quod fuerat; cum ipſi animam de cæleſtibus detrahentes, non hominum tantum, ſed & pecudum ſoleatis ſepelire corporibus? Chriſtiana credulitas pro ſalute mundi Deum ſuum veniſſe teſtatur; vos vero innatam animam prædicantes, ultro citroque transfertis. Chriſtiana fides, quæ omnipotentiam Dei, clementiamque veneratur, conſequenter dicit incarnationem Deo fuiſſe poſſibilem, ita tamen, ut non evacuaverit dignatio dignitatem. Vos autem, qui animam ex ſplendidiſſimi Dei fonte manantem turpiter decidiſſe jactatis, qui mutabilem, & convertibilem eam poſt ſui diminutionem audetis aſſerere, jam illam quoque naturam dominam ſæculorum per omnia contumelias impia lingua temeratis: imagine enim, quæ ſecundum nos naturalem ſimilitudinem ſui retinet auctoris, cui una eſt ex quo defluit, eademque ſubſtantia, humilitates proprias, & injurias conſequenter ad ſuam remittit originem. Igitur animadvertite contumelias animarum ad patrem (ut appellatis) earum per veſtram blaſphemiam redundare.* Argute quidem retorquet illorum de Verbi incarnatione deriſionem; nam cum unam tantum Chriſtiani credant Dei incarnationem, & eamdem abſque Verbi aliqua mutatione, vel injuria; illi vero, quot homines, quotque beſtiæ unquam fuerint, tot Dei factas eſſe fateri conabantur incarnationes, cum dicerent animas divinam eſſe ſubſtantiam, eaſdemque turpes fieri & ignominioſas, atque peccatis obnoxias. Sed & ad id, quod objiciebant illi de Cruce Chriſti, reſpondit, hæc ſubdens.

XII. De gloria Crucis Chriſti. *Crux Chriſti Domini Dei noſtri hic nobis ingeritur. Rogo, quæ hæc eſt religionis obſcœnitas? Nonne potius eſt, Crucem attollere, aut alicujus alterius generis mortem ab iniquis hominibus illatam patienter ſuſtinere, quam Iſidis plangere poſt Oſyrim vagos incertoſque diſcurſus? Pudeat vos, quæſo, inſidiarum Typhonis; pudeat Saturni fugæ, & devorationis crudeliſſimæ liberorum. Erubeſcite parricidium Jovis & inceſtum; erubeſcite raptum ejus, & coitum mulierum & puerorum, &c.* Multa ſubdit Gentilitiæ ſuperſtitionis deorum turpia, & obſcœna, ac demum pulchro hoc dilemmate philoſophos urget: *Æquo (deprecor pro veſtra ſalute) noſtra dicta penſate judicio. Cuncta, an nihil, libris credenda ſunt Chriſtianis? Si nihil; nec Crucis quoque, cui detrahitis, nomen agnoſcitis. Si univerſa credenda ſunt; cur, cum in iiſdem libris Crucis reſurrectio copuletur, paſſionem divinam ſtolido laceratis eloquio, & non ſtatim jungitis cæcorum viſum, ſurdorum auditum, claudorum greſſum, lepræ emundationem, ſervient ambulanti Deo ſuo mare, dæmonum fugam, reſurrectionem mortuorum, & defunctorum ab inferis reditus?* His dictis, & illa confutavit quæ illi dicere potuiſſent de allegoriis, quibus iidem contegere ſolerent pudenda deorum, & cuncta referre ad cæleſtia corpora & naturæ diverſos motus; oſtendens magna affici ignominia Creatorem, ſi debitum ſibi honorem & gloriam, non ipſi; ſed impendant homines creaturis.

Demum ab opere, & experimento ipſo veræ fidei atque religionis probationem adducit; & conſentientibus filiis, ipſa facta eſſe verbis potentiora, & virtutem ſermone præſtantiorem, hæc adjicit: *Nos* XIII. Virtus crucis ex rebus geſtis expenditur. *Chriſtiani myſterium vitæ noſtræ non in ſapientia mundi habemus repoſitum, ſed in virtute fidei, quæ nobis a Deo tributa per Chriſtum eſt. Hanc orationis meæ veritatem, quotidie quæ geruntur, ordo commendat. Nobis imperitis, & litterarum veſtrarum ignaris, ad dignationem ejus ſolum verba ſufficiunt. Ecce nos tot Gentilitatis gregibus abſtracti, in univerſum Orbem quotidie propagamur; vobis vero poſt adventum Domini nodoſæ ſophiſmatis defecerunt verſutiæ. Ecce nos ſimplicem Chriſti fidem edocti, idololatriam debellavimus; & per prædicationem ignominioſæ Crucis aurata templa ceciderunt. Vos, ſi poteſtis, oſtendite, qua contextione verborum Gentilitatem Chriſto præponere ſuaſeritis. Per omnes jam terras Deus Dei Filius Chriſtus eſt agnitus; nihil eloquentia ſophiſmatum, nihil diſputatio philoſophiæ multitudini poteſt obeſſe credentium. Crucifixum nominamus; & univerſi dæmones, quos vos ut deos colitis, rugiunt, atque ab obſeſſis corporibus ad primum Dominicæ Crucis ſignum fugantur. Ubi ſunt illa fabuloſa oracula? ubi Ægyptiorum incantationes, quo magorum profecta ſunt carmina? Certe nunc vaſtata ſunt omnia, cum de ſua Cruce mundo Chriſtus innotuit. Nihilominus vos, prætermiſſis debilitatorum catervis, glorioſam Jeſu Chriſti mortem irridere conamini.*

XIV. Gentilitas collapſa. *Illud autem quale eſt, quod nunquam regio furore concuſſa Gentilitas, immo ſæculo cara, & hominum præſidiis fulta, jam corruit: nos Chriſti famuli quo plus premimur, eo magis aſſurgimus, & floremus? Veſtra ſimulacra ornatis quondam ſepta parietibus, jam vetuſtate collapſa ſunt: Chriſti vero doctrina, quæ vobis ſtultitia videtur, & ludus, licet tyrannica perſequentium Principum tentamenta pertulerit; licet variis ſit incurſata terroribus, nullo tamen terrarum orbe concluditur, nullo barbararum gentium fine prohibetur. Quando tot ſimul in ſe convenere virtutes? continentia in matrimonio: virginitas in Eccleſia, flores martyrum pro Domino ſuo glorioſa conſtantia, quorum omnium Crux Chriſti principium eſt.*

XV. *Cum interim vos inter tantos virtutum choros ſyllogiſmorum retia tenditis, &*

veram

Digitized by Google

verum rerum lucem tenebroſis eohaminis argumentationibus obvolvere: ecce vos (ut dixit Doctor noſter a) non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in fide apertiſſima ſuademus, quæ verborum affirmationem prævenire conſuevit. Adſunt quippe patientes a dæmonibus vexati. Quos cum in medium produxiſſet, verba repetivit, dicens: Nunc vos collectionibus veſtris, & quo vultis malefico carmine, deos veſtros, quos putatis, expellite. Sin autem non poteſtis, victas ſubmittite manus, & ad Chriſti trophæa confugite, & ſtatim Crucifixi fidem majeſtatis potentia proſequetur. Dixit & invocato Jeſu nomine, cum vitale ſignum in ſacro numero Trinitatis preſſiſſet in frontibus; tum cum expulſis dæmonibus vana præſentium philoſophorum confutata ſapientia eſt; expaverunt enim, ſtupentes hominem, cui poſt tantum ingenium affluxerat ſignorum divinorum largitio. At ille univerſa Chriſto, qui curaverat, adſcribens, uſus eſt affatu reciproco, & ait: Nolite putare me his ſanitatem dediſſe; Chriſtus per ſervos ſuos facit iſta miracula; credite, & vos videbitis, quia devota Deo fides, non eloquentiæ vanus tumor talia ſigna mereatur. Confugite ad Crucifixi legem, noſque ejus imitamini famulos, & hac ſcientia contenti ſitis, & nulla deinceps ſæculares impudentiæ argumenta quæratis. Hactenus Antonio dicente, miro philoſophi ſtupore perculſi cum honorifico ſalutatu ab eo recedentes, multum ejus ſibi fatebantur profuiſſe conſpectum. Hucuſque de his Athanaſius.

(a) 1. Cor. 2.

Fides firmata miraculis.

XVI. Cœnobiticæ vitæ Antonius reſtitutor.

Cum vero (ut idem auctor teſtatur) ex omni hominum genere ad eum inviſendum confluerent, & ab eodem ad contemptum ſæculi, & perfectæ vitæ ſtudium arripiendum ſedulo invitati, idem vivendi genus, & inſtitutum capeſſerent; complura condidit monaſteria, cœnobiticæque ipſe primus vitæ jecit in eremo fundamenta; adeo ut cœnobitarum monachorum idem inſtitutor ſit habitus, vel potius reſtitutor, ſi Eſſenorum, qui in Ægypto ſub Marco primo Alexandrinorum Epiſcopo floruerunt, ratio aliqua habenda eſſe videatur: quos Chriſtianos fuiſſe, ſuo loco ſuperius perſpicue demonſtravimus. Porro gravioribus perſecutionum procellis obortis, quibus non Chriſtiani tantum ſimul agentes, & conventus publice celebrantes; ſed & latentes in penetralibus aliiſque latibulis, quæſiti abriperentur ad necem, intermitti illud cæleſte vivendi genus oportuit; quod S. Antonius non modo reſtituit, verum longe lateque in Chriſtianum orbem copioſiſſimo fœtu propagavit.

XVII. Erant quidem ante Antonium qui timore perſecutionis civitatibus derelictis, ſive ruri, ſive in deſertis locis abditi, Angelis ſimilem vitam ducebant; quorum nonnullos ex Euſebio diximus fuiſſe martyrio coronatos: reperit & horum aliquos ipſemet Antonius, cum ut illatam Eccleſiæ perſecutionem vitaret (ut dictum eſt) in deſertum locum ſeceſſit, & ab a-no illorum prima rudimenta monaſticæ inſtitutionis accepit; quæ perfecit deliteſcens in ſolitudine: cum poſtea divino afflatus numine monachos in unam collegit, & in diverſa loca, tamquam in diverſis alveariis apum examina, diſtribuit, qui ſub ejus diſciplina a ſæculi abdicatione ad monaſticam profeſſionem amplexandam fuerant perſuaſi. De his enim ſic Athanaſius (b): *Erant in monte monaſteria, tamquam tabernacula, plena divinis choris pſallentium, legentium, orantium: tantumque jejunandi, & vigiliarum ardorem cunctorum mentibus ſermo ejus afflaverat; ut futura ſpei aviditate ad mutuam charitatem & miſericordiam indigentibus exhibendam jugi ſtudio laborarent, qui infinitam regionem quamdam & oppidum a mundana converſatione ſejunctum plenum pietatis & juſtitiæ videbantur incolere, &c.* Quam autem illuſtrata eſſet Ægypti eremus ſanctorum monachorum claſſibus, S. Joannes Chryſoſtomus narrat his verbis (c). *Denique ſi quis nunc ad Ægypti veniat ſolitudines, paradiſo quovis omnem illam videbit eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus, &c.* Sed quonam modo in immenſum auctus, & dilatatus ſit monaſticus ordo, inſtitutam proſequamur orationem.

Monaſteria ab Antonio erecta.

(b) Athan. in Vit. Anton.

(c) Chryſoſt. hom. 8. in Mat. c. 2.

XVIII. Monachiſmus latiſſime propagatus.

Qui igitur Antonium adeuntes, eidem ſe ſubjecere diſcipuli, ex iis alii in eiſdem cum illo montibus monaſticam exercuere diſciplinam: alii vero eadem ex planta palmites ſuccidentes, & in diverſis provinciis complantantes, brevi tempore factum eſt, nempe hoc ipſo ſæculo, ut replerint terrarum orbem tam ſancta propagine, nimirum Palæſtinam, Syriam, Aſiam Minorem, Cappadociam, Pontum, Armeniam, Meſopotamiam, & Boreales regiones, uſque ad latrones Beſſas & Dacos; de quibus S. Paulinus hæc cecinit (d) in reditu S. Nicetæ viri ſanctiſſimi, a quo accepit quod ſcribit:

O vices rerum bene verſa fama!
Invii montes prius & cruenti,
Nunc tegunt verſos monachi latrones
Pacis alumnos.
Sanguinis quondam, modo terra vita eſt;
Vertitur cælo pia vis latronum,
Et favet Chriſtus ſupera occupanti
Regna rapinæ.
Mos ubi quondam fuerat ferarum,
Nunc ibi ritus viget Angelorum,
Et latet juſtus, quibus ipſe latro
Vixit in antris. &c.

(d) Paul. in car. ult. de reditu Nicetæ ad Natal. S. Felicis.

Sed

Beſſi monachi. (a) Hier. epiſt. 3.

Sed & de Beſſis meminit S. Hieronymus (a) cum ſcribens ad Heliodorum hæc ait: *Indus, Perſa, Gothus, Ægyptius philoſophantur: Beſſorum feritas, & pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam inferiis homines immolabant, ſtridorem ſuum in dulce Crucis fregerunt melos*: & ad Lætam (b): *De India, Perſide, Æthiopia monachorum quotidie turmas ſuſcipimus*: eorum ſcilicet qui ad loca ſancta viſenda pietatis ergo ventitabant.

(b) Hier. epiſt. 7.

XIX. Baſilius imitator, non auctor.

Non eſt igitur quod quis hujuſcemodi vitæ inſtituti Baſilio primas tribuat, quæ debentur Antonio: Baſilius enim imitator potius acceſſit, quam inventus ſit auctor; qui nec aliud profitetur, cum ad Neocæſarienſes adverſus ſubdolos operarios, eos ſubvertentes, ſcribit his verbis (c): *Accuſamur vero & hujus, quod homines habeamus monachos pietatis ſtudioſos, qui mundo renunciarunt, & univerſis ſæculi iſtius curis, quas Dominus comparat ſpinis fertilitatem verbi impedientibus. Qui hujuſmodi ſunt, mortificationem Jeſu in corpore circumferunt, ac cruce quiſque ſua accepta, Deum ſequuntur. Ego vero omnem vitam meam impenderem, ut mihi poſſent talia impingi delicta, haberemque apud me viros, qui, me doctore, hoc pietatis ſtudium amplexi hactenus fuerint. Nunc autem in Ægypto quidem audio talem eſſe virorum quorumdam virtutem, & forſan in Palæſtina quoque ſunt qui ad Evangelii normam vitæ ſuæ converſationem perfectam reddant. Audio & in Meſopotamia viros eſſe perfectos atque beatos. Nos vero perfectis collati, pueri ſumus. Sunt autem, & feminæ Evangelicam vitam amplexæ, quæ virginitatem quidem nuptiis præferunt, ſenſum vero carnis ſervituti ſubjiciunt, & beato luctui immorantes, beatæ ſunt in propoſito, ubicumque terrarum degant. Apud nos vero iſta, qui primis adhuc elementis ad pietatem inſtituimur, & initiamur, minuta ſunt ac rudia.* Hæc Baſilius.

(c) Baſil. epiſt. 63.

XX. (d) Chryſoſtom. in Matt. hom. 8. Monialium fortitudo in ſpirituali militia.

Sed & Joannes Chryſoſtomus (d), agens de clariſſimis viris qui in Ægypti ſolitudine floruerunt, de feminis etiam idem vitæ inſtitutum arripientibus, iſthæc ſubdit: *Atque hoc non in viris ſolum, verum etiam in feminis ſplendere conſpicias. Nam illæ quoque non minori, quam viri, virtute decorantur; non clypeo arrepto in equum inſilire callentes, ut honeſtiſſimi illi ac ſapientiſſimi Gentilium jubent magiſtri; ſed multo certe vehementius bellum gerentes. Communis enim illis ac viris adverſus Diabolum pugna eſt, contraque hujus mundi poteſtates: nec aſpium teneritudo ſexus his congreſſibus impares facit; non enim natura corporis, ſed voluntate animi exercentur iſta prælia: propterea ſæpe in hujuſmodi acie fortius viris feminæ decertarunt, ac trophæis inſignibus claruerunt. Non ita variis aſtrorum choris cælum refulget, ut Ægypti eremus innumeris monachorum ac virginum diſtinguitur atque illuſtratur habitaculis.* Hactenus Chryſoſtomus. Sed nec caruit hoc ſæculum cœnobiis ſanctarum virginum orbis Occidentalis: at de his inferius dicturi ſumus; ſæpe enim accidet, ut de hujuſmodi vitæ profeſſoribus ſe offerat ſcribendi occaſio; nunc autem hæc de Ægyptiis, & Orientalibus monachis libaſſe ſufficiat: de Occidentalibus vero pauca tantummodo ſummatim ſubdidiſſe ſatis erit; nimirum certum exploratumque eſſe, ejus orbis Provincias ferme omnes una cum inſulis hoc eodem ſeculo fuiſſe refertas agminibus monachorum. Licet enim numquam antea defuerint viri ſancti; qui ſeorſum ab aliis agerent ſolitarii, atque perſecutionum ingruentium occaſione potiſſimum laterent (quod de his ſimilibus loquitur Apoſtolus e) *in ſpeluncis, & cavernis terræ, circuientes in melotis, & pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus*. Ut tamen eſſet tam virorum, quam mulierum cœtus, qui monaſticam exercerent diſciplinam; id primum accepit Roma ab Antonio iſto Magno per Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum; a Romana vero Eccleſia, velut e promptuario diſciplinæ, aliæ omnes Occidentalis orbis Eccleſiæ mutuatæ ſunt, omnes ex more cupide amplexantes, quod vidiſſent Romam eſſe ſecutam.

(e) Hebr. 11.

XXI. Rom. Eccleſia monaſteria prima intra urbem habuit.

Sed de inſtituto monaſtico ab Eccleſia Romana ſuſcepto, inferius ſuo loco dicturi ſumus; modo autem illud ſatis præſtitiſſe hoc amplius cæteris Romanam Eccleſiam, ut ipſa prima voluerit etiam intra Urbem, & in ſuburbiis cœnobia monachorum: quod quidem æmulatæ ſunt nobiliores Eccleſiæ, ut Mediolanenſis, quæ primum Monaſterium juxta Civitatem poſitum habuit, ut S. Auguſtinus teſtatur (f), qui de his quæ tum Romæ, tum Mediolani viderat, hæc tradit (g): *Vidi ego diverſorium ſanctorum Mediolani non paucorum hominum, quibus unus presbyter præerat vir optimus & doctiſſimus. Romæ etiam plura cognovi, in quibus ſinguli gravitate atque prudentia & divina ſcientia præpollentes cæteris ſecum habitantibus præſunt Chriſtiana charitate, ſanctitate, & libertate viventibus. Ne ipſi quidem cuiquam oneroſi ſunt, ſed Orientis more, & Pauli Apoſtoli auctoritate, manibus ſuis ſe tranſigunt. Jejunia etiam prorſus incredibilia multos exercere didici, non quotidie ſemel ſub noctem reficiendo corpus, quod eſt uſquequaque uſitatiſſimum; ſed continuum triduum, vel amplius ſæpiſſime ſine cibo ac potu ducere: neque hoc in viris tantum, ſed etiam in feminis, quibus item multis viduis & virginibus ſimul habitantibus, & lana ac tela victum quæritantibus, præſunt ſingulæ graviſſimæ,* pro-

(f) Aug. Confeſſ. l. 8. c. 6.

(g) Aug. de morib. Eccl. 1. 33.

probatiſſimaque, non tantum in inſtituendis componendiſque moribus, ſed etiam inſtruendis mentibus perita atque parata. Hæc Auguſtinus. Tam avide enim Occidentales Eccleſiæ ejuſmodi ſanctiſſimæ vitæ genus ſunt amplexatæ, ut & clerici idem ipſum fuerint æmulati, in ſuis Eccleſiis ita degentes; & in Ægypto monachi, in deſertis ſolitudinibus habitantes.

XXII. Monachiſmus conjunctus clericatui.

Qui vero in orbe Occidentali monachiſmum conjunxerit clericatui, prædicatur a Sancto Ambroſio S. Euſebius Epiſcopus Vercellenſis, qui Apoſtolica (ut dicemus) legatione perfunctus, in Ægyptum profectus eſt, & Alexandriæ adverſus Arianos Concilium habuit, ſanctorumque Monachorum inſtitutum (ut par eſt credere) diligentius perquiſivit, & ſtuduit clericali vitæ conjungere: hæc enim inquit Ambroſius (*a*): *Primus in Occidentis partibus diverſa inter ſe Euſebius ſanctæ memoriæ conjunxit, ut & in Civitate poſitus, inſtituta Monachorum teneret, & Eccleſiam regeret jejunii ſobrietate:* & poſt aliqua: *Hæc igitur patientia in S. Euſebio Monaſterii coaluit uſu, & durioris obſervationis conſuetudine hauſit laborum tolerantiam. Namque hæc duo in attentiore Chriſtianorum devotione præſtantiora eſſe quis ambigat, clericorum officia, & Monachorum inſtituta?* &c. Quod ipſum præſtantiſſimum vitæ genus S. Martinus Epiſcopus Turonenſis tranſvexit in Gallias, & S. Auguſtinus in Africam: qui admirabili quadam connexione duo hæc (ut dictum eſt) omnium perfectiſſima vitæ genera, clericorum, & Monachorum, in unum pariter conjungentes, tamquam lucidiſſimis aſtris, ut olim martyres tempore perſecutionis, in pace, Chriſti Eccleſiam exornarunt.

(*a*) *Ambroſ. ad Vercell. l. 10. epiſt. 82.*

XXIII. Athanaſius ex monachis creat Epiſcopos.

At parum viſum eſt Athanaſio Monachorum inſtituta in clerum Civitatis Eccleſiarum transferre; ſed ipſos ſanctiſſimos Monachos, quos cæteris noſſet moribus, & peritia antecellere, in Epiſcopos diverſarum Eccleſiarum adſcivit, quod fortiſſimos hos fore ſciret adverſus ingruentem Arii hæreſin pugnatores, & quaſi munitiſſimas turres contra Meletianos ſchiſmaticos. Quinam vero hi eſſent, qui ad Epiſcopale munus obeundum fuerint ab eo poſtea accerſiti, hocque viſitationis tempore Diœceſi cogniti atque delecti; idem ipſe Athanaſius ad Dracontium Monachum ſcribit, quem contentioſius reluctantem ad idem miniſterium ſuſcipiendum expertus, his monet poſt multa (*b*): *Neque enim tu ſolus ex Monachis es conſtitutus,* Epiſcopus ſcilicet, *neque ſolus Monaſterio præfuiſti, neque ſolus a Monachis delectus es. Noſti enim Serapionem Monachum eſſe, & quot Monachorum præfectum. Neque a te ignoratur, quot Monachorum pater fuerit Apollonius. Noſti Agathonem, neque ignotum habes Ariſtonem. Memor es Ammonis cum Serapione peregre profecti. Fortaſſis etiam audiſti de Cue in ſuperiori Thebaide: poteris etiam reſciſcere de Paulo, qui eſt apud Latos, & de aliis multis: & tamen iſti Epiſcopi conſtituti, non contradixerunt; ſed habentes pro exemplari Eliſeum, & conſcii quid Elias egerit, & eruditi quid diſcipuli Chriſti Apoſtolique fecerint, ſuſceperunt hanc curam, neque miniſterium hoc aſpernati ſunt: neque propterea ſeipſis deteriores facti ſunt; ſed & laboris mercedem expectant, proficientes ipſi, alioſque proficere adhortantes. Quot ab idolis converterunt? Quot a furioſa, & Dæmoniaca conſuetudine ſuis admonitionibus compeſcuerunt? Quot adduxerunt Chriſto ſervos? adeo ut qui iſta ſigna conſpiciant, admirentur. An, quæſo, non ingens ſignum puellam inducere, ut virgo maneat & adoleſcentiorem adhuc, ut ſit continens, & idololatram, ut cognoſcat Dominum?* & poſt aliqua, quod non ſit impedimento cura Epiſcopalis monaſticæ obſervantiæ, hæc ſubdit:

(*b*) *Athan. epiſt. ad Dracontium.*

XXIV. Monaſtica inſtitutio congruit Epiſcopatui.

Quapropter cum iſtiuſmodi habeas exempla; dilectiſſime Draconti, ne dicas, nec dicentibus credas, Epiſcopatum eſſe cauſam peccati, aut quod inde naſcantur occaſiones delinquendi: licebit tibi in Epiſcopatu eſurire, ſitire cum Paulo: licebit vinum non bibere, ſicut Timotheus fecit, & jejunare frequenter, ut Paulus ſolitus, ita ut ſecundum illum jejunans, alios ſermonibus nutrias; & ſitiens abſtinendo a potu, aliis, docendo, potum præbeas. Ne igitur talia obiiciant conſiliarii tui: novimus enim Epiſcopos jejunantes, & monachos comedentes, &c. Hæc & alia plura id genus Athanaſius ad Dracontium, quem tandem perſuaſiſſe conſtat; & pro fide Catholica ſtrenue certantem, cum aliis Orthodoxis ſanctis Epiſcopis pro ipſa fide exilium ſubiiſſe, idem Athanaſius tradit (*c*): ſed de his inferius.

(*c*) *Athan. in Apolog. de fuga ſua.*

XXV. Monachorum inſtitutum divino calculo probatum.

Negari quidem non poteſt, fuiſſe Monachiſmum ſeminarium in Eccleſia Dei ſanctiſſimorum Epiſcoporum, ex quo Baſilii, Gregorii, Chryſoſtomi, & alii tam in Oriente, quam in Occidente viri ſpectatiſſimi prodiere; quorum omnium qui Antonium Magnum dixerit Patriarcham, veritatis ſcopum attinget: in quo mille ſignis atque virtutibus quam ſit Deo gratum, relicto ſæculo, & quæ ſæculi ſunt vitæ concupiſcentiis, monaſticam vitam deligere ac profiteri, fuit evidentiſſime declaratum, & in aliis ejuſdem genus vitæ agentibus Domini calculo firmiſſime ſtabilitum, ut in Pachomio, Hilarione, Macariis, Joanne, Ammone, & aliis ferme innumeris his ſimilibus, in quibus ſunt innovata antiqua miracula Prophetarum, & Apoſtolorum.

XXVI. Cæterum degentium in Ægypto Monacho-

chorum non idem erat genus omnium, & inſtitutio, atque vitæ perfectio: dum nonnulli declinantes ab Antonii inſtitutis, aliam inierunt vitæ rationem. Quamobrem Hieronymus de his pluribus agens, (a) Hieron. epiſt. 22. hæc ait ad Euſtochium ſcribens (a): Diverſa Monachorum genera. *Tria ſunt in Ægypto genera Monachorum: Primum Cœnobitæ, quod illi, Sauſes, Gentili lingua vocant; nos, in commune viventes, poſſumus appellare. Secundum Anachoritæ, qui ſoli habitant per deſerta, & ab eo quod procul ab hominibus receſſerint, nuncupantur. Tertium genus eſt, quod Remoboth dicunt, deterrimum atque neglectum, & quod in noſtra Provincia aut ſolum, aut primum eſt*: de quibus ultimo loco, quid ſcribat S. Hieronymus, dicturi ſumus.

XXVII. Cœnobitarum inſtitutum. Quænam vero eſſe ſoleret inſtitutio cœnobitarum, idem inferius his verbis narrat: *Prima apud eos confœderatio eſt, obedire majoribus, & quicquid juſſerint, facere. Diviſi ſunt per decurias atque centurias: ita ut novem hominibus decimus præſit, & rurſum decem Præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat. Manent ſeparati, ſed junctis cellulis. Uſque ad horam nonam (ut eſt inſtitutum) nemo pergit ad alium, exceptis his decanis, quos diximus; ut ſi cogitationibus forte quis fluctuet, illius conſolatur alloquiis. Poſt horam nonam in commune concurritur, Pſalmi reſonant, Scripturæ recitantur ex more: & completis orationibus, cunctiſque reſidentibus, medius, quem Patrem vocant, incipit diſputare: quo loquente, tantum ſilentium fit, ut nemo alium reſpicere, nemo audeat excreare: dicentis laus in fletu eſt audientium, tacitæ volvuntur per ora lacrymæ, & ne in ſingultus quidem erumpit dolor. Cum vero de regno Chriſti, & de futura beatitudine, & de gloria cœperit annunciare ventura, videas cunctos moderato ſuſpirio, & oculis ad cælum levatis, intra* (b) Pſal. 54. *ſe dicere* (b): *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Poſt hæc Concilium ſolvitur, & unaquæque decuria cum ſuo parente pergit ad menſam, quibus per ſingulas hebdomadas viciſſim miniſtrant. Nullus in cibo ſtrepitus eſt, nemo comedens loquitur. Vivitur pene leguminibus, & oleribus, quæ ſale ſolo condiuntur: vinum tantum ſenes accipiunt, quibus & parvulis ſæpe fit prandium, ut alterum feſſa ſuſtentetur ætas, alterum non frangatur incipiens. Dehinc conſurgunt pariter, & hymno dicto ad præſepia redeunt: ibi uſque ad veſperam cum ſuis unuſquiſque loquitur, & dicit: Vidiſtis illum, & illum? quanta in ipſo ſit gratia, quantum ſilentium, quam moderatus inceſſus? Si infirmum viderint, conſolantur; ſi in Dei amore ferventem, cohortantur ad ſtudium.*

XXVIII. *Et quia nocte extra orationes publicas in ſuo cubili unuſquiſque vigilat; circumeunt cellas ſingulorum,* Nocturna cuſtodia. *& aure appoſita, quid faciant diligenter explorant: quem tardiorem deprehenderint, non increpant, ſed diſſimulato, quod norunt, eum ſæpius viſitant; & prius incipientes, provocant magis orare, quam cogunt. Opus diei ſtatum eſt; quod decano redditum, fertur ad œconomum: qui & ipſe per ſingulos menſes Patri omnium cum magno tremore reddit rationem; a quo etiam cum cibi facti fuerint, prægustantur. Et quia non licet dicere cuiquam: Tunicam & ſagum, textaque juncis ſtrata non habeo: ille ita univerſa moderatur, ut nemo quid poſtulat, nemo non habeat. Si quis vero cœperit ægrotare, transfertur ad exedram latiorem, & tanto ſenum miniſterio confovetur, ut nec delicias urbium, nec matris quærat affectum. Dominicis diebus orationi tantum & lectionibus vacant: quod quidem, & omni tempore completis opuſculis faciunt. Quotidie aliquid de ſcripturis diſcitur. Jejunium totius anni æquale eſt, excepta Quadrageſima, in qua ſola conceditur diſtrictius vivere. A Paſcha ad Pentecoſten cœnæ mutantur in prandia, quo & traditioni Eccleſiaſticæ ſatisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato.* Huc uſque de his S. Hieronymus, qui hos ſimiles tradit Eſſenis a Philone atque Joſepho deſcriptis, de quibus ſuo loco fuſius actum eſt. Sed hæc quidem generatim ipſe complexus eſt, cum alioqui extent prolixiores de inſtitutis cœnobitarum antiquorum formæ conſcriptæ a Pachomio, Baſilio, Caſſiano, Climacho, atque demum in Occidente a S. Benedicto, & aliis recentioribus ſanctiſſimis viris, de quibus ſingulis ſuo loco opportunius.

XXIX. Quod vero ſpectat ad cœnobitas moniales, quarum ſuperius mentio facta eſt, Monialium inſtitutio. iſthæc habet S. Auguſtinus (c): *Hæc eſt etiam vita feminarum, Deo ſolicite caſteque ſervientium, quæ habitaculis ſegregatæ, ac remotæ a viris quam longiſſime* (c) Aug. de moribus Eccl. l. 32. *decet, pia tantum illis charitate junguntur, & imitatione virtutis: ad quas juvenum nullus acceſſus eſt, neque ipſorum quamvis graviſſimorum ac probatiſſimorum ſenum, niſi uſque ad veſtibulum, neceſſaria præbendi, quibus indigent, gratia. Lanificio namque corpus exercent atque ſuſtentant, veſteſque ipſas fratribus tradunt, ab iis invicem quod victui opus eſt, reſumentes.* Sed & de Ægypti feminarum monaſteriis hæc Hieronymus ad Sabinianum (d): *Moris eſt* (inquit) *in* (d) Hieron. epiſt. 48. *Ægypti & Syriæ monaſteriis, ut tam virgo, quam vidua, quæ ſe Deo voverint, & ſæculo renunciantes; omnes delicias ſæculi conculcarint, crinem monaſteriorum matribus offerant deſecandum, non intecto poſtea contra Apoſtoli voluntatem inceſſuræ capite, ſed ligato pariter ac ve-*

lato

(a) Hieron. epiſt. 22. & Baſil. de Virgin.

lato. At de inſtitutis ſanctarum virginum monialium plura, idem Hieronymus ad Euſtochium (a), S. Baſilius, S. Ambroſius, & alii.

XXX. Anachoretarum inſtitutum.

De Anachoretis autem Hieronymus hæc tantum: *Hi exeunt de cœnobio, & excepto pane & ſale, ad deſerta nihil perferunt amplius. Ipſius vitæ auctor Paulus, illuſtrator Antonius, & ut ad ſuperiora conſcendam, princeps Joannes Baptiſta.* Et deinde: *Horum laborem & converſationem in carne non carnis, alio tempore, ſi volueris, explicabo.* Porro quod ait Antonium illuſtraſſe vitam anachoreticam, ſic accipiendum eſt, quod idem Antonius primo illud genus vivendi exercuit, qui poſtea cœnobiticam vitam excoluit, & rurſus ad anachoreticam rediit, licet ſuorum curam non dimiſerit: cujus exemplo contigit, reciproco quodam ordine, anachoretas generare cœnobitas, & cœnobitas vice verſa parere anachoretas; qui ſcilicet ſic voluntate Patris omnium præſidis agere ſolitarii permittantur, ut tamen, vinculo quoque obedientiæ aſtringantur, cum alioqui non defuerint viri ſanctiſſimi, qui ipſo primo ingreſſu vitæ monaſticæ, eremum petentes, ſolitariam vitam ſectati ſunt. Habet ferme eadem Epiphanius (b), & S. Auguſtinus.

(b) Epiph. hæreſ. 80. & Aug. de Morib. Ec. cap. 31.

XXXI. Tertium genus monachorum.

Sed quod ad monachorum tertium genus ſpectat, quod reſpectu optimi atque perfecti idem S. Hieronymus appellat deterrimum: Hæc de his ait: *Hi bini, vel terni, nec multo plures ſimul habitant, ſuo arbitratu ac ditione viventes; de eo quod laboraverint, in medium partes conferunt, ut habeant alimenta communia: habitant autem quamplurimum in urbibus & caſtellis; & quaſi ars ſit ſancta, non vita; quidquid vendiderint, majoris eſt pretii. Inter hos ſæpe ſunt jurgia; quia ſuo viventes cibo, non patiuntur ſe alicui eſſe ſubjectos: re vera ſoleat certare jejuniis, & rem ſecreti victoriæ faciunt. Apud hos affectata ſunt omnia, laxæ manicæ, caligæ follicantes, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria, viſitatio virginum, detractio clericorum; & ſi quando dies feſtus venerit, ſaturantur ad vomitum.* Ita de his S. Hieronymus; a quibus paulo diverſi erant, quos Caſſianus Sarabaitas nominatos eſſe tradit (c), de quibus ait: *Emerſit iſtud Sarabaitarum genus, qui ab eo quod ſemetipſos a cœnobiorum congregationibus ſequeſtrarent, ac ſingillatim ſuas curarent neceſſitates, Ægyptiæ linguæ proprietate, Sarabaitæ nuncupati ſunt.* Hæc ipſe, agens tamen pluribus de iiſdem.

(c) Caſſian. Col. 18. c. 7.

XXXII. Pſeudomonachi.

At ne Monachorum quidem nomine digni, ſed plane pſeudomonachi appellandi ſunt illi, quos S. Auguſtinus deſcribit his verbis (d): *Tam multos hypocritas ſub habitu Monachorum uſquequaque diſperſit, hoſtis ſcilicet humani generis, circumeuntes Provincias, nuſquam miſſos, nuſquam fixos, nuſquam ſtantes, nuſquam ſedentes. Alii membra martyrum, ſi tamen martyrum, venditant: alii fimbrias, & phylacteria ſua magnificant: alii parentes, vel conſanguineos ſuos in illa regione ſe audiſſe vivere, & ad eos pergere mentiuntur: & omnes petunt, omnes * exigunt aut ſumptus lucroſæ egeſtatis, aut ſimulatæ pretium ſanctitatis: cum interea ubicumque in factis ſuis malis deprehenſi fuerint, vel quoquomodo innotuerint, ſub generali nomine Monachorum veſtrum propoſitum blaſphematur, tam bonum, tam ſanctum, quod in Chriſti nomine cupimus, ſicut per alias terras, ſic per totam Africam pullulare.* Hactenus Auguſtinus; cujus etiam hic ſententia illa plane aurea recitanda eſt, qua dicit (e):

(d) Aug. de Opere Monachor. c. 28.

* ab omnibus.

(e) Aug. ep. 137.

XXXIII. Hæreſiarchæ ex monachis.

Simpliciter autem fateor charitati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meam; ex quo Deo ſervire cœpi, quomodo difficile ſum expertus meliores, quam qui in Monaſteriis profecerunt; ita non ſum expertus pejores, quam qui in monaſteriis ceciderunt: ita ut hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptum (f): Juſtus juſtior fiat, & qui in ſordibus, ſordeſcat adhuc. Quod exemplo in primis demonſtrari poteſt in nonnullis Ægypti Monachis, qui a recto diſciplinæ tramite deviantes, Meletianis ſchiſmaticis adhæſerunt & Arianis, ac monſtruoſas quidem calumnias adverſus S. Athanaſium ſuum ipſorum Epiſcopum conſtruxerunt: ex iiſdem pariter prodiere complures hæreſiarchæ, ex quibus denominati hæretici Euchaitæ, Æriani, Euſtathiani, Maſſaliani, Anthropomorphitæ, Joviniani, Origeniſtæ, Eutychiani, Severiani, & alii quamplurimi uſque ad præſens ſæculum, quo quidem nullum umquam fuit fœcundius deſertoribus regularis, & monaſticæ diſciplinæ, iiſdem jam in hæreſiarchas in diaboli conflatoria officina transfuſis; utpote ad tam deformia effigianda monſtra, idonea delecta materia, nempe ex argento puriſſimo ſcoria rejectanea. At de his hactenus, in quæ divertimus occaſione Athanaſii peragrantis Ægyptum, & Monachorum cœnobia inviſentis.

(f) Ap. 22.

I. *Meletiani rurſum in Athanaſ. inſurgunt.* TRecenteſimus vigeſimusnonus Chriſti annus Conſtantino Aug. VIII. & Conſtantino Cæſ. IV. Coſſ. annotatur: quando Meletiani ex Athanaſii viſitatione, qua ille omne adhibuit ſtudium, ut eos ſub jugo, & obedientia ipſorum Primatis Epiſcopi Alexandrini redigeret, nonnihil in ipſum commoti, iterum cum Euſebianis icto fœdere, novis calumniis adverſus eum apud Conſtantinum Imperatorem agere moliuntur. Certiorem ante fecerat Athanaſius Imperatorem de eorum ſchiſmate iterum acrius recrudeſcente: quando his acceptis idem Conſtantinus Imp. eos ad ſe acceſſit: id ipſe ſuis teſtatur litteris ad Nicomedienſes ſcriptis, quas paulo poſt, hoc eodem anno, deſcripturi ſumus. Arripiunt autem Euſebiani libenter occaſionem, quam magna induſtria conquiſiſſent. Siquidem experti fuerant, ſedente Athanaſio, nullam fore Ario ſpem reliquam Alexandriam redeundi, neque hæreſis propagandæ. Meletiani igitur, communicato ſimul conſilio, mittunt ad Imperatorem Iſionem, Eudæmonem, & Callinicum, qui & Athanaſium calumniis infamarent, nempe indixiſſe Ægyptiis tributum de pendendis Eccleſiæ lineis, atque illud pariter exegiſſe. Secunda hæc fuit Meletianorum ad Imp. miſſa legatio cum accuſationibus in Athanaſium: ſed qui alia occaſione præſentes tunc aderant duo presbyteri Alexandrini, Apis atque Macarius, illatum majeſtatis crimen in Athanaſium facile diluerunt, & (ut exiſtimo) de re per Athanaſium geſta Conſtantinum reddidere certiorem, non fuiſſe (quod calumniabantur adverſarii) ejuſmodi indictionem, & tributi exactionem, ſed Athanaſii rogationem ad populum, ſeu collectam Chriſtianorum more fieri ſolitam ad Eccleſiarum ornamenta, & Dei cultum amplificandum de contribuendis linteaminibus factam: populi vero fuiſſe non coactam, ſed liberam collationem, ſpontaneamque oblationem, idque ſibi Athanaſio ex more, & inſtituto Apoſtolico vendicante: Paulus enim Græciæ, & Aſiæ etiam pecuniarum collectam indixit, ſed ea moderatione, ut a ſponte dantibus vellet accipere, non autem quemquam cogeret ad præſtandum, ut ipſe ad Corinthios (*a*) ſcribens pluribus monet.

(*a*) 2. Cor. 16.

II. Agit de his S. Athanaſius, rem paucis perſtringens, cum in Apologia retexens quæcumque paſſus eſſet ab Euſebianis, eadem, prout geſta ſunt, ordine temporum recenſens, ſic ait (*b*): *Cum ego Cæſari perſuaſiſſem, nullam eſſe debere Eccleſiæ Catholicæ cum hæreſi Chriſti oppugnatrice communionem; tum demum tempus obveniſſe arbitratus Euſebius, quod cum Meletianis conſtituerat, litteras ad eos ſcribit, ut ſcelera ea de nobis fingerent, & fama ſpargerent, quibus ſe adverſus Petrum, Achillam, & Alexandrum prædeceſſores Epiſcopos Alexandrinos exacuerant. Sed cum plurima captantibus nihil reperiretur, ex Euſebianorum ſententia tale crimen per Iſionem, Eudæmonem, & Callinicum de ordinariis lineis ementiuntur, quaſi ego canonem iſtiuſmodi tributi Ægyptiis indicerem, & primus omnium exigerem. Sed id fruſtra fuit: presbyteri enim noſtri Apis, & Macarius, qui ibi forte præſentes aderant, eos audiente Imperatore, de calumnia vicerunt.* Hæc Athanaſius: eadem quoque Sozomenus (*c*): qui tamen loco linteorum, quæ ponit Athanaſius, habet veſtes lineas, quibus in ſacris miniſtri Eccleſiæ uti ſolerent.

(*b*) Athan. Apolog. 2.

Calumniæ in Athanaſium.

(*c*) Soz. l. 2. c. 21.

III. Cæterum conſueviſſe Fideles linteaminibus Eccleſias exornare, eaque Eccleſiis offerri ſolita, S. Paulini (*d*) verſus illi teſtantur in natali die S. Felicis, quibus una cum aliis oblationibus a Chriſtianis Eccleſiæ tribui conſuetis ſic de lineis, ſeu velis:

(*d*) Paul. Natal. 6. S. Felic.

Velis exornari eccleſiæ ſolitæ.

Cedo, alii pretioſa ferant donaria, meque
Officii ſumptu ſuperent, qui pulchra tegendis
Vela ferant foribus, ſeu puro ſplendida lino,
Sive coloratis textum fucata figuris.

Ut velis exornarentur Eccleſiæ, diutius perſeveravit uſus. Habes de Ruſticiana Patricia, miſiſſe ad Eccleſiam S. Petri Romam vela (*e*). Monet hoc ipſum querela illa (*f*) ad S. Gregorium Papam de Natali Epiſcopo Salonitano perlata, quod vaſa ſacra, & velamina ſuis dediſſet affinibus; & de Fuſco Abbate, qui ſacros codices, & vela ſecum aſportaſſet (*g*). Sed ſunt de his innumera plane exempla. Ejuſ-

(*e*) Greg. epiſt. 38. l. 9.

(*f*) Greg. epiſt. 24. l. 2.

(*g*) Idem epiſt. 13. lib. 8.

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1082. Olymp. 277. an. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5822.

☉ 2. E. ☽ 7. P. 6. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 329.

SILVESTRI PAPÆ 16.

CONSTANTINI IMP. 24.

ſecundum Baronium 1080. A. C. 329.

[1] AD num. I. ad VIII. Coſſ. *Conſtantinus Aug. VIII. & Conſtantinus Cæſar IV.* non ve-

1. *Conſules.*

NOTÆ [1] COſſ. *Conſtantinus Aug. VIII. & Conſtantinus Cæſar. IV.* Vulgares Faſti: *Conſtantino VIII. & Conſtantino IV.* Septimus Eccardi Catalogus; *Conſtantino VIII. & Conſtantino V.*

IV. Rurſum calumniæ in Athanaſium. Ejuſmodi autem purgata calumnia, haud quieverunt Athanaſii adverſarii: ſiquidem Euſebiani Meletianos licet victos non permiſerunt abire, verum ad novas conſarciendas calumnias conducunt perditos homines; qui in primis adverſus Macarium presbyterum, qui apud Imperatorem defenderat Athanaſium, ſcelus effingunt, quod vas ſacrum confregerit: Athanaſium autem, ut inſenſiſſimum reddant Imperatori, majeſtatis rurſum reum conſtituunt, accuſantes nimirum, ingentem auri vim miſiſſe cuidam Philumeno, qui adverſus Imperatorem rebellaverat: quam ob cauſam, quod gravis admodum hæc accuſatio videretur, ab eodem Conſtantino Imperatore Athanaſius Conſtantinopolim accerſitur. Teſtatur iſthæc quidem ipſemet, qui & patefacta ſua innocentia Conſtantino, Imperatoriis litteris ſuæ integritatis teſtibus acceptis, Alexandriam ſe reverſum tradit, cum ait (a): *Imperator damnato Iſione prioris calumniæ delatore, me iſtiuſmodi litteris ad ſe accerſit: re cognita, Euſebius iis auctor eſt, ne loco ſe moveant: ex ejus enim conſilio rem apud Cæſarem novis criminibus tentant, accuſantes Macarium de calice: mihi autem non quodvis crimen, ſed quod maximum eſt omnium, impoſuere, quaſi hoſtis Imperatoris crumenam auri cuidam Philumeno miſiſſem. Pſammathiæ cauſa audita; illos quidem merito, ut calumnioſos, rejecit; nos autem in patriam redeuntes cum iſtiuſmodi epiſtola ad populos remiſit.*

(a) Athan. Apolog. 2.

Conſtantinus Maximus Auguſtus populo Catholicæ per Alexandriam Eccleſiæ.

V. Conſtantini litteræ pro Athanaſio. *Dilecti fratres ſaluto vos, invocans Deum ſummum meæ voluntatis teſtem, & noſtræ legis unigenitum Creatorem, qui omnium vitæ præſidet, & diſcordias odit. Verum quidnam potiſſimum dicam? An ſcilicet nos bene valere? Verum id quidem: ſed multo felicius agere liceret, ſi vos mutuo, excuſſis odiis, amaretis: rigoſorum enim hominum procellis occurrere debemus, quod portus dilectionis a vobis relictus ſit. O rem abſurdam! Vah quantæ quotidie calamitates per invidiam omnia miſcentem exiſtunt! unde fit, ut populus Dei infamia laboret. Quo igitur juſtitiæ fides receſſit, cum tantarum tenebrarum caligine obvolvamur? neque id tam ex errore, qui multiplex eſt, quam malignorum hominum vitiis, dum & propagnatores verecundiæ ſuſtinemus, & eos qui æquitatem & veritatem profligant, etiam cum id ſenſibus noſtris percipiamus, negligendos putemus. Quodnam id genus noſtræ perverſitatis, ſi inimicos non reprehendimus, ſed latrocinio nos comites damus? Unde fit, ut viam quamdam ſibi facillime ſtraverit, nemine repugnante, perniciosiſſima fraus. Nullus ne tandem ſenſus eſt, ne pro dotibus quidem communis omnium naturæ, ſi legis præcepta contemnenda duximus? Sed dixerit aliquis: Saltem charitas, prout ductus naturæ eſt, reperitur. Admodum ſcilicet, qui & Dei lege & bono ingenio inſtructi, toleremus tamen inimicos turbationum & tumultuum facibus quaſi incendia miſcere: idque neque oculis præditi cernimus, neque legis ſententia imbuti ſentimus. Quænam igitur ſtupor noſtram vitam inceſſit, cum noſtrimet tam incuriſ ſimus, etiam Deo admonente?*

VI. Juſtæ queſtelæ Conſtantini. *Quid igitur? num id mediocre aut tolerabile malum eſt? Num pro hoſtibus habendi ſunt? Nonne in domum & populum Dei ante oculos noſtros per ſævitiam debacchantur, & probra jaciunt ſcelerati illi? Jam quanta id cum veſania faciant, vobis ipſis cogitando relinquo. Stulti enim illi in lingua ſua ſitam habent malitiam, plumbeaſque iras ita ſecum circumferunt, ut ſe ipſos mutuis vicibus feriant, & nos ſecum ad auctarium ſui ſupplicii abſtrahunt: interim qui recta docet, hoſtis judicatur: qui autem invidiæ vitium præfefert, populum manſuetum (quod minime oportuit) invadit, vaſtat, abſumit, & ſemetipſum ultro corrumpit, gloriatur, extollit, veritatem ſubvertit, & fidem circumvenit, donec ſuæ conſcientiæ cavernam, & latibulum quæritando inveniat. Ferocitas igitur agreſtis eos miſeros facit, qui ita temere ſe ipſos, cum indigni ſint, efferant inclamantes: Hem ſcelera, ille ne presbyter eſt, aut ille ne puer? Mea exiſtimatio attingitur, mihi hoc ipſum debetur, ab illo ublatum eſt. Ego igitur, omnibus ſpoliatis, pro viribus noccbo. Luculentum inſaniæ tumultum dicas, ſi acies, conciliabula, aut comitia iſtorum importuniſſimorum conventuum videas. O noſtram in Eccleſiam Dei perverſitatem, ſpectaculumque maligni, & dementis animi! Numquam ne tandem pudeſcat? numquam ne ſemetipſi improbabant? numquam ne in animo morſus ſentient, ut vel nunc ſaltem contra impoſturam, & rixas dignum aliquid animo concipiant, & ſentire videantur? Vis ſola invidiæ eſt, ſuis fucis & pigmentis innitens. Sed tamen nihil mali iſti adverſus Epiſcopum veſtrum potuere. Mihi credite, fratres; nihil aliud ſtudio habeat, quam, afflictis noſtris temporibus nullum ſibi locum pœnitentiæ in hac vita relinquere.*

PAGIUS Conſtantini Cæſaris Quindecennalia. vero V. ut perperam Baronius. Hunc enim Conſtantini junioris conſulatum quartum tantum ordine eſſe demonſtravi in ſecunda parte Diſſertationis Hypaticæ cap. 13. num. 5. Ex quo ſequitur præcedentes ejuſdem Conſtantini junioris Conſulatus recto ordine a nobis collocatus.

II. S. Athanaſius accuſatur. *Athanaſius* anno præcedenti accuſatus, quod indixiſſet Ægyptiis tributum de pendendis Eccle-

ſiæ

VII. Hortatur Alexandrinos. *Ipſi igitur vobiſmetipſis auxilio eſtote (obteſtor charitatem veſtram) ipſi vos invicem diligite, & omni ope pro veſtra concordia iſtos proſequimini, qui veſtram concordiæ gratiam demoliri ſtudent; Deumque præ oculis habentes, in mutua charitate conſiſtite. Ego enim Epiſcopum veſtrum Athanaſium libenter recepi, eumque ut virum Dei allocutus ſum. Veſtri autem eſt, non mei judicii, ea de re cognoſcere. Quantum autem attinet ad officium ſalutationis, colloquiique cum reverendiſſimo Athanaſio; idoneum eum neceſſariumque arbitratus ſum, qui vobis in ſacris miniſter eſſet: ea eſt hominis in æquitate tuenda ſedulitas; non indigna profecto, nec inepta noſtræ pacificæ religioni, atque dotes ſalutaris ſententiæ ſemper foveat, & rationis adhortamenta ſequatur; Deus vos conſervet dilecti fratres.* Hucuſque Conſtantinus.

VIII. Conſtantini modeſtia. Intelligis, puto, lector, modeſtiam Chriſtianiſſimi Principis, qui cum accuſatorum nequitiam plus certo exploratam habuiſſet, innocentiamque Athanaſii in omnibus dilucide comperiſſet, quem & ſuis litteris honorificentiſſimis comitatur Alexandriam redeuntem, tamen non ſuæ juriſdictionis eſſe fatetur de his cognoſcere atque ſententiam ferre; quod res Eccleſiaſtica inter Eccleſiaſticos agenda eſſet, Verum quod ait: *Veſtri autem eſt, non mei judicii, de ea re cognoſcere.* Ad comprovinciales Epiſcopos cognitionem cauſæ remittit, ut non Athanaſii modo, ſed & Macarii presbyteri de fracto calice accuſati cauſam ipſi perveſtigent, Sed cum hæc omnia adverſus Athanaſium Conſtantinus intelligeret actitari ab Euſebio Nicomedienſi, qui Conſtantinopolim venientes ſuſceperat Meletianos, & Theognide Epiſcopo Nicæno, damnatis atque depoſitis jam in Nicæno Concilio, at ſimulate palinodiam recantantibus ab eodem Concilio Conſtantini precibus reſtitutis: adverſus eos vehementer commotus, ut ſedibus pellerentur, ſecundum priorem Synodi ſententiam, data ad Nicomedienſes epiſtola, aperte declaravit, quam Theodoretus recitat ſic ſcriptam (a): (a) Theod. lib. 1. cap. 20.

IX. Epiſtola Conſtantini ad Nicomedienſes. *Quis innocentem multitudinem iſta docuit? Euſebius videlicet tyrannicæ crudelitatis adminiſter. Nam quod tyranni partibus penitus adhæſerat,* nempe Licinio, *ex multis illius rebus geſtis facile poteſt intelligi; ſiquidem iſtud partim Epiſcoporum, eorumque vere Epiſcoporum, cædes teſtantur, partim crudeliſſima Chriſtianorum perſecutio palam clamat. Conſpiraſſe quidem cum Licinio in perſecutione adverſus Epiſcopos commovenda, ſugillat Conſtantinus Euſebium, quem tempore ſuperioris perſecutionis a fide in Chriſtum defeciſſe, ſuperius dictum eſt. Sed ſubdit Conſtantinus: Neque certe de injuriis illius, quibus me affecerit, hoc loco verba faciam, per quem adverſariorum contra me concurſus, quantum fieri poterat, maxime procurabantur.* Significat plane his verbis Conſtantinus, Euſebium una cum Licinio barbaros ſolicitaſſe adverſus eum; ac proinde addit: *Qui & oculis tamquam ſpeculatoribus me obſervavit; quin etiam miniſterio prope militari, quo tyranno opem ferret perfunctus eſt, At nemo exiſtimet, me imparatum minuſque inſtructum eſſe etiam ad iſtas res, ſi opus fuerit, certiſſimis argumentis confirmandas: veriſſime enim oſtendi poteſt, tum presbyteros, tum diaconos a me manifeſto deprehenſos, qui Euſebium aſſidue ſtipabant. Sed miſſa iſthæc facio, quæ non dicuntur a me, quod ipſe ea graviter, & iniquo animo feram, ſed quo eos ſua ipſorum pudeat inſcitia.*

Illud ſolum metuo, illudque animum meum X.

PAGIUS ſiæ linteis, ut anno CCCXXVII. oſtendi.

III. Euſebius Nicomedienſis in exilium miſſus. Ad num. VIII. & ſeqq. Baronius recitat hoc anno in Annalibus epiſtolam integram Conſtantini Magni ad Nicomedienſes, in qua is Imperator Euſebii Nicomedienſis perverſionem & fraudes exponit, eumque a ſe in exilium miſſum dicit. Sed ea epiſtola anno tantum trecenteſimo viceſimo quinto, antequam Euſebius ac Theognius in exilium mitterentur, exarata, ut obſervat Valeſius in Notis ad lib. I. Theodoreti cap. 19. Scripta eſt enim ante utriuſque exilium, quod contigit tribus jam menſibus elapſis a Synodo Nicæna. Præterea ſcribit Baronius, ſe eam epiſtolam integram una cum alia Conſtantini ad Alexandrinos ſcripta repeſiſſe, quas nactas Juſtinianus Imperator e Græco in Latinum tranſlatas miſit ad Vigilium Papam. Quæ Baron. an. 325. num. XCI. ſecunda Conſtantini epiſtola, qua Arii damnationem ſignificat, anno etiam CCCXXV. data, quemadmodum Baronius annotavit. Utraque itaque ad eumdem annum pertinet.

IV. Quoad Alexandrinos qui a fide defecerant, quos Conſtantinus in ea ad Nicomedienſes epiſtola queritur, Euſebianos ſecum in tuto collocaſſe, & illorum depravatis moribus communicaſſe, ii non erant Meletiani, ut Baronius & Spondanus exponunt, ſed Ariani, ut animadvertit Valeſius in Notis ad lib. 1. Sozomeni cap. 21. & probat ea epiſtola Synodica Epiſcoporum Ægypti, quæ refertur ab Athanaſio in Apologia 2. contra Arianos: *Quomodo igitur vel ipſe* (nempe Euſebius) *vel Theognius alium deponere potuerunt, cum ipſi depoſiti fuerint, & ordinationibus in ipſorum locum factis convincantur? Probe enim noſtis, Amphionem quidem Nicomediæ, Creſtum autem Nicææ eorum loco ordinatos eſſe; tum ob privatam eorum impietatem, tum ob communionem cum Arianis, qui a Generali Synodo fuerant reprobati.* Vides, ut Epiſcopi Ægypti egregie conſentiant cum Imperatore Conſtantino, in aſſignanda cauſa depoſitionis Euſebii tribus menſibus poſt Nicænam Synodum. Sed & verba quæ ſequuntur in Epiſtola Conſtantini ad Nicomedienſes, ſatis indicant, Alexandrinos illos Arianos fuiſſe, non Meletianos: *Alexandrinos quoſdam, qui a noſtra Fide deſciverant, iſtuc abduci præceperam, propterea quod eorum opera ac miniſterio diſcordiæ fax excitabatur. Verum iſti egregii ſcilicet* *Conſtantinus queritur de Arianis, non vero de Meletianis.*

De eligendo Epiſcopo orthodoxo.

meum cura implicitum tenet, quod vos video in hujus criminis ſocietatem vocari: nam improba Euſebii inſtitutione, & perverſa doctrina conſcientia veſtra a veritate deflexit. Verum hujus rei expedita eſt, & facilis curatio, ſi modo Epiſcopum fidelem, & animo ſimplici ac ſincero nacti, oculos ad Deum denuo convertere volueritis: quod quidem in præſentia eſt in veſtra ſitum poteſtate, quodque etiam dudum penes veſtrum judicium fuerat, niſi aut Euſebius ipſe, de quo dixi, aut alius quidam eorum quibuſcum conventus agere ſolet, huc præceps ruiſſet, & rectum eligendi ordinem conturbaſſet. Porro hunc locum perperam valde interpretatus Theodoretus (a), dicit tum ſcriptam eſſe hanc a Conſtantino epiſtolam, cum Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus, mortuo Alexandro Antiſtite Conſtantinopolitano, intrudere ſe conatus eſt in Conſtantinopolitanam ſedem: nam poſt annos decem ab obitu Conſtantini (ut diximus ex Sozomeno, & ſuo loco pluribus aperiemus) Alexander epiſcopus Conſtantinopolitanus ex hac vita deceſſit. Sed & erraſſe quoque liquet, dum has litteras poſt Arii obitum datas affirmat; atqui certum annum obitus Arii ſuo loco manifeſte ſignabimus. At rurſum Conſtantini epiſtola:

(a) Theod. l. 1. cap. 19.

XI. Quid in Euſebium & Theognidem in Nicæno concilio.

Sed quoniam mihi de hoc ipſo Euſebio pauca ad vos dicenda ſunt: Non vos præterit Concilium Nicææ celebratum, cui ipſe (ſicut conſcientiæ meæ munus poſtulabat) interfui, non alio ſane animo, quam ut tum concordiam inter omnes conſtituerem, tum maxime omnium eam Eccleſiæ perturbationem, quæ ex Arii Alexandrini amentia exorta eſt, reprimerem, penituſque inde ſubmoverem. Quæ quidem perturbatio illico ex abſurdo, & pernicioſo conatu Euſebii vires collegit. Nam quanta contentione, amantiſſimi honoratiſſimique fratres, Euſebius iſte, utpote ipſa conſcientia convictus, quanta cum ignominia mendacii undique deprehenſus, aggreſſus eſt, primum certos quoſdam homines ſubornare, qui pro eo deprecarentur; deinde a me auxilium petere, ne tanti ſceleris damnatus, honoris ſui gradu dejiceretur? Intelligit Conſtantinus de ſtudio quo eidem Euſebio apud Patres Nicæni Concilii præſto fuit, ne a ſede penitus pelleretur; ſed ſubdit: *Hujus rei teſtis eſt mihi Deus, qui tum mihi, tum vobis benignus perpetuo adſit: quod & meum pervertit judicium, & turpiter a veritate abduxit; quod vobis etiam planum faciam. Nam tum omnia ideo geſta ſunt ex ejus ſententia, qui perniciem plane peſtiferam adhuc intra cogitationis ſuæ domicilium occultam tenuit.*

XII. Juſta Conſtantini querelæ.

Ac primum ut cætera illius nequitiæ facinora taceam, audite, quæſo, quid ſceleris cum Theognide, quem ſuæ ſocium habet amicitiæ, conſciverit. Ipſe forte quoſdam Alexandrinos qui a fide noſtra defecerunt huc mitti juſſeram; quandoquidem eorum opera diſſidii flamma incenſa erat. Meletianos intelligit, quos diximus venientes Conſtantinopolim, accuſatores egiſſe contra Athanaſium. At de Euſebianis eos ſuſcipientibus hæc adjicit: *Sed iſti honeſti bonique ſcilicet Epiſcopi, qui vera Concilii dijudicatione ad pœnitentiam agendam reſervati ſunt, non ſolum eos admiſerunt ad ſe, & ſecum in tuto collocaverunt; verum etiam illorum depravatis moribus communicarunt. Quamobrem erga iſtos ingratos aliquod ſupplicium cenſui ſtatuendum, & propterea mandatum dedi, ut a ſuis abrepti ſedibus quam longiſſime ablegarentur. Jam jam veſtrum eſt, ea fide in Deum aciem mentis veſtræ intendere, in qua vos ſemper manſiſſe conſtat, & in qua manere, omniaque pietatis officia exequi conſentaneum eſt. Quod ſi ita fiat, ut epiſcopos tum vitæ integritate, tum ſana doctrina, tum benignitate, in omnes eximios habeamus; jure lætari debemus. Sin autem quiſquam temeritate, & audacia accenſus, eas Eccleſiæ peſtes, vel memoria vel laudibus celebrare aggrediatur; confeſtim opera, & diligentia famuli Dei (meipſum dico) pœnas ſuæ inſcitiæ dabit. Deus vos fratres cariſſimi, incolumes ſervet.* Hactenus Conſtantini epiſtola. ☞ Porro non integram ſcius recitatam a Theodoreto epiſtolam Conſtantini, ſed fragmentum duntaxat ex ea.

Cæterum reperimus integram una cum alia epiſtola ab eodem Conſtantino ad Ale-

PAGIUS *licet Epiſcopi, quos Synodi clementia ad agendam pœnitentiam ſervaverat,* (Euſebius ſcilicet ac Theognius) *non ſolum iſtos ſuſceperunt, & apud ſe tutos degere juſſerunt, ſed etiam malitiæ illorum ſocios ſe ac participes adjunxerunt.* Quod Arianis quidem optime convenit, de Meletianis vero dici non poteſt; quippe qui Schiſmatici tantum eſſent, non autem Hæretici; & quo tempore hæc epiſtola ſcripta eſt, nondum Arianis ſe ſe adjunxiſſent. Quæ obſervatio Valeſii eſt in Notis ad lib. I. Theodoreti cap. 20. Eſt & alius error Baronii a Valeſio in Notis ad lib. I. Theodoreti cap. 19. detectus. Reprehendit enim Baronius Theodoretum, quod hanc ad Nicomedienſes Epiſtolam a Conſtantino ſcriptam eſſe crediderit, poſtquam Euſebius Nicomedienſis, mortuo Alexandro, Conſtantinopolitanam Sedem occupaſſet. Atqui Theodoretus non id dicit; ſed tantum ait, *Euſebium* jam pridem relicta *Beryto*, cujus erat Epiſcopus, ad Nicomedienſem Eccleſiam tranſiliiſſe, & ex iſta Nicomedienſium Sede poſtea dejectum eſſe; quod Conſtantinum ait teſtari in epiſtola ad Nicomedienſes.

V. *Varia Conſtantini peregrinationes.*

Conſtantinus Magnus his Conſulibus in Dacia, ubi Serdica; in Pannonia, ubi Sirmium; & rurſum in Dacia Naiſſi, Serdicæque; tandem & in Thracia Heracleæ ſubſtitit; in quibus civitatibus variæ Leges hoc anno ab eo datæ in Codice Theodoſiano referuntur.

lexandrinos miſſam, quas nactas Juſtinianus Imper. e Græco in Latinum tranſlatas miſit ad Vigilium Papam, nos accipimus eas a viro doctiſſimo Nicolao Fabro Pariſienſi, quam hic tibi licet mendoſam nonnihil, Conſtantini nominis reverentia eudendam ſuoque loco reſtituendam integram curavimus.

XIII. *Conſtantinus Augaſtus Catholicæ Eccleſiæ Nicomedienſium.*

Eadem Conſtantini ad Nicomed. Epiſt. magis plena & ſi mendoſa.

* non Impropriis verbis uſus adhuc Neophytus Conſtantinus.

*Dominum Deum, & Salvatorem Chriſtum ſubtiliter omnes cognoſcitis, dilecti fratres, Patrem, & Filium eſſe, Patrem dico ſine principio, ſine fine, generatorem ſæculi ipſius; Filium autem, hoc eſt, voluntatem Patris, quæ nec per cogitationem aliquam recepta eſt, nec ad perfectionem operam per aliquam exquiſitam ſubſtantiam deprebenſa eſt. Qui * nam hoc & intelligit, & intellexerit, iſte habebit ad omne genus pœnæ inlaſſabilem patientiam. Sed enim Dei filius Chriſtus opifex omnium, & ipſius immortalitatis dator genitus eſt, quantum pertinet ad fidem cui credimus, natus eſt. Magis autem proceſſit ipſe, qui & ſemper in Patre eſt ad condecorationem illorum, quæ ab ipſo facta ſunt. Genitus eſt igitur individua proceſſione. Voluntas enim, & in habitaculo ſuo ſimul fixa eſt, & iſta, quæ diverſo indigent cultu ſecundum uniuſcujuſque qualitatem, & agit, & adminiſtrat. Quid igitur? eſt aliquid inter Dominum Patrem, & Filium? Nihil ſcilicet: Ipſa enim rerum plenitudo ſenſu accepit voluntatis præceptum, non autem diviſam ex Patris ſubſtantia voluntatem ſeparavit. Quid autem iſta ſequitur, quod eſt qui Chriſti mei Domini ſequax per reverentiam magis, vel ſtultitiam reformidat? Igitur non patitur nomen cum venerabilis corporis habitatio ad cognitionem ſuæ ſanctitatis ruit, vel tactui ſuccedit illud, quod corpore ſuperius eſt; nomine diſtat hoc, corporis humilitati ablatum eſt: non autem vivimus, licet ad mortem anima, & gloria corpus advocaverit.*

Locus depravatus.

*

XIV. *Quid igitur hic inlæſa, & ſincera fides dignum dubitatione occupavit: an non videtis, quod venerabiliſſimum corpus Deus elegit, per quod & fidei argumenta, & propriæ virtutis exempla manifeſtare futurus eſſet, & jam confuſam exitiali errore humani generis perditionem expellere, & novam religionis dare doctrinam, & caſtitatis exemplo indignos mentis actus expurgare, deinde autem mortis quidem tormentum diſſolvere, immortalitatis autem præmia pronunciare. Sed vos, quos jam, fratres, communio charitatis, merito ex me appellari facit, non ignoratis me veſtrum conſervum, non ignoratis veſtræ munimen ſalutis, cujus curam diligenter ſuſcepi, & per quod inimicorum noſtrorum non ſolum arma expugnavimus, ſed etiam vivos adhuc anima incluſimus ad manifeſtandam veram fidem clementiæ. Sed ego ſuper iſtis donis propter renovationem maxime Orbis terrarum gaudebam. Etenim dignum erat vere miraculo, in concordiam tot gentes adducere, quæ paulo ante ignorare Dominum dicebantur: tamen quid haberent iſtæ gentes cognoſcent, quæ nullam certaminis curam ſuſceperunt? Quid igitur intelligitis, dilecti fratres: nam vos ipſos accuſo, Chriſtiani ſumus, & mediocri affectu diſſentimus? Hæc ineſt noſtra fides, hæc ſanctiſſimæ legis doctrinæ, ſed quæ cauſa eſt, propter quam præſentis mali exitium ſuſcitatum eſt? O flagitium! o odium ſupra modum omnis indignationis magnitudinem ſuperans! quæ iſtius latrocinii atrocitas extitit, quæ filium Dei abnegat ex individua Patris ſubſtantia proceſſiſſe? nonne ubique eſt Deus, cum certe iſtum ſemper nobis adeſſe ſentimus? nonne per ejus virtutem omnium decoratio conſtat? cum certe ſeparatione diſſipationis careat?*

XV. *Num igitur vobis aliquid actum eſt? O dilecti fratres conſiderate modo deprecor tormenta præſentis doloris, confeſſores vos eſſe iſtius promittebatis, quem eſſe denegatis. In hoc vobis doctore perſuadente in omnibus perdito; † ſupplico quis eſt qui iſta docuit ita ſimplicem multitudinem? Euſebius ſcilicet, qui tyrannicæ crudelitatis conſcius eſt: Quod enim ubique tyranni factus eſt cliens, ex multis eſt pervidere. Jam enim cædes Epiſcoporum teſtantur, ſed vere Epiſcoporum, quam ſæviſſima Chriſtianorum perſecutio manifeſta clamat; nihil enim de factis in me injuriis modo dicam, per quas cum maxime adverſarum partium feſtinaverunt concurſiones iſtæ, & oculos ſpeculatores contra me ſubmittebat, & per me etiam armato tyranno miniſteria conferebat; nec me quidem eſſe arbitretur ad iſtorum probationem imparatum. Argumentum enim ſubtile eſt, quod presbyteros, & diaconos, qui Euſebium aſſequebantur, manifeſte a me compreſſos eſſe conſtat. Sed iſta quidem prætermitto, quæ nunc non indignationis cauſa, ſed ad illorum confuſionem a me probata ſunt. Illud autem ſolum timeo, illud cogito, quod vos video ad criminis vocari communionem: nam per Euſebii converſationem & perverſionem, conſcientiam ſuſcepiſtis a veritate ſeparatam. Sed eſt non tardum remedium, ſi Epiſcopum fidelem, & integrum, vel nunc accipientes ad Dominum reſpiciatis, quod in præſenti in vobis eſt. Et jam pridem oportebat a veſtro pendere judicio, niſi prædictus Euſebius cum turbulenta multitudine eorum qui eum ſequebantur, huc perveniſſet, & ordinis rectitudinem impudenter conturbaſſet. Sed quoniam de ipſo Euſebio ad veſtram charitatem pauca oportet dicere.*

† ex hoc loco uſque in finem recitatur a Theodoreto l. 1. c. 20.

XVI. *Meminit veſtra patientia in Nicæna Civitate*

tate

tate factum eſſe Concilium, cui & ego ipſe decenter aderam ſervitute conſcientiæ meæ; nihil alterum volens, quam concordiam omnibus operari, & ante omnia convincere, & hanc cauſam depellere, quæ initium quidem cœperat per Arii Alexandrini inſolentiam: Corroborata eſt autem ſtatim per Euſebii flagitioſam, & pernicioſam feſtinationem. Sed iſte ipſe Euſebius, amiciſſimi & cariſſimi, cum quanta putatis concurſione (quando ab ipſa conſcientia vincebatur) cum quanta autem confuſione undique convictus falſiloquium defendebat, ſubmittens quidem mihi diverſos pro ipſo ſupplicantes, poſtulans ex me aliquid auxilii, quatenus vel in tanto convictus delicto non ejiceretur honore quem habebat. Teſtis mihi eſt in hoc Deus ipſe, qui mihi, & vobis benignus permaneat, quoniam & me ille pervertit, & indecenter ſubripuit, quod & vos cognoſcitis. Omnia enim tunc acta ſunt, ſicut ipſe deſiderabat, cum quodlibet malum in ſua mente abſcondens abſconderet. Sed primum, ut cætera ejus pravitatis prætermittam, quid maxime cum Theognio, quem dementiæ conſortem habet, peregerit, audire ſupplico. Alexandrinos quoſdam, qui a noſtra fide receſſerunt huc juſſi tranſmitti, quia per iſtorum miniſterium ignis diſcordiæ ſurgebat. Sed iſti boni, & benigni Epiſcopi, quos ſemel Concilii veritas ad pœnitentiam ſervabat, non ſolum illos ſuſceperunt, & apud ſe ſervaverunt, ſed etiam conſortes morum fecerunt eorum pravitatis. Propter quod circa iſtos ingratos hoc agere cenſui: raptos enim eos juſſi quam longiſſime exterminari. Nunc veſtrum eſt, ad Deum fide illa reſpicere, qua ſemper, & fuiſſe conſtat, & eſſe decet, & ſic peragere, ut Epiſcopos caſtos, & Orthodoxos, & clementes habentes gaudeamus. Si quis autem, vel ad peſtiferorum memoriam illorum, vel ad laudem inconſulte exardere audeat; confeſtim a ſua audacia per operationem ſervi Dei, hoc eſt per me ipſum compeſcetur: Deus vos conſervet fratres dilectiſſimi. Poſthæc iſta ſubjiciebantur in codice.

XVII. *Hæc exemplaria duarum epiſtolarum dominus Imperator Juſtinianus Beatiſſimo Papæ Vigilio tranſlatas de Græco in Latinum direxit, die quinto Kalendarum Juniarum, ſexies poſt Conſulatum Baſilii viri clariſſimi.* Erat alia Conſtantini Epiſtola ad Alexandrinam Catholicam Eccleſiam, quæ integra cuſa habetur ſuperius hoc Tomo, anno Domini trecenteſimo vigeſimo quinto, ſed jam proſequamur reliqua ☞. Subdit his mox Theodoretus,

XVIII. *Iſti igitur quamquam tum, & honoram gradibus abdicati, & Civitatibus ejecti erant, & Nicomediæ Epiſcopatum Amphion, Nicææ autem Creſtus obtinuit; tamen rurſus machinis, quibus ante uti conſueverant, uſi, & Imperatoris facilitatem velut ſubſidium ad fraudem faciendam nacti, certamine reintegrato, priorem ſuam recuperaverunt poteſtatem.* Quod putamus accidiſſe ſequenti anno, cum Quinquennalia Conſtantii Cæſaris agerentur, & Civitas Conſtantinopolitana pariter dedicaretur: id enim in his celebritatibus obtinuiſſe Conſtantium Cæſarem, qui ſemper ſtuduit Euſebianis, par eſt credere. Cæterum quod ſpectat ad Conſtantinum, non novam in Epiſcopos depoſitionis & exilii ſententiam protulit; ſed quam ſciebat olim latam a Nicæno Concilio, ſuis vero precibus revocatam, voluit iterum validari; depoſitos hos namque in Nicæno Concilio conſtat tum ex his quæ ſuperius ſuo loco ſunt dicta, tum etiam ex his, quæ habentur in epiſtola Synodali Concilii Alexandrini; ubi hæc leguntur (a), poſtquam de Euſebio ac Theognide Arianis Epiſcopis depoſitis in Nicæno Concilio plura Patres locuti fuerant: *Bene ſiquidem cognitum habetis, Amphionem Nicomediæ, Creſtum vero Nicææ in eorum locum ob impietatem, & communionem, quam cum Arianis a Concilio Nicæno reprobatis habuerunt, Epiſcopos conſtitutos eſſe; hanc igitur Synodum perditam cupientes, &c.*

Epiſc. ſubſtituti in locum Arianorum.

(a) Athan. Apolog. 2.

Sed præter communicationem cum Meletianis, quam in Euſebio, & Theognide tantopere Conſtantinus eſt execratus; addidiſſe eoſdem deterius ſcelus, quam ob cauſam Imperator commotus fuerit, ut eiſdem exilium decerneret, Sozomenus declarat his verbis (b): *Quinetiam cum in aliis urbibus, tum maxime in Bithyniæ, & Helleſponti Civitatibus, tum Conſtantinopoli quoque dogmata Arii de integro accenſa. Denique fertur, Euſebium Nicomediæ Epiſcopum, & Nicææ Theognidem, cum falſa perſuaſione eum, cui Imperator libellum de Actis Concilii Nicæni cuſtodiendum commiſerat, circumveniſſent, ſuas in eo ſubſcriptiones deleviſſe: jamque conatos palam docere, non exiſtimandum Filium Patri conſubſtantialem eſſe. De qua re Euſebium, cum eſſet accuſatus, aperte ac libere reſpondiſſe Imperatori; atque veſte quadam, qua induebatur, demonſtrata, dixiſſe: Si veſtis illa, ſe inſpectante, divideretur; ſe tamen numquam affirmaturum, utramque ejus partem, unam eamdemque eſſentiam habere. Quibus verbis valde graviter commotus eſt Imperator: nam cum perſuaſum haberet, tales quæſtiones poſt Nicænum Concilium penitus compreſſas fore, præter ſpem eas denuo excitatas vidit. Maxime autem omnium ejus animum offenderant Euſebius, & Theognis, quod cum quibuſdam Alexandrinis, quos, ut parum recte de fide ſentientes, ad pœnitentiam agendam Concilium conſervarat, communicaſſent; quam ob cauſam eos, ve-*

XIX.

(b) Sozom. lib. 2. cap. 20.

Euſebii & Theognidis ſcelus.

luti.

luri diſſidii auctaret, exilii cauſa ſolum vertere imperavit. A nonnullis enim Imperatorem hac de ra iracundia accenſum, Euſebium, & Theognidem exilia addixiſſe, memoratum eſt. Hactenus de bis Sozomenus, qui poſt hæc de horum molitionibus adverſus Athanaſium pertentatis orationem aggreditur: nos autem eas cœptas eſſe paulo poſt Athanaſii creationem, antea diximus, ipſius Athanaſii auctoritate. Cæterum nec quod Sozomenus tradit, tam Euſebium, quam Theognidem palam averſatos eſſe Nicænum Concilium, & formam fidei conatos eſſe convellere, ſatis liquet; nam Euſebianorum neminem, nec ipſum licet Arium auſum eſſe, vivente Conſtantino, in Nicænum Concilium, vel quicquam mutire; ſed ſe ejus profeſſores eum dicetent, nonniſi occulto tramite illud aggredi enixe ſtuduiſſe conſtat; ut geſta ab eis in Hieroſolymitano Concilio, quæ nos dicemus inferius, manifeſte ſignificabunt.

XX. Adverſus concubinarios lex edita.

Hoc eodem quoque anno Conſtantinus Imperaror, cum propenſiori ſtudio eſſet non tantum ad pravæ religionis cultum abolendum, ſed etiam ad inolita vitia extirpanda, edita ſanctione, concubinatum penitus ſuſtulit, ſic reſcribens ad Populum (a): *Nemini licentia concedatur, conſtante matrimonio, concubinam penes ſe habere. Datum XVIII. Kal. Jul. Conſtantino patre, & filio Coſſ.*

(a) l. 1. C. de concub.

JESU CHRISTI ANNUS 330. SILVESTRI PAP. ANNUS 17. CONSTANTINI IMP. ANNUS 25.

I. Dedicatio urbis Conſtantinopolitanæ.

TRecenteſimo trigeſimo Chriſti anno, Gallicano ſecundum, & Symmacho Conſulibus, quo celebrata ſunt Quinquennalia Conſtantii Cæſaris, ipſa Civitas Conſtantinopolitana a Conſtantino Imperatore Deo dicata fuit. Quoniam vero in his, quæ ad tempus ſpectant, diverſæ ſententiæ reperiuntur, & falſa interdum aſtruitur magno præjudicio cum rerum geſtarum, tum temporis chronologiæ, ex qua ſæpius complures poſteriora conſueverunt tempora numerare: quænam verior ſit, ab antiquis probata, eſt diligentius perquirendum. Fuit ea quorumdam ſententia (haud tamen antiquorum a) eo ipſo anno, quo Magnum Nicænum Concilium abſolutum eſt, nempe Conſulibus Paulo, & Juliano, Conſtantini anno vigeſimo, factam ejuſmodi dedicationem a ſanctis Patribus qui Nicææ convenerunt; dicentes, abſoluta Synodo, invitatos eſſe Epiſcopos ad novæ Encænia orbis; quæ quidem ſententia cum ex iis, quæ ſuperius dicta ſunt, cum actum eſt de Nicæno Concilio, tum etiam ex iis quæ modo dicentur, erroris arguitur.

(a) Niceph. l. 8. c. 26. & Greg. presb. in orat. de Nicæn. Concil.

II. Quo tempore contigit dedicatio urbis.

Rurſum vero apud Caſſiodori Chronicon ejuſmodi facta dedicatio reperitur, Pacatiano, & Hilariano Coſſ. qui numeratur a Nicæno Concilio annus ſeptimus. Cæterum ſi numeres annos Conſtantini ex Chronico Caſſiodori, invenies dedicationem ejus Civitatis incidere in annum vigeſimumquintum Imperii Conſtantini, qui præſens annus eſt. Quamobrem Caſſiodorus occaſionem errandi inde ſumpſiſſe videtur, quod perperam numerat annos Imperii Conſtantini, & (quod ſuperius eſt demonſtratum) duos prætereiens annos, ejus Vicennalia ponit ſub Conſulatu Januarii, & Juſti, quæ ſunt celebrata duos ante annos, nempe ſub Conſulatu Pauli, & Juliani; quo errore ſemel illapſo, qui hoc anno ſub dictis Conſulibus ponere debuiſſet dedicationem ejuſdem orbis, eam collocat poſt duos annos. Sed cum quinque

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1083. Olymp. 277. an. 2. A. C. 330.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5823.

☉ 3. AD. ☽ 8. P. 19. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 330.

SILVESTRI PAPÆ 17.

CONSTANTINI IMP. 25.

I. Conſules. II.

[1] AD num. I. Coſſ. *Gallicanus, & Symmachus.* Conſtantinum Auguſtei Imperii quinta Quinquennalia edidiſſe demonſtrat dedicatio urbis Conſtantinopoleos, de qua mox; urbes enim annis hujuſmodi ſolenniis addictis dedicari, aut novis nominibus inſigniri, aut reædificari jam multoties inſinuavi.

Quinta Quinquennalia Conſtantini M.

III. *Conſtantii Quinquennalia.*

Cum *Conſtantius* Conſtantini Magni filius anno CCCXXIII. Cæſar nuncupatus fuerit, ut Euſebius in Chronico ſecundum editionem Scaligeri, Hermannus Contractus, & Proſper in auctiori Chronico teſtantur, jam diu ante præſentem annum Quinquennalia exhibuiſſe neceſſe eſt.

IV. A num. II. ad XIX. Quoad Encænia Conſtantinopoleos, ea recte hoc anno a Baronio recita.

NOTÆ

[1] COſſ. *Gallicanus & Symmachus.* Vulgares Faſti, præter Proſperum, *Gallicano & Symmacho.* Proſperi vero Chronicon: *Conſtantio III. & Symmacho*, mendoſe & horum prænomina, ac ſi quæ alia nomina ante poſtremum, latent. An *Gallicano* prænomen OVINII ſit, ut putat Contelorius, dubium eſt.

que annis poſt Vicennalia Conſtantini Civitatem dicari contigiſſe dicat; plane conſentit hoc ipſo anno eam dedicationem factam eſſe: quod conſtat etiam ex Hieronymi ſententia, in cujus Chronico habetur ejus dedicatio urbis facta anno vigeſimoquinto Imperii Conſtantini: verum cur poſita ibi chronologia de annis Domini huic noſtræ minus reſpondeat, conſule quæ ea de re ſuperius dicta ſunt, ſcilicet in fine anni Domini vigeſimiquinti ſupra trecenteſimum. Huic quoque ſententiæ aſſentitur Anaſtaſius Bibliothecarius, qui in brevi memoria temporum, quam elucubravit, ſub præſenti anno eamdem celebritatem collocaſſe reperitur. Nec aliud plane ab his ſenſiſſe majores, ex eo certum deducitur argumentum, quod cum Marcellinus Comes in ſuo Chronico numeret ab anno regiæ urbis conditæ uſque ad Conſulatum Mavortii, quo Juſtinus obiit, & cœpit imperare Juſtinianus, annos centum nonagintaſeptem; liquido conſtat, ab hoc anno eum numerare cœpiſſe. Rurſum vero cum Suidas (a) dicat, Novam Romam conditam a Conſtantino anno ab Auguſti monarchia trecenteſimo ſexageſimo; hoc plane anno conditam, nempe abſolutam & dedicatam, affirmare videtur. Cæterum tunc cœptos eſſe numerari annos ab urbe condita, cum eadem dedicata eſt, quæ & anniverſaria celebritate populo recurrere conſuevit, nulli dubium eſt. Sed cum ibi Suidas ab eo anno uſque ad Imperium Baſilii & Conſtantini Porphyrogenitorum ſubdat numerari annos trecentos & octo, apparet omnino in notas numeri mendum irrepſiſſe, cum iidem imperare cœpiſſe reperiantur anno Domini nongenteſimo nonageſimoſeptimo; atque ob eam cauſam numerandi eſſent anni ſexcenti ſexaginta ſeptem.

(a) Suid. in verbo Conſtantinop.

III. His igitur de anno quo Conſtantinopolis dedicata eſt elucidatis, dies ipſa dedicationis publicis perpetuiſque monumentis commendata eſt, ut anniverſaria die natalis Novæ Romæ, ſicut antiquæ, celebraretur: extat de his ſanctio Imperatorum, in qua, cum de feriis agitur, hæc habentur (b): *His adjicimus natalitios dies urbium maximarum, Romæ atque Conſtantinopolis quibus debent jura deferre, quia & ab ipſis quoque nata ſunt.* Porro in Menologio decima die menſis Maii, natalis dies Novæ Romæ Conſtantinopolis in Eccleſia publice annis ſingulis recitandus deſcriptus reperitur; licet apud Zonar. (c) undecima menſis Maii eadem fuiſſe abſoluta legatur.

Dies natalis urbis Conſtantinop.

(b) l. 2. de feriis. C. Theod.

(c) Zonar. Annal. par. 3.

IV. Quod vero ad dedicationem ſpectat; eam a Chriſtianiſſimo Imperatore nonniſi Chriſtianis ritibus oportuit eſſe dicatam. Cum agit de his Nicephorus (d) affirmat eam incruento ſacrificio precibus votiſque fuiſſe Dei Genitrici Mariæ conſecratam. Cæterum quod dedicatio ad cultum latriæ Deo tantum debitæ pertinet; nonniſi Deo dedicari conſueviſſe a Chriſtianis Eccleſias, S. Auguſtinus (e) ſæpe teſtatur: verum ſicut conſtat eodem auctore, dedicari Deo Eccleſias in memoriam martyrum; ita etiam potuit accidiſſe, ut Conſtantinopolis Deo conſecraretur in memoriam ſanctiſſimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ: Deo autem omnino dicatam eſſe, Euſebius tradit (f).

(d) Niceph. l. 8. c. 26.

Cui dicata civitas Conſtantinop.

(e) Aug. de Civ. Dei l. 22. c. 10. & aliis in locis.

(f) Euſeb. Vit. Conſt. l. 3. c. 47.

V. Sed quod ad ejus urbis extructionem pertinet; quæ de ea re in primis Zoſimus ſcripſerit, ut eadem dilucidemus, ſunt recitanda: niſi enim quis ex aliis Zoſimo antiquioribus ac magis probatis hiſtoricis cunctarum rerum perſpectam habuerit veritatem, exiſtimare fortaſſe poſſet Conſtantinopolim totam factam eſſe deorum ſedem & domicilium; ſed re accurate perſpecta, aliter ſentiet. Poſt igitur deſcriptum ab eodem ſitum urbis illius, cum agit de ædificiis publicis ab Imperatore in ea conſtructis, hæc ait (g): *Conſtantinus autem eo loco, quo porta quondam erat, extructo foro rotundo, quod porticibus diſtentis incluſit, fornices duos e marmore Proconeſio maximos fecit oppoſitos ſibi, per quos ire licet in Severi porticus, & urbe priſca egredi: cumque longe majorem urbem efficere vellet, jam altra veterem murum decem & quinque ſtadiis muro novo circumdedit, qui totum Iſthmum a mari ad mare complecteretur. Hoc modo cum urbem priorem multo majorem reddidiſſet, Palatium quoque condidit Romano non multum cedens. Itidem circum ad omnem elegantiam perpolivit, cujus partem fecit Caſtoris & Pollucis ædem, quorum ſimulacra nunc etiam in Circi porticibus ſtantia videre licet. Statuit & quadam in parte Circi Apollinis Delphici tripodem in ſe continentem ipſius Apollinis ſimulacrum. Cumque Byzantii forum maximum eſſet, quatuor porticibus incluſum, ad extremas partes unius ex hiſce porticibus, ad quam gradus non pauci ſurſum du-*

(g) Zoſ. l. 2.

Urbis ſtructura & ornamenta.

PAGIUS

ta. Idacius enim in Faſtis ad hos Conſules ita ſcribit. *His conſ. dedicata eſt Conſtantinopolis die V. Idus Maias*, die ſcilicet undecima menſis Maii. Auctor Chronici Alexandrini ad eoſdem Conſules hæc refert: *Anno CCCI. poſt aſſumptum in cælum Dominum, XXV. Imperii ipſius, Conſtantinus religioſiſſimus Conſtantini junioris Auguſti, & Conſtantii atque Conſtantis Cæſarum pater, urbem maximam illuſtrem & beatam condidit, Senatu illuſtravit, & Conſtantinopolim appellavit V. Id. Maias feria II. Indictione III.* Et quidem recte, hoc enim anno feria ſecunda cum die undecima Maii concurrit. Paſſionem & Aſcenſionem Chriſti Auctor Chronici Alexandrini cum anno XXX. Eræ vulgaris copulat, ideoque ſecundam eam ſententiam eſt hic annus ab Aſcenſione Chriſti CCCI.

Encænia Conſtantinopoleos.

ducunt, ædes duas extruxit, collocato in harum altera Matris deum Rheæ ſimulacro; quod in monte Dindymo, qui oppido Cyzico imminet, olim illi conſtituerant, quos Jaſon navigationis ſocios habuit. Et aiunt, eum hoc quadam ex vecordia nihili facientem eos divinas mutilaſſe, leonibus utrinque ſublatis, & manuum figura mutata: nam cum olim tenere leones videretur, nunc ſpeciem precantis exhibet, urbem inſpectans & obſervans: in altera Fortunæ Romanæ ſimulacrum poſuit. Præterea quibuſdam Roma ſecutis eum Senatoribus domos ædificavit. Hactenus de ſtructura Zoſimus.

(a) Aug. de Civit. Dei l. 5. c. 25.

Idola contemptui expoſita.

VI. At quis hæc audiens, non putet S. Auguſtinum eſſe mentitum, dum Conſtantini felicitatem recenſens, hæc ait (a) inter alia? *Cui etiam condere civitatem Romano Imperio ſociam, velut ipſius Romæ filiam, ſed ſine aliquo dæmonum templo ſimulacroque, conceſſit Deus.* At veritati per omnia conſentanea S. Auguſtinum eſſe locutum, quæ Euſebius & alii hiſtorici ſcribunt, ſatis aperte declarant. Ea enim cum ornatus cauſa, veluti de devictis hoſtibus erecta victoriæ trophæa, in loco conſpicuo collocata, tum præcipue ad deriſionem deorum Gentilium a Conſtantino fuiſſe in locis publicis poſita, Euſebius illis verbis ſuperius recitatis, hic autem neceſſario repetendis oſtendit, quibus ait (b): *Aliorum inſignia monumenta ex ære fabricata (in quibus veterum error longo jam temporis ſpatio ſe inſolenter jactaſſet) in foro civitatis Imperatoris nomine nuncupata omnibus palam propoſita, ut intuentium oculis pro turpi ſpectaculo ſubjicerentur: hic Pythius, illic Sminthius, in ipſo Circo tripodes Delphici, Heliconides Muſæ in Palatio. Quinetiam civitas ipſa Imperatoris (ut modo dixi) nomine appellata, tota ſimulacris, quæ erant apud quaſdam gentes diis conſecrata, & ex ære artificioſe elaborata, paſſim refecta fuit. Atque his ipſis ſimulacris deorum nomine erectis, quibus homines erroris morbo oppreſſi infinitas hecatombas, victimaſque igne crematas fruſtra obtuliſſent, ſeroque tandem ſapere didiciſſent, tamquam ludicris rebus ad riſum jocumque ſpectatorum Imperator uſus eſt.* Hactenus Euſebius, qui mox ſubdit de ſtatuis deorum aureis, & argenteis ab eodem Imperatore conflatis, atque in maſſam redactis.

(b) Euſeb. in Vita Conſt. l. 3. c. 54.

VII. Quid inſuper idem auctor tradat de ſacris Memoriis in eadem civitate erectis, hic deſcribamus (c): *Civitatem* (inquit) *ipſius nomine nuncupatam eximio ſplendore illuſtrare inſtituens, permultis templis, hoc eſt præclariſſimis Eccleſiis in honorem martyrum, illuſtriſſimiſque ædibus ſacris adornavit, quæ partim in ſuburbiis erant, partim in ipſa urbe, quibus tum martyrum celebravit memorias, tum ipſam urbem martyrum Deo conſecravit. Ad ſummam, cum ſapientia divina eſſet imbutus, civitatem quam ſui nominis appellatione donandam ſtatuerat, primum omni idolorum cultu purgari debere cenſuit; ut nuſquam in illa vel ſtatuæ eorum, qui dii putantur, in templis honorata, vel altaria impura cruoris contagione inquinata, vel hoſtiæ ignis incendio penitus exuſtæ, abſumptæque, vel feſta dæmonum nomine celebrata, vel aliud quicquam eorum quæ apud ſuperſtitioſos uſurpari ſoleant, omnino apparerent. Videas etiam adhuc licet, apud fontes in medio foro poſitos, Paſtoris præclari ſymbola, illis qui ſacris litteris eruditi ſunt ſatis cognita; Danielem quoque cum leonibus in ære inciſum, aurique laminis ſplendeſcentem. Tantus item & tam divinus amor Imperatoris animum complexus eſt, ut in ipſo Palatii introitu, in ædificio omnium excellentiſſimo, in medio tecti laquearis inaurato, in tabula maxima explicata, ſalutaris paſſionis inſigne ex lapillis pretioſis cujuſque modi, auroque multo polite elaboratis confectum, figendum curaverit. Iſtud Imperatori ſanctiſſimo regni firmum videbatur eſſe propugnaculum. His igitur ornamentis ſuam illuſtravit civitatem.* Hactenus Euſebius; eadem de ſtatuis ornamenti cauſa locatis teſtantur Socrates (d) & Sozomenus (e).

(c) Euſeb. in Vita Conſt. l. 3. c. 47. 48.

Eccleſiæ Conſtantinopoli erectæ.

(d) Socr. l. 1. c. 12.

(e) Soz. l. 2. c. 4.

VIII. Quod autem ad novum civitatis nomen ſpectat; ut eadem ab Imperatoris nomine nuncupata, Nova Roma diceretur, Conſtantinum lege publica ſtatuiſſe, idem Socrates tradit, cum ait (f): *Illam civitatem Conſtantinopolim nuncupavit; lege denique ſancivit, ut Secunda Roma vocaretur; quæ lex eſt in columna lapidea inciſa, atque adeo publice apud Prætorium prope ipſius Imperatoris ſtatuam equeſtrem collocata.* Sane quidem non nomine tantum, ſed re ipſa conatus eſt Conſtantinus, civitatem illam alteram Romam facere, quæ in omnibus ex æquo, ſi liceret, veteri Romæ reſponderet: nam ut illam, in quatuordecim primum Regiones diviſit, Capitolium erexit, Milliarium aureum collocavit, Circum Maximum, Amphitheatrum, Fora, Porticus, & alia publica Romæ inſtar ædificia, idque (ut ait S. Hieronymus g) omnium urbium nuditate, cum, quicquid nobile in aliis antiquioribus totius Orientis civitatibus inveniretur, a Conſtantino Conſtantinopolim inferretur; cum & inter alia priſcorum Regum Ægypti, quod integrum ſupererat clariſſimum monumentum, obeliſcum illum omnium maximum, qui Thebis erat immenſæ molis opus, Alexandriam vehendum curavit, ut navi impoſitum deferret Conſtantinopolim; ſed ante præventus eſt morte, quam ingens opus ac plane admirabile abſolvere valuiſſet: quomodo autem

(f) Socr. l. 1. c. 22.

Conſtantinopolis dicta nova Roma.

(g) Hier. in Chronic. hoc an. 25. Conſtantini.

Digitized by Google

tem ab ejus filio Conſtantio Imperatore tandem perlatum ſit Romam, ſuo loco dicemus.

IX. Quod vero ad urbis amplitudinem pertinet, & eamdem incolentium frequentiam, hæc Zoſimus (*a*): *Conſtantinopolim ad amplitudinem urbis longe maximæ tam feliciter auxit, ac pleriqae poſt eum Principes ibidem conſtituto domicilio, majorem, quam uſus poſcat, hominum multitudinem eo pellexerint, quæ undique terrarum iſthuc, vel militia, vel mercatura, vel aliorum negotiorum cauſa confluit. Quapropter & maris longe capacioribus, quam eſſent ii quos Conſtantinus ſtruxit, eam circumdederunt, & ædificia tam eſſe contigna permiſerunt, ut habitatores ejus ſive domi ſe contineant, ſive in compitis ſint, arctentur, nec ſine periculo propter ingentem hominum, & animalium copiam incedant: nec pars vicini maris exigua ſolo ceſſit, undique defixis palis, & ædificiis in eos impoſitis, quæ ſeorſum ad complendam urbem amplam ſufficerent.* Hæc Zoſimus de ædificata a Conſtantino, & aucta ab aliis civitate Conſtantinopolitana. Aperuerat autem ille ad ampliandam eam ædificiis civitatem hujuſcemodi viam, cum annonam publicam viritim omnibus eamdem habitantibus diſtribuerit, quam & ad poſteros tranſmitti voluerit; ediditque de his omnibus ſanctionem, cujus Theodoſius Imperator in reſcripto ad Proculum Præfectam Urbis meminit his verbis, (*b*):

(*a*) Zoſ. l. 2.

Urbis amplitudo & frequentia.

(*b*) l. 10. de Annon. civit. C. Theod.

X. *Annonas civicas non tam titulis dignitatum, quam ſingulorum viritim meritis attributas, divi Conſtantini liberalitate ſat claruit: Ideoque nihil ex his ſcholarum nomine vindicetur; ſed pro uniuſcujuſque merito, quæ ſunt conceſſa, ſerventur: at quicumque perceptarum annonarum emolumenta, vel in hæredes proprios jure ſanguinis transfuderunt, vel in extraneos diſtractionis titulo tranſcripſerunt; maneat quod geſtum eſt, vel hæreditatis merito, vel venditionis arbitrio.* Hæc ibi Theodoſius. Sed quanam ex cauſa ad hujuſmodi effuſam, & perpetuam largitionem præſtandam impulſus Conſtantinus fuerit, quidque præſtari voluerit ab accipientibus annonam, idem Theodoſius Imperator alio ad Aurelianum reſcripto declarat his verbis (*c*): *Annonas civicas adhuc militaribus viris beneficium divale diſtribuit, ut, qui emolumenta perciperent, ædificandi ſtudio magnitudinem urbis augerent. Ac proinde ne fruſtra deputatis commodis perfruantur, quorum ope incrementa mœnium non juvantur; id ſuper his annonis, quæ ſcholis erogari ſolent, ſervandum eſt; ut hi tantum, qui domos habent, deputata ſuo nomini commoda conſequantur, &c.*

Annona data civibus urbem illuſtrantibus.

(*c*) l. 33. tit. eod. C. Theod.

XI. Sed & Arcadius Imperator ad Africanum (*d*): *Eos* (inquit) *quos in hac urbe domos non habere cognoveris, annonis novis quolibet titulo acceptis privari, tua magnitudo præcipiat, nec aliis emolumentis civicis adjuvari. Neque enim fas eſt, ut qui urbis affectum domus indicio monſtrare neglexerint, ejus commodis perfruantur. Sin vero quiſquam eſt, qui ſe ædes ſpondeat habiturum; niſi intra ſex menſes extraxerit, nequaquam publicarum annonarum modum potiatur.* Hæc ibi. Solitam vero fieri ejuſmodi erogationem in pane cocto, & magnæ fuiſſe impenſæ, eamdemque a Theodoſio auctam eſſe, inviolabiliterque præſtari ſolitam, Theodoſii Junioris conſtitutio declarat his verbis (*e*): *Nulli, ne divinæ quidem domui noſtræ, frumentum de horreis publicis pro annona penitus præbeatur, ſed integer canon mancipibus conſignetur, annona in pane cocto omnibus exhibenda: ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Conſtantino præſtitutus, utenim a divo pietatis meæ avo auctus, expendi, &c.* Meminit & Zoſimus ejuſmodi munificentiæ Conſtantini, cum ait (*f*): *Populo Byzantino publicam annonam diſtribuit; quam & hactenus ille ſemper habuit.* Hæcque omnia ille (ut vidimus) ampliandæ urbis cauſa.

(*d*) l. 33. Cod. eod.

Quid de annona collata ab Arcadio.

(*e*) l. 2. de frumento urbis Conſtantin. C. Theod.

(*f*) Zoſ. lib. 2.

XII. Quantum autem augumenti atque decoris conſecuta fuerit urbs Conſtantinopolitana, opera ac ſtudio Theodoſii, Senioris, Themiſtius philoſophus ſexta oratione declarat, ubi poſt multa hæc ad poſtremum habet: *Quod ſi quotidie Rex hujus deſiderio magis ac magis accendatur; futuro anno maiore certe ambitu opus eſt nobis. Quod ſi factum fuerit; jam in controverſiam veniet, utra urbs maior ac illuſtrior ſit: illa ne, quam Theodoſius civitati Conſtantini adiunxit, an illa quam Conſtantinus addidit ei quæ Byſantii opera ſuit extructa. Ego certe, o viri optimi, ſi mihi per ingraveſcentem jam ætatem liceat, diuturniore vita frui vellem; neque id ſane fruendæ alicujus voluptatis cauſa; jam enim omnes evanuerunt, id quod mihi periucundum eſt: ſed ut tertiam urbem ſpectarem, quam Princeps noſter non multa poſt tempore priori adiunget.* Hæc & alia Themiſtius. Porro perſolviſſe opus quod cœperat Theodoſius, poſſumus intelligere; nam multos annos poſt eam Themiſtii orationem in Imperio vitam propagavit. Tres vero civitates unam urbem appellat Themiſtius, nempe vetus Byzantium, Conſtantinopolim a Conſtantino illi additam, & quam numeroſa tam publicarum, tum privatarum ædium ædificatione Theodoſius Imperator adjecit.

Comparatio inter veterem & novam Conſtantinop.

XIII. Cæterum quantumlibet cum ipſe, tum alii certaverint eodem ſtudio poſteriores Imperatores Orientalis orbis, ut æmulam Romæ Conſtantinopolim illi æqualem redderent, &, ſi poſſent, clariorem efficerent: tamen quamvis omnem ad id perficiendum conatum atque laborem inſum-

Quantum præſtaret urbs vetus novæ.

ſpexerint, hoc perficere minus licuit. Id quidem, quæ hactenus præ manibus habetur, excuſa in Notitia provinciarum, urbs Conſtantinopolitana in quatuordecim regiones diſtincta, & quibus eſſent ſingulæ publicis ædificiis exornatæ, accurate deſcripta, omni ex parte quam minor hæc eſſet, facile monſtrat: unde veriſſima comprobatur illa de hac re Suidæ ſententia, qua dicit (a): *Conſtantinopolis tanto eſt aliis omnibus urbibus major, quanto Roma eſſe minor videtur, a qua ſecundam numerari longe mihi certe quidem videtur eſſe melius, quam cæterarum omnium primam exiſtimari*. In hunc modum Suidas. Ex quibus jure redarguitur Sozomenus, qui cum veterem Romam numquam inviſerit; novam antiquæ prætulit, dicens de Conſtantino (b): *Denique in omnibus rebus urbem illam ſuo nomine nuncupatam, Romæ quæ eſt in Italia, parem ſtuduit efficere: neque certe ſuus eum fefellit conatus. Nam virgula divina (quod ajunt) tantam crevit, ut tum frequentia hominum, tum pecunia & divitiarum abundantia Romam omnium conſenſu longe ſuperaret*. Hæc Sozomenus. Infrenanda pariter ex his S. Gregorii Nazianzeni hyperbole, dum in carmine de civitate Conſtantinopolitana ait, tantum excellere Conſtantinopolim pulchritudine inter cæteras omnes urbes, quantum cælum terræ præſtat; nec enim ipſe Romanam inviſit urbem.

(a) Suid. in hiſtoric. verb. Conſtantinop.

(b) Soz. l. 2. c. 2.

XIV. Æmulatio principum tranſfuſa in Epiſcop.

Sed & (quod dolendum eſt) æmulatio illa Principum dimanavit in recentiores poſtea ſacerdotes, cum ejus Eccleſiæ Epiſcopi malis artibus, quod jure non poſſent (ut ſuo loco dicetur) nomen ſibi Oecumenicum arrogarint; ut merito Nicolaus Papa Michaeli Imperatori exprobret, ſolam Conſtantinopolim ſpoliis & opibus, quas violenter abſtulit, eſſe ditatam: unde jure illud infelix elogium propheticum (c) ſit tandem experta: *Væ, qui prædaris; nonne & ipſe prædaberis? cum conſummaveris deprædationem, prædaberis*.

(c) Iſai. 33.

XV. Pietas in ornamentis urbis elucet.

At quod rurſum ad Conſtantinum ſpectat, hæc inſuper addit Zonaras (d): *Denique teretem illam columnam porphyreticam, Roma (ut ferunt) allatam, in foro lapideis tabellis inſtrato (unde a Græcis Placoton nominatur) erexit: juxtaque ſimulacrum æneum tam artificio mirabili antiquæ manus, pene viventis inſtar, expreſſum, tum magnitudine inſigni ſpectabile dedicavit: eam ſtatuam Apollinis eſſe ferunt, Ilio Phrygiæ tranſlatam. Sed divinus Imperator ille nomen ſuum ipſi indidit, clavis quibuſdam capiti inſertis, qui corpus Domini ſalutiferæ Cruci affixerant. Ea ad noſtram quoque ætatem permanſit integra columnæ inſiſtens: ſed ſub Alexio Comneno vehementis venti impetu dejecta concidit: nec ipſa ſolum comminuta eſt, ſed multos etiam, qui caſu illic aderant, contrivit. Palladium item Trojæ in forum Placoton tranſtulit*. Iſthæc ipſe. Addit his Nicephorus (e), in ejuſdem ſtatuæ ſuper porphyreticam columnam collocatæ poſitum in dextera malum aureum, cui veneranda Crux erat ſuperpoſita, cum tali Inſcriptione: TIBI CHRISTE DEUS URBEM HANC COMMENDO. Sed & de ſacris reliquiis in baſi ejuſdem columnæ collocatis hæc ſubdit: *Quatuor autem ſolidis firmiſque apſidis pulchre circumcirca baſi columnæ fundata, ſub ea ipſa baſi duodecim cophinos, & ſeptem ſportas, nec non reliquias ſeptem panum, quibus benedictione ſanctificatis Chriſtus multitudinem pavit: præterea dolabram Noe, qua ille Arcam conſtruxit, manibus ipſe ſuis Imperator ſigillo ſuo ea omnia obſignata repoſuit: quæ ad noſtra uſque tempora etiamnum urbi ipſi, intactus inviolatuſque theſaurus, permanent*. Cedrenus de eadem columna porphyretica verba faciens, hos in ea verſus inciſos fuiſſe teſtatur (f):

(d) Zonar. Annal. par. 3.

(e) Niceph. l. 7. c. 49.

(f) Cedren. in compend.

Tibi Chriſte, mundi Domine, rectorque optime,
Urbem hanc, tibi quæ ſerviat, modo ſubdidi,
Et ſceptra, Romanamque omnem potentiam;
Hanc tu malis defendas ſemper ab omnibus.

Subter eam jacent duodecim corbes.

XVI. De tribus crucibus.

Rurſum vero Nicephorus agens de ejuſdem Conſtantini erectis Conſtantinopoli pietatis monumentis, ſic ait (g): *Ad imitationem igitur triplicis iſtius viſionis, tres ex ære fieri curavit Cruces, eiſque ſacra hæc impoſuit nomina*, ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΝΙΚΑΙ, *JESUS CHRISTUS VINCIT. Ex his, cui nomen Jeſus inditum, auro per omnes partes diffuſo ornata, collocata eſt ſuper fornicem ſeu arcum triumphalem in foro, ut obſcuriore ſignificatione ardorem pietatis ipſius indicaret: potentia namque roboris ejus Græcam ſuperſtitionem debellavit. Alteram vero venerandam ſacramque Crucem, Chriſti nomen præferentem, in porphyretica Romana ſtatuit columna, in loco qui* Φιλαδέλφιον, *hoc eſt, fraternus amor, dicitur. Tertiam vero, quam Conſtantinus* Νίκη, *id eſt, Victoriam vocavit, Heraclius autem* Ἀνίκητον *hoc eſt, invictam, in alta columna marmorea poſuit, in loco cui nomen* Ἀρτοπώλιον, *id eſt, Forum panariorum: ad quam multa etiam ſupra opinionem hominum virtutes ſunt editæ; atque in primis, ſi qui rigore inflammationis vexarentur, & oculorum doloribus, & ſuffuſionibus premerentur, ſanati ſunt: de qua factum quoddam, quod admodum in admiratione fuit, exponam. Ne vero quiſquam narranti mihi fidem non habeat; nihil enim tam præter opinionem & præter fidem*

(g) Niceph. l. 8. c. 32.

eſt,

eſt, quod Deus non perficiat; neque etiam quicquam, quod Deus velit, impoſſibile eſt.

XVII. Angelica apparitio.

Dicitur namque & vere dicitur; cum ad eam Angelus Domini, ter quotannis per altiſſimum intempeſtæ noctis ſilentium, perinde atque micans quoddam cæleſtis fulgur, cum ſplendore inſuſtentabili venit, Crucem eum circumire, ſuffitum facientem; ſuavique voce quaſi cujuſdam tenuis indicis, præſentiam ſuam illis, qui puritate vitæ a vitiis abhorrentes, talia & videre & audire idonei ſunt, inſinuare: atque ubi cantu ineffabili divinum carmen Terſancti hymni pſallens concinuerit, rurſum illum veluti ſtellam magnifice micantem ad mœnia redire ſua. Hanc vero venerandam Domini Crucem, longo poſt tempore, decimumoctavum annum Mauritio imperante, quod immenſo terræmotu corruerat, ferreis quibuſdam operibus Heraclius firmavit, & in baſi ejus hujuſmodi incidit inſcriptionem: OPUS DEO ACCEPTUM IMPERATORIS MAGNI HERACLIUS FIRMAVIT; quæ inſcriptio ad mea uſque tempora duravit; hæc de tribus Crucibus a Conſtantino conſtructis. Atque hucuſque Nicephorus.

XVIII. De cruce rurſum ſuper triumphalem fornicem poſita Cedrenus meminiſſe viſus eſt, cum ait (*a*): *Supra Milliarii fornicem duæ ſunt ſtatuæ, Magni Conſtantini, & matris ejus, & in harum medio Crux.*

(a) Cedren. in compen. in Theod.

De aliis inſignibus urbis monumentis.

Porro idem auctor recenſet alia ejuſdem urbis nobiliſſima ſimulacra a viris clariſſimis elaborata, non a Conſtantino tantum, ſed a Theodoſio quoque Imperatore illuc e diverſis locis tranſlata, quæ Gentes potiſſimum colebant, ſed ea prætermittimus. At de bovis ærei ſimulacro memoriæ non prætereat; utpote nece ſanctiſſimi martyris ſanctificato: Pergami in Aſia illud erat, inſtar Phalaridis tauri ad miſerorum necem compoſiti, quod illud ipſum fuiſſe Cedrenus tradit, in quo Antipas teſtis fidelis, cujus clariſſima mentio eſt in Apocalypſi (*b*), martyrium ſubiit: tranſlatum autem ejuſmodi bovis ærei ſimulacrum poſitum fuit in Vaderina regione, in qua erat templum Apoſtolorum.

(b) Apoc. 2.

XIX. Quot eccleſiæ conſtantinop.

Quod pertinet ad Eccleſias ab eodem Conſtantino erectas Conſtantinopoli; auctor eſt Euſebius (*c*), ipſum primum omnium aggreſſum eſſe templa quæ illic erigenda erant; meminit de duobus tantummodo Socrates (*d*), nempe de Eccleſia Apoſtolorum, & altera pacis dicta, quæ & alio nomine, Sapientia, nominata reperitur. Sed & martyrum has conſtat ibidem fuiſſe erectas Memorias, nempe Mocii, Agathonici, Mennæ (*e*), & Acacii, quæ extant in regione decima. Omnes vero Eccleſiæ ibi ædificatæ, uſque ad Arcadii & Honorii Imperatorum tempora, in deſcriptione citata ſuperius urbis Conſtantinopolitanæ numero ſunt quatuordecim. Sed hac quoque ex parte intueri licet quantum Roma vetus novæ præſtaret, cum in ea reperiri quadraginta baſilicas, & amplius Optatus affirmet (*f*). Illam inſuper Eccleſiam ibidem extra urbem ab eodem Imperatore ædificatam in honorem S. Michaelis Archangeli, ſatis celebrem fuiſſe, Sozomenus tradit, qui & divinas virtutes in ea perfici jugiter conſueviſſe narrat his verbis (*g*):

(c) Euſeb. orat. de laud. Conſt.

(d) Socr. l. 1. c. 12.

(e) Niceph. l. 7. c. 49. in fine.

(f) Opt. l. 2.

(g) Soz. l. 2. c. 2.

XX. *Hanc igitur civitatem Conſtantinus ſuo appellatam nomine, & velut recens ad Chriſti honorem extructam, multis maximiſque Eccleſiis exornavit; cujus propenſiori ſtudio Deus ipſe opem tulit; & viſionibus quibuſdam confirmavit, Eccleſias in ea urbe ædificatas, ſanctas & ſalutares eſſe. Ex quibus eam, quæ eſt in loco qui Ἑϛία, id eſt, Veſtæ ſacer olim dicebatur, ſita, in maximo honore tum a peregrinis, tum a civibus ex illo tempore habitam fuiſſe conſtat. Idem tamen locus jam Michaelium nominatur, eſtque navigantibus ex Ponto Conſtantinopolim ad dexteram poſitus; atque abeſt ab urbe ſi navi trajicias, trigintaquinque ſtadia; ſin autem ſinum, qui interjacet, pedibus aut equo undique circuire velis, ſeptuaginta. Loco vero iſtud nomen eo impoſitum eſt, quod pro certo crederetur divum Michaelem Archangelum ibi apparuiſſe: quod etiam ipſe quidem, non parvum eodem in loco beneficium adeptus, veriſſimum eſſe confiteor: atque id ita ſe habere, argumento præterea eſſe poſſunt multæ aliæ res, quas compertum eſt ibidem geſtas eſſe. Nam nonnulli in graves caſus & pericula, e quibus nullo modo poſſent emergere, alii in morbos aut perturbationes corporis incognitas delapſi, ſimulac in eo loco Deum precati eſſent, calamitatibus, quibus premebantur, penitus liberati ſunt. Verum quo pacto iſta, & quibus hominibus evenerint, ſigillatim perſequi, longum eſſet. Attamen quid Aquilino nobiſcum etiamnum ætatem degenti, & in eodem foro cauſas agenti, eodem in loco acciderit, partim ut ab eo audivi, partim ut ipſe conſpicatus ſum, jam opportune commemorabo.*

Michaelium in ſuburbio.

Cum enim vehementer febris, eaque paulo ardentior ex flava bile orta cum occupaſſet; medici dederunt illi bibere medica-

XXI. Miraculum ibi editum.

PAGIUS V. *Templum Pacis a Templa Sapientia diverſum.*

Ad num. XIX. Baronius confundit Templum *Pacis*, quod Conſtantinus Conſtantinopoli ædificavit, cum Templo *Sophia* ſeu Sapientiæ; quæ tamen duo Templa diverſa fuere, ut teſtantur Origines Conſtantinopolitanæ, in quibus de Conſtantino dicitur; *Ædificavit ſanctam Pacem, & ſanctam Sapientiam, & ſanctum Agathonicum, & ſanctum Acacium Magnus Conſtantinus*, &c. De hoc & aliis Templis ab hoc Imperatore Conſtantinopoli conſtructis legendus Cangius in *Conſtantinopoli Chriſtiana*, ubi fuſe de illis agit.

A num.

Digitized by Google

aamentum ad alvum purgandam; quod quidem evomuit; atque ſimul cum vomitione bilis in omnes corporis partes diffuſa, cutis extremitatem coloris ſpecie ſibi ſimili tinxit: ex quo factum eſt, ut omnem eibum & potum evomeret. Ubi autem longo temporis ſpatio iſtud perpeſſus fuerat, & nihil alimenti in ſtomacho conquieſcebat; de morbo carando medici deſperare cuperunt. At eum ſemimortuus eſſet, dat ſuis mandatum ut eum in Eccleſiam deportent, affirmatque ſe ibi aut mortem obiturum, aut morbo liberatum iri. Cui in Eccleſia jaeenti de nocte viſio quadam divina objecta jubet, ut eibum potione, quæ ex melle, vino, & pipere pariter mixtis conficeretur, tingeret: quæ quidem potio cum eſſet culidiſſima, quamvis medicis, ex artis ratione eam conſiderantibus, morbis e flava bile contractis contraria videretur, hominem tamen morbo recreavit.

XXII. Probianus ibidem curatus. *Accepi porro, Probianum unum ex ſatellitibus qui Imperatorem in Palatio ſtipabant, cum dolore pedum graviter affli-ctaretur, eo in loco etiam cruciatu levatum, & admirabili quadam ac divina viſione dignatum fuiſſe. Nam iſte cum initio Gentilis eſſet, poſtea tamen Chriſtianus factus, quamquam omnia alia religionis noſtræ inſtituta probabilia putabat, ſanctam tamen Crucem ſalutis omnium cauſam extitiſſe neutiquam admittere voluit. Cui ſic animo affecto, viſio divinitus oblata, quamdam Crucis effigiem, quæ in altari illius Eccleſiæ ſtatui ſolet, ante oculos propoſuit, declaravitque manifeſto, res, quæcumque a tempore quo Chriſtus in Crucem actus erat, vel ad utilitatem humani generis communem, vel ad privatam quorumdam, ſeu a divinis Angelis, ſeu a piis, & perfectis hominibus geſtæ fuerunt, non ſine virtute Crucis ſalutaris recte geſtas eſſe. Sed quoniam tempus opportunum minime ſuppetebat ad ea omnia recenſenda, quæ in hoc templo accidiſſe cognovi; iſta ſolum commemorare, conſilium fuit.* Hactenus Sozomenus; eadem Nicephorus (*a*), qui Probianum hunc, medicum fuiſſe Imperatoris affirmat; locum vero, in quo Eccleſia S. Michaelis fuit ædificata, nominatum eſſe tradit Soſthenium, ſic dictum a ſalute, ubi Imp. inveniſſet viri ſimulacrum alatum, quod præſeferret ſpeciem (qua ſoleret effigiari) Michaelis Archangeli; cujus apparitione facta per viſum, templum illud extruere aggreſſus eſſet. Equidem divino quodam conſilio accidit, ut quo tempore Conſtantinus abſtuliſſet deorum quæ viderentur celebriora templa, ac potiſſimum Æſculapii, qui Gentilium ſententia, morbis hominum mederetur, in Eccleſiis Chriſtianorum longe majora atque certiora, divina virtute, in curandis morbis miracula ederentur.

(*a*) Niceph. l. 7. c. 50.

Soſthenium.

XXIII. At quod rurſum ſpectat ad Eccleſias Conſtantinopoli a Conſtantino erectas; eaſdem omnes regiis donariis iiſdemque varii generis ac magni pretii exornaſſe, ex aliis in diverſas Eccleſias ab eo collatis, quivis exiſtimare facile poteſt. Sed & illud iiſdem Eccleſiis ſumma diligentia præſtitiſſe, ut divinæ ſcripturæ libris ad divina officia celebranda abundarent; Euſebius auctor eſt. Inter alios autem ejuſmodi negotium ab eodem Imperatore injunctum eſſe ipſi Euſebio Epiſcopo Cæſareæ Palæſtinæ, ut codices ſacri exacte deſcriberentur, idem ipſe teſtatur; qui & litteras a Conſtantino ad ſe eo argumento conſcriptas recitat; quæ ſic habent (*b*):

Dona collata eccleſiis.

(*b*) Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 36.

VICTOR CONSTANTINUS MAXIMUS AUGUSTUS EUSEBIO.

XXIV. Libri Sacri ab Euſebio curandi. *Cum Dei Salvatoris noſtri providentia factum ſit, ut in hac urbe noſtri cognomine, infinita fere multitudo ſanctiſſimæ ſe Eccleſiæ conſecret; æquum ſane in primis eſſe videtur, ut univerſo eorum cœtu mirabiliter aucto, Eccleſiæ quoque plures in ea inſtituantur. Quapropter, quid nobis videatur, accipe. Viſum eſt hoc ſignificare prudentiæ tuæ, ut quinquaginta illarum Scripturarum volumina, quarum & apparitionem, & uſum maxime Eccleſiæ neceſſarium cognoſcis, quæque præterea facile legi, & circumferri queunt, ab artificibus ſcite ſcribendi peritis politiori membrana deſcribi cures. Noſtra clementia ad Provinciæ Præfectum litteras dedimus, penes quem totius adminiſtrationis ſumma eſt, ut quæ ad eas conficiendas neceſſaria videantur, omnia ſumma diligentia ſuppeditari curet. Nam ut ſcripti codices quam celerrime apparentur, tuarum id partium eſt. Ad eos vero perferendos vehicula duo publica noſtra hujus epiſtolæ auctoritate accipies; ita enim, quæ pulchre deſcripta ſunt, etiam ad noſtrum conſpectum facillime perferentur, ſi ad hoc munus obeundum aliquem ex tua Eccleſia miniſtrum delegeris: qui, ut ad nos venerit, noſtram erga ſeipſum humanitatem ſentiet. Deus te conſervet, frater dilecte.* Hactenus Conſtantini epiſtola; ſubdit his Euſebius (*c*): *Hoc Imperatoris mandatum res ipſa celeriter conſecuta eſt, cum in membranis curioſe elaboratis terniones, & quaterniones mitteremus.* Ut autem Euſebii operam hac in re requiſierit Conſtantinus, inde accidiſſe putamus, quod, unde emendatiores libri exſcribi poſſent, apud eum fideliora eſſe vetuſta exemplaria viderentur, utpote hæredem bibliothecæ Pamphili martyris, quæ nullam in perſecutione jacturam (ut dictum eſt ſuperius) paſſa eſſet: ac præterea eum verſipellis homo palinodiam recantaſſet in Concilio Nicæno, eum talem perſeverare, Conſtantinus exiſtimaſſet.

(*c*) Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 37.

XXV. Quod inſuper ad perfectionem conditæ urbis videbatur requiri poſſe; ſcientiarum

ſcho-

Scholæ ſcientiarum extructæ.

ſcholas, in quibus docerent præſtantiſſimi viri, in ea Imperator ædificavit; laudantur illæ a Sancto Gregorio Nazianzeno (*a*), quas ait excellentiſſimis oratoribus atque philoſophis fuiſſe refertas, in eiſdemque S. Baſilium tyrocinium exegiſſe tradit, unde profectus Athenas, magiſtri potius, quam diſcipuli ſpecimen edidedit. Teſtatur Aurelius Victor (*b*) de Conſtantino, fuiſſe ipſum nutritorem bonarum artium, ac foviſſe præcipue ſtudia litterarum: demonſtrant hoc ipſum privilegia, quibus eorum profeſſores munitos voluit eſſe, atque in primis illa ad Voluſianum edita conſtitutio (*c*): *Medicos, Grammaticos, & profeſſores alios litterarum, immunes eſſe cum rebus, quas in Civitatibus ſuis poſſident, præcipimus, & honoribus fungi; in jus vocari eos, vel pati injuriam, prohibemus; ita ut ſi quis eos vexaverit, centum millia nummorum Ærario inferat; a magiſtratibus, vel quinquennalibus exactus *, nec ipſi hanc pœnam ſuſtineant. Servus eis ſi injuriam fecerit, flagellis debeat a ſuo domino verberari coram eo cui fecerit injuriam, vel ſi dominus conſenſit, viginti millia nummorum Fiſco inferat, ſervo pro pignore, donec ſumma hæc exolvatur, retinendo. Mercedes eorum, & ſalaria reddi præcipimus. Quoniam graviſſimis dignitatibus, vel parentes, vel domini, vel tutores eſſe non debent: fungi eos honoribus volentes permittimus, invitos non cogimus.* Hæc ipſe, qui & de his alias eadem reſcripſit ad Populum (*d*).

(*a*) Greg. Naz. orat. in laud. Baſilii.

(*b*) Aurel. Vict. in Conſt.

(*c*) l. 1. de medic. & profeſſ. C. Theod.

* exactis.

(*d*) l. 3. C. Theod.

XXVI. Bibliotheca publica.

Quod autem ſpectat ad litterarum gymnaſia, quæ Conſtantinus erexit Conſtantinopoli; perſeverarunt eædem eruditionis ſcholæ uſque ad impium Leonem Imperatorem cognomento Iſauricum, qui eas memorias abolendas curavit (*e*). Conſtantini quoque Magni opus fuiſſe putatur bibliotheca ibidem ædificata, ab aliis vero aucta libris, ita ut numerum centum viginti millium librorum expleret, quæ tempore Baſiliſci Imperatoris diro illo incendio (*f*) conflagravit. Zoſimus (*g*) autem tradit, a Juliano Imperatore in regia porticu erectam eſſe bibliothecam, in eaque collocaſſe libros quos habebat. At de ædificiis Novæ Romæ per Conſtantinum erectis jam ſatis, qui tamen, & in eo magnam ex Chriſtiana manſuetudine ſibi gloriam comparavit, quod cum vetera ædificia ejus Civitatis auguſtiora in omnibus reddidiſſet, & nova longe ampliora erexiſſet, carcerem tamen, ut ſe habebat, humilem atque depreſſum, paucorum hominum capacem, nullo auctum additamento reliquit; quem nec poſteri mutare auſi ſunt Imperatores uſque ad Phocam, qui eum reddidit ampliorem, ut Glycas teſtatur (*h*).

(*e*) Paul. Diacon. in Miſcel. l. 22. in Leone Iſaurico.

(*f*) Zon. 3. par. Ann. in Baſiliſco.

(*g*) Zoſim. lib. 3.

(*h*) Glic. l. 4.

XXVII.

In hunc modum Byzantio in Conſtantinopolim commutato, atque reddito Nova Roma, nova quoque Romanorum Civium Chriſtianorum, ex quibus coagmentatus eſt Senatus ampliſſimus, facta fuit colonia: quamplurimi enim antiquæ Romæ Senatores Imperatorem ab Urbe ſecuti fuerant; quibus ait Zoſimus, Conſtantinum domos ædificaſſe, Curiamque tribuiſſe; de qua Sozomenus (*i*): *Curiam item magnam, quam Senatum nominant, in ea conſtituit: ejuſque Senatoribus eaſdem honores, eoſdem dies ſacros qui Romanis ſenatoribus tribui ſolent, aſſignavit.* Recenſentur aliquorum ex iis hæc nomina (*k*), nempe Olybrius, Verus, Urbicius, Eugenius, Eubulius, Florentius, Calliſtratus, Marianus, Severus, Iſidorus, & Zoticus; licet cum hujus, tum Eubulii, Iſidori, & Calliſtrati, Græcorum potius, quam Romanorum nomina eſſe noſcantur: quamvis nec Romæ veteri deeſſent ex Oriente Cives allecti atque adſciti in Senatum.

Senatus Conſtantinopolitanus.

(*i*) Sozom. lib. 2. c. 3.

(*k*) Glyc. l. 4.

XXVIII. De Zotico autem clara eſt memoria in tabulis (*l*) Eccleſiaſticis tum Græcis, tum Latinis, utpote homine, qui miſeratione in pauperes, aliiſque virtutibus enitens, egregia claruerit ſanctitate: in Menologio vero his verbis ejus anniverſaria memoria in Eccleſia celebrari ſolita reperitur: *Commemoratio S. Zotici orphanorum nutritoris, qui claris parentibus ortus ex urbe Roma a Conſtantino Magno in Civitatem Conſtantinopolitanam cum aliis quibuſdam nobilibus ductus eſt.* Sed & in conſtitutione Leonis, & Antemii Auguſtorum Zoticus hoc præconio commendatur (*m*): *Zotici beatiſſimæ memoriæ, qui hujuſcemodi pietatis officia inveniſſe dicitur.* Conſtantinopoli enim ipſum primum omnium erexiſſe xenodochium pauperibus creditur: exciderunt autem ejus vitæ Acta, quibus admiranda ipſius opera ſcriptis mandata habebantur. At de xenodochiorum aliis in locis primis inſtitutoribus conſule, quæ in Romano Martyrologio annotavimus (*n*). Sed & Mariani, cujus mentio facta eſt, celebris eſt memoria apud Euſebium (*o*): verum de eo ſuo loco dicemus.

(*l*) Menol. die ult. Decemb. Martyrol. Rom. ead. die.

Zoticus pietate inſignis.

(*m*) l. omnium privilegia C. de Epiſc. & cleric.

(*n*) Die ult. Decemb. g.

(*o*) Euſeb. l. 4. c. 44.

XXIX. Sic diſpoſito a Conſtantino ſacro Senatu, politicum ſtatum magno conſilio in meliorem ordinem volens reformare, complures novos magiſtratus inſtituit, & veteres magna ex parte mutavit. Eſt de his querela impii Zoſimi cuncta quantumlibet recte geſta Conſtantini carpentis: *Conturbavit* (inquit *p*) *& magiſtratuum officia jam olim inſtituta. Nam cum duo eſſent Præfecti Prætorio, qui hoc officium communiter gerebant; non Palatinæ tantum ordines eorum cura poteſtateque gubernabantur; ſed etiam ea quibus Urbes erat commiſſa cuſtodia, & quotquot in omnibus limitibus erant collocati. Hic enim Præfecto-*

Novi magiſtratus a Conſtantino creati.

(*p*) Zoſim. lib. 2.

rum

rum Prætorio magiſtratus, qui poſt Imperatorem ſecundus exiſtimabatur, & annonas erogabat, & contra militarem diſciplinam admiſſa convenientibus pœnis corrigebat.

XXX. Quatuor præfecturæ prætorii.

Conſtantinus autem recte conſtituta turbans, unum hunc magiſtratum in quatuor imperia diſcerpſit. Nam uni Præfecto Prætorio totam Ægyptum cum Libyæ Pentapoli, & Orientem ad Meſopotamiam uſque, & præterea Cilices, Cappadoces, Armenios, oramque maritimam totam a Pamphilia Trapezuntem uſque, & uſque ad caſtella prope Phaſidem ſita, tradidit, eidem & Thracia commiſſa, & Myſia, Aſimi (Hæmi, eſt reſtituendum; ſic l. cum appellatio C. de appellationibus, & in Notitia Provinciarum) *ac Rhodopes, ac Toperi* * *oppidi finibus circumſcripta; præterea Cyprum adjecit, & Cycladas inſulas, Lemno, & Imbro, & Samothracia acceptis. Alteri Macedones attribuit, & Theſſalos, & Cretenſes, & Græciam, & circumjacentes inſulas, & Epirum utramque, & Illyricos, & Dacos, & Triballos, & Pannonios, ad Valeriam uſque, & Myſiam Superiorem. Tertio totam Italiam, & Siciliam, & circumjacentes inſulas, & Sardiniam, & Corſicam, & Africam a Syrtibus Cyrenem uſque. Quarta Tranſalpinos, Celtas, & Hiſpanos cum inſula Britannica commiſit. Hac ratione diviſo Præfectorum imperia, ſtudioſe conatus eſt aliis quoque modis eorum poteſtatem imminuere. Nam cum præeſſent ubique locorum militibus non modo Centuriones, & Tribuni, verum etiam Duces (ſic enim appellabantur, qui quolibet in loco Prætorum vicem obtinebant) Magiſtris militum inſtituit, altero equitum, peditum altero, & in hos tranſlata poteſtate militum ordinandorum, & coercendi delinquentes, hac etiam in parte Præfectorum auctoritati detraxit.* Hactenus Zoſimus de magiſtratuum mutatione.

* Bebeti.

XXXI. At hæc de quatuor Præfectis Prætorio felicius explicata habes in Notitia illa pervetuſta Provinciarum (*a*), in qua plura inveales, ex quibus Zoſimus ſit augendus, & interdum etiam corrigendus; ibi & cæterorum magiſtratuum nomina inſunt, qui miro quodam ordine diſpoſiti eſſe videntur; ut plane appareat Zoſimum privato mali animi affectu potius, quam jure, hac quoque ex parte in Conſtantinum invehi. Sicut & ejuſdem illa manifeſta calumnia eſt adverſus eumdem Imperatorem, quod milites ſubdexerit a præſidiis limitaneis; unde factos dicit audentiores barbaros, ut in ſolum Romanum irruerent: cum tantum abſit, ut in his coercendis ſe deſidem exhibuerit Conſtantinus, ut pontem ſaxeum (quod tradunt Victor (*b*) atque Nicephorus) ſicut & Trajanus olim fecerat, ſuper Iſtrum ædificaverit, quo ad invadendos barbaros facilis pateret acceſſus.

(*a*) *Habes eam poſt C. Theod. recentioris edition.* Revel.

Refellitur calumnia Zoſimi.

(*b*) *Victor. in Conſtantino & Niceph. l. 7. c. 49.*

XXXII. Oraculum obſcurum male converſum in Conſtantinum.

Sed quod magis magiſque admireris, eo uſque progreſſus eſt livor hominis, & odium in Conſtantinum; ut cum etiam ſua ipſius ſententia, adeo de Byzantio ſit bene meritus, ut illud reddiderit Romam alteram, & aliarum Provinciarum ſpoliis atque divitiis locupletaverit; quoddam tamen Sibyllinum oraculum a ſe (ut ait) inventum, pluribus ſcriptum carminibus recitet, in quo per lapos qui potituri eſſent urbe illa, Conſtantinum, & qui eum ſunt ſecuti Imperatores, interpretatur, ob eam ſcilicet cauſam, quod gravi tributorum onere gentem illam afflixeriat; totamque culpam in Conſtantinum rejicit, qui novo tributi genere ſubjectas Imperio gentes exagitarit; ut vel ex hoc ejus interpretatio reddatur omnino vana, dum quod de Byzantio prædictum ait, non Byzantio ſolum, ſed univerſo Romano Imperio accidiſſe tributorum vexationem, ſua ipſius quoque teſtificatione exploratum reddatur. Cum alioqui tam ipſe Conſtantinus (ut pluribus demonſtratum eſt) quam alii poſteriores Imperatores non ceſſarint Civitatem illam omni genere honoris, & gloriæ locupletare: nam, ut de aliis modo taceam, Theodoſius Imperator ſanctione firmavit (*c*), ut urbs Conſtantinopolitana non ſolum juris Italici, ſed etiam Romæ veteris prærogativa potiretur. Quod ſi quis obſcuriſſimum oraculum ad tempora Chriſtianorum putaverit proſpexiſſe; ad Turcas Orientale Imperium invadentes, ſedemque regiam Conſtantinopoli collocantes, eſſe referendum, prudens quilibet æquius judicabit.

(*c*) *l. unic. de privil. urbis Conſt. C. lib. 11.*

XXXIII. Querela Zoſimi de exactionibus.

Sed quænam ſit Zoſimi querela de duris exactionibus Conſtantini, ab ipſo audiamus; & quam æqui ponderis ſit ejuſmodi accuſatio, prudentiorum juſta judicii lance expendatur. Ait ergo (*d*): *Ceterum Conſtantinus, his ita perfectis, exhaurire non deſinebat vectigalia largitionibus; quæ non ubi par erat, ſed in homines indignos ac nullius pretii fiebant; & collatoribus quidem tributorum gravis erat: illos autem cumulabat opibus, qui nulli eſſe uſui poterant; nam prodigalitatem pro munificentia ducebat. Idem, & auri, & argenti collationem impoſuit omnibus ubique terrarum negotiationes exercentibus, & Dardanariis oppidorum, ad viliſſimos uſque, ne miſeræ quidem meretriculis hoc incommodo liberatis. Itaque videre erat, quoties quartus quiſque annus appeteret, quo vectigal illud pendendum erat, meras per univerſam urbem lacrymas, & ploratus; ubi vero jam advenisſet, non niſi flagra tormentaque corporibus eorum adhibita, qui propter extremam paupertatem damnum hoc ſuſtinere non poſſent. Quia & liberos ipſæ matres diſtrahebant, & pa-*

(*d*) *Zoſim. lib. 2.*

Digitized by Google

& patres filias proſtituebant, ex harum quæſtu Chryſargyri (quaſi dicas Aurargenti) exactoribus pecuniam offerre coacti.

XXXIV. Refellitur calumnia Zoſimi.

At quam calumnioſum hoc ſit, quod dicitur de ſævis exactionibus, ſatis aperte ſuperius eſt demonſtratum, cum legibus ejuſdem Imperatoris, his plane contraria ab eo fuiſſe ſtatuta, omnibus perſpicuum factum eſt; adeo ut nullus tergiverſationi locus poſſit eſſe relictus. Siquidem ille vetuit (a), ne debitores experiri cogerentur carcerem, vel pœnas aliquas corporales, quibus antea affligebantur; & licet Fiſci debitores eſſent, nonniſi in eorum bona agi permiſit (b): qui de Fiſcalibus debitoribus ad Ælianum hæc quoque reſcripſiſſe (c) reperitur: Exactionem ſine omni fieri concuſſione oportet; ita ut ſi quis in judicio quæſtus, quod indebite exactus eſt, vel aliquam inquietudinem ſuſtinuit, hoc ipſum probare poterit; ſevera in exactores ſententia proferatur. At quonam modo rurſum paſſus eſt Imperator Conſtantinus ob tributorum exactiones diſtrahere parentes liberos ſuos, & filias proſtituere, ſi, ne id cogerentur agere inopes, iiſdem ut de publico Ærario ſuppeditaretur victus atque veſtitus, lege cavit (d), atque pariter indulſit (e), ut pauperes vacationem haberent a muneribus perſonalibus? Ut ex his atque aliis perſpicue appareat, nihil apud Conſtantinum antiquius fuiſſe humanitate, & in pauperes commiſeratione, & liberalitate erga omnes.

(a) l. 3. de exaction. C. Theod.

(b) l. 4. de exaction. Cod. eod.

(c) l. 2. de exaction. Cod. eod.

(d) l. de aliment. Cod. Theod.

(e) l. unic. de his qui numero lib. Cod. eod.

XXXV. Zoſimi reliquæ calumniæ confutantur.

Sed rurſum ille ſubdit: *Cumque ſplendidioris etiam fortunæ hominibus excogitare quiddam vellet, quod eos morderet; quemlibet horum ad Præturæ dignitatem evocabat, & honoris prætextu magnum pecuniæ pondus exigebat: idcirco quoties ad urbes veniſſent qui hujus rei mandatum habebant, erat videre fugam omnium, & profectionem ad extraneos, metuentium ne cum patrimonii ſui detrimento dignitatem hanc adipiſcerentur.* Sed cur non memorat etiam leges Zoſimus a Conſtantino ſtatutas adverſus magiſtratus injuſtum aliquid in quemlibet decernentes, quarum aliæ ſunt ſuperius recenſitæ, aliæ vero ſuo loco ponentur inferius? certe quidem inveniſſet hac in re, quid in eo primum commendare debuiſſet. At in eumdem rurſus: *Habebat autem* (inquit) *deſcripta virorum clariſſimorum patrimonia, quibus & tributum impoſuit, quod ipſe Follem nuncupavit; quibus ſane collationibus urbes exhauſit. Nam cum longo tempore poſt Conſtantinum duraret earum exactio; paulatim exhauſtis oppidorum divitiis, ab habitatoribus complura deſerta ſunt.* Hactenus injuſtiſſimæ Zoſimi querelæ; ex quibus arguendus eſſet oſcitantiæ Julianus Apoſtata, qui cum in Cæſaribus coram diis (quod fingit) reum habitum recitet Conſtantinum, nequicquam penitus tale a Sileno in eum objectum tradit, ſed tantum quod deliciis deditus eſſet: haud certe pepercisset Apoſtata Conſtantino infenſiſſimus, quem minime tot tantaque latere valuerunt, quæ oculis potuit inſpexiſſe, & certiora habere atque recentiora, quam Zoſimus, qui poſt Honorium Imperatorem, vel ipſo adhuc vivente (quod putat Evagrius *f*) ſcripſit.

(f) Evagr. lib. 3. c. 41.

XXXVI. Chryſargyrum quibus impoſitum.

Cæterum, quod de tributis a Conſtantino impoſitis extet adverſus eum querela Zoſimi, ſunt hæc accuratius examinanda; quod enim ait, auri argentique collationem impoſitam negotiatoribus omnibus; Dardanariis, nempe fraudulentis venundatoribus annonæ, atque perſonis quibuſcumque viliſſimis, ac meretricibus, confundit plane diverſa tributorum genera: nam quod impoſitum erat negotiatoribus, proprie auri, & argenti erat, dictumque Chryſargyrum, diverſumque ab eo quod pendere conſueverant lenones, meretrices, & exoleti; quod quidem tantum abeſt ut a Conſtantino Chriſtiano Principe impoſitum fuerit, ut etiam longe ante Alexandri Imperatoris tempora Romæ exigi conſueverit; quod idem Imperator æquiſſimus, cum ex turpi lucro colligeretur, vetuit in Ærarium inferri, non tamen abſtulit, ſed ad publicas fabricas deputavit; teſtatur id quidem Lampridius in Alexandro, cum ait: *Lenonum vectigal, & meretricum, & exoletorum in ſacrum Ærarium inferri vetuit, ſed ſumptibus publicis ad ſuſtaurationem Circi Amphitheatri deputavit.* A Cajo Caligula ejuſmodi tributi genus excogitatum eſſe, atque auctum aliis probroſis exactionibus, tradit Suetonius (*g*). Hæc igitur cum ita ſe habeant, plane confutatur Zoſimi in Conſtantinum calumnia, quod meretricibus tributum impoſuerit, cum longe ante (ut dictum eſt) Conſtantini Im-

(g) Sueton. in Calig. c. 40.

PAGIUS VI. Conſtantinus non eſt auctor Chryſargyri.

A num. XXXVI. ad XLII. Calumnia Conſtantino M. a Zoſimo lib. 2. intentata, quod ſcilicet *Chryſargyri* Auctor fuerit, recte a Baronio confutata, niſi quod male ſcribit, Chryſargyrum tributum fuiſſe de negotiatoribus, non de mendicis, non de meretricibus, non de ruſticanis, & Zoſimum plura eo in loco tributa confundere. Tradit enim Evagrius lib. 3. cap. 39. *Chryſargyrum* non tantum meretricibus impoſitum, verum & mendicis qui ſtipem colligerent, itemque ſcortatoribus. Ait itaque Zoſimus, Conſtantinum Chryſargyrum hoc luſtrale ſingulis luſtris ſolvendum impoſuiſſe negotiatoribus ad viliſſimos uſque, immo & meretricibus. Quod utrumque falſum eſſe demonſtrat Baronius, & poſt eum Gothofredus in Commentario legis 2. Cod. Theod. *De luſtrali collatione*, ex quo hæc de Chryſargyro meretricio excerpſi. Luſtralem præſtationem a lenonibus penſitatam, Conſtantinopoli nominatim, & quidem *Veterum* incuria teſtis eſt Theodoſius junior, qui eam Conſtantinopoli abrogavit, Florentio Præfecto

perium ejuſmodi tributi penſitatio Romæ vigeret; quamobrem nihil eſt quod dicat Zoſimus, inventum illud fuiſſe a Conſtantino; qui ſi forte non ademit, ſaltem ea ex parte minuit, quæ ad exoleros pertinet, quos, ne eſſent, lege lata proſcripſit.

XXXVII. Arguitur Zoſimi patens calumnia.

Rurſum vero, quod ſpectat ad auri, & argenti tributum, tantum abeſt ut indictum illud fuerit meretricibus, vel humilis ſtatus perſonis, iiſdemque pauperibus, ut cum a negotiatoribus ſolum exigendum illud eſſe ſtatuerint (*a*) Principes, immunes ab eo eſſe voluerint etiam ruſticanos atque colonos, vel alios omnes, qui victum manu quærerent. Cæterum eo obligari quoſcumque mercaturam exercentes, etiam ſi Decuriones eſſent aut clerici, ex compluribus legibus ſub titulo de Luſtrali collatione poſitis apertiſſime demonſtratur (*b*). Sed nec quiſquam ejuſmodi tributum eſſe inventum a Conſtantino poterit affirmare; cum aurum negotiatorium, ſicut & Coronarium pendi ſoleret Alexandri temporibus; quod illum remiſiſſe aliquando, non autem abſtuliſſe, Lampridius tradit (*c*). Quod vero tunu tantum imperatum aurum, ſub Conſtantino autem autum, & argentum pendi juſſum ſit, id factum a Conſtantino, nemo poterit demonſtrare. At ſi demus ejuſmodi ab ipſo negotiatorum auctum eſſe tributum; jam ſi id conferas cum illis ab Ethnicis Imperatoribus indictis, leviſſimum debet exiſtimari. An non, qui modeſtiſſimus habetur inter eos, Alexander ad Thermas conficiendas triburum exegit a brachariis, linteouibus, vitrariis, pellionibus, plauſtrariis, argentariis, aurificibus, ac cæteris omnibus artibus? quod tamen non damnat, ſed commendar Lampridius, pulcherrimum vectigai id nominans; qui item uit, eumdem imperaſſe vectigalia Civitatibus ad publica earum opera conficienda. Qua quidem ex parte quanto potior Conſtantini cauſa, qui tot publica ædificavit monumenta? nam ut prætermittamus dicere de ſacris ubique toto pene Orbe terrarum erectis ædificiis, & Civitate inſtar Romæ conſtructa; quis ſatis poterit numerare incredibiles impenſas illas ad pontem ſuper Danubium ex lapide extruendum? legat Dionem (*d*), qui hæc cupit exactius intueri, cum agit de alio ponte a Trajano Imperatore ſuper eumdem vaſtiſſimum, & rapidiſſimum amnem constructo; ac plane inveniet, quod in Conſtantino maxime admiretur. Omittimus dicere de publicis Thermis ab eodem Romæ ædificatis, & Baſilica ad negotia obeunda apud forum erecta; quæ, licet auguſtiſſima fuerint ædificia, reſpectu tamen aliorum, ut humilia, remanſerunt pene oblivione ſepulta.

(*a*) *l.* 10. *de luſtral. collat. C. Theod.*

(*b*) *l.* 3. 4. 10. 12. *de luſtral. collat. C. Theod.*

(*c*) *Lamprid. in Alexand.*

(*d*) *Dio in Trajano.*

XXXVIII. Chryſargyrum ab Anaſtaſio ſublatum.

Sed ut ad Chryſargyrum redeamus, jure refellit & Evagrius (*e*) Zoſimi calumniam de eo tributo falſo Conſtantino adſcripto; quod ait poſtea ab Anaſtaſio Imperatore ſublatum. Porro quale illud fuerit, quod Anaſtaſius abolevit, deſcribit his verbis Zonaras (*f*): *Cumque vectigal, quod Aurargenteum dicebatur, ſubditos premeret, abolevit; hujuſmodi autem illud erat: Omnes mendici, & pauperes, omnes meretrices, omnes liberti in agris, & urbibus annuum Fiſco tributum pendere cogebantur. Exigebatur tributum de equis, Mulis, Bobus, Aſinis, & Canibus; de unoquoque homine nummus argenteus; de Equo, Mulo, & Bove tantundem, de Aſino ſex folles (nummi genus eſt) & de Cane totidem; quo tributo attriti homines, ubique lamentabantur. Eo igitur abrogato, Anaſtaſius commentarios illos in Hippico, ſpectante Populo, concremavit.* Hæc Zonaras. At quid hoc cum illo, de quo agitur, Chryſargyro, commune habet? hoc enim annuum fuiſſe tradit; Zoſimus vero illud quolibet quarto adveniente anno conſueviſſe perſolvi: iſtud quoque mendicis ait imperatum fuiſſe; illud nonniſi negotiatoribus impoſitum, ex ſcriptis legibus manifeſte vidimus, adeo ut nullum aliud pertingeret genus hominum. Vel quomodo dictum ait Zonatas ejuſmodi rributum Chryſargyrum, ſi non aurum, ſed nummus tantum (ut tradit) pendebatur argenteus? ut plane appareat, improprie, ac nomine tenus, non autem re ipſa illud appellatum eſſe Chryſargyrum.

(*e*) *Evagr. l.* 3. *c.* 39. 40. 41.

(*f*) *Zonar. Annal. tom.* 3.

XXXIX. Aurargenteum deſcriptum a Zoſimo.

Qua in re illud in primis intelligendum eſt; ſic ejuſmodi deſcriptum a Zoſimo tributum, dictum eſſe Chryſargyrum, ſive Aurargenteum, quod utraque ſpecies penderetur, aurum ſcilicet, & argentum; efformari enim ſolitos nummos, ſive aureos, ſive argenteos, juxta pondus indicti tributi, diximus ſuperius ex Lampridio in Alexandro, diſtinctamque plane fuiſſe penſitationem auri ab argento: adeo ut cum auri tributum indictum eſſet, non penderetur argentum; nec vice verſa, ſi argentum imperatum eſſet, ſolveret aurum tantæ æſtimationis pendi. Ut autem argenti pretium in auro perſolvi poſſet, Arcadius, & Honorius primi ſtatuiſſe reperiuntur, ſic reſcribentes ad Eutychianum Præfectum Prætorio (*g*): *Jubemus*, ut pro ar-

(*g*) *l. unic. de argenti pret. Cod. Theod.*

PAGIUS Prætorii auctore, qui ne ærario quid deperiret, ut paria faceret, prædia ſua invicem tributo ſubſignavit. Novella illa de lenonibus, quæ titulo eſt 18. emiſſa anno CCCCXXXIX. qua Theodoſius Florentii munificentiam amplectitur, & lenones procul a Conſtantinopoleos finibus, poſtquam graviſſime verberati fuerint, pellit. Hæc de luſtrali collatione eorum qui lenocinium feciſſent, ſilet Zoſimus, & de luſtrali tantum collatione his quæ meretricium feciſſent, a Conſtantino M. impoſita invidiam facit; cum tamen Svetonius in Caligula cap. 40. teſtetur, a *Caligula*

argenti ſumma, quam quis theſauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem; ita ut pro ſingulis libris argenti quinos ſolidos inferat. Habes ex his pretium auri illius temporis, ſed & pondus ſolidorum; cum conſtet ex Conſtantini ad Euphraxium Rationalem reſcripto (*a*), ſingulos ſolidos continuiſſe quaternos ſcrupulos, ſeptemque ſolidos appendiſſe auri unciam; nam ait: *Si quis ſolidos appendere voluerit auri cocti, ſeptem ſolidos quaternorum ſcrupulorum noſtris vultibus figuratos appendat pro ſingulis unciis, quatuordecim vero pro duabus, juxta hanc formam omnem ſummam debiti illaturus; eadem ratione ſervanda, & ſi materiam quis inferat, ut ſolidos dediſſe videatur.* Sed & quod ſequitur, æquiſſimum Principis animum etiam in minimis intentiſſimum demonſtrat, dum quomodo appendendum ſit aurum ad fraudem arcendam lege præſcribens, hæc ſubdit: *Aurum vero, quod infertur, æqua lance, & libramentis paribus ſuſcipiatur; ſcilicet ut duobus digitis ſummitas lini retineatur, tres reliqui liberi ad ſuſceptorem emineant, nec pondera deprimant, nullo examinis libramento ſervato, nec æquis ac paribus ſuſpenſo ſtateræ momentis, &c.*

(*a*) *l. 1. de ponderatoribus C. Theod.*

XL. Porro ſolidos omnes unius eſſe ponderis conſueviſſe, idem Conſtantinus ad Leontium Præfectum Prætorio declarat his verbis (*b*): *Omnes ſolidi, in quibus noſtri vultus, & veneratio una eſt, uno pretio æſtimandi ſunt atque vendendi, quamquam diverſæ formæ menſura ſit; nec enim qui majore habitu faciei extenditur, majoris eſt pretii; aut qui anguſtiore expreſſione concluditur, minoris haberi credendus eſt, cum pondus idem exiſtat.* Sed & illud poſtea ſtatutum eſt a Valentiniano Imperatore (*c*); ut, quoniam quamplurimi adulterini ſolidi eſſent, cuſi; qui pro tributo tot ſolidos penſuri eſſent, totidem perſolverent redactos in maſſam, ſic ut libram auri in maſſa inferret, qui ſeptuagintaduos ſolidos ſolvere teneretur; hæc quod ad ſolidos aureos. Quod autem pertinet ad argenteum nummum; conſueviſſe libram unam argenti in argenteos ſexaginta dividi, conſtitutio Imperatorum declarat (*d*), adeo ut quinque argentei unciam explerent argenti. Erat inſuper & tributum, quo jubebatur æs ſolvi; quod ſi quis auro redimere voluiſſet, ſtatuit Arcadius Imperator (*e*), ut unus ſolidus penderetur pro viginti libris æris.

(*b*) *l. unic. ſi quis ſolidi circulum Cod. Theod.*

Pretium ſolidi & argentei.

(*c*) *l. 13. de ſuſceptorib. C. Theod.*

(*d*) *l. 1. de expenſ. lud. Cod. Theod.*

(*e*) *l. unic. de collat. æris C. l. 10.*

XLI. Quod igitur ſpectat ad Chryſargyrum, quod pendebatur collatione luſtrali; tributum erat hujuſmodi, quo negotiatores tantum (quod ſæpe diximus) inferre in Ærarium tenerentur auri ſummam, & argenti; quota autem hæc eſſet, nuſquam expreſſum reperimus. Cæterum ejuſmodi indicendi tributi ratio æquiſſima erat; ſi enim agros poſſidentes ea eis pendere ſolerent Imperatori partem mediæ quantitatis, interdum vero tertiam, ut ex reſcripto Theodoſii Imperatoris ad Iſidorum apparet (*f*): cur lucrantes ea negotiatione, mercatura ſcilicet, a tributi ſolutione eſſe deberent immunes, cum illa præſertim ex agricultura tributi penſio annis ſingulis præſtari ſoleret, hæc autem quolibet quadriennio? At de Chryſargyri tributo ſatis ad refellendam Zoſimi calumniam.

Tributum æquiſſimum Chryſargyrum.

(*f*) *l. 33. de munus. & tribut. C. Theod.*

XLII. Sed cum idem rurſum ex eo etiam inſectetur Conſtantinum, quod clariſſimis quoque viris tributum impoſuerit, idemque Follem ipſum nominaſſe tradat; quodnam eſſet ejuſmodi tributi genus, primo exquirendum putamus; ac demum vindicare a Zoſimi hac quoque calumnia Conſtantinum; haud enim erit otioſa ejuſmodi perveſtigatio, cum ex his complura tum in hiſtoria, tum etiam in aliis ſanctorum Patrum ſcriptis, & diverſarum facultatum memoriis, loca veniant elucidanda; & licet ſciamus Alciatum (*g*) atque Cujacium (*h*) Juriſconſultiſſimos in his dignoſcendis non modicum laboris inſumpſiſſe; haud tamen rem obſcuriſſimam ita vendicarunt in lucem, ut adhuc lucerna minus egeat, & ſupervacaneus ſit omnis labor ſuperimpenſus, utpote qui ſe conjectura niſos eſſe profiteantur: at ubi ineſt opinandi diverſa ratio, diverſam quoque ſententiam ſubſequi neceſſe eſt; atque ob id præſtat audire omnes.

Follis tributum nobilium.

(*g*) *Alciatus de Præſ. & præſ. honors.*

(*h*) *Cujac. in eund. tit. l. 2.*

XLIII. Duplicis igitur generis follem fuiſſe, Epiphanius docet his verbis (*i*): *Follis quod & Talentium vocatur, duplex eſt, ex duobus argenteis compoſitum, & fiunt ducenti & octo denarii, & folles duo minuta juxta denariſmum, non juxta argentiſmum.* Hæc ipſe. Qua ratione cum dictum ſit quamlibet argenti libram continuiſſe ſexaginta denarios; quilibet follis prioris generis tres libras & ſemis, minus duobus denariis, continebat argenti, ſolidos vero decemſeptem & ſemis; & hic quidem follis erat majoris pretii. De folle autem alterius generis poſito ab Epi-

(*i*) *Epiph. de menſur. & pond.*

Folles diverſi generis.

PAGIUS *gula* ex empolis ſeu captura proſtitutarum & lenonum quæſtum exactum, quem tamen ærario inferri noluit *Alexander Severus*, ſed ſartis tectis publicorum operum deſtinavit, ut notat Baronius ex Lampridio in ejus Vita. Conſtat igitur de lenocinio luſtrali ex dicta Novella Theodoſii, qua illud abrogavit: de meretricio Chryſargyro luſtrali ſeu quadriennali longe ante Conſtantinum M. invento, & longo temporis ſpatio continuato, liquet ex Lampridio laudato. Iſtud ab Anaſtaſio Imperatore in Decennalibus ſuis abolitum ſuo loco oſtendemus.

VII. A ann. XLII. ad XLIX. Scribit etiam Zoſimus laudatus, *Conſtantinum* clariſſimis viris tribu-

piphanio, paulo poſt dicemus, quem terſio loco ponimus; ſed modo de ſecundo genere follis agamus.

XLIV.
Folles minoris pretii.

Rurſum vero aliud genus follis reperiri videtur minoris pretii, nempe trium nummorum argenti, ut colligitur ex Conſtantii reſcripto ad Senatum, juncto ſimul illo Gratiani ad eumdem Senatum (a) dato. Priori enim dicitur, a Conſtantiniana Prætura conferri ſolere editionis munerum cauſa viginti millia follium, & quadraginta libras argenti. Quod autem hujuſmodi collatio nimia videretur, poſteriore reſcripto temperata eſt, ut duæ Præturæ ſimul junctæ tantumdem ſolverent quantum una conferre ſoleret: *Sicque* (inquit b) *Præturæ duæ, Conſtantiniana, & Conſtantiana conferrent argenti libras mille*. Et in fine: *Ac bini* (inquit) *poſthac incipiant agnoſcere, quod ſinguli antea tranſigebant*. Cum igitur, quod duæ penderent ſimul, ejuſdem eſſe dicatur quantitatis, & tot libras continerent duæ, quot illa una: ac proinde, quod Conſtantiniana, & Conſtantiana Prætura ſimul penderent mille argenti libras, tantumdem eſſet, quantum una ex ipſis antea conferebat, nempe viginti millia follium, & quadraginta libras argenti; opus eſt dicere, tantæ æſtimationis fuiſſe viginti millia folium, & quadraginta libras argenti, quantæ eſſent argenti libræ mille: qua ratione dicendum, quamlibet argenti libram viginti folles paulo minus continuiſſe. Cum vero argenti libra hujus temporis eſſet ſexaginta nummorum, affirmandum eſt quemlibet follem fuiſſe pretii nummorum trium, atque illius generis, quod a Romanis (inquit Marcellinus Comes in Chronico) nominatum erat Terentianum, ſeu potius reſtituendum, Tertianum ſeu Tertiarium, quod tres nummos contineret.

(a) l. 5. de Prætorib. C. Theod.
(b) l. 25. Cod. eod.

XLV.
Tertium genus follis.

Tertium follis genus erat minimi pretii, quod Epiphanius ait continuiſſe duo minuta denarii. Suidas (c) vero follem obolum appellat, quorum ducenti, & decem efficerent ſtaterem aureum: *Porro Juſtinianus* (inquit ipſe) *privati emolumenti ſtudio tantum centum octogiata dari juſſit, ſexta ſtateris aurei parte ſubtracta*. Octogeſimam vero partem unciæ obolum argenteum continuiſſe, Epiphanios tradit (d). Cæterum hujuſcemodi minimi pretii folles fuiſſe olim æreos, Lampridii locus in Heliogabalo ſignificare videtur, dum ait, centum aureos, mille argenteos, centum folles æris habuiſſe in ſorte Heliogabalum. Secundum hanc autem minimi pretii follium rationem intelligendum eſt Juliani Apoſtatæ reſcriptum ad Apronianum, quo prohibet, ne quis carnis porcinæ libram ultra ſex folles venderet; item quod S. Auguſtinus (e) ait, venditum piſcem trecentis follibus: juxta vero ſummi pretii folles illos putamus intelligendos, quos Conſtantinus Imperator numero trium millium miſit ad Cæcilianum Epiſcopum Carthaginenſem erogandos in miniſtros Eccleſiarum Africæ, Numidiæ & Mauritaniæ, ut ſuperius ex Euſebio (f) enarravimus. Ut ex his locis elucidatis, aliis vero elucidandis, haud ingratus tibi, lector hac in re ſuſceptus labor noſter videri poſſit.

(c) Suid. verb. τάλαντον.
(d) Epiph. de menſ. in fine.
(e) Aug. de Civit. Dei l. 22. c. 8.
(f) Euſeb. lib. 10. cap. 6.

XLVI.
Follis nomen unde.

Quod vero ad nomen ſpectat; Marcellinus Comes teſtari videtur fuiſſe nomen peculiare Græcis potius, quam Latinis, nam ait (g): *Nummos, quos Romani Terentianos, Græci Folleralès vocant, Anaſtaſius Princeps ſuo nomine figuratis, placabilem, plebs commutationem diſtraxit*. Hæc Marcellinus. Cum igitur follis vox Græca eſſe dicatur, & apud Græcos φολὶς, & φολὶς nonniſi ſquamma interpretetur, ſive piſcis, ſive anguis, & interdum æris; fortaſſe accidit, ut eaſuſus nummus argenteus tenuiſſimus, dictus obolus ab Epiphanio ubi ſupra, ob ſui exiguitatem ſquammarum ſpeciem præſeferret; ac proinde ejuſmodi pecunia minutiſſima dicta ſit folles *, ſeu pholes; utroque enim modo ſcripta reperitur hæc vox. Porro cum horum ſumma in unum coageſta conficeret numerum ducentorum, & octo denariorum, ſecundum Epiphanii calculum, nominabatur quoque talentum, Græce τάλαντον: ut autem eadem diceretur & folles, ex eo potuit contigiſſe, quod eadem ſumma pelliceo ſacculo, nempe crumena includeretur, atque quot numerarentur ſacculi, tot folles eſſe dicerentur: ſic enim veteres appellabant ſaccos ex corio factos, ut citat Nonius, ex Lucilio: quo ſenſu & Vegetius, ſaccos pecuniæ militaris, folles nominat (h). Accidiſſe autem propemodum videtur in folle: quod in ſeſtertio, ut una eademque ferme vox longe inter ſe diverſam ſummam contineat. At de follibus hactenus.

(g) Marcellin. in Chron.
* follis
(h) Veget. lib. 2. cap. 20.

XLVII.
Arguitur Zoſimus.

Sed quod ad Zoſimum pertinet, demus verum eſſe, quod ait, Conſtantinum impoſuiſſe tributum Senatoribus follem: ſi enim velimus eſſe ſummi pretii, quid demum? an non tolerabilis videbatur ejuſmodi tributi exactio? Oportuiſſet quidem

ipſum

PAGIUS
Folles duplicis generis.

butum impoſuiſſe, *Follem* ab ipſo nominatum, docetque Epiphanius libro de Menſura & Ponderibus duplicis generis folles fuiſſe. Obſervat autem Petavius in Notis ad eum Epiphanii librum quidquid de folle ab Antiquis proditum & ab Recentioribus adnotatum, ad duo ferme capita revocari, vel ad ſummam & collectionem pecuniæ, vel ad certum aliquem nummum deſignandum; quæ duo fuſe ac docte explicat, apud ipſum videnda.

A num.

ipſum meminiſſe Auguſti Imperatoris, de quo tradit Dio (*a*), tam grave tributum Senatoribus indixiſſe, ut complures eorum coacti fuerint e Senatu migrare. Cæterum hac ex parte magnam ſibi laudem comparaſſe Conſtantinum, quod non tantum nova non impoſuerit, ſed nonnulla ex impoſitis ab aliis indicta abſtulerit; quæ ſuperius a nobis allata ſunt, fidem faciunt: nam etſi non aliud, certe legis Papiæ ex ea parte detruncatio, ex qua ingentem pecuniarum vim corradere potuiſſet, magnum ejus largitatis, & a populorum vexatione continentiæ fuit experimentum. Quibus omnibus optime ſuffragantur ea, quæ ab Euſebio eodem argumento de Conſtantino traduntur, cum ait (*b*):

(a) Dio Hiſtor. Rom. lib. 53.

(b) Euſeb. Vit. Conſtan. lib. 4. cap. 2. 3. 4.

XLVIII. Tributorum relaxatio.

Quanta autem ſtudio curaverit, ut plebem, & inferiorum hominum animos exhilararet; vel ex uno exemplo, quod erat, & ad vitam commodiſſimum, & ad omnes etiam perveniebat, hodieque durat, facile perſpicere licet. Nam cum annua et tributa agrorum nomine penderentur; quartam his detractam partem, agrorum poſſeſſoribus donavit; ut annuam detractionem ad calculum revocanti facile appareret, frugum dominos quarto quoque anno a pendendo tributo fore levatos; id quod etiam lege firmatum, & in omne reliquum tempus ſtabilitum, non viventibus ſolum, ſed etiam eorum liberis, & ſucceſſoribus indelebilem, & perennem beneficentiam præſtitit. Cum vero nonnulli agrorum metationes a ſuperioribus Imperatoribus factas reprehenderent, hiſque fines ſuos premi quærerentur; hic rurſum arbitros miſit, qui, re diligenter inſpecta, poſtulantes illæſos præſtarent. Cæterorum cauſas pecuniarias ipſe Imperator audiens; cum minime vellet, ut, qui cauſa cecidiſſent, deteriori conditione diſcederent; libenter eis ex ſuis bonis nonnumquam agros, aliquando pecunias largiebatur; ut judicio convictus, quoniam dignus habitus eſt, ut in conſpectum Imperatoris veniret, non minore cum lætitia diſcederet, quam qui cauſam erat adeptus. Etenim cum non decere exiſtimaret, ut qui coram tanto Imperatore compareret, demiſſo, & lugubri animo dimitteretur; iſta ratione perfecit, ut utraque pars placido, & ſereno vultu judicio liberaretur. Ita accidit, ut ad hanc animi Imperatoris celſitudinem omnes admirarentur. Hactenus de his Euſebius.

XLIX.

Hiſce autem enarratis, mox ſubinfert idem (*c*) auctor una ſimul Conſtantini bella adverſus Scythas atque Sauromatas geſta, quæ ex Zoſimi ſententia diverſis temporibus accidiſſe videntur; ac primum quidem Sauromaticum bellum adverſus Rauſimodum ipſorum Regem, de quo, & nos ſuperius egimus; poſtea vero ait Scythas, Thaiſale eorum duce, Romanorum ditionem invadere auſos eſſe, cum Conſtantinus otioſe ageret quietus ab omni belli tumultu; quod his ipſis temporibus, quibus Nova Roma Conſtantinopolis ab eo ædificaretur, contigiſſe, Zoſimus tradit (*d*); quo prœlio Conſtantinum majorem exercitus partem amiſiſſe, & ſibi conſuluiſſe fuga, teſtatur: cum tamen Euſebius, & alii omnes qui proſecuti ſunt res Conſtantini, affirment, ipſum Scythas ſuperaſſe, Romanumque Imperium a vectigali, quod illis pendebat, prœlio redemiſſe, ac denique (quod nemo antea fecerat) ſub tributo etiam redegiſſe. Hæc quidem his plane temporibus contigiſſe, cum extructo ponte ſuper Iſtrum, eo tranſmiſſo, Scythas debellavit, Cedrenus quoque teſtatur (*e*); hoſque eos putamus eſſe, quos S. Hieronymus Gothos vocat (*f*). Declarat hoc ipſum antiquum numiſma, quod hic tibi formis reddendum curavimus; accepimus illud e divite antiquitatum promptuario D. Lælii Paſqualini Canonici S. Mariæ Majoris in Urbe.

(c) Euſeb. Vit. Conſtan. lib. 4. c. 5.

(d) Zoſim. lib. 2.

Conſtantinus Scythas redegit ſub tributo.

(e) Cedren. an. 15. Conſtantini.

(f) Hieron. Chron. an. 27. Conſt.

Por-

PAGIUS VIII. *Bellum Scythicum.*

A num. XLIX. ad LVI. De bello a Conſtantino adverſus Barbaros poſt dedicatam Conſtantinopolim geſto varii Auctores loquuntur, variiſque eos nominibus appellant. Zoſimus lib. 2. pag. 687. eos *Thaiſalos* vel Taiphalos nationem Scythicam appellat. Euſebius in Vita Conſtantini lib. 4. cap. 5. *Scythas* vocat. Socrates lib. 2. cap. 18. & Sozomenus lib. 1. cap. 8. *Gothos* nominant; quia nempe Romani gentes omnes Trans-Iſtrianas, uti Gothi & Thaiſali, Scytharum nomine comprehendebant, Græcique Scriptores Scythas vocare ſolent, quos Latini, Gothos. Verum, bellum iſtud anno tantum CCCXXXII. geſtum, ut eo anno videbimus. Certe Hieronymus in Chronico bellum Gothicum eo anno conſignavit, licet in editionibus Scaligeri & Pontaci anno uno tardius per errorem referatur: & Zoſimus ad annum CCCXXXII. bellum illud pertinere docet, quando eo narrato, ait: *A bellorum curis vacuus, voluptariaque vita deditus plebi Byzantiæ publicam annonam diſtribuit.* Scribit autem Auctor Chronici Alexandrini ſub Pacatiani & Hilariani Conſulatu anno CCCXXXII. geſto: *His Coſſ. XVIII. Maii cæpit annona diſtribui civibus Conſtantinopolitanis.* De qua annona gratuita ab hoc Conſulatu Conſtantinopolim inhabitantibus a Conſtantino M. data legendus Gothofredus in No-

tis





Porro ejuſmodi bellum, quo devicti ſunt Scythæ iidemque Gotbi, & ſub tributo redacti, geſtum eſſe a Gallieano viro clariſſimo, qui ea ex cauſa promeruit Conſulatum, Acta ſanctorum martyrum Joannis, & Pauli teſtantur, quæ feruntur a Terentiano conſcripta; commendavit memoriæ ille quidem eorumdem martyrum ſub Juliano Apoſtata paſſionem, quam ipſe Judex martyribus intulit; quæ autem interſeruntur de Gallicano, dilucidatione indigere videntur: multa enim habent, quæ fidem poſſent retardare lectoris, idque nos pro facultate præſtabimus.

L. Gallicanus pugnat adverſus Scythas.

Bellum quidem Scythicum a Conſtantino per Gallicanum feliciter confectum, habetur ibi, cum ille victor rediens (quod antea ab eo promiſſum erat) Conſul creatus eſt. Cæterum duo reperiuntur Conſulatus Ovinii Gallicani, alter cum Baſſo anno undecimo Conſtantini, alter vero una cum Symmacho hoc ipſo anno ejuſdem Imperatoris vigeſimo-quinto. Priori quidem Conſulatui ea de bello Scythico minime aptari poſſe videntur; ſiquidem tunc in Thracia, ubi ait auctor bellum eſſe confectum, regnabat Licinius, & nihil ad Conſtantinum res Scythicæ. Sed & cum auctor tradat Gallicanum ſe a Conſulatu abdicaſſe, & Curiæ nuncium penitus remiſiſſe, atque amplexatum eſſe humile, Chriſti cauſa, vivendi genus, in eoque uſque ad Julianum perſeveraſſe; nihil eſt quod hæc ad priorem Conſulatum aptari poſſint, poſt quem cum Senatu, & Curia conſtat uſum, & iterum Conſulem creatum eſſe. Quamobrem ea omnia de Gallicano ad ſecundum hunc ejus Conſulatum præſentis anni eſſe referenda, affirmare neceſſe eſt; conſentiunt his quæ nuper ex Zoſimo, & aliis dicta ſunt, his ſcilicet temporibus bellum Scythicum accidiſſe, & licet annus certus non deſcribatur; tamen quod ibi dicatur poſt victoriam Gallicanum creatum eſſe Conſulem; confectum illud oportuit anno ſuperiore, dum (ut ibidem ponitur) Conſtantinus Romæ ageret, & S. Helena Auguſta ejus mater adhuc ſuperſtes eſſet: eam enim poſt Nicænum Concilium aliquot annos vixiſſe, ex Euſebio, & aliis ſuperius diximus; & Conſtantinum, licet Conſtantinopolim migraſſet, antiquam Romam interdum repetiiſſe, pariter demonſtratum eſt; quem tamen hoc anno ad novæ Romæ dedicationem Conſtantinopoli fuiſſe, in dubium revocari minime poſſe videtur.

LI. Non ubique idololatria extincta.

Quod autem habeant Acta, Gallicanum adhuc Gentilem, & diis immolantem perſeveraſſe uſque ad annum ſuperiorem, haud mirum videri debet; cum liqueat, complures ex Senatoribus, & ex familiis Senatoriis Romæ adhuc Ethnicos perſeveraſſe, immolaſſe diis, atque etiam deorum templa ibidem aperta manſiſſe, licet alibi multis in locis eſſent clauſa, ſicut ſub Conſtantio quoque, qui (ut auctor eſt Symmachus *a*) ſacerdotia replevit nobilibus, & cærimoniis non negavit impenſas. Scimus tamen his de Gallicano adverſari nonnulla, quo minus ad perfectos & undique abſolutos veritatis numeros ejuſmodi in omnibus reduci poſſit hiſtoria; nam teſtatur Euſebius (*b*) in primis Conſtantinum Imperatorem vel Chriſtianos homines ad magiſtratus gerendos aſſumpſiſſe, vel cum ad ejuſmodi munus Gentiles adſciviſſet

(a) Symm. relatio ad Imp. Val. apud S. Ambroſ.

(b) Euſeb. Vit. Conſt. l.2. c.49.

PAGIUS

tis ad Philoſtorgium lib.2. cap.9. Quare cum Idacius in Faſtis ſcribat, eodem Conſulatu Gothos XII. Kal. Maii a Romanis victus, cujus verba anno CCCXXXII. referemus, liquet, paulo poſt eam victoriam illam annonæ diſtributionem factam, & perperam hoc anno recitari in Annalibus num. IX. & ſeqq.

IX. *Acta SS. Joannis & Pauli fratrum ſpuria.*

Ideo Baronius *victoriam Gothicam* hoc anno conſignavit, quia Acta Sanctorum Martyrum Joannis & Pauli fratrum a Surio die XXVI. Junii recitata tradunt, *Gallicanum* poſtquam Gothos ſeu Scythas ſuperaſſet, Conſulem a Conſtantino M. creatum fuiſſe, cumque antea Conſtantiam Conſtantini M. filiam uxorem duxiſſe. Gallicani autem Conſulatum præſenti anno geſtum eſſe inter omnes conſtat. Verum prætérquamquod ipſemet Baronius fatetur, Hiſtoriam illam de Ovinio Gallicano ab aliquo depravatam & nonnullis auctam, non dubito, quin Acta illa in quibus hæc Hiſtoria inſerta, commentitia ſint. Quæ ſi vera eſſent, victoria Gothica non hoc anno, ſed præcedenti, quo Gallicanus Conſul deſignatus eſt, conſignanda foret. Sed quis ferat, quod ibidem dicitur, Beatam *Hele-*

Baron. n. L. & ſeqq.

ſet, eis, ne hoſtias diis immolarent, vetuiſſe. Rurſus vero idem cum agit de bello Scythico, Conſtantinum ipſum ad bellum profectum eſſe, & prævio ſigno ſanctiſſimæ Crucis adverſus eos pugnaſſe, atque feliciter hoſtes ſuperaſſe, confirmat (a). Quamobrem de Ovinio Gallicano hiſtoriam illam ab aliquo depravatam, & nonnullis auctam (ut moris fuit quorumdam, qui de re magna brevis pertæſi narrationis, multa periphraſtice, ut eis opinari contigit, cumularunt) facile exiſtimare poſſumus; niſi velimus Euſebium potius eſſe mentitum.

(a) Euſeb. lib. l. 4. c. 5.

LII. Nos autem ea hic tantum reddemus, quæ ibi invenimus de victis ab eo Scythis, & Romam reditu, atque abdicationis facta a Conſulatu, & exhibito ab eodem pio pauperibus miniſterio, iiſdem verbis quibus in ipſis Actis ſcripta leguntur. Poſt enarrata ibi ſponſalia Conſtantiæ filiæ Conſtantini cum Gallicano, & converſionem Atticæ, & Artemiæ virginum ejuſdem Gallicani filiarum, hæc de parta ab eodem Gallicano victoria ſic recenſita habentur (b): *Cum Scythica gens me in Thraciarum Philippopoli concluſiſſet, ſtrageſque noſtrorum plurimas edidiſſet: formidante me cum illis confligere, quod exigua eſſet mihi militum manus, illorum autem innumera multitudo; inſiſtebam ſacrificiis, & variis Marti victimas offerebam; & quid multis moror? Crevit tandem obſidio, & omnes Tribuni & milites mei ſe hoſtibus dedidere. Cum autem ego cuperem fugæ aditum reperire, Paulus & Joannes, quorum alter Præpoſitus, alter Primicerius eſt dominæ meæ, filiæ pietatis veſtræ Conſtantiæ Auguſtæ, dixerunt mihi: Nuncupa votum Deo cæli, ſi te liberaverit, fore te Chriſtianum; ſicque eris victor amplius quam fuiſti. Fateor, ſacratiſſime Imperator, ſimulatque votum hoc ore meo prolatum eſt, apparuit mihi juvenis ſtatura excelſus, ferens in humero Crucem, & dicens: Sume gladium tuum, & ſequere me. Cumque ego ſequerer illum, apparuerunt mihi hinc inde milites armati, confirmantes me, atque dicentes: Nos tibi præſtamus officium; tu ingredere caſtra; & dextera lævaque tenens gladium evaginatum, reſpice, donec ad Regem ipſum pervenias. Ad quem cum perveniſſem, proſtratus ille ad pedes meos, rogavit, ut ſanguini ipſius parcerem. Ego flexus pietate, nullum penitus ex illis occidi, nec occidi juſſi ab aliis. Atque ita univerſa Thracia a Scythis liberata eſt, & Scythæ facti ſunt tributarii. Tribuni omnes, qui cum ſuis militibus ad me reverti voluerunt, niſi fierent Chriſtiani, a me minime recipi potuerunt: eos autem, qui in id conſenſere, gradu ſublimiori affeci, ceteris militia privatis.*

(b) Apud Sur. & alios die 26. Junii.

Inſperata victoria Gallicani.

LIII. *Porro me ipſum jam Chriſtianum effectum ita Deo devovi, ut etiam a conjugio promiſerim abſtinere. En habes quadruplicatum exercitum, habes Scythas tributarios, & omnem Thraciam in libertatem vindicatam. Mihi, quæſo, propitii ſuccedi jubete, ut libere poſſim vacare religioni, quam didici; & in veritate perſtare, quam profecto cognovi. Hæc dicente Gallicano, Imperator miſit ſe in amplexus ejus, referens quæ geſta erant circa filias ejus, quemadmodum virgines Chriſto conſecratæ eſſent, & per illas ſua gratia Chriſtus alias duas acciverit, atque doctrinæ ſummum complexæ ad perfectionem contenderent, & inter ipſa rudimenta, quæ perfectionis ſunt, conſecutæ ſint. Deinde cum Auguſto Gallicanus intravit in Palatium; cui beata Helena cum Conſtantia, & duabus ejus filiabus occurrit: fundebanturque lacrymæ gaudiis plenæ. Nec permittebatur in domum ſuam redire Gallicanus, ſed quaſi gener Auguſtorum in Palatio morabatur, cernens filias ſuas flentes in laudibus Dei.*

Gallicanus effectus Chriſtianus.

LIV. *Cum autem vellet privatus abſcedere, rogatus ab Auguſtis, Conſul proceſſit, & in faſcibus poſitus quinque millia ſervorum libertate donavit, & cives Romanos fecit, prædia quoque, & domos eis largitus eſt, omneſque facultates ſuas, iis exceptis quæ filiarum erant, diſtribui & pauperibus erogari juſſit: manenſque in urbe Oſtienſi, ſancto viro Hilariano ſe adjunxit, ejuſque ædes auxit ad ſuſcipiendos peregrinos, quos multos recipiebat. Adhæſerunt autem ei multi ex ſervis ſuis, quos manumiſerat; divulgatăque eſt fama ejus per totum Orbem; ita ut ab Oriente, & Occidente venientes, viderent virum ex Patricio, & Conſule, qui eſſet Auguſtis amiciſſimus, lavantem pedes, ponentem menſam, aquam manibus effundentem, languentibus ſolicite miniſtrantem, & cætera ſanctæ ſervitutis officia exhibentem.* Hæc ibi; quæ quidem hic voluimus deſcripſiſſe, quod ab Eccleſiaſticis monumentis ſibi fidem vendicent, & de Gallicani ad Oſtia Tiberina exhibita omni officio hoſpitalitate, vetera quæque antiqua Martyrologia (c) teſtentur, & Ado (d) camdem quam recenſuimus hiſtoriam ad verbum

Gallicanus creatus conſul miniſtrat pauperibus.

(c) Rom. Martyrol. Bed. & Uſuard. die 25. Junii.

(d) Ado eadem die.

PAGIUS *Helenam* occurriſſe Gallicano in Palatium Imperatoris ingredienti; cum conſtet, Helenam ante aliquot annos vita functam. Præterea nullus ex Byzantinæ Hiſtoriæ Scriptoribus meminit Conſtantiæ Conſtantini M. filiæ Gallicano nuptæ, ideoque Actorum illorum ratio non habenda. Denique in iiſdem Actis dicitur, utrumque Sanctum Romæ paſſum, cum ibi Julianus Imperator adeſſet, & tamen conſtat, Julianum poſtquam imperavit, Romam non veniſſe, ac præterea eum in Oriente fuiſſe quando perſecutionem adverſus Chriſtianos excitavit.

Mit-

bum recitet. At Euſebius quamvis de Gallicano nullam prorſus habeat mentionem; tamen quod more ſuo omnia Conſtantino tribuat, Scythas Crucis potentia ſuperatos eſſe tantum affirmat (*a*). Zoſimus vero cum dicat majorem Romani exercitus partem apud Scythas eſſe amiſſam, licet de victoria nihil ſcribat, quam a Romanis obtentam conſtat; iſthæc viſus eſt aliqua ſaltem ex parte ſignaſſe. Cæterum, ut vir poſt Imperatorem, & Cæſares omnium clariſſimus, & a Chriſtiana fide alieniſſimus, tam repente ex inſperato non Chriſtianus tantum evaſerit; ſed & a Senatu diſceſſerit, ſeque Conſulatu abdicaverit, atque adeo humile arripuerit vitæ inſtitutum; haud potuit contigiſſe abſque aliquo Chriſtianæ religionis veritatis admirando ſigno, atque certiſſimo argumento.

(*a*) *Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 5.*

LV. Extat præterea de ejuſdem Gallicani munificentia in ſuperius citato libello Anaſtaſii de Eccleſiis a Conſtantino erectis ejuſmodi monumentum (*b*): *Itemque obtulit Gallicanus Baſilicæ ſupra ſcriptæ Oſtia a Conſtantino ædificatæ ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Joannis Baptiſtæ, obtulit autem hæc: Coronam argenteam cum delphinis, penſantem libras viginti: Calicem argenteum anaglyphum, penſantem libras quindecim: Amam argenteam, penſantem libras decem, & octo: Maſſam Mallianam in territorio Sabinenſi, præſtantem ſolidos centum quindecim, & tremiſſem: Fundum Picturas in Territorio Veliterno, præſtantem ſolidos quadraginta tres: Fundum Surorum via Clodia in Territorio Vejentano, præſtantem ſolidos quinquaginta ſex: Maſſam Gargilianam in Territorio Sueſſano, præſtantem ſolidos ſexcentos quinquaginta ſex.* Hactenus ibi.

(*b*) *Tom. 1. Concil. in Silveſtro.*

Munera oblata a Gallicano.

Hæc contulit Gallicanus Eccleſiæ a Conſtantino ædificatæ. Quæ vero ſuæ ibidem in memoriam S. Laurentii erectæ donaverit (quod citata Acta teſtantur) licet minime reperiantur memoriæ commendata, ex iis tamen quæ dicta ſunt, facile poſſumus intelligere. Quomodo autem poſtea idem Gallicanus ab Apoſtata Juliano Imperatore fuerit exagitatus, ſuo loco dicemus.

Hoc eodem anno, iiſdem Conſulibus, datum reperitur reſcriptum Conſtantini Imperatoris ad Valentinum Conſularem Numidiæ pro clericis Catholicis moleſtiis & injuriis affectis a Donatiſtis. Qui enim ſemel cœperant apud Conſtantinum cauſam Cæciliani deferre, reliquos quoque clericos Catholicæ communionis iiſdem preſſuris vexare non deſtitere, trahentes eos ad ſæcularium magiſtratuum tribunalia; quod ne quis ulterius tentare præſumeret, ad eumdem Numidiæ Præfectum Imperator in hæc verba reſcripſit (*c*): *Lectores divinorum apicum, & hypodiaconi, cæterique clerici, qui per injuriam hæreticorum ad Curiam devocati ſunt, abſolvantur. Et de cætero, ad ſimilitudinem Orientis, minime ad Curias devocentur, ſed immunitate pleniſſima potiantur. Dat. Non. Februar. Sardicæ, Gallicano, & Symmacho Coſſ.* Frequens hæc eſt querela cum Optati, tum etiam Auguſtini, de Donatiſtis ad Imperatores, & ejus magiſtratus, relicto tribunali Eccleſiaſtico, provocantibus; ☞ quæ cum vera ſint, hic tamen per Curiam nequaquam ſæcularia fora intelliguntur; ſed ipſi ordines municipiorum, Curialeſque dicti, qui munera publica ſuſtinere cogebantur, ad quæ capeſſenda hæreticorum delatione Clerici Eccleſiæ Catholicæ, ut Imperator ait, devo-

LVI. Donatiſtæ vexant Catholicos.

(*c*) *l. 7. de Epiſc. & cler. C. Theod.*

PAGIUS X. Mitto alia falſitatis indicia quæ in iis habentur.

Immunitas clericis conceſſa.

Ad num. LVI. Conſtantinus lege 2. Codicis Theodoſiani *De Epiſcopis*, immunitatem conceſſit Clericis etiam inferioris ordinis a muneribus Curialibus per Numidiam conſtitutis. Nempe, inquit Gothofredus in Commentario, cum Hæretici tot jam Conſtantini Magni Conſtitutionibus repreſſi, Catholicos Antiſtites & Sacerdotes ad Curiam & Curialia munera vocare amplius non poſſent, iidem per Numidiam (proculdubio Donatiſtæ, quod Baronius indicavit, quemadmodum & Hieronymus in Chronico, ubi ait: *Donatus hæreſiarches ſexto poſt Arium anno unitatis vinculum rumpit.*) Clericos attentandos atque ad Curiam vocandos crediderunt quaſi immunitas Clericis data a Conſtantino Magno ad Sacerdotes tantum pertineret. Verum, *Conſtantinus* immunitatem ad hos pariter pertinere vult, per Numidiam nominatim Provinciam; idque ad ſimilitudinem Orientis, ubi videlicet ea immunitate ex Conſtantini proculdubio expreſſo indulto conſtanter Clerici ex æquo fruebantur. Sed quod toties Hæretici tentaverant, id tandem perfecit Apoſtata Julianus, ut in Annalibus legitur.

XI. Data & hoc anno a Conſtantino Lex 3. Codicis Theodoſiani de *Judæis*, qua præſidentes Legi Judaicæ veluti Archiſynagogos, Patriarchas, Presbyteros, alioſque ab omnibus omnino muneribus civilibus & perſonalibus, atque a Curiali functione immunes declarat; quod ab aliis poſtea Imperatoribus confirmatum. Meminit hujus Legis Baronius anno CCCXV. Sed hanc ad hunc annum referendam, & præpoſterationem a Theodoſiani Codicis Conditoribus admiſſam oſtendit Gothofredus in Commentario. Primo, quia inſcripta eſt ad *Ablavium Præfectum* Prætorio, qui ea dignitate functus eſt circa hæc tempora, ut ex variis Theodoſiani Codicis legibus liquet, qui tamen illis temporibus nonniſi Vicarius fuit, ut conſtat ex lege 2. ejuſdem Codicis *De alimentis quæ inopes parentes* Conſtantino IV. & Licinio IV. Coſſ. anno ſcilicet CCCXV. data. Secundo dicitur Lex data Conſtantinopoli, cujus utique Encænia, antea nuſpiam, in hunc annum incidunt. Plura Gothofredus ibidem.

Immunitas Judæis conceſſa.

Baron. ann. 315. ad num. IX.

vocabantur; quod ne amplius fieret in Eccleſia Occidentali, Orientalis exemplo prohibuit, volens omnino ab ejuſmodi oneribus Clericos eſſe liberos [...].

LVII. Relaxati ab exilio Ariani. Hoc pariter anno, quo Quinquennalia Conſtantii Cæſaris celebrata ſunt, in gratiam Ipſius exules Ariani Epiſcopi Euſebius Nicomedienſis, & Theognis Nicææ, ab exilio relaxati eſſe putantur. Quibus favit Conſtantia Auguſta Licinii olim conjux, ſoror Conſtantini Imperatoris, perſuadens id eidem Conſtantio ex quodam confiƈto ſomnio, (ut Nicephorus tradit *a*) quaſi innoxii homines injuſte exilio damnati eſſent. Quid autem impii poſtliminio reſtituti adverſus Athanaſium moliti ſint, dicemus anno proximo.

(a) Niceph. l. 9. c. 21.

JESU CHRISTI ANNUS 331.	SILVESTRI PAP. ANNUS 18.	CONSTANTINI IMP. ANNUS 26.

I. Athanaſius iterum vexatur. SEqnenti anno Domini trecenteſimo trigeſimoprimo, Ovinins Baſſus iterum, & Ablavins Ægyptius Conſules ereati ſunt; quo tempore S. Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus ab Euſebianis atque Meletianis iterum, novis excogitatis calumniis, exagitatur. Quievit ipſe aliquantiſper, donec ſcilicet Euſebius Nicomediæ Epiſcopus ab Eccleſia ejeƈtus una cum Theognide Nicæno Epiſcopo exulavit: iiſdem autem Conſtantii Cæſaris opera (ut creditur) anno ſuperiori, quo ejus ſunt Quinquennalia celebrata, & Novæ Romæ urbis Conſtantinopolitanæ dedicatio faƈta eſt, ab exilio ad proprias Eccleſias revocatis, nova rurſus adverſus Athanaſium ab iiſdem per Meletianos certamina concitantur. Sed qua occaſione, memoria repetens, quod ante annum proxime elapſum geſtum eſt, idem ipſe teſtatur, dum in ſecunda Apologia, recitatis litteris Conſtantini ad Alexandrinos ante ſuperiorem annum ſcriptis, quas ſuperius ſuo loco poſuimus, hæc mox ſubdit: *His ita aƈtis, cum aliquantiſper quievissent Meletiani; denuo infeſtius inſurgentes conſilium tale ineruut*, &c. Recenſet enim, quæ contigerunt, cum ſuam Diœceſin viſitaret, quæ a nobis ſuo loco ſunt deſcripta, ut de Iſchyra qui agebat presbyterum cum non eſſet, de quo hæc ſubdit (*b*): *Ille* (nempe Iſchyras) *ubi a morbo ſurrexit, & ab amicis atque adeo ſuomet ipſius patre coerceretur, ad Meletianos confugit; qui, re cum Euſebianis communicata, iſtiuſmodi calumniam compoſuerunt: Calicem a Macario fraƈtum, Arſenium autem Epiſcopum a me interfeƈtum eſſe. Arſeniumque (ut calumnia ſuccederet) in abditis habent, quo, ſi nuſquam appareret, occiſus eſſe crederetur: interim illi manum cujuſdam tamquam ex ejus corpore reciſam, ad oſtentationem circumferre; Iſchyram, quem non noverant, ut presbyterum celebrare; ut, cum de calice loqueretur, auƈtoritate tituli commodior ad fraudem eſſet.* Hæc de veteri inſtaurata calumnia, & nova ſuperinduƈta, habet Athanaſius.

(b) Athan. Apolog. 2.

II. Iſchyræ Pœnitentia. Cum iſthæc autem per totam Ægyptum opera Meletianorum, & Euſebianorum ſpargerentur in vulgus, atque ubique diſfamarentur: qui Iſchyram noverant auƈtorem calumniarum, quibus factum eſſet, ut tanti Patris nomen male audiret, eum convenientes, amice redarguerunt, atque adeo efficaciter, ut ſuaſerint viro a ſocietate perditorum hominum illorum omnino recedere, & ad Eccleſiam Catholicam ſe conſerre, veniamque ab Athanaſio poſtulare: quibus cum ille perſuaſus Athanaſium adiret, ab eo objurgatus, rejeƈtus eſt, utpote indignus qui reciperetur, niſi de admiſſis ſceleribus pœnitentiam agens, quas concinnaſſet calumnias, eaſdem publica in facie Eccleſiæ faƈta confeſſione deſtrueret; quod ipſe facere non prætermiſit. Hæc quidem omnia idem recenſet Athanaſius, dum eamdem proſecutus, de his quæ accidiſſent, narra-

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1084. Olymp. 277. an. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5824.

☉ 4. C. ☽ 9. P. 11. April. Indiƈt. 4.

JESU CHRISTI 331.

SILVESTRI PAPÆ 18.

CONSTANTINI IMP. 26.

[1] A Num. I. ad VI. Coſſ. *Baſſus & Ablavius*. Divus Athanaſius anno CCCXXVIII. ab Euſebianis vexatus, ut ſupra diximus.

ſecundum Baronium. Olymp. 277. A. C. 331. I. *Conſules.* II. *D. Athan. vexatus*

NOTÆ [1] COſſ. *Baſſus & Ablavius*. Vulgares Faſti: *Baſſo & Ablavio*. Sidonius lib. v. Epiſt. VIII. Lapis vetus ex cœmeterio Priſcillæ apud Boldettum pag. 85. n. 25. & pag. 273.

V. K. OCT. D. BASSO. ET. ABLAVIO CONSS.

Prænomina latent.

Digitized by Google

(a) Athan. Apolog. 2. tionem hanc ſubdit (a): *Ibi cum Iſchyras a ſuis reprehenderetur, ad nos lamentabundus acceſſit, nihil quicquam inquiens tale factum eſſe a Macario, quale jactitabant, ſed ſe ſubornatum a Meletianis ad iſtud flagitium comminiſcendum: quapropter, & iſta quoque ſcriptis protulit:*

Beato Præſuli Athanaſio Iſchyras in Domino ſalutem.

III. Libellus Iſchyræ. *Quia me, Domine Præſul, te adeundo, ut in Eccleſiam reciperer, objurgaſti, quod iſtiuſmodi locutus eſſem, quaſi ego ultro hoc feciſſem, ac non vi potius huc adactus eſſem: ideo hanc ſatisfactionem tibi ſcripto porrigendam putavi, ut cognoſceres vim mihi factam eſſe tum ab Heraclide; ab Iſaac porro Letois, & a ſociis ejus etiam verberibus cæſum eſſe. Ego autem, Deo in teſtem adhibito, pro excuſatione mea dico me nihil eorum, quæ illi a te facta jactitant, conſcium eſſe, neque ullum calicem confractum ſcire, aut menſam ſubverſam eſſe; meque ad iſta omnia calumnianda eorum vi adactum eſſe. Hanc autem pro me excuſationem facio, tibique eam ſcripto trado, optans me unum eorum eſſe, qui ad tuos conventus pertinent & tuis judiciis parent. Valere te in Chriſto exopto. Tradidi autem manu mea tibi Epiſcopo Athanaſio in præſentia presbyterorum Ammonis, Dicellæ, Heraclidis, Paſes, Bocchonis, Chenebri, Achilla, Marſenes, Didymi, Taphroſieris, & Juſti ab Comatheo; diaconorum autem eorum qui Alexandriæ erant, Pauli, Petri, & Olympii; Mareoticorum vero Olympii, Ammonii, Piſte, Demetrii, & Caii.* Hæc Iſchyras.

IV. Meletiani contra Athanaſ. ad Imp. pergunt. At tantum abeſt ut Meletiani confeſſione Iſchyræ repreſſi fuerint, ut etiam acrioribus odii ſtimulis exagitati, proſecuturi in Athanaſium & Macarium accuſationes, ad Conſtantinum Conſtantinopolim proficiſci decreverint. Quid autem, his auditis, Imperator reſcripſerit, idem

(b) Athan. ubi ſupra Apolog. 2. Athanaſius narrat his verbis (b): *Hæc cum ita confeſſus eſſet Iſchyras; atque tamen illi iſtiuſmodi crimina paſſim jactitarunt, remque ad Imperatorem Conſtantinum detulerunt. Cæterum ille antea Pſammathiæ, de hoc calice audierat, cum nos ibi præſentes eſſemus; quapropter repudiata adverſariorum ſycophantia, Antiochiam litteras ad Delmatium * Cenſorem * miſit, ut cognoſceret de cauſa homicidii.* At quid

* Delmatianum.
* Cæſarem.

qualeve ea de re fuerit Delmatii judicium, ſequenti anno, quo illud contigiſſe, ex iis quæ dicenda ſunt inferius, poteſt intelligi, dicturi ſumus.

V. Horum autem omnium ſcelerum, quæ Meletiani in Athanaſium moliti ſunt hactenus, & in poſterum ardentioribus in dies ſtudiis proſequi non deſierunt, auctor & promotor fuit (quod ſæpe demonſtratum eſt) Euſebius Nicomediæ Epiſcopus: nam Iſchyram non ad Meletianos tantum, ſed & per eos profectum eſſe Nicomediam ad Euſebium, a quo de concinnandis calumniis optime inſtructus fuerit, teſtantur Socrates (c) & Sozomenus. Porro maximo omnium malo fuiſſe eumdem Euſebium in ſedem Nicomedienſem reſtitutum, etiam portento cælitus eſt declaratum, dum hoc vel ſequenti anno baſilica Nicomedienſis recens extructa, tacta fulmine conflagravit (d). Proteus iſte ad decipiendos homines egregie comparatus, pallio pietatis decepit ſæpius Conſtantinum; quippe cum Ario faveret intrinſecus, Nicænam tamen fidem coram ipſo ardenter profitebatur; & cum Athanaſium acerbiſſimo odio inſectaretur; ipſe tamen quaſi rerum ignarus conſidere viſus, aliorum opera utebatur: &, quod maximum attulit Eccleſiæ detrimentum, inſinuavit ſe in Conſtantii Cæſaris amicitiam, cui pater Conſtantinus latioribus regiminis uti permiſit habenis, quod Orientalis Imperii eum hæredem relinquere (quod & fecit) in animo haberet.

(c) Socrat. lib. 1. c. 20. & Sozom. lib. 2. c. 22.

(d) Cedren. Compend. an. 26. & 27. Conſtant.

VI. De rat Pſeudo-Epiſcopus Carthag. Hoc pariter anno Domini trecenteſimo trigeſimoprimo S. Hieronymus inter alia hæc habet in Chronico: *Donatus agnoſcitur, a quo per Africam Donatiani.* Ita ipſe, licet chronologia Imperatoris ibi perperam conſignetur ejuſmodi annus vigeſimusſecundus Imperii Conſtantini. Fuit hic Donatus partis ſchiſmaticorum Epiſcopus Carthaginenſis poſt Majorinum, de quo ſuperius pluribus actum eſt: quo autem potiſſimum anno ille deceſſerit, hic vero fuerit ſubrogatus, haud liquet; potuit hoc anno contigiſſe, quo eum innotuiſſe S. Hieronymus tradit: cognitus eſt autem haud dubium, cum fuit factus Epiſcopus, & ſuæ partis homines a ſe denominatos voluit Donatiſtas ſeu Donatianos appellari; quod ſub Conſtante Imper. accidiſſe, idem S. Hieronymus tradit (e); quem & ex libris quos edidit, inter ſuos fuiſſe celebris famæ, teſtatur, cum addit: *Extant ejus multa ad ſuam hæreſin pertinentia opuſcula, & de Spiritu ſancto liber, Ariano dogmati congruens.*

(e) Hier. de Script. Eccle. in Donato.

VII. Donatiſtæ ſuperbia. Certe quidem qui eum præceſſerunt Epiſcopi Donatiſtæ, quantumlibet audaciſſimi, viſi ſunt, comparatione Donati hujus, de quo agimus, frigidi. Eo enim procaciæ atque ſuperbiæ iſte pervenit, ut perinde ac Deus eſſet, per nomen ſui ipſius tamquam numen ſuos jurare pertulerit: de cujus incredibili faſtu ac mentis elatione hæc Optatus ait (f): *Extulit cor ſuum, ut nullum hominem ſibi comparandum arbitraretur, & de tumore mentis ſuæ altior viſus eſt eſſe; quia quicquid eſt ſupra homines, jam quaſi Deus eſt. Deinde cum Epiſcopi Deo debeant famulari, tantum ſibi de Epiſcopis exegit, ut eum omnes non minori timore venerarentur, quam Deum: hoc eſt, quod ſibi Deus viſus eſt. Et cum per ſolam Deum ſoleant homines jurare,*

(f) Optat. l. 3.

paſ-

paſſus eſt homines per ſe ſic jurare, tamquam per Deum. In quo ſi unuſquiſque hominum erraverat, ipſe prohibere debuerat; eam non prohibuit, Deus ſibi viſus eſt. Hæc Optatus; qui ſubdit de ejus nomine, quod impertitus eſt ſuis, ut dicerentur ab omnibus Donatiſtæ, non autem Chriſtiani.

VIII. Rurſum vero, ad conciliandam ſibi apud ſuos majorem fidem, callidiſſimus homo locutum ſibi de cælo Deum effinxit; quod S. Auguſtinus ita teſtatur (*a*): *Hæc quidem jactabantur a ſuis: Donatus oravit, & reſpondit ei Deus de cœlo*. Eo inſuper arrogantiæ venit, ut Præfectos contumeliis laceſſeret, & in Imperatores convicia, & probra conjiceret. De Præfectis quidem, Optatus recitat de Gregorio (*b*): *Ad quem* inquit) *ſic ſcribere minime dubitavit: Gregori, macula Senatus, & dedecus Præfectorum; & cætera talia cui Donato Præfectus patientia Epiſcopali reſcripſit*. Hunc ipſum opinor eſſe Gregorium, ad quem extat datum Conſtantini reſcriptum in Codice Theodoſiano (*c*).

(*a*) *Aug. in Joan. tract. 13. prope finem.*
(*b*) *Optat. lib. 3.*
(*c*) *l. 2. de contrahend. empt. Cod. Theod.*

IX. Circumcelliones exorti. Quænam autem poſtea effutierit in Conſtantem Imperatorem, ſuo loco dicturi ſumus, cum agemus de legatione Pauli atque Macarii ab eo in Africam miſſa. Sub eodem Donato, ipſo docente, puto, & hortante, oborti ſunt in Africa Circumcelliones, vulgo dicti Circelliones, de quorum nomine hæc S. Auguſtinus (*d*): *Quid ſibi vult nomen Circellionum? Sed non, inquiunt, vocantur Circelliones; forte corrupto ſono nominis eos appellamus. Dicturi ſumus vobis integrum nomen ipſorum? Forte Circumcelliones vocantur, non Circelliones. Plane ſi hoc vocantur, exponant quid ſint; nam Circumcelliones dicti ſunt, quia circum cellas vagantur*. In hunc modum Auguſtinus. At de eo quod ſpectat ad nomen, eos tamen a Donato Agoniſticos, & eorum Præfectos, Duces ſanctorum, nominatos eſſe, Optatus teſtatur (*e*): erant hi ſectæ defenſores, qui auderent Præfectis quoque reſiſtere, quique per nundinas, villas, vicoſque circumvagantes, præſeferebant, ſe eſſe publicæ juſtitiæ vindices; quo prætextu, & ſervos vocabant ad pileum, & oppreſſos ære alieno a creditoribus liberabant, minaces litteras ad eos ſcribentes, quibus mortem minarentur, niſi expungerent eorum debita, atque chirographa delerent, quibus tenebantur adſtricti. Omnia hæc Optatus (*f*), & frequentius Auguſtinus, ex quo potiſſimum immania ſcelera ab iiſdem adverſus Catholicos perpetrata, ſuis locis, ordine temporum quibus ſunt geſta, narrabimus. Porro ejuſmodi graſſatores ſub Donato exortos & propagatos, duodecimo vero Conſtantis anno per Paulum atque Macarium legatos nonnihil fuiſſe repreſſos, eodem anno dicturi ſumus.

(*d*) *Aug. in Pſalm. 132.*
(*e*) *Optat. lib. 3.*
(*f*) *Optat. lib. 3.*

X. Leontius & Urſacius Præfecti. Ad hos autem coercendos ante dictorum legationem, conſtat ex Optato & Auguſtino eſſe miſſos primo Leontium, deinde Urſacium; de quibus Optatus (*g*): *Querelam per ordinem depoſitis, ſub Leontio, ſub Urſacio injuriatos eſſe quamplurimos*. Poſt hos vero apparet Paulum & Macarium eſſe legatos, anno quo diximus duodecimo ejuſdem Conſtantis Imperatoris. De eodem Urſacio eſt mentio apud Auguſtinum (*h*) ex Petiliano, qui ejus interitum Chriſtianis exprobrabat, dicens: *Periit Macarius, periit Urſacius, cunctique comites veſtri Dei pariter vindicta perierunt. Urſacium namque barbarica pugna proſtratum, ſævis unguibus alites, canumque avidi dentes morſibus diſcerpſerunt*. Hæc ille, non ſic quidem poſt Macarium Urſacium nominans, quaſi poſt eum vixerit, quem ipſum Macarium præceſſiſſe Optatus docet. Cæterum conſueviſſe ea de cauſa Donatiſtas appellare Catholicos, Macarianos, non autem Urſacianos, quod ipſius Urſacii vexatio nequaquam uſque ad alicujus ex illis necem progreſſa fuerit, Auguſtinus tradit, cum omnia Petiliano objecta fortiter confutat.

(*g*) *Optat. lib. 3.*
(*h*) *Aug. contra Petilian. lib. 2. c. 92.*

XI. Stultitia Donatiſtarum. Sub tali igitur tantoque doctore adeo ſuperbo, tumido & inſano, Donato, crevit Donatiſtis pariter cum furore ſtultitia: nam eo dementiæ pervenerunt, ut quaſi martyrum gloriæ cupidi, novum excogitarint genus martyrii, ſe ipſos ſcilicet necantes præcipitio, aqua, vel igne, vel alios ad inferendam ſibi ipſis necem cogentes; quos ita vita functos inſana Donatiſtarum turba colligere, & loco digno martyre condere, atque honore martyribus congruo venerari ſoleret: hæc quidem de eorumdem amentia Optatus meminit (*i*), & Auguſtinus innumeris pene locis; de quibus nos ſæpe inferius dicturi ſumus: hic autem modo ſatis attigiſſe ipſorum originem. Ante quidem primum Carthaginenſe Concilium, quod celebratum eſt Macarianæ legationis temporibus, in hæc tam immania atque ſtulta facinora Donatiſtas ſchiſmaticos progreſſos eſſe, ejuſdem Concilii (*k*) canon contra ejuſmodi pſeudomartyres editus fidem facit. Atque iſta modo ſatis de Donato & Donatiſtis uſque ad duodecimum annum Conſtantii & Conſtantis Imperatorum.

(*i*) *Optat. lib. 3.*
(*k*) *Concil. 1. Carth. c. 2.*

XII. Deteriores Ethnicis hæretici atque ſchiſmatici. Vides, lector, quos ſemel vel hæreſis, vel ſchiſma a Catholica Eccleſia, ubi divina veraque ſunt dona Spiritus, ſeparat, per quæ abrupta loca, & Gentilibus quoque, qui Deum ignorant, invia & inacceſſa, a malo dæmone impellantur. Vix apud Ethnicos (ut fabulas taceamus) unum Empedoclem, vel alterum invenias Peregrinum ſeſe flammis ſponte dedentes, qui & ab ipſis tamquam monſtra habentur oſtentui: apud Donatiſtas vero horum examina reperias, ab eiſdem

Donatiſtis, ut ſanctiſſimos martyres, immenſis honoribus cumulatos: hoc enim plane hæreticis omnibus atque ſchiſmaticis ſolet eſſe commune, ut ipſi in ſe ipſos exiſtant ſuæ pravitatis ultores; & illud in primis, cum ſponte *a* qua eſſent abjiciendi, ſe ab Eccleſia ſegregent, cujus precibus valuiſſent multipliciter adjuvari.

XIII. Hoc ipſo anno Macarius Epiſcopus Hieroſolymitanus cum ſediſſet annos decem & novem, longævus & plenus Domini benedictionibus, cum tot tantaque a Deo per Conſtantinum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ dona collata vidiſſet, reddidit in pace Deo ſpiritum; ejuſque memoria jugi commemoratione die annua repetita in Eccleſia hactenus perſeverat (*a*). In ipſius vero locum ſubrogatus eſt Maximus, de quo hæc habet Sozomenus (*b*): *Fama eſt Epiſcopum Eccleſiæ Dioſpolitanæ a Macario Maximum ordinatum fuiſſe, ſed a populo Hieroſolymitano, ne eam ſedem capeſſeret, impeditum: nam quia confeſſor erat, & vir alioqui ſpectatus, populi ſuffragiis decretum fuit, ut poſt mortem Macarii in illius urbis Epiſcopatum ſuccederet. Itaque cum multitudo ægre ferret ſe eo privatum fore, cujus virtutem explorate cognitam haberet, & ſeditio ex ea re oriri videretur: viſum eſt Dioſpolitanis alium Epiſcopum eligere, ut Maximus maneret Hieroſolymis, & ſacro Epiſcopatus munere una cum Macario fungeretur, & poſt ejus mortem Eccleſiam illam ſolus gubernaret. Attamen intelligendum eſt, quod hi qui in hac re cognoſcenda accuratius laborarint, affirmant plebem iſtam omnia de ſententia Macarii & feciſſe, & ſummo ſtudio conatam eſſe: nam eum omni cura incubuiſſe, ut Maximus poſt ſe conſtitueretur Epiſcopus, memorant: propterea quod mente complectebatur, illum, cum rectum veramque de Deo opinionem teneret, & ob fidei confeſſionem populo percarus eſſet, neceſſario ad ſibi ſuccedendum reſervandum eſſe. Siquidem veritus eſt, ne, ſe mortuo, Euſebius, Cæſareæ Epiſcopus ſcilicet, & Patrophilus Epiſcopus Scythopolitanus, ſectæ Arianæ fautores, tempus idoneum nacti, illam Epiſcopalem ſedem alicui ſuæ opinioni dedito tribuerent: quandoquidem dum Macarius maneret in vita, novis rebus ſtudere cœperunt illi quidem; ſed cum ab eo eſſent ea de cauſa ab Eccleſia ſegregati, conquieverunt.* Hæc de Maximi in locum Macarii ſubſtitutione Sozomenus: quot vero annis ſederit, dicemus in ejus obitu.

(*a*) *Martyrol. Rom. 10. Martii.*
(*b*) *Sozom. lib. 2. c. 19.*

Maximus Epiſcopus Hieroſolymitanus.

XIV. Quod autem ad civilem ſtatum ſpectat; hoc item anno, iiſdemque Conſulibus, Conſtantinus Imperator invigilans ex more, ne provinciales a provinciarum Rectoribus comprimerentur variis pecuniarum indebitis exactionibus, ejuſmodi Chriſtiano Principe dignam edidit ſanctionem (*c*):

(*c*) *l. 1. de offic. Rect. provinc. Cod. Theod.*

Magiſtratuum avaritia cohibetur.

*Ceſſent jam nunc rapaces Officialium manus, ceſſent, inquam: nam ſi monitæ non ceſſaverint, gladiis præcidentur. Non ſit venale Judicis velum, non ingreſſus redempti, non infame licitationibus Secretarium, non viſio ipſa Præſidis cum pretio. Æquæ aures judicantis pauperrimis ac divitibus reſerentur. Abſit ab inducendo * ejus, qui Officii princeps dicitur, deprædatio. Nullas litigatoribus adjutores eorumdem Officii principum concuſſiones adhibeant. Centurionum, aliorumque Officialium, parva magnaque poſcentium, intolerandi impetus oblidantur; eorumque qui jurgantibus Acta reſtituant, inexpleta aviditas temperetur. Semper invigilet induſtria Præſidalis, ne quicquam a prædictis generibus hominum de litigatore ſumatur. Qui ſi de civilibus cauſis quicquam putaverint eſſe poſcendum, aderit armata cenſura, quæ nefariorum capita, cervicesque detruncet: data copia univerſis qui concuſſi fuerint, ut Præſidum inſtruant notionem. Qui ſi diſſimulaverint; ſuper eodem conquerendi vocem omnibus aperimus apud Comites cunctos provinciarum, aut apud Præfectum Prætorio, ſi magis fuerit in vicino: ut his referentibus edocti, ſuper talibus latrociniis ſupplicia proferamus. Dat. Kalend. Novembris, Conſtantinopoli, Baſſo & Ablavio VV. CC. Coſſ.* Sub quibus etiam aliæ Imperiales leges datæ habentur, ſed nihil ad rem.

* ob inducendum.

XV. Porro quod prohibet Judicis velum eſſe venale; adverſus eos qui aliquid a litigatoribus exigebant, ut admitterentur ad Judicem, pœnam intendit. Vocabantur hi admiſſionales; unde Lampridius dicit de Alexandro, quod ſalutaretur quaſi unus de Senatoribus patente velo (quod Italice, *Portiera*, dicimus) remotis Admiſſionalibus. Secretarium vero locum fuiſſe ubi Judices cauſas audirent, & cognoſcerent, cum ex pluribus legibus, tum etiam ex Actis martyrum ſuperius recitatis, perſpicuum redditur. Cæterum ejuſmodi

Admiſſionales.

PAGIUS III. Ad num. XIII. Sanctus *Macarius* Hieroſolymitanus Epiſcopus anno tantum CCCXXXV. e vivis exceſſit. Primo quia Auctor Chronici Alexandrini Dalmatio & Paulino Coſſ. anno nempe CCCXXXIV. ait: *His Coſſ. dedicatum eſt templum S. Crucis a Conſtantino, Epiſcopo Macario, XVII. Septemb. unde incœpit dies feſtus Inventionis S. Crucis.* Vivebat itaque Macarius anno CCCXXXV. quo illud templum dedicatum, ut infra videbimus. Nam Auctor Chronici Alexandrini tam in die, quam in anno hujus dedicationis errat. Secundo, Nicephorus in Chronico annos XX. Macario aſſignat. Quare ad annum CCCXXXV. pervenit. Non audiendus itaque Papebrocius in Hiſtoria Patriarcharum Hieroſolymitanorum, ubi mortem ejus conſignat anno CCCXXXIV.

Macarii Epiſc. Hieroſolymitani obitus.

Digitized by Google

modi vitium haud penitus valuit extirpari: nam ſæpe poſt hæc ſub Conſtantini ſucceſſoribus Impp. Chriſtianis eſt inveniri pretio vela redempta, vel Admiſſionalibus aliquid ſponte ſolutum,

JESU CHRISTI ANNUS 332. | SILVESTRI PAP. ANNUS 19. | CONSTANTINI IMP. ANNUS 27.

I. Delmatius cognoſcit cauſam Athanaſii.

QUi ſequitur annus Chriſti trecenteſimus trigeſimusſecundus, Conſulibus Ovinio Pacatiano & Mecilio Hilariano annotatus eſt Faſtis. Quo tempore cum Imperator Conſtantinus Delmatio delegaſſet cauſæ cognitionem, qua S. Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus a Meletianis reus homicidii fuerat conſtitutus; ipſe Judex impigre negotium gerens, Athanaſio ſcripſit, ut ſe ad defenſionem pararat: qui tandem rem tantam minime negligendam exiſtimans, Thebaidem, ubi eſſe Arſenium audierat, quem a ſe occiſum Meletiani, duce eorum primo Epiſcopo Joanne, fuerant calumniati, diaconum ſuum exploratum miſit. Hæc quidem ipſe Athanaſius recenſet his verbis (a): *Delmatius Cenſor * igitur mihi perſcribit, ut me pararem ad criminis defenſionem. Ego autem, litteris acceptis, principio ejus rei nullam curam feci, eo quod mihi conſcius eſſem, nihil veri ab illis dici: ſed tamen quia Imperator commotus erat, certiores ejus rei facio comminiſtros noſtros in ſacris per Ægyptum; & diaconum amando, qui de Arſenio cognoſceret, quem intra quinque, vel ſex annos prorſus non videram. Is, ut compendio loquar, primum quidem in Ægypto, dum ibi occultaretur, repertus eſt.* Hæc ipſe. Quomodo autem repertus ſit vivere, idem inferius declarat ex Meletianorum litteris, quibus iſthæc præmittit: *Jam ideo eum occultatum fuiſſe, ut eadem veriſimilem facerent, teſtantur ejus familiares: quorum Pinnes reperto tandem poſt longam inveſtigationem Arſenio, ad Johannem hiſtrionem iſtius ſycophantiæ in hunc modum ſcripſit:*

(a) Athan. Apolog. 2. * Cæſar.

Dilecto Patri Joanni, Pinnes presbyter domicilii Ptemenpyris, quæ eſt in Antæopolitæ Nomo.

II. Arſenius quæritur.

Scire te volumus, Athanaſium miſiſſe Thebaidem diaconum ſuum, ut omnia ſcrutaretur ad Arſenium quærendum. Primum autem obvii repertique Pecyſius presbyter, Silvanus Heliæ frater, Tapena ceramens, & Paulus monachus, Hypſeles, confeſſi ſunt eum apud nos eſſe. Id cum reſciſceremus, curavimus illum in navem conjici, ut ad partes inferiores cum monacho Helia avveheretur. Non ita diu poſt diaconus cum quibuſdam ſuperveniens, Arſeniumque quærens, in noſtras ædes irrupit: verum illum ablegatum jam ad partes inferiores (quemadmodum dixi) non invenerunt; me autem cum monacho Helia, qui Arſenium avexerat, ſecum Alexandriam deportaverunt, Ducique nos obtulerunt: ibi mihi minime licuit inficias ire, ſed confeſſus ſum eum vivere, & interfectum non eſſe: eadem quoque Monachus, qui eum avexerat, faſſus eſt. Hæc ideo tibi ſignificavi, Pater, ut ſcires Athanaſium tibi accuſandum non eſſe: dixerunt enim eum vivere, & apud nos in abditis haberi; reſque innotuit univerſæ Ægypto, neque celari poteſt. Paphnutius monachus ejuſdem domicilii hanc epiſtolam ſcripſi. Plurimum te ſaluto, & valere opto. In hunc modum illi, cum coram Judice Alexandrino, rem ut ſe habuiſſet confeſſi eſſent.

III. Arſenius ad loca remota amandatur.

Cum vero hæc ſciſſet Joannes Epiſcopus & Meletianorum caput, Arſenium, quem navigio in inferiorem Thebaidis partem diximus amandatum, per Nilum ad ma-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5825.

SÆC. IV. Anno Urbis 1085. Olymp. 277. an 4. A.C. 332.

☉ 5. BA. ☽ 11. P. 2. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 332.

SILVESTRI PAPÆ 19.

CONSTANTINI IMP. 27.

I. Conſules.

[r] AD num. I. & ſeqq. *Pacatianus & Hilarianus.* Conſtantii Cæſaris Decennalia, hoc anno, ut videtur, facta ſunt.

II. *Synodus Cæſarienſis anno præcedenti indicta.*

Socrates lib. 1. cap. 27. prodit, *Conſtantinum*, judicium quod coram *Dalmatio Cenſore* in cauſa Sancti Athanaſii agebatur, repreſſiſſe, quod juſſiſſet Epiſcopos ad dedicationem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ convenire, & priuſquam illuc pervenirent, cauſam Athanaſii obiter Tyri ventilare. Theophanes vero habet, Conſtantinum, quod Dalmatio commiſerat judicium, Cæſaream tranſtuliſſe; quo cum propter Euſebium Cæſareæ Epiſcopum venire recuſaſſet Athanaſius, diem ei eſſe dictum Tyri. Res itaque ſic ſe habuit. Poſtquam Conſtantinus ad Athanaſium ſcripſiſſet, ut *Meletianorum inſidias pro nihilo duceret*, & Meletiani timore perculſi aliquantiſper quieviſſent, ut ait Sozomenus lib. 2. cap. 24. rurſus ad-

NOTÆ [s] COſſ. *Pacatianus, & Hilarianus.* Vulgares Faſti quoque extremis nominibus, ut moris eſt; *Pacatiano & Hilariano*,

Digitized by Google

mare perductum, in externas regiones compulit navigare. Appulit navis Tyrum, ubi ſeſe iterum occultavit. Athanaſius autem vigilantiſſimo ſtudio, cujus ſemel veſtigia inveniſſet, exploratores perinde ac venaticos canes poſt eum miſit; & cum illum ſolviſſe audiſſet a Nili oſtiis, ne ſic quidem e ſpe eum inveniendi atque comprehendendi excidit; ſed cum navim illam Tyrum appuliſſe intellexiſſet, ſuos illuc miſit. Hi vero tandem quæſitum diu Arſenium Epiſcopum invenerunt, inventumque ſtiterunt judicio Pauli ejus civitatis Epiſcopi Catholici: ubi rogatus cauſam dicere, ſe Arſenium vere eſſe, confeſſus eſt, & totam de ſimulatione ſuæ necis ex Euſebii Nicomedienſis conſilio fabulam pandit. His igitur rebus geſtis, Athanaſius tanta calumnia liber, litteras dedit ad Conſtantinum Imperatorem, quibus totius commenti cataſtrophen declaravit. Iſthæc omnia idem Athanaſius in Apologia citata ſuperius ſic ſummatim enarrat (*a*).

(*a*) *Athan. Apolog. 2.*

IV. Arſenius invenitur.

Is, nempe Arſenius (*ut compendio loquar*) *primum quidem in Ægypto, dum ibi occultaretur, repertus eſt; poſtmodum eumdem Tyri ſe abſtrudentem noſtri invenerunt. Et, quod mireris, repertus deprehenſuſque noluit ſe agnoſcere Arſenium eſſe, niſi in judicio a Paulo ejus loci Epiſcopo convictus: ab eo enim tempore pudore impeditus, ſe ipſum negare non eſt auſus. Id autem ideo faciebat, quod pacta Euſebio ſervata cuperet; ne, ſe reperto, argumentum fabulæ diſſolveretur.* Sed quomodo his omnibus ad veritatis lucem perductis Athanaſius cum hiſce teſtificationibus & Arſenii confeſſione Macarium diaconum ſuum Conſtantinopolim ad Imperatorem miſerit; & ille, re comperta, publicis litteris toti Orbi voluerit Athanaſii innocentiam innoteſcere, dicemus anno ſequenti; in his enim præſens annus, & eo amplius, inſumptus eſſe putatur.

V. Arſenius fuit Epiſc.

Porro quod ad Arſenium ſpectat; hallucinati plane de eo eſſe reperiuntur, qui eum clericum lectorem, vel presbyterum nominant (*b*); nam cum & Athanaſii teſtimonio pluribus in locis, & ipſiuſmet Arſenii profeſſione in epiſtola quam poſt hæc ad Athanaſium ſcripſit, luce clarius, eum Epiſcopum fuiſſe, reddatur; de his nullus eſt locus, vel minimum dubitandi. Addit quoque Sozomenus (*c*) de Arſenio; ipſum, ob perpetratum olim immenſum quoddam facinus, ſeſe ab Athanaſii oculis ſubduxiſſe; ex cujus latebris, ad ſtruendam

(*b*) *Sozom. lib. 2. cap. 22. & alii cum ſecuti. Epiphan. hæreſ 68.*

(*c*) *Sozom. ubi ſup.*

PAGIUS

adverſarii *accuſatorum multitudinem adverſus eum excitarunt*. Quare Imperator apud Cæſaream *Synodum fieri juſſit*, ad quam cum Athanaſius venire compelleretur, triginta circiter menſium ſpatio profectionem ſuam diſtulit. Ita Sozomenus cap. 25. & Nicephorus lib. 8. cap. 49. *Dalmatius* itaque a cauſa Athanaſii cognoſcenda anno præcedenti ceſſavit, eodemque, vel circiter, novæ illæ inſidiæ Athanaſio ſtructæ, & Synodus Cæſarienſis indicta? triginta enim menſes illi ab indictione hujus Synodi inchoati, & anno CCCXXXIV. quo ea celebrata, abſoluti. Certe in Synodali epiſtola pſeudo-Synodi Sardicenſis anno CCCXLVII. ſcripta, legitur: *Aſclepas ante decem & ſeptem annos Epiſcopatus honore deſcendus eſt*, ideoque anno CCCXXXI. aut CCCXXX. Erat Aſclepas Epiſcopus Gazæ, de quo Theodoretus lib. 2. cap. 19. ait: *Cum Epiſcopi Tyri convenirent*, (anno ſcilicet CCCXXXV.) *eo acceſſerunt inter alii quidam, qui ob perverſam doctrinam accuſabantur, ex quorum numero fuit Aſclepas Epiſcopus Gazæ; tum admirandus Athanaſius.* Cum igitur in Synodo apud Tyrum celebrata tam Aſclepiadis, quam Athanaſii cauſa diſcuſſa fuerit, apparet, utrumque etiam anno CCCXXXI. fuiſſe accuſatum, ac utriuſque cauſam ad Synodum Cæſareæ, indeque ad Tyrianam remiſſam, & Synodum Cæſarienſem anno CCCXXXI. indictam eſſe. Sed cum poſt triginta circiter menſium ſpatium neuter Cæſaream adventaret, utriuſque cauſa ad Synodum Tyrianam rejecta fuit. Porro Sozomenus loco laudato Socratis narrationem emendavit, cujus etiam ſicuti & Theophanis error notandus. Ajunt enim, Dalmatium fuiſſe filium Dalmatii Cenſoris, Conſtantini Magni fratris; cum tamen ipſemet Athanaſius in Apologia ad Conſtantium pag. 782. ubi rem geſtam narrat, affirmet, fuiſſe ipſummet *Dalmatium Cenſorem*, non vero Dalmatium ejus filium, qui, ut infra videbimus, Cæſar poſtea creatus eſt.

III. Gothi a Conſtantino victi.

Hoc anno *Gothi, Sarmatis implorantibus*, victi ab exercitu Romano per Conſtantinum Cæſarem, ut docet Idacius, qui ſub hujus anni Conſulibus habet: *His Conſſ. victi Gothi ab exercitu Romano in terris Sarmatarum die XII. Kal. Maii.* Ad hæc Anonimus Valeſianus, poſtquam locutus eſt de Conſtantinopolis dedicatione, ſcribit: *Deinde adverſum Gothos bellum ſuſcepit, & implorantibus Sarmatis auxilium tulit. Ita per Conſtantinum Cæſarem centum prope millia fame & frigore extincta ſunt.* Certe ipſo menſe Aprili Conſtantinus M. *Martianopoli* egit, ut docet Lex Cod. Theod. 4. *De ſponſalibus*, quæ urbs fuit Myſiæ ſecundæ in vicinia Gothorum & Sarmatarum: qua etiam ipſa Lege agitur de milite ſponſo abſente a ſponſa per biennium expectando. Sed & ejuſdem Conſtantini M. Lex 4. ejuſdem Codicis *De filiis militar. apparitor.* eodem menſe jam antea III. Idus April. data, proculdubio ad apparatum iſtius belli Gothici pertinet: utpote qua Veteranorum filii ad militiam cogi jubentur. De cujuſmodi edicto videndus & Severus in Vita Sancti Martini cap. I. Hæc Gothofredus in Chronologia Cod. Theod. Legenda quæ de hoc bello anno 330. num. VIII. & IX. dixi.

IV. Quatuor Præfecti Prætorio, ſed qui militibus non præerant.

Auctor Chronici Alexandrini ſub hujus anni Conſulibus ſcribit: *XVIII. Maii cœpit annona diſtribui civibus Conſtantinopolitanis*; de cujus publicæ annonæ diſtributione poſtquam mentionem fecit Zoſimus, Conſtantino Magno de more parum æquus, lib. 2. pag. 687. ſubjungit: *Conturbavit & Magiſtratuum officia jam olim inſtituta. Nam cum duo eſſent Præfecti Prætorii, qui hoc officium communiter gerebant, non Palatini tantum Ordines eorum cura, poteſtateque gubernabantur, ſed etiam ii quibus Urbis erat commiſſa cuſtodia, & quotquot in omnibus limitibus erant*

Baron. anno 330. n. XXX.

dum Athanaſio de homicidio calumniam, occaſionem ſumpſiſſe Meletianos, illaque uſos eſſe, immo etiam magicarum præſtigiarum eumdem Athanaſium accuſaſſe; quod ea de cauſa Arſenium interfeciſſet, ut ejus brachio ad incantationes uteretur: ſed de magia calumniæ poſtea emerſere. Cum autem complures ejuſmodi hiſtoriam de Athanaſio Meletianorum atque Euſebianorum calumniis circumvento ſint proſecuti; nos ea potiſſimum conſcribemus, quæ ipſemet Athanaſius publico ſcripto, nempe Apologia, tamquam patentibus litteris ab omnibus inſpiciendis complexus eſt: quamobrem jure reſpuimus quæ ab aliis ſcripta repugnant hiſtoriæ ab ipſo Athanaſio enarratæ, utpote contraria veritati: cujuſmodi illa eſſe videntur, quæ a Socrate (*a*) de inventione Arſenii facta Tyri his verbis enarrantur:

(*a*) *Socrat. Lib. 1. cap. 21.*

VI. Quæ conficta ſunt de Arſenio ſcripta.

Factum eſt Dei providentia, ut Arſenius etiam Tyrum adventaret: nam neglectis mandatis, quæ calumniatores, qui ei pecunias largiti fuerant, dediſſent, ex occulto ad res quæ ibi gererentur cognoſcendas accedit. Evenit, ut famuli Archelai viri Conſularis in taberna ex quorumdam ſermone intelligerent, Arſenium, quem rumor erat interfectum eſſe, illic in hominis cujuſdam ædibus clam deliteſcere: quæ

PAGIUS

erant collocati. Hic enim Præfectorum Prætorii Magiſtratus, qui poſt Imperatorem ſecundus exiſtimabatur, & ANNONAS EROGABAT, & *contra militarem diſciplinam admiſſa convenientibus pœnis corrigebat. Conſtantinum autem recte conſtituta loca moventem, unum hunc Magiſtratum in quatuor Imperia diſcerpſit*, &c. Paulo poſt: *Hac ratione diviſo Præfectorum Magiſtratu, ſtudioſe conatus eſt aliis quoque modis eorum poteſtatem imminuere. Nam cum præeſſent ubique locorum militibus non modo Centuriones & Tribuni; verum etiam Duces, (ſic enim appellabantur) qui quolibet in loco Prætorum vicem obtinebant: Magiſtris militum inſtitutis, altero equitum, peditum altero, & in hos tranſlata poteſtate militum ordinandorum, & coercendi delinquentes, hac etiam in parte, Præfectorum auctoritati detraxit. Id vero tam pace, quam bello, detrimentum rebus attuliſſe, me protinus indicante patebit*, &c. Hæc mutatio, novaque inſtitutio dignæ quæ ſuis annis reddantur, ut varia in Annalibus Eccleſiaſticis ſparſim narrata melius percipiantur. Præfecti itaque Prætorio non amplius poſthac fuere *Comites* Auguſtorum *per omnes expeditiones eorum*, ut vocantur in inſcriptionibus, nec Cæſareorum exercituum ſupremi Magiſtri, ſed publici ſtatus Adminiſtri ac ſupremi Judices, quorum officium egregie deſcribit Caſſiodorus lib. 6. formula 3. quæ eſt præfecturæ Prætorianæ.

V. *Trevirenſis civitas ſedes Præfecti Prætorio Galliarum.*

Quas regiones quælibet Præfectura complectetur, diſcimus ex Notitia Imperii, quam exhibui anno Chriſti XXXVII. ex qua liquet, Præfecto Prætorii Galliarum non tantum Gallias, ſed etiam Hiſpanias & magnam Britanniam fuiſſe ſubditas. Cum vera urbs *Trevirenſis* Sedes Imperatorum extiterit, ut docet Auctor Græcus anonymus, qui paulo ante annum trecenteſimum quinquageſimum ſcripſit; cujus verba anno CCCLXIX. recitabo, non videtur dubitandum, quin eadem urbs Præfectura Prætoriana etiam cohoneſtata fuerit. Divus Athanaſius in epiſt. ad Solitarios, de Sancto Paulino anno CCCLV. in exilium miſſo loquens, ait: *Paulinus Epiſcopus Trevirorum, quæ Galliarum Metropolis eſt*, Metropolis nempe civilis, ac princeps urbs omnium Galliarum, non vero Metropolis Eccleſiaſtica in Galliis, ut ab aliquibus creditum. Quemadmodum enim Euſebius lib. 5. cap. I. de Martyribus, Marco Aurelio imperante, in Gallia paſſi ſermonem habens, de ea ſcribit: ἐς μητροπόλεις ἐπίσημοι καὶ παρὰ τὰς ἄλλας τῶν αὐτόθι διαφέρουσαι βεβόηνται, Λούγδουνος καὶ Βίεννα: Id eſt, ut vertit Valeſius: *In has duas præ exteris inſignes præſtantiſque urbium matres celebrantur Lugdunum ac Vienna*; ſeu ut habet verſio purior & ſimplicior Interpretis Nicephori: *In qua præter cæteras celebres duæ ſunt Metropolitanæ urbes Lugdunum & Vienna*: quemadmodum, inquam, hæc Euſebii verba de Metropolibus civilibus & politicis, non vero de Metropolibus Eccleſiaſticis intelligenda ſunt; ita & laudata Athanaſii verba nonniſi de dignitate urbis Trevirenſis in ſtatu civili explicari debent. Nec audiendus Baronius, qui ait, *Athanaſium* loqui de urbe Trevirenſi, tanquam de una ex Metropolibus Galliæ & de Mediolanenſi tanquam de una ex Metropolibus Eccleſiaſticis Italiæ. Athanaſius enim ex ipſomet Athanaſio explicandus. Hæc ejus verba: *Ex quorum numero clariſſimi ſunt Confeſſionis viri religioſi & Epiſcopi boni, Paulinus Epiſcopus Treverorum, quæ Galliarum Metropolis eſt: Lucifer Metropolitanus Sardiniæ: Euſebius Vercellis civitate Italiæ: Dionyſius Mediolani, quod & ipſum eſt Italiæ Metropolis.* Sicut itaque Mediolanum civilis Metropolis erat totius Italiæ, prout a provinciis Urbicariis & Suburbicariis diſtinguebatur, ut anno CCCXXV. num. XXXIV. & ſeqq. expoſui, ita & urbs Trevirenſis Metropolis erat omnium Galliarum, licet tam in Galliis, quam in Diœceſi Italica variæ eſſent Metropoles, tam civiles, quam Eccleſiaſticæ.

Baron. anno 355. n. XXIV.

VI. *Metropolis Galliarum.*

Athanaſium, eo quo diximus modo, intelligendum docet Theodoretus lib. 2. cap. 15. ubi, citata Athanaſio, ait: ὁ ἐπίσκοπος τῆς ῥώμης λιβέριος, καὶ παυλῖνος ὁ τῆς μητροπόλεως τῶν γαλλιῶν, καὶ διονύσιος ὁ τῆς μητροπόλεως τῆς ἰταλίας, καὶ λούκιφερ ὁ τῆς μητροπόλεως τῶν κατὰ σαρδωνίαν νήσων, καὶ εὐσέβιος ἀπὸ τῆς ἰταλίας, &c. id eſt, ut vertit Valeſius: *Liberius Epiſcopus urbis Romæ, Paulinus Metropolis Galliarum, Dionyſius Metropolis Italiæ, Lucifer Metropolis Sardiniæ Inſulæ, & Euſebius ab Italia, probi omnes Epiſcopi & veritatis præcones rapiuntur, & in exilium deportantur*; ſeu ut Chriſtophorſonus vertit: *Epiſcopus Romæ Liberius. & Paulinus primariæ urbis Galliarum, & Dionyſius primariæ urbis Italiæ, & Lucifer primariæ urbis Inſulæ Sardiniæ Epiſcopus, & Euſebius Epiſcopus etiam Italiæ.* Theodoretus itaque ad Athanaſii ſenſum penetravit, quando ſolo Galliarum Metropoleos nomine *Treverim*, & ſolo Metropoleos Italiæ nomine *Mediolanum* exprimit, quia ſcilicet utraque urbs princeps & primaria erat; hæc in Diœceſi Italica, illa in Diœceſi Gallica. Tranſlata poſtea Præfectura Galliarum Arelatem ab Honorio Imperatore, qui hanc urbem *matrem omnium Galliarum* vocavit, ut legitur in ſupplici libello Epiſcoporum Gallorum ad S. Leonem Papam, id eſt, Galliarum Metropolim ut ea verba explicat Marca lib. 6. de Concordia cap. 17. num. 6. Sed de hac tranſlatione rurſus infra.

quæ cum accepiſſent, eoſque qui narrabant, diligenter necaſſent; ea quæ audierant, ad dominum ſuum referunt. Ille extemplo, omni abjecta cunctatione, hominem conqueri, conquiſitum inveniat, inventum in loco tuto concludit; Athanaſio ſignificat, ut bono animo ſit, &c. Attamen utcumque demum utrumque accidera potuiſſe, ut exploratores ab Athanaſio miſſi per famulos Archelai Arſenium inveſi nerint: certe quidem id contigiſſe, cum Tyri Concilium haberetur (quod abhinc tertio anno, Athanaſii teſtificatione, celebratum conſtat) a veritate prorſus alienum eſt: id enim, & quæ ſingulis annis dicentur inferius, manifeſte declarabunt. Sicut & ab omni prorſus ſcopo veritatis abhorret, quod apud Epiphanium legitur (*a*), poſt Conſtantini Imperatoris obitum temporibus Conſtantini, Conſtantii, & Conſtantis filiorum Auguſtorum, Arſenium eſſe repertum. Hæc igitur niſi recta temporum ratione diſtinguantur, quantumlibet appareant veritate perſpicua, redduntur tamen varia ſcriptorum narratione obſcura admodum atque perplexa. At proſequamur cætera ab eodem Athanaſio quo ſunt ordine recenſita.

(*a*) *Epiph. hæreſ. 68.*

JESU CHRISTI ANNUS 333. | SILVESTRI PAP. ANNUS 20. | CONSTANTINI IMP. ANNUS 28.

I. Legatio Macarii ad Imp.

CHriſti anno trecenteſimo trigeſimotertio, Delmatius atque Zenophilus Conſules creati ſunt: quo S. Athanaſius cum de invento Arſenio Epiſcopo, quem ab ipſo occiſum calumniari fuerant adverſarii, cuncta exacte explorata liquidoque probata habuiſſet; mittit Macarium ſuum presbyterum Conſtantinopolim, qui Conſtantinum Imperatorem, ea de re graviſſime antea commotum, reddat de omnibus certiorem. At Imperator, his acceptis, Delmatium, ad quem jam ſcripſerat, a cauſæ cognitione ceſſare fecit, accuſatores abire juſſit, & pro Athanaſio dignas litteras ſcripſit. Hæc autem ipſe Athanaſius brevi compendio in eadem Apologia his proſecutus eſt verbis (*b*): *Cum enim ſcripſiſſem Cæſari, Arſenium repertum eſſe, & in memoriam revocaſſem quæ de Macario Pſammathia audierat; inhibuit judicium Cenſoris *, litteraſque miſit, quibus noſtri calumnias improbabat; Euſebianoſque ad ſe in Orientem contra nos venientes, re infecta, abire juſſit.* Quas vero tunc idem Imperator Conſtantinus ad Athanaſium litteras dederit, ipſe recitat, eaſque intexuit in eadem Apologia; quæ ſunt hujuſmodi (*c*):

(*b*) *Athan. Apolog. 2.*

* Cæſaris.

(*c*) *Apud Athanaſ. Apolog. 2.*

Victor Conſtantinus Max. Auguſtus Papæ Athanaſio.

II. Conſtantini litteræ ad Athanaſium.

Litteris tuæ prudentiæ perlectis, in eam veni ſententiam, ut putarim te reſcriptis noſtris adhortandum, ut populum Dei ad modeſtiam, & miſericordiam adduceres. Meo enim in animo hæc inter præcipua habeo, ut & veritatem colam, & in mente ſemper juſtitiam conſervem, iiſque potiſſimum gaudeam, qui recta via incedunt. De illis autem omni execratione dignis Meletianis, immanibus iniquam, & nefariis hominibus, qui quaſi apoplexia ictè ſtupent, & ſolummodo invidia, & æmulatione, & tumultibus ad ſcelera motum habent, nefariam ſuam mentem declarantes, iſta mihi dicenda puto. Vides enim homines illos, quos ipſi ferro interfectos ajebant, in medio verſari & vita frui; quo ipſo nullum unquam fuerit gravius præju-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5826.

SÆC. IV. Anno Urbis 1086. Olymp. 278. an. 1. A.C. 333.

☉ 6. G. ☽ 55. P. 22. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 333.

SILVESTRI PAPÆ 20.

CONSTANTINI IMP. 28.

I. Conſules.

[1] AD num. I. Coſſ. *Fl. Valerius Julius Delmatius, & M. Aurelius Zenophilus.* Erat Julius Delmatius Hannibaliani, Delmatii etiam dicti, filius; Hannibalianus vero Conſtantini Magni ex patre tantum frater, ut docet Anonymus Valeſianus.

II. *Vicennalia Conſtantini junioris.*

Conſtantini junioris Cæſaris Vicennalia hoc anno edita Conſulatus iſte demonſtrat. Si enim annis hujuſmodi ſolenniis dicatis Imperatores vel Cæſares Conſules non procederent, dignitas illa in perſonas illuſtriores de more tranſlata. Præterea Idacius in Faſtis hoc anno habet: *His Conſſ. levatus eſt Conſtans die VIII. Kal. Januar.* cui ſuffragatur Euſebius in Chronico ſecundum editionem Pontaci, qui eam nuncupationem confert in annum Abrahami 2350. qui Kalendis Octobris anni Chriſti CCCXXXIII. inchoatur. Baronius quidem eam factam ſcribit, anno CCCXXXV. ſed nullo teſte. Cæſares vero in Decennalibus aut id genus feſtis de more creati. Erat porro *Conſtans* tertius Conſtantini M. filius, qui poſt hujus mortem Auguſtus eſt appellatus.

Baron. an. 335. n. XLI.

III. *Athanaſius*, poſt inventum Arſenium Epiſcopum

NOTÆ [1] COſſ. *Fl. Valerianus Julius. Dalmatius, & M. Aurelius Zenophilus.* Vulgares Faſti; *Dalmatio & Zenofile, ſeu Xenophilo.*

judicium, quodque tam clare eorum cauſam oneret, quam eos, quos ipſi necatus aſſeverabant vivere, & luce frui, qui ipſi pro ſe cauſam dicere poſſunt. Deinde & id quoque additum fuit Meletianorum criminibus; te nefario impetu irrumpentem, rapientemque poculum, quod in ſacratiſſimo loco repoſitum erat, confregiſſe; quo ſcelere nullum unquam profecto gravius eſſe poſſet, ſi quidem id ita factum, & conteſtatum eſſet. Apparet ex his plane calumniam, quam Meletiani in Macarium diaconum Athanaſii conjeciſſent, cum illæ Iſchyræ (ut vidimus) aperta teſtificatione purgatus eſſet, illos eamdem in Athanaſium convertiſſe, eumque calicis perfractorem inclamaſſe.

III. Vaſa Sacra quo in honore habita.

Vides inſuper lector, quantam adhiberi ſolitam eſſe vaſis ſacris reverentiam, & honorem Imperator demonſtret; ut quantumlibet ea ſchiſmaticorum eſſent, tamen, quod ſacro uſui inſervirent, tanta in æſtimatione habenda eſſe putarit, ut facinus nullum hoc gravius admitti potuiſſe teſtetur. Sed ſubdit in eadem epiſtola Conſtantinus: *At quoduam hoc genus criminationis? quæve iſta deſultoria perſonarum tranſmutatio, & reorum diverſitas, ut nunc in hunc, nunc in alium crimen conferant? quæ res ipſa luce lucidior eſt, ipſos tuæ prudentiæ inſidias tetendiſſe. Denique quis jam deinceps homines iſtos tam multa ad noxam fingentes ſequi velit? maxime cum ipſi ſe ipſos in barathrum ducant; cumque in conſpectu ſit, eos fictarum, & falſarum rerum accuſatores eſſe? Ut iterum dicam: Quis eos ſequi velit, & iter exitii praceps inire, in quo illi ſoli mortalium ſpem ſalutis auxiliique conſtituunt? Si enim pura vellent conſcientia ingredi, & bonæ mentis meminiſſe, & ſanum animum induere, facile intelligerent, nullam ipſis opem a Dei providentia expectandam eſſe, cum ſe talium rerum æmulatores ad ſuam perniciem præbeant. Hanc igitur, quam denuncio, non aſperitatem, ſed ſeveritatem jure appellavero.*

IV.

Poſtremo etiam illud adjungimus, ut operam des, quo iſta quæ ſcripſimus, ſubinde ad populum recitentur: ut res ad omnium notitiam veniat; & præcipue, ut illi qui ita agunt, & ad iſtum modum converſantur, reſciſcere poſſint, quod iſta, quæ nunc a nobis emendationis cauſa dicuntur, re ipſa & factis demonſtrantur vera eſſe. Jam cum in hoc negotio tanta ſit malitiæ importunitas; certum habeant, me ita decreviſſe, atque hujus eſſe ſententiæ: ſi quid tale iterum moverint, non pro more Eccleſiarum, ſed legibus publicis mea ipſa opera cauſæ cognitionem ſuſcepturum: ac deinde cognoſcent, ſe non ſolum humani generis, ſed etiam divinæ diſciplinæ latrones eſſe. Deus te ſervet, frater dilecte. Hactenus Conſtantini litteræ.

Comminatio Conſtantini.

V. De aliis litteris Conſtant.

Alias quoque ejuſdem Imperatoris id genus litteras datas eſſe cuique patentes, epiſtola Alexandri Epiſcopi Theſſalonicenſis, Athanaſio adgratulantis, ad ipſum miſſa teſtatur; ſcripſit ad eum ipſe, cum per Macarium diaconum Athanaſii legatum de rebus geſtis Conſtantinopoli certior redditus eſſet: recitat eaſdem Athanaſius, hæc præmittens (*a*): *Quod autem me de cæde Arſenii accuſarint: ne multorum ſcriptis ad eam rem probandam utar; ſufficit ſi unam dumtaxat Alexandri Theſſalonicenſis Epiſcopi epiſtolam, unde & cæterorum exiſtimes, appoſuero. Ille enim cum ſciret, quæ de cæde Arſenii adverſum nos vulgo ſparſa eſſent, non ignarus Arſenium vivere, iſtiuſmodi epiſtolam ſcripſit.*

(a) Athan. Apolog. 2.

VI. Alex. Ep. Theſſal. litteræ.

Domino dilecto filio unanimi, & ſuo in ſacris collegæ Athanaſio, Alexander Epiſcopus in Domino ſalutem. Filium nominat Athanaſium ſenior Alexander ætatis cauſa, quem tamen Patriarcham ſciret eſſe totius Ægypti. Sed ad ipſam epiſtolam accedamus:

Congratulor optimo Serapioni ita ſe ſacris moribus exornare ſatagenti, & patris memoriam laudabiliorem efficienti. Conſummatus eſt enim ille (ut alicubi dicit

Ann. Eccl. Tom. IV. | I i | Scri-

PAGIUS

Macarius Conſtantinopolim miſſus.

pum, quem ab ipſo occiſum calumniati fuerant Euſebiani, Conſtantinopolim ad Imperatorem miſit *Macarium*, qui eum de omnibus certiorem redderet. Verum, non hoc anno *Macarius* Presbyter ad Conſtantinum miſſus, ſed anno trecenteſimo triceſimo primo, aut tardius, inſequenti, ut ex iis, quæ anno præcedenti dixi, manifeſtum eſt.

IV. Templa Gentilium everti cœpta.

Conſtantinus hoc anno Conſtantinopoli degit, ubi datæ ab eo Leges tres in Codice Theodoſiano recitatæ. Templa & idola Gentilium celeberrima, una cum ſuperſtitioſis Gentilitiæ ornamentis hiſce potiſſimum Coſſ. ab eo everti juſſa, & exinde everſa; opeſque & reditus Templis detracti, de quo videndus Julianus Orat. 7. pag. 424. Eunapius in Vita Ædeſii pag. 37. Libanius in Orat. Apolog. 26. pag. 531. & Orat. pro Templis pag. 9. Theodoretus lib. 5. cap. 10. Hieronymus & Cedrenus in Chronico id nominatim factum aiunt XXV. XXVI. & XXVII. Imperii Conſtantini anno, id quod his Conſulibus congruit. Idque etiam diſerte de *ſepulcrorum* nominatim ſeu monumentorum demolitione his Coſſ. indicium facit Lex 2. Codicis Theodoſiani *De ſepulchris violatis*. In ea enim Lege, quam *Conſtans* Auguſtus anno trecenteſimo quadrageſimo nono dedit, mulcta imponitur iis, *qui de monumentis columnas vel marmora abſtulerunt, ex Conſulatu ſcilicet Dalmatii & Zenophili*. Qui quidem Conſulatus, inquit Gothofredus in Commentario illius Legis, & temporis characteriſmus diligenter notandus, & hac obſervatione Annales Eccleſiaſtici illuſtrandi. Nempe hoc illud omnino tempus eſt, quo Conſtantinus Magnus aras, idola, & templa everti juſſit. Ab hoc itaque anno, ut in templa, ita & in ſepulchra ſævitum; & Chriſtianæ Religionis obtentu, atque eradicandæ Gentilitiæ ſuperſti-

Scriptura ſacra) & non mortuus eſt: reliquit enim vita ſua monumentum. Quo igitur nos affectu eſſe erga eum, qui ita virum memoria dignum in ſe conſervat, exiſtimas? quam tu, domine, & ſacram ejus viri memoriam, & recentiores humanitatem cognitam habeas, per quem unam ſolum a tua reverentia epiſtolam accepi? Significavi igitur hoc ipſum tibi, ut ſcire poſſes, domine, dilectum noſtrum, & diaconum Macarium, litteris Conſtantinopoli huc ad me miſſis, ingenti me gaudio affeciſſe, dum mihi ſcriptis ſuis referret opprobrium dedecuſque Achabis ſycophanta de calumnia convicti, quod hominem vivum quaſi interfectum ſermonibus apud omnes divulgaſſet. Condignam autem eum ſua audacia mercedem a juſto Judice cum ſua cohorte relaturum eſſe, ſacra littera mentiendi neſcia ſatis prædicant. Omnium Dominus te virum optimum quam diutiſſime conſervet. Hæc Alexander.

VII. Prædicata a poſteris innocentia Athanaſii. Ejuſmodi autem adverſus Athanaſium ab adverſariis contextam calumniam, & probatam Athanaſii innocentiam commemorat poſt alios Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus in ſua ad Theodoſium Imperatorem Apologia, ubi ait (a): *Perſeverarunt hoc pacto ſeducentes multo tempore; donec Arſenius ille, qui abſconditus fuerat, adhuc vivus deprehenderetur; atque ita vix tandem improbitatis ipſorum deprehenſus eſt conatus. Erat enim ſycophantia iſta animis liberis, bonamque conſcientiam habentibus, moleſta & acerba, conſideratque vehementer animus eorum quibus iſta acciderant; & moleſtiſſimum erat indubitato fruſtra hos, qui nihil læſerunt, inſidias paſſos eſſe.* Cæterum tam immane ſcelus bonum illud plane incomparabile ſubſecutum eſt, ut cum Arſenius ipſe Epiſcopus, tum etiam Joannes Antiſtes Meletianorum anteſignanus, facti pœnitentes, ſupplices pro venia conſequenda Athanaſio litteras dederint, atque a ſchiſmate recedentes eidem ſe Catholica communione conjunxerint. Extant adhuc ejuſdem Arſenii Epiſcopi litteræ ad Athanaſium, qui eas recitat in Apologia his verbis conſcriptas (b):

(a) *Cyril. Apol. ad Theod. Imp. in fin.*

(b) *Athan. Apolog.* 2.

VIII. Arſenii epiſc. litteræ ſupplices. *Athanaſio beatiſſimo Pontifici Arſenius Epiſcopus Civitatis Hypſelitarum, cui aliquando præfuit Meletius, una cum presbyteris, & diaconis in Domino S. P. D.*

Et nos quoque diligentes pacem, & unanimitatem cum Eccleſia Catholica, cui tu per Dei gratiam præfectus es, volenteſque Eccleſiaſtico canoni pro veteri inſtituto ſubjici, ſcribimus tibi, Pontifex dilecte, promittimuſque in nomine Domini nos deinceps non communicaturos cum ſchiſmaticis, aut cum iis, quibus nondum pax eſt cum Eccleſia Catholica, ſive Epiſcopi ſint, ſive presbyteri, ſive diaconi: neque cum illis in conſilio coituros, neque litteras pacatas ad eos daturos, neque invicem ab illis recepturos, neque citra tuam Metropolitani Epiſcopi ſententiam ullum de Epiſcopis, aut alio dogmate commune & Eccleſiaſtico decretum edituros, ſed ceſſuros canonibus ante ſuſceptis, ad exemplar, & modum Epiſcoporum Ammoniani & Tyranni, & Pluſiani, & reliquorum Epiſcoporum. Præterea obſecramus tuam humanitatem, ut nobis quamprimum reſcribas, & de nobis ad noſtros in ſacris collegas; indiceſque nos jam ſtare priſtinis decretis, pacemque agere cum Eccleſia Catholica, & regionum iſtarum Epiſcopis conjunctos eſſe; credimuſque tuis precibus, ut gratis & efficacibus apud Deum, iſtam pacem firmam indiſſolubilemque perpetuo futuram ſecundum Dei voluntatem Domini omnium per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Totum cœtum ſacrorum virorum, qui ſub tua juriſdictione eſt, nos, & qui nobiſcum ſunt, ſalutamus: & cum primum Deus permiſerit, excurram ad tuam humanitatem. Valere te exopto multis temporibus, Pontifex beatiſſime. Sed rurſum idem Athanaſius.

IX. Joannis epiſc. Meletiani pœnitentia. Majus autem, & liquidius argumentum, nos calumniis impetitos fuiſſe, Joannis pœnitentia demonſtrat; cujus teſtis fuit ipſe Deo gratiſſimus beatæ memoriæ Imperator Conſtantinus: qui cum ſciret qualia crimina Joannes ad ſe detuliſſet, litteraſque ejuſdem jam pœnitentiæ accepiſſet, in hunc modum ſcripſit:

Conſtantinus Maximus Auguſtus Joanni. Erat hic (ut ſæpe dictum eſt) poſt Meletii obitum Princeps Meletianorum, & illi in Epiſcopatu ſucceſſor.

Ex animo mihi gratæ fuere tuæ prudentiæ litteræ; Judex enim didici, quæ deſiderabam ſcire, omnem te malitiam animi depoſuiſſe, & cum Eccleſia, ut par erat, communicaſſe, & cum Athanaſio Epiſcopo reverendiſſimo quam maxime in concordiam veniſſe. Certum igitur habeat, te a nobis collaudari, quod relicta omni conſerenda ma-

PAGIUS ſtitionis aratum & idolorum (quæ in ſepulcris) ſpecie, ſepulcra paſſim deſtructa, ornatus his detractus. Hæc Conſtantini junioris Cæſaris Vicennalium indicia.

V. *Privilegia literatis conceſſa.* Referenda & ad eadem Lex 3. Codicis Theodoſiani *De Medicis & Profeſſoribus, ad populum,* in qua Conſtantinus ad Conſtantinopolim multitudine hominum replendam, ſtudiiſque & literatis illuſtrandam, Medicis & Profeſſoribus literarum, eorumque uxoribus & liberis plenam ab omnibus muneribus immunitatem, jam ante Principum beneficiis ſancitam Conſtantinopoli publicavit, exemplo Julii Cæſaris, qui teſte Svetonio in ejus Vita cap. 42. ut exhauſtæ Urbis frequentia ſuppeteret, omnes Medicinam Romæ profeſſos, & liberalium artium Doctores quo libentius & ipſi Urbem incolerent, & ceteri appeterent, civitate donavit.

manus cupidine, id quod Deo gratum erat feceris. Ut igitur, quæ concupiſti, aſſecutus eſſe videaris, tibi permittendum putavi, ut aſcenſo publico vehiculo ad noſtras ſtationes venias. Reſtat igitur ut nihil cures, cum hæc epiſtola tibi facultatem publici vehiculi præbeat, ut quam celerrime ad nos pervenias: & votis tuis impleatis, nobiſque conſpectis, congrua fruaris lætitia. Deus te conſervet, frater dilecte. Hæc Conſtantinus. Habuit conſpiratio finem hunc. Meletiani igitur cum pudore receſſerunt. Haſtenus de his Athanaſius. Quomodo autem per Euſebianos rurſus inverſus fuerit, ac perturbatus rerum ſtatus, dicemus anno ſequenti.

JESU CHRISTI ANNUS 334. | SILVESTRI PAP. ANNUS 21. | CONSTANTINI IMP. ANNUS 29.

1. SEquitur trecenteſimus trigeſimuſquartus Domini annus, Optato, & Paulino Conſulibus conſignatus: mentio eſt horum Conſulatus apud Julium Firmicum Maternum, cum ait ſub iiſdem contigiſſe Solis eclipſim. Quo ipſo anno Euſebiani bellum adverſus Athanaſium, jam pœnitenti a Meletianorum præcipuorum Epiſcoporum aliquantulum conſopitum, inſtau rant; de quo Athanaſius (a) poſt enarratum exitum Meletianæ conſpirationis hæc ſubdit: *Euſebiani autem ne ita quidem quieſcere potuerunt, eo quod ipſis non Meletiani, ſed Ariani curæ eſſent. Veriti igitur, ne Meletianis conquieſcentibus, deſtituerentur hujuſmodi calumniæ hiſtrionibus, denuo eos in nos exuſcitarunt. Iterum Imperatori Synodum Tyri indicendam perſuadent*, &c.

(a) *Athan. Apolog.* 2.

Euſebiani rurſus urgent Athanaſium.

Acceſſu enim illo Joannis ad Imperatorem, cum ab eo, anno ſuperiore (ut dictum eſt) evocatus fuit, occaſio data eſt Euſebio atque aliis cum eo iterum agendi: tunc enim ipſum Joannem jam reconciliatum Athanaſio iterum perſuadent ab eodem reſilire, & cum veteres calumnias inſtaurare, tum novas excogitare. Quid plura? talia tantaque Euſebiani commenti tunc in Athanaſium; atque adeo admiranda ſtructura dolos, & fraudes ſibi invicem junctos concinnarunt, atque prætexerunt pietatis tegumento; ut Conſtantinum alioqui erga Athanaſium ipſum propenſiorem, hominiſque ſtudioſiſſimum, a propoſito mentis, velut incantatione magica quadam averterent, illique eum ſuſpectum redderent, & plane dignum qui

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5827.

SÆC. IV. Anno Urbis 1087. Olymp. 278. an. 2. A. C. 334.

☉ 7. F. ☽ 12. P. 7. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 334.

SILVESTRI PAPÆ 22.

CONSTANTINI IMP. 29.

I. Conſules.

[1] ANum. I. ad X. Coſſ. L. *Acontius Optatus*, & *Anicius Paulinus junior*, ut liquet ex Inſcriptionibus ab Onuphrio in Faſtis recitatis, in quarum altera *Anicius Paulinus junior* appellatur, argumento manifeſto eum ex eadem familia fuiſſe, ac *Anicius Paulinus*, qui anno CCCXXV. Faſtis nomen dedit. Animadverti enim poſt hæc tempora viros eodem nomine donatos, ſi ejuſdem familiæ eſſent, *junioris* epitheto pleromque diſtingui; quod multis infra exemplis patebit. Vide dicta anno CCCXXV. num. 1.

II. *Synodus Cæſarea ad hunc annum pertinet.*

Sozomenus lib. 2. cap. 25. narrata *Athanaſii* e Sede Alexandrina depoſitione, ait Epiſcopos ad hujuſmodi ſententiam in eum ferendam hiſce cauſis adductos ſe fuiſſe docere: *Primum quod ægre ferrent, quod cum Imperator anno præterito* (cur-

NOTÆ [1] COſſ. L. *Acontius Optatus*, & *Anicius Paulinus junior*. Addendum eſt Optato *Ranii* nomen. Gruter. pag. CCCCLXIII. 3.

L. RANIO. ACONTIO. L. F. PUB.
OPTATO. VIR. CLAR.
COS. ORDIN. &c.

Ibidem num. 4.

ACONTII.
L. RANIO. OPTATO. V. C. COS.

Ibid. pag. MLXXXVI.

DEDICANTE. ANICIO. PAULINO IUNIORE. V. C. CONS.
ORD. PRAEF. VRBI.

Vide pag. CCLXXXII.
Gudianæ inſcriptiones apud Relandum

ANICIUS
PAULINUS. V. C. CONS.
ORDINARIUS. &c.

Vulgares Faſti: *Optato*, & *Paulino*. Ita & Julius Firmius lib. I. Cap. II.

Digitized by Google

eorum Synodo Epiſcoporum reus conſtitutus cauſam diceres, ac proinde de Tyrio Concilio indicendo, eidem perſuaſerint.

II. Conſtantini nimia facilitas. Nos poſſum vero non mirari nimiam Conſtantini animi facilitatem (ſic dixerim potius, quam levitatem) quippe cum tot tantiſque perſpicuis omnibus jam redditis argumentis, adverſariorum Athanaſii calumnias compertas habuerit, utpote ipſorummet confeſſione ſæpe teſtatas; adhuc tamen præbuerit aures ſceleſtiſſimis illis, quos ſuæ ipſorum imposturæ crebro reddidiſſent infames: ut hac ex parte nihil propemodum ſit, quo eum digne juſteque valeam excuſare. Certe quidem nec laudator ejus Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus id potuit præteriiſſe ſilentio, qui dum ejus humanitatem commendat, hæc ait (a): *Pari ratione animus et ad ſummum omnis humana perfectionis faſtigium aſcendit, omni virtutum genere exornatus, præcipue vero humanitate; quæ tamen propter improborum hominum in ſcelere licentiam a multis reprehenſa eſt, cum ii eis peccandi cauſam Imperatoris lenitati aſſignarent. Et quidem certe noſmetipſi comperimus duo non ferenda vitia temporibus illis viguiſſe: primum corruptelam virorum inexplebilium quorumdam, & ſceleratorum hominum, qui reliqua vita diſſoluti erant: deinde aliorum inexplicabilem ſimulationem, qui ſpecie quadam ficta prætextuque Chriſtiani nominis in Eccleſiam ſurrepebant. Imperatoris vero humanitas, bonitas, ſincera fides, & morum conſtantia, ac veritas facile eum adduxerant, ut fidem haberet huic iſtorum in ſpeciem fictæ profeſſioni, qui opinione tantum Chriſtiani ſunt habiti: maxime quod iidem veram erga illum benevolentiam, ſed falſis, ac fallacibus animis, conſervare ſimularent; quibus cum ſe crediſſet, ejuſmodi fortaſſe calumniis, longe aliter quam par erat, infamabatur; invidia ſcilicet hanc labem reliquis ejus immiſcente virtutibus. Sed hos non multo poſt divinitus immiſſa pœna conſumpſit.* Hæc Euſebius. At quinam hi fuerint, quos ait divina vindicta conſumptos, haud facile eſt divinare.

(a) Euſeb. in Vit. Conſt. l. 4. c. 54.

III. Ceterum quantumlibet eam Conſtantini animi facilitatem, qua facile improbi abuterentur, bonitati ipſius adſcribas; haud tamen in Principe, cum præſertim eadem utitur in rebus graviſſimis, commendatione digna eſt, ſed improbanda penitus, cum ex ea hæreticis atque ſchiſmaticis in Eccleſiam Dei viroſque ſanctiſſimos debacchandi anſa tribuatur; ut factum vidimus a Donatiſtis, quos contra jus faſque omne ſæpius appellantes ſemper audivit, & nunc ferme idem in cauſa Athanaſii agitari videmus; quem cum iterum adverſariorum calumniis manifeſte noverit circumventum, & perſpicue notum habuerit innocentem, quod & datis a ſe litteris publicis firmiter eſt conteſtatus atque profeſſus: nihilominus tantum abfuit ut calumniantes Athanaſium digno ſupplicio afficiendos curaverit, ac deteſtandos homines procul (ut par erat) ab humano conſortio ſeparaverit; quin potius iiſdem in eumdem rurſum inſurgentibus aures accommodaverit, atque ex eorumdem ſententia, quicquid periiſſent illi, decerneret, nempe Tyrium Conciliabulum, cui præſiderent omnes qui Ario olim manifeſte faviſſent, modo autem pœnitentiam ſimularent, in quo pariter deteſtabiles Meletiani ſæpe convicti agerent accuſatores & teſtes: hæc autem laudet qui velit in Conſtantino; nos quidem certe commendare non poſſumus: ſic enim comparati ſumus, ut in hiſtoria veritatem potiſſimum excolamus, abhorreamuſque ab Euſebii inſtituto, qui ut Ariano Principi adularetur, nempe Conſtantio, de ejus patre Conſtantino, cum vitam ipſius ſcripſit, laudibus dicendis totus intentus, multa (quod ſuis locis demonſtravimus) turpiter mentitus eſt. At de Tyrio hæreticorum Conventu, ſequenti anno, quo celebratum eſſe liquet, dicturi ſumus. Conſtantinus jure reprehenditur.

IV. Quibus permotus Conſtantinus contra Athanaſ. agere. Quid autem auribus Conſtantini inſuſurraſſe potuerint Euſebiani, poſtquam audiſſent Meletianorum Principem Joannem facti pœnitentem cum Athanaſio iniviſſe concordiam; aliud quod exiſtimem nihil eſt, niſi ipſos jactaſſe Joannem ab Athanaſio blanditiis delinitum, pollicitationibus pellectum, & pecuniis etiam fortaſſe corruptum, ut a criminum objectorum proſecutione deſiſteret; immo (quod ſignificant Conſtantini litteræ de cogenda Synodo, pau-

PAGIUS (currenti nempe) *juſſiſſet, ut Orientales Epiſcopi Cæſaream ejus cauſa convenirent, ipſe non occurriſſet, longi temporis mora fatigatam Synodum cernens, & Imperatoris præcepta deſpiciens.* Papebrocius Tomo I. Sanctorum Maii in Vita Sancti Athanaſii cap. 5. num. 67. & cap. 9. num. 102. dicit, jam novum annum fluere cœpiſſe a Septembri anni Chriſti CCCXXXV. a quo menſe Græci annum CCCXXXVI. inchoaverant; ideoque Epiſcopos, qui poſt eum menſem literas Encyclicas contra Athanaſium ſcripſere, ſignificare *Concilium Cæſareenſe* indictum fuiſſe anno Eræ Dionyſianæ CCCXXXV. qui ipſis erat a Septembri CCCXXXVI. Verum, epiſtolæ Conſulum ordinariorum nominibus conſignari ſolebant; ideoque annus in eis expreſſus intelligitur a Kalendis Januariis, non vero a Kalendis Septembribus inchoatus. Nec refert, quod in literis plurimis per hæc tempora datis Conſulum nomina non exprimantur. Nam nulla ratio dari poteſt, cur in quibuſdam epiſtolis annus intelligatur inceptus a Januario, in aliis a Septembri. Hoc porro tempore invaluiſſe uſum, ut Conſulum nominibus literæ notarentur, liquet ex epiſtola, quam, durante adhuc Conciliabulo Tyri, Presbyteri ac Diaconi Mareotici dederunt, *Conſulibus Julio Conſtantio illuſtriſſimo Patricio fratre religioſiſſimi Conſtantini Auguſti,* &

Digitized by Google

paulo poſt recitandæ) Meletianos omnes Athanaſii potentia eſſe compreſſos, & in magno periculo conſtitutos, ut nec fari præ timore auderent: rurſum eoſdem inculcaſſe quæ propalata erant de invento Arſenio, ſtropham eſſe, ab Athanaſioque ſuppoſitum hominem, qui nomen aſſumeret, & referret Arſenii perſonam: hæc & alia plura ab impoſtoribus in Athanaſium coagmentata, & miro artificio concinnata, credita veriſimilia Conſtantino, reddiderunt animum ejus ancipitem, ac de Athanaſii innocentia fluctuantem; quem, & levi negotio ad illud primum impalerunt, ut eumdem Joannem, a quo cuncta eſſet exploraturus, quantocyus, publico imperrito vehiculo, acceſſiret, datis ad eum litteris illis, quæ ſuperius ſunt recitatæ.

V. Artes Arianorum.

Cum vero Conſtantinopolim ille ad Imperatorem veniſſet, ab Euſebianis quid tranſactum cum eodem Conſtantino, admonitus fuit: quem & iidem rogarunt ut omnia iiſdem conſentientia, vocatus ab eo, firmiter diceret & affirmaret. Ut autem id faceret, priſtinum initum inter ipſos adverſus Athanaſium fœdus iidem in memoriam revocaſſe putantur, & alia complura admiſcuiſſe, quibus male obductam in Joanne cicatricem confricantes, animum ejus in Athanaſium acrius concitarint: accidiſſeque tandem ex ſententia, ut titubantem animum Conſtantini, ad id quod videbatur honeſtum, induxerint, nempe (quod dictum eſt) ut facet Epiſcoporum cogeretur conventus, ubi præſente ſancto Antiſtitum cœtu, more majorum, quæ objicerentur in Athanaſium accuſationes, proferrentur in medium, ipſe vero judicandus, ſi bonæ cauſæ fideret, præſens adſiſteret; hæc plane illi. Sed qualem delegerint illi locum ad Epiſcoporum conventum, & qui apoſtatarum & Ario faventium cœtus accurrerit, ac quinam fuerint qui iſthæc Imperatori ſuggeſſerint, Theodoretus in primis narrat his verbis (a):

(a) Theod. l. 1. c. 28. & Sozom. l. 2. c. 24.

VI. Euſebiani dolose petunt Concilium.

At ne ſic quidem impios Arianos puduit, ſed aliam talem de integro texere fabulam aggreſſi ſunt, qualem nemo veterum tragicorum comicorumve aliquando effinxerit. Nam accuſatoribus ex ſua ipſorum factione conductis, eos deducunt ad Imperatorem. Illi clamant, Athanaſium virtutis athletam multa infanda ſcelera conſcivisſe. Horum cauſam tuitus eſt Euſebius, Theognis, & Theodorus Perinthius (Perinthus autem hoc tempore Heraclea nominatur): dicunt iſtas res adeo indignas intolerabileſque, ut hominum aures eas audire refugiant. Proinde perſuadent Imperatori, ut Cæſareæ Palæſtinæ (ibi enim erant complures Athanaſii infeſti) Concilium convocetur, juberetque in ea urbe judicium de Athanaſio exerceri. Imperator autem illis, utpote ſacerdotibus, obſcatus (ſiquidem ignorabat penitus fraudulentos eorum conatus) quod poſtulaverant, fieri mandavit. Verum Sanctus Athanaſius, intellecto judicum odio, ad Concilium non venit. Ariani igitur, anſa inde ad calumniandum arrepta, & bello contra veritatem ſuſcepto, præter alia nefanda facinora, tyrannidis præterea, & contumacia eum coram Imperatore inſimulant. Neque certe ſpes eorum fruſtrata eſt; nam Imperator alioqui manſuetiſſimus, eorum verbis ad iracundiam provocatus, ſcripſit ad Athanaſium epiſtolam, qua & bilem ſuam aperuit, & ei, ut Tyrum peteret, mandavit. Etenim quoniam ſuſpicabatur (quemadmodum ego cenſeo) Athanaſium Cæſareæ, propter illius urbis Antiſtitem, minime velle comparere; idcirco juſſit, at Concilium Tyri cogeretur. Hoc plane anno, qui præceſſit Conventum Tyrium, ex Imperatoris mandato juſſam eſſe convocari Concilium Cæſareæ Palæſtinæ, Athanaſium vero, licet litteris Imperatoris acceſſitum, ire noluiſſe, quod detrectaret ſubire judicium Euſebii ejus Civitatis Epiſcopi, & aliorum Arianorum, Sozomenus affirmat (b).

(b) Sozom. l. 2. c. 24. in princ. & infra.

VII. Prætenſæ cauſæ Concilii cogendi.

Cogendi autem Tyri Concilium, illam quoque cauſam prætexerunt, nimirum, ut Baſilicam famoſiſſimam Hieroſolymis erectam Epiſcopi dedicarent: quod teſtatur Euſebius; dum illud Conciliabulum malignantium perinde ac œcumenicum quoddam Concilium celebrans, ait (c): *Sed virtutis hoſtis invidia etiam hæc in re, quaſi tenebricoſam nebulam clariſſimis ſolis luminibus offundens, per controverſias quaſdam, turbatis denuo Ægypti Eccleſiis, inſtituta hujus celebritatis ſplendo-*

(c) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 41.

PAGIUS *& Rufino Albino, clariſſimis & Deo gratiſſimis viris.*

III. S. Athanaſius ad illam tarde venit.

Cum Epiſcopi apud Sozomenum laudatum dicant, *Athanaſium* diuturna ſui expectatione Concilium fatigaſſe, oſtendunt, verum eſſe quod ſcribit Sozomenus lib. 2. cap. 25. & poſt eum Nicephorus lib. 8. cap. 49. Athanaſium triginta circiter menſium ſpatio profectionem ſuam diſtuliſſe, nempe Cæſaream venire, non vero Tyrum. Hallucinatus enim eſt Baronius, quando ſcribit, locum illum Sozomeni depravatum eſſe, & loco *triginta circiter menſium ſpatio*, reſtituendum, *trium circiter menſium ſpatio* Athanaſium remoratum eſſe, ne veniret ad Synodum Tyri. Nam præterquam quod in omnibus Sozomeni exemplaribus ita legitur, triginta illi menſes ad Synodum Cæſareæ indictam, non vero ad Tyriam, referuntur, ut diſerte Sozomenus habet. His adde, Epiſcopos Conciliabuli Sardicenſis anno CCCXLVII. celebrati, loquentes de Athanaſio ac de Concilio Cæſarienſi, ſcribere: *Poſt alterum annum in Tyro propter ejus facinora* (ſcilicet Athanaſii) *neceſſario iterum celebratur Concilium*. Quare a Concilio Cæſarienſi ad Tyrium annus effluxit.

IV.

dorem obſcurare conata eſt. Nempe Tricennalium ſolemnitatem, quæ ſequenti anno trigeſimo Conſtantini celebrata eſt; quo anno ipſum (ut dicemus) contigit Tyrium Conventiculum peragi. Subdit autem: *Sed Imperator, omni cura, & cogitatione in Deum defixa, collegit ex omni Ægypto, Aſia, Africa, Europa frequentem Epiſcoporum cœtum; eumque tanquam Dei exercitum armis contectum objecit huic invido Diabolo: mandavitque primum, ut quam celeriter renovatæ contentionis finem facerent; deinde ut Martyrum domum, de qua dixi, conſecrarent; obiterque, ut in Phœnicia metropoli conceptas rixas delerent. Non enim licere ſententiis, & opinionibus diſſentientes ad divinum cultum adeſſe; quod in divina lege diſertis verbis editum ſit (a), non debere ſecum diſcordantes munera prius ſua offerre, quam, amicitia reconciliata, ad mutuam pacem gratiamque redierint. His ſalutaribus, præceptis Imperatoris animus intus cum ſecrearetur; omni ut conſenſione concordiaque inſtitutum perſequerentur, litteris ſuis in hanc fere ſententiam ſignificavit (b):*

(a) Matth. 5.

(b) Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 42.

Victor Conſtantinus Maximus Auguſtus ad ſanctam Synodum Tyri congregatam.

VIII. Conſtantini litteræ de Synodo celebranda.

Erat fortuſſe conſentaneum, & ad præſentis temporis opportunitatem maxime accommodatum, carere omni contentione Eccleſiam Catholicam, & Chriſti ſervos ab omnibus rixis ſolutos ac liberos eſſe. Sed quoniam nonnulli ſceleratæ cujuſdam contentionis furore incitati, ac (ne quid gravius dicam) vitam ſua profeſſione indignam agentes, omnia turbare & miſcere conati ſunt (quod ſcelus ſuper omnem calamitatem mihi ſane poſitum eſſe videtur) propterea vos veſtra (ut eſt in proverbio) ſponte currentes hortor, ut nulla interpoſita mora, ſed omni qua poſſitis celeritate, in unum locum confluentes, Synodum inſtituatis, & egentibus opem feratis, in periculo poſitis fratribus medicinam adhibeatis, divulſa membra ad conſenſionem revocetis, errata omnia interea emendetis, dum ipſum tempus ſerit: ut hiſce tantis Provinciis, quæ maxime decet, concordiam reſtituatis, quam (o futiles ineptias!) paucorum hominum delevit arrogantia. Nam hoc & Deo totius hujus univerſitatis Domino gratum, & nobis quavis re vel optatiſſima magis jucundum, & vobis ipſis, ſi concordiam, & pacem revocaveritis, magnæ gloriæ, vel omnium mortalium judicio conſenſuque futurum, plane arbitror. Nolite igitur cunctari, ſed acerrimo ſtudio his quibus decet terminis præſentes controverſias definire; utpote qui cum omni puritate, & fide coiſtis, quam in omni cœtu prope clariſſima voce Salvator noſter, cui ſervimus, in primis flagitat. Nihil vero, quod eſt noſtrarum partium noſtræque prudentiæ, deerit: nam quæ litteris mihi veſtris ſignificaſtis, omnia curavi; ſcripſi ad quos volebatis Epiſcopos, ut veſtras curas, & ſolicitudines præſentia, & laboribus ſuis adjuvarent.

IX. Dionyſius conſularis miſſus Tyrum.

Miſi etiam Dionyſium Conſularem, ut omnium rerum gerendarum eos admoneat, qui veſtræ Synodo adeſſe debent; maxime vero, ut idem animadverſor ſit, & cuſtos conſervandæ æquabilitatis & ordinis. Quod ſi quis (quod quidem non futurum arbitror) rejecta, & ſpreta mandata noſtro, adeſſe noluerit: delegabimus aliquem, qui regia illum auctoritate in exilium ejectum, docebit, hominem minime decere ſummi Imperatoris præceptionibus ad tuendam veritatem editis repugnare. De cætero veſtræ ſanctitatis partes ſunt, non odio, vel gratia ulla, ſed conſentientibus ſtudiis, ſecundum Eccleſiaſticam, & Apoſtolicam regulam omnibus erratis errore aliquo admiſſis propriam curationem adhibere: ut omni aliena contumelia Eccleſiam liberetis, & meas curas ullevetis; & rebus turbatis per vos conſtitutis, maximam vobis ipſis gloriam comparetis. Deus vos conſervet, fratres dilecti. Hactenus Conſtantini epiſtola de convocanda Tyri Synodo apud Euſebium: recitat eamdem Theodoretus (c). Quinam vero convenerint, quotve numero, & reliqua Acta Synodi, anno ſequenti, quo celebrata fuit, dicemus.

(c) Theod. l. 1. c. 29.

X. Pro miſerabilibus perſonis quid Conſtant.

Iiſdem Conſulibus quamplures a Conſtantino leges ſancitæ reperiuntur, & inter alias illa pro miſerabilibus perſonis, pupillis, viduis, debilibus, & ægrotantibus, ne ab ullo Judice compelli poſſent (d) Imperatorem adire. Favit & militibus in ex-

(d) l. 2. de offic. omn. Jud. C. Theod.

pe-

PAGIUS

IV. *Conſtantinus pauperum curam gerit.*

Ad num. X. Dedit hoc anno Conſtantinus Legem 2. Codicis Theodoſiani *De officio Judicum omnium*, qua prohibet pupillos, viduas & ægrotos trahi ad Comitatum, & extra Provinciam ſuam. Cujus evocationis in pupillorum favorem exemplum exhibet Theodoricus Rex apud Caſſiodorum lib. 4. epiſt. 9. Sic olim in Gallia, pupilli & viduæ adverſarios ſuos ad Curiam *Chriſtianitatis*, ut vocabant, id eſt, ad Curiam Eccleſiaſticam evocare poterant: quod abrogatum, agente Petro de Cuneriis Regio in Parlamento Pariſienſi Advocato. Plura Gothofredus in illius legis Commentario.

V. *Sarmatæ a Conſtantino recepti.*

Sarmatarum ſervis contra dominos rebellantibus, (hi Limigantes poſtea dicti, de quibus Ammianus lib. 17. & 19.) Conſtantinus Magnus pulſos dominos his Conſulibus excepit, & *amplius trecenta millia hominum mixtæ ætatis & ſexus per Thraciam, Scythiam, Macedoniam, Italiamque diviſit*, inquit Anonymus Valeſianus; quod ſub hujus anni Conſulibus factum docet Idacius in Faſtis: *His Conſſ. Sarmatæ ſervi univerſa gens dominos ſuos in Romaniam expulerunt.*

peditione poſitis in teſtando; ut eorum ultima voluntas rata habenda eſſet, licet in vagina, vel clypeo, vel in pulvere ſcripta foret (a). At nos Eccleſiaſtica proſequamur.

(a) L. 15. C. de teſt. mil.

JESU CHRISTI ANNUS 335. | SILVESTRI PAP. ANNUS 22. | CONSTANTINI IMP. ANNUS 30.

I. Conciliabulum Tyrium quale.

TRecenteſimus trigeſimusquintus Chriſti annus Conſtantio & Albino Conſulibus annotatur, celebris Tricennalium Conſtantini Imperatoris ſolemnitate, quo ab Euſebianis adverſus Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum Tyri in Phœnicia Conciliabulum celebratum eſt, conſpirantibus una cum eis ſchiſmaticis Meletianis. Conciliabulum plane dixerimus, atque conventum malignantium, non ex noſtra tantum, ſed majorum ſententia, atque Synodali teſtificatione ſanctorum Patrum: in litteris enim Concilii Alexandrini paulo poſt celebrati hæc ſcripta leguntur apud S. Athanaſium (a): *At præclari Euſebiani, quo veritatem ſcriptaque ſua oblitterent, nomen Synodi ſuis Actis prætexunt, cum res ipſa negotium Imperatorium, non Synodale haberi debeat; quippe ubi Comes præſidebat, & milites Epiſcopos ſuo ſatellitio cingunt; & Imperatoria edicta, quos ipſi volunt, coire compellant*: & paulo poſt: *Si enim veluti Epiſcopi ſeſe Judices volebant eſſe; quid opus erat vel Comite, vel militibus, aut edictis ad coeundum Imperialibus? Quod ſi Cæſare indigebant, & ab eo Acta robur accipere voluerunt; quo jure ipſi judicium Cæſaris irritum fecere? aut qua de cauſa, cum Cæſar Meletianos, & calumniatores, & nefarios non ſine deteſtatione ob cædem de vivo homine confictam, Athanaſium vero innocentiſſimum ſuis ſcriptis pronuntiarit; ipſi Meletianos veram dicere, & Athanaſium reum eſſe definiunt?* Hæc ibi; quæ ante omnia pro foribus ſynagogæ Satanæ tamquam nobilem de rebus in ea geſtis titulum voluimus affixiſſe.

(a) Athan. Apolog. 2.

II. Tempus conventus Tyrii.

Rurſum vero de eodem acturi Concilio; quod ad rectam temporis rationem conſignandam ex more pertinet, hoc ipſo anno ejuſmodi conventum malignantium fuiſſe collectum, Euſebii in primis auctoritate probatur, dum ait (b), ipſis Tricennalibus Imperatoris, tum Tyri, tum etiam Jeroſolymis eoſdem Epiſcopos conveniſſe, tum (ut dictum eſt) dedicationis Eccleſiarum occaſione, tum etiam componendi (ut ait) diſcordias obortas inter Ægyptios. Rurſum autem id etiam compertiſſimum redditur ex epiſtola Eccleſiæ Mareoticæ in Ægypto, dum Tyri Synodus ageretur, data ſub hujus anni Conſulibus; nam in fine iſthæc habet (c): *Conſulibus Julio Conſtantio Illuſtriſſimo Patricio fratre religioſiſſimi Conſtantini Auguſti, & Ruffino Albino, clariſſimis & Deo gratiſſimis viris.*

(b) Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 11.

(c) Apud Athanaſ. Apolog. 2.

III. Quot & quales epiſc. convenerint Tyri.

His igitur de certo Synodi anno exploratis redditis de numero Epiſcoporum, & ipſis qui interfuerunt Epiſcopis, agendum eſt. Nullus certus numerus ab Euſebio de-

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1088. Olymp. 278. an. 3. ſecundum Baronium, Olymp. 278. A.C. 335.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5828.

☉ 8. E. ☽ 23. P. 30. Mart. Indict. 8.

JESU CHRISTI 335.

SILVESTRI PAPÆ 22.

CONSTANTINI IMP. 30.

I. Conſules.

[1] ANnus I. ad XLI. Coſſ. *Julius Conſtantius, & Ceionius Rufius Albinus*. Prior non Conſtantini Imperatoris fratris filius, ut perperam Onuphrius in Faſtis, ſed frater ipſius Conſtantini M. ut patet ex ſubſcriptione anno præcedenti num. II. recitata.

II. Tricennalia Conſtantini M.

Tricennalia Conſtantinus Magnus his Coſſ. edidit *die VIII. Kal. Aug.* ut diſerte tradunt Idacius & Auctor Chronici Alexandrini. Addit hic, celebrata eſſe *Conſtantinopoli quam magnifice*. Sunt hæc Tricennalia Auguſtei Imperii. Anno vero præcedenti Imperii Cæſarei Tricennalia dedit.

III. *Conſtantis* Conſtantini Magni filii nuncupatio ad annum CCCXXXIII. pertinet, ad Vicennalia nempe Conſtantini Cæſaris fratris, ut ibidem

NOTÆ [1] COſſ. *Julius Conſtantius, & Cejonius Rufus Albinus*. Gruterus pag. CCCLXXXVII. 3.

C E I O N I U M . R U F I U M . A L B I N U M
V. C. C O S. F I L O S O P H U M . R U F I
V O L U S I A N I . B I S O R D I N A R I I .
C O S. F I L. &c.

In Epiſtola Mareoticorum, Concil. tom. II. pag. 458. *Conſulibus Julio Conſtantio illuſtriſſimo Patricio, fratre religioſiſſimi Conſtantini Auguſti, & Rufino Albino, clariſſimis, & Deo gratiſſimis*. Vulgares Faſti: *Conſtantio, & Albino*. Libellus de Præf. Urb. *Conſtantio, & Paulino*.

Digitized by Google

definitur; ſed res ſuas atque ſuorum oſtentare ſolitus, dum ait illuc conveniſſe Epiſcopos ex Aſia, Africa, & Europa, viſus eſt demonſtrare ejuſmodi fuiſſe conventum ampliſſimum, atque propemodum Concilio Nicæno non imparem; cum tamen nonniſi ſexaginta omnes numero fuiſſe teſtetur Socrates (*a*), nec inter eos ex Occidentalibus aliquem, ſed illos tantum præſto fuiſſe Epiſcopos, quos Euſebius, & Euſebiani advocandos eſſe, Conſtantino perſuaſerunt: nam ipſe ad eos litteris ſuperius recitatis: *Scripſi* (inquit) *ad quos volebatis Epiſcopos, ut veſtras curas, & ſolicitudines præſentia, & laboribus ſuis adjuvarent*. At quinam fuerunt hi? omnes prope qui Ario ſtuduiſſent tempore Nicæni Magni Concilii, vel poſtea ejus fautoribus inhæſiſſent, ſententia Ariani; qui tamen (quod deterius erat), ut deciperent Imperatorem, ſe Catholicos, & hoſtes Arianæ hæreſeos atque aliarum omnium, & Eccleſiæ pacis ſtudioſiſſimos eſſe profiterentur: pulchro enim pacis nomine, & concordiæ Catholicæ optata ſpe pellexerant Conſtantinum, non tantum ad ejuſmodi Synodum congregandam, ſed ad cuncta, ne quid accidere in ea poſſet, quod pacem, quam pollicebantur, perturbaret, ex ſua ipſorum ſententia facienda. Qui autem Tyri convenerunt Euſebiani, Arium intra animum habentes incluſum, ab Athanaſio (*b*), atque Theodoreto (*c*), nominantur Euſebio Nicomedienſis, totius impietatis choreæ ductor; ejus gentilis Euſebius Cæſarienſis, illi perfidia atque aſtu non impar: præſidebant hi ſynagogæ Satanæ veluti Judices audituri accuſationes in Athanaſium; quibus inhærebant Theognis Nicænus, Mares * Chalcedonenſis, Aſclepius Gazæ, Theodorus Laodiceæ, Patrophilus Scythopolitanus, Narciſſus Ptolemaidis, Valens, & Urſacius Epiſcopi in Pannonia, Macedonius, Flacillus, & Georgius qui ab Alexandro Epiſcopo Alexandrino ob ſcelus perpetratum fuerat depoſitus a ſacerdotio, & alii ex Meletianorum factione ſelecti, quos ad expugnandam aditu clandeſtino fidem Catholicam, Euſebii impietatis tuba collegerat.

(*a*) *Socrat. lib. 1. cap. 20.*

(*b*) *Athan. Apolog. 2.*

(*c*) *Theod. l. 1. c. 28.*

* Maris

IV. Ex eorum quoque voluntate factum eſt, ut prætextu quodam comprimendi tumultus, & imperandi, cum opus eſſet ſilentii, coercendæque procaciæ inſolentium, miſſus fuerit ab Imperatore cum militari manu Dionyſius Comes; re vera ut expugnaret innocentiam, & cum ea innocentes opprimeret, & ſecretum aditum Athanaſii hoſtibus ad oppugnandam fidem Catholicam aperiret. Hunc illum puto Dionyſium, ad quem Tyri publicatum extat Conſtantini reſcriptum de famoſis libellis (*d*): diu enim ibi ipſum verſatum cum Paulino Tyri Epiſcopo Arii fautore aſſueviſſe, opinio eſt, delectum plane hominem qui ejuſdem cum ipſis ſententiæ foret, & in idem facinus conſpiraret. Archelaum quoque Orientis Comitem eo miſſum eſſe, qui cum Dionyſio Concilio præſideret, Ruffinus eſt auctor (*e*), ſed de eo nihil apud Athanaſium alioſve antiquos ſcriptores.

Dionyſius comes Præſes Synodi.

(*d*) *l. 4. de famoſ. libel. Cod. Theod.*

(*e*) *Ruffin. lib. 1. c. 16 & 17.*

V. Cæterum ſic cuncta ex Arianorum voluntate compoſita atque diſpoſita ſunt, ut non Epiſcoporum Concilii, ſed fori Præſidis præſeferret imaginem, & ſpeciem repræſentaret apparituræ fiſcalis: ſtipabant omnia armati ſatellites, catenarumque audiebatur ſtridor, hoſtium quoque auribus permoleſtus. Perductus eſt enim illuc Macarius Alexandrinæ Eccleſiæ diaconus, qui & alicubi presbyter legitur, antea miſſus (ut dictum eſt) Conſtantinopolim legatus ab Athanaſio; & ipſe ad id prædonum conventiculum minacibus litteris accerſitus vinctus adducitur. Id quidem Athanaſius ipſe teſtatur his verbis (*f*) poſt recitatam Meletianorum reſipiſcentiam: *Denuo eos* (nempe Meletianos) *Arianæ in nos exaſperant, iterum Imperatori Synodum Tyri indicendam perſuadentes, ad quam & Comes Dionyſius miſſus eſt, Euſebianiſque ſatellitium militare additum: eodem Macarius, ſed vinctus, per milites deductus eſt; mihi ſcribitur, ut adſim; atque adeo neceſſitas veniendi injungitur, ut, niſi venirem, invitus adducerer*. Hæc ipſe.

Qualis Synodi facies.

(*f*) *Athan. Apolog. 2.*

VI. Qui igitur Imperatoriis litteris fuerat convocatus S. Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus non ut Synodo præſideret, ut par erat, utpote ſecundæ ſedis Epiſcopus, & dignitate omnium qui aderant primus, ſed ut reus ad dicendam cauſam, ſententiam

PAGIUS

Oratio ab Euſebio in Tricennalibus habita.

dem oſtendimus. Porro Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus egregiam Orationem, quæ adhuc extat, de laudibus hujus Imperatoris in ejus Tricennalibus habuit, quam in Vita Conſtantini lib. 4. cap. 46. ait, ſe Conſtantinopoli coram ipſo Imperatore recitaſſe. Sed tollendus hic error vulgaris, eam nempe recitatam eſſe ab Euſebio in ipſa Tricennalium feſtivitate, ſeu die XXV. Julii, qua Tricennalia acta. Euſebius enim contrarium oſtendit, cum loco laudato cap. 45. tradat, ſe Encæniis Eccleſiæ Hieroſolymitanæ die XIII. Septembris, at mox videbitur, celebratis interfuiſſe; & cap. ſequenti ſubjungat: Orationem de Tricennalibus *paulo poſt profecti Conſtantinopolim coram ipſo Imperatore recitavimus*.

IV. Non itaque die XXV. Julii, quo Tricennalia edita, ſed poſt menſem Auguſtum, & Euſebii Hieroſolymis Conſtantinopolim reditum ea Oratio habita. Quod ex ipſis etiam Orationis verbis oſtendi poteſt. Nam capite ejus tertio dicit Euſebius, *Conſtantinum* ſingulis Decennalium periodis unum ex ſuis liberis ad Imperialis Throni conſortium promoviſſe: *Cumque jam quartus volvi cœperit circulus* (ipſo nempe Tricennalium

Sed poſt menſem auguſtum.

tiam expectaturus aſtaret; venire ne deberet diu multumque animo, & mente verſavit. Cæterum, quod apud Sozomenum legitur (*a*), Athanaſium licet graviter urgeretur, profectionem diſtuliſſe uſque ad triginta menſes circiter; textum eſſe depravatum exiſtimo, atque reſtituendum, ad tres circiter menſes fuiſſe remoratum: nam hoc ipſo anno Synodum cœptam eſſe, atque pariter abſolutam, inde vero Hieroſolymam evocatam ad templi dedicationem, omnes affirmant: & licet (quod ait Sozomenus) primo juſſus eſſet idem Athanaſius ad Synodum proficiſci Cæſaream; tamen cum nec id potuerit niſi anno ſuperiori contigiſſe, quo eadem in dicta Synodus fuit; nihil eſt quod quavis ratione ab Athanaſii vocatione uſque ad ejus Tyrum adventum poſſit intercludi ſpatium triginta menſium. Venerunt pariter cum Athanaſio Ægypti Epiſcopi quadragintaſeptem, quorum nomina ſubſcripta habentur in fine epiſtolæ ipſorum, quam, cum Tyri eſſent, ſcripſerunt, & ab Athanaſio in ſua Apologia intexta eſt (*b*); inter quos & magnus ille Potamon Epiſcopus confeſſor, de quo ſuperius dictum eſt, legitur, necnon celebris ille nomine Paphnutius, & ipſe confeſſione ſpectatus.

(*a*) *Sozom. lib. 2. cap. 24.*

Athanaſius cum ſuis venit Tyrum.

(*b*) *Athan. Apolog. 2.*

VII. Acceſſit igitur Tyrum Athanaſius; ne ſi abeſſet, videretur cauſæ diffidere, & adverſariis anſam præberet in ipſum vehementius inſultandi, & perſuadendi Imperatori, ipſum ſibi male conſcium judicium Synodi ſubterfugiſſe. Cum vero illuc perveniſſet, & in Synodum ingreſſus eſſet; nullus ei penitus, ubi ſederet, datus eſt locus, cui primus omnium ob Alexandrinæ ſedis prærogativam debebatur; ſed tanquam reus (proh ſcelus!) coram accuſatoribus juſſus eſt ſtare. At S. Potamon id minime paſſus, ſed in Euſebium Cæſarienſem Epiſcopum, ſedentem ut judicem, magna libertate invectus eſt: rem vero tum geſtam S. Epiphanius narrat his verbis (*c*). *Jubet autem* (Conſtantinus nempe) *vocari Synodum in Phœnice in urbe Tyro; & juſſit judicare hanc cauſam Euſebium Cæſareæ Epiſcopum, & alios quoſdam: erant autem hi quodammodo magis inclinati ad Arianorum vanitatem. Et vocati ſunt Epiſcopi Ægypti Catholici, & ſub Athanaſio Principes quidam ac majores, & in Deo illuſtrem vitam habentes, inter quos erat beatus Potamon, magnus ille Heracleæ Epiſcopus, & confeſſor; ſed & ex Meletianorum partibus, hi qui Athanaſium accuſabant.*

Nullus ſedendi locus Athanaſio in Synodo datus.

(*c*) *Epiph. hæreſ. 68.*

VIII. *Cum autem zelotes eſſet pro veritate, & recta fide prædictus beatus Potamon, liberum habens os, & qui numquam perſonam alicujus ſuſcepit; oculo enim in perſecutione propter veritatem orbatus erat: cum vidiſſet Euſebium ſedentem, & judicantem, & Athanaſium ſtantem, ſuperatus triſtitia, & lacrimans ob ea quæ adverſus veritatis profeſſores fiunt, invectus eſt voce magna contra Euſebium & dixit: Tu ſedes, Euſebi, & Athanaſius innocens ſtans a te judicatur? quis tulerit talia? Dic mihi tu: Nonne mecum fuiſti in carcere tempore perſecutionis? Et ego quidem oculum amiſi pro veritate; tu vero nihil mutilatum in corpore habere videris, neque teſtimonium propter confeſſionem tribuiſti, ſed ſtetiſti vivens, nulla parte detruncata. Quomodo diſceſſiſti e carcere; niſi quod promiſiſti iis, qui neceſſitatem nobis perſecutionis intulerunt, id quod nefarium eſt, te facturum eſſe, aut ſane feciſti? Hæc ubi audiſſet Euſebius, indignatione quidem commovebatur, & ſurrexit, ac diſſolvit judicium dicens: Si huc veniſtis, & contra nos talia dicitis; profecto vera dicunt accuſatores veſtri. Si enim hic tyrannidem exercetis, multo magis in patria veſtra hoc facitis.* Hucuſque Epiphanius; quæ autem poſt hæc ſubdit, poſtea (ut dicemus ſuo loco) contigerunt.

Potamonis Epiſc. in Euſeb. Cæſar. invectiva.

IX. Mentio quoque eſt apoſtaſiæ Euſebii Cæſarienſis in epiſtola Synodali Epiſcoporum Ægypti, cum de conventu Tyrio agentes Patres illi ſanctiſſimi, qualis ille fuerit, ſic deſcribunt: (*d*) *Quis enim ibi conventus Epiſcoporum, aut conſeſſus veri ſtudioſus? Quis non ex pleriſque noſter inimicus? Nonne Euſebius, Euſebiique ſtudio Arianiſmi ad id Concilium pervenerunt, reliquis ejuſdem ſecum ſententiæ adductis? Nonne & nos contra eoſdem homines eo nomine, quod Arianæ opinionis eſſent, ſcripta evulgavimus? Nonne Euſebius Cæſarienſis de immolatione idolorum a noſtris confeſſoribus accuſatus fuit? Nunquid non de Georgio probatum fuit, cum* ab

(*d*) *Apud Athan. Apolog. 2.*

Euſebii ſcelus detectum.

PAGIUS lium die inchoatur) *copioſa generis ſocietate, & Cæſarum nuncupationibus Imperium amplificans*, &c. Ubi Euſebius intelligit, Dalmatium, Dalmatii Cenſoris & fratris Conſtantini M. filium, hoc anno *VIII. Kal. Octobris*, ut habet Auctor Chronici Alexandrini, vel *XIV. Kal. Octob.* ut prodit Idacius in Faſtis, Cæſarem renunciatum, & Hannibalianum, quem hoc etiam anno Conſtantinus M. *Regem nominatum purpura induit, & Cæſaream Cappadociæ amandavit*, ut inquit Auctor Chronici Alexandrini. Addit Euſebius in laudata Oratione: *Fortiſſimos deinde quatuor Cæſares, quaſi quoſdam equuleos uno Imperialis quadrigæ copulans jugo, ipſe ſublimis velut auriga incitat atque impellit.* Euſebius, inquit Valeſius in Notis, tres Conſtantini filios & Dalmatium Cæſarem, quatuor equis comparat, qui uno jugo copulati Imperialem currum trahebant, cui auriga præerat Conſtantinus. Recte quidem; ſed quomodo hoc verum eſſe poteſt, ſi eam Orationem die XXV. Julii Imperii Conſtantinianei natali recitaverit? Quare, cum *Dalmatius* menſe Septembri Cæſar dictus fuerit, manifeſtum eſt, eam Orationem non in ipſa Trica-

ab ordine ſui ſacerdotii a beato Alexandro ejectum fuiſſe? Nonne cæteri de aliis atque aliis criminibus notam, cenſuramque paſſi ſunt? Qua jure igitur iſti contra nos Synodum ullam conſtituere potuerunt? Aut qua fronte talem conventum, Synodum appellare audent, cui Comes præſedit, & ubi ſpiculator apparebat, & Commentarienſis, ſive Carcerarius pro diaconis Eccleſiæ adventantes introducebat? ubi Comes verba faciebat, cæteri præſentes in ſilentio erant, vel potius Comiti obſequium ſuum accommodabant? ubi quod communiter Epiſcopis placuit, ab illo impediebatur? ille imperio utebatur: nos a militibus ducebamur, vel potius juſſis Euſebianorum ſententiisque ipſe Comes inſerviebat? In ſumma, dilectiſſimi, quæ ſpecies ibi Synodi, ubi vel cædes, vel exilium, ſi Cæſari placuiſſet, conſtituebatur? In hunc modum de conventiculo Tyrio Alexandrina Synodus Orthodoxorum Patrum: ſed ad ipſa Acta Tyria redeamus.

X. Ingreſſus (ut diximus) Synodum Athanaſius: & cum eo Ægypti Epiſcopi; ipſe nomine omnium de ſuſpectis Judicibus conqueſtus, ac pariter conteſtatus eſt non debere deligi in cauſa inimicos Judices: teſtati enim ſunt hæc iidem Catholicæ communionis Epiſcopi eo libello, quem poſtea Synodo obtulerunt (*a*), quem ſuo loco ponemus: quin & ipſe de iiſdem in ſecunda Apologia: *Ita* (inquit) *inſidias inter ſe partiti ſunt, ut iſti* (nempe Meletiani) *accuſationem, iſti* (nempe Euſebiani) *officium judicandi ſibi vendicarent. Nos igitur Euſebianos, ut inimicos nobis ob hæreſin, ab hac lite rejecimus, &c.* Sed cum minime audiretur, & Meletiani accuſatores Judicum favore audentiores facti, in medium prodeuntes, in Athanaſium accuſationes inferrent; ipſe veritate fretus, & alii Orthodoxi qui aderant certi de innocentia ejuſdem Athanaſii, etiam coram hoſtibus talia judicari paſſi ſunt; exiſtimantes, quantumlibet inimici eſſent, non tamen in publico Conventu (qui utcumque eſſet, retineret ſaltem nomen Concilii) Judices graſſaturos fore more latronum, ſed manifeſtiſſima dilutione objectorum criminum rubore ſuffundendos, & cum eis pariter Dionyſium Comitem confundendum, ſi quid modo a natura inſitæ quibuſcumque hominibus æquitatis eorum animis inſideret. Sed quænam crimina in Athanaſium objecta tum fuerint, videamus.

(*a*) Athan. Apolog. 2.

Partes Meletianorum & Euſebianorum in Synodo.

XI. Veteres in primis accuſationes illæ, quæ adverſariorum quoque confeſſione calumnioſæ fuerunt comprobatæ, & litteris Conſtantini Imperatoris adeo improbatæ atque rejectæ, iterum afferuntur in medium. At quiſnam primus prodiit accuſator? famoſus ille Iſchyras, qui redargutus quondam fuerat ab Athanaſio, quod cum presbyter minime eſſet, presbyterum tamen ageret; & conductus a Meletianis de fractura calicis teſtimonium ferre adverſus Macarium diaconum Athanaſii, atque in ipſum Athanaſium, facti demum pœnitens, ſupplicem libellum, veniam deprecans, obtulerat eidem Athanaſio: hic, inquam, impudens conventus iterum ab adverſariis, ſpe polliciti Epiſcopatus illectus, inexpectatus prodiit accuſator. De cujus gradu male præſumpto, Athanaſius primum omnium evidenter demonſtravit ex catalogo clericorum omnium Meletianorum a Meletio ipſo confecto poſt Concilium Nicænum, & tradito Alexandro tunc Epiſcopo Alexandrino, in quo de Iſchyra presbytero nulla prorſus mentio eſſet: *Verum* (inquit Athanaſius *b*) *ea res nihil remorata eſt inimicos, cum & presbyter fingeretur, qui presbyter non erat, & Comes vim adhiberet, & milites nos traherent: ſed tamen Dei gratia victoriam retuli; neque enim de calice Macarium convincere potuerunt.* Sic ipſe. Cum hæc autem pluribus diſcuterentur, Ægyptiique Epiſcopi rerum omnium optime conſcii pro Athanaſio ſtarent atque Macario; ab Euſebianis ſæpe interpellati atque repulſi ſunt, qui intentabant etiam minas Judicibus illis, qui, re evidenter perſpecta, erga Catholicos propenſiores eſſent. Id quidem ipſi ſuo ipſorum libello ſignificant, cum dicunt (*c*): *Hic tamen nos veritate freti, ubi Meletianorum calumnias refellere cuperemus, neſcio quibus artibus Euſebiani noſtros conatus interturbare ſtuduerunt, magnamque operam impendere, ut noſtra dicta rejicerentur, nunc ſincere judicantibus interminantes, nunc etiam nonnullis contumeliam inferentes, non alio ſcopo, quam ut id quod contra nos molirentur, progreſſum haberet.*

Crimina in Athanaſium objecta.

(*b*) Athan. Apolog. 2.

(*c*) Apud Athanaſ. Apolog. 2.

(*d*) Athan. Apolog. 2.

XII. Sed hæc (ut ipſe Athanaſius ait (*d*) fuſius

PAGIUS

ennalium feſtivitate, ſeu menſe Julio, ſed poſt menſem Auguſtum dictam eſſe. Neque veriſimile eſt, Euſebium, qui Concilio Tyri paulo ante Baſilicæ Hieroſolymitanæ Encænia celebrato interfuit, die XXV. Julii Conſtantinopoli eſſe potuiſſe, cum geſta in Concilio Tyri, illud circa menſem Julium inceptum fuiſſe, ac per aliquot menſes duraſſe, inſinuent. Et tamen initio Septembris, ut minimum, Euſebius & reliqui Epiſcopi Tyro relicto, Hieroſolymam petierunt; cum die decima tertia Septembris Baſilicæ Hieroſolymitanæ Encænia celebrarint. Conſtantinum ſub hujus anni finem Conſtantinopoli fuiſſe oſtendunt Leges Codicis Theodoſiani 5. *De Judæis*. & l. *Ne Chriſtianum mancip. XI. Kal. Novemb. dat. Conſtantinop.*

V. Menſes triginta, quibus profectionem ſuam diſtulit *Athanaſius*, ad Concilium Cæſareæ, non vero ad Tyrianum referuntur, ut anno CCCXXXII. num. II. oſtendi; ideoque Sozomeni locus, ubi de triginta illis menſibus, minime depravatus, ut exiſtimabat Baronius.

Synodus Tyria.

Baron. n. 5. & ſeqq.

Digitized by Google

ſius profecuti ſunt Epiſcopi ex Concilio Alexandrino, in quorum Synodali epiſtola iſthæc leguntur (*a*): *Jam ſi, quid in accuſando ſit actum, quæras; longe majori admiratione capieris. Arſenium quemdam occiſum ab Athanaſio criminabantur, & poculum myſticum fractum eſſe. At Arſenius iſte in vita ſupereſt, & placet ſibi de veſtra communione, neque aliunde teſtimonia expectat, ut vivus eſſe doceatur, ſed ipſe ſeſe confitetur vivere; idque in litteris ſuis ad Epiſcopum noſtrum Athanaſium perſcripſit, quem iſti Arſenii interfectorem aſſeverabant. Nec pudait impios, hominem tanta intercapediae locorum & itineribus terra marique disjunctum, ab eo occiſum comminiſci, cujus per illa tempora locus, ubi agebat, nemini mortalium cognitus fuit; adeo illa nullo dum attactus malo ab accuſatoribus celabatur; quem, quoad licuit, in alium Orbem tranſtulerant, occiſuri eum libenter; ut homine vere extincto, Athanaſium quaſi de certa cæde convictum occidere poſſent. Sed divinæ hic providentiæ gratiæ agendæ ſunt, quæ nihil injuſti invaleſcere ſinit, Arſeniumque ſub omnium oculos vivum produxit, dilucide ſua præſentia calumniae eorum & figmenta retegentem.* Hæc de his illi. Sed & S. Athanaſius (*b*) ipſe: *Immo* (inquit) *& Arſenius quem divulgaverant a nobis interfectum eſſe, vivus aſtabat, & eorum ſycophantiam claram evidentemque faciebat.*

(a) Apud Athan. Apolog. 2.

Arſenii cauſa iterum in Synodum producta.

(b) Athan. Apolog. 2.

Arſenius Synodo perſpicuus factus.

XIII. Quod rurſum ad eamdem de Arſenio occiſo cauſam ſpectat; undenam manarit occaſio, ut quem vivere certo certius etiam adverſariorum litteris (ut vidimus) fuerat divulgatum; tam ſtupide, vel temere, aut potius dicendum audacter atque procaciter iterum de occiſo ab Athanaſio Arſenio accuſationem in Synodo illa propoſuerint? Non aliunde quidem, niſi quod Arſenius, ſibi timens, ſe iterum occultaſſet: nam ſicut Judæi impii Dei hoſtes reſuſcitatum Lazarum in odium Chriſti interficere quærebant; ita pariter Euſebiani atque Meletiani, cum viderent quem occiſum prædicaſſent, iterum apparuiſſe, & in eorum ſummam infamiam adhuc vivere, ſtudioſe perveſtigarunt eumdem perimere, conatique ſunt eidem necem inferre (id enim innuunt quoque Synodales litteræ de Arſenio ſuperius recitatæ;) quod perſentiens ille, mortem metuens delituit, ſed tandem palam in Tyrio Conventu ſe prodidit. Sozomenus autem de Arſenio teſtatur (*c*), ſponte ſe, ut Athanaſium periclitantem eriperet, Synodo obtuliſſe; ait enim: *Arſenius iſte ſeu divina impulſione motus, ſeu (ut fertur) ab Athanaſii inſidiatoribus occultatus; forte fortuna, cum quidam ei nunciaſſet, Epiſcopum ejus cauſa in periculum incidiſſe; de nocte inde diſceſſit, & pridie quam judicium de Athanaſio exerceretur, Tyrum appulit.* In hunc modum Sozomenus. Theodoretus vero hæc addit (*d*): *Ibi* (inquit) *tum manus illa ad hanc tragœdiam comparata* (nempe, quod ait ſuperius, ſale condita, & in capſa repoſita) *ceram Judicibus proferebatur. Iſtam Arſenium Athanaſii neceſſarii conquirunt, adducunt, cogunt in diverſorio parumper latere.* At iſtæc de cauſa Arſenii poſtea geſta ſunt: ejuſmodi enim quæſtionem accuſatio illa præceſſit, quam idem Theodoretus recenſet his verbis.

(c) Sozomen. lib. 2. c. 24.

(d) Theod. lib. 2. c. 30.

XIV. *Interim illuſtris ille Athanaſius primo mane venit ad Concilium: Ad quem accuſandum introducta eſt muliercula libidinoſa ac petulans. Clamat impudenter, ſe profeſſam eſſe virginitatem, ſed ab Athanaſio, quem hoſpitio exceperat, per vim compreſſam, & invitam ſtupratam fuiſſe. Quæ cum dixiſſet, ingreditur Athanaſius, quem accuſaverat, presbytero perquam laudato, cui Timotheus nomen erat, comitatus. Ubi autem a Judicibus imperatum Athanaſio fuit, ut crimini reſponderet; obticuit ipſe perinde ac ſi Athanaſius non eſſet; atque Timotheus ſic mulierculam alloquitur: Ego ne tecum aliquando rem habui? ego ne in tuas ædes ingreſſus ſum? Tum illa impudentius petulantiuſque clamare, digladiari cum Timotheo, manum educere, oſtendere annulum, ac dicere: Tu mihi abſtuliſti virginitatem; tu caſtitate me ſpoliaſti: & alia, quæ impudentes meretrices propter intemperantiæ exuberantiam loqui ſolent. Ad hunc modum igitur tum iis qui fabulam texuerant, ignominiæ, tum Judicibus qui facinoris conſcii erant, pudoris inuſta nota, muliercula educta eſt a Concilio. Tum magnus ille Athanaſius. Non eſt (inquit) dimittenda mulier, ſed inquirendum in eam, cognoſcendumque quis hæc crimina confinxerit.*

Meretricula accuſatrix Athanaſii.

XV. *At Ariani vociferati, alia contra eum multo graviora reſtare crimina, quæ nulla dicendi arte acumineve dilui poſſent; de quibus cum proferrentur, non audiendi, ſed cernendi ſenſus judicium faceret: quæ cum dixiſſent, capſam, de qua tam creber ſermo fuit, oſtendunt, & manum ſale conditam detegunt. Tum ſinguli, qui eam conſpicabantur, clamorem tollere; ac pars eorum ſcelus vere admiſſum eſſe putabant, pars rem fictam falſamque eſſe ſciebant, & Arſenium adhuc occultatum latitare arbitrabantur. Atque vix momento temporis ſilentium fuit, cum Athanaſius, cui crimen intendebatur, ſciſcitatus eſt a Judicibus: Ecquis inter eos Arſenium noſceret? Cum a multis reſponſum eſſet, ſe accurate hominem noſcere; eum introduci jubet; ac rurſus ſic percontatur: Hiccine eſt Arſenius, a me quidem interfectus, ab aliis autem quæſitus, poſt cædem affectus* con-

Arſenii manifeſtatio.

Digitized by Google

contumelia, & dextera manu privatus? Ubi vero aſſenſum eſt, illum ipſum eſſe; Athanaſius exuit eum pallio, & utramque manum tum dexteram, tum ſiniſtram oſtendit, aitque: Aliam manum nemo, opinor, quæret: nam amplius quam duas manus ab univerſitatis conditore accepit nemo. Quibus rebus in hunc modum patefactis; cum oporteret, & accuſatores, & Judices, qui facinoris erant conſcii, præ pudore ſe in latebras abdere, aptareque ut tellus ſibi dehiſceret; Concilium tumultu ac ſeditione complere, veneficumque appellare Athanaſium, eum hominum oculos præſtigiis fefelliſſe, affirmare cœperunt: quinetiam qui eum paulo ante cædis reum egerant, iidem ipſi hominem diſcerpere mactareque aggrediuntur. Verum quibus negotium ab Imperatore dabatur, ut paci ac tranquillitati providerent, eadem prohibuerunt. Nam Athanaſium, qui in cauſæ diſceptatione ſuperior diſceſſerat, hoſtium manibus ereptum, in ſcapham curaverunt imponendum, ſicque ejus ſaluti conſuluerunt; qui recta ad Imperatorem profectus, totam tragœdiam, ut geſta eſt, ei narrat. Hæc Theodoretus, nec non Sozomenus (a), & Socrates (b). Verum acceſſus Athanaſii ad Conſtantinum poſtea accidit.

(a) Sozomen. lib. 2. c. 24.
(b) Socrat. lib. 1. cap. 21.

XVI. Quod denuo ad ejuſdem Arſenii cauſam ſpectare videbatur, hæc ab adverſariis Sozomenus tradit fuiſſe tunc ſuperaddita, dicens: *Quod autem ad poſteeius attinet; accuſatores pro ſuis partibus defendendis ſatis putabant dicere, Pluſianum * unum ex Epiſcopis qui Athanaſio parebant, mandato ejus, Arſenii domum incendiſſe, ipſum alligaſſe ad columnam, loris verberaſſe, in ædiculam denique compegiſſe; at Arſenium per feneſtram inde aufugiſſe; ac cum eſſet conquirendus, aliquandiu abditum delituiſſe; & quia non comparebat, hominibus opinionem fuiſſe, non ſine cauſa illatam, eum mortem obiiſſe; quam ob cauſam Epiſcopos, qui partibus Joannis favebant, illum, ut virum illuſtrem, & confeſſorem quæſiviſſe, rem detuliſſe ad magiſtratus.* Hæc Sozomenus, qui & multa alia in Athanaſium objecta tradit, quæ ab aliis ſunt prætermiſſa, nec quidem ab ipſo Athanaſio ponuntur, vel Synodus Alexandrina illa epiſtola, qua adverſariorum calumnias, & accuſationes in eum, atque ea potiſſimum, quæ Tyri ſunt geſta, proſecuta eſt, recenſet. At quænam prodantur a Sozomeno, hic ejus verbis deſcribamus; ait igitur (c):

* Peluſianum.

Quid ſurſum in Athanaſium.

(c) Sozom. l. 2. c. 24.

XVII. *Callinicus Epiſcopus, & Iſchyrion quidam, ex factione Joannis eum accuſaverant, quod calicem myſticum fregerat, quodve ſolium Epiſcopale diturbarat; ipſumque Iſchyrionem, qui erat presbyter, ſæpe in carcerem concluſerat; quinetiam quod nomine ipſius ad Hyginum Ægypti Præfectum falſo delato, quod videlicet in imagines imperatoris lapides conieceerat, vinculis conſtringendum curaverat; itemque quod Callinicum Epiſcopum Eccleſiæ Catholicæ, quæ eſt in Peluſio, & conventum cum Alexandro agentem, propterea abdicaverat, quod noluit alia conditione eum eo communicare, niſi de calicis myſtici fractura, de qua erat in ſuſpicionem vocatus, verum pro certo cognoſceret. Præterea quod Marco eidam, qui fuerat presbyterio abdicatus, Eccleſiæ Peluſianæ gubernationem commiſerat, ipſumque Callinicum a militibus cuſtodiri, verberibus cædi, & in judicium abduci fecerat. Porro Euplus, Pachomius, Iſaac, Achilles, & Hermæon Epiſcopi factionis Joannis illum inſimularunt, quod ab eo vapulaſſent. Denique omnes communiter ei objectabant, quod quorumdam perjurio ad Epiſcopatum aſcenderat: idque cum univerſi Epiſcopi aſſeveraſſent, neminem debere prius ordinari, quam crimina ſibi illata dilueret; ſeque ita in fraudem inductos, propterea ab illius communione abſtinuiſſe. Eum autem dedignatum eſſe cauſam ſuam perſuadendo obtinere; ſed vi cogendo homines, & in vincula conjiciendo, ſuam in ſententiam perducere laboraſſe.* Et paulo poſt: *Quinetiam tabulæ legebantur, in quibus ſcriptæ fuerunt populi contra eum vociferationes, perinde quaſi plebs Alexandrina propter eum ad conventus in Eccleſia agendos venire renuiſſet.* Hucuſque Sozomenus; quæ cum ſint prætermiſſa (ut dictum eſt) ab ipſo Athanaſio, & a Concilio Alexandrino cuncta in Athanaſium objecta crimina epiſtola ſua contexente; in eam interdum venimus opinionem, hæc a Meletianis ſive Euſebianis fuiſſe ſuperaddita Actis Tyriis. Sed utcumque demus vere in Athanaſium hæc tunc fuiſſe conjecta; ex aliis gravioribus his ſatis conjicere licet, cujus fidei iſtiuſmodi accuſationes fuerint.

De fractura calicis refricatus accuſatio.

XVIII. At cum de duabus tantum querelis ab Iſchyra, & aliis Meletianis in Athanaſium in eodem Tyrio Conventu illatis mentio habeatur tum apud Athanaſium ipſum, tum etiam apud Synodalem epiſtolam Alexandrini Concilii, quarum altera erat de nece Arſenii, altera vero de ſacri calicis fractura: viſis his quæ ibidem geſta ſunt in priore atque immaniore crimine diluendo, reliquum eſt, ut, quæ acta fuerunt de cauſa fracturæ calicis, hic deſcribamus, quæ & publica teſtificatione conſignata habentur legitimi ſacrique Epiſcoporum Conventus, nempe ea, quam diximus, Synodali epiſtola Alexandrini Concilii, de quo etiam ſuo loco plura dicturi ſumus. Hæc enim ibi ſcripta leguntur (d): *Poculum autem myſticum quod, aut quonam in loco a Macario fractum eſt? Id enim*

(d) Apud Athanaſ. Apolog. 2.

ſun-

Defenſio Macarii & Athanaſii ex Synodo Alex.

ſurſum atque deorſum obvolitantes jactant. Atqui Athanaſium ne accuſatores quidem auſi fuiſſent ejus criminis inceſſere, niſi ab ipſis ſubmiſſi inſtructique fuiſſent. Sed tamen illi ſummam ejus criminis in Athanaſium referant, quod ne in Macarium quidem, qui victus non eſt, referri debet. Nec pudet eos, coram catechumenis, &, quod pejus eſt, Ethnicis, ita de myſteriis tragice agere; cum oporteat (ſicut ſcriptum eſt (a) myſterium Regis celare, & , ut Dominus præcipit (b), non eſſe ſancta porrigenda canibus, neque projiciendas margaritas ante porcos: non enim fas eſt myſteria Gentibus prodere, ne per imperitiam ea ſubſanment, aut catechumeni per curioſitatem ſcandalizentur. Sed tamen quodnam poculum, quo in loco, & apud quos comminuit? Meletiani ſcilicet ſunt, qui hic ſe accuſatores præbent, homines prorſus fide indigni, ut ſchiſmatici, & hoſtes Eccleſiæ, neque hi novi aut recentes, ſed vetuſti jam olim a temporibus beati Petri, cui inſidias poſuerunt; & Achilla ejus ſucceſſoris, quem calumniati ſunt; & Alexandri, quem uſque ad tribunalia Cæſaris calumniis proſecuti ſunt: & poſtremo ita meditandis criminibus exercitati, Athanaſium invaſerunt, nihil alienum a ſua malitia facientes: ut enim Athanaſii anteceſſores, ita quoque, & ipſum Athanaſium calumniantur. Quorum calumnia antea inefficaces, nunc tandem ſucceſſum habuere, ex quo Euſebianos in gratiam Arianæ impietatis ſocios & patronos adepti ſunt; pro qua tuenda, ut in multos alios Epiſcopos, ita quoque in Athanaſium conſpirationes faciunt.

(a) Tob. 12.
(b) Matt. 7.

XIX. Refellitur calumnia de fracto poculo.

At qui locus ille, in quo poculum fractum jactant? Eccleſia non erat, neque quiſquam presbyterorum ei loco vicinus; nec dies, quo id factum a Macario volunt, Dominica. Cum igitur neque Eccleſia ibi eſſet, neque ſacra fierent, neque dies hoc ipſum requireret; quale, aut quando, aut ubi myſticum illud poculum fractum eſt? Pocula multa paſſim in ædibus, atque adeo in medio foro haberi, nemini dubium, quæ colliſa collidentem non faciunt impium: myſticum autem poculum, quod impium eum reddit qui id ultro frangit, nuſquam niſi apud legitimos Eccleſiæ Præſides invenies: hic enim unus eſt uſus calicis, & præter eum alius nullus, eoque ſolo vos legitimo ritu propinatis populo; eumque vos pro canone Eccleſiaſtico accepiſtis, idemque duntaxat penes eos habetur qui Eccleſiis præſunt; ſolum enim veſtrum eſt propinare ſanguinem Chriſti, & præterea nullius. Cæterum ut impius eſt qui hunc myſticum calicem franget, ita multo magis impius eſt qui ſanguini Chriſti contumeliam facit: contumeliam autem irrogat, qui præter Eccleſiæ inſtitutum calice illo abutitur. Et hæc quidem eo a nobis dicuntur, non quod vel ſchiſmaticum poculum Macarius fregerit, ſed quod ibi omnino nullum fuerit; qui enim fieri potuit, cum nec locus ipſe Dominicus eſſet, neque quiſquam ibi Eccleſiaſticus, atque adeo ne tempus quidem myſteriorum ageretur?

XX. De Iſchyra aſſerto presbytero.

Presbyter autem qui fingitur adfuiſſe, ille eſt toties rumoribus jactatus Iſchyras, qui neque ab Eccleſia electus eſt presbyter, neque cum a Meletio conſtitutos presbyteros Alexander in Eccleſiam recipiebat, in eorum numero unquam habitus fuit, aut ab eo creatus. Quo pacto igitur presbyter Iſchyras? aut quo tandem auctore conſtitutus? numquid a Colutho? id enim reſtat. Atqui Coluthum in gradu presbyterii mortuum, omnemque ejus manuum impoſitionem irritam, omneſque ab eo conſtitutos, in laicorum ordinem redactos eſſe, & ſub nomine laicorum ad ſynaxin admiſſos, adeo apud omnes conſtat, ut nemo ea de re dubitandum putet. Quomodo igitur homo privatus, & privatas ædes inhabitans, poculum myſticum ſibi concreditum habuit? Sed illi hominem privatum, presbyterum appellant, & in noſtram injuriam hoc nomen illi indiderunt; eidemque pro mercede calumniarum, ædificandæ Eccleſiæ poteſtatem conciliarunt. Qui ergo per id tempus nullam habuit Eccleſiam, nunc ad compenſationem ſceleris, obſequiique in accuſando præſtiti Eccleſiam accepit, forſitan etiam Epiſcopatu donandus: id enim paſſim jactitat, & minis fremit; talia (proh dolor!) præmia deinceps per Epiſcopos accuſatoribus, & ſycophantis deferuntur: neque id immerito: quem enim adminiſtrum ſuæ libidinis habuere, & eum ut virum conſiliorumque ſocium, conſimili Epiſcopatu dignum cenſuere.

XXI. Decernuntur inimici legati in Ægyptum.

Obſecro igitur, ut non hactenus tantum, ſed ad ſequentia quoque vos attentos præbeatis, ut cognoſcere poſſitis quid deinde ab illis factum ſit. Impares ergo veritati, quamquam ſe omnibus modis communirant; eo quod Iſchyras Tyri pro calumniatore habitus, nihil probare poſſet, & ipſa calumnia ſua vanitate corrueret: judicium cauſæ ſuſpenſum voluere, donec de probationibus conſtaret. Promittunt igitur, ſe aliquot ex ſuis Mareotem amandaturos, qui rem curioſe ſcrutarentur; quos vos e veſtigio multis de cauſis rejiciendos docuimus; in primis quod & Ariani eſſent, & propter Arianiſmum nobis propalam infenſi. Verum illi potentia magiſtratuum freti, clam emittunt Theognidem, Marim, Theodorum Macedonium annis ingeniiſque putidos, & venales; his addunt Urſacium, & Valentem homines Pannonios, qui ab ultimis illis finibus Tyrum profecti ſunt, ut ſententiam in adverſarium dicerent, &c. Delecti ſunt autem hi ab Euſebianis Judicibus præter ſententiam omnium Orthodoxorum, qui

Ty-

Tyri convenerant ad Concilium; quod cum fieri viderent ex adverſariorum ſententia, & contra omne jus faſque præſumi, dederunt primo Ægypti Epiſcopi illi quadragintaſeptem conteſtationis libellos tum ad Synodum, tum etiam ad Dionyſium Comitem: addidit deinde eodem argumento & ſuum Alexander Epiſcopus Theſſalonicenſis ad eumdem Dionyſium: recitat omnes Athanaſius in ſua Apologia, atque in primis ſic ait (a):

(a) Athan. Apolog. 2.

XXII. Libellus conteſtationis ad Synodum.

Quæ autem Epiſcopi ſcripſerint, qui mecum ex Ægypto Tyrum convenerant; quæque illi, re animadverſa, de illorum conſpiratione, & inſidiis pro teſtimonio dixerunt, ſunt iſta.

Epiſcopis Tyri congregatis, dominis prætioſiſſimis, hi qui cum Athanaſio ex Ægypto ad Concilium convenere, in Domino S. P. D.

Non arbitramur ulterius Euſebii, Theogoni, Maris, Narciſſi, Theophili, & Patrophili conſpirationem incertam dubiamque habere. Principio quidem omnes reclamabamus per commmiſtrum noſtram in ſacris Athanaſium, ne illis, cum adeſſent, cauſæ cognitio permitteretur; ut non ignari, vel unius inimici præſentia, nedum plurium, judicia turbari & lædi poſſe. Neque vobis in occulto eſt odium eorum non ſolum in nos, ſed in omnes Orthodoxos, & quam Arianæ rei furioſo & immani ſtudio, & zelo impia ejus doctrinæ omnibus immineant, & adverſus omnes conſpirent. Hic tamen nos veritate freti, ubi Meletianorum calumnias refellere cuperemus, neſcio quibus artibus Euſebiani noſtros conatus interturbare ſtuduerunt, magnamque operam impendere, ut noſtra dicta rejicerentur, nunc ſincere judicantibus interminantes, nunc etiam nonnullis contumeliam inferentes, non alio ſcopo, quam ut id, quod contra nos molirentur, progreſſum haberet. Fortaſſe divina veſtra religio, domini honoratiſſimi, per id temporis ignorabat eorum conſpirationem, quam nunc putamus vobis manifeſto apparere, cum ſeſe quales eſſent, tam clare oſtenderint. Quotquot enim ex toto grege ſuſpectiſſimi erant, Mareoten ablegarunt, ut per noſtram abſentiam, quibus hic hærendum eſt, populos perturbent, & ſtudia ſua perficiant. Ecce enim Arianos, & Colluthianos, & Meletianos hoſtes Catholicæ Eccleſiæ ideo potiſſimum emittere ſtuduerant, ut per præſentiam hoſtium noſtrorum, ſutelas, quae vellent, adverſus nos facerent. Certe Meletiani, qui hic Tyri apud nos ſunt, ante quatriduum, quaſi certi eſſent hoc in Concilio decretum iri, quoſdam ex ſuis veſperi per veredarios ablegarunt, qui Meletianos etiam ex reliqua Ægypto Mareoten, cum ibi nulli eſſent, convocarent, eodemque Collathianos & Arianos ex aliis locis contraherent, ut eos inſtruerent quid contra nos dictum vellent. Memores enim eſtis, ipſum Iſchyram confeſſum eſſe coram vobis, non plures ſe habere, quam ſeptem communicantes.*

* Theognidis

XXIII. Proteſtatio orthodoxorum.

Cæterum quia poſt ſutelas ſuas, ſubmiſſoſque ſuſpectiſſimos homines, audivimus eos ſingulos veſtrum ambientes, poſtulare veſtram ſubſcriptionem, ut omnium veſtrum Concilio id actum videri poſſit: ideo nos & iſta ſcribimus, & pro teſtimonio dicimus, proteſtantes conjurationes inſidiaſque, quas & ab illis, & per illos patimur: oramuſque ut ſuſcepto Dei timore, indigantesque ſine veſtra auctoritate illos miſſos eſſe, quos ipſi voluerunt, abſtineatis a ſubſcriptione; ne quas ipſi per ſutelas conſuunt, eas tamquam vobis auctoribus factas jactitent: cum deceat homines in Chriſto, non humana reſpicere, ſed veritatem omnibus anteponere; neque minas eorum, aut conſpirationem in omnes, ſed potius Deum metuere. Æquum certe erat, ſi quidem legati Mareotea mittendi fuerant, nos quoque una cum illis ibi præſto eſſe, ad hoſtes Eccleſiæ indicandos, peregrinoſque eliminandos, ut purum iſtius rei ſcrutinium haberi poſſit. Scitis enim Euſebianos ſuis ſutelis curaviſſe epiſtolam reddi, quaſi a Colluthianis, Meletianis & Arianis contra nos ſcriptam; neque ignota res eſt, hoſtes Catholicæ Eccleſiæ nihil veri de nobis, ſed omnia infeſta locuturos. Lex autem Dei, inimicum neque teſtem, neque Judicem eſſe vult. Reliquum eſt igitur, ut tamquam in die Judicii rationem reddituri, accepta hac noſtra proteſtatione, certique fraudis adverſus nos inſtitutæ, noſtriſque precibus mature admoniti, caveatis quicquam contra nos facere, aut Euſebianorum conſilium adjuvare: ſcitis enim (quemadmodum ſuperius diximus) eos noſtros inimicos eſſe, & cur ita pridem Euſebius Cæſarienſis odium in nos ſuſceperit. Valere vos optamus, domini deſideratiſſimi. Adamantius Epiſcopus has litteras dedi. Subſcripſerunt huic conteſtationi Epiſcopi quadragintaſeptem, quorum nomina ibi ſunt expreſſa, & inter alios magni illi confeſſores Potamon atque Paphnutius, de quibus ſæpe ſuperius.

XXIV. Iidem quoque Epiſcopi publico ſcripto conteſtati ſunt Dionyſium Comitem, ne quid amplius ab eo in eadem cauſa ageretur; ſed cuncta, quæ ſpectarent ad ejuſdem cauſæ cognitionem, reſervaret integra cognoſcenda per Conſtantinum Imperatorem. Conteſtatio autem eſt hujuſmodi (b):

(b) Apud Athanaſ. eadem Apolog. 2.

Libellus conteſtationis ad Dionyſ. Comit.

Epiſcopi qui Tyri convenerunt ex parte Catholicæ Eccleſiæ, Flavio Dionyſio Comiti Illuſtriſſimo.

Cum multarum videremus calumniarum conſarcinationem, & ex conſarcinationibus inſidias Euſebii, Narciſſi, Flacilli, Theo-

go-

* Theognidis.

*gonii *, Maris, Theodori, & Patrophili adverſum nos: quos quia principio detrectantes rejicere non licuit: neceſſario ad hanc proteſtationem devenimus; præſertim cum animadvertamus, multa ad gratiam Meletianorum, multa rurſus ad inſidias Catholicæ Eccleſiæ, ſub noſtri criminibus agitari; neceſſario ob id quoque libellum hunc tibi porrigimus, cum multis obſecrationibus, ut Dei metu in animo ſervato, qui Imperium auguſtiſſimi & pientiſſimi Imperatoris Conſtantini tuetur, cognitionem cauſarum noſtrarum ipſi auguſtiſſimo Imperatori reſerves. Æquum eſt enim, te ab Imperatore miſſum; negotium hoc integrum Imperatori retinere. Quandoquidem tolerare non poſſumus compoſitas iſtas calumnias, quibus inſidioſe ab Euſebianis premimur; ideoque poſtulamus, cauſam iſtam pientiſſimo, & religioſiſſimo Imperatori reſervari, apud quem licebit & jura Eccleſiæ, & noſtra proponere. Plane enim confidimus, ejus pietatem, cognitis noſtris rationibus, nequaquam nos condemnaturam eſſe. Quapropter denuo te obteſtamur, adjuramuſque per omnipotentem Deum (ita pientiſſimus Imperator per multos annorum recurſus cum liberis ſua pietatis valeat) ut nihil in hoc negotio deinceps facias: neque tibi indulgeas, ut quicquam contra nos in Synodo commoveas, ſed reſerves rei cognitionem ejus pietati.* Hucuſque libellus conteſtationis; ſubdit autem hæc Athanaſius: *De iiſdem rebus etiam dominis noſtris Epiſcopis Orthodoxis ſignificavimus. Quibus certior factus Alexander Epiſcopus Theſſalonicenſis (erat hic Tyri cum aliis Epiſcopis in Concilio aſſidentibus) ſcripſit ad Dionyſium Comitem in hæc verba: Domino ſuo Dionyſio Alexander Epiſcopus Theſſalonicenſis.*

XXV. Libellus ab Alex. Epiſcopo Theſſal. oblatus Dionyſio.

Clare video Athanaſio calumnias ſtrui: omnes enim quos recuſavit, neſcio quo pacto illi emittere voluerunt, nullo nobis ejus rei indicio facto. Erat enim decretum, ut conſultatio haberetur, quoſnam eo amandare oporteret. Conſulo igitur illis, ne quid temere faciant. Venerunt enim ad me turbidi cum his verbis: Belluas inhorruiſſe, & in proximo eſſe ut exiliant, eo quod ſonitu ſtrepituque conſternatæ ſint, audieruntque Joannem nonnullos emiſiſſe. Vide ergo ne antevertant, & ita ut velint, ſutelas faciant. Noſti porro Colluthianos una cum Arianis & Meletianis hoſtes Eccleſiæ eſſe: iſti que nunc inter ſe unimo calculiſque conſociati ingentia mala patrare poſſunt. Vide igitur quid utile ſit, ne quid triſte emergat, ne ſubjiciamur obtrectationi, quaſi qui nequaquam juſte judicaverimus. Ea autem de illis potiſſimum ſuſpicio eſt, ne peragratis Eccleſiis, quarum Epiſcopi hic ſunt, per metum & vim totam Ægyptum perturbent, ut ita Meletianis Eccleſiæ tradantur; quod quidem agitari jampridem animadverſum eſt. Hucuſque ad Dionyſium Alexander.

Dionyſius autem Comes, his acceptis conteſtatoriis libellis, ad Euſebianos totius rei geſtæ artifices iſthæc tunc ſcripſit, recitatque eadem in Apologia Athanaſius: XXVI. Dionyſii querela ad ſuos ſcripta. *Hæc ipſa* (inquit) *erant, quæ dicebam domino meo Flacillo: Athanaſius inſurget; dicetque quos ipſe ejecerat, eos ad iſtud negotium ſubmitti; ſeque injuria tractari & circumveniri, vociferabitur. Hæc quoque eadem illa ſunt, quæ dominus anima mea Alexander ſuis epiſtolis mihi ſignificavit. Verum ut ſciretis ratione conſtare quæ mihi illius humanitate perſcripta ſunt, ipſius epiſtolam, ut a vobis quoque legeretur ſubjeci. Memores autem eſtis eorum quæ primi ſcripſi, cum admonerem veſtram bonitatem, legatos communi judicio & ſuffragio deligendos eſſe. Videte igitur, ne res iſta culpæ obnoxia ſit, neve injuſtam obtrectandi noſtri occaſionem criminatoribus præbeamus. Ut enim accuſantium partem gravari non oportet, ita neque reorum. Arbitror porro non minimam noſtri obtrectandi materiam datum iri, ſi dominus meus Alexander Actis noſtris non videatur ſuffragari.* In hunc modum ad eos Dionyſius Comes. At cum nequicquam proficeretur, nec ipſe Dionyſius miſſam a Judicibus Arianis legationem revocandam curaret, atque omnia in gratiam fierent Arianorum, qui jam non cum aliis Epiſcopis de rebus conſulerent, ſed ſeorſum ab illis agerent conventicula: Athanaſius meliorum rerum deſperatione receſſit Tyro, atque profectus eſt ad Conſtantinum Imperatorem expoſtulaturus de his quæ cum ab Euſebianis, tum a Dionyſio geſta eſſent in Tyrio illo conventu. Quid autem egerit his auditis Imperator, dicemus inferius ſuo loco: de ſua enim a Synodo profectione idem Athanaſius tradit his verbis (a): *Cum res ita ageretur, tanquam e Concilio injurioſorum receſſimus, &c.* (a) Athan. Apolog. 2.

XXVII. Interim autem proſequamur res geſtas ab Arianis legatis in Ægyptum miſſis: recitantur eædem in eadem epiſtola Synodali Concilii Alexandrini, his ſcilicet verbis (b): *Et poſt tantum itineris, Tyro Alexandriam contenderunt, nullo cum pudore, quod ſe ex Judicibus teſtes facerent. Quin potius omnibus inſidiandi rationibus propalam ſuſceptis, quoſvis labores itinerumque ſubire, ut calumniam ſemel initam abſolverent. Hoſtes ergo Athanaſii, Athanaſio peregre detento, Alexandriam in populum Eccleſiamque debacchaturi contendunt: immo, quod eſt abſurdius, Iſchyra accuſatore ſecum abducto, Macarium reum cuſtodiis Tyri incluſum non permiſerunt in comitatu hærere, quem antea ſub prætextu ejus criminis ſurſum deorſumque raptaverant. Soli igitur Alexandriam cum accuſatore Iſchyra ipſorum con-* (b) Apud Athanaſ. Apolog. 2. Quid Euſebianorum legatio in Ægypto.

contubernali ſodale compotore ingreſſi, aſſumpto una Præfecto Ægypti Philagrio, in Mareoten abſcedunt: atque illic ſoli pro libidine ſua cum Philagrio quæſtionibus incumbunt, nulla permiſſa presbyteris ſimul adeundi facultate, quamquam id multis precibus requirerent. Erant autem illi qui hoc poſtulabant omnes tum Alexandrinæ civitatis, tum univerſæ provinciæ presbyteri, petentes ut ſibi oſtendere liceret, quoſnam teſtes Iſchyras ſubornaſſet, & quale hoc hominum genus & civitates eſſent.

XXVIII. Quanta ſimul ſcelera Ariani perpetrarunt.

Sacrorum igitur miniſtris excluſis, coram Ethnicis hominibus quæſtiones de Eccleſiis, de calice, de menſa Domini, de ſanctis ſanctorum habuere: &, quod gravius eſt, Ethnicos in quæſtione de myſtico poculo in teſtes citaverunt; & quinam illud ab Athanaſio rapuiſſent, Catholici interpellatione definierunt: nec puduit eos, eorum teſtimonia coram ſe & ſolo dumtaxat Præfecto recipere, qui unde gentium eſſent ignorabant: nec veriti ſunt, eos dicere ab Athanaſio occiſos, quorum teſtimoniis adverſum Athanaſium abuſi ſunt: quinimo necem Athanaſio molientes novis mendaciis fabulam de ementita nece Arſenii imitantur; eoſque qui vivi ſunt, mortuos fingunt, & ut interfectos, qui adhuc ſuperſunt, & hominum oculis in ſuis ſedibus apparent, apud vos longe inde ſemotos miſerrime deplorant: ut cum e longinquo petenda ſint rerum documenta, noſtrum in ſacris miniſteriis collegam Athanaſium calumniari poſſint, quaſi vi & potentia graſſantem, cum ipſi per vim & potentiam omnia agant: eadem enim denuo apud Mareoten, quæ Tyri, deſignata ſunt. Ut enim illic Comes erat cum militari ſatellitio, nihil quod ipſis diſpliceret, aut dici, aut fieri permittens: ita quoque & hic Præfectus manu militari ſuccinctus, omnes Eccleſiaſticos terrefaciens, nulli permiſit ex vero teſtimonium dicere; &, quod abſurdius eſt, in ipſis ædibus accuſatoris & commorabantur, & quæſtionibus operam dandam, prout libuit, decernebant; eoque tam Judæus, quam teſtes, cæterique ejuſdem ſtudii, vel (quod deterius eſt) Euſebianæ factionis adminiſtri conveniebant.

XXIX. Scelera Arianorum Alexandr. patrata.

Quæ porro Alexandriæ auſi ſunt, arbitramur vobis non ignota eſſe; cum ea ubique gentium fama divulgata ſint, ſtrictos ſcilicet gladios in ſanctas virgines, & fratres intentatos, flagella pretioſis apud Deum corporibus incuſſa, pedeſque fuſtigationibus ad claudicationem illis mutilatos eſſe, quæ mentem in caſtitate, & in omnibus ſolidis bonis exercebant, calumnias quoque ubique ingeſtas fuiſſe. Gentilium vulgus interim nudare corpora virginum, verberare, libidinari, & virginibus aras idolorum victimaſque interminari; adeo ut homo quidam protervus, veluti iſtiuſmodi poteſtas jam deinceps conceſſa eſſet in gratiam Epiſcoporum, virginem manu arreptam ad altare, quod forte obvium erat, protraxerit, neceſſitatem ſacrificandi, & vim perſecutionis repræſentans. Inter hæc ſcelera virgines fugere, Ethnici Eccleſiæ inſultare, Epiſcopis in illis ipſis ædibus, ubi iſta perpetrabantur, verſantibus; in quorum gratiam virgines miſeræ ſtrictos gladios, omnia genera periculorum, & quamlibet contumeliam & debacchationem experiri coactæ ſunt. Et hæc quidem paſſæ ſunt ipſo jejunii die a compotoribus Epiſcoporum, cum quibus convivium agitabant, Epiſcopis intus epulantibus. Hæc cum futura provideremus, nec vulgarem, ſed quaſi ex hoſtili incurſu vaſtitatem; detrectavi, fateor, hoc genus judicii. Ea res igitur cum Alexandri Theſſalonicenſis Epiſcopi animum permoviſſet, ſcripſit ad eos qui Tyri adhuc commorabantur, nihil niſi per conjurationem & calumniam cum Athanaſio agi. Hæc Ægypti Epiſcopi ex Synodo poſtea Alexandriæ habita.

XXX. Agens idem ipſe Athanaſius de eadem legatione ex Conciliabulo Tyrio in Ægyptum miſſa, meminit & de conteſtatione tunc facta a presbyteris Eccleſiæ Alexandrinæ, & alia habita ab Epiſcopis & univerſa Eccleſia provinciæ Mareotidis, his verbis ad eoſdem legatos Tyro miſſos deſcripta (a), cui hæc ipſe præfatur: *Presbyteri Alexandriæ & Mareotes, animadverſa illorum malitia, ad hunc modum ſcripſerunt, & proteſtati ſunt:*

(a) Athan. Apolog. 2.

*Theogonio *, Mari, Macedonio, Theodoro, Urſacio, & Valenti Epiſcopis e Tyro profectis, presbyteri, & diaconi ſub reverendiſſimo Epiſc. Athanaſio Catholicæ Eccleſiæ Alexandrinæ.*

* Theognidi

Clericorum Alexandrinorum conteſtatio.

Decuit in primis, cum huc veniebatis cum ipſo accuſatore, adducere quoque vobiſcum presbyterum Macarium. Ita enim judicia conſtitui debent ſecundum ſacram Scripturam, ut reus & accuſator ſimul appareant. Poſtquam autem nec Macarium adduxiſtis, neque reverendiſſimus Epiſcopus noſter Athanaſius ad judicium receptus eſt; poſtulavimus, ut ſaltem nobis intereſſe liceret; ut nobis præſentibus certa inquiſitio haberi poſſet, ut ad iſtum modum rebus actis, jure fidem veſtris judiciis haberemus. Verum & hoc nobis pernegatum, & ſoli cum Præfecto Ægypti una cum accuſatore id agitis, quod libet. Profitemur igitur nos videre in veſtris Actis, malitiæ ſuſpicionem; animadvertimuſque veſtrum adventum nihil aliud in ſe habere quam conſpirationem & inſidias; eaque de cauſa epiſtolam hanc vobis dedimus, monumentum teſtimoniumque iſtius rei aliquando futurum in vera & legitima Synodo; ut omnibus innoteſcat, quod inaudita altera parte, ea quæ libuit, inter vos e-

geritis, & nihil ſtuduiſſe, niſi ut conſpiratione nos opprimeretis. Exemplar harum litterarum etiam Palladio dedimus Imperatoris Curioſo, ne celari poſſet a vobis. Scelera enim, quæ feciſtis, talia nos de vobis ſuſpicari cogunt. Dionyſius presbyter has literas dedi, Alexander presbyter, &c. omnes presbyteri numero ſexdecim, & diaconi quatuor; eorumque nomina ibidem ſubſcripta habentur. Subdit Athanaſius: Clerici autem Mareotæ, qui mores accuſatoris norant, & mecum provincias luſtrabant, ad ipſum ſcripſerunt; ad Conventum Tyrium ſcilicet.

XXXI. Mareoticorum libellus ad Synodum pro Athanaſio.

Sanctæ Synodo beatorum Epiſcoporum Catholicæ Eccleſiæ, Mareotici omnes & presbyteri & diaconi in Domino S. P. D.

Nos nequaquam ignari hujus ſcripturæ, quæ ita dicit: Quod viderunt oculi tui, loquere; & item illud: Quod falſus teſtis impunitus non erit; ea quæ vidimus, teſtanda arbitramur; & potiſſimum, quia teſtimonium hoc noſtrum neceſſarium reddidit conſpiratio adverſus Athanaſium Epiſcopum noſtrum inita. Admiramur autem, quo modo vel ulla tandem ratione Iſchyras pro Eccleſiaſtico habeatur; de qua re primum nobis referendum arbitramur. Iſchyras enim numquam ex ſacris Eccleſiæ comminiſtris fuit; ſed primum jactavit ſe Colluthi presbyterum; verum ita ut neminem haberet, qui ipſi crederet, exceptis dumtaxat cognatis ſuis, ut qui nec umquam Eccleſiam obtinuerit, nec clericus ab ullis, niſi qui longius ab illius pago habitarent, umquam ſit creditus, ſolis dumtaxat ejus cognatis exceptis. Idemque cum talem ſibi titulum vendicaſſet, in Alexandrina Synodo in præſentia patris noſtri Oſii depoſitus eſt, & cum laicis in ordinem redactus, atque in eo ſtatu reliquum jam inde tempus permanſit: ad iſtum igitur modum inanis illius fama presbyterii excuſſa eſt; nam de moribus ejus loqui ſupervacaneum, cum ii ab omnibus ſciri poſſint. Cæterum quia calumniam impegit noſtro Epiſcopo Athanaſio de colliſo calice, & menſa ſubverſa; de his neceſſum eſt ut verba faciam. Ante omnia dicimus illum nullam umquam Eccleſiam in Mareote habuiſſe; qua in re Deum teſtem facimus, neque calicem ullum confractum eſſe, neque menſam a noſtro Epiſcopo Athanaſio, neque a quoquam aliorum qui cum illo degunt, everſam eſſe; nihilque in iſtis verbis eſſe, niſi calumniam. Et iſta quidem ut conſcii pro teſtimonio loquimur, utpote qui nec longis finibus ab Epiſcopo diſtamus, & comites ei in luſtranda Mareote adhæſimus. Numquam enim ille ſolus viſitandi cauſa itinera obire ſolet, ſed comites ſecum trahere presbyteros, & diaconos, & non paucos ex plebe: & quia illi per omnia itinera comites fuimus, quo tempore ad nos acceſſit; ideo hæc vobis pro teſtimonio dicimus, nec poculum confractum eſſe, nec menſam ſubverſam, ſed omnia Iſchyram mentiri, quod & ipſe ſua manu teſtatum confitetur.

XXXII. *Nam cum ille poſt defectionem ad Meletianos nobis reconciliari, & conjungi vellet, quemadmodum & Piſtus, qui ipſe quoque talia de Athanaſio in vulgus ſparſerat; neutrum tamen, quamquam propria manu teſtarentur nihil tale factum eſſe, & ſe ſubornatos a certis hominibus ut talia dicerent, recipere voluerant. Ac proinde Theogonium *, Theodorum, & Marim, & Macedonium, Urſacium, & Valentem in Mareoten profectos, nulla documenta reatus deprehendere potuiſſe. Verum cum res eo tenderet, ut illorum ſycophantia in Athanaſium in apertum proditura videretur; Theognis inimicus Athanaſio cognatos ſuos & quoſdam Arianos ita inſtituit, ut quæ ipſe vellet pro teſtimonio loquerentur. Nemo enim ex populo quicquam contra Athanaſium locutus fuiſſet, niſi terrore Philagrii Ægypti præfecti, importunitateque Arianorum vehementer inſtantium victi coactique eſſent ad ea facienda, quæ ipſis liberet. Siquidem nos ad calumnias refutandas eo venientes non admiſerunt; nobiſque rejectis, eos, quos idoneos putaverunt ad calumniam inſtruendam receperunt, qui metu Philagrii Præfecti in partes eorum conceſſerunt: atque adeo nimirum erat, quod nos ſummotos volebant; ne ſcilicet ſubornatos ab ipſis criminatores aut Eccleſiaſticos non eſſe, aut ſi eſſent, Arianos eſſe doceremus. Scitis autem, dilecti fratres, in ſacris litteris præcipi, non valere inimicorum teſtimonia. Cæterum a nobis vera dici, atteſtatur manus ipſa Iſchyræ, atteſtantur quoque ipſorum facta qui nobis nihil iſtiuſmodi criminum conſciis, præſidio Philagrii, & armorum terrore ea confecere quæ voluerunt. Hæc ut coram Deo teſtamur; hæc ut certi de futuro Dei judicio loquimur. Noſtra quidem voluntas fuit huc excurrendi; ſed tamen in eo acquievimus, ut nonnulli ex noſtris iſthuc venirent cum litteris noſtrorum, qui hic remanſerunt; ut ita eorum vicem abſentiamque ſuſtinerent & compenſarent. Ingenuus presbyter, vos valere in Domino opto, dilecti fratres, Theon presbyter.* Atque alii omnes numero quindecim, totidemque diaconi. Iidemque ad Philagrium, & alios Conſtantini magiſtratus ſic ſcripſerunt.

* Theognidem.

Legatorum fraudes deteguntur.

Teſtes emendicati atque coacti.

XXXIII. Mareoticorum clericorum libellus datus præfectis.

Flavio Philagrio, & Flavio Palladio Ducenario Palatino Curioſo, & Flavio Antonino Commeatuum Præfecto Centenario dominorum meorum illuſtriſſimorum Præfectorum ſacri Prætorii, presbyteri & diaconi Mareotici ex regione & Nomo, cujus Epiſcopatum gerit reverendiſſimus Atha-

thanaſius, hæc vobis cum ſubſcriptione noſtra pro teſtimonio porrigimus.

* Theognis. *Quoniam Theogonius *, Mares, Macedonius, Theodorus, item Urſacius, & Valens miſſi ab Epiſcopis qui Tyri in Concilium coierant, ad noſtram paræciam profecti, dixere ſeſe in mandatis habere, ut inquirerent in quædam Eccleſiaſtica facinora, & inter cætera de calice confracto; cum jam antea ad id Iſchyram quemdam ſubornaſſent, quem ſecum adduxerunt, hominem minime presbyterum, tametſi eo ſe nomine jactitet, quippe ordinatum a Colutho quodam, non vero, ſed imaginario Epiſcopo, cui in generali Concilio ab Oſio, & a cæteris Epiſcopis qui una aderant, juſſum fuit, ut ſe pro presbytero, qualis antea fuerat, haberet, atque ideo omnes ab illo conſtitutos in veterem ſuum ordinem recurriſſe, inter quos etiam Iſchyras numerandus eſt, qui dicit ſe eam Eccleſiam habere, quæ numquam fuit, quippe quæ domuncula ſit in prædiis cujuſdam pupilli nomine Iſionis: ea res in cauſa eſt, ut hoc teſtimonio utendum putaremus, vos religioſe adjurantes per omnipotentem Deum, & per Dominos noſtros Conſtantinum Auguſtum, & liberos ejus illuſtriſſimos Cæſares, ut hæc in cognitionem eorum pietatis referatis. Non enim Iſchyras presbyter eſt Catholicæ Eccleſiæ, neque Eccleſiam habet, neque umquam calix confractus eſt; ſed hæc omnia falſa & conficta ſunt. Conſulibus Julio Conſtantio illuſtriſſimo Patricio fratre religioſiſſimi Conſtantini Auguſti, & Ruffino Albino, clariſſimis & Deo gratiſſimis.* Hæc presbyteri.

XXXIV. Quid autem egerint ejuſmodi impii & ab impietate directi legati, S. Athanaſius (a) narrat, ſed primum hæc de illorum perfidia, & legum humanarum ac divinarum contemptu: *Quod enim libuit, fecere; ſed tamen ea quæ inaudita altera parte fiunt, nihil habere roboris, nemo omnium mortalium ignoraverit. Hoc enim & lex divina præcipit; hoc quoque cum inſidias pateretur beatus Apoſtolus, & reus eſſet, poſtulabat:* Oportebat, *inquiens (b), Judæos ex Aſia coram te adeſſe, & accuſare ſi quid haberent adverſum me. Quo tempore & Feſtus, (c), conantibus Judæis eaſdem contra Paulum inſidias, quales ego nunc patior, ita locutus eſt: Quia non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem hominem, priuſquam is, qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumque defendendi accipiat ad diluenda crimina. Euſebiani autem & legem mutare auſi ſunt, & illis ipſis injuſtiſſimis Judæis injuſtiores ſeſe exhibuerunt. Non enim ſtatim a principio iſta ſeorſum ſine reliquis agere tentaverunt, ſed tum demum, cum coram a me in præſentia refutati ſuccubuiſſent. Ex eo namque tempore, quemadmodum Judæi conſilium ſeorſum & ſoli inierunt, ut & nos perderent, & hæreſin introducerent; & quemadmodum illi Barabbam poſtulaverunt, ita quoque & ipſi omnia ob hæreſin ſe facere profitentur.*

(a) Athan. Apolog. 2.

Judicium depravatum.

(b) Act. 24.

(c) Act. 25.

XXXV. Res a legatis geſtæ. *Et hæc quidem abunde ſufficiunt ad defenſionem meam, ſed tamen ut eorum ſcelera, & veritatis libertas magis appareant; nihil vetat quo minus denuo earum rerum mentio fiat, ut pateat ipſos ſibimet contraria egiſſe, & in tenebris conſilia ſua conſtantes, in ſemetipſos impegiſſe, & ſtudio nos occidendi, ſe ipſos (uti inſani ſolent) vulneraſſe. Nam de myſteriis inquirentes, Judæos interrogarunt, & catechumenos examinaverunt: Ubinam, inquientes, eratis, cum Macarius acceſſit, & menſam ſubvertit? Illique reſponderunt: Nos intus fuimus. Jam ſi id verum eſt; ergo eo tempore oblatio celebrari non potuit; ſiquidem catechumeni intus erant; atque tamen paſſim ſcriptitarunt, ſtante presbytero, & ſacrificium faciente, Macarium ingreſſum ſubvertiſſe omnia. Et cum interrogarent quos vellent, ita percontati ſunt: Quo in loco erat Iſchyras, cum Macarius ſuperveniret? Illique rurſum reſponderunt: In cubiculo ægrotus decumbebat. Ergo in ſacro non ſtabat, qui per morbum decumbebat; neque oblationem facere poterat, qui in cellula ſua ægrotus jacebat. Inſuper dicente Iſchyra, combuſtos eſſe libros a Macario; ſubornati ad eam rem teſtes, nihil tale factum eſſe, & mentiri Iſchyram aſſeverarunt. Jam, quod admireris, cum litteris ſuis famam eam ſpargant, ubique terrarum a nobis ſublatos eſſe, qui conſcii teſtimonium ferre poſſent; eoſdem tamen cum jam appeterent, percontati ſunt, nullo interim pudore tacti, cum ſe viderent undecumque quadruplatores declarari. Sed tamen quamquam ſeorſum ſine aliorum auctoritate ita pro libidine agerent, nutibuſque teſtes admonerent, Præfectus minas jactaret, militeſque tela, & vulnera intentarent; nihilominus tamen Dominus veritatem patefecit, eoſque ſycophantiæ coarguit. Illi ergo Actorum monumenta, quæ habebant, ſuppreſſerunt, & Notariis injunxere, ut ea amolirentur, neque ulla exemplaria evulgari ſinerent. Sed fruſtra hæc omnia. Nam qui ea ſcripſit, Rufus eſt, qui nunc in Auguſtalliana ſpiculatorem agit, & teſtis ejus recitari poteſt. Atque adeo ipſi Euſebiani ea per ſuos Romam miſerunt; eademque illa ab Julio Epiſcopo ad me tranſmiſſa ſunt. Inſaniunt igitur, ſua arcana in manibus noſtris haberi, & a nobis recitari. His & iſtiuſmodi facinoribus patratis, cauſam, cur ea facerent, manifeſtam reddidere.* Hactenus de his Athanaſius. Cæterum, quod ſpectat ad Acta Mareotica ab Euſebianis ad Julium Papam miſſa, hæc longe poſt contigerunt, poſt mortem vi-

Acta ſuppreſſa.

de-

delicet Conſtantini Imperatoris, eum, ſedente eodem Julio, cauſa ipſa ad Romanam Eccleſiam delata eſt, ut ſuo loco dicemus; quando & Euſebiani per Martyrium, & Heſychium ad ipſum eadem Acta miſerunt, ut idem Julius litteris ſuis teſtatur (a), atque multis proſequitur hæc ipſa de Iſchyra, & falſis teſtibus in eamdem cauſam ab ipſis Euſebianis legatis tunc examinatis ac circumventis.

(a) Apud Athanaſ. Apolog. 2.

XXXVI. In Athanaſium ab Euſebianis ſententia lata.

Quibus magna celeritate confectis, Tyrumque perlatis, ſecuta eſt Athanaſii, qui Tyro profectus erat Conſtantinopolim verſus ad Imperatorem, ex Euſebianorum ſententia condemnatio; de qua hæc habet Sozomenus (b): *Concilium vero eum, indicta cauſa, condemnat, abdicatque Epiſcopatu; decernit denique ne poſtea Alexandriæ habitet; ne, inquit, tumultus, & ſeditiones, ſi adſit, cogitare aggrediatur. Joannem autem, & omnes qui ab eo ſtabant, Meletianos ſcilicet, uti incommodis per injuriam affectos, in communionem recipit: & quam illorum quiſque in clero dignitatem obtinuerat, cuique reddit. Epiſcopi porro in eodem Concilio coacti, Acta Concilii Imperatori ſignificarunt; ſcripſeruntque ad alios omnes ubique Epiſcopos, ut minime cum Athanaſio communicent, neve ad eum ſcribant, neu ab illo litteras accipiant; quandoquidem, & criminum, de quibus certiores facti fuiſſent, convictus erat; & partim fuga, partim quod cauſam ſuam judicio agere recuſaverat, reus deprehenſus.*

(b) Soz. l. 2. c. 24.

XXXVII. *Præterea per litteras oſtenderunt, ſe ad ejuſmodi ſententiam contra eum pronuntiandam juramento compulſos, primum quod ægre admodum ferebant, quod cum Imp. anno præterito dediſſet mandatum, ut Epiſcopi Orientis ejus cauſa Cæſareæ in unum convenirent, ipſe non eo acceſſerat; idque cum videret Concilium longo tempore ipſum expectando fatigatum; quodque etiam Imperatoris mandata contempſerat; deinde, quod cum permulti Epiſcopi Tyrum convenissent, hominum multitudine ſtipatus eo venerat, & turbas, & tumultus in Concilio excitarat, modo pro ſe reſpondere tergiverſando, modo Epiſcopos ſigillatim contumeliis onerando, interdum cum vocaretur ab illis, dicto ipſorum minime audiendo; aliquando judicium ſubire, indigne & graviter ferendo. Quinetiam plane compertum eſſe, quod calicem myſticum fregerat, declararunt; teſteſque ad eam rem adduxerunt Theognidem Nicææ Epiſcopum, Marin Chalcedonis, Theodorum Heracleæ, Valentem item, Urſacium, & Macedonium; quos quidem ſe miſiſſe in Ægyptum, dixerunt, eo conſilio, ut cum in pagum venirent, ubi calix fuerat confractus, verum elicerent. Hæc ſcripſere Epiſcopi; ſingulaque crimina (ut mos forenſis fert) perſtrinxere; dederunt-que operam, ut calumniam Athanaſio velut arte quadam contexerent. Verum complures ſacerdotes, qui aderant in Concilio, hoc judicium minime ſincerum eſſe exiſtimarunt. Et ob eam cauſam dicitur, Paphnutium confeſſorem, qui Concilio interfuit, prehendiſſe manum Maximi Epiſcopi Hieroſolymitani, ac monuiſſe, ut ſurgeret; nam non oportere ſe, cum eſſent confeſſores, & pro pietate tum oculos effoſſos, tum pedum flexus debilitatos haberent, Concilio hominum perditorum communicare.* Hæc Sozomenus.

Quid Paphnutius confeſſor.

XXXVIII. Porro hallucinatus eſt plane Ruffinus (c), dum putat Athanaſium e Tyrio conciliabulo fuga lapſum per annos ſex delituiſſe; quæ quidem longe poſt hæc contigerunt. Quod vero Julius Romanus Pontifex in epiſtola quam ſcripſit ad Arianos (recitatur ea ab Athanaſio in ſecunda Apologia) dicat ipſum Athanaſium nequaquam Tyri condemnatum eſſe; intelligendum putamus a majori, & ſaniori parte ipſius Concilii ibidem celebrati; ſiquidem qui ibi aderant pietatis cultores, a damnatione Athanaſii abhorruerunt, Arianiſque contradixerunt, atque inde penitus diſceſſerunt; cum Euſebiani ſeorſum ab iis coeuntes, in Athanaſium, quæ ſibi viſa ſunt, decreverunt. Sunt autem hæc verba Julii: *Athanaſii quoque ſinceritas in tuenda fide ſpectata fuit; qui nec Tyri condemnatus eſt, nec Mareote præſens fuit, ubi contra eum abſentem in lite proceſſum eſt.*

(c) Ruffin. l. 1. c. 8.

Ruffinus arguitur.

XXXIX. Addidiſſe ad hæc Euſebianos, ut apud Imperatorem agerent de erigenda Eccleſia Iſchyræ accuſatori, idem tradit Athanaſius; ait (d) enim: *Ceterum præmia redemptarum calumniarum multo adhuc magis eorum malitiam, & impium propoſitum declarant. Mareotes enim (ut dixi) ager eſt Alexandriæ; quo in loco nunquam Epiſcopus fuit, immo ne Corepiſcopus quidem, ſed univerſæ ejus loci Eccleſiæ Epiſcopo Alexandrino ſubjacent, ita tamen ut ſinguli pagi ſuos presbyteros habeant. Sunt autem pagi iſti maximi decem numero, aut aliquando plures. Pagus autem, ubi habitat Iſchyras, minimus eſt, & pauciſſimorum hominum, adeo ut non ibi, ſed in proximo pago Eccleſia conſtituta ſit. Nihilo tamen minus hominem, qui ne presbyter quidem erat, hujus pagi præter majorum traditionem, Epiſcopum ſcilicet appellaverunt; non quidem ignari ne ipſi quidem, quam hoc abſurdum eſſet; ſed promiſſis redemptæ calumniæ adacti, etiam illud ſuſtinendum putaverunt; ne maligne habitus ſceleratiſſimus Iſchyras veritatem enunciaret, Euſebianorumque malitiam proderet. Verum ille neque Eccleſiam, neque populum ſibi obedientem habet, atque ut canis ab omnibus agitatur. Euſebiani autem Imperatori auctores fuerunt litterarum mittendarum ad Collathum* (*adeo omnia illis licent*)

(d) Athan. Apolog. 2.

Decernitur Iſchyræ Eccleſia & Epiſcopatus.

ut juberet Iſchyræ ædificari Eccleſiam, ut auctus ea dignitate, fide dignus habeatur in ſuis de calice & menſa calumniis. Statim igitur curavere, ut Epiſcopus nominaretur; eo quod ſi nec Eccleſiam poſſideret, neque presbyter eſſet, pro ſycophanta neceſſario haberetur, & mentiri videretur. Ille tamen eum nec populum habeat, nec ſuos ſibi obſequentes, quemadmodum inane nomen Epiſcopi, ita quoque epiſtolam illam Imperatoriam ſine ullo fructu detinet: quippe quæ argumentum ſit ipſius Euſebianorumque teterrimæ & intentionis, & voluntatis. Hucuſque de rebus Iſchyræ Athanaſius. Sequitur poſt hæc epiſtola Colluthi presbyteri exarchon Mareotes. Porro longe hic alius a priori illo Collutho, ex quo Colluthiani dicti ſunt: nam ille ſe gerebat Epiſcopum, hic autem presbyter nominatur; deceſſit enim ille longe ante hæc tempora, ut dictum eſt. Sed extat ibi epiſtola ipſa perbrevis his verbis:

XL. *Ad preces Iſchyræ presbyteri pietati dominorum meorum Auguſtorum & Cæſarum ſupplicantis, ut ſibi in loco Pacis Secontaruri Eccleſia ædificaretur; decrevit divinitas illorum, ut id quamprimum fieret. Cura igitur, exemplaribus iſtius divini diplomatis, quod primo loco poſitum eſt, noſtræque ſanctitatis monumentis perlectis, breviterque perluſtratis, ut in negotio procedatur, & quæ divinitus conſtituta ſunt, ad effectum perduci queant.* Hactenus de Eccleſia Iſchyræ ædificanda. Sed obſerva, lector, Arianorum dicendi conſuetudinem, & in adulando blaſphemiam, quæ cum hic, tum etiam in compluribus aliis locis ſæpius demonſtrari continget, dum qui negarent divinitatem Filii Dei, iidem tamen Imperatores divinitatis conſortes non erubeſcerent appellare, ut cum habet Colluthus in hac epiſtola: *Decrevit divinitas illorum*, nempe Imperatorum; &: *Divinum diploma*. Et alia id genus, quæ inferius crebrius etiam impudentiuſque dicta reperiuntur. Sed inſtitutam proſequamur orationem.

XLI. Dedicatio Baſilicæ Tyriæ. His igitur in hunc modum ex ſententia Euſebianorum in Athanaſium Tyri confectis; qui remanſerant ibi Epiſcopi, ex juſſione Conſtantini Imperatoris, qui (ut ſuperius ex Euſebio (*a*) recitavimus) mandaverat, ut quam celeriter altercationibus Epiſcoporum fine impoſito dedicarent baſilicam Hieroſolymis erectam, ritu id Eccleſiaſtico ſolemniter perfecerunt. [De qua quidem dedicatione extat ejuſdem Euſebii oratio ab eodem collocata in decimo ſuarum hiſtoriarum libro, quam ob nimiam prolixitatem recitare hic omittimus]. Quomodo enim Conſtantini Imperatoris juſſu, iidem qui Tyri Synodum celebrarunt Epiſcopi, magna celeritate profecti ſint Hieroſolymam, ibique eximium templum illud cæteris auguſtius, quod idem Imperator erexerat, dedicarint, jam dicendum eſt; & illud in primis quod ad tempus ſpectat certa fide conſignandum; illud factum eſſe hoc ipſo anno trigeſimo Conſtantini, ipſis Tricennalibus Imperatoris, quibus Conſtans minimus natu filiorum ejus ab ipſo creatus eſt Cæſar, Euſebius teſtatur his verbis (*b*): *Tertius filius Conſtans fuit, qui ipſo nomine & appellatione præſens conſtanſque tempus perſpicue præſeferent, trigeſimo paterni regni anno ad honorem Cæſaris evectus eſt. Ita cum triplicem aſſimilatione ad Trinitatem liberorum fœtum Deo gratum acceptumque procreaſſet, eumdemque decimo quovis anno regia dignitate decoraſſet; extremum trigeſimum annum accommodatiſſimum tempus ſibi oblatum eſſe putavit, in quo omnium Regum Regi grates perſolveret; quo tempore etiam optimum exiſtimavit, Martyrum domum incredibili & optimo ſtudio a ſe Hieroſolymis coædificatam conſecrare.* Id quidem factum eſſe mox poſt Conventum Tyrium, idem auctor inferius affirmat, cum ait (*c*): *Interea vero dum hæc ab Imperatore demandata gererentur, alter ab eodem nuntius feſtinans ſupervenit, qui Synodum Imperatoriis litteris commonet, ut celeriter & ſine procraſtinatione Hieroſolymas proficiſcerentur.*

(a) Euſeb. Vit. Conſt. lib. 4. c. 41.

(b) Euſeb. Vit. Conſt. lib. 4. c. 40.

Quando dedicatum eſt templum Hieroſol.

(c) Euſeb. eod. l. 4. c. 44. 45. 46.

XLII. Epiſcopi qui dedicationi interfuerunt. *Cum igitur omnes Phœnicum Epiſcopi publicis vehiculis ad conſtitutum locum contenderent, celeriter totus ille locus frequentiſſimo Dei cœtu refertus eſt, confluentibus nimirum eodem tempore Hieroſolymas cujuſque provinciæ Epiſcopis. Nam Macedones ſuæ metropolis Epiſcopum legabant:* Hic erat Alexander Antiſtes Theſſalonicenſis, de quo plura ſuperius. Addit Euſebius: *Pannonii & Myſii ſuum etiam juventutis florem, tamquam Dei impuberem cœtum, miſerant.* Hi erant Valens & Urſacius, quos veluti in Ariana impietate col-

PAGIUS VI. *Encænia Eccleſiæ Hieroſolymitanæ.* Ad *num.* XLI. & ſeq. Dedicatio Eccleſiæ Hieroſolymitanæ peracta *Idibus Septembris*, id eſt, die XIII. Septembris, ut docent Nicephorus lib. 8. cap. 30. Typicum Sancti Sabæ, Menologium Græcorum, ac Sophronius in Oratione de Exaltatione Sanctæ Crucis. Eccleſia tamen tam Occidentalis quam Orientalis Feſtum Exaltationis S. Crucis celebrat die XIV. Septembris, ſive quia eo die Crux inventa, ſive ob aliam rationem hactenus ignotam. Porro eam Eccleſiam aliquando ſanctæ *Crucis*, aliquando *Reſurrectionis*, aliquando *Anaſtaſim* ac *Martyrium* appellatam oſtendi anno CCCXXVI. num. XII. Idus Septembris ſeu dies XIII. illius menſis concurrit hoc anno cum Sabbato, ut Methodus Cyclica docet. Quare nondum mos invaluerat, ut Eccleſiæ die Dominica dedicarentur: quemadmodum nec ut Cæſares eodem die nuncuparentur; cum *Dalmatius* Cæſar factus fuerit, vel die XVIII. vel die XXIV. Septembris, quorum neuter hoc anno cum Dominica concurrit.

collegas auctor commendat. Tum ſubdit: *Aderat ex Perſiæ Epiſcopis divinum monumentum, vir ſummus, & in Sacris Scripturis exercitatiſſimus.* Miles hic nominatus erat, qui (ut auctor eſt Sozomenus *a*) ad inviſenda loca ſancta Hieroſolymam ſe contulit; hic autem poſtea in perſecutione adverſus Chriſtianos in Perſide excitata martyr occubuit; ſed de eo ſuo loco dicendum pluribus. Rurſum Euſebius: *Jam Bithyni & Thraces Synodi frequentiam ſua præſentia ornabant, nec deerant lectiſſimi quique Ciliciæ; ſed & ex Cappadocia, qui doctrina & eruditione præcipui videbantur, medii inter eos collocati eminuerunt. Præterea omnis Syria, & Meſopotamia, Phœnicia, Arabia, Palæſtina, Ægyptus etiam, & Africa, & Thebanæ gentis Epiſcopi magnificum illum Dei cœtum ſimul omnes implebant, quos innumerabilis pene ex omnibus provinciis multitudo ſequebatur.* Hic vides, Euſebium Euſebianorum conventiculum tantopere oſtentare, quo Arii confeſſio ibi probata majorem ſibi fidem vendicaret, & Arianorum in eo facta reſtitutio firma rataque ab omnibus haberetur. Nam etſi aliqui magni nominis ibi fuerunt Orthodoxi Epiſcopi ad dedicationem baſilicæ convocati; ſeorſum tamen ab illis Euſebianos conveniſſe, vel poſt illorum diſceſſum, certum eſt: etenim Euſebianorum conventus potius, quam legitima Synodus, ille æſtimatus eſt. Sed rurſum Euſebius.

(a) Sozom. lib. 2. c. 13.

XLIII. *Hiſce vero omnibus præſto fuerunt certi miniſtri; nam ex Curia ipſa delegati erant ſpectata probitate viri, qui Imperatoris ſumptibus celebritatem hanc illuſtrarent; ſed horum facile princeps Marianus fide & prudentia, vel ipſi Imperatori perquam neceſſarius; cui, quod ſacrarum Scripturarum ſingularem uſum haberet, & profeſſione veræ religionis diris illis tyrannorum temporibus clarus evaſerat, non ſine cauſa rerum iſtarum diſpoſitio data eſt. Is vero ſe Imperatoris voluntate caſtiſſimum & integerrimum miniſtrum præbens, cum grata quadam & ſuavi humanitate, tum ſplendidis conviviis, & latis compotationibus cœtum illum honorifice tractabat. Jam pauperum nudis corporibus, & cæterorum tam virorum, tum fœminarum infinitæ pene multitudini, in ſumma victus inopia & reliquarum opportunitatum egeſtate poſitæ, prolixe & abundanter pecunias & veſtes largitus eſt. Templum vero omne magnificis regiiſque donis ornaverat. Atque hic quidem hoc officii genere perfunctus eſt.*

Marianus præfectus laudatur.

XLIV. *Interea ſacerdotes & precibus, & diſputationibus hanc celebritatem ornabant. Jam alii divini Regis præclaram in Salvatorem benignitatem prædicabant; ſimul etiam oratione proſequebantur ſummam ſacræ Martyrum ædis magnificentiam.* Sic nominat Auctor templum illud ſumptuoſiſſimum, quod (ut ſuperius dictum eſt) S. Cyrillus Martyrion nominat; ſed pergit: *Alii celebri divinarum rerum apparatu, qui de ſacris monumentis depromebatur, præſentibus convivium, quo & animos, & aures dapibus, & reliquo deliciarum genere paſcerent, inſtruebant. Alii ſacras lectiones interpretantes, abditos & occultos ſenſus in lucem proferebant. Alii, qui horum nihil poterant efficere, incruentis ſacrificiis & myſticis conſecrationibus divinum numen placabant, & ſupplices Deo preces pro communi pace, pro Eccleſia Dei, ipſoque Imperatore harum præclariſſimarum rerum auctore, proque ejus Deo caris liberis, offerebant. Quo etiam in loco noſmetipſi, cui multa ſupra noſtram dignitatem tributa ſunt, publicis, iiſque ſane variis orationibus celebritatem illam exornabamus; cum aliquando quæ magnifice ab Imperatore geſta eſſent, ſcriptis ederemus; aliquando propheticos ſenſus propoſitis quibuſdam evidentibus ſignis, explicaremus. Hoc modo hujus Martyrii dedicationis conſecrationiſque celebritas, ipſo triceſimo Imperatoris regni anno, ſummo omnium gaudio ac lætitia conſummata eſt.*

Quæ acta Jeroſolymis ab Epiſcopis.

Quale vero Salvatoris templum, quale item Salvatoris antrum fuerit, atque etiam quam præclari conatus Imperatoris, quanta etiam in ipſo templo donorum turba ex auro, argento, pretioſo lapide, ſeparatim ſuo, quoad fieri potuit, volumine conſcriptum Imperatori dedimus, ejuſque nomini dedicavimus; quod etiam cum videbitur, & abſoluto quod in manibus eſt opere, edemus; ſimul etiam adjungentes triceſimi anni Imperatoris laudationem, quam paulo poſt Conſtantinopolim profecti (ſecundum ſcilicet hoc tempus nacti, quo in ipſa Regia Regum omnium Deum glorioſe prædicaremus) coram ipſo Imperatore recitavimus, quam is vere amicus Dei cum audiviſſet, nimia lætitia geſtienti ſimilis viſus eſt; idque re ipſa paulo poſt declaravit, cum omnes Epiſcopos convivio exciperet, maximumque eis honorem deferret. Acceſſus iſte Euſebii Conſtantinopolim contigit anno ſequenti, quo ipſius & collegarum calumnia decretum fuit Athanaſio exilium; agemus de his ſuo loco pluribus. Sed rurſum ipſe de conventu Hieroſolymitano (*b*): XLV.

(b) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 47.

XLVI. *Hunc ſecundum Conventum, quem equidem ſcimus maximum poſt illam Bithyniæ celebratam clariſſimum Nicænum, Imperator Hieroſolymis collegit. Sed ille Nicænus triumphi nomine viceſimo Imperii anno conſtitutus in ipſa urbe Nicæa, cum, id eſt, præclaram de hoſtibus victoriam reportabat: hic vero Hieroſolymitanus triceſimum ejus Imperii annum decorabat, in quo Imperator Martyrium conſecrans circa*

Laudes ejus Synodi Hieroſol.

ipſum

ipſum Salvatoris monumentum quaſi donum quoddam pacis Deo omnium bonorum largitori offerre viſus eſt. Hucuſque de his
(a) Sozom. lib.2.c.25. Euſebius. Addit ad hæc Sozomenus (*a*), non ſolum templi ipſius; ſed & vaſorum miniſterialium conſecrationem factam eſſe ſecundum Chriſtianæ religionis antiquum ritum; ac demum ſubdit: *Ex quo tempore Hieroſolymitana Eccleſia quotannis diem feſtum ſplendide admodum celebrat, adeo ut in eo initiationes ſacrorum peragantur, & dies octo deinceps conventus fiant; compluresque ex omnibus totius Orbis terræ partibus, qui undique ad ſacra loca viſenda confluerent, tempore quo dies feſtus celebrabatur, eo conveniunt*. Hæc Sozomenus; quibus adeo manifeſtè declaratur, non Eccleſiarum tantum, & ſacrorum vaſorum conſecrationem, ſed & anniverſariam templi dedicationem ſolemni ritu celebrari ſolitam, cujus rei frequentem in Eccleſia Catholica uſum hodie eſſe videmus.

XLVII. Rurſum vero quod ait Euſebius (*b*), e-
(b) Euſeb. Vit. Conſt. lib.4.c.45. juſmodi celebritatem diſputationibus quoque exornatam fuiſſe; ad hoc ſpectat, quod in eodem Conventu de recipiendis
Arius & Ariani in Synodo recepti. ad ſuas Eccleſias Arianis pœnitentiam præſeferentibus actum eſt. Sed & quod iidem recepti fuerint, atque Eccleſiæ conciliati, inde eſt quod idem Euſebius
(c) Euſeb. ibid. c.47. ait (*c*), per ejuſmodi Epiſcoporum Concilium donum quoddam pacis per Imperatorem Conſtantinum Deo eſſe oblatum; Arium enim veram certamque ſimulantem pœnitentiam antea receptum ab eodem Concilio fuiſſe ſuſceptum, & Alexandrinæ Eccleſiæ reſtitutum, Socra-
(d) Socrat. lib.1.c.22. tes (*d*) quoque auctor eſt, cum ait: *Solemne feſtum ob locorum illorum conſecrationem celebratur. Arius cum ſuis in Eccleſiam recipitur; nam dicebatur ab Epiſcopis, ſe in ea re litteris Imperatoris obtemperaſſe, quibus illis ſignificaverat, ſe fidem Arii & Euzoji penitus perſpectam habere. Quin etiam ab Epiſcopis litteræ Eccleſiæ Alexandrinæ dabantur ut omni invidiæ flamma extincta, res ſuas pacate & tranquille adminiſtraret; referebatur item, Arium erroris ſui pœnituiſſe, veritatem agnoviſſe, de cætero Eccleſiæ velle adhærere, & propterea ab ipſis merito receptum eſſe, Athanaſium autem communi conſenſu relegatum* (ſed hoc de Athanaſio in Tyri Concilio actum eſt). *De his etiam ipſum Imperatorem certiorem faciunt*. Hæc Socrates; eadem quo-
(e) Sozom. lib.2.c.26. que Sozomenus (*e*), qui & litteras recitat Arii atque Euzoji ad Conſtantinum Imperatorem, quibus ſe cum Eccleſia Catholica ſentire mentiebantur; reddemus hic ipſas.

XLVIII. Sed illud hoc loco admonendum putamus, nequaquam, ut ait, Arium hoc tempore fuiſſe ab exilio relaxatum, quem conſtat ex his, quæ S. Hieronymus (*f*) (f) Hieron. adverſ. Luciferianos.
reſtatur, in Nicæno Concilio palinodiam recantaſſe, atque receptum fuiſſe; nontamen ut Alexandriam redire poſſet; ſed & Euſebianos (ut ſuperius vidimus) niſos eſſe itidem litteris Conſtantini eumdem Alexandriam revocare; verum obnitente Athanaſio, id minime conceſſum fuiſſe; quam ob cauſam tot tantæque molitiones ab eis de pellendo ab Eccleſia Alexandrina Athanaſio ſunt comparatæ. At quomodo dicendum eſt exulaſſe Arium, quem ante hæc, ſuadentibus Euſebianis, Conſtantinus ſcriptis ad eum libere agentem litteris, cur non ad ſe venerit, admirari ſe dicit? & eum quamprimum venire, conceſſo regio diplomate pro viatico, jubet, hoc ipſo anno, cum Hieroſolymitana Synodus agenda eſſet? quando auditis tandem Ario & Euzojo, & eorum fidei profeſſione ſcriptis prodita ſimul accepta, ambos una cum ipſorum libello fidei Hieroſolymam ad Synodum judicandos miſit. Sed reddamus hic cuncta eodem quo geſta ſunt ordine, ac primum epiſtolam Conſtantini, qua honorifice Arium ad (g) Socr. lib.1.c.19.
ſe accerſit; ſic enim ſe habet (*g*):

Jamdudum tuæ gravitati ſignificatum eſt, ut ad mea caſtra venires, quo poſſes noſtro aſpectu frui; unde vix ſatis mirari poſſumus, cur hoc ubi te non extemplo factum fuerit. Jam igitur, publico curru conſcenſo, noſtra caſtra adire propera, ut noſtram benignitatem & ſtudium erga te expertus, in patriam redire queas. Deus te conſervet, chariſſime. Data ad quintum Kalend. Decembris. XLIX. Litteræ Conſtantini ad Arium.
Perſuaſus enim ab Euſebianis Conſtantinus Arium priorem vere mutaſſe ſententiam, & Catholicam fidem profiteri, hæc ad illum ſcripſit; cum ipſe una cum Euzojo ad Imperatorem veniens, eidem fidei ſuæ libellum obtulit, (h) Sozomen. lib.2. c.26.
qui a Sozomeno recitatur in hæc verba (*h*):

L. Libellus Arii & Euzoji.
Religioſiſſimo ſanctiſſimoque domino noſtro Imperatori Conſtantino Arius & Euzojus.

Nos quidem, ſicut ſingularis tua erga Deum pietas, domine Imperator, in mandatis dedit, fidem noſtram ſcriptis prodidimus, & de Deo cum ipſi, tum cæteri, qui nobiſcum ſunt, ita credere confitemur ut ſequitur.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, & in Dominum Jeſum Chriſtum Filium ejus ex ipſo ante omnia ſæcula genitum Deum Verbum, per quem omnia facta ſunt, tum quæ in cælis, tum quæ in terris; qui deſcendit & incarnatus eſt, & paſſus eſt, & reſurrexit, & aſcendit ad cælos, & iterum venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum; In carnis reſurrectionem; In vitam venturi ſæculi; In regnum cælorum; In unam Catholicam Eccleſiam Dei, ab una Orbis terrarum ora ad alteram uſque ſe porrigentem.

LI. *Hanc fidem a ſacroſanctis Evangeliis ac-*

accepimus, ipſo Domino ſuis diſcipulis dicente: Euntes (a), *docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Si vero iſta non credimus, ſicut univerſa Catholica Eccleſia & Scripturæ docent, quibus quidem omnino fidem adhibemus; Judex noſter Deus ſit & in præſentia, & in futuro Judicio. Quapropter tuam pietatem obſecramus, Imperator ſanctiſſime, ut quoniam viri Eccleſiaſtici ſumus, & ſenſum tum Eccleſiæ, tum ſacrarum litterarum tenemus; nos pro tua ſanctimonia, quæ & pacem conciliat, & Deum auguſte veneratur, controverſiis omnibus & inanibus argutiis ſublatis, matri noſtræ, Eccleſiæ ſcilicet, adjungas; uti & nos, & Eccleſia tranquille vitam degentes, inter nos mutuo pro pacato & pio regni tui ſtatu, & pro univerſo hominum genere omnes communiter conſuetas preces peragamus.* Hactenus libellus, ſubdit his Sozomenus:

(a) Matth. 28.

LII. Fides ambigua & doloſa.

Hanc fidei formulam nonnulli ita callide compoſitam eſſe dicebant, ut verbis ſolum ab Ariana doctrina diſcrepare, re ipſa cum eadem conſentire videretur; quandoquidem voces in ea poſitæ talem facultatem dabant in utramque partem ambigendi, ut ſenſus uterque tum Orthodoxorum, tum Arianorum, ex illis colligi poſſet. Verum Imperator Arium & Euzojum eadem cum Epiſcopis in Concilio Nicæno coactis ſentire arbitratus, re admodum delectabatur; attamen ſibi non tantum ſumpſit auctoritatis, ut eos ante in communionem reciperet, quam cauſa ab illis, penes quos eſſet poteſtas, ſicut Eccleſiæ norma poſtulat, & dijudicaretur, & diligenter examinaretur. Itaque illos mittit ad Epiſcopos Hieroſolymis id temporis convocatos, ſcripſitque ut formulam fidei ab iſtis editam accurate expenderent, atque ut Concilium benignam de illis pronuntiaret ſententiam; ſi vel recte de religione ſentire videantur, perque invidiam ſtructæ ſint inſidiæ; vel cum nihil cauſæ habeant, cur factum jam de ſe judicium incuſent, reſipiſcere velint. Ex quibus litteris illi qui iſtorum cauſæ ſtudebant, occaſionem denuo nacti, eos in communionem receperunt. Atque cum hoc feciſſent, litteras dedere Imperatori; ſcripſereque tum ad Eccleſiam Alexandrinam, tum ad Epiſcopos & clericos Ægypti, Thebaidis, & Libyæ, eos cohortati admodum, ut Arium & Euzojum libentibus animis reciperent: quippe tum eorum fidem verum eſſe, teſtimonio Imperatoris confirmatam fuiſſe (quam quidem fidem ſuis litteris ſubjunxerunt) tum Concilium judicio Imperatoris ſuffragatum eſſe. Atque hæc quidem in hunc modum Hieroſolymis Arianorum ſtudio facta eſſe cognovimus. Hactenus Sozomenus, eademque ferme Socrates (b).

(b) Socrat. lib. 1. c. 29.

LIII. Recitat S. Athanaſius (c) ſcriptam ab eis tunc Synodalem epiſtolam de rebus in Synodo geſtis, atque ait: *Coeunt igitur* (Euſebiani ſcilicet) *Hieroſolymis, & iſtiuſmodi ſcribunt:*

(c) Athan. de Synod.

Epiſtola Concilii Hieroſol.

Sancta Synodus Hieroſolymis coacta; Eccleſiæ Dei quæ eſt Alexandriæ, & per Ægyptum, Thebaida, Libyam, Pentapolim, reliquiſque per Orbem Epiſcopis, presbyteris, & diaconis in Domino ſalutem.

Omnibus nobis ex diverſis provinciis in unum congregatis ad Panegyrin celebrandam pro dedicatione Martyrii Salvatoris, quod religioſiſſimus Imperator Deo omnium Regi & Chriſto ejus ædificavit; majorem nobis animorum lætitiam, Dei gratia, litteræ ejuſdem religioſiſſimi Imperatoris præbuerunt; quibus nos ad ea quæ oportuit inſtigans, omnem invidiam ab Eccleſia Dei expellit, & omne odium procul abigit, per quæ Chriſti membra jampridem diſſidebant; auctorque fuit, ut ſimplici & placido animo reciperemus Arianos, quos aliquandiu improba invidentia extra Eccleſiam detinuit, & viris iſtis de rectitudine fidei in litteris ſuis teſtimonium præbet, quam cum antea fama audiverat, ipſe eamdem ex viva eorum voce cognovit, cognitamque approbavit; eamque rem nobis manifeſtam reddidit; eo quod litteris ſuis orthodoxas eorum virorum opiniones ſcripto comprehenſas ſubjunxerit, quas omnes agnovimus ſanas & Eccleſiaſticas eſſe. Quapropter jure admonuit, ut viri iſti reciperentur, & coadunarentur cum Eccleſia Dei, ut vos ex epiſtolæ ejus exemplaribus cognoſcetis, quæ nos ad pietatem veſtram miſimus. Credimuſque vobis ipſis veluti propria membra veſtri corporis recuperantibus, magnum ex ea re gaudium lætitiamque oborituram; dum ipſi viſcera veſtra, fratres ſcilicet, & patres agnoſcitis, & recipitis, non ſolum presbyteris Arianis, ſed univerſo populo cum omni multitudine vobis reſtituto, quæ ob cauſam iſtorum virorum longo jampridem tempore a vobis diſſidebat: decetque, vos, cognitis quæ hic acta ſunt, quodque viri iſti nobiſcum communicaverunt, & a tanta Synodo recepti ſunt, quam promptiſſime eos, ut membra Eccleſiæ coeant, & in pace ſint, conſultare; maxime, quod promulgata, & publice edita eorum fidei indubitatam, & apud omnes approbatam Apoſtolicam traditionem, & doctrinam complectatur. Hactenus Synodalis epiſtola Hieroſolymitani Concilii.

LIV. Recitatur pars ejuſdem epiſtolæ ab eodem Athanaſio in ſua Apologia, ubi hæc ſubdit (d): *Certe ipſe Imperator religioſiſſimus ſuo teſtimonio iſtorum virorum rectigradam in fide ambulationem commendat, eamque ex eorum viva voce cognitam approbavit; & nobis eam ſignificavit, certamque & indubitatam reddidit litteris ſuis, ſubjecta eorum virorum ortho-*

(d) Athan. Apolog. 2.

Probat Imp. acta in Synodo Hieroſol.

do-

doxa mente, quam ſcripto ediderant. Quis igitur, auditis iſtis, fabricas eorum, & technas non perſpiciat? Non enim diſſimulaverunt quod ipſis in animo fuit, & fortaſſe etiam inviti veritatem confeſſi ſunt. Nam ſi ego is eram qui Arianos ab Eccleſia arcebam; Arianique, me oppreſſo, recepti ſunt; quid aliud intelligas quam omnia in gratiam Arianorum facta eſſe, omniaque contra me inſtituta eſſe, tam calumniam poculi confracti, quam Arſenii cædem, ut & hæreſin in Eccleſiam immitterent, & ipſi interim hæreſeos damnati non haberentur? Id profecto erat, quod antea Imperator mihi per minas ſcripſerat, nec verentur in dictis ſuis eos affirmare recte ſentire, quos univerſum Orbis Concilium anathemate damnavit; neque timuerunt, tam præclaram Synodum, nempe Nicænam, *quantum in ipſis eſt, in angulis demoliri, homines quidvis temere & dicentes, & facientes.* Hæc Athanaſius, quibus plane intelligas, ea profeſſione fidei Arium (quam jure ambiguam dicit Sozomenus) nihil aliud efficere conatum

Sublatum verbum Conſubſtantialis.

eſſe, quam ut abolito ea Nicæna fide verbo, CONSUBSTANTIALI, tota pariter extructa a ſanctis Patribus ſinceræ fidei machina corrueret: nam (ut ſuperius late diſputatum eſt) omnia quæcumque a Catholicis ad deſtructionem Arianæ hæreſis afferrentur, haud ſatis eſſe videri poterant, quæ omnes illorum tergiverſationes doloſas, captioſaſque technas penitus tollerent, niſi verbum, CONSUBSTANTIALE ad fidei confeſſionem adderetur; quamobrem eam vocem reticuiſſe, idem videri poterat, quod Arianam hæreſin ipſos inſtauraſſe. Rurſum vero ex iiſdem Athanaſii verbis, cum ait Euſebianos conatos eſſe in angulis demoliri Magnam Nicænam Synodum, intelligas plane detegi ſic Hieroſolymis actum eſſe, ut peracta templi dedicatione, dimiſſoque cœtu, ipſi tantum Euſebiani relicti convenerint, Ariique fidem probarint, ac tum ipſum, tum alios recipiendos eſſe ſtatuerint. Qui enim fieri potuit, ut, ſi Orthodoxi ſimul ea de cauſa coiviſſent Epiſcopi, nullus ex eis Nicænam fidem convelli penitus reclamaret, deque vi illata cunctas Catholicorum moneret Eccleſias?

LV. Concil. Hieroſol. & Tyrium idem.

Rurſus vero agens Athanaſius de eodem Euſebianorum Conventiculo, quod unum idemque exiſtimatum eſt cum Tyrio Conciliabulo, utpote quod eodem ferme tempore, & ab iiſdem Euſebianis Epiſcopis fuerit celebratum, ipſum exordium Synodorum Arianorum nominat, cum ait (a), poſt recitatam ab eo ſcriptam epiſtolam Synodalem: *Tale Synodorum exordium fuit, in quo quam celerrime ſua ſtudia, quæ ulterius diſſimulare nequibant, comprodidere; ſiquidem eo ipſo, quod dicerent, depulſam eſſe omnem invidiam; & quia poſt Athanaſii exilium ſcribebant, Arium cum ſuis recipiendum eſſe; ſatis indicarunt, ſeſe non alia de cauſa Athanaſio, cæteriſque Epiſcopis, quos ſibi refragatores ſentiebant, inſidias ſtruxiſſe, quam ut Arium reducerent, & hæreſin introducerent.* Hæc ipſe, qui mox agere pergit de Antiocheno Conventu ab eiſdem Euſebianis eadem Encæniorum occaſione poſtea Conſtantii Imperatoris auctoritate collecto.

(a) Athan. de Synod.

Quod autem hic Athanaſius ait, poſt ſui ipſius exillum ab Euſebianis tractatum de Arii reſtitutione; plane declaratur, non ſtatim atque Arius receptus eſt Hieroſolymis, ab Euſebianorum Concilio actum eſſe de reſtitutione ejuſdem Alexandriam, ſed tum demum id fuiſſe tentatum, cum ipſe Arbanaſius in Gallias amandatus eſt, quod Socrares quoque affirmat (b): quamobrem ſicut de exilio Athanaſii, ita etiam de Arii reſtitutione Alexandriam agendum erit anno ſequenti. Quod igitur tum Sozomenus (c), tum alii quoque tradunt, poſt Hieroſolymitanum Concilium reſtitutum eſſe Arium Alexandriam; non ſic accipiendum eſt, ut ſtatim Hieroſolymis eo fuerit miſſus, ſed poſtquam Euſebianis profectis Conſtantinopolim, nova inventa calumnia, noviſque ſecum adductis teſtibus, Athanaſius ibi agens, ſed inauditus, juſſus eſt ſolum vertere, & in Gallias proficiſci. Quod rurſum ait Socrates (d), cuncta hæc geſta eſſe anno trigeſimo Conſtantini Imperatoris; non ſic intelligenda ſunt, ut hoc anno Domini trecenteſimo trigeſimoquinto abſoluta fuerint; ſiquidem alia ratio eſt annorum Imperii Conſtantini ab annis Domini, ut ſuperius demonſtravimus; non enim cum ipſis Kalendis Januarii inchoantur, ſed octavo Kalendas Auguſti, quo pater ejus Conſtantius mortuus eſt, vel alia ejuſdem anni die ex diverſorum ſententiis: quamobrem multa, quæ facta dicuntur ipſis Conſtantini Tricennalibus, rejicientur in annum ſequentem uſque ad exitum ejuſdem Conſtantini anni trigeſimi. Cæterum quod ex ſententia omnium, & teſtificatione Euſebii qui interfuit, dicatur Concilium Hieroſolymitanum celebratum ipſis Tricennalibus Conſtantini Imperatoris; haud neceſſe eſt, ut ſpatio præſentis anni Domini includatur, cum ipſa Tricennalia in ſequentem quoque annum prorogentur; & ipſum Tyrium Conventum, ob legationem Mareoten miſſam, tam cito haud potuerit abſolvi. Hæc de his quæ ad temporis rationem ſpectant, ad ea quæ ſuperius dicta ſunt, addidiſſe oportuit. LVI.

(b) Socrat. l. 1. c. 25.

(c) Sozom. l. 2. c. 28.

De reſtitutione Arii quando & ubi actum.

(d) Socrat. l. 1. c. 25.

Quod rurſum pertinet ad res geſtas; in eodem Hieroſolymitano Conventu cauſam Marcelli Epiſcopi Ancyrani in Galatia, & Aſterii Cappadocis, tractatam fuiſ- LVII.

ſe

ſe, tradit Socrates (*a*); ſed quod camdem repetitam dicit in Synodo Euſebianorum ſequenti anno Conſtantinopoli celebrata; agemus de iis ſuo loco; ſicut & Sozomenum feciſſe vidimus, qui ait (*b*), Marcellum ad Heruſolymitanum Conventum vocatum, accedere contempſiſſe.

(*a*) *Socrat. l.* 1. *c.* 24.

(*b*) *Sozom. l.* 4. *c.* 31.

LVIII. Silveſtri Papæ obitus.

Hoc eodem anno, pridie Kalendas Januarii, S. Silveſter Romanus Pontifex ex hac vita migravit, cum ſediſſet annos viginti unum, menſes undecim, uno minus die. Quod autem ſciamus Silveſtri annos a diverſis ſcriptoribus diverſo numero conſignatos; cum ſint alii qui ejus ſedi tribuerint annos vigintiquatuor, & menſes aliquot atque dies; rurſus etiam apud Nicephori Chronicon legantur ejus ſedis anni vigintiocto; & ex depravata Euſebii chronographia, cum additamento Hieronymi, annos tantum reperiatur ſediſſe decem & novem; ut nos ejuſmodi inierimus rationem annorum Silveſtri, illud potiſſimum perſuaſit, quod cum in libro de Romanis Pontificibus ponatur ingreſſus Silveſtri ſub Conſulatu Voluſiani, tempore Conſtantini (ſic legendum eſt, non ſub Conſulatu Conſtantini & Voluſiani) rurſum vero Marci ſucceſſoris Silveſtri ſubrogatio ponatur anno ſequenti, ſub Conſulatu Nepotiani atque Secundi: præſentem annum nequaquam potuit exceſſiſſe Silveſter. Porro in eodem commentario hæc ſcripta de ipſo habentur: *Silveſter fecit ordinationes ſex per menſem Decembrem; ordinavit presbyteros quadragintaduos, diacones vigintiſex, Epiſcopos per diverſa loca ſexagintaquinque, alias trigintaſex. Hic ſepultus eſt in cœmeterio Priſcillæ via Salaria apud Urbem milliario tertio, pridie Kal. Januarii; qui Catholicus, & confeſſor quievit. Ceſſavit Epiſcopatus ejus diebus quindecim.* Hæc ibi. De S. Silveſtro illud habetur expreſſum in epiſtola Hadriani Papæ, Eccleſias Urbis mira amplitudine a Conſtantino erectas exornaſſe ſacris picturis, ſive muſivo opere, ſive coloribus. De eodem etiam Silveſtro non prætermittimus ejus plantationem fuiſſe nobiliſſimam Virginem, Romanam nomine, filiam Calpurnii Præfecti Urbis, cujus habetur mentio in Concilio Romano ſuperius recitato: baptizata hæc enim ab eodem S. Silveſtro perpetuam coluit virginitatem; cujus natalis dies ſeptimo Kalendas Martii adſcriptus (*c*) tabulis Eccleſiaſticis, anniverſaria commemoratione in Eccleſia perſeverat, coliturque Tuderti præſertim, ubi ejus venerandæ reliquiæ aſſervantur.

(*c*) *Martyr. Rom. ea die.*

LIX. Silveſtri præconia.

At ex plurimis vix pauca, injuria temporis, tanti Pontificis memoriæ commendata reperimus. Verum ejus præclaræ res geſtæ, licet in terris nobis obſcuræ, Deo tamen, Angelis, & hominibus ſatis perſpicuæ atque conſpicuæ in cælis, apparent: Quarum Eccleſia Catholica bene conſcia, ſolemni celebritate, anniverſaria commemoratione recolit nomen ejus utpote Sacerdotis vere magni, Pontificis Maximi, Principis Epiſcoporum, hæredis Apoſtolorum, qui & primatu alter Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, judicatu Samuel, poteſtate Petrus, ac denique exititit auctoritate Chriſtus, cujus dignitatis magnus propugnator enituit ac propalator eximius: cui merito poſt Petrum ejuſdem dogmatis primum ac præcipuum aſſertorem tantum debeat Eccleſia, quantum alii de ea quam optime merito: ac propterea dignus exiſtit, ut & in ejus memoriam non Romæ modo, hoc eſt, in primaria Urbe ipſius patria, verum in omnibus Chriſtiani orbis Civitatibus ad ipſos uſque extremos Antipodas, inſignes Baſilicæ erectæ, vel oratoria, atque ſacella, & aræ Deo dicentur. Jam vero ultimo clauſo die anni hujus tanti Patris glorioſo natali, finem pariter anni præcedentis rebus geſtis feliciter imponentes, ad anni ſequentis Acta enarranda progrediamur.

M m Chri-

PAGIUS VII. Obitus Silveſtri Pap.

Ad num. LVIII. & ſeq. In Catalogo Damaſi legitur: *Silveſter annis viginti uno, menſibus undecim. Fuit temporibus Conſtantini, a Conſulatu Voluſiani & Anniani, ex die pridie Kal. ·das Februarii, uſque in diem Kalendarum Januariarum, Conſtantino & Albino Coſſ.* Ubi loco *Conſtantini*, legendum, *Conſtantii*, ut recte exemplar, quo Cuſpinianus uſus eſt. Porro, quia in Martyrologio Hieronymiano ad diem XXXI. Decembris legitur, *Depoſitio S. Silveſtri Epiſcopi*, Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum Pontificum Romanorum exiſtimat, in Catalogo Damaſi legendum, *uſque in diem pridie Kalendarum Januariarum*. Nihil tamen mutandum, cum Cuſpiniani exemplar etiam habeat, *in diem Kalendarum Janu.* & Silveſtrum die XXXI. Decembris mortuum eſſe oſtendat etiam libellus Depoſitionis Epiſcoporum apud Bucherium, in quo legitur: *Pridie Kalendas Januarii Sylveſtri in Priſcilla.* Auctor itaque præfati Catalogi excludit diem Kalendarum Januariarum, non vero includit: qui loquendi modus aliquando occurrit. Silveſtro *Marcus* ſuccedit, ſed anno ſequenti, ut tunc videbitur.

VIII. *Quomodo Imperium Conſtantini tempore rectum.*

Hoc modo per hæc tempora Imperium Romanum regebatur. Gallias *Conſtantinus junior* regebat; Orientem *Conſtantius*, qui tamen Galliis antea puer adhuc præfuerat, teſte Juliano Orat. I. pag. 34. & 40. Africam, Illyricum & Italiam *Conſtans*; ripam Gothicam (immo Meſopotamiam, ut docet Auctor Chronici Alexandrini anno CCCXXXVII.) *Dalmatius* tuebatur, ut docet Anonymus Valeſianus; Pontum, Cappadociam & Armeniam Minorem *Hannibalianus* Rex, quem Auctor Chronici Alexandrini teſtatur hoc anno Regem nominatum purpura indutum fuiſſe, & Cæſaream Cappadociæ amandatum. Qua de re etiam legendus Victor in Epitome.

JESU CHRISTI ANNUS	MARCI PAP. ANNUS	CONSTANTINI IMP. ANNUS
336.	1.	31.

I. Marcus Papa.

CHriſti anno trecenteſimo trigeſimoſexto, Nepotiano atque Facundo Conſulibus, decimoſeptimo Kalendas Februarii, Marcus Priſci filius, natione Romanus, in locum Silveſtri ſubrogatus eſt Romanæ Eccleſiæ Pontifex, seditque annos duos, menſes octo, & dies vigintiunum. Hæc ex libro de Romanis Pontificibus. Cæterum de ratione annorum ſedis ipſius dicemus in ejus obitu.

II. Euſebiani vocati Conſtantinopolim.

Quo ipſo anno cum Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus ex Tyrio Euſebianorum conventiculo ſe abſtrahens Conſtantinopolim profectus eſſet ad Conſtantinum Imperatorem, (quod dictum eſt anno ſuperiore); ipſumque acerrimis querimoniis ob toleratas ab Euſebianis calumnias adverſus eos interpellaſſet; illud obtinuit, ut iidem Euſebiani, qui ipſius cauſam Tyri judicaſſent, Conſtantinopolim ſe conferrent; dedit enim ad eos ea de re litteras Conſtantinus, quas ipſe S. Athanaſius (a) recitat, his præmiſſis: *Nos autem adito Principe, qui Synodum indixerat, in qua ipſius Comes præſederat, Euſebianorum ſcelera patefecimus; quibus ille auditis graviter commotus, in hæc verba ſcripſit.*

(a) Athan. Apolog. 2.

Victor Conſtantinus *Magnus Auguſtus.*

III. Litteræ Conſtantini ad Euſebianos.

Ego ignoro, quid ſibi velint iſta, quæ a veſtra Synodo per tumultum, & tempeſtatem judicata ſunt. Mihi ſane videtur, neſcio quo pacto, veritas per immodeſtiam opprimi, dum per veſtram contentionem, quam invictam cupitis, ea quæ Deo placent, non conſideratis. Sed erit divinæ providentiæ officium, & explorare ſcelera iſtius contentionis, & explorata diſſipare; vobiſque clare oſtendere, quantam in veſtro congreſſu veritatis curam habueritis, & an veſtra judicia citra gratiam, & odium calculum ſuum promſerint. Quo circa feſtinanter ad meam pietatem accurrite, ut rerum iſtarum excuſſam exactamque fidem coram me in præſentia ipſi præſentes doceatis. Quare autem iſta ſcribere voluerim, & quapropter litteris meis vos accerſendos putaverim, ex ſequentibus cognoſcetis.

IV. Siſti jubentur Euſebiani Prætorio Conſtantini.

Ingredienti mihi cognominem ac felicem patriam meam Conſtantinopolim (eram autem in equo) ſubito Athanaſius Epiſcopus in media via cum nonnullis aliis, quos circum ſe habebat, ita inexpectatus occurrit, ut non levem mihi cauſam admirationis præberet. Teſtis mihi Deus omnium ſpeculator; me, quiſquis eſſet, primo aſpectu cognoſcere nequiviſſe; niſi noſtrorum quidam, quiſnam ille, & quamnam injuriam paſſus eſſet, jam antea auditam (ut fieri ſolet) mihi indicaſſet. Ego igitur per illud temporis verba cum illo non habui, neque colloquium miſcui. Cum autem ille ſe audiri poſtularet, & hoc recuſarem, & propemodum eum ſummoveri juberem, magna libertate nihil aliud poſtulavit, quam ut vos huc evocari juberem; quo vobis præſentibus, quæ per vim paſſus eſſet, conqueri poſſet, quod cum mihi æquum, & temporibus meis congruum videretur; ſcripto vobis denunciatum volui, ut quotquot Synodum Tyri abſolviſtis, ſine omni tergiverſatione ad Prætorium noſtræ clementiæ conveniatis; re ipſa, quantum ſinceritatis integritatiſque ſit in veſtris ſententiis, coram me ipſo ſincero famulo Dei, (quod ne ipſi quidem abnegaveritis) declaraturi. Certe per meum erga Deum cultum obſervantiamque jam ubique terrarum pax eſt, & a barbaris ipſis nomen Dei ſincere benedicitur, qui hactenus veritatem ignorabant. Nihil dubii autem eſt, eum qui veritatem ignorat etiam Deum ignorare; ſed tamen (ut antea dixi) barbari per me ſincerum Dei famulum Deum agnoverunt & jam metuere didicerunt; ideo quod illum mihi protectorem eſſe, meique curam gerere, re ipſa experti ſint; atque ita in noſtris rebus Deum agnitum, noſtri formidine, barbari reverentur. Nos contra, qui myſteria

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5829.

SÆC. IV. Anno Urbis 1089. Olymp. 278. an. 4. A.C. 336.

☉ 9. DC. ☽ 14. P. 28. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 336.

MARCI PAPÆ 1.

CONSTANTINI IMP. 31.

I. Conſules.

[1] AD num. I. Coſſ. *Nepotianus*, & *Facundus*.

II. Marcus fit Papa.

In Chronico Damaſi legitur: *Marcus menſes octo, dies viginti. Fuit temporibus Conſtantini, Nepotiano & Facundo Conſulibus, ex die XV. Kalendas Februarias, uſque in die Nonarum Octobrium Conſulibus SS.* id eſt, *ſupraſcriptis*. Sed loco *in die*, legendum, *in diem*, ut Cuſpinianus in ſuo exemplari invenit. Marcus itaque ordinatus eſt hoc anno Pontifex Romanus die decima octava Januarii, die Dominico & feſto Cathedræ Sancti Petri Romæ inſignito. Vacavit ergo Sedes dies ſeptemdecim, non dies quindecim, ut habet Baronius ex Anaſtaſio.

Ad

NOTÆ [1] COſſ. *Nepotianus, & Facundus*. Relandus habet: *Flavius Popilius Nepotianus, & Facundus.* Vulgares Faſti: *Nepotiano & Facundo*. Obſcura ſunt prænomina, ac alia eorum nomina,

ria clementiæ ejus oſtentare, & præferre videmur, (non cuim dixerim tueri) nos inquam, nihili facimus, niſi ea quæ ad diſcordiam, & odium pertinent, & ut ſemel dicam, quæ ad humani generis perniciem referuntur. Quopropter vos meo Prætorio ſiſtite, quemadmodum dixi; & feſtinate huc quam celerrime; certique ſitis, me omni ope ſtudioque adniſurum, ut ea quæ ſunt legis Dei, quam maxime inoffenſa illabefactaque ſerventur, quibus nullum nec probrum nec infamia allini poſſit, profligatis ſcilicet, & contritis ſemel inimicis legis, qui, ſub ſpecie ſancti nominis, multiplices, & diverſas blaſphemias afferunt. Hæc Conſtantinus.

V. Ex his in primis videas, quam ſepta undique atque vallata fuerit ipſa Conſtantini Regia Euſebianorum fautoribus, ut numquam patuerit tanto epiſcopo ad Imperatorem aditus, quinetiam neceſſe habuerit in via illi obequitanti occurrere; & quam male perſuaſus ipſe de Athanaſio fuerit Conſtantinus, ut neque occurrentem in via ſibi ſiverit res ſuas, ut par erat, prolixiore proſequi oratione, vel in Palatium eum ſecum duxerit, vel poſtea venire juſſerit, quo ab eo ſingula, quæ adverſum ipſum geſta Tyri vel in Ægypto eſſent, audiret: ex quo enim (ut diximus ſuperius) Conſtantius creatus eſt Cæſar, adeo vires Euſebianorum invaluerunt, ut Catholicis ad Conſtantinum aditus pene omnis intercluſus eſſe videretur, patuerit vero tantummodo nebulonibus illis Ario occulte faventibus. Ea enim eſt Aulicorum natura, ut reſpiciant (quod ajebat Tiberius (*a*) Imperator) in Solem Orientem potius, quam Occidentem; nempe ut fidem magis Conſtantio filio juniori, jam Cæſari, futuro mox poſt obitum parentis Auguſto, quam ſenio confecto, & haud poſt multum temporis ex hac vita receſſuro Conſtantino Imperatori obſequi, & officiis præſto eſſe ſatagerent, ad ejuſque arbitrium cuncta peragerent, & quos illum velle ſcirent, ad Imperatorem admitterent, vel rejicerent. Conſiderare pariter ex his quæ Conſtantinus ſcripſit ad Epiſcopos qui Tyri convenerant, ejus amantiſſimum æqui animum licet: quippe qui, quantumlibet erga Athanaſium minus videretur propenſus, tamen eidem, quod poſtulaſſet, indulſit, & ex ejus ſententia litteras illas dedit de evocando Tyrio conventu Conſtantinopolim.

Erga Conſtantium Aulici ſtudioſi.

(a) Dio l. 59. in fine.

VI. Qui autem venerunt Conſtantinopolim, hi fuerunt, nimirum Euſebius Nicomediæ, & alter Euſebius Epiſcopus Cæſarienſis, Theognis Nicænus, Patrophilus Scythopolitanus, Valens atque Urſacius Epiſcopi in Pannonnia, & Myſia: quod conſtat Athanaſii (*b*) teſtimonio, cujus cauſa agebatur. Sed & Euſebius ipſe Cæſareæ Epiſcopus ejuſdem ſui Conſtantinopolim adventus meminit, quem non ante abſolutum Hieroſolymitanum Conventum contigiſſe affirmat (*c*); ut nulla eſſe poſſit de his dubitatio. Etenim ipſe petiturus Athanaſii caput (inſtar Herodiadis, ſaltatricem filiam præmittentis, quæ ſaltationis illecebris animum Regis ad concedendum, quæ vellet ſibi devinciret) orationem de Imperatoris laudibus recitavit, cujus auditione (ut ipſe teſtatur *d*) ſumma ille affectus eſt voluptate. Excuſet licet ſe ipſum; quo tamen animo fuerit in demulcendo Conſtantino, & ad ſua vota trahendo, exitus declaravit. Hæc enim quæ dicimus, jam & tunc ore piorum omnium ferebantur; unde

Euſebiani ſe conferunt Conſtantinopol.

(b) Athan. Apolog. 2.

(c) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 46.

(d) Euſeb. eod. cap. 46.

PAGIUS III. Ad ann. VI. & ſeq. *Euſebius*, non hoc anno, ſed præcedenti Orationem habuit in laudem Conſtantini, qui jam ab aliquot menſibus *Tricennalia* celebrarat, ut ibidem oſtendimus. Nam præter Orationem, quæ in ipſa Tricennalium & id genus ſolemnium feſtivitate recitabatur, toto anno aliæ Orationes, vel a civitatum Legatis, vel ab aliis in laudem Imperatoris fieri ſolebant; quod ex verbis, quæ in prologo Orationis in Tricennalibus ab Euſebio dictæ habentur, deduco. Ait enim Euſebius: *Acceſſi, ut Imperatorias laudes novo quodam carminis genere præcinerem. Quamvis vero infiniti pene alii eandem mecum viam carpere conantur; ego tamen hominum veſtigia vitans, ut ait ille, viam ingredior minime tritam, quam illotis pedibus ingredi nefas eſt.* Alludit Euſebius ad hos Lucretii verſus lib. 4.

In Tricennalibus multæ Orationes habitæ.

— Peragro loca, nullius ante
Trita ſolo: juvat integros accedere fontes
Atque haurire; juvatque novos decerpere flores.

Plures itaque coram *Conſtantino*, ipſo Tricennalium anno ante Euſebium Orationes habuerant; indeque inferendum, hoc in more poſitum fuiſſe, licet paucæ ex illis Orationibus ad nos pervenerint. Ad majorem horum Tricennalium explicationem notandi Euſebii in Vita Conſtantini lib. 4. cap. 47. verba, dum de Synodo Hieroſolymitana loquitur: *Hanc ſecundam Synodum, omnium, quas quidem novimus, maximam, Imperator Hieroſolymis congregavit, poſt primam illam, quam in urbe Bithyniæ nobiliſſima collegerat. Sed illa quidem triumphalis erat, in Imperii Vicennalibus preces ac vota pro victoria de hoſtibus parta, in urbe Victoriæ cognomine perſolvens. Hæc vero Tricennalium feſtivitatem ornavit, cum Imperator Deo omnium bonorum auctori, Martyrium velut quoddam pacis donarium, in ipſo Servatoris noſtri monumento dedicaret.* Ex quibus intelligis, nihil prætermiſiſſe Imperatores, ut annos, quibus hujuſmodi feſta edebant, memorabiles redderent. Hinc Conſtantini Vicennalia Synodus Nicæna; ejus Tricennalia Hieroſolymitana ornarunt. Hinc annis quibus ea ſolennia exhibita, Urbes, Eccleſiæque conſtructæ, ac dedicatæ, & immortalitati Principis variis modis conſultum.

(a) Euſeb. orat. de laud. Conſtant. ad ſuam excuſationem tunc ipſe ſibi viſus eſt hoc modo in ea oratione præfari (*a*):

VII. Euſebius habuit orationem de laudibus Conſt. *Cauſa mihi in hunc locum veniendi, amici, & ſacerdotes Dei, non fuit illa quidem, ut fabularum commentis, aut ſermonis elegantia ad aures capiendas conquiſita, tanquam ſuavi Syrenarum cantu veſtros animos permulcerem; aut in aureis poculis (ut poetice loquar) id eſt, nitidis orationis floſculis, concinna verborum ſtructura colluſtratis, voluptatis lenocinia his qui ejuſmodi rebus oblectantur, proponerem; ſed partim, uti vos, qui ſapientum conſilio inducti, ſancti Dei Verbi miniſtri eſtis, commonefacerem, in concionando, ut tum a tritis illis rhetorum viis deflectatis, declinetiſque, tum ſedulo caveatis, ne veſtrum ſermonem ad imperitæ multitudinis accommodetis arbitrium; partim ut novo orationis genere apud vos Imperatoris laudes percelebrarem, &c.* Videas hominem in adulando profuſum, miro quodam artificio, pietatis coloribus undique comparatis conatum eſſe laqueos Athanaſio fabricatos intus contegere; cum nimirum ſic ſuis laudibus veluti vinculis quibuſdam irretire animum ſtuduit Conſtantini, ut ſic devinctum poſtea ad necem Athanaſio inferendam impelleret; licet, quod ad ipſum Imperatorem ſpectat, ab eodem Euſebio ejus modeſtia com-

(b) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 46. (c) Euſeb. eod. lib. c. 48. mendetur, animique ſummiſſio in laudibus contemnendis, nam poſtquam de recitata a ſe coram eo oratione in Vita ipſius mentionem habuit, (*b*), hæc ſubdit (*c*):

VIII. Modeſtia Conſtantini. *Hiſce jam rebus omnibus abſolutis atque confectis, cum per omnium ora de maximi Imperatoris virtute fama volitaret, auſus eſt e ſacerdotibus aliquis illum in os beatum dicere, quippe qui tum in hac vita dignus eſſet qui ſummam rerum omnium poteſtatem haberet, tum vero in futura una cum Filio Dei regnaret. Sed is cum hæc ſe moleſte audire ſignificaſſet; hortatus etiam eſt, ne auderet aliquando ejuſmodi vocem uſurpare, ſed a Deo potius precibus contenderet, ut & in hac vita, & in futura Dei famulatu dignus videretur.* Hæc ipſe. Sed expende, quæſo, diligenter Ariani proculdubio hominis laudem; nam bene precari Conſtantino, ut in futura vita regnaret cum Filio Dei, nihil eſt in his verbis, quod vitio verti poſſit, cum omnes Fideles id expectent, & expetant, cujus rei gratia omnes dicant: *Adveniat regnum tuum*:

(d) Apocal. 22. Secundum illud Apocalypſis (*d*) de juſtis dictum: *Regnabunt in ſæcula ſæculorum una cum Deo in gloria ſempiterna*: Et alia multa id genus in divinis Scripturis. Sed quod id reſpuerit Conſtantinus, & ut dictum minus ſe dignum exhorruerit; haud dubium adulantis hominis fuit illa laudatio, qua dignum diceret Conſtantinum in terris omnium rerum ſumma potiri, & æquali cum Filio Dei in cæleſti gloria conregnare: etenim fuit hæc Ariani hominis precatio de Filio Dei humiliter ſentientis, atque creaturam dicentis, conſueto Arianorum (ut dictum eſt) loquendi more.

IX. Novæ calumniæ in Athanaſium ſtructæ. Quænam autem poſt hæc Euſebianorum fraude ſecuta aſpera, atque acerba, Orthodoxis omnibus maximum luctum intulerunt; S. Athanaſius, poſt recitatam Conſtantini ad Euſebianos epiſtolam, mox ſubdit his verbis (*e*): *Quibus* (inquit) (e) Athan. Apolog. 2. *cognitis, ceaſcis ſacerum facinorum, cæteris Epiſcopis a profectione retentis, ſoli Euſebius, Theognis, Patrophilus, & alter Euſebius, Urſacius, & Valens Principem adierunt abſque omni mentione calicis, aut Arſenii; deerat enim illis ejus rei fiducia; ſed aliud crimen commentitium detulerunt; Athanaſium ſcilicet minatum eſſe, ſe impediturum, quo minus frumentum ex Alexandria in patriam Cæſaris, nempe Conſtantinopolim, deveheretur, idque Epiſcopos Adamantium, Anubionem, Agathammonem, Arbetionem, & Petrum præſentes ex eo audiviſſe.* Hæc ipſe de Qui defendebant Athanaſium accuſant. accuſatione recens allata, & cæteris omnibus ad commovendum Imperatoris animum magis accommodata; ſed & quod ejuſmodi eſſet, quæ in reliquis omnibus veritatis imaginem præſeferret, utpote a teſtibus fide digniſſimis, iiſdemque Catholicis Epiſcopis, immo & defenſoribus alias Athanaſii, & ex illis qui in Tyrio Conciliabulo adverſus Euſebianos pro illo ſtetiſſent, atque viriliter egiſſent: hi enim ex illorum quadragintaſeptem Ægyptiorum numero eſſe noſcuntur, qui in eo Conventu contra Euſebianos atque Dionyſium Comitem injuſte agentes in Athanaſium, publicas conteſtationes ſcriptis editas obtulerunt; quibus iidem ſubſcripti reperiuntur; licet apud Athanaſium mendoſe Ambius ſcribatur, pro Anubion, ut eſt apud Socratem (*f*); in dicta enim con- (f) Socrat. l. 1. c. 23. teſtatione primo loco ſubſcribitur Adamantius, atque tres reliqui inter alios nominati, nempe Petrus, Anubion, Agathammon, & Arbetion. Hos

PAGIUS IV. *Synodus Conſtantinopolitana adverſus Athanaſium.* A num. IX. ad LXVIII. Celebrata hoc anno Conſtantinopoli Synodus ab Euſebianis, Euſebio Nicomedienſi Præſide, in qua *Sanctus Athanaſius* Treviros in exilium miſſus eſt, aliique quidam Epiſcopi Orthodoxi depoſiti. Horum nomen recitat Auctor libelli Synodici in hujus Synodi compendio. Neque dubitandum, quin ea habita fuerit, cum in epiſtola Synodica, quam Concilium Alexandrinum in cauſa Athanaſii poſt paucos annos ſcripſit, id diſerte aſſeratur: *Imperator rei indignitate motus ſcriptis ſuis accuſatores citat, ſuamque ipſius audientiam promittens, ſimulque Synodum indici jubet*, &c. Celebratæ Synodi, ſimulque exilii Athanaſio irrogati tempus deduco ex epiſtola Conſtantini junioris ad populum Alexandrinum ſcripta, quando Athana-

ſium

X. Hos namque, vel Comitis blanditiis, vel aliis Euſebianorum fallaciis deceptos, a ſanctis collegis avulſit impietas, & adverſus eorum Primatem Athanaſium hoſtes inſtruxit, atque ad expugnandam innocentiam Euſebianis adjunxit; qui adeo forti, & valido ſtipati cuneo, relictis collegis cæteris, & ablegatis omnibus aliis accuſationibus, pro quibus ſtruendis adeo laboraverant, ut de fracto calice, & Arſenii nece calumniis, novæ recentique uni huic, & quidem vehementi accuſationi intendunt, quam in ipſius Imperatoris majeſtatis offenſionem, detrimentum totius Imperii, & jacturam ampliſſimæ Civitatis vergere intelligerent: nam alias occaſione retardati frumenti, ex imaginaria tantum cauſa vulgi ore jactata, idem Conſtantinus (quod ſuperius dictum eſt) Sopatrum Philoſophum amiciſſimum ſibi hominem ſecuri percuti juſſerat (*a*). Quomodo igitur idem parceret Athanaſio, id præſertim ſuis atque adeo ſibi cariſſimis adverſus eum teſtantibus patronis Epiſcopis? Quid itaque tunc, auditis his, ipſe Imperator, cum accuſatores præſentes ſe ab Athanaſio ea teſtarentur audiſſe? idem plane Athanaſius ſubdit, cum ait (*b*): *Emicuit ibi Cæſaris ira, adeout poſt tot atroces minas, & tantopere damnatas Euſebianorum injurias, inaudita cauſa, e veſtigio efferbuerit, & omiſſo judicio, quod in expectatione erat, nos in Gallias relegarit*. Hæc ipſe, qui quidem infracto animi vigore, ea libertate, quæ Epiſcopum decet Catholicæ fidei defenſorem, adverſus Conſtantinum adeo injuſtam ſententiam proferentem non veritus eſt divinum comminari judicium. *Tum enim Conſtantino Imperatore indignante* (inquit Epiphanius (*c*)) *Papa Athanaſius gravem ſermonem adverſus Regem protulit, nempe: Judicabit Dominus inter me, & te, quoniam tu conſentis calumniatoribus modeſtiæ noſtræ*. Sic igitur traditus eſt Athanaſius militibus qui ad locum exilii eum in Gallias perducerent.

(*a*) Eunap. in Vit. Philoſoph.

(*b*) Athan. Apolog. 2.

In Athanaſium fertur relegationis ſententia ab Imp.

(*c*) Epiph. hæreſ. 68.

XI. *Conſtantinus excuſatur.* Porro tanti viri exilio univerſa Dei Eccleſia Catholica, velut ingenti terræmotu concuſſa, contremuit; tum & Sol ille, qui pietatis radiis totum terrarum orbem hactenus illuſtrabat, ipſe, inquam, Imperator Conſtantinus, deliquium paſſus, viſus eſt obſcurari, magno omnium mærore ſpectantium. Cæterum ejuſmodi tam immane Conſtantini facinus Alexandrinum Concilium excuſat, cum ſcriptis publicis de Arianorum impietate litteris, iſthæc inter alia de eorumdem immanitate teſtatur (*d*): *Tota enim eorum accuſatrix epiſtola nihil aliud niſi necem ſpectat; aut necem moliuntur, ſi ipſis liceat, aut ſaltem exules facere, quod & impetraverunt ob ipſo Cæſarum patre; qui iras ſuas offenſoſque cum ſupplicium capitale poſceretur, exilio damnatorum explevit*. In hunc modum Synodus intelligens etiam cum Athanaſio alios pariter in exilium miſſos: nam in eadem Synodali epiſtola Alexandrini Concilii hæc habentur (*e*): *Et eodem tempore quatuor presbyteros Alexandriæ, quamquam Tyrum non venerant, e finibus ſuis exterminaverunt*. Macarius vero diaconus * nequaquam exulaſſe reperitur, qui Conſtantinopoli inventus eſt tempore mortis Arii; quod ipſe Athanaſius in epiſtola ad Serapionem teſtatur. Sed & in eadem nuper citata Synodali epiſtola, de ea ipſa Athanaſii cauſa tunc acta, iidem hæc inferius: *Nihil hoc Athanaſio profuit, qui oppreſſus calumnia, quaſi verus homicida, ab illis in exilium actus eſt; non enim parens Imperatorum, ſed horum calumniæ illum in exilium exterminarunt. Animadvertite, quæſo, num ita ſe habeant, ut dicimus*. Et poſt narrata brevi compendio, quæ Tyri idem paſſus eſt Athanaſius, & adventum ejus ad Imperatorem, de recentiore calumnia, qua circumventus in exilium actus eſt, addunt.

(*d*) Apud Athanaſ. Apolog. 2.

(*e*) Apud Athan. ubi ſupra.

* alias presbyter.

XII. *Nova calumnia Athanaſius urgetur.* *Euſebiani autem ubi comparuiſſent, nihil inter accuſandum de objectis Tyri criminibus meminere; ſed frumentum ab Athanaſio, naviſque detentas calumniati ſunt; eumque gloriatum eſſe dixere, quod frumenti deportationem ex Alexandria Conſtantinopolim impedire poſſet. Hæc nonnulli ex noſtris, qui in Synodo erant, ex Imperatore admiratione pleno audierunt. Hic cum Athanaſius ad tantas calumnias ingemiſceret, affirmaretque eas falſas eſſe, nec fieri poſſe, ut homo privatus, & pauper tantum virium haberet: Euſebius, ne publice quidem detrectans calumniatoris munus, dejeravit, Athanaſium perquam opulentum eſſe, & ſatis virium atque auctoritatis ad iſta omnia patranda habere, ut ita veriſimiliter calumnia videretur. Ad iſtum modum res actæ ſunt per ſanctos illos, & venerandos ſycophantas Epiſcopos; ſed Dei gratia plus in hoc negotio valuit, quam illorum ſcelerata malitia, quæ Principis animum religioſum ad clementiam retraxit; ut ſatis haberet, pro morte exilium*

PAGIUS ſuum patriæ reſtituit anno Chriſti trecenteſimo triceſimo octavo. Data enim eſt *Treveris XV. Kalend. Jul.* ut docet Athanaſius in Apologia 2. adverſus Arianos pag. 805. Cum itaque Theodoreto teſte lib. 2. cap. 5. poſt annos duos & menſes quatuor Athanaſius in ſuam Eccleſiam remiſſus fuerit, apparet, currenti anno, menſe circiter Februario, eam Synodum coactam, & *Athanaſium* Conſtantini M. juſſu in Galliam relegatum.

V. *Actum etiam in ea de Marcello Ancyræ Epiſc.* Hujus Synodi meminit etiam Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus in lib. 2. contra Marcellum cap. 4. quod Opus ab eo poſt Conſtantini Magni obitum conſcriptum, ut loco citato ipſemet Euſebius fatetur. De Marcello enim Ancyrano Epiſcopo loquens ait: *Hæc in illum commoverunt* ſa-

lium irrogare. Hæc Patres ex Synodo Aleaandrina.

XIII. Quin & ipſemet Athanaſius in ea epiſtola, quam ſcripſit ad ſolitariam vitam agentes, eumdem Conſtantinum excuſat, egregium plane edens exemplum Chriſtianæ modeſtiæ de facinoribus Principum excuſandis: ait enim (*a*): *Siquidem pater, nempe Conſtantinus, calumnia Euſebianorum Athanaſium in Gallias ad tempus amandavit, quo liber eſſet ab eorum crudelitate, qui illi per inſidias imminebant: hoc enim a beato Conſtante ejus fratre poſt mortem patris ſcriptum fuit, ut ex litteris illius patet*. Sed & Conſtantinus Junior, Majoris filius, iſthæc ſuis litteris ad Alexandrinos poſtea datis (*b*): *Ad hanc igitur feritatem eludendam, tot faucibus inhiantium Athanaſius ſubtractus, ut ſub me ageret, juſſus eſt; atque ita in hac urbe*, nempe Treveris, *commoratus eſt, ut omnibus rebus neceſſariis abundaret*. Addit & paulo poſt, conſilium Conſtantini parentis fuiſſe, ut eum ad ſuam Eccleſiam reſtitueret; ſed & morte præoccupatus, quod animo conceperat, implere haud valuit.

Athanaſ. excuſat Conſtantinum.

(a) *Athan. ad Solitar.*

(b) *Apud Athan. Apolog. 2.*

XIV. Unus tantum Lucifer Calaritanus, libris illis, quos ad Conſtantium Auguſtum pro Athanaſio ſcripſit, culpam omnem in Conſtantinum rejicit, & quidem injuſte, utpote quæ ab eo longe longius abhorruerit: nam ait (*c*): *Quod enim propter fidem quam ſemper tenuit Eccleſia, & tenet, quod eam damnare noluerit, miſſus fuerit ad exilium, quia videlicet noluerit eſſe Arianus; idcirco namque Athanaſium perosum habitum a patre tuo, non te fugit, quandoquidem, & tu in ea eum digneris perſequi cauſa, in qua fuerit & tuus pater perſecutus*. Hæc ille, ſed injuria ſane, quod & abhorret penitus a veritate: ſiqoidem nec ipſemet Athanaſius, neque defenſores ejus Epiſcopi qui convenerant ad Synodum Alexandrinam, & alii plures ejuſdem propugnatores innocentiæ, quicquam ejuſmodi io Conſtantinum objiciunt; ſed tantum, quod deceptus fraudulentis Euſebianorum commentis, exilii ſententiam in Athanaſium tulerit: id quidem rei geſtæ ſeries cum ex ejuſdem Athanaſii ſcriptis, tum etiam ea Synodali epiſtola Concilii Alexandrini collecta (ut omittamus alios teſtes adducere) patenti veritate declarat. Porro rerum tunc geſtarum prorſus ignarus ille; quod ſciſſet, Conſtantioum Euſebianorum perſuaſione, itidemque Arianorum, Athanaſium in exilium in Gallias amandaſſe; credidit omnino id factum, quod Conſtantinus tranſiſſet ad Arianam hæreſin: idque in eum, inconſulte nimis, declamare non deſtitit: hocque ipſum Conſtantium profiteri faciens, perſonam inducit, cum ait (*d*): *Niſi pater meus benefeciſſet, conferre ſe ad Arianos, non ejus filii regnaremus*. Hæc & alia ipſe multa id genus, ſed plane falſa, qoæ omni probationis genere refellantur: at de fide recta Conſtantini paulo inferios iterum pluribus.

Refellitur Luciferi ſententia.

(c) *Lucif. pro ſancto Athan. lib. 1.*

(d) *Lucif. eodem l. 1.*

Cæterum non quantum voluerunt, licoit Euſebianis. Cum enim viderent Athanaſium in exilium miſſum, & Aleaandrinam Eccleſiam ſcirent deſtitutam eſſe paſtore, ſolicire & ad hoc Conſtantinum impellere ſategerunt, ut alium in locum Athanaſii eidem Eccleſiæ ordinatum Epiſcopum mitteret: ſed reſtitit ille, nec ceſſit eorum libidini: quod idem ipſe Athanaſius tradit io loco ſuperius citato epiſtolæ ad ſolitarios, cum ſubdit (*e*): *Sed tamen illi quidem non perſuaſum eſt ab Euſebianis, ut in Athanaſii locum Epiſcopum, quem ipſi poſtulabant, ſummitteret: immo eos, qui id moliebantur, compreſſit, & eam rem ipſum conantes gravibus minis deterruit*. Hæc ipſe: ex quibus plane intelligi poteſt, Conſtantinum non fuiſſe penitus animo ab Athanaſio averſum, ac proinde neque a fide Catholica alienum. XV.

Conſtantinus rejicit Arianorum petitionem

(e) *Athan. epiſt. ad Solitar.*

Rurſus vero de eodem Conſtantino in fraudem ab Arianis allecto, hæc ad ejus excuſationem haud incongrue Theodoretus affert (*f*): *Nemini* (inquit) *certe mirum videri debet, quod Imperator in fraudem illectus tam illuſtres viros ſolum vertere coegit. Nam fidem adhibuit Epiſcopis, qui occultare ſtudebant veritatem, illuſtrem quamdam vitæ ſpeciem præſeferentes, qua Imperatorem dolo deluſerunt. Neque ſane eos fugit, qui ſunt in ſacris litteris eruditi, Davidem Prophetam re vera deceptum fuiſſe; quem non Pontifex, ſed verna & verbero (Sibam dico, qui falſum crimen contra Miphiboſeth detulit ad Regem, illiuſque agrum ſuum ita reddidit) veteratorie circumvenit* (*g*). *Atque iſta quidem dico, non quo Prophetam inſimulem, ſed quo pro Imperatore reſpondeam, oſtendamque humanæ naturæ imbecillitatem; & doceam ſimul non ſolis accuſatoribus credendum, quamvis digni videantur quibus ſit habenda fides, ſed alteram aurem integram ſervandam reo*. Hæc Theodoretus. XVI.

(f) *Theod. l. 1. c. 33.* Excuſatur iterum Conſtantinus.

(g) 2. *Reg.* 16. & 19.

Cum

PAGIUS *ſacroſanctam illam Synodum, quæ de diverſis adeo Provinciis, Ponto, Cappadocia, Aſia, Phrygia, Bithynia, Thracia, & ulterioribus regionibus in Regiam urbem* (ſcilicet Conſtantinopolim) *convenerat, &, ut ſcripto in illum* (nempe Marcellum) *inveherentur, Patres vel inviti coegerunt*. Fuit itaque Concilium illud numeroſiſſimum; quod etiam teſtantur Patres Conciliabuli Sardicenſis anno CCCXLVII. celebrati in ſua Synodica, in qua de Marcello loquentes aiunt: *Conducitur in Conſtantinopolim civitatem ſub præſentia beatiſſimæ memoriæ Conſtantini Imperatoris Concilium Epiſcoporum, qui ex multis Orientalium Provinciis advenerunt*, &c. Ubi & inſinuant, diu illam Synodum duraſſe. Meminit & hujus Conſtantinopolitanæ Synodi Philoſtorgius lib. 2. cap. 11. ubi

poſt-

Digitized by Google

XVII. *Antonius magnus ſolicitus pro Athanaſio.* *(a) Sozom. l. 2. c. 29.*

Cum autem de rebus Conſtantinopoli geſtis eſſet perlatum nuncium Alexandriam & in totam Ægyptum, atque id quoque Monachi percepiſſent: quid tunc Alexandrini, & Monachorum princeps Antonius egerint, Sozomenus docet his verbis (a): *Cum populus Alexandrinus continenter vociferaretur, & precibus Deum ſolicitaret pro Athanaſii reditu, & Magnus ille Antonius Monachus de eo perſæpe ad Imperatorem ſcriberet, obſecraretque eum, ut Meletianorum ſententiæ minime aſſentiretur, ſed eorum criminationes calumniarum loco duceret: Imperator tamen neutiquam ſuaderi potuit, ſed ſcripſit ad Alexandrinos litteras, eiſque criminis loco pertinaciam, & turbulentum animorum motum objectavit: deditque etiam mandatum clericis, & ſanctis virginibus, ut quiete ſe gererent: quinetiam conſtanter aſſeruit, ſe neque deſtiturum de ſententia, neque Athanaſium, utpote ſeditioſum, & judicio Eccleſiaſtico condemnatum, revocaturum. Reſcripſit præterea Antonio, ſe non poſſe ſententiam Concilii contemnere. Nam etſi pauci, vel ad odium, vel ad gratiam judicare ſolent, tamen non eſſe probabile, ut tanta illuſtrium, & ſpectatorum Epiſcoporum multitudo in ſimili errore verſaretur. Athanaſium autem contumelioſum eſſe, arrogantem, diſſidii & ſeditionis auctorem. Etenim qui erant animo ab Athanaſio abalienato, hæc vitia potiſſimum ei falſo objecerant; propterea quod ſatis certo ſciebant, Imperatorem ejus generis homines ſupra modum deteſtari.*

XVIII. *Princeps Meletianorum mulctatus exilio.*

Porro cum accepiſſet Imperator Eccleſiam (Alexandrinam ſcilicet) *in duas partes diremptam, atque alteram Athanaſium, Joannem alteram cum admiratione colere: iniquo animo tulit, & Joannem mulctavit exilio: hic Joannes Meletii ſucceſſor fuit, juſſuſque a Concilio Tyri habito Eccleſiæ communicare, & ut tum ipſe, tum omnes ejuſdem cum eo ſententiæ fautores, honores ſuos in clero capeſſerent. At quamvis iſtud, nempe de exilio Joannis, minime ex ſententia adverſariorum Athanaſii evenerit, tamen factum eſt. Verum decreta Epiſcoporum Tyri congregatorum nihil omnino Joanni profuere: nam Imperator neque precibus, neque ullo poſtulationis genere induci poterat, ut benevolo erga eum animo eſſet, quem ſuſpicaretur multitudines populi Chriſtiani ad tumultum, & diſcordiam excitaturum.* Hactenus Sozomenus.

XIX. *Alii Epiſcopi exules.* *(b) Apud Athan. Apolog. 2.*

At non Athanaſium tantum, ſed & illi communione inhærentes Ægypti Epiſcopos e ſedibus ſuis expulſos eſſe, & exulare juſſos, ipſimet teſtantur Epiſtola Synodali ex Concilio Alexandrino, celebrato poſt reditum ab exilio, in qua hæc leguntur (b): *Cur* (inquiunt) *qui alios calamitates miſerorum lacrymis proſequi oportere docent, ne ab exilio quidem noſtro ſe quieti tradunt? Publica enim omnium Epiſcoporum profligatio ex ſuis ſedibus, exterminatioque facta eſt; qui ut nos antea pro exulibus habuerunt, ita nunc cum Athanaſio patriæ redditi, pro ſuperioribus doloribus, lacrymiſque quibus ejus vicem miſerabamur, maximam viciſſim hilaritatem, & gaudium recepimus.* Illhæc ipſi, qui ea paſſi ſunt. Euſebiani enim ſicut in Athanaſium, ita pariter in alios illi communicantes Ægypti Epiſcopos viſi ſunt damnationis ſententiam irrogaſſe, & ut conſortes criminum cum Athanaſio, ab Imperatore, ut in exilium pellerentur, itidem petiiſſe.

XX. *Conſtantinus non lator, ſed executor ſententiæ.*

Cæterum, quod rurſum ad Conſtantinum pertinet; dicere æquum eſt, de damnatione Epiſcoporum, ipſum excuſando, illud ſibi videri potuiſſe jure prætexere, quod non ipſe damnarit Epiſcopos, ſed a Concilio prædamnatos, juſſerit exilio ſolum vertere; utpote qui optime ſciret, non eſſe Imperatorum in Epiſcopos ferre ſententiam, ſed tantum a Concilio ante latam executioni mandare. In Joannem vero ſchiſmaticum, & Nicænorum decretorum contemptorem ex Athanaſii ſententia jure agere viſus eſt; idque præſtitit, ut aliqua ex parte leniret Catholicæ Eccleſiæ mærorem, cum adverſarium Athanaſii pari cum illo pœna mulctavit; exiſtimans hac via Eccleſiarum paci conſultum fore, ſi ambo, quorum cauſa videbantur eſſe turbatæ, ſimili ſententia exilii perculſi, ſic e medio tollerentur. Verum quod ad Athanaſium ſpectat, æquiorem ſe poſtea erga eum exhibuit Conſtantinus, qui ſequenti anno, quo & obiit, Athanaſium Alexandriam revocare in animum induxit, feciſſetque ſi vita comite licuiſſet; id quidem de reſtituendo eo ab exilio, cum litteræ Conſtantini Junioris ſuo loco recitandæ, tum ipſius Athanaſii teſtificatio manifeſte confirmant; ait enim ipſe (c): *Quamvis tum religioſiſſimus Imperator Conſtantinus curam egerit, ut pacifice in patriam, & ad bonam Eccleſiam deduceremus, & in premis rationem con-*

(c) Athan. orat. 1. contra Arian.

PAGIUS poſtquam de Tyria locutus eſt, ait, Imperatorem alteri Epiſcoporum Synodo mandaſſe, ut Athanaſii cauſa examinaretur. Baronius & Conciliorum Collectores de ea tanquam contra Marcellum Ancyræ Epiſcopum, non vero contra Athanaſium habita agunt; cum tamen ex his, quæ modo dixi, manifeſtum fiat, cauſam *Athanaſii* in ea etiam fuiſſe agitatam.

VI. *Synodus eadem adverſus Marcellum.*

Synodus Conſtantinopolitana, in qua Marcellus Ancyræ Epiſcopus depoſitus eſt, de qua mentio apud Rufinum lib. I. cap. 12. Socratem lib. I. cap. 36. Sozomenum lib. 2. cap. 33. & in epiſtola Synodi Philippolitanæ, diverſa non eſt ab ea, de qua numero præcedenti actum, in qua Athanaſio exilium irrogatum. In libello enim Synodico poſtquam de exilio Athanaſii actum, di-

Baron. n. XXVII & ſeqq.

Digitized by Google

concordiæ populorum habuerit, &c.

XXI. Athanaſius honorifice exceptus Treviris.

Treviros ad deſtinatum exilii locum cum tandem Athanaſius perveniſſet, nequaquam, ut exulem ſententia Imperatoris affectum eumdem populus Chriſtianus excepit; ſed ut egregium fidei athletam, qui ſemper adverſus Arii impietatem ſtrenue pugnaſſet, atque ejus cauſa ab Euſebianis innumeras inſidias paſſus, denique exilium ſubiens, clariſſimus confeſſor effectus eſſet. Talis eſt virtutis ſumma potentia, ut quo magis videtur eſſe depreſſa atque compreſſa eo lucidiore fulgore coruſcet. Suſcepit illum Treviris Sanctus Maximinus ejus Civitatis Epiſcopus, & ipſe ſincera fide præclarus, & gloria ſanctitatis illuſtris, de quo hæc Sanctus Hieronymus (a): *Maximinus Trevirorum Epiſcopus clarus habetur; a quo Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus, cum a Conſtantino quæreretur ad pœnam, honorifice ſuſceptus eſt*. Iſthæc ipſe; ſed perperam interpretatus eſt ea verba Lupus auctor, qui res geſtas Maximini contexuit, dum exiſtimavit tunc Treviros Athanaſium conceſſiſſe, cum fuga lapſus a Conſtantio Imperatore Conſtantini filio ad pœnas expeteretur; cum ex iis quæ dicta ſunt ſuperius, luce clarius appareat, adventum ejus Treviros contigiſſe, cum exulare juſſus eſt a Conſtantino; eamque Civitatem non fuiſſe Athanaſii latebras, ſed exilium. Sicut pariter reperitur hallucinatus Ruffinus, dum Athanaſii abſconſionem, cum ſex annis delituit, ſtatim poſt Concilium Tyrium eveniſſe putavit (b). At obſervatione quidem digna res eſt, Athanaſii exilium haud quaquam impunitum a Deo eſſe relictum; Imperium ſiquidem hactenus feliciſſimum, invaſione Perſarum cœptum eſt perturbari; & Imperator ipſe, cui Euſebius jam Quadriennalia fuerat illa oratione auguratus, ſequenti anno ex hac vita ſubtractus eſt; quantumlibet videri poſſet penes homines excuſatus.

(a) *Hier. in Chronico.*
(b) *Ruffin. l. 1. c. 18.*

XXII. Ariani autem, ſublato jam de medio Athanaſio, Arii adverſario acerbiſſimo, agunt apud Conſtantinum de reſtitutione ejuſdem Arii Alexandriam: id non ipſe tantum Athanaſius (c), ſed & Socrates (d) atque etiam Sozomenus (e) teſtantur. Porro Arius tum Euſebianorum, tum etiam Imperatoris litteris communitus, non eſt receptus ab Alexandrinis, ut Socrates narrat his verbis: *Dum hæc geruntur, triceſimus annus regni Conſtantini ad exitum venit. Arius cum ſuis Alexandriam reverſus, eam Civitatem univerſam de integro in magnas turbas conjecit. Populus Alexandrinus acerbe & graviter tulit, tum quod Arius cum ſuis redierat, tum quod ſignificatum erat Athanaſium ſuum Epiſcopum in exilium ejectum eſſe. Ubi autem Imperator acceperat de perverſa Arii mente, & inſtituto; eum denuo Conſtantinopolim accerſiri jubet, rationem de tumultu, & ſeditione, quam concitare aggreſſus erat, redditurum*. Quid autem actum ſit, cum Arius Alexandria Conſtantinopolim reverſus eſt, dicemus inferius; nunc vero, quæ læta tunc eveniſſe Euſebius tradit, his attexamus.

(c) *Athan. de Synod.*
(d) *Socrat. l. 1. c. 25.*
(e) *Sozom. l. 2. c. 28.*
Arius non recipitur Alexandr.

XXIII. *Confecto igitur* (inquit f) *triceſimo Imperii anno; quoniam jam multo ante grandiorem natu filium in matrimonio collocaſſet; ſecundo filio ſuo, nempe Conſtantio, nuptias apparabat, in quibus omnium lætitia celebrata fuere convivia, cum ipſe Imperator ſponſum filium manu deduceret, conviviumque ſplendide, & magnifice inſtrueret; cumque ſeparatim virorum cœtus, ſeparatim mulierum choros, præterea univerſos populos, & Civitates ſatis large, & prolixe muneribus afficeret*. Juncta eſt Conſtantio matrimonio Euſebia, quæ (inquit Zozimus g) *ſumma præſtabat eruditione, ſupraque muliebrem ſexum prudens erat*. Fuit tamen ſterilis, & aliarum partui inſidiatrix (ut tradit Ammianus h) & invida: ſed, quod deterius eſt, Ariano infecta contagio.

(f) *Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 49. 50. 51.*
Nuptiæ Conſtantii Cæſaris.
(g) *Zoſim. lib. 3.*
(h) *Ammian. l. 16.*

XXIV. Verum ad Euſebium: *Eodem* (inquit) *fere tempore aderant ab Indis Orientalibus legati, qui dona Imperatori afferebant, in quibus erant omnia prope clariſſimarum & pretioſiſſimarum gemmarum genera, animantia etiam tota natura ab hiſce noſtris diſcrepantia; quæ omnia ad Imperatorem deferebant, ut ſignificarent ejus Imperium uſque ad ultimam Oceani oram pertinere; Principeſque Indorum, picturarum, & ſtatuarum muneribus declarare, ſe illum ſumma cum poteſtate omnium Imperatorem, & Regem agnoſcere, & profiteri. Ita accidit, ut ei primum ad Imperium venienti, initio Britanni ad ultimas fere Occidentalis Solis oras Oceano cincti parerent, nunc vero poſtremum Indi in extremis Orientis partibus ſiti.*

XXV. *Ut vero ultimis Orbis terrarum finibus victorias ſuas terminaſſet, univerſum Imperii ſtatum tribus ſuis filiis partitus eſt,* quod

PAGIUS dicitur: *S. etiam Cimatium & Euphratem Antaradi, Euprepium Adrianopolis, & Lucium Confeſſorem qui in vinculis mortuus eſt, & Marcellum Ancyræ tanquam hominis-cultorem depoſuerunt Euſebiani*. Athanaſius, in epiſtola ad Solitarios, & in Apologetico de fuga ſua, univerſos Epiſcopos, qui Conſtantino Magno regnante per fraudem Arianorum in exilium pulſi ſunt, recenſens, eoſdem numerat, aitque, *Cymatium* fuiſſe Antaradi Epiſcopum (quæ urbs ſita dicitur a Geographis in ora Phœniciæ) *Euphrationem* Balanearum, (urbs eſt etiam Phœniciæ) & *Eutropium* Epiſcopum Hadrianopolens, qui perperam, ut videtur, ab Auctore libelli Synodici Euprepius appellatur. Nec aliud in eo Conciliabulo factum ſcimus. Athanaſius in epiſtola ad So-

Google

Conſtantinus filiis partitur Imperium.

quod tamquam hæreditatem paternam pius pater cariſſimis liberis aſſignabat: cum avitam ſortem grandiori natu filio Conſtantino; Orientis partes huic, nempe Conſtantio, natu proximo; quod vero inter hæc medium interjacebat, tertio filio, Conſtanti nimirum tribueret. Sed cum vellet hanc eis fortunam feliciter cedere, & ex animorum ſalute eſſe; pietatis etiam in eis ſemina ſparſit, cum ſuis divinis præceptionibus, tum magiſtrorum diligentia, quos omnibus virtutibus inſignes eis præfecerat: quemadmodum etiam, & in aliis diſciplinis eos adſciverat, qui eſſent in ſuo genere conſummatiſſimi: nam alii eos bellicis diſciplinis exercebant, alii præceptis de Republica imbuebant, alii legum peritos efficiebant. Jam apparatus & ſplendor ſingulis regius tributus eſt, armati, ſatellites, ſtipatores, & omnis generis ac ordinis milites, tum horum anteſignani, manipulares, duces, ordinum Præfecti, quorum ipſe pater & rei militaris uſum, & conſtantem erga ipſos benevolentiam expertus eſſet.

XXVI. Optima inſtitutio filiorum Cæſarum.

Igitur dum jam Cæſares eſſent, ſed ætate adhuc tenera, dabantur eis quorum & ope, & opera publicas res adminiſtrabant. Sed ad virilem ætatem matureſcentibus, paterna inſtitutio ſatis erat, qui præſentes eos ad paterna ſtudia extimulavit, & ad imitandam pietatem ejus inſtituit: abſentes autem regiis litteris compellans, ſalutaria præcepta tradidit. In quibus iſtud maximum, & præcipuum fuit, ut Dei, qui rerum omnium Dominus eſt, cognitionem, & ſanctam erga illum religionem omnibus opibus, atque adeo ipſi regno anteponerent. Jam aliquando liberum eis fecit, ut per ſe aliquid ad Reipublicæ utilitatem gererent: in primis vero hortabatur, ut ſumma cura afficerentur erga Eccleſiam Dei; præcipiebatque, ut plane, & ſine fuco Chriſtiani eſſent. Atque eos quidem pater ſic inſtituebat: Cæterum hè maturo judicio ſenſuque præditi cùm eſſent, non jam ejus admonitionibus, ſed ſua ipſorum diligentia nixi patris exhortationes longe ſuperabant, mentes ſemper ad pietatem intentas habentes, & Eccleſiæ ritus in ipſo Palatio cum ſuis omnibus obſervantes. Sed illud quoque paterna cura ſolicitudoque providit, ut tum filiis ſuis contubernales adhiberentur hi, qui vera religione pietateque pollerent; tum magiſtratuum primores, quorum fidei rerum publicarum cura delegata foret, ejuſdem generis eſſent omnes. Hactenus de his Euſebius.

XXVII. (a) Hier. in Chronico. Delmatius Cæſar.

Quod vero dicatur (a), iiſdem Conſtantini Tricennalibus Delmatium ab eo creatum eſſe Cæſarem: filius hic erat Delmatii Conſtantini fratris; verum nec quicquam tale apud Euſebium legitur, qui de tribus tantum Cæſaribus meminit: nam in oratione de laudibus Conſtantini, cum de tribus Cæſaribus agit, quolibet ipſorum interſtitio decem annorum creato, mox addit: *Nunc vero ſi Imperium ad ejus annum quadrageſimum propagetur, ut Dei nutu temporis ſpatium creſcit, ſic numeroſa ſobole Imperium erit amplificatum, Cæſarumque declaratione Prophetarum vaticinationes expletæ, quæ jampridem & olim ſic palam prædicabant.* Hæc Euſebius, more ſuo ex divinis quoque Scripturis comparans ſibi adulandi materiam: ſed (ut diximus) extitit plane falſus vates, dum cui auguratur annum Imperii quadrageſimum, anno ſequenti ex hac vita ſublatus eſt. Cæterum, quod ad Delmatium ſpectat. Euſebii de eo ſilentium (quod Victor & Eutropius dicunt) creato Cæſare, me in ſuſpicionem adduxit, ut aliquando exiſtimarim errore factum, ut loco Cenſoris, dictus ſit Cæſar. Cenſorem quidem fuiſſe a Conſtantino creatum, ejuſdem Imperatoris reſcriptum ad eum datum, atque ſuperius recitatum, quo demandata eſt illi accuſationum cognitio in Athanaſium objectarum, fidem facit. Inter tot Cæſares alium addere fratris filium, haud ſatis perſuaſibile videri poſſet: ſiquidem ſi fratrum filiorum habenda ratio fuiſſet, erant duo alii ex Conſtantio fratre geniti Gallus, & Julianus, quos optima diſciplina tradidit imbuendos. Verum cum fere omnes de dignitate Cæſaris Delmatio collata affirment, & nummi id ipſum habeant, ſic conciliandi hi ſunt cum Euſebio, nimirum ut tres tantum in ſucceſſione atque adminiſtratione Imperii creati Cæſares fuerint, Conſtantinus filius, atque ejus fratres Conſtantius, & Conſtans, Delmatius vero titulo tenus eam dignitatem fuerit conſecutus, ſicut & pater ejus & patruus;

PAGIUS

Solitarios dicit, *Marcellum* ab Euſebianis in exilium miſſum, poſtquam nempe Epiſcopatu pulſus eſt. Epiſcopi vero Alexandrini in ſua Synodica anno CCCXL. ſcripta inquiunt: *At præclari Euſebiani, quo veritatem, Scriptaque ſua obliterent, nomen Synodi ſuis Actis prætexunt, cum res ipſa negotium Imperatorium, non Synodale haberi debeat; quippe ubi Comes præſidens, & milites Epiſcopos ſub ſatellitio cogant, & Imperatoria edicta, quos ipſi volunt, ferre compellunt.*

VII. Cauſa *Arii* in memorata Synodo Conſtantinopolitana agitata. Licet enim Synodus menſe Februario coacta, ut ſupra dixi; *Arius* vero nonniſi completo *triceſimo* Imperii Conſtantini anno, ut teſtatur Socrates lib. I. cap. 37. Alexandria Conſtantinopolim evocatus ſit ab Imperatore; & annus XXX. Conſtantini, die XXIV. Julii abſolutus ſit, & poſt illum menſem, Athanaſio jam in exilium miſſo, Marcelloque depoſito, *Arius* Conſtantinopolim venerit, & turbas adverſus Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum excitarit, Synodus tamen adhuc durabat. Sozomenus lib. 2. cap. 29. tradit, Arium Conſtantinopolim evocatum, & Euſebianos *ad eo-*

Synodus hæc per multos menſes continuata.

(a) Zoſim. lib. 2.

idque ex ſententia Zoſimi, dum ait (a): *Erant & Imperii quodammodo participes Delmatius a Conſtantino Cæſar dictus, & Conſtantius ejus frater, & Anniballianus qui purpurea, & aureis ornata limbis veſte utebantur, dignitatem Nobiliſſimatus (ut vocant) ab ipſo Conſtantino propter agnationis reverentiam conſecuti.* Hucuſque Zoſimus; ex quo & illud conſiderandum, potuiſſe in Conſtantini reſcriptum irrepſiſſe mendum, ut Delmatius loco Cæſaris Cenſor habeatur inſcriptus.

XXVIII. Quod vero in prima editione hunc ipſum Delmatium modo Anniballiani, modo autem Delmatii diximus fuiſſe filium, ne putes ex inconſtantia, vel lapſu memoriæ accidiſſe, ſed factum ſcias ex ſententia rei Antiquariæ peritiſſimorum. Panvinus (b) enim & Adolphus (c) exiſtimaſſe viſi ſunt unum eumdemque eſſe Anniballianum cum Delmatio, dictumque Anniballianum Delmatium Patrem Delmatii Cæſaris; idemque ſenſiſſe apparet Zonaram (d), dum nulla de Delmatio habita mentione, Anniballianum dicit fuiſſe filium Conſtantii Senioris; ſed & Cedrenus (e) id ipſum exiſtimavit, nempe unum eumdemque Delmatium cum Anniballiano, ipſumque Patrem Delmatii Cæſaris. Ex horum, inquam, ſententia, Delmatius Cæſar modo Anniballiani, modo vero Delmatii dictus eſt filius. Ceterum ex auctoritate Zoſimi (f), diſtinctos inter ſe videas Delmatium, & Anniballianum: id ipſum præſtant Acta Artemii (g) martyris; quibus ſi aſſentiendum putas, tunc dicendum, Delmatium Cæſarem non Anniballiani, ſed Delmatii fratris ejus fuiſſe filium; tum ex nomine id argumentari licet; tum etiam, quod Victor, cum ait, Delmatium filium fratris Conſtantini Cæſarem fuiſſe conſanguineum Anniballiani, patruum potius ſignificat, quam patrem. Corrigendi ſunt autem illi qui confundunt Patrem Delmatium cum Delmatio filio, ob idque putarunt, qui traditur creatus Cæſar a Conſtantino fuiſſe Delmatium fratrem Conſtantini (ut Zoſimus) & non fratris filium; cum expreſſe conſtet auctoritate Hieronymi (h), Victoris (i), & Oroſii (k), Delmatium Juniorem, nempe filium fratris Conſtantini, creatum fuiſſe Cæſarem. At de his ſatis.

(b) Panv. Rom. Princ. l. 2. ed. tertium & comment. Faſt. in Conſulatu Delmatii.
(c) Adolph. lib. Numiſm. Imperat.
(d) Zonar. Annal. t. 2. ad finem.
(e) Cedren. in Conſtantio Chloro.
(f) Zoſ. l. 2.
(g) Apud Metaph. die 20. Oct. habet Sur. tom. 5.
(h) Hieron. in Chron.
(i) Victor epitom.
(k) Oroſ. l. 7. c. 28.

XXIX. Nunc vero ad res Eccleſiaſticas redeamus. Subſtiterunt Euſebiani Conſtantinopoli, Arium expectantes, quem Imperator Conſtantinus cum non receptum audiſſet ab Alexandrinis eam ob cauſam, quod a fide Catholica alienus eſſet, ad explorandam rurſus ejus fidem, Conſtantinopolim acciverat; ubi propinquorum Epiſcoporum conventus collectus erat, ex maxima tamen eorum parte qui Euſebianis ſtudebant. Hujus autem cogendi Concilii fuit illis cauſa Marcellus Ancyræ Epiſcopus. Meminit ejuſdem conventus Ruffinus (l) quoque, licet ordine præpoſtero, dum nulla penitus habita temporis ratione, ante Athanaſii Epiſcopatum ponit; ait enim: *Arium nequicquam apud Alexandriam commorantem venire facit Imperator, & Imperialibus edictis Concilium denuo Conſtantinopolim convocari; quo convenere illi maxime qui Arium atque Euſebium ſectabantur, quique ſæpe cum Alexandro congreſſi, ut Arium ſuſciperet.* Conſtat quidem ex iis quæ dicenda ſunt, ejuſmodi Concilium Conſtantinopoli celebratum fuiſſe ſtatim poſt Concilium Hieroſolymitanum, de quo ſuperiore anno actum eſt. Ejuſdem Synodi mentio habetur in Synodali Arianorum epiſtola, qui poſtea ſub Baſilio ejus Civitatis Epiſcopo Ancyræ convenerunt (recitat eam S. Epiphanius m) habitaque dicitur propter Marcellum. Hunc quidem ſenſerant Ariani in Nicæno Concilio Ario acerbiſſimum adverſarium, ut teſtatur Julius Papa in epiſtola ad Arianos, quam S. Athanaſius in ſecunda ſua Apologia intexuit; in ea enim hæc leguntur (n): *Quinam igitur ſunt qui Synodum vituperarunt* (nempe Nicænam), *& trecentorum patrum calculos pro nihilo habent, & impietatem pietati anteponunt, etſi Ariani ab omnibus ubique Epiſcopis condemnati & abdicati? Athanaſius contra & Marcellus Epiſcopi plurimos habent, qui verbis ſcriptiſque ſuis eorum innocentiam tuentur. Marcelli enim fides confeſſioque Nicææ ſpectata eſt, cum Arianis contradiceret: ibidem quoque Athanaſii ſinceritas in tuenda fide ſpectata fuit.* Hæc ibi.

(l) Ruffin. l. 1. c. 12.

Synod. Conſtantinop. ſcrutatur Arii fidem.

(m) Epiph. hæreſ. 73.

(n) Apud Athanaſ. Apolog. 2.

XXX. Cum igitur hos duos ſibi infenſiſſimos eſſe ſenſiſſent Euſebiani, in utrumque potiſſimum jacula direxerunt; quorum al-

Marcello Euſebiani infeſti.

PAGIUS *lebrandam Synodum* ſe paraſſe, ac fruſtra Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum *Synodum diſſolvere* conatum eſſe. Idem produnt Nicephorus lib. 8. cap. 51. & Zonaras. Auctor libelli Synodici unius Synodi Conſtantinopolitanæ meminit, quam diu duraſſe ſupra diximus. Apparet itaque, Synodum Conſtantinopoli hujus anni initio inchoatam, poſt menſem Julium adhuc continuatam eſſe.

VIII. *Conſtantinus* Conſtantio filio Cæſari uxorem hoc anno dedit, ut habet Euſebius lib. 4. ejus Vitæ, ubi ejuſdem uxoris nomen tacet. Baronius exiſtimat, eam fuiſſe *Euſebiam*; ſed manifeſte labitur. Scribit enim Julianus Imperator in Oratione ad eamdem Euſebiam, Conſtantium jam & Imperii ac totius Orbis fere compotem, poſt vindicatam de injuſto Tyranno, Magnentio nempe, ditionem ſuam, *Euſebiam* ſibi conjugem adſciviſſe. Quare non ante annum CCCLIII. quo Magnentius victus, & Conſtantii Monarchia cœpta, *Euſebia* huic deſponſata. Porro Conſtantium plures uxores habuiſſe docet Victor in Epitome. Eum maritum fuiſſe filiæ Conſtantii patrui ex Galla Juliani noverca, teſtatur ipſemet Ju-

Conſtantio Cæſari tres uxores fuere.

Baron. n. XXI.

by Google

altero, Athanaſio ſcilicet, jam in exilium pulſo, ut Marcellus modo eadem percellatur ſententia, viribus omnibus collaborant. Acceſſerat recens in Marcello cauſa, quam illi oblatam ſponte arripuere; nimirum quod ad Encænia vocatus Hieroſolymam, cum Euſebianis communicare noluerit, ſed inde receſſerit; vel quod alii tradunt, accedere noluerit, affectis hunc in modum injuria Euſebianis, qui rem ad Imperatorem detulere, cujus auctoritate Conſtantinopolim cauſam dicturus coram Synodo convocatur; ſcilicet ex ſcriptis quibuſdam ejuſdem Marcelli anſam ſumentes eum ut hæreticum condemnandi; de his enim ſic Sozomenus

(a) Soz. l. 2. c. 31. (*a*). *Hos*, inquit, (nempe Euſebianos) *ei graviter ſuccenſuiſſe, quod neque in Concilio Tyri urbis Phœniciæ habito ipſorum decretis conſentiret, neque Hieroſolymis de Ario in Eccleſiam admittendo concederet, neque conſecrationi magni templi ibi a Conſtantino ædificati intereſſe vellet; idque non alia de cauſa, quam ut ipſorum vitaret communionem. Denique ſcripſere iſti ad Imperatorem, hæcque ad calumniam probandam ei detulere, quod ipſum quoque Marcellus ideo contumelia affecerit, quod dedignatus eſſet conſecrationem Templi Hieroſolymis extructi ſua præſentia honorare*. Hæc in Marcellum primo objecta ſunt, aliaque rurſum addita, ſed per calumniam ex ejuſdem Marcelli ſcriptis comparata, de qua mox idem ſubdit Sozomenus:

XXXI. Cauſa Marcelli. *Cauſa autem cur Marcellus accuſatus ſit, fuit Aſterius quidam ſophiſta Cappadocia, qui cum libros de Chriſtiana religione opinioni Arii conſentientes ſcripſiſſet, per oppida circumcurſare, eoſque Epiſcopis demonſtrare cœpit. Conciliis denique ubique convocatis interfuit. Cui Marcellus contradicens, in opinionem Pauli Samoſateni, ſeu ſponte, ſeu imprudens, neſcio, delapſus eſt. Verum poſtea cum in Concilio Sardicenſi ratione oſtendiſſet, ſe haud quaquam ita ſenſiſſe, ad Epiſcopatum denuo reſtitutus eſt*. Hactenus Sozomenus; quæ quidem ut apertius intelligantur; præter illa quæ de Aſterio a nobis ex Athanaſio dicta ſunt; quæ de eodem habet Socrates, ac de Marcello calumniam paſſo de errore Pauli Samoſateni, hic reddamus (*b*):

(b) Socr. l. 2. c. 24.

XXXII. *Epiſcopi* (inquit) *qui id temporis Conſtantinopoli congregati erant, Marcellum etiam Epiſcopum Ancyræ urbis, quæ eſt in Galatia, tali de cauſa Epiſcopatu abdicarunt. Aſterius quidam, qui in Cappadocia litteras humaniores docuiſſet, illis relictis, Chriſti fidem profiteri cœpit, & libros ſcribere aggreſſus eſt, qui ad hodiernum uſque diem hominum habentur in manibus; illorum autem teſtimoniis Arii dogma confirmatur, Chriſtum videlicet eodem modo virtutem Dei eſſe, ſicut apud Moyſen dicitur, locuſtam & bruchum virtutem Dei eſſe, & alia his ſimilia. Aſſiduè cum Epiſcopis, illiſque potiſſimum, a quibus Arii opinio minime rejecta erat, verſabatur Aſterius, atque adeo ad eorum conventus accedebat, magno deſiderio flagrans ad Epiſcopatum alicujus civitatis arripiendi. Cæterum quoniam tempore perſecutionis ſacrificaverat idolis, ne ad ſacerdotis quidem munus obeundum admiſſus eſt. Per urbes Syriæ undique vagatur; libros, quos confecerat, oſtendit. Marcellus autem de his certior factus, dum Aſterio ex adverſo ſe opponere volebat, in contrarium errorem ipſe delapſus eſt; nam Chriſtum, ſicut Paulus Samoſatenus, ſolum hominem eſſe non dubitavit aſſerere*. Asterius infensus Marcello. Hæc ipſe.

XXXIII. Excuſatur Marcellus. At quomodo in tam profundum hæreſis barathrum, oppugnans Aſterium, potuit Marcellus eſſe delapſus, qui Nicænæ fidei erat propugnator acerrimus, & ob eam cauſam cum Arium, tum Euſebianos adeo immenſe deteſtabatur? Sed ſubdit Socrates: *Quæ cum Epiſcopi Hieroſolymis convocati intellexiſſent, Aſterii nullam rationem duxerunt; quandoquidem in numerum ſacerdotum non erat adſcriptus:* perinde ac ſi errantes laici non eſſent ad rectam credendi normam ſollicite reducendi: ſed verior illa fuit cauſa, quod Aſterius Arii favebat errori, cujus ipſi patrocinium ſuſcepiſſent. Immo ridem ipſi Euſebiani, quod ſibi non liceret palam Arii hæreſin promulgare ac propugnare, ejuſmodi laicum hominem quocumque vagantem conſtituerunt hæreſis præconem atque patronum; hinc ſanctus Athanaſius ait (*c*): *Inde nimirum eſt quod Aſterium immolatorem dæmoniorum, & ſophiſtam impietatis anteſignanum faciunt, ut nihil parcat contra Dominum loqui, aut ſimpliciores eloquentia ſeducere. Verum ignorant ſtolidi id ſeſe in ſuam noxam facere, fœtor enim victimarum idolis cæſarum in anteſignano ſuo, iſtam hæ-*

(c) Athan. de Synod.

PAGIUS Julianus in epiſtola ad Senatum populumque Athenienſem. Hancque primam fuiſſe Conſtantii Conſtantini Magni filii uxorem ſuſpicatur Cangius in *Familiis Byzantinis Auguſtis*. Tertia ejus uxor *Fauſtina* fuit, ut liquet ex Ammiano lib. 26. cap. 6. Ex hac nata *Conſtantia* poſthuma, quæ poſtea Gratiano nupſit.

IX. *Conſtantinus* non hoc anno, ſed præcedenti *Tricennalia* celebravit, ut jam diximus, ideoque Dalmatius, ſeu *Flavius Julius Valerius Dalmatius* anno præcedenti Cæſar a Conſtantino Magno appellatus. Mediobarbus multa Numiſmata exhibet, in quibus Dalmatius Cæſar nuncupatus. Erat autem filius Dalmatii Conſtantini Magni fratris, ut docet Anonymus Valeſianus. *Hannibalianus* Dalmatii Cæſaris frater uxorem duxit Conſtantianam filiam Conſtantini Magni, Sed de ejuſdem Conſtantini M. familia le-

Dalmatius dictus Cæſar.

Baron. n. XXV.

veſtu Chriſto hoſtilem & perduellem eſſe, evidentius demonſtrat. Hæc de Aſterio Athanaſius. At ſubdit Socrates (*a*): *Sed a Marcello, utpote ſacris initiato, libri ab eo conſcripti rationem popoſcerunt.*

(*a*) *Socr. l. 2. c. 24.*

XXXIV. Falſa hiſtoria de Marcello.

Quæ autem his addit Socrates, ex falſis Arianorum Actis mutuatus creditur, cum ait: *Ut primum compererant eamdem cum Paulo Samoſateno opinionem tueri, præceperunt ut mutaret ſententiam. Ille ad pudendum inductus, librum ſe combuſturum promittit; ubi vero Concilium cum feſtinatione dimiſſum erat (Imperator enim Epiſcopos Conſtantinopolim accerſiverat) tandem de Marcelli cauſa Conſtantinopoli coram Euſebio & aliis Epiſcopis, qui cum eo erant, denuo diſceptatum eſt. Simulatque vero Marcellus recuſaverat, ſicut antea erat pollicitus, librum illum tam inconſiderate ſcriptum comburere; Epiſcopi qui aderant, eum de gradu Epiſcopatus dejiciunt; Baſilium ejus loco Ancyram mittunt. Quinetiam librum illius Euſebius tribus libris confutat.* At hæc Marcello falſo fuiſſe adſcripta ab Arianis, tum Julius Romanus Pontifex, tum etiam Synodus Sardicenſis, Acta Marcelli diligenter examinantes, intellexerunt; unde & Socrates ſubdit: *Marcellus poſtea in Concilio Sardicenſi, cum librum a ſe editum nequiquam intellectum eſſe, & ob eam cauſam ſe in ſuſpicionem vocatum, quod cum Paulo Samoſateno ſentiret, Epiſcopatum recuperavit: ſed quid nos de iſto auguremur, dicemus ſuo loco.* Hucuſque Socrates.

XXXV. Marcellus ab Athanaſio excuſatur.

Verum & de Marcelli exilio, & calumnia ab Euſebianis adverſus eum conflata, hæc Athanaſius (*b*): *De Marcello autem Epiſcopo Galatiæ ſupervacuum fuerit fortaſſe mentionem facere; cum nulli non conſtet, Euſebianos ab eo de hæreſi reprehenſos, hæreſeos recriminationem pro talione illi viciſſim impegiſſe, ſenemque hominem in exilium ejeciſſe. Ille autem Romam profectus, ſeſe innocentem docuit, &, ut juſſus ab illis fuerat, ſcripto ſuam fidem, quam Sardica Synodus amplexa eſt, edidit.* Hucuſque ex Athanaſio. Sic igitur cucurrit fama Marcelli Ancyrani uſque ad tempora Julii & Sardicenſis Concilii; quomodo autem poſtea mutatæ fuerint vices ejus, & iterum ſuſpectus ſit redditus & accuſatus Sabellianiſmi, ſuo loco dicemus; atque etiam de infeliciſſimo Aſterio, qui, vindice Dei ira, precibus Juliani Anachoretæ extinctus eſt, ſuo pariter loco agemus.

(*b*) *Athan. epiſt. ad Solitar.*

XXXVI. Cæterum quod non Athanaſio tantum atque Marcello, ſed & aliis Epiſcopis fuerunt exilia irrogata ab Euſebianis contra jus faſque, more prædonum, non expectata ſententia ſedis Apoſtolicæ, Julius Papa alia occaſione poſtea jure conqueſtus eſt ad eoſdem Arianos alia ex cauſa ſcribens; quæ hic intexere, quod eadem cauſa & de iiſdem quoque perſonis vertatur, dignum exiſtimamus. Ait (*c*) ergo de iiſdem denuo a ſedibus ſuis abreptis: O *dilecti, non jam ulterius Eccleſiæ judicia ſecundum Evangelium, ſed vel ad exilium, vel ad mortem inſtituuntur. Nam ſi, ut dicitis, omnino in culpa fuerunt; oportuit ſecundum canonem, & non iſto modo judicium fieri; oportuit ſcribere omnibus nobis, ut ita ab omnibus, quod juſtum eſſet, decerneretur. Epiſcopi enim erant, & non vulgaris Eccleſiæ, qui iſta patiebantur, ſed quam ipſi Apoſtoli ſua ope ad fidem inſtruxerunt. Cur igitur & in primis de Alexandrina civitate nihil nobis ſcribere voluiſtis? An ignari eſtis hanc conſuetudinem eſſe, ut primum nobis ſcribatur; ut hinc, quod juſtum eſt, definiri poſſit?* Hæc Julius Papa.

(*c*) *Apud Athanaſ. Apolog. 2.* Sententia Rom. Pont. expectanda in damnatione Epiſcoporum.

XXXVII. Conſtantinus male audivit.

Quod vero Conſtantinus Imperator non Athanaſium tantum & alios ei conjunctos communicatione Ægypti Epiſcopos (ut vidimus) ſed & Marcellum Ancyranum Epiſcopum, tunc magni nominis virum, lata in eum ab Euſebianis ſententia, exulare juſſerit; plane accidit, ut apud nonnullos ejuſdem Conſtantini optima fama Catholici nominis periclitaretur; hinc de eo illud Severi (*d*): *Imperator etiam depravatur; dumque ſibi religionis officium videtur implere, vim perſecutionis exercuit; ultique in exilium Epiſcopi, ſævitum in clericos, animadverſum in laicos, qui ſe ab Arianorum communione ſecreverunt.* Hæc ipſe. Et Ruffinus (*e*), poſt condemnatum ab Euſebianis Athanaſium: *Et geſta* (inquit) *in hunc modum ficta per orbem terræ mittentes, ad ſceleris ſui conſenſum, Imperatore cogente, cæteros Epiſcopos pepulerunt.* Lucifer Calaritanus ſæpius (quod diximus, dum de exilio Athanaſii ſermonem habuimus) Arianæ hæreſeos Conſtantinum inſimulat. Sed & apud Hieronymi Chronicon (*f*) pariter legitur in obitu Conſtantini, ipſum in dogma Arianum declinaſſe.

(*d*) *Sever. lib. 2.*

(*e*) *Ruffin. l. 1. c. 17. in fine.*

(*f*) *Hieron. in Chron. an. 31. Conſtantini.*

XXXVIII. Defenditur Conſtantinus.

At (pace horum omnium dictum ſit) longe a rerum geſtarum certa exploratаque ſcientia aberrarunt: hi enim ob id, quod Conſtantinus ex Euſebianorum ſententia cum Athanaſium, tum Marcellum, Nicænæ fidei defenſores acerrimos, exi-

llo

PAGIUS X. *Bellum Perſicum.*

gendus Cangius in *Familiis Byzantinis Auguſtis.*

Per annos quadraginta Romanos inter & Perſas pax viguit, ab anno nempe ducenteſimo nonageſimo ſeptimo uſque ad ſequentem, ut eo anno oſtendimus. Ea enim paulo ante Conſtantini Magni obitum rupta. Memorabilia ſunt verba Rufi Feſti in Breviario: *Conſtantinus rerum dominus extremo vitæ ſuæ tempore expeditionem paravit in Perſas. Toto enim Orbe pacatis gentibus, & recenti de Gothis victoria glorioſior, multis in Perſas deſcendebat agminibus: ſub cujus adventum Babylonia in tantum regna trepidarunt,*

ut

Baron. n. LXVI. & ſeqq.

lio condemnarit, & Arium atque Arianos æque reſtituendos eſſe ſcripſerit, quodque (ſi quis tamen his fidem adhibuit) voluerit in extremo vitæ articulo conſtitutus ab Euſebio Nicomedienſi baptizari; his, inquam, complures perſuaſi, putarunt Conſtantinum in Arianorum hæreſim lapſum eſſe. At licet ea quæ a nobis dicta ſunt ſuperius, cum egimus de Conſtantini baptiſmo, vel quæ paulo ante, cum de Athanaſii exilio actum eſt, ſatis eſſe poſſint ad refellendam falſam illorum opinionem, qui exiſtimarunt ipſum Conſtantinum a fide Catholica ad Arianam hæreſin defeciſſe; tamen, quod res magni momenti agatur, alia his, quæ diximus, addere, ad probandam ac plane demonſtrandam ejuſdem Imperatoris Catholicam fidem integram, haud putamus eſſe ſupervacaneum, immo maxime neceſſarium; ne vel leviſſima ſaltem ſuſpicio cujuſvis animum pulſet, quod non vulgares auctores aliter ſenſiſſe conſpexerimus.

XXXIX. *Euſebiani videri volebant Catholici.* Hæc igitur ut cunctis reddantur perſpicua, illud in primis intelligendum eſt; Euſebianos, uſque dum vixit Conſtantinus, cui ſemel ſubſcripſiſſent, Nicænæ fidei profeſſores forinſecus præſetuliſſe; & ſi quod bellum Catholicis intulerunt, nequaquam ut Ariani, at potius ut bonorum morum vindices præſtiterunt, ſed & Eccleſiaſticæ diſciplinæ cuſtodes, cum Athanaſium damnaverunt; vel cum damnantes Marcellum ob hæreſin, ſe exhibuerunt fidei Catholicæ acerrimos defenſores. Quibus perſuaſus Conſtantius, cum illis iiſdem in rebus favit, ſibi viſus eſt tum Catholicæ fidei, tum etiam Eccleſiaſticis inſtitutis integre conſervandis religioſo officio præſto fuiſſe: de quo & illud evidens, ac plane apertiſſimum ſpecimen edidit, dum (quod fuſius dicetur paulo inferius) haud aſſenſit in Catholicam Eccleſiam eſſe Arium admittendum, niſi juratum, & abdicata penitus ſua hæreſi, ex animo profeſſum fidem Catholicam, quam & ab eodem exegit ſcripto editam.

XL. *Quamdiu Euſebiani detegi Ariani noluerunt.* Rurſum vero, quod commendat fidem Conſtantini, illud plane eſt, quod, quouſque ipſe vixit, Euſebiani nequicquam adverſus Nicænæ fidei regulam mutire ſaltem auſi ſunt; quod quidem Athanaſii teſtificatione certum redditur & exploratum, dum in libro de Synodis id ab eis cœptum agi tradit in Concilio Antiocheno, cum illic convenerunt Epiſcopi ſub Conſtantio Imperatore, occaſione dedicationis ejuſdem civitatis auguſtiſſimi templi; ubi præter illam fidei regulam Nicææ a Patribus traditam, aliam conſtituerunt; ſed ita tamea, ut haudquaquam ſe Arium ſequi conteſtarentur publicis ſcriptis litteris, quas ibidem ipſe Athanaſius recitat, cum ſic in eis præfati ſunt (a): *Nos certe Arii acoluthi, ideſt, ſectatores non ſumus; nec, cum ſimus Epiſcopalis ordinis, presbyterum ſequimur, neque aliam fidem præterquam ab initio traditam recepimus, &c.* Sed etſi (quod vult Sozomenus) aliquam interpretationem fidei Nicænæ ſymbolo, eodem tempore, cum Marcelli cauſa ageretur, addiderunt; verbum tamen illud CONSUBSTANTIALITATIS, in quo tota vis erat & robur Catholicæ ſententiæ, quoad vixit Coaſtantinus, quem ſcirent, acerrimum, Nicænæ fidei profeſſorem & defenſorem, a Synodi Nicænæ ſymbolo nequaquam demere tentaverunt; teſtatur id quidem Sozomenus, cum ait (b).

(a) *Apud Athan. de Synod.*

(b) *Soz. l. 2. c. 30. in fin.*

XLI. *Defenditur egregie Conſtantinus.* *Sub idem tempus Euſebius Epiſcopus Nicomediæ, & Theognis Nicææ Epiſcopus, ſcriptis cœperunt formulam fidei a Niceno Concilio editam innovare: ac tametſi* uſu *auderent palam denegare Filium Patri conſubſtantialem eſſe (pro certo enim ſciebant Imperatorem ita ſentire) aliam tamen formulam compoſuerunt; verbaque fidei in Concilio Niceno editæ ab Epiſcopis Orientis, interpretationibus quibuſdam additis, recepta eſſe, omnibus indicarunt. Quæ quidem formula & ſenſus ejuſdem effecerunt, ut ſuperior controverſia in diſceptationem rurſus vocaretur; & cum jam videretur ſedata eſſe, de integro agitaretur.* Hæc Sozomenus. Verum illa de nova ab eis excogitata fidei formula, non ſub Conſtantino facta eſſe, ſed ſub Conſtantio in Synodo Antiochena; quæ ſuo loco dicturi ſumus, manifeſtius declarabunt. Adeo igitur, vivente Conſtantino, Euſebiani abhorrere præſeferebant ab Ariana hæreſi, ut nec ipſo defuncto, ſub Conſtantio eorum licet patrono, auderent, cum tamen impii eſſent, ſe Arianos publice pnſiteri. Si ergo Euſebiani ipſi, regnante Conſtantino, & diu poſtea ſub Conſtantio, ſe Arii ſectatores eſſe, nec dici, nec velle videri paſſi ſunt; quomodo ipſum Conſtantinum in Arianam hæreſim ab his ſeductum fuiſſe dixerimus? Tantum itaque abeſt, ut Conſtantinus ab his deceptus potuerit lapſus eſſe in hæreſin Arianam; ut nec ipſi qui talia agerent Euſebiani, ipſum veriti, Arianos ſe eſſe voluerint demonſtrare. Vim rationis expende, lector, quæ plus ſatis tibi videri pote-

ut ſupplex ad eum Legatio Perſarum accurreret, & facturos ſe imperata promitterent. Nec tamen pro aſſiduis eruptionibus, quas ſub Conſtantio Cæſare (ex quo liquet, hunc Orienti a patre præfectum fuiſſe) *per Orientem tentaverant, veniam meruerant.* Euſebius tamen in Vita Conſtantini ſcribit, pacem a Perſis per Legatos petitam & impetratam. Poſt Conſtantini Magni mortem bellum renovatum, & per multos annos Romanos inter & Perſas pugnatum, ut infra videbimus. Porro bellum Perſicum anno duntaxat ſequenti inchoatum, tuncque expeditionem a Conſtantino ſu-

teſit ad declarandam exploratam in omnibus fidem Catholicam Conſtantini.

XLII. His conſentiens accedit ipſius Athanaſii teſtimonium, cum adverſus ejus filium Conſtantium Imperatorem agens, quod patris veſtigia pietatis impreſſa non conſectetur, ſed ab hæreticis ſe patiatur ſeduci, conqueritur, ubi ait (a): *Idem Conſtantius ob ſceleratam & Chriſto odioſam hæreſin, nec quid juris ſit, novit, & erga fratres ſe inofficioſum præbet, propter quam nec patris quidem ſui voluntatem integre obſervari permittit; ſed quod volupe eſt hæreticis, obſervat: quod autem illis grave eſt, ibi neque patris ſui reverentiam tueri. Siquidem pater ex calumnia Euſebianorum Athanaſium in Gallias ad tempus amandavit, quo liber eſſet ab eorum crudelitate, qui illi per inſidias imminebant: hoc enim a beato Conſtante ejus fratre poſt mortem patris ſcriptum fuit:* Et paulo poſt: *Quod ſi* (loquit) *pater ejus Arium ſub oculos ſuos admiſit; cum tamen cum perjurum, at proinde effuſis viſceribus diſruptum jacere cognoviſſet, nulla benevolentia proſecutus eſt; ſed eum, re cognita, damnatum, & pro hæretico habuit.* Hactenus Athanaſius.

(a) Athan. ad Solit.

Athanaſ. probat fidem Conſtantini.

XLIII. Sed & Epiphanius (b) cum agit de eodem Conſtantio filio Conſtantini, hæc ait: *Conſtantius Rex in aliis quidem omnibus mitis & bonus, veluti filius Magni & perfecte Conſtantini pii, qui rectam fidem integre ſervavit; ſed & ipſe Conſtantius pius fuit & bonus juxta multos modos; verum in hoc ſolum, quod non ſecundum fidem parentis proceſſit, deviavit, atque deliquit, non ex ſui cauſa, ſed ab his qui rationem reddituri ſunt in die Judicii, qui in apparentia quidem Epiſcopi dicuntur, veram autem Dei fidem corrumpunt.* Quinetiam & de Catholica fide Conſtantini teſtata ex Conſtantii impietate, certum deducimus argumentum ex S. Hilario, cum in eumdem Conſtantium acrius invectus ſic ait (c): *Audi hæreticæ damnationis publicum ſenſum, & intellige te divinæ religionis hoſtem & inimicum memoriis ſanctorum, & paternæ pietatis hæredem rebellem; &c.* Id ipſum quoque magis exploratum redditur ex iis quæ ipſe Athanaſius poſt obitum Conſtantini Conſtantem filium adiens rogavit eum, &, ut vindex & cuſtos eſſet paternæ fidei, hortatus eſt, cum de Arianorum inſidiis apud ipſum conqueſtus eſt.

(b) Epiph. hæreſi 69.

Cæteri SS. Patres probant fidem Conſtant.

(c) Hilar. ad Conſtantium l. 1.

XLIV. *Rem geſtam Theodoretus ſic narrat* (d): *Athanaſius vero ad Conſtantem accedens de factionis Arianæ inſidiis conqueri, bellum contra fidem Catholicam excitatum lamentari; & tum patris, tum Magni Concilii Nicæni, quod ille convocaverat, eum in memoriam reducere cœpit; quin etiam decreta Patrum, quibus ille una interfuerat, ab eo lege confirmata fuiſſe. Talia cum gemitu & lacrymis apud Conſtantem Imperatorem elocutus, eum ad patrem æmulandum excitavit. Nam ſimulatque iſta audivit, litteras ſcripſit ad fratrem, nempe Conſtantium, uti hæreditatem pietatis paternæ integram inviolatamque ſervaret.* Hæc Theodoretus: quibus omnibus luce clarior teſtata redditur fides Catholica Conſtantini uſque ad vitæ exitum illibate ſervata; unde univerſa Catholicorum poſteritas, ipſaque publica Synodalia Acta, magno præconio ex fide Catholica potiſſimum comparato, conſueverunt ipſum laudare, quod & ſuperius dixiſſe meminimus.

(d) Theod. l. 2. c. 5.

XLV. Sed jam cætera, quæ ſpectant ad dictum Conſtantinopolitanum Concilium, in cauſa Marcelli congregatum Conſtantinopoli, proſequamur. Arius ergo quem diximus ab Alexandrinis minime fuiſſe receptum, quod diceretur eadem illum tunc ſentire de fide, quæ prius; & ob eam cauſam Conſtantini litteris vocatum Conſtantinopolim: cum eo veniſſet; num re vera, abjecta penitus antiqua perfidia, eadem cum cæteris Orthodoxis crederet, magna diligentia ab eodem Imperatore explorari jubetur; cum ille Euſebianorum conſilio ad horam profiteri Catholicam Nicænam fidem, in promptu habuit, quam ſuo chirographo ſcriptam atque ſubſcriptione munitam obtulit Conſtantino. At quomodo ejus perfidiam atque perjurium ultus eſt Dominus, & quemadmodum cuncta ad ejus uſque exitum ſe habuerint, ea tum ab Athanaſio, tum etiam ab aliis ejuſdem ſæculi ſcriptoribus memoriæ commendata, hic deſcribamus; quæ enim idem Athanaſius acceperat a Macario presbytero, qui tunc præſens rei geſtæ fuit, Conſtantinopoli exiſteos, ſcribit ad Serapionem hæc rogantem. Putamus hunc illum fuiſſe Serapionem fama celebrem, Thmuis Epiſcopum, de quo apud eumdem frequens mentio eſt; *De tertio* (inquit e) *capite* (nimirum de morte Arii) *multa mecum perpendi; metuens, ne ſi id agerem, hominis morti inſultare viderer. Verumtamen quia diſputatio apud vos de hæreſi habita in hanc quæſtionem deſiit: An communione celebrata cum Eccleſia, diem ſuum obierit Arius; ut quæſtio de ejus morte diſſolvatur, dicam quod* res

Arii in Synodo exploratur fides.

(e) Athan. ad Serap.

ſuſceptam adverſus eos, teſtatur Auctor Chronici Alexandrini.

XI. Tomo 2. Operum S. Athanaſii pag. 523. & ſeq. referuntur epiſtolæ duæ, quarum prior hunc titulum præfert: *Epiſtola Athanaſii & Ægyptiorum Epiſcoporum ad Marcum Papam pro exemplaribus Concilii Nicæni, quia Ariani eorum exemplaria incenderant.* Poſterioris titulus eſt: *Reſcriptum Marci Papæ de miſſione capitulorum Nicæni Concilii, Athanaſio & omnibus Ægyptiorum Epiſcopis.* Sed utraque purum ac putum figmentum eſt, ut recte vidit Baronius. Optandum, ut

Epiſtola Athanaſii ſuppoſititia

Baron. n. LVIII.

Digitized by Google

rus eſt, in pari numero collocians & rem geſtam indicare, & contentioſos compeſcere. Perſuadeo enim mihi, cognito mortis ejus miraculo, non auſuros eſſe qui prius dubii erant, rem denuo in dubium vocare, ſit ne Ariana hæreſis Deo odioſa, an non.

XLVI. Alibi quoque idem Athanaſius pro concione diſſerens adverſus Arianos, neceſſitate quadam, eadem imbutus Chriſtiana verecundia, ſic præfatus eſt (*a*): *Omnibus quidem hominibus communis vitæ exitus mors eſt, neque ulli defuncto tametſi inimico inſultandum, cum incertum ſit, num ante veſperam ipſe quoque a morte ſis apprehendendus; ſed tamen exitus Arii quia non vulgaris eſt, operæpretium eſt, ut enarretur.* At quid mirum ſi hæc Athanaſius; cum nec apud Gentiles quidem fas eſſet in defunctos obloqui? vetus quidem proverbium erat, NON FAS MORTUIS, ex Homeri Odyſſea acceptum, οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν; uſurpat eamdem quoque parœmiam ex eodem auctore Cicero (*b*); adeoque ea ore omnium verſabatur, ut non licere putaretur in defunctum inſultare, nec quidem ſi peſſimus extitiſſet, ut Nero; unde & audita morte ipſius Neronis, Muſonius ita ad Menecratem (*c*): *Sed ne glorìemur: Nam mortuis (ut ajunt) non decet conviciari.* Si iſthæc philoſophus Epicureus, quanto magis oportuit id præſtitiſſe Chriſtianum Epiſcopum, ut ea enarrare compulſus ad dogmatis veritatem inſinuandam, eadem ſemper præfando præmitteret? Sed rurſum idem hæc ad Serapionem:

(a) Athan. orat. 1. contra Arian.

Defunctis non inſultandum.

(b) Cic. ad Atticum l. 4. epiſt. 7.

(c) Lucian. in Menecrate.

XLVII. *Ego quidem non aderam, cum ille vita defunctus eſt. Aderat autem Macarius presbyter, ut ex ejus relatu didici: Acceſſitus autem erat ab Imperatore Conſtantino Arius, opera & ſtudio Euſebianorum; quem ingredientem Imperator interrogavit, an fidem Eccleſiæ Catholicæ ſervaret? Ille autem ſe recte credere jurejurando affirmavit, ſuppreſſis iis ob quæ ab Eccleſia ejectus erat per Alexandrum Pontificem; adductis in ſpeciem verbis Scripturæ. Illum igitur ita juratum, ſe nihil eorum, ob quæ ab Alexandro ejectus erat, feciſſe, abſolvit Imperator cum his verbis: Si recta eſt tua fides, bene jurasti: ſi autem impia eſt, & tamen juraſti; Deus te pro juramento condemnet.* Hic quæ dicit S. Athanaſius (antequam ulterius progrediamur) reliqua hic attexamus, quæ tum ipſe alibi, tum vero Socrates tunc facta tradunt. In oratione enim adverſus Arianos idem Athanaſius ait (*d*), ab eo ſcriptis proditam Catholicæ veræque fidei confeſſionem: *Juſſus (inquit) ut ſcripto ederet fidem ſuam callide per dolum ſuppreſſis ſuis impietatibus, prolutiſque uti diabolus; ſolet, ſacrarum litterarum ſimplicibus, uti ſcripta erat, verbis, formulam ſuæ fidei conſcripſit. Deinde ab Auguſto interrogatus, nihil ne aliud in animo haberet, & an vere ſentiret quod profiteretur? Dominum enim perjurii vindicem futurum. Miſer jurejurando reſpondit, ſe nihil habere præter ea quæ ſcripto edidiſſet, neque dixiſſe aliter, neque cogitaſſe.* Socrates autem tradit, hæc minime facta eſſe in conventu Epiſcoporum, ſed eum ſeorſum in Palatium a Conſtantino vocatus eſt; nam ait (*e*):

De miſerando Arii obitu.

(d) Athan orat. 1. contra Arian.

(e) Socr. l. 1. c. 25.

XLVIII. *Imperator autem opinionis Arii periculum facere cupiens, illum ad Palatium ſuum accerſit; rogat, utrum Concilii Nicæni decretis conſentiret. Ille ſine mora, alacri & prompta animo, coram Imperatore ſubſcribit; cum tamen ea quæ in Concilio de fide deciſa erant, aſtute & veteratorie ludificatus ſit. Imperator hoc admiratus, illum etiam ad jusjurandum adigit. Ille ſimulate & fallaciter iſtud quoque præſtitit. Fucata vero ratio, qua ad fraudem in ſubſcribendo uſus ſit (ſicut ipſe audivi) ejuſmodi fuit. Arius ſuam ipſius opinionem in charta, quam habebat conſcribit; eam ſub ala geſtat. Jurat ſe vere & ex animo ſentire, quemadmodum ſcripſerat. Iſtud ita factum eſſe, fama ſolum & auditione accipiens, litteris mando; verum quod jusjurandum ſubſcriptioni adjiciebat, perſpicue ex Imperatoris litteris colligo. Imperator illi fidem adhibens, dat mandatum Alexandro Epiſcopo Conſtantinopolis, ut in communionem eum recipiat.* Ante enim valde reſtiterat, atque omnino id facere recuſaverat. Nam (inquit (*f*) idem auctor ſuperius) *Alexander in grave certamen devenit, idque maxime quod Euſebius Nicomediæ Epiſcopus ſæpe & graviter illi interminatus fuiſſet, ſe quamprimum eum Epiſcopatu abdicaturum, ſi non Arium cum ſuis in communionem reciperet. At Alexander non tantum de abdicatione laborabat, quantum de doctrina Concilii Nicæni, quam omni cura & ſtudio evertere contendebant. Nam cum ſe patronum decretorum illius Concilii duceret, omnibus viribus ſibi nitendum cenſuit, ne illius formulæ & præſcripta ullo modo labefactarentur.*

Arii dolus.

(f) Socr. l. 1. c. 25.

Alexandri epiſc. conſtantinop. pugna adverſus Arium.

XLIX. *In hac igitur concertatione conſtitutus, dialecticæ argutias penitus miſſas facit,* ad

PAGIUS ut prodeat nova aliqua editio Operum S. Athanaſii, iis quæ hactenus editæ, accuratior, in qua genuina & legitima ejus Opera a ſpuriis accurato criterio diſcernantur.

XII. In Chronico Damaſi legitur, ſediſſe Marcum *menſes VIII. dies XX. ex die XV. Kal. Februarii* currentis anni, uſque in diem Nonarum octobrium. Hujus Chronici verba ſupra retulimus. Obiit itaque Marcus die ſeptima Octobris quo colitur, & ad quem in Martyrologio Hieronymiano legitur: *Romæ via Appia depoſitio Sancti Marcelli & Marci Epiſcopi.* Cumque die decima octa-

Marci PP. obitus.

Baron. n. LXI. & ſeqq.

Digitized by Google

ad Dei auxilium confugit, in jejuniis aſſiduis ſe attente defigit, nullam precandi formam prætermittit, tale denique obſequii genus ſtudioſe amplexatur. Itaque in eccleſiam, quæ pacis nomine nuncupata eſt, ſe ſolum occludens, ea quæ ſibi videbantur convenientia pergit; ad altare progreſſus, humi coram ſacra menſa ſe in faciem proſtravit, cum lacrymis Deum oravit, per multas noctes dieſque continuos in iis rebus verſatus eſt; nam a Deo opem poſtulavit; poſtulationis compos factus eſt. Poſtulatio enim talis fuit: O Deus (inquit) largire, ut ſi Arii opinio vera eſt, ipſe diem diſceptationi præſtitutam neutiquam videam; ſin autem fides quam ego teneo, vera eſt, Arius malorum iſtorum omnium auctor debitas ſuæ impietatis pœnas luat. Hucuſque Socrates. At ejuſmodi apud Deum Alexandri conteſtationem aliis & ab his diverſis verbis atque ſententia conceptam fuiſſe, quæ de his inferius dicemus ex Athanaſio, demonſtrabunt.

L. Jacobus Epiſcopus Niſibis pugnat contra Arium.

Porro non Alexandrum tantum de imminenti periculo fuiſſe ſolicitum, ſed & pios cunctos ingenti mœrore affectos, & timore perculſos, traduot; cum audirent juratum Arium eſſe, invito & renitente Alexandro, introducendum fore in Eccleſiam. Aderat tunc quoque Conſtantinopoli magnus ille Jacobus Niſibis Epiſcopus, de quo ſuperius, cum egimus de Nicæno Concilio, facta eſt mentio, qui Alexandro, ad reſiſtendum Arii præſumptioni, magno fuit adjumento. *Hic enim* (inquit Theodoretus *a*) *tunc hortatus eſt omnes, ut ſeptem dies & jejunio ſe macerarent, & in orationem pariter incumberent, Deumque rogarent, ut id fieri juberet, quod utile futurum eſſet Eccleſiis. Probato igitur ab omnibus viri ſancti conſilio (norant enim illum Apoſtolica gratia præditum) confeſtim jejunio junctæ ſunt preces. Quamobrem Eccleſiis omnibus a ſupremo earum Rectore id conſultum eſt, quod eis erat utile & ſalutare.* Quæ autem poſt hæc ſubſecuta ſint, dicemus paulo inferius.

(a) Theod. in lib. ſanct. Patrum c. 2. in Jacobo Niſib. ex verſione Lipom. apud eum tom. 2.

LI. Jam quæ de ejuſmodi re geſta ab Athanaſio ad horum confirmationem ſcripta ſunt, cœptam ab eo narrari hiſtoriam proſequamur: prioribus enim hæc addit (*b*) de Ario poſt præſtitum doloſe de profeſſione fidei juramentum. *Ita cum digreſſum a Principe voluerunt Euſebiani ſolita ſuavi in Eccleſiam introducere. Sed contra dicebat Conſtantinopolitanus Epiſcopus beatus Alexander; non debere, inquiens, hæreſis inventorem in communionem recipi. Ibi jam minabundi Euſebiani: Quemadmodum, inquiunt, eum, vobis invitis, curavimus ab Imperatore evocari; ita craſtino die, etiam ſi vobis minime ex ſententia ſit, in communionem Eccleſiæ adducemus. Sabbatum autem erat, cum hæc loquerentur. Quibus auditis, Alexander magno cum mœrore Eccleſiam intravit, & porrectis ad Deum manibus lamentatus eſt, pronus in vultum cadens; humique jacens ita oravit: aderat enim cum eo Macarius ſocius orationis, qui ejus verba excepit. Poſtulabat autem alterutrum: Si Arius, inquiens, craſtina die in ſynaxim introducetur, nunc dimittas, quæſo, ſervum tuum, Domine; & non pium cum impio perdas. Sin autem Eccleſiæ tuæ parces (ſcio autem quod parces) reſpice in verba Euſebii, neque des in exitium, & vituperium ſortem tuam; & tolle Arium, ne eo recepto in Eccleſiam videatur ſimul cum eo hæreſis recipi; neve deinde impietas pro pietate habeatur.*

(b) Athan. epiſt. ad Serapion.

Euſebiani vim parant.

LII. Infamis obitus Arii.

Hæc precatus Epiſcopus, plurimum cogitabundus, & anxius, inde receſſit; & res mira incredibiliſque evenit. Euſebianis minantibus Epiſcopus orabat. Arius autem Euſebianis fretus, multa blaterans, in ſeceſſum abiit, quaſi ad uſum alvi, & derepente (juxta quod ſcriptum eſt) pronus factus, medius crepuit, humique expiravit, utroque & vita, & communione fraudatus; hic finis Arii. Euſebiani autem magnopere confuſi, ſocium conjurationis ſepelierunt: Alexander vero, gaudente Eccleſia, cum pietate & ſana fide communionem celebravit una cum omnibus fratribus, Deum, gratias agendo, magnopere glorificans, non quod de morte hominis lætaretur, abſit (omnibus enim hominibus conſtitutum eſt ſemel mori) ſed quod ea res humana judicia ſuperaverit. Ipſe ſiquidem Dominus Judicem ſe præbens minis Euſebii, & Alexandri precibus, Arianam hæreſin condemnavit, oſtendens eam indignam eſſe Eccleſiæ communione; omnibuſque manifeſtum reddidit, eam, tamet-

PAGIUS octava Januarii Pontificatum inierit, recte in eo Chronico menſes & dies, quibus ſedit, numerati. Auctoris Chronici veterum Pontificum Auctor, ex eoque Anaſtaſius & alii, cum dicunt de S. Marco, quod *ſepultus eſt in cœmeterio Balbina via Ardeatina pridie Nonas Octobris*, intelligendi ſunt de aliqua ejus Tranſlatione; alioquin Marcus ſupra menſes octo, dies tantum XIX. ſediſſet. Poſt Marci obitum ceſſavit Epiſcopatus non dies viginti, ut habet Anaſtaſius, quem ſecutus eſt Baronius; ſed menſes tres, dies viginti novem. Ut enim ex Chronico Damaſi diſcimus, *Julius* Marci ſucceſſor ordinatus tantum fuit anno ſequenti, idque die ſexta Februarii quæ in Dominicam incidebat. Quare perperam in Annalibus *Julii* initium currenti anno die XXVII. Octobris conſignatum.

miſſi ab Imperatore, & omnibus mortalibus adjuvetur, ab Eccleſia tamen damnatam eſſe: declaratumque eſt, officinam Arianorum non Deo gratam, ſed impiam, & inimicam eſſe.

LIII. Proficua multis mors Arii. *Certe plurimi ex iis qui ante decepti erant converſi ſunt; ideo nimirum, quod non quivis alius, ſed ipſe Dominus blaſphemiis impetitus condemnaverit hæreſin adverſus ſe conflatam; & manifeſto docuit, etiam ſi nunc Conſtantius Epiſcopos vi compellat, illam tamen eſſe ex ſeſe incommunicabilem Eccleſiæ, & cælo alienam. Quamobrem apud vos hæc jam deinceps quæſtio conſopiatur (id enim in pactis fuit) nemoque adjungatur hæreſi; ſed qui recepti ſunt reſipiſcant: quam enim Dominus reprobat, quis approbabit? & quam ipſe incommunicabilem reddidit; quomodo quis nam recipit, non ingens piaculum commiſerit, & palam ſe Chriſto hoſtem declaraverit? hoc igitur ſufficit ad cohibendos contentioſos. Iſta ergo illis, qui tum hanc quæſtionem moverant, recitentur una cum his quæ in compendio de hæreſi hac ad monachos ſcripta ſunt; ut inde docti, magis ac magis impietatem, & malitias Arianorum reprobent.* Hactenus ex Athanaſio.

LIV. Conciliantur hiſtorici. Hæc quidem cum tam Græcorum, quam etiam Latinorum hiſtorici omnes affirment, illud modo de Athanaſio elucidandum eſt, quod alibi ait (*a*): *Nondum Sol exortus erat cum neceſſitas Arium in eum locum detraxit, ubi collapſus eſt.* At hæc quidem verba nequaquam ſic accipienda ſunt, ut id acciderit Ario, domi cum eſſet, & neceſſitas purgandi ventris eum, antequam egrederetur foras, ad ſecretum locum impulerit: longe enim aliter ſe res habuit. Summo quidem mane (ut Ruffinus (*b*) atque alii tradunt) ab Euſebianis Epiſcopis educitur domo, ut, antequam Eccleſia ab Alexandro præoccuparetur, eam invaderent; atque in via poſitus, cum perurgeretur ea alvi exonerandi neceſſitate, paulo divertens a via, eo miſerando interitu extinctus eſt. Ruffinus inquam ſic rem geſtam aggreditur enarrare: *Euſebius cum ſuis omnibus, velut hæreticæ belli ſignifer, domum Arii matutinus aſcendit, eumque propere ſequi ad Eccleſiam jubet, &c.* E domo vero Imperatoris eductum Arium, Socrates tradit (*c*). Eveniſſe autem facile potuit, ut qui alias publicis vehiculis (quod paucis concedi ſolabat) ab eodem Conſtantino Arius acceſitus eſſet, idem Imperator in domo quoque regia eum hoſpitari voluerit. Ubi autem in via poſito Ario id acciderit, ex Socrate audiamus.

(*a*) Athan. orat. 1. contra Arian.

(*b*) Ruffin. l. 1. c. 12.

(*c*) Socrat. l. 1. c. 25.

LV. Locus Arii morte infamis. *Poſtquam enim aula Imperatoris egreſſus eſt Arius, Euſebius fautoribus ſtipatus, magna cum celeritate, & pompa per mediam urbem incedit. Simulatque forum Conſtantini (ſic enim appellatum eſt) appropinquaverat, in quo columna ex porphyrite locata eſt, timor ex conſcientia ſceleris exortus Arium opprimit, cujus vi laxatur alvus; rogat utrum latrinæ eſſent in proximo; cum pene forum Conſtantini unas eſſe didiciſſet, recta eo ſe confert. Hominem igitur animi defectio occupat, ac ſimul cum excrementis anus ſubito delabitur; magna ſanguinis copia ſequitur, viſcera tenuia pariter effluunt, ſanguis cum ipſo ſplene, & jecore effunditur, mortem continuo oppetit. Latrinæ illæ ad hoc uſque tempus Conſtantinopoli, prope forum (ut dixi) Conſtantini, & macellum, in porticu cernuntur; omneſque qui illac tranſeunt, digitum ad locum intendunt, quo commemorabilem mortis rationem, qua Arius ibi occubuerit, demonſtrent.* Addit his Sozomenus (*d*): *Fama eſt, neminem eas latrinas, in quibus moriebatur, longo tempore poſt frequentaſſe; ſed cum jam ad eum locum viſendum, utpote uſu publicum homines confertim, ut in multitudine fieri ſolet, ruerent; cumque introeuntes ſe mutuo cohortarentur, ut ab illis latrinis caverent; locus poſteris deteſtabilis factus eſt, propterea quod in eo Arius debitas impietatis ſuæ pœnas perſolviſſet. Verum ubi multum jam temporis præterierat; vir quidam locuples & potens, ſectæ Arianæ fautor dedit operam ſedulo, ut locum illum a Republica emeret; quem cum emiſſet, priore ejus forma deleta, ædes in illo extruxit, eo conſilio, ut apud populum veniret in oblivionem, & Arii mors nequaquam loci recordatione deinceps carperetur.* Hæc ipſe.

(*d*) Sozom. l. 2. c. 28. in fine.

LVI. Tempus obitus Arii. Quæ quidem non ante hunc annum geſta eſſe, ſed poſt elapſum trigeſimum imperii Conſtantini annum, cum ex iis quæ dicta ſunt facile poteſt intelligi, tum etiam auctoritate Socratis (*e*) comprobatur. Quamobrem errore lapſos eſſe conſtat, tam qui ſtatim poſt Nicænum Concilium ea accidiſſe putarunt, quam eos qui ante, vel poſtea ſub Conſtantio, vel alio quovis tempore poſuerunt. Cum enim liqueat, tempore Concilii Hieroſolymitani, quod celebratum eſt ipſis Tricennalibus Imperatoris, ejuſdem Synodi decreto Arium in Eccleſiam receptum, & Alexandriam reſtitutum; nihil eſt dubii, quin ejus probroſus exitus hoc ipſo, ſed in ejus tamen fine, acciderit anno: ſiquidem miſſo prius Athanaſio in exilium & reſtituto Ario Alexandriam, & inde demum Conſtantinopolim revocato, atque ibi iterum cauſa ejus diſcuſſa, hæc oportuit contigiſſe, ejuſdem ſcilicet anni exitu; niſi forte ſequentis exordio quo pariter obiit Conſtantinus, eum eſſe extinctum, magis veriſimili conjectura quis affirmandum putet.

(*e*) Socrat. l. 1. c. 25.

LVII. *Hac igitur re geſta* (inquit Socrates *f*) *ingens terror, & exanimatio Euſebianæ fa-*

(*f*) Socrat. eod. c. 25.

Euſebius Cæſar. qualis.

factioni incuſſa eſt fama rei non ſolum per totam civitatem, ſed etiam per univerſum prope dixerim Orbem terrarum permanavit. Imperator vero hac ratione Chriſtianæ fidei firmius adhæſit, fidem Concilii Nicæni auctoritate, & nutu divino revera confirmatam aſſeruit; & propterea exitu illo Arii magnopere lætatus eſt. Ex quibus plane apparuit cujus ſententiæ eſſent Euſebiani, qui eidem Ario propenſiore ſtudio, ac plane dixerim animo obſtinato faviſſent. Hinc etiam & unius ex illis, nempe Euſebii Cæſarienſis, detegas impoſturam, dum (quod pluribus demonſtratum eſt ſuperius) in gratiam Conſtantii Imperatoris Ariani Conſtantinum fingit baptizatum paulo ante obitum, qui contigit anno ſequenti, apud Nicomediam ab loci illius Epiſcopo: cum ex recenti memoria ignominioſæ mortis Arii, quiſque vel leviter tantum pietate tinctus exhorreſcere ac penitus execrari debuiſſet omnes Ario familiaritate, & communicatione conjunctos. Qui igitur Arii & Arianorum deteſtatus eſt Imperator, tanto prodigio perſuaſus, errorem; ſe ipſum quoque arguit levitatis ob miſſum Athanaſium in exilium; quem revocandum Alexandriam deſtinavit, ſed obitu præventus non perfecit; id quidem (ut dictum eſt ſuperius) ipſemet teſtatur Athanaſius (a). Ex his ſane modicum temporis ſpatium interceſſiſſe videri poteſt inter mortem Arii atque obitum Conſtantini: quippe morte præoccupatus, quod animo ſtatuerat de reſtitutione Athanaſii, perficere minime valuit. Unde (quod nuper diximus) ſequenti potius anno quam præſenti accidiſſe obitum Arii poſſumus opinari.

(a) Athan. orat. 1. contra Arian.

LVIII. De Arii obitu ſententiæ patrum.

Hunc plane finem, numine ulciſcente ſortitus eſt Arius Judæ ſimillimum; eidem enim jure a Sanctis Patribus comparatur, quorum ſententias hic veluti digna ejus ſepulturæ elogia intexemus; & in primis, quod S. Gregorius Nazianzenus ait (b): *Arius petulantis, & effrenatæ linguæ pœnas dedit, in obſcœnis & impuris locis extinctus; atque orationis non morbi viribus oppreſſus, ac Judæ inſtar diſruptus in eadem Verbi proditione.* Et ex Latinis S. Ambroſius (c), qui hæc de eo ad Gratianum Imperatorem: *Cui ergo credimus, Joanni in Chriſti pectore recumbenti, an Ario inter effuſa ſua viſcera volutanti? at agnoſceremus ſimilem Judæ proditoris Arii quoque fuiſſe perfidiam, quem ſimilis pœna damnavit: effuſa ſunt enim & Arii viſcera, pudet dicere ubi; atque ita crepuit medius proſtratus in faciem, ea quibus Chriſtum negaverat, fœda ora pollutus; crepuit enim, ſicut etiam de Juda Petrus Apoſtolus dixit (d).* Et paulo poſt: *Non eſt fortuitæ mors, ubi in ſacrilegio par pœnæ parile proceſſit exemplum.* Hæc Ambroſius. Et illius æqualis S. Gaudentius (e): *Execrabilis Arius, qui Principis Conſtantini temporibus, cum venenato corde Catholicæ fidei confeſſionem ſimularet; ambiens in amicitiam Regis, & in gradum presbyterii, unde merito pulſus fuerat, revocari; ad ſimilitudinem Judæ traditoris crepuit medius, & effuſa ſunt omnia viſcera ejus, ut ſub tegumento ovis lupus ad devorandum gregem Domini introiret.* Ita ipſe ad Paulum diaconum. Et ne quid deſit ad laudem ejus, hæc Chriſtianus ille Poeta his verſibus:

(b) Greg. Naz. in in laud. Athan.

(c) Ambr. de fide ad Gratian. l. 1. c. 9.

(d) Act. 1.

(e) Bibl. ſanct. t. 7.

—— Ruit Arius alvo
Infelix plus mente cadens, lethumque peremptus
Cum Juda commune tulit, qui gutture pendens
Viſceribus curvatus obit, nec pœna ſequeſtrat,
Quos par culpa ligat, qui Majeſtatis honore
Vulnus ab ore parant; hic prodidit, ille diremit
Sacrilega de voce, &c.

Jam vero de Arii probroſo exitu ſatis.

LIX. Laudes Alexandri Epiſcopi.

At contra, quam nobiliſſimo Epitaphio egregium facinus Alexandri Epiſcopi Conſtantinopolitani in reſiſtendo Ario a S. Gregorio Nazianzeno (f) remanſit poſterorum perpetuæ memoriæ conſignatum! cum enim pro concione Conſtantinopolitanos cives alloquitur, iſthæc habet: *Dicam enim, quod res eſt; ſiquidem egregii illius Alexandri diſcipuli eſtis, magni Trinitatis propugnatoris, & præconis, qui & verbis, & rebus impium errorem depulit ac proſtravit. Neque enim memoria vobis excidat Apoſtolica illa oratio, quæ impietatis auctorem atque antiſtitem ſuſtulit, idque in locis impuriſſima lingua dignis, ut nimirum contumelia contumeliam ulciſceretur, ac juſta morte mors animarum injuſta ſempiterno dedecore inureretur.* Hæc Gregorius. At de ipſo Alexandro alias ſæpe inferius.

(f) Greg. Naz. orat. de ſe ipſo quod cathedram Conſt. non affect.

LX. De Marci epiſtola ad Athanaſium.

Hoc anno iiſdem Conſulibus decimo Kalendas Novembris, data legitur (g) Marci nomine epiſtola ad S. Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum, & ad cæteros Ægypti Epiſcopos, cujus argumentum ex ſcripta ſuperius ibi poſita epiſtola Athanaſii, & aliorum ejuſdem Provinciæ Epiſcoporum ad eumdem Marcum facilius intelligitur: Nempe Ægyptios dira Arianorum perſecutione vexatos, inter alia diſpendium paſſos eſſe Nicænorum Canonum, qui una cum omnibus aliis libris ab iiſdem incenſi fuerint; quorum exemplar a Romana Eccleſia, iiſdem datis ad Marcum Papam litteris, poſtulant impertiri. Quibus quidem litteris tum Ægyptiorum, tum Marci, Nicæno-

(g) Tom. 2. Concil. in Marco.

rum

Digitized by Google

rum Canonum numerus definitur; nimirum ab eadem Magna Synodo ſtatuta fuiſſe ſeptuaginta, ſecundum (ut ajunt) numerum diſcipulorum, capitula.

LXI. Mirum certe, cum diu multumque inter Eccleſiam Africanam (*a*) & Romanos Pontifices Zoſimum ac Bonifacium agitata ſit controverſia de numero Nicænorum Canonum, ipſos ejuſmodi epiſtolas præteriiſſe. At mercatoris merces nonnihil ſuſpectæ redduntur, utpote quæ germano rectæ rationis temporis ſigno minime inveniantur eſſe ſignatæ. Quonam pacto, quæſo, ſub dictis Conſulibus potuit Athanaſius Alexandria ad Marcum ſcripſiſſe, qui jam exul hoc anno agebat in Galliis? Et quænam ſub Conſtantino graſſatio Arianorum contigit in Ægypto, cum non Marci tempore, ſed multo poſt, quando Conſtantius Georgium in locum Athanaſii ſubrogavit, paſſa ſit Eccleſia Alexandrina violentam Arianorum vaſtationem? Sed & quonam pacto Marcus potuit decimo Kalendas Novembris ſcripſiſſe ad Athanaſium, cum hoc ipſo anno Nonis Octobris reperiatur eſſe defunctus? Eum quidem nonniſi octo menſes ſediſſe, S. Hieronymus teſtatur in Chronico. Videat hæc, qui eas citat, Marianus Scotus, & pariter contendit, nonniſi octo menſibus ſediſſe Marcum; quonam modo fieri potuit, eam datam eſſe ab ipſo Mareo epiſtolam, ſi jam ante ipſe ex humana vita deſierat?

(*a*) Concil. VI. Carth. c. 1.

Suſpicio de impoſtura.

LXII. Quicquid ſit; unum eumdemque eſſe putamus auctorem, qui has concinnavit litteras, cum eo qui finxit epiſtolam illam Bonifacii Papæ ad Eulalium Epiſcopum Alexandrinum de reſtituta communione Eccleſiæ Africanæ, de qua conſule, quæ diximus in noſtris ad Romanum Martyrologium Notis (*b*). Voluit ille ſapiens architectus bene eſſe conſultum aſſertioni Zoſimi, & Bonifacii de Nicæno Canone extra numerum vicenarium allegatum; homo ille ad fictionem confugit, qui ignoravit ex apertiſſima veritate ſolutionem afferre; de quo ſuperius dictum eſt, cum egimus de numero Nicænorum Canonum: Procul abſit ab Eccleſiaſtico tractatore omnis turpis ſuſpicio fictionis, & impoſturæ, qui pura luce tantummodo gaudeat veritatis: præſtat enim ingenue ignorantiam fateri magis, quam ex mendaciis emendicatam ſcientiam affectare.

(*b*) Die 16. Octob.

Eccleſia Dei procul a fictione.

LXIII. Quod autem ad Marci Papæ annos ſpectat; cum S. Hieronymus diſertis verbis eum octo tantum menſibus ſediſſe affirmet; cumque etiam de ipſo teſtetur Sozomenus (*c*), ad exiguum tempus ſedem tenuiſſe; ſed & auctor libri de Romanis Pontificibus, de Julio Papa habeat, ipſum ſedere cœpiſſe Conſulibus Feliciano, & Maximo, nempe anno ſequenti, quo numeratur primus Julii ſedis annus: hoc potius anno quam ſequenti, vel quod alii dicunt poſt biennium, defunctum eſſe putamus; ob eamque cauſam totum illud de duabus ab eo habitis ordinationibus menſe Decembri, annis ſingulis, evaneſcere: adſtipulantur huic de tempore ſedis Marci cum Marianus Scotus tum alii recentiores (*d*), qui rem accuratius ſcrutati ſunt. Qui igitur ſedere cœpiſſe reperitur, ☞ decimaſexta die Januarii, ☜ & diem obiiſſe ☞ ſeptima ☜ menſis Octobris, qua anniverſaria ejus natalis memoria ex antiquiore uſu in Eccleſia agitur; dicendum eſt, eum in Pontificatu vixiſſe ☞ menſes novem, minus diebus novem ☜.

Tempus ſedis Marci Papæ.

(*c*) Soz. l. 2. c. 19.

(*d*) Panvi. & alii ante ipſum plures.

LXIV. De eodem Marco hæc in eodem libro de Romanis Pontificibus leguntur: *Hic conſtituit, ut Epiſcopus Oſtienſis, qui conſecrat Epiſcopos Urbis tunc pallio uteretur, & ab eodem Urbis Epiſcopus conſecraretur. Hic fecit conſtitutum de omni Eccleſiaſtico ordine. Hic fecit duas Baſilicas, unam via Ardeatina, ubi requieſcit; & aliam in urbe Roma, juxta Palatinas.* Eas redditibus a Conſtantino locupletatas eſſe, & pretioſis vaſis ornatas, ibidem traditur. Quod autem dicitur inſtitutum a Marco, ut Oſtienſis Epiſcopus Romanum Pontificem conſecraret; antiquior fuiſſe videtur ejus rei uſus: nam Dionyſius Papa a Maximiano Oſtienſi Epiſcopo conſecratus habetur; meminit quoque S. Auguſtinus (*e*) ejuſmodi vetuſtiſſimi ritus, agens adverſus Donatiſtas.

Res a Marco geſtæ.

(*e*) Aug. in Brevic. Collat. diei 3. c. 16.

LXV. Quod vero ad pallium ſpectat; eo donatum a Marco Oſtienſem Epiſcopum haud inficias imus. Primo autem hic mentio in rebus geſtis Romanorum Pontificum habetur de pallio ſummi honoris, & poteſtatis plenitudinis indice; idemque dictum reperitur Phrygium, quod potiſſimum eſſet Pontificis Romani inſigne ab eodem Metropolitanis aliquando ſolitum impertiri. Collatum fuiſſe ejuſmodi Phrygium a Cæleſtino Romano Pontifice Cyrillo Epiſcopo Alexandrino, cum eidem vices ſuas delegaſſet, Græci (*f*) teſtantur. Cur autem Phrygium, quod crucibus intextum eſt, pallium appellaretur; cum veteris pallii forma, longe diverſa eſſet, & amplior (ut quæ ſuperius dicta ſunt tam in primo, quam ſecundo Annalium tomo de pallio, ſatis docent) haud arbitror me rem penitus habuiſſe compertam; dicam tamen, quæ conjectura ſuggeſſerit, atque in primis illud: Sicut olim in ſacerdotio Hebræorum (*g*) erat Summi Sacerdotis ſuperhumerale inſigne, quod nefas eſſet aliquem alium ſacerdotum, vel Pontificum indui, de quo etiam primo tomo ſæpe locuti ſumus, ita in Chriſtianæ religionis ſacerdotio, genus illud indumenti, quod pallium dicimus, Summi tantum Pontificis ceſſit uſui, ab eo tamen com-

De pallio Epiſcopali.

(*f*) Theod. Balſ. & alii.

(*g*) Exod. 28.

Digitized by Google

compluribus Epiſcopis magna ex cauſa communicatum: Phrygium idem dictum, quod Phrygionum opere crucibus contexi ſoleret.

LXVI. Quod vero inhæreret, dum Pontifex ſacra ageret, indumento illi, quod (ut primo tomo demonſtratum eſt) pallii præſeferebat imaginem, nos autem nunc planetam ſeu caſulam dicimus; inde fortaſſe accidit, ut Phrygium ipſum præcipuum ſacerdotalis pallii ornamentum itidem pallium appellaretur: cum alioqui pallii nomine omne operimentum in rebus ſacris ſignificari ſoleret; hinc eſt, quod vela oblata ſanctæ Cruci in Eccleſia a Gregorio Turonenſi epiſcopo erecta Venantius Fortunatus pallia appellat, quæ & ipſa crucum imaginibus eſſent contexta, ut ipſe declarat his verſibus (a):

Pallia crucibus ornata.

(a) Venant. Fortunat. lib. 2. epigram. 5. de S. Cruce.

Denique ſancta Cruci hac templa Gregorius offert,
Pallia dum coperit ſigna gerendo Crucis.
Dona repente dedit divina potentia Chriſti:
Mox fuit, & voti cauſa ſecuta pii.
Pallia nam meruit, ſunt quæ Cruce textile pulchra:
Obſequiiſque ſuis Crux habet alma Cruces:
Serica cui niveis agnata eſt bractea telis,
Et textis Crucibus magnificatur opus.
Sic cito Pontifici dedit hæc devota voluntas,
Atque dicata Cruci condita vela placent.

At quod ad ſacerdotale pallium pertinet, cur e lana confici ſoleret, ex Iſidoro Peluſiota ſecundo Annalium tomo diximus. Sed iſthæc obiter: de pallio enim ſæpe inferius continget haberi ſermonem.

LXVII. Rurſum vero de Marco hæc in eodem commentario in fine leguntur: *Sepultus eſt in Cœmeterio Balbinæ, via Ardentina, quod ipſe conſtituens fecit pridie Nonas Octobris.* ☞ Extat ejuſdem S. Marci Epitaphium a Damaſo Papa conſcriptum, quod nuper in lucem emiſſum, hic tibi reddendum curavimus, utcumque vendicatum ab injuria temporis (b):

(b) Antiq. Inſcrip. in Appendic. pag. 1173. num. 22.

S. Marci epitaph.

Vita fuit Marci quam novimus omnes
Ore Dei poſſet qui temnere mundum
Oravit populus quod diſceret omnis
Honor vita grandis contemptus habendi
Virtus tenuit penetralia cordis
Te cuſtos Chriſti perfectus amicus
Et Damaſus tumulum cum reddit honorem.
Hic Marcus Marci vita fide nomine conſors
Et meritis ☞.

Julius Papa creatur.

Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies viginti. Sic igitur vigeſimaſexta ejuſdem menſis Octobris creatur Romanus Pontifex Julius civis Romanus Ruſtici filius: quantum autem temporis ſederit, in obitu ejus, ex more, dicemus.

Hoc eodem anno Conſtantinus adverſus Perſas expeditionem paravit; ſed pace conſopita, ad extruendam Apoſtolorum Eccleſiam, in qua ſepeliretur, adjecit animum. De his autem hæc Euſebius (c): *Simul etiam illud memoratu dignum, quod hoc ipſo fere tempore cum de tumultu quodam Orientalium barbarorum audiviſſet, hanc ſibi poſtremam de illis victoriam reliquam eſſe affirmans, exercitum contra Perſas educere properaret. Nam cum id plane ſecum ſtatuiſſet, militares ordines eduxit, & de expeditione cum Epiſcopis, quos ſecum habebat, communicabat, exiſtimans oportere, ex his aliquos ad pietatis officia maxime idoneos perpetuo ſibi adeſſe. Illi vero libenter quidem ſecuturos ſe, nec veſtigium ab eo diſceſſuros, ſed una militiam obituros, & apud Deum ſupplicibus votis ſe pugnaturos recipiebant. Hac ille voluntate, & ſtudiorum profeſſione vehementer delectatus, totius expeditionis quaſi veſtigia eis expreſſit; ac ad bellum illud ſuſcipiendum, tabernaculum interim ad Eccleſiæ ſimilitudinem magnificentia faciendum curavit, in quo Deo victoriarum datori ipſe cum Epiſcopis ſupplicaret. Interea vero Perſæ, cum Imperatoris animum de movendo bello fama intellexiſſent, ac pugna cum illo congredi metuiſſent; oratores ad eum de petenda pace mittebant. Ille viciſſim (ut erat pacis amantiſſimus) legatos obviis ulnis excepit humaniſſime, porrectaque dextera amicitiæ cum illis fœdus lubens iniit. Magna autem agebatur diei Paſchæ eo tempore celebritas; & Imperator cum cæteris pernoctans, vota preceſque Deo perſolvebat.* Hæc Euſebius de expeditione adverſus Perſas, & pace cum iiſdem compoſita; quæ quidem accidiſſe anno ultimo Conſtantini, Hieronymus teſtatur in Chronico LXVIII.

(c) Euſeb. Vit. Conſt. lib. 4. c. 56. 57.

Conſtant. expeditio contra Perſas.

LXIX. Hujus belli motus cauſa, verum inanis prorſus illa ponitur a Cedreno, nempe a Rege Perſarum Metrodorum Philoſophum gemmis ſpoliatum fuiſſe, quas ex Indiis ad Conſtantinum ferebat. Sed ex his quæ ſcribunt Ruffinus (d) & Socrates (e), mendax arguitur; dum longe ante hæc tempora peregrinationem Metrodori contigiſſe ſignificant ex rebus geſtis Meropii, qui eum eſt imitatus, & ſecum pueros duxit Ædeſium, & Frumentium, qui ætate provectus, ipſo exordio Athanaſii ſedis fuit ab eo ordinatus Epiſcopus. At nec perſecutio aliqua a Rege Perſarum adverſus Perſas Chriſtianos ſub Conſtantino (quod falſo idem auctor putat) excitata eſt; ſed ſub Conſtantio ejus filio, ut conſtabit ex iis quæ ſuo loco dicemus.

De Metrodoro.

(d) Ruffin. l. 1. c. 19.

(e) Socr. lib. 1. c. 15.

LXX. Cæterum jam quæ a Conſtantino geſta ſunt

Digitized by Google

ſunt poſt initam pacem cum Perſis, hic ex Euſebio (*a*) deſcribamus: *Ubi* (inquit) *hac peracta fuerunt omnia, Apoſtolorum templum in urbe ſui cognomine ædificare cœpit. Illud vero cum in infinitam extruxiſſet altitudinem, lapidumque omnis generis ac cruſtarum varietate ab ipſo ſolo ad ſuperiorem contignationem colluſtraſſet, ſummo artificio factis laquearibus tectum cujus complexus eſt, auroque univerſum contexit: ſupra vero pro tegula inductum æs a toto opere imbrium injurias arcebat; quod ipſum etiam multo auro fulgebat; ita ut longe contemplantibus, per reciprocatos Solis radios incredibilis ſplendor effundi videretur. Interiorem ædis partem undique in ambitu circumdactam, reticulari opere ex ære, & muro affabre facto convestivit: ac templum quidem hunc in modum permagna Imperatoris & cura, & ſtudio exornatum eſt. Huic autem atrium ingens, & ſubdiale circumdatum, in apertum purumque aerem explicabatur. Hujus per quatuor latera porticus erant diſpoſitæ, quæ medium atrium cum templo ipſo complectebantur. Porticibus accommodabantur regia domus, deambulatoria, aliaque habitationes pluriṁæ, ad neceſſitatem illorum, qui locum cuſtodirent, conſtructæ: hæc omnia dedicavit Imperator, ut Salvatoris noſtri Apoſtolorum memoria apud omnes gentes æternitatem compararet. Attamen in ipſa coædificatione etiam illud quiddam ſpectabat, quod primis temporibus obſcurum, ad extremum ab omnibus manifeſte deprehenſum eſt.*

(a) Euſeb. Vit. Conſt. l.4. c.58. 59.60.

Apoſtolorum templum extruitur.

LXXI. *His igitur in opportunum ventura mortis diem hic locum ſibi provida diſpenſatione deſignavit; incredibili fidei propenſione providens, cum jam corpus ſuum communem cum Apoſtolis appellationem poſt mortem participaret, foret ut defunctus quoque, precationum, quæ ibidem eſſent, ad Apoſtolorum gloriam offerenda, particeps efficeretur. Quare cappas * illic duodecim, quaſi ſacras quaſdam columnas, ad Apoſtolici collegii honorem memoriamque attollens, medium inter ipſos conditorium ſuum locabat, quod utrinque ſeni claudebant Apoſtoli: ſano certe (ut dixi) conſilio præcogitatus, quod mortui corporis tabernaculum ibi digne decenterque quieſceret. Atque hæc ille longo ante tempore cogitatione cum depinxiſſet, Eccleſiam Apoſtolis dedicavit, quamplurimum utilitatis illorum memoriam animæ ſuæ conciliaturam exiſtimans. Neque ſane vota ejus expectationemque fefellit Deus. Nam ut primas Paſchalis celebritatis exercitationes expleſſet, ipſumque ſalutarem diem cum ſibi ipſi charum, & illuſtrem egiſſet, tum aliis omnibus omni cum lætitia celebrem reddidiſſet; cum eodem tempore, & extremum diem obiret, & has celebritates curaret: Deus, cujus nutu hæc omnia geſta ſunt, hoc peraccommodato tempore ad meliorem eum vitæ conditionem divinitus transferre voluit.* At de ejus obitu, anno ſequenti. Vides Conſtantinum a Sanctis Epiſcopis inſtitutum in fide, ea de cauſa ſibi in Eccleſia Apoſtolorum delegiſſe ſepulturam, ut defunctus particeps fieret precum, quæ ibidem peragi ſolerent: optime ſciens in Eccleſia Catholica illud ratum ac firmum haberi, animas defunctorum, vivorum precibus adjuvari.

Precibus juvari animas defunctorum.

* Στήλη.

LXXII. Addit Socrates (*b*) ædificatum a Conſtantino templum illud, ne Apoſtolorum reliquiis Imperatores deſtituerentur: illuc enim poſtea transferri juſſa eſſe Andreæ Apoſtoli, Lucæ Evangeliſtæ, & Timothei Pauli diſcipuli corpora ſatis liquet. Ait enim Procopius (*c*), cum agit de eodem templo a Juſtiniano Imperatore reſtituto: *Erat antiqua apud Byzantium ædes Apoſtolis conſecrata, longitudine temporis jam emota, & quæ (ut ſuſpicabatur) amplius ſtare non poterat: hanc inſtauravit pro dignitate. Ubi latomi, & artifices, effoſſo fundamento, invenerunt ligneas arcas tres, inſculptis litteris indicantes, trium ſcilicet Apoſtolorum eſſe corpora, Andreæ, Lucæ, & Timothei: quæ Rex ipſe & omnes Chriſtiani maximo cum fervore conſpexerunt, & conſpecta rurſum terra occuluerunt.* Hæc Procopius.

(b) Socrat. l.1. c. ult.

Andreæ, Lucæ, & Timothei reliquiæ tranſlatæ.

(c) Procop. l.1. de ædific. Juſt. Imp.

LXXIII. ☞ Extant apud Dungalum adverſus Claudium Taurinenſe recitati S. Paulini verſus complures ex Natali (ut citat) XI. S. Felicis de tranſlatione facta per Conſtantinum Imp. Sanctorum Andreæ atque Timothei Conſtantinopolim, qui ſic ſe habent.

S. Paulini adverſus Claudium Taurinenſem verſus.

Nam Conſtantinus proprii dum conderet urbem
Nominis, & primus Romano in nomine Regum
Chriſticolam gereret, divinum mente recepit

Con-

PAGIUS

XIII. Ad num. LXXI. *Conſtantinus* emiſit hoc anno Legem 5. Codicis Theodoſiani, qua ab injuria Judæorum Chriſtianos per Africam vindicat. Inſcripta eſt enim ad Felicem PF. P. id eſt, *Præfectum Prætorio*, Italiæ ſcilicet, in qua Præfectura Africæ erat, ut diſerte oſtendit Lex 21. ejuſdem Codicis *De Decurionibus*. Eoſdem proſelytos, id eſt, ex Judæis Chriſtianos factos a Judæorum contumelia vindicarat Conſtantinus Lege 2. ejuſdem Codicis *De Judæis* data anno CCCXV. Fallitur enim Baronius, qui contrarium plane ſenſum Legi huic, præſenti anno datæ affingit, quaſi a Proſelytorum injuria Conſtantinus Judæos hac Lege vindicaret, cujus rei factique ut nulla ratio fingi poteſt, cur videlicet converſi ad Fidem ex Judæis, perſecutionem in Judæos excitare voluerint, ita refutat Baronium, quod Epiphanius hæreſi, 30. Ebionitarum de Joſepho quodam ſub Conſtantino Magno ſcribit, quemdam nempe *Joſephum* ex

Chriſtiani a Judæorum injuriis vindicati.

Apo-

Conſilium, ut quoniam Romanæ mœnibus urbis
Æmula magnificis ſtrueret tunc mœnia cœptis,
His quoque Romuleam ſequeretur dotibus Urbem;
* munirct *Ut ſua Apoſtolicis * numeret mœnia lætus.*
* devexit *Corporibus, tunc Andream * deuxit Achivis,*
Timotheumque Aſia; geminis ita turribus extat
Conſtantinopolis magna caput æmula Romæ.
Verius hos ſimilis Romanis culmine muris,
Quod Petrum, Paulumque pari Deus ambitione
Compenſavit ei, meruit quia ſumere Pauli
Diſcipulum cum fratre Petri. Nam quanta per iſtam
Sanctorum per longa viam divortia terræ
Creverit utilitas ad noſtræ munia vitæ,
Ipſa docent hodieque loca, in quibus illa beati
Rheda capax oneris poſita ſtatione reſedit,
Omnibus in ſpaciis, quaſcumque aut manſio ſanctis
Corporibus, requieſque fuit vectantibus illos
Sacratos cineres miris clamantia ſignis.
Nam divina manus medica virtute per omnes
Eſt illic operata vias, qua corpora ſancta
Impreſſere ſacro veſtigia viva meatu.
Inde igitur ſuadente fide, data copia fidis
Tunc comitum ſtudiis, quædam ut ſibi pignora vellent
Oſſibus a ſanctis meruit decerpere fructum,
Ut quaſi mercedem officii, pretiumque laboris
Præſidia ad privata domum ſibi quiſque referret,
Ex illo ſacri cineres quaſi ſemina vitæ
Diverſis ſunt ſparſa locis, quamquam ex aſſe minuta
* corporis *De modica ſacri ſtipe * caperis exiguus ros*
Decidit ingentes illic pia gratia fontes.
At fluvios vitæ generavit gutta, favillas:
eamdem tranſlationem S. Hieronymus in

hucuſque S. Paulinus apud Dungalum. Quæ accepi a viro doctiſſimo Nicolao Fabro Pariſienſi una cum aliis fragmentis ejuſdem auctoris, quæ extent. Tribuit Vigilantium eidem Conſtantino Imp. alii autem Conſtantio, de quo dicetur inferius anno Chriſti trecenteſimo quinquageſimo nono ☞.

LXXIV Fuiſſe autem eamdem Eccleſiam Imperatorum ſepulcrum, S. Joannes Chryſoſtomus teſtari videtur, dum ait (a): *Et Conſtantinopoli Reges noſtri magnam gratiam putant, non ſi prope Apoſtolos, ſed ſi vel extra eorum veſtibula corpora ſua ſepeliantur, ſiantque piſcatorum oſtiarii Reges. Neque hinc in morte confunduntur, ſed honeſtantur & ipſi, & eorum nepotes, & pronepotes.* Hæc Chryſoſtomus. Ex quibus quoque intelligas, non intra ipſam Baſilicam, ſed in atrio ipſius Eccleſiæ Imperatores ſepeliri conſueviſſe; quod alibi idem auctor expreſſe de ſepulcro Conſtantini teſtatur, noſque ſuo loco dicemus, cum ſequenti anno de ejus obitu agemus atque ſepulcro.

(a) *Chryſ. adverſus Gentiles quod Chriſt. ſit Deus tom. 5.*

LXXV. His quoque Conſulibus Conſtantinus Imperator Chriſtianæ modeſtiæ amantiſſimus, ne cujuſvis zeli prætextu eadem a Fidelium animis periclitaretur, ad Felicem Præfectum prætorio, ne converſi ad fidem ex Judæis in Judæos perſecutionem excitarent, reſcripſit his verbis (b):

(b) *l. 5. de Judæis C. Theodoſ.*

De Judæis ſancitæ leges.

Eum qui ex Judæo Chriſtianus factus eſt, inquietare Judæos non liceat, vel aliqua pulſare injuria; pro qualitate commiſſi, iſtiuſmodi contumelia punienda, &c. Dat. XI. Kal. Novemb. Conſtantinopoli, PP. octava Idus Maii, Nepotiano & Facundo Coſſ. Rurſum vero ad eumdem Felicem de Judæis, ne Chriſtianum mancipium poſſiderent, in hæc verba reſcripſit (c): *Si quis Judæorum Chriſtianum mancipium, vel cujuſlibet alterius ſectæ mercatus circumciderit; minime in ſervitute retineat circumciſum: ſed libertatis privilegiis, qui hoc ſuſtinuerit, potiatur. Dat. XI. Kalend. Maii Conſtantinopoli Nepotiano & Facundo Coſſ.* Et ad Evagrium (d): *Si quis Judæorum mancipium ſectæ alterius ſeu nationis crediderit comparandum; mancipium Fiſco protinus vindicetur; ſi vero emptum circumciderit; non ſolum mancipii damno mulctetur, verum etiam capitali ſententia puniatur. Quod ſi venerandæ fidei conſcia mancipia Judæus mercari non dubitet; omnia quæ apud eum reperiuntur, protinus auferantur; nec interponatur quicquam moræ, quin eorum hominum qui Chriſtiani ſunt, poſſeſſione ca-*

(c) *l. 1. & 2. ne Chriſt. mancip. C. Theod.*

(d) *l. 2. tit. eod. C. Theod.*

PAGIUS Apoſtolo Judæorum ad Chriſtianam Religionem inclinantem, mox & converſum, variis appetitum a Judæis injuriis. Facit etiam ad hoc Lex 5. ejuſdem Codicis hoc anno data, *Ne Chriſtianum mancipium Judæus habeat*, qua ſcilicet Judæus ſervi dominus Chriſtianum mancipium, vel cujuſlibet alterius ſectæ circumcidere prohibetur. Ex qua lege, cum prima *De Judæis* conjuncta, de Conſtantini mente ſatis liquere poteſt. Baronium in errorem induxit inſolens conſtructio quæ habet: *Eum qui ex Judæo Chriſtianus factus eſt, inquietare Judæos, non liceat.* Sed hæc conſtructio nihil vitii continet, modo debita interpunctio adhibeatur, & verba, *non liceat*, impeſonaliter accipiantur, quomodo Virgilius lib. 5. Æneid. *Me liceat caſum miſerari inſontis amici.* Cujus rei alia non deſunt exempla. Hæc Gothofredus in illius Legis Commentario.

Digitized by Google

careant. Meminit ejuſdem legis Euſebius (*a*) quam & commendat ſic dicens; *Sanxit etiam ne Chriſtianus quiſquam ſerviret Judæis; Etenim nefas eſſe, ut qui Prophetas trucidaſſent; & Dominum ipſum crudeliter mactaſſent, hi Domini Salvatoris ſanguine redemptos ſervitutis jugo ſubjicerent.* Hæc ipſe. Iiſdem quoque Conſulibus legem (*b*) tulit adverſus ſpurios, ne quid caperent ex Patris ultima voluntate.

(a) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 27.

(b) l. 1. C. de natur. lib.

LXXVI. Curatores ſepeliendorum mortuorum.

Sed & illud ſane memoria dignum ſtatuit, & primus auctor fuit, ut ad corpora defunctorum humanda corpus conſtitueretur ex nongentis, & quinquaginta diverſorum collegiorum & artium officinis, qui huic muneri mancipati eſſent ad efferenda atque curanda defunctorum cadavera: hos vero ad hoc opus delectos, voluit ab omnibus publicis muneribus eſſe immunes, & in vectigalibus liberos: teſtatur id quidem Juſtinianus Imperator in Novella conſtitutione quadrageſimanona, De impenſis quas fieri oportet in defunctorum funeribus, cum ait: *Princeps Conſtantinus recte excogitatum diſpoſuit, & poſtmodum Anaſtaſius pientiſſimus Princeps confirmavit, adjecto inſuper & reddito. Id nos ruinam minitans, reparare ſimul, & undique ad ſtabilitatem redactum convenientibus adſtringere juramentis properamus, efficientes ea re ut immortale permaneat. Nam cum pientiſſimus Princeps Conſtantinus nongentas quinquaginta officinas ex diverſis collegiis hujus almæ urbis ſacroſanctæ majori Eccleſiæ cum immunitate dederit: Anaſtaſius quoque item pientiſſimus Princeps non ſolum officinis centum quinquaginta alias appoſuerit, ſed etiam pro liberalitate ſua per duas pragmaticas formas certum redditum conſtituerit, &c.* Idemque Imperator rurſus in Novella conſtitutione de officinis (eſt numero ſignata quadrageſimotertio decimæ collationis) hæc de iiſdem ait: *Quoniam potentia noſtra ſubditi noſtri ſive vivant, ſive moriantur, curæ ſunt, ne vel graves ipſis ſepultura, vel defuncti cognatis damnoſa exiſtant; propterea & hæc, quæ eorum ſepulturam concernunt, qua convenit modo diſpoſuimus. Et quia tam divæ memoriæ Conſtantinus ampla hujus noſtræ urbis conditor, quam etiam pientiſſimus Princeps Anaſtaſius Lecticariorum ſive Decanorum (ut vocant) numerum ad certam menſuram redegerunt, mille & centum tantummodo Decanis totidemque aſſiſtentibus definitis.* Et infra declarat quomodo hi ſubjecti eſſent Eccleſiæ & immunes a vectigalibus. Opus igitur pium ac religioſum inventum a Conſtantino, majore augmento inde auctum eſt a poſteris Imperatoribus, ſed jam abolitum & antiquatum, hoc noſtro ſæculo Romæ ſanctioribus legibus & inſtitutis inſtauratum eſt, & in diverſas Catholici orbis Eccleſias propagatum ejuſmodi piorum virorum collegium, Mortis confraternitas nominatum Chriſtianæ pietatis dignum exemplar.

Chri-

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 337.	JULII PAP. ANNUS 1.	CONSTANTINI IMP. ANNUS ultim.

I. Conſtantini obitus tempus.

CHriſti annus trecenteſimus trigeſimus ſeptimus Feliciani, & Titiani Conſulatu adnotatur in Faſtis tam Latinis, quam Græcis; licet in Commentario de Romanis Pontificibus, & in Romana Synodo ſub Julio loco Titiani, ponatur Maximinus, ſive Maximianus. Sanctiones autem Conſtantini Imperatoris, hoc anno datæ, dictis Conſulibus Feliciano, & Titiano conſignatæ (*a*) reperiuntur. Quo quidem anno Conſtantinus Imperator ex hac vita diſceſſit, ut Socrates diſertis verbis affirmat, dum chronologia rum Conſulum tum Olympiadum, rem teſtatam reddit: *Vixit* (inquit) *Imperator Conſtantinus annos ſexagintaquinque; trigintaunum regnavit; mortem abiit Feliciano & Titiano conſulibus ad undecimum Kalendas Junii, anno ſecundo ſeptuageſimæ octavæ Olympiadis.* Conſentit his S. Hieronymus, dum Conſtantini obitum trigeſimoprimo ejus Imperii anno ponit; Ruffinus (*b*) etiam, atque Sozomenus (*c*), qui ſexagintaquinque annis eum vixiſſe pariter affirmant; Eutropius (*d*) autem, cum itidem triginta & unius anni ejus Imperii ſit aſſertor, ſexaginta tamen & ſex annorum ætatem egiſſe tradit. Qui ergo Socrati conſentientes, hujus anni Conſulibus Feliciano, & Titiano Conſtantinum dicunt eſſe defunctum; ſic eos oportuit affirmaſſe eumdem annos triginta & unum regnaſſe, ut tamen ultimum non abſolverit, tantumque defuerit ad anni ejus conſummationem, quantum intercurrit temporis ab XI. Kal. Junii, quo defunctus eſt uſque ad VIII. Kalend. Auguſti, quo ipſe Conſtantio patri ſucceſſit.

(*a*) L. 1. de contrahenda empt. Cod. Theod. & alie li.

(*b*) Ruffin. l. 1. c. 11.

(*c*) Sozom. l. 2. c. ult.

(*d*) Eutrop. lib. 10.

II. Euſebius (*e*) autem, Epiphanius (*f*) Victor (*g*), Zonaras (*h*), & ſi qui alii ſunt ex recentioribus, triginta duobus annis Conſtantinum dicunt imperaſſe; ait enim Euſebius: *Duos igitur & triginta annos, extra paucos menſes & dies, cum imperio fuit, eumdemque annorum numerum vita duplicabat; qua omni tempore corpus ei præclare conſtitit, ſine morbo, ſine dolore, nulla conſpurcatum labe, quovis juvenili corpore valentius, aſpectu pulchrum, & ad omnes functiones obeundas, ad quas viribus eſſet opus, robuſtum. Itaque facile ſe exercere, equitare, itinera conficere, bellorum periculis ſe objicere, trophæa de hoſtibus conſtituere, & illas* (*quibus plurimum ante ſolebat*) *ſine ſanguine, ſine cæde de hoſtibus victorias reportare.* Hæc Euſebius; cujus quidem ſententia dicendum eſſet; perveniſſe Conſtantinum uſque ad ſequentem annum, atque ad Conſulatum Urſi ac Polemii, deceſſiſſeque dicta die XI. Kal. Juniarum.

(*e*) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 53.

(*f*) Epiph. l. de menſur.

(*g*) Victor. in Conſt.

(*h*) Zonar. 3. par. An.

Tempus ejus Imperii.

Cæ-

PAGIUS SÆC. IV. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5830.

Anno Urbis 1090. Olymp. 279. an. 1. A. C. 337.

☉ 10. B. ☽ 15. P. 3. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 337.

JULII PAPÆ 1.

CONSTANTII, CONSTANTINI ET CONSTANTIS I.

I. Conſules. [1] A Num. I. ad XX. Coſſ. *Ti. Fabius Titianus* [2] & *Felicianus* ex Inſcriptione Onuphriana. Conſtantioi junioris Cæſaris quaſata Quinquennalia hoc vel ſequenti anno edita. Conſtantii vero Cæſaris Quindecennalia in hunc annum incidunt.

II. Obitus Conſtantini M. *Conſtantinus Aug. ad cæleſtia regna ablatus eſt XI. Kal. Junias, & ipſo anno nuncupati ſunt tres Auguſti, Conſtantinus, & Conſtantius, & Conſtans V. Idus Septemb.* inquit Idacius in Faſtis ſub hujus anni Conſulibus. Idem habet quoad diem & annum Auctor Chronici Alexandrini, qui addit, ipſo S. Pentecoſtes die Conſtantinum demortuum, & quidem recte: hoc enim anno feſtum Pentecoſtes cum die XXII. Maii, ſeu cum die XI. Kal. Junias concurrit. Mortuus eſt abſentibus filiis, Conſtantio tamen non multo poſt ſuperveniente, ut habet Ruffinus lib. 1. cap. 11. & Julianus Orat. 1. pag. 29. Clarius Socrates: *Porro morti ejus nullus ex filiis*

NOTÆ [1] COſſ. *Ti. Fabius Titianus, & Felicianus.* Incertum eſt adhuc, an *Titiano* prænomen *Titi* ac *Fabii* nomen fuerit. Vetus inſcriptio apud Blanchinum in Prolegomenis ad Anaſtaſii tom. II. pag. XXV. ex cœmeterio S. Hermetis.

Con STANTIE. CONSTANTIUS.
.... S. DEP. XVI. KAL. DEC. FELICIANO. ET.
.... XX. TITIANO. COS.

Ita exhibet Blanchinus.
Vulgares Faſti: *Feliciano, & Titiano.*

[2] TItiano huic Conſuli nomina hæc conciliat lapis apud Fabrettum p. 108. in quo etiam prænomen illi non Tiberii ſed Titi datur. Ita lapis: *T. Flavius Poſt. Titianus V. Claris Cons.*

Digitized by Google

III. Contigit hoc anno obitus Constantini.

Cæterum, ut conſignatæ a Socrate de Conſtantini obitu chronographiæ hujus anni Conſulibus Feliciano, & Titiano conſentiamus, illud in primis maxime perſuadet, quod leges poſthac datæ nominibus Conſtantii, & aliorum novorum Imperatorum reperiuntur inſcriptæ potius, quam Conſtantini. Extant de his plura exempla, ut in Codice Theodoſiano, *titulo de Annona, & Tributis*, ubi quarta conſtitutio data legitur a Conſtantio VIII. *Idus Decembris, Teſſalonica Feliciano & Titiano Conſulibus*. Sed & in titulo *de Diſtrahendis pignoribus* habetur reſcriptum Conſtantii Auguſti ad Egnatium Fauſtinum (*a*) datum iiſdem Conſulibus, pridie Idus Decembris. Rurſus vero eodem in Codice titulo *de Honorariis codicillis*, ſub ſequentis anni Conſulibus Urſo atque Polemio, XVII. Kalendas Junii extat data Conſtantii conſtitutio ad Aſconium Africæ Vicarium; quæ quidem omnes leges, ſicut aliæ a Conſtantino latæ, inſcribendæ erant titulo Conſtantini, ſi fuiſſet ſuperſtes, & in ſequentem annum vitam propagaſſet; verum quod ex hac vita migrarit, ejus filii Conſtantii Auguſti nomine notatæ habentur. Sed & quod leges a Conſtantino ſancitæ, in hunc uſque annum datæ reperiantur; erroris arguuntur qui tradiderunt, eum anno Imperii ſui trigeſimo obiiſſe.

(*a*) l. 5. de diſtrahen. pign. Cod. Theod.

IV. Ætas Conſtantini.

Quamobrem inhærentes iis quæ a Socrate & ab aliis antiquis nuper citatis auctoribus de annis triginta, & uno Conſtantini Imperii dicta ſunt, affirmamus cum ipſis, Conſtantinum hoc anno XI. Kalendas Junii e vita deceſſiſſe, Feliciano ac Titiano Conſulibus, Olympiade ducenteſima ſeptuageſimaoctava, anno (ut ait Socrates) ſecundo, ſed juxta Euſebii ſupputationem anno ejuſdem quarto; hacque habita ratione dicendum imperaſſe annos triginta & unum, minus menſibus duobus atque diebus tribus. Sed & quod Euſebius ait, eumdem, quo imperavit, annorum numerum vivendo duplicaſſe extra paucos menſes & dies; dicendum eſt, eum ex hac vita deceſſiſſe anno ſuæ ætatis ſexageſimoſecundo, vel ſexageſimotertio exacto, ſecundum ejuſdem Euſebii ſententiam, afferentis eum imperaſſe (ut diximus) annos trigintaduos præter paucos menſes & dies. His igitur de tempore Conſtantini obitus elucidatis, jam quæ Euſebius ad eum ſpectantia narrat, hic recitemus; atque in primis, quæ de ejuſdem vitæ inſtitutis ad obitum uſque ſervatis, & mala corporis valetudine ipſe præmittit, dum ait (*b*):

(*b*) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 55.

V. Conſtantini vitæ totius exercitia.

Imperator autem uſque adeo mente, rationiſque viribus conſtabat, ut uſque ad ultimam ſenectutem pro conſueto more orationes conſcriberet, ſolitos cum amicis congreſſus faceret, & dignas homine Chriſtiano diſciplinas auditoribus ſuppeditaret. Aſſidue etiam leges ferebat, aliquando de rebus civilibus, aliquando de bellicis; omnia vero quæ ad vitam degendam eſſent neceſſaria, mente & intelligentia comprehendebat. Jam illud dignum ſane ſempiterna memoria eſt, quod cum ejus extremus prope vitæ dies adeſſet, recitabat funebrem quamdam orationem, eo ipſo fere loco quo dicere conſueverat; in qua etiam multa diſputabat perpetua oratione de animorum immortalitate, deque his qui vitam pie ſancteque egiſſent, & de præmiis quæ bonis & gratis acceptiſque Deo hominibus apud ipſum Deum repoſita eſſent: ad hæc etiam, quem finem habituri eſſent, qui contrariam partem ſequerentur, copioſa & longa oratione demonſtrabat, impiorum everſionem & interitum præſentium auribus obiter inculcans. Hæc ille cum conſtanter, & graviter conteſtaretur, ita viſus eſt domeſticos quoſdam ſuos tangere, ut ex eis aliquis qui ſapiens haberi volebat, interrogatus, quid ſibi videretur de Imperatoris oratione? licet invitus reſponderet tamen: Vera quidem illum ſibi videri dicere, atque adeo vehementer laudare, quæ contra numeroſam deorum turbam ab Imperatore diſputata eſſent. Hæc ille cum familiaribus ſuis paulo ante mortem commentans, viſus eſt genere hoc ſermonis viam ſibi ad meliorem vitam mollem atque æquabilem præſtruere. His præmiſſis, & aliis de Apoſtolorum templo, & ſepultura ſibi in eo condita, hæc ſubdit (*c*):

(*c*) Euſeb. in Vit. Conſt. lib. 4. c. 61.

VI. Conſtantini obitus ex Euſebio.

Cum primum oboriretur ei quædam corporis inæqualis intemperies, ad eamque jam vehementior dolor acceſſiſſet; ad calida Civitatis balnea proficiſcitur, & inde ad Civitatem matris ſuæ cognominem, nempe Helenopolim in Bythynia; ubi in Martyrum ſuera æde diu verſatus, ſupplices preces & vota publica adhibuit Deo. Hæc de Conſtantino Euſebius, qui de ſuſcepto ab eodem in ſuburbano Nicome-

diæ

PAGIUS *filiis interfuit*. Fallitur Gothofredus in Chronologia Cod. Theod. quando ait, Julianum citatum teſtari, *Conſtantinum* Conſtantio filio præſente diem obiiſſe. Nam Julianus tantum dicit, *quod unus ex illius liberis, cum adhuc ſuperſtes foret*, (ſc. Conſtantinus M.) *& morbo conflictaretur, eidem accurriſti: eidem vero mortuo ampliſſimos honores habuiſti*. Quæ verba Rufini & Socratis narrationi non adverſantur, ut examinanti patet.

III. Duratio imperii ejus.

Cum autem Regnum inierit Conſtantinus die XXV. menſis Julii anni trecenteſimi ſexti, liquet, eum imperaſſe annos XXX. & menſes X. paucis diebus exceptis. Verum eſt, Euſebium in Vita Conſtantini lib. 4. cap. 53. de ejus Imperii annis ſcribere: *Ac Imperii quidem curriculum duobus & triginta annis explevit, exceptis menſibus ac diebus paucis*. Sed præterquam quod ipſemet Euſebius in Chronico eum annis triginta & menſibus decem imperaſſe ſcribit, in ipſo gro-

diæ baptiſmo narrationem ſubinfert: quæ quidem ſunt a nobis ſuperius recitata, & confutata; eaque in gratiam Conſtantii Imperatoris, ejus filii, hæreticorum Arianorum fautoris, ab ipſo fuiſſe conficta, atque dolo malo compoſita, cum de Conſtantini baptiſmo Romæ ſuſcepto eſt fuſius diſputatum, aperte nos demonſtraſſe exiſtimamus. Sed etſi cæteris omnibus deſtitueremur probationibus, & veriſimilibus conjecturis; ſatis hæc vel ex eo infirma, fide dubia, & labeſactata reddi videntur, quod ab Arianorum omnium calidiſſimo homine, & in præſidium hæreſis Arianæ, atque ad Arianorum patroni, ipſius ſcilicet Conſtantii Imperatoris nutum oſtendimus eſſe conſcripta, ab Euſebio, inquam, illo, qui in his, quæ ſpectant quovis prætextu ad cauſam Arianorum adverſus Catholicos conſovendam, quam egregius ſemper extiterit mendaciorum concinnator, *Acta* Tyria atque Conſtantinopolitana contra Sanctum Athanaſium ſuperius recenſita locupletiſſimam fidem faciunt. Tacuit Euſebius, quod de Conſtantini obitus cauſa pervulgatum fuit; nempe ipſum *a* fratribus ſuis (hi erant Conſtantius, & Anniballianus) potatum eſſe veneno; ob eamque cauſam a Conſtantino datas eſſe Euſebio Nicomedienſi litteras ad Conſtantium filium, ut caveret ſibi a patruis. Iſthæc vera ne ſint, & quibus ferantur auctoribus, dicemus inferius, cum de eorumdem nece agemus. At quid poſt hæc addat Euſebius, eodem quo ea texit ordine hic reddamus (*a*):

(*a*) *Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 63. 64.*

VII. Ultima acta, & elogia Conſtantini.

Cum vero (inquit) *Centariones, & Ducer militares intromiſſi, caſum ſuum deplorarent, quod deinceps ſe orbes fore, lugubri voce teſtarentur; longioremque ei vitam optarent; etiam his reſpondit: Se nunc veram vitam adeptum eſſe, ſeque ipſum ſolum intelligere, cujus felicitatis particeps factus ſit; ac propterea feſtinare, nec migrationem ad Deum ſuum procraſtinare. Deinde quæ videbantur, extrema quaſi voluntate ſua diſponebat; ac Romanos, qui regiam Civitatem incolebant, annuis penſionibus honorifice donabat; liberis vero ſuis regni hæreditatem, tamquam patrimonium, relinquebat; cæteraque omnia quæ ei videbantur, expreſſo diſertiſque verbis deſcribebat. Hæc ſigillatim omnia geſta & conſummata ſunt maxima illa celebritate veneranda & ſacra Pentecoſtes, quæ ſeptem continuas hebdomadas omnibus honoribus decorata, ad extremum unitatis numero conſignata eſt; quo tempore, ſacræ litteræ teſtantur, & communis noſtri Salvatoris in cælos aſcenſum, & ſancti ad homines Spiritus deſcenſum accidiſſe. Hujus celebritatis extremo fere die (quam ſi quis omnium celebritatum principem & maximam vocet, haud aberraverit) omnia iſta conſecutus Imperator ipſo meridie ad Deum ſuum aſſumptus eſt, partem ſui mortalem mortalibus cognatam relinquens humi, ſed unam partem intelligentem & divinam Deo conjungens ſuo. Hic Conſtantini extremus vitæ dies fuit.* Hactenus Euſebius, hiſtoriam proſecutus uſque ad obitum Conſtantini. Prænunciam vero Conſtantini obitus apparuiſſe in cælo crinitam ſtellam, quæ inuſitatæ magnitudinis diu refulſit, auctor eſt Eutropius (*b*).

(*b*) *Eutrop. lib. 10.*

VIII. Tabula Conſtant.

Quæ autem ad Conſtantini pertinet teſtamentum, Ruffinus hæc addit (*c*): *Venerabilis Auguſtus Conſtantinus in ſuburbana villa Nicomediæ trigeſimo & primo Imperii ſui anno defunctus eſt, liberis de ſucceſſione Romani Orbis teſtamento hæredibus ſcriptis. Quo in tempore, quoniam quidem Conſtantius, cui Orientis regnum decreverat, præſens non erat, dicitur ſecreto accerſiſſe presbyterum, quem a ſorore commendatum ſupra diximus, & exinde familiariter habitum, tradidiſſe ei teſtamentum quod ſcripſerat, & obteſtatus ſub ſacramento, ne ulli, niſi Conſtantio, cum veniſſet, in manus traderet. Cui etiam quod eunuchi qui erant in Palatio favebant, arte, indicio de Imperatoris morte ſuppreſſo uſque ad Conſtantii præſentiam, multis nova tentantibus oppreſſis, res tuta integraque remanſerunt. Cum vero Conſtantius adfuiſſet, depoſitum presbyter reſtituit. Cujus beneficii gratia, Imperator regni cupidus, ita ei devinctus eſt, ut, qui imperare cunctis ambierit, ab illo ſibi imperari æquanimiter pateretur; ex quo devincto ſibi Imperatore, cœpit de Arii reſtitutione ſuggerere, & nolentes acquieſcere ſacerdotes uti cogeret, perſuadet.* Hæc Ruffinus; ſed in his quæ de tractata Arii reſtitutione dicit poſt obitum Conſtantini; ex iis quæ ſuperius ea de re omni ex parte teſtata, perſpicua reddita ſunt, omnino refellitur. Eadem quoque de concredito teſtamento presbytero illi, affirmant Socrates (*d*) atque So-

(*c*) *Ruffin. lib. 1. c. 11.*

(*d*) *Socr. lib. 1. c. 26.*

PAGIUS procemio ejuſdem Vitæ docet, ſe Imperii Conſtantini annos per decennalia, Vicennalia & Tricennalia numerare; ita ut die XXV. menſis Julii anni Chriſti trecenteſimi triceſimi quinti, quo Tricennalia dedit, annos triginta numeret Euſebius, qui præfationem illam a morte Conſtantini inchoans ait: *Nuper quidem univerſum hominum genus ſecunda ac tertia Magni Imperatoris noſtri Decennalia certis temporum ſpatiis redeuntia feſtivitatibus & conviviis celebravit. Nos quoque ipſi nuper eumdem victorem ac triumphatorem cœtu famulorum Dei circumſeptum in ejus Vicennalibus dicta venerati ſumus. Sed & Tricennalium Orationum coronas ei texentes, nuper in ipſo Palatio ſacrum ejus caput redimivimus. Verum nunc incepti animi hæreo; cupiens quidem aliquid* MORE SOLITO *proferre, ſed quo me vertam prorſus ignarus, inuſitato vel ſpectaculo percullus.* Euſebius itaque, qui in ea Vita conſcribenda Oratorem magis, quam Hiſtoricum agit, ut

(a) Sozom. lib. 2. c. 32. Sozomenus (*a*). Spectare etiam jure dixerimus ad Conſtantini teſtamentum, quod declaravit ultima voluntate, Athanaſium in ſua eſſe reſtituendum Eccleſiam; quod ſuperius, dum de ejus exilio actum eſt, pluribus demonſtravimus.

IX. Quiſnam autem fuerit presbyter ille, qui primo apud Conſtantiam Auguſtam

Arianus presbyter ignotus. deinde apud Conſtantinum Imperatorem, ac denique penes filium ejus Conſtantium tantæ fuit exiſtimationis, quem & dicunt ſecta fuiſſe Arianum; nemo unquam (quod ſciam) ſcriptis prodidit; conjectura tamen ſi res agitur, videtur hic ille fuiſſe Acacius Luſcus presbyter, qui in ſede Cæſarienſi Palæſtinæ metropoli ſucceſſit, cum defunctus eſt Euſebius Pamphili. Ut autem id exiſtimemus, illud magnopere perſuadet, quod dicant hunc imperaſſe Conſtantio Imperatori. De Acacio tradit S. Hieronymus (*b*), ea claruiſſe fama ſub

(b) Hier. de ſcrip. Eccl. in Acacio. Conſtantio, ut ipſe Romæ in locum Liberii Papæ Felicem Epiſcopum conſtituerit; quod ei haud facere quidem, ſed nec tentare licuiſſet, niſi ſumma præ ceteris apud Conſtantium ipſum gratia, amicitia, atque etiam ſacerdotali auctoritate plurimum valuiſſet. Sed de his liberum eſto cuique, ut vult, opinari.

X. Ceterum nullius commoveat animum,

Conſtant. excuſatur. & in ſuſpicionem adducat de Catholica fide Conſtantini intimus ejuſmodi amicitiæ uſus & conſuetudo cum presbytero Ariano; cum ille nequaquam ſe proderet, qualis eſſet; qui ad omnem perfectæ vitæ integritatem ex induſtria mores componens, ſummum de ſe ederet omnibus in rebus ad decipiendum Imperatorem ſpecimen ſanctitudinis; ſed &, ſicut Euſebianos omnes feciſſe narratum eſt, nequaquam ſe manifeſtaret Arianum; licet, ſicut illi, Arium geſtaret intrinſecus; vivo enim Conſtantino, omnes quamtumlibet Arianæ hæreſis ſtudioſiſſimos, in gratiam Imperatoris ſe exhibuiſſe Catholicos; ſed & Arium ipſum, ſuo damno, id juramento quoque affirmare conatum eſſe, ſatis ſuperque eſt ſuperius demonſtratum, cum de Euſebianis egimus, ad circumveniendum Imperatorem ea arte optime comparatis. Quod vero idem Ruffinus hæc narrando dicat, eunuchorum opera Conſtantini obitum uſque ad Conſtantii Imperatoris adventum ſilentio fuiſſe ſuppreſſum, inde puto accidit, ut apud ipſum Conſtantium Imperatorem magno in pretio & æſtimatione eunuchi fuerint; cujus rei cauſa idem Conſtantius peſſime ſemper audivit; cum tamen apud Conſtantinum, ejus patrem, ejuſmodi genus hominum humili loco contineri ſoleret; quod Lampridius (*c*) tradit in Alexandro, cum ait: *Scio, Imperator Conſtantiae, quo periculo iſta dicantur apud Imperatorem qui talibus ſervit; ſed ſalva Republica, poſteaquam intellexiſti quid mali clades iſtæ habeant, & quemadmodum Principes circumveniant, & tu eos eo loci habes, ut nec chlamyde uti juſſeris, ſed neceſſitatibus domeſticis delegaris.* (c) Lamprid. in Alex. in fin.

Sed jam quæ ſunt Conſtantini funeris proſequamur. Euſebius itaque res geſtas poſt ejus obitum ſic ſubdit (*d*): *Satellites igitur & univerſus ſtipatorum cœtus, dilaceratis veſtibus, corporibuſque ad pavimenta projectis, & colliſis ad ſolum capitibus, lugubres voces cum magno luctu, & clamoribus edebant; cum identidem dominum, Principem, Imperatorem, & tamen non ut dominum & tyrannum, ſed ut patrem pii liberi & germani inclamarent; Centuriones vero manipulares ſervatorem, cuſtodem, beneficum prædicarent; totus exercitus cum omni reverentia, tamquam ovium greges, paſtorem ſuum deſiderarent; populus omnis per omnem urbem volitaret, occultum animi vulnus apertis vociferationibus & clamoribus conteſtans; reliqui demiſſo vultu tamquam obſtupefacti incederent; ſinguli eam ſibi calamitatem præcipue accidiſſe putarent, ſeque ipſos quaſi communi humanæ vitæ ſalute orbatos miſerabiliter affligerent.* XI. (d) Euſeb. Vit. Conſt. l. 4. c. 65. 66. Conſtantini funus.

Hic milites arreptum cadaver aurea capſula includunt, & undique purpurea veſte contectum, Conſtantinopolim perducunt. Ibi tum in omnium magnificentiſſimis Imperatoriis ædibus, celſo atque edito loco, deponunt; laminibuſque circumfunus aurea ſuper candelabra accenſis, admirabile ſpectaculum intuentibus præbebant, & ſane hujuſmodi, quale numquam in terris ullum a condito mundo ſub Sole viſum eſt. Nam intus in ipſo fere medio regii Palatii, excelſa & aurea capſula incluſum Imperatoris corpus, Imperiali apparatu, id eſt, purpura & diademate ornatum, permulti circumfuſi vigiles die noctuque aſſervabant. Jam totius exerci- XII. Pompa funeris egregia.

PAGIUS ut omnibus notum, eam adjungere voluit Orationibus, quas in *Conſtantini* Vicennalibus & Tricennalibus habuerat, ita ut illa ſingulis decenniis geſta complecteretur, quæ quaſi partes tres ut inter ſe cum quodam lepore conſentirent æquabili ratione ac uno eodemque genere tractare voluit, ut expoſui in ſecunda parte Diſſertat. Hypaticæ cap. 4. num. 19. & notavit etiam Spanhemius V. C. lib. de Præſtantia & Uſu Numiſmatum. Quare Epiphanius, Philoſtorgius, aliique Antiqui, qui annos triginta duos Imperii Conſtantini aſſignarunt, modum loquendi Euſebii non intellexere, vel annos triginta duos utrimque incompletos numeravere. Quæ explicatio certa. Decennalia enim aliaque id genus feſta epochæ quædam erant, a quibus aliquando tempora ab Antiquis computata.

IV. Vixit Conſtantinus *annos ſexaginta quinque*, ut teſtantur Rufinus lib. 1. cap. 11. Socrates lib. 1. cap. ult. Sozomenus lib. 2. cap. pariter ult. & Theo-

tus Duces & Comites, omniumque Principum cœtus, quibus antea in more fuit Imperatorem venerari, priſtinum morem & conſuetudinem conſervantes, ſtatis temporibus introeuntes, Imperatorem in capſula jacentem tamquam vivum etiam poſt mortem humi procumbentes ſalutabant. Horum reverentiam eodem pietatis officio ſubſecutus eſt Senatus, & omnes reliqui magiſtratus. Tunc vero cujuſque ordinis hominum, etiam mulierculam & puerorum, infinita turba ad idem ſpectaculum confluebat. Hæc per multos dies factitata, quod exercitus conſiſtere funus eo loco, & per ſe aſſervari conſtituerat, quoad ejus filii reverſi, efferendo paterno per ipſos funere, patrem ſuum honoraſſent. Solus vere iſte beatus Imperator etiam mortuus regnavit; cum ei ſoli poſt hominum memoriam, vel ipſo Deo auctore, omnes qui ſolebant honores tamquam ſuperſtiti tribuerentur. Nam cum is ſolus ex omnibus Imperatoribus Regem omnium Deum, & Chriſtum ejus, omnibus vitæ actionibus pie ſancteque coluerit; jure ſane etiam hunc honorem ſolus adeptus eſt, ut Dei voluntate, quod in eo morte ſepultum erat, tamen apud homines regnaret: ut iſta ſcilicet ratione nobis Deus ſignificaret, animorum regnum his qui non prorſus obduruerunt, numquam conſeneſcere, numquam emori. Atque hæc quidem iſto modo:

XIII. *Interea (b) Duces ſelectos quoſdam e toto exercitu, homines quorum aliquando erga Principem fides & benevolentia perſpecta fuit, ad Cæſares mittunt; qui omnem rem geſtam eis nunciarent. Id quod illi cum diligenter feciſſent, cumque ſtatim quaſi diviniore quodam afflatu cunctæ per omnes oras ſparſæ legiones de Imperatoris morte audiviſſent; eodem animo, & conſenſione ſtatuunt, ſe perinde atque ſi adhuc ſibi Magnus Imperator Conſtantinus viveret, neminem præter ejus filios Romani Imperii Principem agnituros.* De concordia autem militum, eorumdemque Chriſtianorum erga Conſtantium Cæſarem, qui prope aderat, numiſma hic cudendum curavimus, quo potiſſimum Chriſtianæ religionis inſignia eniteſcunt, nempe Labara ſigno Crucis & Chriſti nomine inſignita.

(b) *Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 68.*

Militum laudata conſtantia.

(a)





(a) *Acceptum e Lælio Paſqualino Rom.*

Quem vero intueris hic Conſtantium Cæſarem tantum nuncupatum, & abſque diademate; plane præſentis temporis indicat ejus ſtatum; nam paulo poſt tum ipſum, tum fratres ejus, Auguſti ſunt appellati; ſubdit enim Euſebius: *Ac non multo poſt, non jam eos Cæſares ſolum, verum etiam Auguſtos omnes nuncupari volebant; quæ vox maximæ cujuſdam dignitatis plena, celſiſſimi Imperii propria nota eſt. Hæcque omnium copiarum, quocumque loco eſſent, una eademque conſenſio, vel ipſo temporis momento ad omnium aures pervenerat, cum ipſi ſua decreta & ſententias viciſſim ſecum per ſe ſcripta communicarent:* & paulo inferius.

(c) *Euſeb. lib. c. 70. 71. 72. 73. 74. 75.*

XIV. *Hic (c) honor ei a legionibus, homini ab ipſo Deo honorato, delatus eſt. Sed minor natu filius ad patris funus accedens, idemque princeps efferendi funeris, in urbem id deduxit. Præibant turmatim militum cohortes, infinita hominum turba ſequebatur. Imperatoris funus haſtatis, & armatis militibus cingebatur. Ut vero ad Salvatoris noſtri Apoſtolorum ædem ventum eſt, funus deponunt. Sic adoleſcens Conſtantius Imperator, cum præſentia ſua, tum reliquis rebus tanto homine dignis, omnia patri pietatis officia præſtabat. Sed cum is jam cum reliquis militum cohortibus receſſiſſet, aderant Dei ſacerdotes circumfuſi turba, ac univerſo pietatis ſtudioſo populo, a quibus divinus per preces cultus adhibitus eſt.* Vides pium Fi-

Conſtantii pietas.

PAGIUS & Theophanes ac Cedrenus. Verum eſt, Hieronymum in Chronico ſcribere, mortuum eſſe Conſtantinum *anno ætatis ſuæ LXVI.* Sed annos utrimque incompletos pro integris recenſuit. Nec obſtat Euſebius, quando in lib. 4. Vitæ Conſtantini cap. 53. ſcribit: *Ac Imperii quidem curriculum duobus & triginta annis explevit, exceptis menſibus ac diebus paucis: vitæ vero ſpatium duplo fere longius fuit.* Nam ut jam dixi, Euſebius Imperii Conſtantini annos per Decennalia, Vi-

Quot annis vixerit Conſtantinus.

Fidelium ritum fuiſſe, proſequi precibus animas defunctorum. Sed de hoc ipſo rurſum, cum ſubdit: *Hoc igitur loco excelſo ſolio jacens beatus Princeps, glorioſe prædicabatur.*

XV. Preces pro defuncti anima. *Jam populus frequens una cum ſacerdotibus non ſine lacrymis, & ſane magno cum gemitu preces pro anima Imperatoris Deo fundebant, in quo & illi gratum atque optatum pio Principi officium præſtabant, & Deus ipſe ſingularem benevolentiam erga famulum ſuum oſtendit; quod poſt mortem caris ejus ac germanis filiis, patris ſui ſucceſſoribus, Imperium donaſſet: &, quem votis expetivit, locum una cum Apoſtolorum Memoria conſecutus eſt. Nam adhuc quidem licet contemplari ter beatæ animæ tumulum Apoſtolici nominis appellatione decorari, & ad Dei populum aggregari, divinisque cærimoniis, & myſtico ſacrificio, ſanctarumque precationum ſocietate perfrui, atque etiam poſt mortem cum Imperio eſſe, tamquam jam in filiis reviviſcens, ſummum Imperii adminiſtraret, Victor, Maximus, Auguſtus ipſa appellatione vocitatus.*

XVI. Constantinus superſtes in Filiis. *Neque tamen ita, ut Ægyptia illa avis nempe Phœnix, quam ajunt, cum naturæ providentia unica ſit, ſibi ipſi mortem conſciſcentem in aromatum acervo emori, ex cineribus vero ejus reviviſcere, & excitari aliam ejuſmodi, qualis ipſa fuit: ſed Salvatoris ſui exemplo, qui pro uno fere tritici ſemine, benedicente Deo, ſpicam multis ſeminibus refertam exhibuit, ſuoque fructu univerſum Orbem complevit; ita is ter beatus per trium liberorum ſucceſſionem, pro uno multiplex redditus eſt, ita ut in imaginibus, & picturis apud omnes gentes una cum liberis ſuis eumdem honorem adeptus ſit, & Conſtantini nomen etiam vita functus retineat.* Jam (a) *vero in ipſis nummis exculptæ formæ, quæ una parte beatum hunc noſtrum obvoluto capite repræſentabant; altera parte quadrigis inſtar aurigæ inſidentem, demiſſa illi cælitus manu dexteram exceptum.*

(a) Vit. Conſt. l. 4. c. 74.

XVII. Dignæ laudes Conſtantini. *Hæc exempla cum omnium mortalium Deus in ſolo Conſtantino, qui ex omnibus Chriſtianis maxime tandem aliquando Chriſtianus declaratus eſt, noſtris oculis proponeret; nimirum oſtendere voluit quantum inter eos interſit, qui ipſum Chriſtumque ſuum colere vellent, quique contrariam ſectam ſequerentur, id eſt, qui Eccleſiæ ejus bellum inferentes, ipſum ſibi hoſtem & inimicum redderent; cum cujuſque vitæ exitus manifeſtum argumentum præberet ſuæ cum Deo inimicitiæ: quemadmodum Conſtantini extremus dies, quanta pietate Deum coluiſſet, aperte demonſtrabat. Solus enim ex omnibus Romanis Imperatoribus Deum omnium Regem incredibili pietatis ſtudio honoravit; ſolus omni cum libertate vocis & linguæ Chriſti verbum perſonuit; ſolus, ut ita dicam, Eccleſiam ejus præter cæteros ab omni ævo honoribus affecit; ſolus impium multorum deorum fictitium cultum ſuſtulit, omneſque viae idololatriæ refutavit; ſolus igitur, & dum viveret, & poſtquam mortuus eſt, his honoribus cumulatus eſt, quales neminem aliquando nec apud Græcos, nec barbaros, ſed ne antiquiſſimis quidem Romanorum temporibus (cum neminem cum iſto conferendum ulla umquam ſæculorum memoria nobis profuderit) adeptum eſſe, quiſquam commemorare poteſt.* Hactenus Euſebius.

XVIII. Quod vero ſpectat ad cuſos nummos, quorum Euſebius meminit, qui Conſtantinum altera parte capite obvolutum reddant, altera vero inſtar aurigæ, quem inſidentem quadrigæ demiſſa manus in cælum accipiat; vidimus ex eis plures ejuſdem generis; quorum unum formis diligenter expreſſum, hic (ut vides) reddendum curavimus.

Sed

PAGIUS Vicennalia & Tricennalia modo Oratorio numerat: & adverbium *fere* apud Latinos, quemadmodum ἀμφὶ apud Græcos, tam exceſſum quam defectum ſignificat, & ſæpe ſumitur pro *circa* vel *circiter*. Quare natus erat Conſtantinus anno Chriſti CCLXXII. ex Helena priori Conſtantii Chlori conjuge, quæ cum octogenaria mortua fuerit, annum circiter vigeſimum ſextum ætatis attigerat, quando Conſtantinum peperit.

Ad

(a)



(a) Num. areus extat apud D. Horatium Tygrinum de Marius Romæ. Conſtantini Numiſma.

XIX. Sed cur operto capite, immo & tota velata Conſtantini effigies poſt mortem, cum ad ſuperos tranſit, expreſſa habetur? Num more Gentilium, quod Romani deos adeuntes (quod ait Plutarchus *b*) eo ſigno animi demiſſionem profiterentur, velatoque capite numina venerari ſolerent? ſicque Conſtantinum relatum inter divos, mortalem inter mortales, eo habitu ſummiſſionem animi præſeferentem, æquum fuerit demonſtrari? cum id præſertim nec a Chriſtiano ritu procul abhorrere videretur, quod de Elia (*c*) divinis litteris proditum ſit, tranſeunte Domino, pallio vultum operuiſſe. An quod ſicut velo obducta Æternitas effigiari ſoleret, ita Conſtantinus, poſt obitum in cælum receptus, æternam gloriam ſit conſecutus? Vel dicemus potius, quod veli appoſitio hieroglyphicum apud Gentiles eſſet noctis, ac vitæ humanæ termini, ultimique ejus finis? ipſamque quadrigam ſumma actam velocitate, totius vitæ hominis per quatuor anni tempora ſignificare curriculum? prout in antiquis ſepulcris hæc omnia egregie expreſſa cernuntur quorum illud in exemplum adducimus, quod eſt perſpicuum omnibus in Eccleſia S. Laurentii in Agro Verano, ad cœmeterium Cæriacæ, in cujus ingreſſu a dextris ſepulcrum adeſt his ſignis nobiliter ſculptum: ubi in vitæ curſus fine, quadrigæ equis in proclive deorſum ad inferna loca labentibus, Noctis ineſt ſimulacrum velum obtendentis, per quod finis temporum deſignatur; quod & in alio ſarcophago egregia ſculptura celebri viſitur in ædibus V. I. Tiberii Ceuli in atriolo ad ſecundum ſcalarum ordinem poſito, ubi juxta Cereris quærentis Proſerpinam currum Noctis ineſt ſimulacrum, nempe alata fœmina velum prætendens, quo cum diei, tum lucis præſentis vitæ finis ſignificatur.

(b) Plutar. qq. Rom. q. 10.

Velati capitis myſterium.

(c) 3. Reg. 19.

XX. Sic igitur cum veli ſuperinductio eſſet hieroglyphicum noctis, ſimulque mortis indicium; æque congruere videri poteſt, ut, quas cernis imagines Conſtantini, demonſtrent eum vita defunctum, verum nequaquam deorſum ut alios deſcendentem ad tartara, ſed extenta manu cælitus ſubvectum ad ſuperos. Quod quidem cum de nullo alio Imperatorum a Senatu patriis ritibus, quos ſcribit Herodianus (*d*), inter divos relatorum, ſit in numiſmatibus reperiri; in quibus aliis plane ſignis ab his longe diverſis, eorumdem conſecratio habetur expreſſa: a Chriſtianis potius quam a Gentilibus Conſtantinum ſic poſt mortem in nummis effigiatum eſſe, poſſumus intelligere. Sed & his addimus, quod nec abhorreret a Chriſtianorum more, ſic Conſtantinum poſt obitum velatum oſtendere, quibus ſolemne erat (ut ſuo loco ſuperius dictum eſt) funebri linteo ad opus compoſito defuncti corpus obvolvere. Cæterum quod tradit Eutropius (*e*), Conſtantinum inter divos eſſe relatum; vel potuit ille intellexiſſe ejuſmodi recenſita officia a Chriſtianis eidem poſt mortem exhibita, vel quid a Gentilibus Senatoribus more patrio actitatum. Illud quidem notum eſt omnibus, a Græcis ſolemni celebritate Conſtantinum coli ut ſanctum, animamque ejus ſubvectam inter beatos in cælum: inter ſanctos enim relatus reperitur in Eccleſiaſticis eorumdem Græcorum tabulis, qui diem anniverſarium natalis ejus religioſo cultu hactenus proſequuntur.

Conſtantinus relatus ad Superos.

(d) Herod. lib. 4.

(e) Eutrop. lib. 10.

XXI. Porro quod ad locum ſepulcri ſpectat; quantumlibet ipſum Imperatorem ſummo honore ſuneratum atque ſepultum Euſebius prædicet; nequaquam tamen Conſtantius ejus filius auſus eſt eum tumulare intra ipſam baſilicam Apoſtolorum, ſed foris in atrio. Quod, præter illa quæ dicta ſunt ſuperius, accurate conſiderans S. Joannes Chryſoſtomus ait (*f*): *Hic quoque* (Conſtantinopoli nempe) *Conſtantinum*

Locus ſepulturæ Conſtant.

(f) Chryſ. hom. 26. in 2. epiſt. ad Corinth.

PAGIUS V. Ad num. XX. Philoſtorgius lib. 2. cap. 17. Chriſtianos accuſat, *quod imaginem Conſtantini in porphyretica columna ſtantem ſacrificiis placarent, & lucernis accenſis ac ſuffitibus honorarent, vota etiam facerent ut Deo, & ſupplicationes ad depellendas calamitates peragerent*. Sed jure merito Philoſtorgium reprehendit Photius; id enim prorſus commentitium & a Religione Chriſtiana alienum. At quod ait Philoſtorgius, lucernas & cereos ad ejus ſtatuam accenſos, preceſque ei directas, & morborum curationes ab eo poſtulatas, id verum, nec reprehendi debuit a Photio;

Honores Conſtantino redditi.

num Magnum filius ita demum ingenti honore ſe affecturum exiſtimavit, ſi eum in Piſcatoris veſtibulo conderet; quodque Imperatoribus ſunt in aulis janitores, hoc in ſepulcro Piſcatoribus ſunt Imperatores. Atque illi quidem, velut domini, interiores loci partes obtinent; hi autem, velut accolæ ac vicini; præclare ſecum agi putarunt, ſi veſtibuli janua ipſis aſſignetur. Hæc ipſe & alia plura, amplificans gloriam ſervorum Dei, quos præ cunctis Regibus terræ voluit honorari. Eadem quoque concionatus alias (*a*): *Nec hoc tantum*, inquit, *quis Romæ fieri viderit, verum & Conſtantinopoli; nam & hic Conſtantinum Magnum ipſius filius in honore magno cenſuit haberi, ſi pro foribus Piſcatoris paternum corpus collocaret.* In eadem vero Apoſtolorum baſilica non tantum (ut dictum eſt) Imperatores, ſed & Epiſcopos ſepeliri conſueviſſe, Sozomenus teſtatur, cum ait (*b*): *Ab eo igitur, tamquam ex ejus rei auctore conſuetudine ducta, Imperatores Chriſtiani ibi ſepeliuntur, atque Epiſcopi etiam: quippe cum dignitas ſacerdotalis Imperii dignitati par ſit, immo vero in locis ſacris primas partes obtineat.* Sic ipſe. Et hæc quidem tum Conſtantinopoli facta ſunt.

(a) *Chriſoſt. hom. 66. ad popul. Antiochenum.*

(b) *Sozom. l. 2. c. ult. in fine.*

XXII. Sed quanto mœrore ac luctu proſecuta ſit vetus Roma Conſtantini obitum, Euſebius docet hujuſmodi narratione (*e*): *Ut vero Imperatorem vita functum eſſe, Senatus populuſque Romanus, ac tota Imperatoria civitas accepiſſet; cum hac famâ nihil ſibi gravius aut luctuoſius accidere poſſe exiſtimarent: nullum doloei & lamentationi modum ſtatuebant; nam balnea clauſa, & fora, publica item ſpectacula ſummota, & præterea omnia quæ per vitæ otium & tranquillitatem facere ſolebat animus pacatus & nulla perturbatione impeditus; nam qui ante lætitiis omnibus affluebant, nunc triſti & demiſſo vultu in publicum procedebant: & omnes tamen beatum Imperatorem, acceptumque Deo, & vere Imperio dignum prædicabant. Neque hac voce tantum & clamoribus ſignificabant, verum etiam re ipſa declarabant, cum eum vita functum pictis tabellis tamquam vivum colerent; nam cum cœli effigiem in tabellis propriis coloribus expreſſiſſent, depingunt eum ſuper cæleſtes orbes in æthereo cœtu requieſcentem. Jam liberos ejus hi ſolos rerum dominos & Auguſtos nuncupabant; adhibitiſque ſupplicibus vocibus, funus Imperatoris ſui ad ipſos efferre, & in Imperatoria urbe deponere cupiebant.* In hunc modum Euſebius; atque hactenus de Conſtantini funere; cujus quidem corporis effigies ſic a Nicephoro deſcribitur (*d*):

(e) *Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 69.*

Romanorum luctus in obitu Conſtant.

(d) *Niceph. l. 8. c. 55.*

XXIII. *Fuit Conſtantinus forma decore nemini ſecundus; & cum gratioſus maxime fuit, tum decentiæ ipſi magnificentiam conjunxit; ſtatura quoque corporis ſpectabundus; nam neque nimium procerus eſt habitus, & exiguam brevitatem longe ſupergreſſus eſt; humeris latis, ſenſim cervicem craſſiorem prætulit; colore corporis rubicundus, minus denſum habuit capillum, eumque flaveſcentem; barba mediocriter tenuis & rara, neque admodum demiſſa erat; ſtaut in pleraque faciei parte ſuccreſcere non videretur; oculi quales virum decent, & placidi, ex quibus mirifica quædam eminebat gratia, acutioreſque illi, & grandiores; naſus ſubaduncus, cui carnoſum quiddam inſidebat; facies ipſa latior, & magnanima admodum.* Hec Nicephorus.

Conſtantini effigies & habitudo corporis.

XXIV. Animæ vero faciem ex rebus geſtis facile deprehendes, quam Ethnici quoque ſcriptores perpaucis quibuſdam lineamentis ſic expreſſere; etenim Victor (*e*) hæc de eo: *Commodiſſimus rebus multis fuit, calumnias ſedare legibus ſinceriſſimis, nutrire artes bonas, præcipue ſtudia litterarum; legere ipſe, ſcribere, meditari, audire legationes & querimonias provinciarum.* Ita quidem Victor; ſed & Eutropius (*f*): *Civilibus* (inquit) *artibus & liberalibus ſtudiis deditus erat, affectator juſtitiæ & amoris, quæ omnino ſivi & liberalitate, & docilitate quæſivit.*

Mores ejuſdem.

(e) *Victor in Conſt.*

(f) *Eutrop. lib. 10.*

XXV. Dat tamen crimini Conſtantino Victor, quod (ut ait) fuerit ultra quam æſtimari poteſt, laudis avidus; verum quod mox ſubdit; eum deciſorem potius, quam appetitorem fuiſſe laudis, ſignificat, dum illud ſuperius a nobis recitatum inculcat: *Hic Traianum, herbam parietariam, ob titulos multos in ædibus inſcriptos, appellare ſolitus erat.* Cum certe in tot (ut alias diximus) ubique locorum erectis a Conſtantino baſilicis, cæteriſque ædificiis publicis, quæ ſupeſunt, numquam vel rariſſime inveniat quis in aliquo ipſorum Conſtantini nomen inſcriptum; ut ex his ſaltem ejuſdem Victoris teſtimonio refellere liceat illatam in eum ab ipſo calumniam. Sed alterius fortaſſe generis gloriæ, quæ ex militia comparatur, Conſtantinum cupidiſſimum fuiſſe, Victor voluit ſignificaſſe, ſecundum ea quæ de eodem Eutropius affirmat his verbis: *Innumeræ in eo animi corporiſque virtutes claruerant; mili-*

Calumnia Victoris arguitur.

PAGIUS tio; cum idem teſtetur Theodoretus lib. 1. cap. ultimo, & ex eo Nicephorus in fine lib. 6. & Auctor Chronici Alexandrini anno Chriſti CCCXXX. ſcribat: *Cum feciſſet ſibi aliam ſtatuam ex veteri quodam ſimulacro inauratam, quæ dextra manu geſtabat Fortunam urbis Conſtantinopolitanæ, quæ ipſa quoque erat inaurata, juſſit ut eo die, quo Circenſes ob Natalem urbis Conſtantinopolitanæ edebantur, introiret eadem ſtatua ſimulacri deducta a militibus lanas & campagos ſeu calceos habentibus, & cereos albos manu geſtantibus: atque currus, quo ſtatua ve-*

taris gloriæ appetentiſſimus, fortuna in bello proſpera fuit, verum ita, ut non ſuperaret induſtriam. At hac ex parte laude quoque digniſſimus Conſtantinus fuit; quippe qui ſecundum illud Apoſtoli (*a*): *Qui gloriatur, in Domino glorietur*; omnes adverſus tyrannos & barbaros uni Chriſto victorias acceptas ferret: quod in omnibus pene edictis ſuperius recitatis, ingenue ac libere profitetur. Non igitur humanæ jactantiæ, ſed grato eſt animo adſcribenda cuncta ejus gloriatio in Deum refuſa, quem bonorum omnium (ut vidimus) ſuis ſcriptis ſemper prædicabat auctorem.

(*a*) 1. Cor. 10.

XXVI. Conſtantinus excuſatur. Rurſum vero ea fuit Juliani Apoſtatæ in Conſtantinum querela, quod magiſtratus ampliſſimos contulerit quoque barbaris. Quod ſi hoc delictum eſt; gravius in hoc peccaſſe ipſum Julianum, idem Ammianus docet his verbis (*b*): *Tunc & memoriam Conſtantini, ut novatoris, turbatoriſque priſcarum legum & moris antiquitus recepti, vexavit; eum aperte incuſans, quod barbaros omnium primus ad uſque faſces auxerat & trabeas Conſulares; inſulſe nimirum & leviter, qui cum vitare deberet id quod infeſtius objurgavit, brevi poſtea Mamertinum ad Conſulatum evexit, nec vita, nec ſplendore, nec uſu, nec gloria horum cujuſquam ſimilem, quibus magiſtratum detulerat ampliſſimum Conſtantinus; contra, inconſummatum, & ſubagreſtem, &, quod minus erat ferendum, celſa in poteſtate crudelem.* Hæc Ammianus. At quid adeo novum atque mirandum, ſi Magnus Conſtantinus, preſſus bellis civilibus, ejuſmodi magiſtratibus barbarus ſibi devinxit, cum ex barbarorum nationibus homines ſciverit ad Romanum Imperium adminiſtrandum jam antea perveniſſe, ut Severum ex Africa, Maximinum e barbaris ortum parentibus, quorum alter e Gothia, ex Alanis alter genitus perhibetur, Philippum ex Arabia, e Pannonia Probum, Carum e Gallia Narbonenſi, Diocletianum e Dalmatia libertinum, e Dacia vero Ripenſi Galerium armentorum paſtorem? cum alioqui præter unum Ablavium Ægyptium, quem ex barbaris crearit Conſtantinus Conſulem, invenerimus neminem: verum & ipſos Ægyptios jam inter Romanos Cives & Senatores allectos ab Antonino Caracalla, ex Dione ſuperius dictum eſt. Sed prolixi nimis eſſe videmur in excuſando Conſtantino ab hac Juliani calumnia, in qua, etiam ſententia Ammiani Ethnici hominis, ejuſdem Juliani ſtudioſiſſimi, ipſe accuſator tulit poſteriores.

(*b*) Ammi. lib. 21.

Sed & gravius argetur carpiturque etiam Conſtantinus ab eodem Apoſtata Juliano, ipſi ob derelictum deorum cultum, & Chriſtianam ſuſceptam religionem in omnibus infenſiſſimo; quod voluptatibus atque deliciis deditus fuerit, conviviis tantum & comæ capitis exornandæ intentus; quam ob cauſam fingit deorum ſententia judicatum, ne inter deos, ſed cum dea deliciatum, ac veſte muliebri amictus ageret. Verum & quod ſolebat (ut Zoſimus (*c*) tradit) femineo amictu ad irrogandam ſummam ignominiæ notam veſtire milites deſertores; ea ratione etiam eumdem Conſtantinum muliebri veſtitu, calumnioſo ſtylo contextu, ut deorum deſertorem voluit induiſſe: mirum tamen eſt, quod non, ut complures alios, ad tartari inferna loca ipſum detruſerit; ſiquidem id quoque facere in fabula, quam commentus eſt, ex animi arbitrio licuiſſet. Sed magnæ profecto cedit laudi ipſius Conſtantini, beneque cum eo actum eſt, quod ab hoſte acerbiſſimo appetitus, & caninis dilaceratus dentibus, tantum veſtis jacturam ſit paſſus, qui ipſos deos eorumque delubra fuerat demolitus, cultumque ipſorum & ſacra deturbarat, atque magna ex parte funditus peſſumdederat; quodque una illa animadverſione ultus in ipſum ſit, qui de Jovis manu fulmen excuſſerat, acu vindicans jacturam fulminis, dum ea veſtem illam conſuit Conſtantino: quam tamen ipſe, licet nolens & imprudens, exuit atque conſcidit, dum fortiſſimum ducem Conſtantinum fuiſſe, vel ex eo cogitur affirmare, quod inter alios ab eo domitos barbaros, Dacos ait Romano Imperio ſubjugaſſe, tanto jam ante labore atque prœliis a Trajano tandem vix ſuperatos: quos, ſuperbe excuſſo e cervicibus jugo Romano, redditos duriores atque acerbiores, poſt tot imperatores ſolus Conſtantinus Imperator Crucis virtute perdomuit. XXVII. Juliani calumnia refellitur.

(*c*) Zoſim. lib. 3.

Sed & indignans Julianus in Conſtantini comam convertitur ſtultus, dum iniquo fert animo caprinam barbam ſuam a Chriſtianis carpi dicteriis atque ſcommatibus XXVIII.

PAGIUS *hebatur, circumiret ſuperiorem campum, & ad ſcamma procederet ex adverſo Imperialis ſolii: utque Imperator, qui temporibus illis regnaret, e ſolio aſſurgens adoraret ſtatuam ejuſdem Imperatoris Conſtantini, & Fortuna urbis Conſtantinopolitana.* Hæc pompa celebrabatur quotannis die XI. Maji, qui natalis erat urbis Conſtantinopolitanæ, ut tradunt Auctor Chronici Alexandrini & Heſychius in Originibus Conſtantinopolitanis. Hæc Valeſio obſervata in Notis ad lib. 2. Philoſtorgii cap. 17. Denique Auctor libelli Synodici in Synodo Nicæna ait: *Conſtantinus inter Chriſtianos Imperatores Apoſtolus;* & in Menæis Græcorum vocatus ἰσαπόστολος id eſt, *par Apoſtolis*; quod cognomen ob propagatam Chriſti fidem illi merito delatum, quidquid dicat Scaliger lib. 5. de Emendat. Temp. p. 510. De his quæ ad Conſtantini ſanctitatem pertinent, legendus Papebrocius die XXII. Maji in Vita S. Conſtantini Magni.

Julianus quid de ornatu capitis Conſt.

(a) Vict. in Conſtant.

(b) Amm. lib. 21.

tibus. Quod enim ait, comæ exornandæ fuiſſe Conſtantinum intentum; ad illud alludere viſus eſt, quod de eodem ait Victor (a), eidem Juliano addictiſſimus, a quo Conſulari præfectura Secundæ Pannoniæ honoratus, & ſtatua ænea (ut auctor eſt Ammianus b) donatus fuit; ipſum exornare caput ſolitum perpetuo diademate: gemmatam illud erat, corona nimirum auro gemmiſque contexta, muliebre præſeferens ornamentum. Unde inter alia Lampridius (c) Heliogabalo etiam infamiſſimo Principi vitio vertit, quod gemmato diademate uteretur, quo pulchrior appareret. Sed qualenam idem eſſe ſoleret, hic ex numiſmate Conſtantini reddi curavimus.

(c) Lampri. in Heliogab.



XXIX. Conſtant. corona cur non ex lauro; ſed ex gemmis.

Cur autem Conſtantinus laureas demum, ipſa nempe lauri folia, in aurum gemmaſque mutaverit; exiſtimatur quidem id ipſum pie ſancteque feciſſe, utpore religioſiſſimum Chriſtianum, qui exhorruerit quod ſciret ex gentilium ſuperſtitionis officina manare: nam Apollinem, comitante Victoria, eidem adhuc Gentili miniſtraſſe laureas, Gallicanus orator in Panegyrico quarto teſtatur; indecens enim jam ſibi viſum ex arbore Apollini dedicata victricia inſignia ſumere, qui cunctas Chriſto victorias ferret acceptas; indignumque ratus ornare tempora ex foliis ſacratis Apollini, cujus ipſe pleraque templa demoliri juſſiſſet, viderique velle ab eo donari corona, cujus virtutem atque potentiam ſuperaſſet: cum præſertim in divina Scriptura de impio Rege damnetur exemplum (d), qui cogebat Judæos hedera coronatos Libero circumire. At Chriſtianiſſimus Princeps, qui ſuperſtitione contextas laureas reſpuit, & loco foliorum connexas auro gemmas in diademate poſitas geſtare conſuevit, nequaquam impuriſſimum imitatus eſt Heliogabalum, ſed potius Deo carum ſanctiſſimum Regem David, ex quo Chriſtus ſecundum carnem, unde & Chriſtiani omnes ſunt dicti; hic enim de ſe ipſo a Deo coronato ſic ait (e) *Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo*: ut nullus mortalis audeat redarguere, quod conſtat, conſilio atque auctoritate factum eſſe divina. Si quæ autem reperiuntur numiſmata Conſtantini capite laureato, eadem ſciat, vel a Gentilibus cuſa, vel, antequam Chriſtianus eſſet, impreſſa, aut cum Apollinis Daphnem, ſuo nomine indito expiavit, ut ſuo loco pluribus dicturi ſumus.

(d) 2. Mac. 6.

(e) Pſal. 20.

XXX. Alii Impp. Chriſtiani etiam laureis uſi ſunt.

Cæterum ſic Conſtantini exemplum ſecuti ſunt poſteriores Imperatores, ut tamen interdum laureis in numiſmatibus appareant coronati; quod ſcirent ejuſmodi de abjiciendis Gentilitiis laureis ex ſcrupuloſitate Tertulliani (f) Montano jam addicti manaſſe; quam certo conſtaret abſque veræ pietatis offenſa a Chriſtianis militibus fuiſſe jure contemptam, quod ſuo loco ſuperius pluribus eſt demonſtratum; ſecundum illud (g): *Omnia munda mundis*: cum nec deſit ex divina Scriptura de eodem David exemplum, qui regium ornare caput conſuevit corona illa ex gemmis & auro, quam abſtulerat e vertice Melchom (h). Vidimus enim numiſmata Conſtantini Junioris atque Conſtantii, filiorum Magni Conſtantini, de quo agimus, in quibus eorumdem Imperatorum capita cernuntur laureis redimita.

(f) Tertul. de cor. milit.

(g) Tit. 1.

(h) 1. Par. 20.

XXXI. Julianus uſus quoque eſt diademate gemmato.

Ad hæc vero digreſſi ſumus occaſione Juliani atque Victoris calumnioſe ſugillantium de nimio ornatu capitis Conſtantinum: cum alioqui omnia ferme ejuſdem Juliani numiſmata ejus vultum reddant, capite ſertis contextis ex margaritis ornato, ut vides ex uno ipſorum exempli cauſa hic expreſſo.



Sed diſplicuit fortaſſe pexa Conſtantini coma Cynico canem in hircum barba & capillo mutanti.

XXXII. Verum ſic Conſtantino mundities cordi fuit ut, obduratis jam militia membris, ab effeminatis deliciis abhorreret. Deliciis ne vacabat, & genio indulgebat homo, cujus labores belli paciſque tempore eſſent propemodum incredibiles? quique frequenter dicere ſoleret (a) iis qui cum ab immenſis ſuſceptis laboribus avocare tentarent, pro utilitate Reipublicæ Imperatores non debere labores recuſare? Sed & ſi quid a bellorum curis, & adminiſtratione tam vaſti Imperii toto Orbe diffuſi otii ſupereſſet, illud in ſcribendo inſumere conſueverat; elucubrabat enim (ut dictum eſt) pias ſanctaſque conciones, quas etiam interdum coram populo recitabat; nec quidem ea in re ſegnis, ſed vigilans ac ſedulus apparebat, nam de illo hæc habet Euſebius (b):

Laborioſa Conſtantini vita.

(a) Pomp. Lat. in Vit. Conſtant. in fine.

(b) Euſeb. in Vita Conſt. l. 4. c. 29.

XXXIII. *Equidem ſuam ipſius mentem quodam quaſi afflatu, & inſtinctu divinarum rerum exaggerans, totas ſæpe noctes ſine ſomno traduxit: & cum per otium liceret, orationes ſcribens, frequenter cum ſuis inibat congreſſus; quod ſuarum eſſe partium exiſtimaret, rationis fræno Imperio ſuo parentes cogere, atque adeo univerſum regnum rationis imperio ſubjicere. Quapropter infinita multitudo ſolebat ad Imperatoris nutum confluere, ut eum philoſophantem audiret. Quod ſi eo dicente, aliquando aliqua occaſio incidiſſet de Theologia loquendi; erecto corpore conſiſtens, contractoque vultu, & depreſſa voce, adhibita ſumma prudentia & moderatione, præſentium animos cæleſti diſciplina initiare & devovere videbatur: quam rem cum ſequeretur populi grata acclamatio; ſolebat nutu ſignificare, ut cælum ſuſpicerent, & venerandis laudibus omnium Regem Deum admirarentur & colerent.*

Conſtantini lucubrationes.

XXXIV. *Cum vero diſtribute de pluribus rebus loqui vellet; primum refutabat argumenta, quibus magno errore deorum multitudo introducebatur, probans Gentium ſuperſtitionem fraudis eſſe cauſam, & hujus de Deo erroris propugnaculum. Deinde Deum unum uni Imperio præſidentem eis commendabat; cujus de providentia deinceps generatim & particulatim diſputabat: indeque ad Salvatoris noſtri diſpenſationem deſcendens, hanc quoque oſtendebat, ut ejus ratio poſtulabat, neceſſario extitiſſe. Ab iſto loco digrediens, diſputationem movebat de Dei tribunali; quo genere maximo terrore ferire videbatur audientium animos, cum ſevere reprehenderet raptores, injuriarum auctores, & qui ſe inexplebili divitiarum aviditati mancipaſſent. Familiares vero nonnullos ſuos oratione quaſi verberans & flagellans, cogebat aliquando ſua ipſorum conſcientia perculſos, humi oculos deflectere; cum eis clara voce conteſtaretur & prædicaret, actionum ſuarum omnium rationem Deo daturos eſſe: nam & ſe terrenum quodvis Imperium illius Dei Imperio ſubjicere, eique rationes ſingularum rerum redditurum eſſe. cunctos enim mortales magno Regi aliquando rationem ſuæ vitæ relaturos. Hæc ille perpetuo conteſtabatur, hæc ſuggerebat, horum magiſter & auctor fuit.*

Conſtant. dicendi peritus.

XXXV. *Sed is quidem veram & minime ſimulatam fidem peculiari quodam modo retinens, hæc ſentiebat, hæc præcipiebat: at illi ad hæc percipienda tardi, & ad præclara iſta præcepta obſurdeſcentes, voce & acclamatione applaudebant; ſed inexplebili cupiditate obcæcati, re ipſa contemnebant, &c.* Hæc Euſebius, qui & de ejuſdem Imperatoris lucubrationibus ſic paulo poſt ſubdit (c): *Romana lingua orationes Imperator conſcripſit; quas interpretes quidam, ad quos illud interpretandi munus pertinebat, Græce fecerunt. Ex his e Latinis Græce factis orationibus exempli cauſa, poſtquam inſtitutum opus abſolvero, attexam orationem illam, quam ipſe hoc titulo inſcripſit: AD SANCTORUM Cœtum oratio; quamque præterea Eccleſiæ Dei dedicavit; ne quis meum de eo teſtimonium vanum & oſtentatoriam prædicationem eſſe judicet.* Ita Euſebius, qui (ut ſuperius diximus) alibi (d) teſtatur eumdem Conſtantinum uſque ad extremum vitæ tempus orationes conſcribere minime prætermiſiſſe; qui & quaſi ſui proxime futuri exitus præſcius, poſtremam omnium funebrem elaboravit ſcriptionem. Verum per-

(c) Euſeb. Vita Conſt. lib. 4. c. 32.

Conſtantini lucubrationes.

(d) Euſ. eod. lib. c. 55.

ſe-

ſerunt iſthæc nobiliſſima Imperatoris monumenta; quæ ſi æſtimanda ſunt comparatione unius quæ ſupereſt: *Ad Sanctorum Cœtum* inſcripta, talis habendus eſt Conſtantinus, ut in eo dicendi genere inter Chriſtianos Imperatores & complures alios ſcriptores peritia & facultate ſcribendi nulli concedat: liberalibus quidem cum ſtudiis deditum fuiſſe affirmat Eutropius; & legere ac ſcribere ipſum ſolitum, Victor tradit.

XXXVI. Imperator qui feliciſſimus habendus ſit.

Vindicato igitur a tot tantiſque adverſariorum calumniis Conſtantino, ſententia bonorum omnium optimum Principem fuiſſe conſtat, ac plane feliciſſimum exiſtimandum. Non tam autem ex rerum temporalium affluentia, & debellatis hoſtibus, rebuſque belli & pacis tempore præclare geſtis, Chriſtianorum Principum felicitatem metiendam eſſe, quam ex morum præſtantia, Chriſtiana regula docet; nam S. Auguſtinus hæc ait (*a*): *Neque enim nos Chriſtianos quoſdam Imperatores ideo felices diximus, quia vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hoſtes Reipublicæ domuerunt, vel inimicos cives adverſus ſe inſurgentes & cavere, & opprimere potuerunt: hæc enim & alia vitæ hujus ærumnoſæ vel munera vel ſolatia quidam etiam cultores dæmonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum Dei, quo pertinent iſti. Et hoc ipſius miſericordia factum eſt, ne ab illo iſta qui in eum crederent velut ſumma bona deſiderarent. Sed felices eos dicimus, ſi juſte imperant; ſi inter linguas ſublimiter honorantium, & obſequia nimis humiliter ſalutantium, non extolluntur, ſed ſe homines eſſe meminerunt: ſi ſuam poteſtatem ad Dei cultum maxime dilatandum majeſtati ejus famulam faciunt; ſi Deum timent, diligunt, colunt; ſi plus amant illud regnum, ubi non timent habere conſortes; ſi tardius vindicant, facile ignoſcunt; ſi eamdem vindictam pro neceſſitate regendæ tuendæque Reipublicæ, non pro ſaturandis inimicitiarum odiis exerunt; ſi eamdem veniam non ad impunitatem iniquitatis, ſed ad ſpem correctionis indulgent; ſi quod aſpere coguntur plerumque decernere, miſericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compenſant; ſi luxuria tanto eis eſt caſtigatior, quanto poſſet eſſe liberior: ſi malunt cupiditatibus pravis, quam quibuslibet gentibus imperare; & ſi hæc omnia faciunt non propter ardorem inanis gloriæ, ſed propter charitatem felicitatis æternæ; ſi pro ſuis peccatis, humilitatis & miſerationis & orationis ſacrificium Deo ſuo vero immolare non negligunt. Tales Chriſtianos Imperatores dicimus eſſe felices, interim ſpe, poſtea re ipſa futuros, cum id, quod expectamus, advenerit.* Hæc Auguſtinus; cujus quidem ſententiæ calculo, Conſtantinum felicem fuiſſe, non dubitamus; quin & feliciſſimum appellandum; niſi falſorum hominum, hypocritarum, inquam, Euſebianorum, doloſis artibus circumventus, a recto juſtitiæ tramite nolens abductus, S. Athanaſium & alios Epiſcopos mulctaſſet exilio, licet facti pœnitentia (ut dictum eſt) facinus diluiſſet.

(*a*) Aug. de Civ. Dei l. 5. c. 24.

XXXVII. Conſtantinus cur a Deo tot conſecutus eſt bona.

Cur autem Conſtantinum Imperatorem voluerit Deus adeo proſperis rebus clareſcere, idem S. Auguſtinus ejuſmodi rationem affert, cum ait (*b*): *Bonus Deus, ne homines qui eum crederent propter æternam vitam colendum, has ſublimitates & regna terrena exiſtimarent poſſe neminem conſequi, niſi dæmonibus ſupplicarent, quod hi ſpiritus in talibus multum valerent; Conſtantinum Imperatorem non ſupplicantem Dæmonibus, ſed ipſum verum Deum colentem, tantis terrenis implevit muneribus, quanta optare nullus auderet. Cui etiam condere Civitatem Romano Imperio ſociam velut ipſius Romæ filiam, ſed ſine aliquo Dæmonum templo ſimulacroque conceſſit. Diu imperavit, univerſum orbem Romanum unus Auguſtus tenuit & defendit; in adminiſtrandis & gerendis bellis victorioſiſſimus fuit; in tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt: grandævus ægritudine & ſenectute defunctus eſt; filios imperantes reliquit. Sed rurſus ne Imperator quiſquam ideo Chriſtianus eſſet, ut felicitatem Conſtantini mereretur; cum propter vitam æternam quiſque debeat eſſe Chriſtianus; Jovinianum * multo citius, quam Julianum abſtulit.* Hæc Auguſtinus; atque de his hactenus.

(*b*) Aug. de Civit. Dei l. 5. c. 25.

* Jovianum.

XXXVIII. Viri celebres ſub Conſtant.

Conſtantini autem temporibus claruiſſe Dei Eccleſiam viris doctrina atque ſanctitate inſignibus, rerum geſtarum continuata ſeries annis ſingulis digeſta, facile demonſtravit. Quibus addendi ſunt alii, & inter ceteros Parthenius Epiſcopus Lampſaci Civitatis in Helleſponto, cujus Acta a Criſpino conſcripta candido & puro ſtylo extant (*c*): meminit ejuſdem quoque Nicephorus, cum ait (*d*): *Par iſtis* (nempe Nicolao & Spiridioni Epiſcopis) *etiam fuit Parthenius, urbis unius in Helleſponto Epiſcopus vitæ ſplendore, humanitate, & prodigiis ingentibus clarus, adeo ut accepta a Deo poteſtate mortuos excitarit, Dæmonibus imperarit, & variorum morborum curator gratuitus, & promptus fuerit.* Innotuit autem hic Conſtantino Auguſto, qui ei petenti, ut liceret idolorum templa ſuæ Civitatis evertere, reſcripto dato conceſſit; quinetiam ut Eccleſiam erigeret, pecunias ſuppeditavit. Res geſta ſic deſcribitur ab auctore, poſtquam ejus ordinationem factam ab Aſcholio Epiſcopo Cyziceno, ejuſdemque prædicationem Evangelii idololatris habitam enarravit:

(*c*) Apud Metaph. die 17. Febr. recitat Sur. tom. 2.

(*d*) Niceph. l. 8. c. 49. in fin.

Parthenius Epiſ. Lampſaci.

XXXIX. *Cum vero* (inquit) *vidiſſet eos proficere in fide, & ſimulacra deſpicere, voluit idolorum templa diruere, & ædificare Eccleſiam in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Cum ſe autem ſuſtinuiſſet, ſic ſtatuit; quod, cum Imperator ſit Chriſtianus & pius, juſſum ſit ejus ſententia templorum idolorum fieri demolitionem: hæc cum apud ſe ſtatuiſſet Chriſti ſervus Parthenius, & ſolviſſet ex Civitate Lampſaco, venit in urbem regiam. Forte autem accidit, ut die ſequenti pius Imperator Conſtantinus deſcenderet in vehiculo ad videndos agros. Ad eum itaque accedens vir ſanctus expoſuit ei ſuam petitionem: venerandus vero & plane Chriſti amans Imperator Conſtantinus benigne accepit ejus petitionem, & valde lætatus eſt, juſſitque eum ire in Regiam, & expectare, donec ipſe rediret ab agris. Reverſus itaque Imperator in Palatium, lubenter accepit virum ſanctum, & complexus rogavit, ut pro ſe deprecaretur, & protinus juſſit fieri Sacrum pro idolorum, & eorum templorum demolitione; & cum hoc divinis ſuis confirmaſſet ſyllabis, dat Parthenio cum multo auro ad extructionem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & eum amplexatus miſit in pace.* Quid autem valde admirandum acciderit, cum altare Eccleſiæ erecturus eſſet magnus Parthenius, idem auctor narrat his verbis:

XL. *Templa Parthenius diruit & Eccleſiam ædificat.* *Reverſus autem Parthenius in ſuam Civitatem Lampſacum, templa diruit; & cum pulcherrimam & ornatiſſimam deſcripſiſſet Dei Eccleſiam, ipſe per ſe aſſiſtens operi, magno ſtudio eam curabat excitandam.* Et poſt enarratum de liberato a Dæmone homine miraculum ab eo editum, hæc de ejuſdem Eccleſiæ conſtruendo altari conſcripſit: *Perfecto autem opere ædificationis ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſtudium ponebat homo Dei, ut poneretur menſa, in qua oportebat Domino offerri ſpiritale & incruentum ſacrificium. Cum autem inveniſſet in quodam loco dedicato Idolis lapidem pretioſum, & aptum ad ſanctæ menſæ concinnandum opus, quod quærebatur, effecit id pulchre elaborari & adaptari ab artificibus. Perfecto vero opere, juſſit id afferri in Eccleſiam. Cum ergo artifices lapides currui impoſuiſſent, & boves junxiſſent, ducebant ad Civitatem. Invidens autem & bonorum operum æmulus Diabolus, non ferens ignem divini zeli ſancti viri, conturbatis bobus, effecit, ut ii repente, impetu qui cohiberi non poterat, excitati ſupinum in terram projecerint eum qui trahebat boves, nomine Eutychianum; quem excipiens currus per rotam perfregit omnem viſcerum ejus compagem, ſicque is expiravit.*

XLI. *Cum autem accepiſſet, quod acciderat ſervus Dei Parthenius, dixit: Hoc ſatanica plane fecit malitia. Non impedies in hoc, Diabole, opus Dei. Et ſtatim aſſumens ſecum pios viros, qui cum ipſo erant, cucurrit ad locum, & ſtans prope cadaver, & ſancta ſua inclinans genua cum lacrymis intente oravit ad Deum, dicens: Tu Domine omnipotens, ſuppeditator vitæ & mortis, non ignorus propter quam cauſam auctor malorum inimicus machinatus eſt mortem in tuum figmentum. Sed o benigniſſime, nunc quoque oſtende inanem ejus conatum: vitæ autem participem fac ſervum tuum Eutychianum, oſtendens iis qui in te credunt, invictam tuam potentiam; quoniam tu es ſolus Deus, & te decet gloria in ſæcula, Amen. Cum autem vir juſtus Deo emiſiſſet has preces; reverſus eſt mortui ſpiritus in corpus ejus; & cœpit, qui fuerat mortuus, dicere in conſpectu univerſi populi: Gloria tibi Chriſte Deus, qui ſuſcitas mortuos. Et cum protinus ſurrexiſſet, & factus eſſet ſanus ſicut prius, & accepiſſet boves, traxit currum uſque ad ædem Eccleſiæ.* Hæc ibi & alia plura inſignia miracula ab auctore fideli narrantur, digniſſima quidem quæ hic ſigillatim intexerentur, niſi inſtituti ratio ad alia evocaret. Putamus hunc quoque interfuiſſe Nicæno Concilio; ſed deſiderantur cum ipſius, tum etiam aliorum ejus Provinciæ Epiſcoporum nomina in ea, quæ ibi extat omni ex parte decurtata, ſubſcriptione. *Ingens miraculum a Parthenio editum.*

XLII. *Gentiles ab Abrahamio converſi.* Sed ex quo opportuna incidit de Lampſacena Eccleſia mentio; dignam hic hiſtoriam de Gentilium converſione his temporibus ſub Diœceſi ejuſdem Eccleſiæ divina virtute per Abrahamium Anachoretam facta, enarrare, jucundum fore, & ad inſtitutum valde accommodatum putamus: cum præſertim ab auctore ſcripta fideliſſimo, nempe Ephræm (a) Syro diacono Eccleſiæ Edeſſæ, certam fidem ab omnibus ſibi vendicet. Auctor igitur poſt complura alia de ſanctiſſimo viro recenſita, hujuſmodi ſubnectit orationem: *Lampſaci, quod eſt oppidum ad Helleſpontum, erat quidam magnus vicus, & frequens populo, qui vocatur Tania. Quoniam autem qui in eo vico habitabant, tenebantur in gravi errore Gentilium; magna quidem multitudo ſacerdotum & diaconorum ab Epiſcopo ad eos mittebatur; plurimi quoque ex eis, qui vitam ſuſceperant monaſticam, ab eo conſtituti erant vici magiſtri; ſed nemo eos poterat convertere ab errore; immo piis potius illi inferebant tormenta & ſupplicia, neque ullum erat pœnæ genus, quod non terribiliter eis intentaretur. Cum ergo dubitaret Epiſcopus quidnam oporteret facere, ut qui errabant, errorem agnoſcerent; & rem aliquando cum ſuis communicaret: venit eis interim in mentem Abrahamii; admirabilis. Tum non expectans ipſe aliorum de eo teſtimonia, eis ſtatim oſtendit quid de*

illo

(a) *Apud Sur. t. 2. die 16. Martii.*

Digitized by Google

illo eſſet ſibi perſuaſum, dicens. Credite mihi, filii, dicturo teſte veritate, quod in tota vita numquam mihi contigit videre talem virum, & qui in tanta virtute viveret & pietate. Quid plura? Inito ſimul conſilio de ipſo adeundo, atque ſacerdote creando, eodemque adſcribendo vico illi: perfecit hæc omnia ad eum cum ſuis accedens Epiſcopus, illo licet invito ac reclamante: qui accepta pecunia ædificavit eo in loco Eccleſiam, in qua incruentum Deo ſacrificium offerebat, & iteratis precibus pro idololatra populo Deum rogabat: quibus abſolutis, privato quodam impulſu divini Spiritus roboratus, idola, quæ apud eos erant, evertit, illis abſentibus.

XLIII. Abrahamius dira paſſus. *Cum autem poſt hæc acceſſiſſent quidam ex infidelibus, ut illis ſacrificarent ſtatuis, & eas precarentur, vidiſſentque gravi caſu corruiſſe; non ignorarunt hoſtem: ſtatimque correptis lignis ac lapidibus, repente in ſanctum virum irruerunt; nec prius ceſſarunt eum petere, & crudeliſſime percutere, quam ipſum vidiſſent plane defeciſſe, & extremam jam agere animam. Receſſerunt enim exiſtimantes eum mox moriturum. Ille autem cum circa mediam noctem recreatus eſſet ab illis intolerabilibus doloribus, vix tandem ſurgens in Eccleſiam ingreſſus eſt; & cum ſe pronum humi dejeciſſet, ſlens graviter, & fronte ſolum verberans, acerrimo & maximo ſtudio fundebat preces pro illorum ſalute, ut depelleret impietatis nubem, quæ eos detinebat, & pure aſpicerent ad radios veritatis. Mane autem cum illi ad Eccleſiam acceſſiſſent, non gratia orationis (quomodo enim, cum eorum animi fluctuarent adhuc ſalo impietatis?) ſed ad videndam ædificiorum ſtructuram: erat enim templum bene figuratum, & ea, qua par erat, ſymmetria conſtructum, & quod animum & oculos ſatis poterat lætificare: cum, inquam, veniſſent ad templum, & offendiſſent ſanctum virum in eo precantem, priorem rurſus ſævitiam & rabiem in eum oſtenderunt; & cum eum rurſus variis modis & vehementer cecidiſſent, vinculis, & funibus omni ex parte comprehenſum trahunt per medium vicum; & in eum omni ex parte lapides nive cadente denſiores conjecerunt; ignorantes ſtulti, pro quali gratia, pro quali pro ipſis facta precatione, qualem ei redderent remunerationem. Ille ergo tunc quidem ab eis relictus eſt ſemimortuus, jam a plagis diſſolutus ex intereuntium ſanguinis fluxionibus. Cum autem media nocte ad ſe rediiſſet, dicebat: Domine, quouſque obliviſceris mei in finem? quouſque avertis faciem tuam a me? quouſque opera manuum tuarum deſpicis, quæ pereunt? Hæc Deo dicebat, & verba miſcebat lacrymis. Deinde autem vix tandem e ſolo ſurgit, periade ac ſi non eſſet confectus tot plagis ac vulneribus; & in dictam Eccleſiam rurſum ingreditur.*

XLIV. Mira Abrahamii patientia. *Die autem ſequenti belluæ illæ Chriſti inimicæ cum illuc rurſum veniſſent, & eum orantem inveniſſent, ne tum quidem id ferre potuerunt moderate: ſed cum ei plagas priores ac etiam multo majores impoſuiſſent, & eum ſimilibus vinculis alligaſſent & traxiſſent, procul a vico projecerunt. In his ergo ſe tres annos deinceps fortiter geſſit Abrahamius, non fractus, non cedens, nec ulli male precans, ſed odio charitatem adjungens, iræ manſuetudinem, maledictis benedictiones, admonens, conſulens, adhortans ſenes, adoleſcentes, omnem (ut ſemel dicam) ætatem, ut patres & filios, ut fratres; nihilque omnino oſtendens, quod ſit puſilli & abjecti animi, ſed re ipſa implens quæ ſunt divini Davidis (a), & inter neceſſitates & afflictiones* (a) Pſal.
meditans præcepta Domini. Propter hæc 118.
ſuper ipſum floruit ejus ſanctificatio (b). (b) Pſal.
Nam cum repente conveniſſent illi qui nu- 131.
per erant impii & infideles (eſt enim hoc
Dei omnino, qui docet (c) hominem ſcien- (c) Pſal.
tiam, & illius gratia in Abrahamium) 93.
omneſque qui illum vicum habitabant congregati eſſent, &, ut eſt conſentaneum, in cœtu multitudinis ſermones omni ex parte haberentur; res Abrahamii in medium adducebatur, & omnium animi adimplebantur admiratione. Itaque cum pro ſtupore in magnam adducti eſſent dubitationem, Videtis, dicebant inter ſe invicem, qualia a nobis facta ſunt adverſus Abrahamium: ille autem quam benigne & clementer in nos ſe gerit, quamque fortiter & generoſe tulit mala quæ ſunt ei illata? Omnino niſi eſſet vero Deus aliquis æternus & immortalis, qui poteſt pro laborum meritis reddere remunerationes; non oſtendiſſet tantam pro ipſo tolerantiam. Porro autem deorum noſtrorum imagines videtis quam facile & citra ullum laborem evertit; neque ullus ex iis diis potuit a ſe propulſare injuriam.

XLV. Mira gentilium converſio. *Hæc ipſi quidem inter ſe dicebant: Deus autem verbis illis finem impoſuit convenientem. Ii enim protinus incitati animis dixerunt: Adeſte omnes, ad hujus boni viri genua procidamus, conſentientes Deo qui ab ipſo prædicatur. Quæ ſimulatque dixiſſent, concurrunt protinus ad Eccleſiam, tamquam una lingua & anima clamantes: Gloria tibi Deo cœli, qui miſiſti ſervum tuum Abrahamium, ut nos a ſimulacrorum liberaret caligine. Quod quidem cum ille beatus vidiſſet præter omnem ſpem, ineffabili in corde repletus lætitia, repente tempus quoque arripit, & ait: O patres in Domino, & filii, & fratres adeſte, & Deo ſimul reddamus gloriam, qui tam admirabiliter & arcane illuminavit veſtros animæ oculos; & accipite ſi-*

gna-

guaculum Spiritus (a). *Accedite ad ipſum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. His verbis conjungit etiam doctrinam veritatis. Et cum, quomodo credere oporteat, verbis eſſet proſecutus, eos in filiorum adoptionem adſcivit per baptiſmum, cum eſſent numero circu mille. Et deinceps erat multus in eis quotidie admonendis & docendis. Illi autem, tamquam bona terra & pinguis & aquis irrigua, reddiderunt fructus multiplicatos divinorum ſeminum. Atque annus quidem in his fuit conſumptus ab Abrahamio.*

(a) *Pſal.* 33.

XLVI. Quomodo autem poſthæc redditis illis perfecte Chriſtianis, & in Chriſti fide ſtabilitis, clam fugam arripiens, reverſus ſit in ſolitudinem; & Epiſcopus Lampſacenus, re cognita, miniſtros illuc miſerit, qui eam gubernarent Eccleſiam; auctor pluribus proſequitur, & reliquas admirandas ſanctiſſimi viri res geſtas uſque ad obitum ejus, qui contigit decimoſeptimo Kal. Aprilis, quo die natalis ipſius, tabulis affixus Eccleſiaſticis, remanſit poſteris anniverſaria commemoratione in Eccleſia redivivus: meminitque ejuſdem rurſus Ephræm in ſuo teſtamenti libello, quod ſcripſit. Hæc quidem tum occaſione Eccleſiæ Lampſacenæ, tum etiam quod incertum inexploratumque haberetur, quibus potiſſimum annis Imperii Conſtantini geſta eſſent, hoc in loco, in fine, inquam, ejus Imperii voluimus collocaſſe cum aliis nonnullis, quibus certa anni ſedes præſcribi non poſſit. Intelligis ex his pariter, lector, quæ ſuperius dicta ſunt; ſic a Conſtantino juſſa eſſe dirui idolorum templa, atque idola ſubverti, ut tamen abſtinuerit vim inferre nolentibus, & pro ſuis diis paratis reſiſtere atque arma capeſſere: quorum vero locorum habitatores facti eſſent Chriſtiani, vel ſi non omnes, maxima tamen ex parte effecti Fideles, apud hos templa eſſe diruta, fano aliquo interdum relicto impiis, multis declaratur exemplis.

Quorum templa diruta, & idola fracta.

XLVII. Rurſum vero ſub eodem Conſtantino Imperatore claruiſſe in Galliis, ſuo loco diximus, S. Rheticium Epiſcopum Auguſtodunenſem, cum ſanctitate, tum etiam eruditione conſpicuum, de quo S. Hieronymus hæc habet (b): *Rheticius Heduorum, id eſt, Auguſtodunenſis Epiſcopus ſub Conſtantino celeberrimæ famæ habitus eſt in Galliis; leguntur ejus Commentarii in Cantica Canticorum, & aliud grande volumen adverſus Novatianum; nec præter hæc quicquam ejus operum reperi.* Inſignis quoque famæ vixit ejus collega Marinus Epiſcopus Arelatenſis, & Maternus Agrippinenſis, delecti olim Judices in cauſa Cæciliani; Claudius etiam Epiſcopus Viennenſis Catholico dogmate (inquit Ado c) clariſſimus fuit. Sed & ſub eodem Conſtantino vixiſſe tradit Nectarium ejuſdem ſedis Epiſcopum (hoc enim ipſo anno ejus meminit) cujus ſuperius mentionem habuimus, cum actum eſt de Vaſenſi priore Synodo. At non impar his meritis & doctrina effulſit Maximinus Epiſcopus Treverenſis, cujus mentio facta eſt, cum egimus de Athanaſii exilio, & inferius item de eo agendum.

Viri illuſtres ſub Conſtant.

(b) *Hieron. de Script. Eccl. in Rheticio.*

(c) *Ado in Chronic.*

XLVIII. Sed & S. Evortius Aurelianenſis Epiſcopus eximio divinæ gratiæ fulgore cum in ſui electione, tum etiam in adminiſtratione ejuſdem Eccleſiæ coruſcavit. Inter illos autem qui eruditione inſignes ſub Conſtantino vixerunt, S. Hieronymus Juvencum Hiſpanum adnumerat, de quo ait (d): *Juvencus nobiliſſimi generis Hiſpanus presbyter, quatuor Evangelia hexametris verſibus pene ad verbum transferens, quatuor libros compoſuit, & nonnulla eodem metro ad Sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit ſub Conſtantino Principe.* De iiſdem libris & Gelaſius (e): *Juvenci laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur.* Inter claros vero oratores qui his Conſtantini temporibus floruerunt, præter Arnobium atque Lactantium, quorum ſuperius mentio facta eſt, commendatur a Sancto Hieronymo (f) Patherius, qui Romæ docuit; ſed & laudatur Nazarii rhetoris filia Eunomia, Chriſtiana virgo patri eloquentia haud impar. Perierunt horum lucubrationes, ac proinde iidem auctores obſcuri remanſerunt.

Scriptores Eccleſiaſtici.

(d) *Hier. de Script. Eccl. in Juvenco.*

(e) *Gelaſ. decret. de l. authen. & apocryph.*

(f) *Hier. in Chronico.*

XLIX. Cæterum in Ægypto prope innumeri claruerunt eminenti ſanctitate conſpicui ſanctiſſimi Monachi Magni Antonii collegæ, vel diſcipuli; nam præter illos quorum ſuperius mentionem habuimus, vixit inter eos Ammon ille, de quo hæc S. Athanaſius in Antonio (g): *Alio rurſus tempore, cum Antonius ſederet in monte, & oculos tetendiſſet in cælum; vidit neſcio quam animam, lætantibus in ejus occurſum Angelis, ad cælum pergere; cujus ſpectaculi novitate ſtupefactus, beatum dixit ſanctorum chorum; oravitque ut ſibi rei præſentis agnitio panderetur; & ſtatim ad eum vox facta eſt, inquiens, iſtum eſſe Ammonis Monachi animam, qui Nitriæ morabatur. Erat autem Ammon vir grandævus, qui perſeveranter a pueritia uſque ad ſenectutem in ſanctitate vixerat. Itinere quoque dierum tredecim ſpatio a Nitria locus, in quo ſedebat Antonius, dividebatur. Videntes autem eum Monachi admirantem, qui venerant, deprecati ſunt, ut cauſam hilaritatis ediceret. Quibus ait, modo Ammonem quieviſſe, quem propter frequentem ejus ad Antonium commeatum, & propter celebritatem indultorum ei a Domino ſignorum optime noverant.* Et paulo poſt: *Monachi vero, quibus dixerat Antonius de morte Ammonis notaverunt diem, & venientibus de Nitria fratribus poſt dies triginta ſciſcitantes, repererunt illo die, illaque*

Ammon Monachus.

(g) *Athan. in Vit. Ant.*

Digitized by Google

laque hora dormiſſe Ammonem, qua animam ejus ferri ſenex viderat. Hæc Athanaſius, qui & de eodem Ammone inſigne illud miraculum narrat, cum ab altera ripa fluminis in alteram abſque navigio, vel fluctuum calcatione divinitus eodem momento tranſlatus eſt.

L. Ammonis primordia. At quoniam ex Athanaſio Ammonis feliciſſimum exitum recenſuimus; par eſt etiam, ut ejuſdem celſa primordia ex Socrate perbreviter, multis omiſſis, his adjungamus: ait enim, ipſum invitum ad nuptias inductum, ſponſæ ſuaſiſſe una ſimul in corporis integritate vitam ducere: *Qua perſuaſa: ambo*, inquit (a), *quaſi fœdere de ea re pacto, ad montem qui Nitria vocatur, recta ſe conferunt; ibique ad exiguum tempus in tugurio ætatem degentes, communem vitæ monaſticæ diſciplinam exercuerunt, nullo virilis aut muliebris ſexus diſcrimine habito; ſed unum corpus (ut eſt apud Apoſtolum) fuerunt in Chriſto. Non longo poſt tempore nova ſponſa & virgo incorrupta Ammonem ſic affatur: Non te decet, qui temperantiæ & caſtitati colendæ te totum dediſti, feminam in tantillo domicilio conſpicari. Quare, ſi videtur, quiſque noſtrum ſeparatim in Monaſtico vitæ genere exercendo ſe ponat. Hoc itaque de utriuſque ſententia pactum eſt; atque alter ab altera ſegregatus, quod reliquum erat vitæ, eo pacto contrivit. A vino & oleo uterque abſtinet, & panem ſiccum aridumque comedit; idque interdum poſt unum integrum diem, nonnunquam poſt duos, aliquando poſt plures.* Hæc Socrates. At de Ægypti Monachis iſta libaſſe, ſatis; qui plura his cupit, conſulat Vitas Patrum; nos autem alio tendimus.

(a) Socrat. l.4. c.1.

LI. Jam ad novos Imperatores, eoſdemque Chriſtianos, Conſtantini filios, ſtylum convertamus: ſimulatque enim patrem ſuum ex hac vita ſublatum eſſe audierunt, tum Senatus, tum etiam exercitus ſtudio, quiſque eorum relictam ſibi ex patris teſtamento Imperii partem feſtinus accepit. Quod autem ad ejus diviſionem ſpectat, ſic Imperium diviſum eſſe Zoſimus tradit (b): *Primum nationes inter ſe partiebantur; & Conſtantinus quidem natu maximus cum minimo natu Conſtante omnia trans Alpes ſita, & Italiam, & Illyricum ſortitus eſt, præterea Ponto Euxino finitima, & Africa quicquid ad Carthaginem pertinet; Conſtantio datum eſt quicquid eſſet in Aſia, & Oriente, & Ægypto.*

Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans Impp.

(b) Zoſim. l.2.

LII. Victor (c) autem ſic inter tres fratres teſtatur Imperium eſſe diviſum, nempe *accepiſſe Conſtantinum cunctas trans Alpes regiones, Conſtantium a freto Propontidis Aſiam, & Orientem, Conſtantem Illyricum, Italiamque & Africam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniamque, & Achaiam*: hæc Victor, ſed perperam quidem a ditione Conſtantii demit Thraciam. Zonaras (d) vero ſic: *Inter tres illius filios diviſum Imperium, vel ab ipſo Conſtantino, ut quidam ſcribunt, vel eo defuncto ex ipſorum conſenſu in hunc modum: Conſtanti tributum eſſe Italiam & Romam ipſam, Africam, Siciliam cum reliquis inſulis, atque etiam Illyricum, Macedoniam, & cum Achaia Peloponneſum: Conſtantino Alpes Cottias cum Galliis, & tractum Pyrenæi uſque ad Mauritaniam Oceani anguſto freto diremptam ab Hiſpaniis: Conſtantio ea obveniſſe quæ in Orientali parte Romanæ ditionis erant, & Thraciam cum urbe paterna.* Ita Zonaras. Sane quidem eum avitam ſortem Conſtantino primogenito ſuo tradidiſſe Conſtantinum patrem

(c) Victor. in Conſt.
Imperium diviſum in tres Auguſtos

(d) Zonar. Ann. to. 3.

PAGIUS VI. *Conſtantinus poſt mortem imperat.* A num. LI. ad LXIII. Valeſius in Notis ad lib. 4. de Vita Conſtantini cap. 67. explicans hæc Euſebii verba de Conſtantino Magno. *Solus poſt mortem imperavit Princeps beatiſſimus, cunctaque more ſolito adminiſtrata ſunt quaſi adhuc in vivis eſſet* [1]; dicit poſt obitum Conſtantini Magni interregnum fuiſſe, nec ullum in Orbe Romano Auguſtum imperaſſe. Quod quidem interregnum ait, permanſiſſe uſque ad diem V. Idus Septembris, quo Idacius in Faſtis num. II. a nobis citatus prodit Conſtantinum, Conſtantium & Conſtantem nuncupatos fuiſſe Auguſtos. Ex quibus deducit Valeſius, toto illo tempore intermedio Conſtantini filios Cæſares tantum dictos. Quod verum eſſe exiſtimo, cum Idacius ſcribat eo die Conſtantini filios Auguſtos nuncupatos, & Euſebius libro citato cap. 71. de Conſtantino Magno dicat: *Ipſo etiam poſt mortem Imperium retinens, quaſi redivivus univerſum Orbem gubernans, Victor Maximus Auguſtus, ſuo adhuc nomine Rempublicam regeret.* Ad quæ verba Valeſius ait: *Ex hoc loco apparet, poſt obitum Conſtantini Maximi tribus circiter menſibus, id eſt toto interregni ſpatio, Leges omnes atque Edicta Conſtantini tamquam ſuperſtitis nomine inſcripta fuiſſe; cum nullus alius eſſet Auguſtus in Orbe Romano. Poteſt etiam intelligi hic locus de liberis Conſtantini Magni, qui eodem titulo & nomine utebantur, & in quibus pater revixiſſe videbatur. Quam interpretationem confirmant ſequentia.* Sed prior interpretatio præferenda. Nam Lex 1. Codicis Theodoſiani *De ex-*

NOTÆ [1] Conſtantii Natalem ad VII. Id. Auguſti exhibet Kalendarium Lambecii, ad quam etiam diem Conſtantini Minoris natalem conſignat Kalendarium Polemii, a Bollandiſtis integrum vulgatum *to. 1. Supplement. Junii*. Ea quidem dies pugnat cum die V. Id. Septembris, qua initum a filiis Conſtantini Imperium notat Idacius apud Pagium hic n. 2. Sed forte ita inter ſe Calendarium & Faſti Idaciani conciliantur, quod ea quidem Auguſti die ambo filii Conſtantini Imperium poſt obitum Patris vacuum adminiſtrare cœperint, ſed Auguſtorum appellationem nonniſi ad V. Idus Septembris aſſumpſerint.

trem, Euſebius qui hæc optime noſſe potuit, diſerte teſtetur; erroris quidem arguuntur qui dixerunt Italiam, & Africam eidem a Patre traditas: nam eas Provincias Conſtantius Avus ceſſerat Galerio Maximiano, ut ſuo loco ſuperius dictum eſt. Ipſum vero in Galliis, & Britanniis imperaſſe, hancque partem avitam a Conſtantino Magno Conſtantino filio traditam Euſebius affirmat; confirmat etiam (a) Theodoretus, qui hæc ait de Ipſo: *Quo quidem tempore Conſtantinus filius Conſtantini Magni antea maximus, qui Galliæ verſus Occidentem Imperium obtinuit, litteras ſcripſit.* ☞ Sed de his quoque inferius interdum agetur.

(a) Theod. lib. 2. c. 1.

LIII. Conſtantius autem cum liberas ſuæ ditionis habenas nactus eſſet, ſævire cœpit in domeſticos Conſtantini, atque in ipſos præcipue conſanguineos. Zoſimus rem geſtam ſic narrat (b): *Diviſo in hunc modum Imperio, Conſtantius, quaſi data opera in hoc incumberet, ne impietate a patre ſuperaretur, exorſus ab ipſo lare, cognati ſanguinis effuſione virilem omnibus animum probare voluit; ac primum quidem Conſtantium patruum a militibus interfici curat; deinde Delmatio Cæſari ſimiles inſidias ſtruit*: & paulo inferius: *Ac veluti contra cognationem univerſam graſſatus, etiam his Annibalianum adjecit, cum ſubornaſſet milites, ut acclamarent, alterius neminis imperium ſe ferre poſſe, quam Conſtantini filiorum.* Hæc quod ad affinium neces. De aliis vero clariſſimis viris ſic idem auctor: *Optatus quoque cum hoc interfectus eſt, qui Patricii dignitatem adeptus a Conſtantino fuerat; cum honoris titulum primus Conſtantinus excogitaverat; itaque lege ſanxerat, ut qui eum conſecuti fuiſſent, ſupra ipſos Præfectos Prætorio ſeſſitarent.* Ita Zoſimus. Porro Patricii nomen antiquum erat, & cum Romana Republica congenitum; ſed ut ea dignitas his aucta privilegiis eſſet Conſtantinopoli, Conſtantinus merito dicendus eſt auctor. At de Patriciis, & Patricia dignitate conſule, quæ a nobis dicta ſunt in Notationibus ad Romanum Martyrologium (c):

Conſtantius in propinquos ſævit.

(b) Zoſim. lib. 2.

(c) Die 27. Auguſti.

LIV. Quod ſpectat ad Delmatii necem, Eutropius (d) Conſtantium ſic aliqua ex parte excuſat: *Verum Delmatius Cæſar proſperrima indole, neque patruo abſimilis, haud multo poſt oppreſſus eſt factione militari, & Conſtantio patruele ſuo ſinente potius, quam jubente.* Sed & vi militum Delmatium oppreſſum, Victor (e) affirmat; quod alii (f) anno ſecundo, alii (g) vero tertio Conſtantii, alii (h) rurſum hoc anno ſub Conſulatu Feliciani & Titiani factum tradunt. Cauſam autem inferendi necem patruis ſuis Conſtantio Cedrenus hanc tribuit: *Creditum* (inquit) *fuit, Conſtantinum a ſuis fratribus, exhibito lethali veneno, extinctum fuiſſe; ideoque eum ſua manu ſcriptis litteris mandaſſe filio nempe Conſtantio, ut a patruis ſibi caveret, in eoſque ulciſceretur; eas litteras Euſebium Nicomediæ Epiſcopum accepiſſe, & Conſtantio redeunti ex Oriente reverſo tradidiſſe, indeque etiam Epiſcopatu Conſtantinopolitano potitum. Viſum autem fuit abſurdum patruos iſtos ſimul univerſos velle occidere: ideoque decretum eſt, rem caute agendam.* Hucuſque ex Cedreno. Sed quod ait de Epiſcopatu Conſtantinopolitano Euſebio collato, id poſtea accidit. Artemius martyr ſic excuſat Conſtantium de imperata fratrum nece: *Pater tuus Conſtantius* (ſic Julianum alloquitur) *& ejus fratres priores et fecerunt injuriam; ut qui ei malum venenum miſcuerunt, nulla omnino ab eo affecti injuria.* Hæc coram Juliano Apoſtata Artemius Præfectus Auguſtalis, quæ & deſcripta leguntur in Actis (i) ipſius martyrii.

Delmatius occiſus.

(d) Eutrop. lib. 10.

(e) Victor. in Conſ. in fin.

(f) Cedr. in Compend.

(g) Hier. in Chron.

(h) Paulo. in Rom. Imp.

(i) Apud Metaph. die 20. Octobr.

LV. Cum Delmatio filio Delmatii, fratris Conſtantii, pene periclitati ſunt Gallus, & Julianus filii Conſtantii fratris Conſtantini ex Theodora Maximiani filia geniti; niſi Gallum ægra valetudo corporis, Julianum vero ætas adeo tenera liberaſſet; ſic enim de eis tradit Sozomenus (k): *Julianus, & Gallus patre orbati etiam cum Delmatio in periculum necis inciderunt. Verum Gallum morbus quo forte vexabatur, inſidiis eripuit, propterea quod quamprimum naturali morte occaſurum expectare-*

Gallus & Julianus ſalvati.

(k) Sozom. lib. 5. c. 2.

PAGIUS *excuſationibus artificum*, quæ dicitur data *IV. Non. Aug. Feliciano & Titiano Coſſ.* eam confirmat: tribuitur enim Conſtantino Magno, qui tamen jam a menſe Maio obierat. Gothofredus cui ea explicatio in mentem non venerat, ait, ſi dies Legi ſubſcriptus vitio careat, eam Conſtantino Magno non eſſe tribuendam, ac forte legendum in ſubſcriptione, *IV. Non. April.* Quæ conjectura, poſita illa interpretatione, evaneſcit. Vide quæ anno ſequenti dicam, cum de Sancti Athanaſii reſtitutione agam. Legendus etiam Euſebius in Vita Conſtantini lib. 4. cap. 67. cujus titulus eſt: *Quomodo etiam poſt mortem a Comitibus & reliquis, perinde ac vivus honoratus eſt.* Ibi enim poſtquam narravit, Conſtantinum mortuum ab omnibus, *perinde ac vivum*

& ſpirantem, ſalutatum fuiſſe, concludit: Solus *denique etiam poſt mortem imperavit*, ut ſupra. Quare ſecunda conjectura Valeſii rejicienda, primaque omnino admittenda.

VII. Conſtantini Magni filii Imperium inter ſe partiti ſunt in *Pannonia*, ubi *Conſtantius* & *Conſtans* aliquandiu hæſere tranſigendis quæ opus erant, ut liquet ex Oratione 1. Juliani pag. 33. & 36. In diviſione *Conſtantino* natu maximo ceſſit Gallia, Hiſpania, Britannia & Africa Proconſularis ex parte. *Conſtanti* natu minimo, Italia, Africa reliqua, Illyricum, Macedonia, Græcia, Pontoque Euxino finitima. *Conſtantio* Myſia, (id enim addendum, inquit Gothofredus in Chronologia Codicis Theodoſiani) Thracia, Conſtantinopolis, Aſia, Ægyptus, Orien-

Diviſio Imperii inter tres Auggg.

Baron. n. LII. & ſeqq.

Digitized by Google

vetur; Julianum autem ætas tenera liberavit, quippe qui annum octavum ſuæ ætatis nondum confeciſſet. At quod ad ætatem Juliani pertinet; cum de eo ſcribat Eutropius, annos triginta & unum vixiſſe, quem conſtat occiſum eſſe anno Domini trecenteſimo ſexageſimotertio; dicere opus eſt ipſum natum anno Domini trecenteſimo trigeſimoſecundo, Pacatiano & Hilariano Conſulibus, ſicque hoc anno fuiſſe tantum ætate quinquennem, Gallum autem natum annos duodecim: etenim cum liqueat ex Ammiano (a) annos vixiſſe undetriginta, defunctumque anno Domini trecenteſimo quinquageſimoquarto; ortum eſſe oportuit anno trecenteſimo vigeſimoquinto, Paulo & Juliano Conſulibus, atque in hanc diem ad duodecim annos vitam propagaſſe. Cæterum licet eodem ambo patre geniti eſſent, nempe Conſtantio Majoris Conſtantii Auguſti filio ex Theodora; nequaquam tamen eadem ſunt matre nati, ſed plane diverſa: fuit enim Gallo mater Galla ſoror Ruffini & Cerealis Conſularium virorum; Julianus vero ortus eſt (ut teſtatur Ammianus b) Conſtantinopoli, & (ut alii tradunt) ex Baſilina nobiliſſima fœmina, quam conſtat Chriſtianam fuiſſe, ac pientiſſimam: extat enim ejus mentio in Actis Synodi (c) illius Conſtantinopoli celebratæ, in qua inter alias Sanctus Joannes Chryſoſtomus judicavit cauſam Epiſcopi Epheſini: nam in libello accuſationis adverſus eum oblato, hoc quoque ſcriptum erat: *Quod prædia a Baſilina, quæ mater erat Juliani abominandi Imperatoris, Eccleſiæ conſecrata vendidiſſet, & pretium ſibi uſurpaſſet.*

Galli, & Juliani ætas.

(a) Ammian. l. 13. in fin.

(b) Amm. Marcell. l. 20.

(c) Apud Metaph. in S. Jo. Chryſoſtom.

LVI. De eorum autem educatione hæc ſubdit Sozomenus (d): *Quibus ita præter omnium opinionem conſervatis, dabatur mandatum, ut ætatem degerent in Macello eſt locus plane regius ad Argæum montem, non longe a Cæſarea ſitus, in quo eſt magnificum Palatium, balnea, horti, & fontes perennes. Ubi igitur & cultu, & educatione digna Principibus dignati ſunt, ibi diſciplinis & exercitationibus illi ætati accommodatis inſtructi, ibi denique ab artis dicendi magiſtris & ſanctarum litterarum doctoribus ita inſtituti, ut in numerum cleri adſcriberentur, & libros Eccleſiaſticos ac divinos populo perlegerent.* Sed & hæc de clericatus initiatione, & ſacrorum librorum lectione, poſtea.

Educatio Galli, & Juliani.

(d) Sozom. l. 5. c. 2.

Quod autem ſpectat ad Juliani, de quo agimus, inſtitutionem a puero; conſtat ſummam induſtriam Imperatoris Conſtantii in hoc ipſo invigilaſſe; etenim de ſe Julianus, quod Philoſophicis moribus imbutus fuerit, teſtatur in Miſopogone, ubi hæc ipſe ad Antiochenos: *Sæpenumero mihi adhuc puero (teſtor Jovem & Muſas) dicebat præceptor ille: Ne ſinas te a tuorum æqualium multitudine in theatra ſeduci; neque ulla ejus ſpectaculi cupiditate tenearis. Circenſes deſideras? apud Homerum eos elegantiſſime deſcriptos invenies*: Et paulo poſt: *Vultis* (inquit) *illius nomen præceptoris & genus proferam? Homo barbarus mehercle & genere Scytha is erat, eodem nomine cum illo qui Xerxen ad bellum in Græciam, nobileſque Argivos induxit, nempe Mardonius. Hoc vero nomen, quod ante vigeſimum menſem honoris, nunc contumeliæ appellatur, Eunuchus erat, ſub meo avo educatus, ut matri meæ Homeri atque Heſiodi poemata exponeret. Cumque illa paucis poſt menſibus mortua eſſet, meque primum & ſolum filium reliquiſſet; cum ego tamquam virgo orba & deſerta, multis calamitatibus erepta puella & tenera, poſt annum ſeptimum ipſi traditus fui. Is ab eo tempore cum me ad magiſtros duceret, unicam bene vivendi viam eſſe mihi perſuaſit. Cumque ille aliam neque ſcire vellet, neque mihi ingredi permitteret, effecit ut omnium veſtrum odium incurrerem, &c.* Pluribus docet ſe in eo vivendi genere perſeveraſſe, quo ſub tali præceptore fuerat inſtitutus a puero: ut non obſcure ſignificet deorum cultum, & a Chriſto diſceſſionem, ab eodem didiciſſe. Hoc fortaſſe odoratus Conſtantius Imperator, cuſtodes adhibuit Juliano puero, ne quid minimum a Chriſtiana profeſſione deflecteret: nam de ipſo hæc ait Eunapius Sardianus (e): *Decreſcente autem ac deficiente Conſtantini progenie, ſolus relictus fuit Julianus, ob ætatis teneritudinem & ingenii molliciem deſpectus habitus; quamquam eunuchi Palatini miniſteria illius obirent, adhibitique eſſent cuſtodes, diligenter obſervaturi, ne in Chriſtiana fide vacillaret.* Hæc Eunapius: quod autem ſubdit de Maximo Philoſopho præceptore illi dato, id poſtea contigit, cum jam adoleviſſet.

LVII. Conſtantii ſtudium erga educationem Juliani.

(e) Eunap. Sardian. in Vit. Philoſ.

LVIII. Cæterum Juliani præcipua cura Euſebio Epiſcopo Nicomedienſi potiſſimum dele-

PAGIUS tiſque Imperium ab Illyrico ad Niſibim. Eunapius in Edeſio pag. 45. & Zoſimus lib. 2. pag. 691. Hæc tamen diviſio non omnino placide tranſacta; compoſita tamen a Conſtantio in Pannonia, ut prædicat Julianus Oratione 3. indeque poſtea ipſe in Syriam profectus eſt, ut habet Julianus Oratione 2. pag. 36. Verum hi tumultus anni ſequentis initio accidere; tandemque de pertinente ad Carthaginem Africa, Italiaque diſſidium Conſtantinum inter & Conſtantem exortum. Quod cum triennium totum foviſſent, ipſi demum *Conſtantino* fatale fuit, *ut ſuo loco dicetur.*

VIII. *Delmatii Cæſaris* & aliorum a Conſtantio occiſo-

Cura Juliani commiſſa Euſebio. legata eſt, atpote ex materno genere illi propinqao: de cujus quidem ſanguinis cum Juliano conjunctione, licet a longe proveniente, teſtatur Ammianus, cum ait

(a) Ammian. lib. 22. (a) de adventu ejus Nicomediam: *Agnoſcebat quoſdam ibidem ab Euſebio educator Epiſcopo, quem genere longius attingebat.* Eidem quoque Euſebio cui plurimum Conſtantius fideret, cujus ioſtitutione & ipſe imbutus eſt Arianiſmo, cum Juliani educatio credita eſſet; ab eo haud dubium tanquam a ſtadioſiſſimo impietatis architecto jacta eſſe videntur fundamenta occultæ Jaliani apoſtaſiæ. Qai cnim (ut dictum eſt) perſecutionis tempore idolis immolaverat, quique eadem profeſſus eſt ſe cum Ario de Chriſto ſentire, abique impius & ſceleſtus, ſic ſe ſub Chriſtianis Imperatoribus Chriſti cultorem exhibebat, ut lucrum & honores ea ſimulata pietate captaret; cum numquam deſtiterit, quoties opportuna ſe dedit occaſio, præbere ſe Chriſtianæ religionis io omoibus perduellem.

LIX. Quod rurſum pertinet ad Conſtantii accuſationem & ratiooem atqae conſilium ejus in puerorum educatione; Gregorius

(b) Greg. Naz. orat. 2. in Jul. Nazianſenus in Julianum hæc ait (b): *Unum igitur & primum illius eſt facinus, quod a Magno Conſtantio, qui patri in Imperio ſucceſſerat, ſalutem conſecutus*

Conatus Conſtantii cum ſumpſit Imperium. *(quo tempore exercitus rerum novarum cupidus, res novas moliens, adverſus eos qui dignitatibus florebant, arma cœpit, ac per novos Præfectos aula Imperatoria conſtituebatur) & quidem ſalutem inſperatam & incredibilem cum fratre conſecutus, nec Deo ob ſalutem gratiam habuit, nec Imperatori, per quem ſalutem acceperat: verum utrique malum ac ingratum ſe præbuit, illi defectionem parturiens, huic rebellionem. Quod autem mihi prius neceſſario exponendum eſt, victu & cultu Imperatorio in Imperatorio quodem loco ab humaniſſimo Imperatore digni habebantur, ac velut generis reliquiæ ad Imperium ſervabantur. Id autem eo conſilio faciebat primum, ut ſe de his rebus, quæ Imperii ſui auſpiciis temere & inconſiderate perpetratæ fuerant, purgaret, velut ex ejus animi ſententia minime admiſſis: deinde, ut iis ad Imperii ſocietatem adſciſcendis magnitudinis animi, præſtantiæque argamentum ederet: poſtremo ut Principatum his incrementis firmius ſtabiliret.* Hactenus Gregorius; & inferius addit; eoſdem non cogente Conſtantio, ſed ſponte ſeipſos ambos jam grandiores io clericorum ordinem cooptari curaſſe; qaod redditur aa eo quoqae veriſimile, quod ſciſſent a militibus ſuos ipſorum parentes occiſos eſſe ea de cauſa, at omnis ſuſpicio invadendi Imperii tolleretur: neſcientes & ipſi jam provectioris ætatis, concepta eadem ſuſpicione, peterentur ad cædem; clericali profeſſione ſe ab ea re longius abhorrere ſignificarunt: ſt de eis rurſum inferius.

Inter alios quoque clariſſimos viros ipſo Conſtantii Imperii ingreſſu necatos, adnumerat Zoſimus Ablavium virum Conſulatem, & Prætorii Præfectura aliiſque inſignibus decoratum. Equidem recta juſtaque Dei diſpenſatione accidiſſe videtur, at qui facilitate animi Conſtantini abuſi, nec ejus moniti ad meliorem frugem converſi eſſent, neque ab immani illa divitiarum aviditate ſe aliquando temperaſſent, ſed ex nimia Principis indulgentia magis magiſque delinquendi licentiam arripuiſſent; iidem ipſo defuncto, juſtiſſime pœnas darent. Eo namque inter illos amplitudinis pervenit Ablavius iſte, ut Imperatoris ſocer evaſerit: filiam enim ſuam Olympiadem Conſtanti Auguſto Conſtantii fratri ſpopondit uxorem, quam, occiſo Conſtante, Conſtantius nuptui tradidit Arſaci Armeniæ Regi. Teſtatur id Ammianus cum agit (c) de eodem Arſace dicens: *Olympiadem Ablabii * filiam Præfecti quondam Prætorio ei copulaverat conjugem, ſponſam fratris ſui Conſtantis.* Et hæc quidem, cum ipſe humili loco natus, & plane infimo, ad tantam celſitudinem provectus eſſet, at merito nominatus fuerit Pila Fortunæ, eam clevatus ſublimis deorſum rurſus magno ac miſerando caſu demiſſus ſit; de eo enim hæc Zoſimus (d): *Tunc & Ablavius Præfectus Prætorio necatus eſt, ipſa vindicta merita hominem pœna mulctante, qui per inſidias Sopatro philoſopho mortem machinatus fuiſſet, dum ei Conſtantini familiaritatem invideret.* LX. Ablavii infeliciſſimus exitus. (c) Ammian. l. 22. * Ablavii (d) Zoſim. lib. 2.

At quo res magis admiranda appareat quæ fertur de ejus exitu, hic etiam ejus natalis rapetendas eſt, qui ab Eunapio (e) ſic deſcribitur, cum ejus miſerandum caſum narrat: *Ablavio Sopatri cædis architecto & machinatori genus fuit obſcuriſſimum, & quo ad paternam originem infra mediocritatem abjectum & humile. Vivitque in animis hominum hujuſmodi fabula, cui a nemine contradicitur: Ægyptius* LXI. (e) Eunap. in Vita Philoſoph. Natalis Ablavii & vitæ progreſſus.

PAGIUS eiſorum cædes ad hunc annum pertinet, ut ex Theophane, aliiſque deducimr, & inſinuat Julianus, cum in Oratione 1. pag. 36. ſeditionem caſtrenſem contigiſſe dicit, antequam Conſtantius cum fratribus Imperium diviſiſſet. Cum itaque, ut habet Hieronymus in Chronico, *Delmatius* triennio regnaverit, ſiquet tres illos annos incompletos intelligendos, eamque mortem accidiſſe ante V. Idus Septemb. quo die Imperii diviſio facta. Conſtantii cædes. Baron. n. LIII.

IX. Periit *Julianus* Imperator anno ætatis trigeſimo ſecundo inchoato, at in morte ejus videbitur

ptius quidam e tractu qui Mendeſius vocatur, Conſtantinopolim hoſpes veniens in opiparam cauponam irrumpit (norunt enim Ægyptii, etiam in publico, quoties peregrinantur, turpitee ſe dare, quibus eos moribus domi imbui verisſimile ſit) jejunus etiam magno confecto itinere, ac præ ſiti prope enectus, juſſit vinum molle ac conditum aromatibus miſceri ſibi, adnumerata pecunia. Cauponaria, viſo præſenti argento, miniſterio ſe accingebat, & diſcurſabat ſatagendo (erat autem eadem mulier artis quoque obſtetriciæ in pueperitie perita) dumque Ægyptio poculum apponit, & depromptum vinum defundit; ecce e vicinia accurrens una, in aurem illius narrat, ſodalem & affinem ſuam de ſalute periclitari tertio jam nixu, niſi ocyus ſuccurratur. Hoc audiens illa, relicto Ægyptio, priuſquam biſcentem, & anhelam calida perfunderet, & puerperam a partus laboribus liberavit, & ex uſu compoſitis in eo miniſterio rebus omnibus, poſt elotas prius manus ad hoſpitem recurrit: quem graviter commotum, iraque æſtuantem ubi offendit, moræ ſuæ cauſam illi aperit. Bonus ille Ægyptius, hoc audito, majore ſiti narrandi quod infanti divinitus eſſet eventurum, flagrans, quam ſua ſiti medendi; confeſtim tempus diei, & horam obſervat, & inquirit; claraque voce: Abi (inquit) mulier, & puerperæ dicito quod tantum non Imperatorem enixa ſit. Hoc elocutus, pleno poculo ſe proluit, nomenque ſuum mulieri cognoſcendum dedit. Natæ infanti fuit nomen Ablavius, qui uſque adeo pila & ludus extitit Fortunæ nova ſemper molientis, ut Imperatore plus potuerit: quare & Sopatrum tollendum curavit, cauſam necis futilem & Socratica vaniorem populo indomito, tunc Imperium quoddam obtinenti, afferens. Itaque Conſtantinus, ob evectum ad amplos honores Ablavium, noxam incurrit, vecordiæque pœnas dedit; de cujus obitu in hiſtoria ipſius proditum eſt. Iſta homo Ethnicus infenſiſſimus Conſtantino in eum effutiit; ſed hæc de Ablavii nece mox ſubdit:

LXII. Conſtantius Ablavii mortem machinatur. *Reliquit ie filium Conſtantium Ablavio: qui cum Imperium æquo jure regeret, poſtquam paternum ſucceſſione Imperium cum Conſtante & Conſtantino fratribus ſuſcepiſſet, de quibus in divinisſimo illo Juliano exactius dictum eſt. Proinde Conſtantius Imperium adeptus, ac ſortem ſuam cuique fratrum partitus, obtinuit quicquid ab Illyrio ad Niſibin uſque extenditur: Mox Ablavium Imperio exuit, aliosque adminiſtratores ſubrogat. Ille apud extructam ſibi olim in Bithynia villam, locum regali otio & ſeceſſui dicatum, omnibus rebus affluens ſubſiſtit, cunctis admirantibus quod imperare nollet. Paulo poſt ex urbe patriæ nomen præferente, percuſſores non paucos ſubmiſit, juſſis primis litteras dare: qui in genua procumbentes (qui mos inolevit apud Romanos in ſalutando Imperatore) honorarias illi in manum dedere litteras. Ille magno faſtu receptis tabulis, metu ſolutus omni, purpuram advenas popoſcit jam ſeveriore ſupercilio, & aſpectantibus formidoloſus. At illi nihil ſe amplius in mandatis habere profeſſi, pro foribus ſtare quibus tradendæ purpuræ cura incumberet, dixerunt: quos ille inſolenti atque elato animo confeſtim accerſi juſſit. At hi, iniecta manu, virum adorti, pro ſtola purpurea, necem illi purpuream obtulerunt, fruſtatim diſſecto in modum pecudis, quæ publico in epulo conciditur.* Hic finis præpotentis Ablavii.

At utinam qui Ablavium occidi mandavit, cæteroſque a patre elatiſſimis dignitatibus inſignitos viros; alios in occiſorum locum ſufficiendos delegiſſet his meliores: ſed ſic ſe liberare voluit ab illis qui cum patre conſenuerant viris inſignibus, ne videretur pædagogis indigere, quorum cogeretur revereri præſentiam. Quamobrem Euſebii Nicomedienſis Epiſcopi arbitratu, qui (ut diximus) Conſtantini temporibus in Regiam ſe inſinuaverat aulam, & jam ipſius Conſtantii mille viis fuerat amicitiam aucupatus, viri illi ad magiſtratus gerendos eliguntur, qui Arianæ hæreſeos aſperſi labe, ejuſdem propagandæ ſuſcepturi eſſent patrocinium. Patet aula cunctis Arianæ hæreſis ſectatoribus; præficiuntur hi quoque cubiculis, qui & aures nacti Imperatoris, quæ velint illis ingerant, & quos libeat, ad ejuſdem aures tranſmittant: unde manavit malorum omnium in Eccleſiam impetuoſus torrens exundans, cujus alluvione fuit diu multumque undique peſſumdata. Extitit autem horum princeps Euſebius eunuchus primarius Præfectus cubiculi Imperatoris, ſub ſe habens eunuchos & alios aulicos ipſe Arianus Ariana labe conſperſos, de quo ſæpe inferius dicturi ſumus. Euſebius igitur Nicomedienſis LXIII. Aulici deliguntur Ariani.

PAGIUS Juliano mors intentata. Baron. n. LVII. tur. Quare in lucem prodierat anno Chriſti trecenteſimo trigeſimo primo, idque die ſexta Novembris, ut legitur in Laterculo Silvii, & nonniſi menſe Novembri inſequentis anni octavum ætatis ingreſſus eſt. Periculo itaque liberatus *Julianus* octennis anno trecenteſimo triceſimo nono, cum Socrates & Sozomenus eum tunc nondum annum ætatis octavum compleviſſe tradant.

Cangius in *Familiis Auguſtis Byzantinis* ſcribit, *Julianum* natum eſſe anno Chriſti CCCXXXII. opeque Euſebiæ Conſtantii uxoris ſervatum. Quam in rem citat ipſum Julianum ad S. P. Q. Athenienſem pag. 505. Sed, ut rurſus in Juliani morte dicetur, is anno antecedenti natus erat, & loco laudato loquitur de *Galli* fratris cæde, quæ anno CCCLIV. patrata eſt, ac de

Digitized by Google

ſis una cum ſuis jam olim ad propagandam Arianam hæreſin ſacerdotibus comparatis, hiſce ad malum potentibus ſuperadditis pugnatoribus ſemiviris, ſuſdeque omnia commiſcens, primum illud aggreditur facinus poſt Conſtantini obitum, ut per Conſtantium, quem ſeduxerat, Imperatorem, novus Epiſcopus Alexandriam, qui ejus civitatis ſedem occuparet, Athanaſio exule, mitteretur. Horum vero ad (a) Socrat. lib. 2. c. 2. hæc implenda conatus Socrates narrat his verbis (a):

LXIV. Arianorum machinatio. *Mortuo Imperatore Conſtantino, Euſebius Nicomedienſis, & Theognis Nicææ Epiſcopus, tempus opportunum ſe nactos arbitrati, omnes ſuos nervos contenderunt, ut fidem de Conſubſtantiali confirmatam exturbarent ab Eccleſia, Ariique opinionem in ejus locum introducerent. Verum hoc ſe minime conſequi, & efficere poſſe intellexerunt, ſi Athanaſius rediret Alexandriam. Iſta quidem callide aggreſſi ſunt, ſubſidiis illius presbyteri, quem cauſam fuiſſe ante diximus, cur Arius eſſet revocatus, adjuti:* Et paulo poſt: *Conſtantius presbyterum in magno honore habere, multum illi tribuere cœpit libertatis; libere & audacter in Regiam ingredi jubet. Quæ quidem libertas illi ab Imperatore conceſſa tum ad uxoris Imperatoris, tum ad eunuchorum ejus familiaritatem aditum ſibi* Euſebius eunuchus. *patefecit. Eodem tempore eunuchus quidam, cui nomen erat Euſebius primarius fuit Imperatoris cubicularius: hic presbyteri ſuaſu perverſæ Arii opinioni aſſenſit, reliquoſque eunuchos in eamdem induxit ſententiam. Quinetiam Imperatoris conjux, eunuchorum & presbyteri hortatu & conſilio, in Arii errorem prolapſa eſt. Paulo poſt Imperator ipſe rem in quæſtionem vocavit; pedetentim paſſim vagari cœpit, ac primum inter ſatellites qui Palatium frequentabant, deinde per multitudinis animos quæ urbem incolebat, pervadere. De opinione illa in ipſa Regia cubicularii Imperatoris cum mulierculis digladiantur, in ſingulis urbis familiis litigioſa differendi pugna fuit. Mali igitur illius contagio ad alias provincias, & civitates celeriter permanavit; & controverſia velut ſcintilla ex parvis admodum initiis exorta, audientium animos ad diſcordiam concitavit. Nam cuique cauſam tumultus ſciſcitanti, anſa ſtatim diſceptandi oblata eſt, & quiſque non modo de ea rogare, verum etiam pugnaciter diſſerere voluit. Ita contentione procella tranquillitas rerum ſtatus penitus labefactatus, & everſus eſt. Atque iſtæ quidem concertationes urbes ſolum ad Orientem vergentes exagitarunt. Nam Illyrium, & aliæ regiones verſus Occidentem interea temporis pacatæ, & quietæ fuerunt; quippe quæ Concilii Nicæni decreta nullo modo perfringere voluerunt. Poſtquam igitur contentionis ſumma erat accenſa, & indies magis magiſque exardeſcebat, factio Euſebiana multitudinis tumultum in lucro deputavit; ſic enim poſſe fieri ſperabat, ut aliquis Alexandriæ Epiſcopus deligeretur, qui eamdem tueretur opinionem.* Hæc Socrates.

Sic igitur videas, cum Euſebianorum ſecta, tum eunuchorum claſſe, tum denique fœminarum grege, pellectis per hos ad malum Conſtantio & ejus uxore Auguſta, Arianam hæreſin iterum invaleſcere, atque validius reviviſcere. Hoc plane illud tempus eſt, quod a S. Gregorio Nazianzeno his verbis deſcribitur, cum ejus hæreſis ortum atque progreſſum recenſet, ac poſt alia ſic ait (b): *Rurſus malum Imperium, & rurſum malum recrudeſcit, atque inſtar ſubputridi maleque obducti vulneris aperitur, & foras erumpit; graveſque lupi, alii aliunde nos intercipientes, Eccleſiam diſcerpunt. Armantur ſacerdotes adverſus ſacerdotes: plebs adverſus plebem furibundo impetu fertur; Imperator ipſe plenam impietati libertatem poteſtatemque concedit, atque adverſus Orthodoxam doctrinam leges inſtituit, iiſque præterea qui nec virorum nec multorum numero cenſendi ſunt, quorum magna erat apud eum auctoritas, & potentia. Quis vero temporis illius calamitates pro rei acerbitate commemorare, ac deplorare queat?* &c. Quæ autem is ſubdit, alio tempore contigerunt, quo & nos recenſebimus. At rurſum ipſius de eiſdem eunuchis hæc illa querela: *Ex his potiſſimum muliebres homines, & inter viros virorum nomine indignos, ſexuque dubios, impietate autem certos, & perſpicuos, quibus tum mulierccularum cura committatur, haud ſcio qui fiat ut Imperatores Romani eoſdem virorum officiis muneribuſque præficiunt.* Sed & Ammianus (c) de eodem Euſebio cubiculi Præpoſito & collegis ſpadonibus meminit: *Horum* (inquit) *ea tempeſtate plus habendi cupiditas ultra mortalem modum adoleſcebat inter miniſteria vitæ ſecretioris per arcanos ſuſurros nutrimenta fictis criminibus ſubſtrentes.*

LXV. Ariana hæreſis invaleſcit.

(b) Greg. Naz. orat. in laud. Heronis.

(c) Ammian. l. 14.

Quantum autem poſſent hi apud Conſtantium, & quam numeroſus eſſet eorum grex tunc in aula Imperatoris, S. Athanaſius declarat his verbis (d): *Eodem & ca-* LXVI.

(d) Athan. epiſt. ad Solitar.

PAGIUS de periculo tunc a ſe, *Euſebia* beneficio, vitato, non vero de eo quod ei currenti anno intentatum. Neque enim ante annum CCCLIII. *Conſtantius* Euſebiam uxorem duxit, ut ſuo loco dictum.

Ad

Eunuchorum apud Conſtantium gratia. *cæteros quoque ſpadones provocat; pleri- que enim apud Conſtantium, vel potius omnes eunuchi ſunt, omniaque apud illum poſſunt, & ſine illis nihil ibi rerum geritur*: Et inferius: *Eunuchi erant qui iſta, & reliqua in omnes movebant; & (quod in iſtis inſidiis mireris) Ariana hæreſis, abnegans Filium Dei, præſidium ſibi ex eunuchis comparabat, hominibus ut natura, ita animo ad gignendum ſterilibus, & qui proinde ægre patiuntur ullam mentionem de ſobole, nempe Filio Dei, fieri. Atque Æthiopicus eunuchus* (a), *cum non caperet quæ legebat, credidit Philippo de Salvatore docenti: Conſtantii eunuchi contra, ne Petri quidem de Filio confeſſionem ſuſtinent; immo quem Pater declarat ſibi eſſe Filium, averſantur, furuntque in eos qui dicunt illum genuinum ex Patre. Merito lex vetuit Eunuchos in Concilium Eccleſiaſticum aſſumi; atqui illi nunc Eccleſiaſticorum judiciorum principes reputantur; &, quod ipſis videtur, Conſtantius judicat; atque iſtiuſmodi rebus, qui nomen Epiſcopi ferunt, inſerviunt. Me miſerum, quis hanc hiſtoriam deſcribet? Quis iſta renunciabit generationi alteri? Quis iſta narranti fidem habebit? Spadones quibus domorum gubernacula vix creduntur (voluptuarium enim, & nequam hoc genus hominum, quibuſque nihil tam curæ eſt, quam illud impedire quod ipſis natura negavit) illos nunc Eccleſiis dominari. His ergo deditus & obnoxius Conſtantius, omnibus inſidias molitus eſt*, &c. Quæ vero ſubdit, ſuo loco dicemus. En apparet, quam degenerarit Conſtantius a moribus Conſtantini parentis, qui eunuchos aulicos nominibus exutos voluit nobilitatis inſignibus, & a gerendis magiſtratibus alienos. At quonam pacto licet conſpirantibus his, ut in locum Athanaſii in Alexandrina Eccleſia alius ſufficeretur Epiſcopus, eiſdemque aſſentiente, immo & connivente Imperatore Conſtantio, minime tamen id impleri valuerit, obnitente Conſtantino in Galliis Imperatore, ſuo loco dicemus anno ſequenti.

(a) Act. 8.

LXVII. Concilium Romanum. His quoque Conſulibus, Feliciano & Titiano conſignata reperitur Romana Synodus ſub Julio Papa centum & ſexdecim Epiſcoporum; in qua tamen Maximus Conſul cum Feliciano ponitur, cum Caſſiodori & Græcorum Faſtorum conſenſu Feliciano nonniſi Titianus collega jungatur. Quod autem ſpectat ad Synodum dictis Conſulibus annotatam, cum triplici & inter ſe diverſa chronographia ſignetur, mendum in notas numeri irrepiſſe, facile eſt intelligere: primum enim anno quarto dictorum Auguſtorum, rurſum indictione ſexta, atque demum nominatis Conſulibus ponitur eadem Synodus celebrata. Si igitur moveatur controverſia, quænam harum trium chronographia fidelior habenda ſit; mea quidem ſententia notatis Conſulibus potius inhærendum exiſtimarim, illa potiſſimum inter alias ratione perſuaſus, quod facilius ſit in notas numeri errores illapſi, quam in ipſa nomina: quod omnes puto juſtiſſime conceſſuros. Hinc enim eſt, quod mos inolevit, ut cum vel anni Imperatoris, vel Indictionis, in legibus ab Imperatoribus latis mentio haberetur, Conſulum quoque nomina adderentur, eam nimirum ob cauſam, ut Faſtorum ſoliditate, annorum Imperatorum numerus, vel Indictionis, ſemper integer ſervaretur; vel, ſi librariorum vitio corrumperetur, ex notatis Conſulibus reſtitui perfacile poſſet. Extant de his complura exempla in Codice Theodoſiano, in cujus libro undecimo, titulo vigeſimooctavo *de indulgentiis debitorum* multæ inſunt leges, in quibus res ab Imperatoribus repertas ſtatutas, certo tempore definitas, Indictionibus ſimul atque Conſulibus conſignatas. Sed etſi hac deſtitueremur ratione; tamen, quia lectionem illam de ſexta Indictione ſubſiſtere nullatenus poſſe, evidentius demonſtrabimus, & ea notata annis Imperatorum rebus geſtis haud ſatis congrue aptari poſſe videatur; merito chronologia illa conſignata Conſulibus magis probata videri debet.

LXVIII. Tempus coactæ Synodi Rom. His igitur rationibus cum eamdem Synodum præſenti anno potius ponendam exiſtimemus, aliis quoque de cauſis id facere permovemur; quod ſcilicet Julius Papa ipſo ſui Pontificatus exordio, ut par erat, eodem convocato Concilio, voluerit Nicænam Synodum ſuo quoque calculo confirmari, damnatamque hæreſin iterum excommunicatione percelli. Hoc quidem recens electi Pontificis munus eſſe videbatur, ut fidem Catholicam ſuo ipſius ingreſſu primum omnium Catholicæ Eccleſiæ publicis monumentis teſtatam redderet. Rurſum vero quod hæc ibi ſcripta legantur de cauſa ejus cogendæ Synodi (b): *Ad hoc convenimus, ut hoc primum ſecundum Dei voluntatem faciamus, & a fundamentis Chriſti Jeſu incipiamus, & demus pro fratrum oppreſſione tractantes laboremus; quia dum illi tam graviter affliguntur, nos nec reſpirare nec quieſcere poſſumus; quia dum membra vexantur, corpus reliquum pacem aut quietem minime*

(b) Habetur t. 2. Concil.

PAGIUS X. Ad num. LXVII. & ſeqq. Synodus Romana ſub Julio Papa aliud non eſt quam farrago quædam ab Iſidoro Mercatore collecta ex Tripartita, aliiſque, & in formam Concilii redacta; certe nulla ejus in libello Synodico mentio. *Synodus Romana.*

me habere poterit. Hæc inquam, cum ibi ſcripta habeantur, perſecutio Euſebianorum in Oriente, qua Athanaſius primo, deinde vero Marcellus Ancyranus pulſi fuerant in exilium, inſinuari videtur. Sed & quod inferius de Arii interitu, ut re quæ paulo ante contigiſſet, meminit; plane ſignificat, ipſo primo tempore Julii eam Synodum eſſe habitam; ait enim: *Ea quidem quæ de illo geſta ſunt, qualem terminum habuerint, omnia jam audiſtis, & audietis, ne nos forte videamur viro obloqui propter delictum ſuum improperia digna portanti*. Hæc ibi; quibus omnibus perſuaſi, hoc (ut diximus) anno, ſecundum nominatos Conſules, libuit eam Synodum collocaſſe; de qua nihil præter confeſſionem rectæ fidei, & deteſtationem Arianæ hæreſis reperitur.

LXIX. Epiſcopi qui Synodo Rom. interfuere.

Porro ex centum illis, & ſexdecim Epiſcopis, qui Concilio huic interfuere, hi tantum illic nominati leguntur: Benedictus Aquilejenſis Epiſcopus, qui præceſſit Fortunatianum ejuſdem civitatis Præſulem, de quo ſæpe inferius; Rufus Carthaginenſis, qui ſucceſſit Cæciliano, & habuit ſucceſſorem Gratum, qui interfuit Concilio Carthaginenſi. Ponitur ibidem Agapitus Antiſtes Eccleſiæ Ravennatis, qui præceſſit Severum ejuſdem urbis Epiſcopum, qui reperitur interfuiſſe Concilio Sardicenſi poſt decennium celebrato; ſed in edita ſerie Ravennatum Epiſcoporum perperam ponitur poſt Severum Agapitus. Cum enim nihil ſit quod dici poſſit iſtud Romanum Concilium ſexta Indictione (ut habet lectio depravata) eſſe celebratum; nam ſexta Indictio ſub Conſtantio Imperatore & Julio Papa una tantum numeratur, eademque ipſo anno Sardicenſis Synodi, cui (ut dictum eſt) non Agapitus interfuit, ſed Severus; luce clarius conſtat, longe ante celebratum fuiſſe Romanum Concilium, ſub Julio de quo agimus, quam Conventum Sardicenſem. Sed id quidem ea quoque potiſſimum ſatis manifeſta ratione probatur, quod Synodo Sardicenſi ſucceſſores horum Epiſcoporum, qui præſentes fuerunt dictæ Romanæ Synodo, ſubſcripti reperiantur; nempe cum in hac Synodo Romana habeatur interfuiſſe Benedictus Aquilejæ Epiſcopus, Concilio Sardicenſi præſens fuiſſe reperitur ejus ſucceſſor Fortunatianus; & cum in hoc legatur præſto fuiſſe Rufus Carthaginenſis Epiſcopus; in Sardicenſi, qui in locum ejus ſucceſſit, Gratus inter alios nominatur: atque cum huic pariter habeatur Julius Mediolanenſis præſens fuiſſe; Synodo tamen Sardicenſi hujus ſucceſſor poſt Euſtorgium ponitur Protaſius; licet in ea quæ perperam deducta eſt Epiſcoporum Mediolanenſium ſucceſſione, in qua & cujuſque eorum ſedis tempus temere ponitur (a), Dionyſius deſcribatur: cum tam ex Athanaſio, quam etiam ex Actis ipſis quæ extant Sardicenſis Synodi, nominatus Protaſius habeatur. At quiſnam fuerit Julius iſte Mediolanenſis Epiſcopus, qui interfuit cum Agapito Ravennate & aliis huic Romano Concilio ſub Julio, paulo poſt dicemus.

(a) Apud Panvin. in Faſtis.

LXX. De Severo Epiſcopo Ravennate.

Hæc autem de ſucceſſione Ravennatum Epiſcoporum cum hic, tum etiam in noſtris ad Romanum Martyrologium Notis Plantinianæ editionis oportuit prolixius diſſeruiſſe, ad confutandum illapſum errorem in ſeriem eorumdem Epiſcoporum, in quibus Severus ante Agapitum ponitur, eumque ſediſſe a Valeriani temporibus uſque ad Synodum Sardicenſem, annos ut minimum ſexagintaquatuor. Par erat noſtrum Rubeum a nobis de iis amice admonitum, adeo perſpicuis, omnique ex parte redditis certioribus rationibus acquieviſſe, atque emendaſſe in ſua ipſius poſteriori editione Hiſtoriæ Ravennatis: ſed, puto, dabit manus, ſi quæ aſtruit de Synodo Romana ſub Julio habita, ſexta (ut vult) Indictione, nulla ex parte poſſe ſubſiſtere demonſtrabimus.

LXXI.

Uno enim illo nititur ipſe potiſſimum fundamento, ut dicta Romana Synodus non ſub nominatis Conſulibus, ſed ſexta indictione (quod habet diverſa ibi poſita chronographia) fuerit celebrata. Incidit ea ſexta Indictio (quod & ipſe teſtatur) in annum Domini trecenteſimum quadrageſimumoctavum; ſed ſic tamen (quod ipſum in primis oportuerat animadvertiſſe) ut eodem anno a menſe Septembris Indictio ſeptima inchoetur: neque enim aliter quam a dicto menſe conſueviſſe majores auſpicari Indictionem, nemo eſt qui dubitet. Quod ergo eadem Romana Synodus (ut ex ejus Actis liquet) cœpta habetur decimooctavo Kalendas Octobris, abſoluta (ut in fine ejuſdem ponitur) ipſis Kalendis Novembris; alterum de duobus affirmare neceſſe eſt: Aut ſi vult eam habitam eſſe anno Domini trecenteſimo quadrageſimooctavo, quo & Agapitum ſexta Indictione vult ſucceſſiſſe Severo; tunc nequaquam dici poteſt ſexta Indictione celebrata eſſe, ſed ſeptima inchoata: Aut ſi vult eam ad ſuperiorem annum revocare, ut vere ſexta indictione eſſe habita dici poſſit; tunc illud in primis falſum erit, quod ait, Agapitum eſſe creatum Epiſcopum anno Domini trecenteſimo quadrageſimooctavo, qui jam anno ſuperiori reperiatur præſens fuiſſe Romanæ Synodo ſexta Indictione celebratæ, anno trecenteſimo quadrageſimoſeptimo. Sed & illud ſequeretur abſurdius, ſi diximus eamdem Romanam Synodum habitam eſſe ſexta Indictione: tunc enim affirmare neceſſe erit, ipſam eodem anno eſſe celebratam,

tam, quo & Synodus Sardicenſis reperitur eſſe collecta, anno Domini trecenteſimo quadrageſimoſeptimo, quo & ſexta Indictio incipit menſe Septembris. At quod monſtrum illud erit, ut earumdem Eccleſiarum Epiſcopi diverſi nominis habeantur in utriſque Synodis ſcripti, ono eodemque anno habitis? Quamobrem cum hæc nulla ex parte ſubſiſtant, nec aliqua alia ſexta reperiatur Indictio ſub Julio Romano Pontifice, quem ante abſolutam illam periodum Indictionum conſtat eſſe defunctum; jam evaneſcit omnino illa de ſexta Indictione argumentatio.

LXXII. *De Grato Epiſcopo Carthag.* Sed ut quid in dubium revocat, num Gratus ipſe, cujus eſt quereia illa in Concilio Sardicenſi de Africanis Epiſcopis, fuerit Epiſcopus Carthaginenſis? nam quiſnam alius potuit eſſe Epiſcopus ille Gratus, qui ſubjectos haberet Epiſcopos Africanos, ut ibi demonſtratur, niſi Epiſcopus Carthaginenſis? eum præſertim ex Synodo Carthaginenſi prima, quæ (ut ſuo loco dicetur) anno ſequenti a Concilio Sardicenſi habita eſt, certum habeatur, ejus nominis Epiſcopum Carthagioenſem Gratum eidem interfuiſſe, immo & præfuiſſe Concilio; in cujus canone quinto mentio habetur de celebrato antea Concilio Sardieenſi; unde ex tam explorata, eerta, conſtantique ratione explodendus eſt addititius ille eidem Synodo affixus titulus, quo dicitur celebratum illud eſſe Concilium temporibus Silveſtri, vel Marci: ex legatione enim illa Pauli atque Macarii, cujus eſt frequentiſſima mentio apud Optatum & Auguſtinum, certum redditur tempus ejuſdem primi, ſic dicti, Concilii Carthaginenſis, quod ſuo loco conſtabit.

LXXIII. *De Protaſio Epiſc. Mediolan.* Quod inſuper Protaſium Epiſcopum Mediolanenſem ante Julium ejus civitatis Antiſtitem ponit, errore labitur, ſecutus Panvinum, quem, reclamantibus omnibus, conſtat erraſſe, dum Diocletiani temporibus in laterculo ſuorum Faſtorum habet Protaſium, & poſt eum Maternum, & deinde Euſtorgium, poſt illum vero Dionyſium temporibus Concilii Sardieenſis; nam ex Actis ejuſdem Synodi Sardicenſis liquet Protaſium eidem præſentem fuiſſe. Rurſumque in re comperta hæſitat, dum Fortunatianum Epiſcopum Aquilejenſem, qui Concilio Sardicenſi interfuit, Fortunatum potius exiſtimat appellandum, ex quadam ſibi (ut ait) cognita lectione: ſed ſi hoc attendendum eſt, ut cum apud Athanaſium recenſetur ſeries Epiſcoporum qui interfuerunt Concilio Sardicenſi, legatur perperam, *Fortunatius*, pro *Fortunatianus*; non duo, ut vult, ſed tres dicendi ſunt eodem ferme tempore præfuiſſe Eccleſiæ Aquilejenſi; Fortunatianus, cujus eſt mentio quoque apud S. Hieronymum, Fortunatus, & Fortunatius. Sed faceſſant levia iſthæc; unum tantum novit Eccleſia Aquilejenſis, & veteres ſcriptores, Fortunatianum Aquilejenſem Epiſcopum; licet mendoſi codices, loco *Fortunatiani*, *Fortunatium* habeant, vel *Fortunatum*. At otioſe nimis, & cum tædio lectoris (ut video) in re adeo perſpicua detinemur.

Agedum tranſeamus ad Julium illum Epiſcopum Mediolanenſem, qui legitur interfuiſſe eidem Romanæ Synodo hoc anno ſub Julio Romano Pontifice celebratæ. LXXIV. Miramur profecto hunc ipſum ab eodem (*a*) auctore prætermiſſum, qui (ut apparet) adeo perperam texuit ſucceſſionem Mediolanenſium Epiſcoporum, & ad libitum ex animi ſui ſententia annos ſedis cujuſque eorum appoſuit; nam ſi alicujus Eccleſiæ antiqui quærantur Epiſcopi; illi certiores erunt, quos veterum Conciliorum Acta ſuppeditant. Quamobrem cum Julium hunc ipſum conſidero, ſuſpicione interdum pulſor, num idem hic ſit cum Materno ejuſdem civitatis Antiſtite, antiquis ſcriptis & memoria anniverſaria ex tabulis Eccleſiaſticis celeberrimo; idemque cognominatus fuerit Julius Maternus; atque fortaſſe idem ille ſit, cujus extat nobiliſſimus commentarius hoc titulo inſcriptus (*b*), *Julii Firmici Materni V. C. De Myſteriis & erroribus profanarum religionum ad Conſtantinum & Conſtantem Auguſtos liber*. Nomina quidem probe conſentiunt, & tempora æque conveniunt, licet in titulo illo nomen tantum Epiſcopi deſideretur, errore forſitan librariorum omiſſum. Voluimus hæc innuiſſe ſolum: prudens vero lector accurate dijudicet.

De Julio materno.

(*a*) *Panv. in. Faſt.*

(*b*) *Extat tom. 5. Biblioth. ſanct.*

Cæterum quod ad ipſum commentarium pertinet, ſi quis diligenter ejus argumentum conſideret, in eam plane ſententiam LXXV.

con-

PAGIUS XI. *Julius Firmicus floret.* Ad num. LXXIV. & ſeqq. *Julii Firmici Materni V. C. liber de Errore profanarum Religionum ad filios Conſtantini Magni Conſtantium atque Conſtantem Auguſtos* ſcriptus eſt ab anno CCCXL. quo periit Conſtantinus junior Conſtantini M. filius, ad annum CCCL. quo Conſtans cæſus. Idem Firmicus nondum Chriſtianus ex pervulgata Gentilium ſuperſtitione, & Genethliacorum commentis ad Lollianum V. C. ſcripſit *Aſtronomicorum* libros VIII. compoſitos inter annum Chriſti CCCXXXIV. quo contigit Solis eclipſis ab eo memorata, *Optato & Paulino Coſſ.* & annum CCCXXXVII. Conſtantini M. emortualem. Is *ſolus* diverſus eſt a *Julio* Mediolanenſi, quem interfuiſſe volunt Concilio Romano ſub Julio, de quo Concilio numero præcedenti actum. Hæc Labbeus in Diſſert. de Scrip. Eccleſiaſt. Verum, certum quidem, *Julium Maternum* diverſum eſſe a Julio Epiſcopo Mediolanenſi, ſed an unus idemque Julius Maternus librum de Erroribus profanarum Religionum, & libros Aſtronomicorum elucubrarit, hactenus incompertum.

Bel-

Digitized by Google

Julii Materni ſtudium pietatis.

conſpitabit, illum ab auctore conſcriptum poſt Conſtantini Magni obitum; cum ejus filii Conſtantinus Minor & Conſtans in Occidentale Imperium ſucceſſiſſent. Ne igitur illi a paterno deflecterent inſtituto, & ad avitum idolorum cultum a Gentilibus pellicerentur, qui tunc temporis, quæ de Diis ſcripta eſſent turpia & obſcœna, phyſica quadam interpretatione honeſtare ſtuderent: ne inquam, ipſi ſeducerentur, ſed continerentur in officio pietatis; idem Julius Maternus his occurrit, eo edito, illiſque dicato egregio commentario, quo etiam ipſis pluribus perſuadet, ut idololatriam funditus peſſumdent; in hiſque multus eſt auctor, & in primis cum ait (a): *Amputanda ſunt hæc, ſacratiſſimi Imperatores penitus, atque delenda, & ſeveriſſimis edictorum veſtrorum legibus corrigenda, ne diutius Romanum Orbem præſumptionis iſtius error funeſtus commaculet, ne peſtiferæ conſuetudinis convaleſcat improbitas: quicquid hominum * Dei conatur perdere, ne diutius in terra dominetur. Nolunt quidam, & repugnant, & exitium ſuum prona cupiditate deſiderant; ſed ſubvenite miſeris, liberate pereuntes. Ad hoc vobis Deus ſummus commiſit Imperium, ut per vos vulneris iſtius plaga curetur. Facinoris eorum periculum ſcimus, erroris notæ ſunt pœnæ: ſed melius eſt, ut liberetis invitos, quam ut volentibus concedatis exitium. Ægrotantes contraria delectant; & cum corpus hominis adverſa valetudo poſſederit, contra ſalutem ſuam a laborantibus perverſa poſcuntur. Capta enim languoris vitio morborum ſemper augmenta deſiderat, & medelas artificum aſpernata contemnit; reſpuit remedium medicinæ, & in exitium ſuum prona animoſitate feſtinat. Tunc ſi malum morbi fortius creverit, majora remedia quæruntur; & pro ſalute hominis ſollicita fortius ſe medicina opponit: aſperi cibi, amari potus nolentibus ingeruntur; & ſi invaluerit malum, & ignis adhibetur & ferrum: ſic homo recepta ſanitate, & ſalute ſibi reddita, quicquid ægrotantis corporis vitio invitus paſſus eſt, hoc totum pro utilitate ſua factum eſſe ſtantis animi judicio confitetur.* Hæc ipſe; atque ea quidem ratione his inſiſtit, quod complures Gentilium & Senatorum Romanorum præcipui pro antiquo deorum cultu certarent; haud patientes patrium ſuperſtitionis cultum, nova recepta religione, penitus antiquari: quorum pertinaciam Conſtantinus Magnus pertæſus (ut dictum eſt) novam condere Civitatem, Dæmonum ſacrificiorum expertem, quod & perfecit, olim in animum induxit.

(a) *Jul. Mater. de Myſter. & errorib. profan. relig. tom. 5. c. 12. Biblioth. ſanct.*

* honorem

LXXVI. Ne igitur Conſtantini morte idololatria ſive Romæ, ſive alibi, jam prope ſepulta, iterum reviviſceret; magno ſtudio niſus eſt auctor iiſdem perſuadere, ut quod reliquum eſſet ſuperſtitionis Gentilitiæ, abolerent; eoſdemque ejuſmodi interpellans oratione hæc addit (b): *Vos nunc Conſtantine, & Conſtans, ſacratiſſimi Imperatores, appello, ut venerandæ fidei veſtræ imploranda virtus eſt, quæ ſupra homines erigitur, & a terrena fragilitate ſeparatur, cæleſtiumque ſe rerum ſocietati conjungit; quæque in omnibus actibus ſuis, prout poteſt, Dei ſummi ſequitur voluntatem; modicum tantum ſupereſt, ut legibus veſtris funditus proſtratus Diabolus jaceat, ut extinctæ idololatriæ pereat funeſta contagio. Veneni hujus virus evanuit, & per dies ſingulos ſubſtantia profanæ cupiditatis expirat. Erigite vexillum fidei: vobis hoc Divinitas reſervavit, cujus favore eminentes proſtratores eſtis omnium hoſtium veſtrorum, quorum opera Romanum firmatur Imperium. Signum venerandæ legis erigite, ſancite, promulgate quod proſit. Sit fauſtum felixque Reipublicæ, quod tot acervos cæſorum hoſtium proſtraviſtis exercitum *. Felices vos quoque gloriæ ac voluntatis ſuæ Deus fecit eſſe participes. Idololatriæ excidium, & profanarum ædium ruinas propitius Chriſtus populo, veſtris manibus reſervavit. Ille ſpiritualibus armis malos ſpiritus, vos malo terrena viciſtis. Erigite victoriæ trophæa, & proferatur ingens titulus triumphorum. Profanarum rerum ſtrage gaudentes, exultate fortius, exultate fidenter. Felicitas veſtra cum Dei virtute conjungitur; pro ſalute hominum, Chriſto pugnante, viciſtis:* & poſt nonnulla (c):

(b) *ibid. c. 21.*

De tollenda penitus idololatria.

* exercitu

(c) *Mater. c. 29.*

LXXVII. *Tollite, tollite ſecuri, ſacratiſſimi Imperatores ornamenta templorum. Deos iſtos aut monetæ ignis, aut metallorum coquat flamma. Donaria univerſa ad utilitatem veſtram dominiumque transferte. Poſt* ex-

Exhortatio ad Principes.

PAGIUS XII. Bellum Britannicum. Baron. n. LXXVII.

Bellum Britannicum, cujus mentio in præfato libro de Erroribus profanarum Religionum, ad annum Chriſti trecenteſimum quadrageſimum tertium pertinet, ut recte vidit Gothofredus in Commentario Legis 5. Cod. Theod. *De extraordinariis ſive ſordidis muneribus*. Ait enim Julius Firmicus: *Poſt excidia Templorum* (anno CCCXLI. peracta) *viciſtis hoſtes*, (Francos nempe, quos Idacius in Faſtis anno Chriſti CCCXLII. a Conſtante victos, ſeu pacatos tradit) *propagaſtis Imperium, & hieme tumentes ac ſævientes undas calcaſtis Oceani, & inſperatam Imperatoris faciem expavit Britannus*, anno ſcilicet CCCXLIII. quo præfata Lex *VIII. Kal. Feb. Bononiæ* emiſſa. Docet enim Ammianus, *Lupicinum* a Conſtantio Imperatore in Britanniam miſſum, Bononiam, nempe Galliarum, *adulta hieme* veniſſe. Ita ille initio lib. 20. qui & lib. 27. cap. 8. de eadem expeditione loquitur; de quo etiam legendus Libanius in Baſilico.

Digitized by Google

excidia templorum, in majus Dei eſtis virtute provecti. Viciſtis hoſtes, propagaſtis Imperium, & ut virtutibus veſtris gloria major accederet, mutato, ac contempto temporum ordine, hieme (quod nec factum eſt aliquando, nec fiet) tumentes ac ſævientes undas calcaſtis Oceani; ſub remis veſtris incogniti jam nobis pæne maris unda contremuit, & inſperatam Imperatoris faciem Britannus expavit. Quid amplius vultis? Virtutibus veſtris victa elementa ceſſerunt. Quod autem Deus jubeat idola non fieri, ſacroſancta legis ſcripta declarant, &c. Ac poſt multa adver-
(a) Matern. cap. 30. ſus idololatriam hæc ſubdit: (*a*) *Sed & vobis, ſacratiſſimi Imperatores, ad vindicandum, & puniendum hoc malum, neceſſitas imponitur, & hoc vobis Dei ſummi lege præcipitur, ut ſeveritas veſtra idololatriæ facinus omnifariam perſequatur.* Hæc ibi atque pluribus divinæ Scripturæ teſtimoniis eos ad id faciendum impellit, ac demum perorans, ſic habet:

LXXVIII. *Miſericordiæ ſuæ vobis, ſacratiſſimi Imperatores, Deus ſummus præmia pollicetur, & amplificationis maximæ argumenta decernit. Facite itaque quod jubet, complete quod præcipit. Auſpicia veſtra majoribus cumulata ſunt donis; initio fidei poſita divini favoris incrementa ſenſiſtis. Numquam vos manus Dei veneranda deſeruit: numquam vobis laborantibus denegavit auxilium. Strati ſunt adverſantium cunei, & rebellantia ante conſpectum veſtrum ſemper arma ceciderunt. Miſſi ſunt ſuperbi ſub jugum populi, & Perſica vota collapſa ſunt; nec ſtare diu contra vos poterit malis ſuis armata crudelitas. Dei virtutem utrique diverſo ſenſiſtis eventu. Vobis cæleſtis victoris * corona collata;* * victoriæ
& felicitate veſtra, noſtra relevantur incommoda. Hæc vobis Deus ſummus, ſacratiſſimi Imperatores, pro fide veſtra reddidit præmia: his vos iterum remuneraturos inſignibus, ad arcana venerandæ legis invitat. Pura mente, devota conſcientia, incorrupto animo, clementia veſtra cælum ſemper aſpiciat; a Deo ſemper expectet auxilium: Chriſti venerandum numen imploret; & pro ſalute Orbis terrarum, ac veſtra, ſalutari Deo ſpirituales offerat victimas. Sic vobis feliciter cuncta provenient, victoriæ, opulentia, pax, copia ſanitas, & triumphi; ut divina majeſtate protecti, Orbem terræ felici gubernetis Imperio. Hactenus Julius Maternus: quæ quidem minime oportuit prætermiſiſſe, cum ſæpe de victoriis adverſus hoſtes divina virtute partis mentio habeatur, quarum nulla pene memoria apud ſcriptores alios reperitur: contigiſſe enim ea videntur, cum patre agente in Oriente, ipſi Occidentale adminiſtrarent Imperium, & barbaros in Britannia atque aliis in locis rebellantes feliciter compreſſerunt: ſed quoto potiſſimum anno illa acciderint ignoratur.

Victoriæ ex cultu veræ religionis acceptæ.

At quod in veterum ſcriptorum codicibus minime datur reperire, ære expreſſum invenimus poſt primam tomi hujus editionem in antiquo numiſmate accepto a nobili rerum antiquarum theſauro Lælii Paſqualini, his (ut vides) formis expreſſo: quibus intelligas Conſtantinum Juniorem adhuc Cæſarem Alamannos ſubjugaſſe. LXXIX.

CHRISTI 337.	JULII PAP. 1.	CONSTANTINI CONSTANTII IMPPP. 1. CONSTANTIS





JESU CHRISTI ANNUS 338.	JULII PAP. ANNUS 2.	CONSTANTINI CONSTANTII IMPPP. 2. CONSTANTIS

I. Athanaſius reſtituitur Alexandriam.

QUI ſequitur tricesſimusoctavus ſupra trecenteſimum annus Domini, Conſulatu Urſi atque Poiemii annotatus reperitur in Faſtis. Quo major natu fratrum Imperatorum Conſtantinus Auguſtus, Athanaſium, quem vivente patre exceperat Treveris, regio diplomate datis ad Alexandrinos litteris in ſuam Eccieſiam ſummo cum honore reſtituit. At in primis quod ad tempus ſpectat, ſine quo certo indice, veritatis hiſtoriæ intercipitur via: cum teſtetur Theodoretus eum exulem egiſſe annos duos & menſes quatuor; & ex his, quæ dicta ſunt ſuperius, ſatis liqueat, ipſum exilii titulo amandatum a Conſtantino in Gallias anno Domini trecenteſimo triceſimoſexto circa vernum tempus: opus eſt affirmare, cum hoc ipſo anno fuiſſe in ſuam ſedem Aleaandrinam reſtitutum. Theodoretus enim de ejus exilii tempore & reditu in Ægyptum ex Galliis hæc ait (a): *Divinus ille Athana-*

(a) Theod. lib. 2. c. 1.

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1091. Olymp. 279. an. 2. A. C. 338.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5832.

☉ 12. A. ☽ 26. P. 28. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 338.

JULII PAPÆ 2.

CONSTANTII, CONSTANTINI, ET CONSTANTIS 2.

[1]. A Num. I. ad V. Coſſ. *Urſus*, & *Polemius*. Quinquennalia Imperii Cæſarei Conſtantis hoc vel præcedenti anno celebram- Va-

I. *Conſules.*

NOTÆ [1] Coſſ. *Urſus & Polemius*. Gruter. pag. CCCCXVII. 4.

D E D I C. X V I I I. K A L.
F E B R.
U R S O. E T. P O L E M O.
C O S S.

Prænomina abſint a priſcis lapidibus, ut apud Boldettum, lib. I. Cap. XIX. pag. 82. num. 10.

ſic ſic

D E C E S S I T. V I I. I R U. S T R R.
U R S O. E. P O L E M I O. C O N S S.

Ibid. pag. 83. num. 22.

A T T I R P U B L I C I E. B. Q V R S Q U R N T I
I N P. U R U S P A T E R. U R S O. E T P O L.
C O S S.

Ibid. pag. 84. ex veteri lapide in Cœmeterio Cyriacæ a Blanchino invento, & a Mabillonio in Supplemento operis de Re diplomatica vulgato, ubi litteris mirum in modum deformatis, & a Romanis declinantibus:

M R R C U R I U S. P A T R R. F I L I Æ. V. I D U S.
N O V E M B. U R S O. R T. P O L E M I O. C O S S.

Extat nunc lapis in ædibus Capitolinis. Vulgares Faſti: *Urſo & Polemio*.

Digitized by Google

naſius, biennio integro & menſibus quatuor Treveris commoratus, revertit Alexandriam. Quo quidem tempore, Conſtantinus filius Conſtantini Magni natu maximus, qui Galliæ verſus Occidentem Imperium obtinuit, litteras ſcripſit ad Eccleſiam Alexandrinam. Meminit earumdem litterarum ipſe Athanaſius, qui & eas recitaturus hæc præmittit (a): *Certe quidem beatus Conſtantinus Minor, memor ſcriptorum patris ſui, dum nos patriæ reſtitueret, in hæc verba epiſtolam miſit:*

(a) Athan. Apolog. 2.

Conſtantinus Cæſar populo Catholicæ Eccleſiæ Alexandrinæ S.

II. Literæ Conſtantini pro Athanaſio.

Neque veſtram ſacram mentem latere arbitror, ideo Athanaſium adorandæ legis interpretem in Gallias miſſum eſſe, ne quo tempore ſanguinolentorum hoſtium feritas ſacro ejus capiti quam maxime imminerer, implicituſque malorum collimitio, aliquid intolerandum, & cui remedium nullum eſſet, pateretur. Ad hanc igitur feritatem eludendam, tot faucibus inſtantium ſubtractus, ut ſub me ageret, juſſus eſt. Atque ita in hac urbe commoratus eſt, ut omnibus rebus neceſſariis abundaret: tametſi ejus reverenda virtus, divina ope fretus, onera aſperioris fortunæ vilipenderet. Jam cum in primis veſtræ in Deum pietati, ſuiſque ſedibus hunc Epiſcopum dominus noſter, & pater Conſtantinus reſtituere vellet, & humana ſorte præventus, antequam hoc votum impleret, requieverit; ego mihi convenire puto, ut, ſuſcepta voluntate ſacræ memoriæ Imperatoris, id ipſum adimpleam, quod ille non potuit. Cum igitur Athanaſius ad veſtrum conſpectum penetraverit, tunc demum intelligetis, quanta apud nos reverentia fuerit. Neque id mirum videri debet, ſi quid hujuſmodi in ejus gratiam fecerim: ad hoc enim faciendum, meam mentem & veſtri deſiderii imago, & ſpecies tanti viri inſtigavit. Divina providentia vos ſervet, dilecti fratres. Dat. Treveris, decimoquinto Kal. Julias. Hactenus Conſtantini Junioris Auguſti epiſtola: recitat eamdem Theodoretus (b), ſed alterius tranſlationis, ſicut & Socrates (c), atque Sozomenus (d). Cæterum dum de his agit Socrates (e), Ruffinum jure redarguit temporis ordinem invertentem, cuncta ſus deque miſcentem, cum Conciliabulum Tyrium non ſub Conſtantino, ſed Conſtantio, & ſub eodem exilium, ſive fugam (ut vult) Athanaſii accidiſſe exiſtimavit: verum & deformius erravit, dum, antequam reſtitueretur Alexandriam idem Athanaſius, ſexennium interlapſum putat, quod inſumptum tradit in latebris; ſed illæ longe poſtea contigerunt. Porro & illud falſum magis, quod apud Epiphanium (f) legitur, ipſum exulem manſiſſe in partibus Italiæ annos plures quam duodecim, aut quatuordecim: qui enim eum reſtituit Conſtantinus, nec quadriennium exegit in Imperio; ſed & ſtatim poſt obitum patris ſui id effeciſſe, litteræ ipſius nuper recitatæ non obſcure ſignificant.

(b) Theod. lib. 2. c. 2.

(c) Socrat. lib. 2. c. 2.

(d) Sozom. lib. 3. c. 2.

(e) Socrat. lib. 2. c. 1.

(f) Epiph. hæreſi 68.

III. Conſtantius invitus conſenſit reſtitutioni Athanaſii.

At Conſtantius Imperator licet invito animo ferret Athanaſii reſtitutionem, quod ex Euſebianorum perſuaſione jam cogitaret de ſubrogando alium in locum ipſius Athanaſii Epiſcopum Alexandrinum: tulit tamen; tum quod ex Magni Conſtantini litteris id ſe facere Conſtantinus Junior profiteretur; tum etiam ne ea occaſione, ſi adverſaretur, fratrem natu majorem inſenſum ſibi redderet & inimicum. Lucifer Calaritanus adverſus Conſtantium pro Athanaſio cum agit (g), hoc ipſum vehementer exprobrat, quod quem paſſus eſt in ſuam Eccleſiam a fratre reſtitui, iterum perſequatur; atque ait: *Si recte fuerat miſſus ad exilium; cur eum paſſus es contra patris tui ſtatuta recipere dignitatem, quam ei ſe tuliſſe tuus arbitratus fuerat pater? Sed, inquis, fratris mei Conſtantini factum eſt interventu. Sed potuiſti occurrere Conſtanti, dicens: Pater noſter quem probavit hæreticum, niſi ſe correxerit, recipere in partes regni mei non poſſum. Sed inquis: Timui ne inter nos bella fuiſſent exorta. Ergo quia Saporinus* Perſarum Rex nunc contra te gerit prælium; ſi tibi dixerit: Suſcipe religiones meas, & ero tecum pacatus*

(g) Lucif. Calarit. l. 1. pro Athanaſ.

* Sapores

PAGIUS II. Athanaſius quo anno patriæ redditus.

Valeſius lib. I. Obſervat. Eccleſiaſt. in Socratem cap. I. contendit, Sanctum Athanaſium anno elapſo patriæ reſtitutum fuiſſe, errafſeque Theodoretum, cum ſcripſit, eum biennio & menſibus quatuor in exilio fuiſſe. *Ego*, inquit Valeſius, *anno Domini* CCCXXXVII. *eo ipſo, quo mortuus eſt Conſtantinus, Athanaſium reſtitutum eſſe contendo: idque certiſſimo argumento, ut opinor, evincam. Scribit enim Athanaſius in Apologia 2. adverſus Arianos pag. 805. ſe ſolutum exilio, & patriæ reſtitutum eſſe a Conſtantino juniore, qui & litteras ipſi dedit ad populum & Clerum Eccleſiæ Alexandrinæ. Eas litteras ibidem refert Athanaſius, quarum hæc eſt inſcriptio:* Conſtantinus Cæſar populo Catholicæ Eccleſiæ Alexandrinæ. *Subſcriptio autem eſt hujuſmodi:* Datum Treveris XV. Kalendas Julias. *Tam inſcriptio, quam ſubſcriptio harum literarum docet id quod dixi, Athanaſium ſcilicet ſolutum eſſe exilio ſtatim poſt obitum Conſtantini M. anno Chriſti* CCCXXXVII. *Nam ſi anno ſequente reſtitutus fuiſſet, tum Conſtantinus junior non Cæſarem ſe, ſed Auguſtum appellaſſet. Nec a Conſtantino juniore reſtitutus fuiſſet Athanaſius, ſed a Conſtantio, cui Orientis Imperium obtigerat. Quare cum Conſtantinus ipſe in iis literis Cæſarem tantum ſe appellet, & cum Athanaſius ſe a Conſtantino juniore reſtitutum eſſe teſtetur, apparet id factum fuiſſe antequam Conſtantini ſeniores filii a militibus Auguſti eſſent nuncupati. Etenim mortuo Conſtantino interregnum quoddam fuit: Orbiſque Romanus ſine Imperatore manſit per tres fere menſes*

tur: te oportet cum omnibus in Imperio tuo demorantibus facere tranſitum ad religionem dæmonum? dæmonis enim ſacrificans eſt Saporinus. Conſpicis enim non te egiſſe ut Dei ſervum, ſuſcipiendo eum, & loco revocando ſuo, quem meminiſſet in cauſam fidei deportatum. Primum, quod impotentem judicaveris Deum, tamquam te tueri non potuerit tuentem veritatem, hæreticis reſiſtentem: deinde, quod magis propitium tibi eſſe volueris Conſtantem, quam Deum: quem utique Conſtantem Regem ſi hæreticum factum memineras favendo Athanaſio, quem tu jam probatum habebas ſacrilegum; non ſolum non regnum tuum Deo debueras præponere, ſed nec ipſam tuam animam. Tu etenim ipſe teſtis es conſcientia tua: quod enim propter fidem quam ſemper tenuit Eccleſia ac tenet, quod eam damnare nolueris, miſſus fuerit in exilium, quia videlicet nolueris eſſe Arianus, &c. Hæc Lucifer in Conſtantium; ſed dum per Conſtantem reſtitutum ait, vel ipſe memoria lapſus, vel vitio librariorum accidit, ut Conſtans, pro Conſtantino, poſitus fuerit: Conſtans enim haud modo, ſed poſt Concilium Sardicenſe, cum iterum pulſus eſſet, Athanaſium reſtituendum curavit.

IV. (a) Theod. lib. 2. c. 2. in fine. Reditus Athanaſii Alexandriam. De reditu vero ejus Alexandriam hæc Theodoretus (*a*): *Cum iſtis Conſtantini litteris Sanctus Athanaſius redit Alexandriam; quem omnes tum Cives, tum ruſtici, tum nobiles, tum plebeii cupide perlibenterque excipiunt, exceptis ſolum Arianis, quibus ejus reditus moleſtiæ & angori fuit.* At quam fauſtus lætuſque acciderit Catholicis omnibus Athanaſii Alexandriam reditus, Ægyptii Epiſcopi teſtati ſunt epiſtola (*b*) Synodali, in qua (b) Apud Athan. Apolog. 2. iſthæc inter alia adverſus Arianos calumniantes ejus reditum infauſtum fuiſſe & multorum malorum cauſam: *Prorſus enim* (inquiunt) *ejuſdem veritatis ſunt eam ſuperioribus, quæ nunc fingunt, fuiſſe ſcilicet in Athanaſii introitu ſeditiones, luctus, populorumque lamentationes, iudigue ferentium illius creationem. Nihil tibi tale contigit; ſed potius omnia hic contraria, gaudia ſcilicet, animorumque alacritates, & populorum deſiderio videndi hominis accurſus; ubique per Eccleſias lætitia & gratulationes ad Dominum. Miniſtri autem & clerici ita eum intuebantur, ut animis gaudium conciperent, & illum diem omnibus fauſtiſſimum arbitrarentur: noſtram autem, qui Epiſcopi ſumus, inenarrabilem lætitiam quid opus eſt ſcribere, cum jam antea teſtati ſimus, quicquid ei acciderit, nobis videri accidere?* Hæc ipſi. Cæterum non Athanaſius tantum exul, ſed & reliqui Ægyptii Catholici Epiſcopi ejus cauſa antea profligati, poſtliminio reverſi, ſuas receperunt Eccleſias: teſtantur enim id ipſi in eadem Synodali epiſtola ex Concilio Aleſandrino, cum ajunt (*c*): *Publica enim omnium Epiſcoporum profligatio ex ſuis ſedibus, exterminatioque facta eſt: qui ut nos antea pro exulibus habuere, ita nunc cum Athanaſio patriæ redditi, pro ſuperioribus doloribus lacrymiſque quibus ejus vicem miſerabamur, maximam viciſſim hilaritatem, & gaudium recepimus: quod utinam Dominus, ne ab Euſebianis ſubvertatur, nobis incolume ſervet.* (c) Athan. Apolog. 2.

V. Ariani indigne ferunt Athanaſii reditum. Cum autem Athanaſii reditu pariter reddita eſſet pax Eccleſiæ; Ariani ipſum, licet munitum litteris majoris Imperatoris, exagitare nova perſecutione non prætermiſerunt, cum in alios illi inhærentes furorem converterunt, ſcribentes ad ſuos qui in Ægypto erant Epiſcopos: teſtatur id ipſe Athanaſius, cum ait (*d*): *Juſſit ſcribendis ſecum habent eos qui cum Ario ejecti fuere, nimirum Secundum Pentapoliten, clericoſque Alexandriæ repudiatos. Iſtis Alexandriam ſcribunt; &, quod mirere, operam dederunt, ut nos, cæterique qui nobiſcum ſunt, perſecutionibus divexaremur.* In hunc modum ipſe. Crebræ tunc, cum Athanaſius eſt reſtitutus Alexandriam, fuerunt apud Conſtantium Imperatorem querelæ, quod ad libitum tantum Conſtantini abſque Synodali decreto idem Athanaſius a Synodo Tyria prædamnatus Aleſandriam in Eccleſiam reſtitutus eſſet: quod quidem Socrates (*e*) affirmat, ſic di- (d) Athan. orat. 1. in Arianos. (e) Socrat. lib. 2. c. 2.

PAGIUS *ſes donec fratres, qui Cæſarum nomine diverſas Provincias regebant, ad dividendam Romani Imperii ſummam in unum conſenſ. Obiit Conſtantinus IX. Kalend. Jun. & ipſo anno nuncupati ſunt tres Auguſti, Conſtantinus, Conſtantius & Conſtans, V. Idus Septembris, ut legitur in veteribus Faſtis, quos falſo ſub Idatii nomine publicavit Jacobus Sirmondus. Hoc ipſum eſt quod Euſebius in lib. 4. de Vita Conſtantini ſcribit, illum poſt mortem imperaſſe, & cuncta diplomata atque edicta, ejus tanquam ſuperſtites nomine fuiſſe inſignita. Ob hanc igitur cauſam Conſtantinus junior in ſuis ad Alexandrinos literis ſe duntaxat Cæſarem appellat, quippe qui nondum Auguſtus fuiſſet appellatus. Data enim ſunt literæ XV. Kalendas Julias. Auguſtus autem cum ceteris nuncupatus eſt V. Idus Septembris. Porro tunc temporis dum fratres tantum Cæſares vocarentur, ſumma auctoritas penes juniorem Conſtantinum erat, quippe qui fratrum natu maximus foret.* Hæc Valeſius.

III. Conſtantinus junior Cæſar dictus in literis reſtitutionis Athanaſii. Verum *Athanaſii* reſtitutio a præſenti anno, qua eam collocavit Baronius, minime removenda. Ideo enim Conſtantinus junior Cæſaris tantum nomen in præfata ad populum Alexandrinum epiſtola ſumit, quia Alexandrini ſuberant Conſtantio fratri ſuo. Sic in Actis purgationis Cæciliani coram Æliano Proconſule Africæ habitis anno Chriſti CCCXIV. quia Africa Conſtantino Magno, non vero Licinio parebat, dicitur: *Apud Maximos Imperatores cauſa agenda erit*, Conſtantinum nempe & Licinium; & inſe-

Digitized by Google

dicens: *Verum qui in ea urbe labe Arianæ opinionis aſperſi erant, contra illum conſpirarunt. Inde crebræ ſeditiones ortæ, quæ factioni Euſebianæ auſum ad Athanaſium apud Imperatorem falſò accuſandum præbuerunt: eique crimini datum eſt, quod ſuo ipſius arbitrio (cum communis Epiſcoporum Conventus illud minime decidiſſet) Eccleſiæ illius adminiſtrationem denuo occupaſſet.* Hæc eadem Sozomenus (*a*), & alii.

(a) Sozom. lib. 3. c. 2.

VI. At quoniam revera non ſua ſponte Athanaſius Alexandriam rediiſſet, ſed litteris Conſtantini Imperatoris munitus ſuam recepiſſet Eccleſiam; periculoſa alea Conſtantio videbatur eum denuo exturbare, quem ſciebat a Conſtantino Augaſto, ſuo germano, reſtitutum: haud enim auſus eſt eum cogere ſolum vertere, ne in ſe fratris Imperatoris juſtam iracundiam provocaret: quamobrem quod mente coquebat, diſſimulat; cum interim Ariani ſolitas merces congerant, novas calumnias comparant, parantque legationem adverſus Athanaſium ad tres Imperatores, ad Conſtantinum ſcilicet, qui ejus ſuſceperat patrocinium; ad Conſtantem, in eundem quoque propenſiorem; & ad Conſtantium, quem in eum reddiderant infenſiſſimum. At de ejuſmodi legatione agemus anno ſequenti, quo miſſa putatur.

Arianorum legatio in Occidentem.

VII. Quinam vero fuerint Arianorum anteſignani, qui iſthæc in Athanaſium commenti ſunt, & Conſtantio detulerant; præter presbyterum illum, alios recenſet Theodoretus, cum ait (*b*): *Hoc adjutore uſi Euſebius, Theognis, Theodorus Perinthius (erat quidem Theodorus vir doctrina præter cæteros exquiſita; ſcripſitque commentarios in ſacra Evangelia, vulgo Heracleotes nominatur) frequenter admodum, quoniam habitabant in proximo, in Imperatoris venere conſpectum, reditumque Athanaſii ab exilio multorum malorum cauſam extitiſſe dixere, & non Ægyptum ſolum, verum etiam Palæſtinam, Phœniciam, & alias finitimas gentes turbulentis illorum fluctibus graviter agitari.* Hæc Theodoretus. Quod autem ad Theodorum ſpectat, agit de eodem S. Hieronymus (*c*), adnumeratque eum inter ſcriptores Eccleſiaſticos, atque ait: *Theodorus Heracleæ Thraciarum Epiſcopus, elegantis apertique ſermonis, & magis hiſtoricæ intelligentiæ, edidit ſub Conſtantio Principe commentarios in Matthæum, & in Joannem, & in Apoſtolum, & in Pſalterium.* Sic ipſe, qui eum interdum citare conſuevit (*d*); dictus vero eſt quoque Perinthius; nam idem eſt Perinthus (ut idem ait) cum Heraclea.

Arianorum antesignani.

(b) Theod. lib. 2. c. 2.

(c) Hieron. de Script. Eccleſ. in Theodor.

(d) Hier. epiſt. 152.

Fertur & illud factum; nempe hoc anno ſecundo Conſtantii Imperatoris, ſcilicet ejuſdem juſſa de hoc ſcribentis ad Probum, publice diſſeruiſſe Laodiceæ in Syria Athanaſium cum Ario: Sed cum illum ante hæc tempora liqueat eſſe defunctum; alium volunt hunc fuiſſe Arium, qui ſe contulerit cum Athanaſio. Non inficias imus alterum his temporibus vixiſſe Arium Epiſcopum, de quo inferius plura ex Actis Concilii Sardicenſis. Verum quod in epiſtola illa Conſtantii ad Probum, Athanaſius, diaconus nominetur, & quod in ipſo diſputationis progreſſu arguat Athanaſius Arium eſſe Photiniani dogmatis; plane detegitur evidentior error: ſiquidem longe ante emerſit Arii hæreſis, quam Photini; & ex Ario potius Photinus, quam ex Photino Arius: de Photino autem, quo tempore innotuerit, ſuo loco dicemus. VIII.

Commentitia diſputatio.

Cæterum in ejuſmodi argumenti & generis ſcriptionibus verſatum eſſe Vigilium Epiſcopum Tridentinum, nimirum ut adverſus Arium, Sabellium, & Photinum per dialogiſmum Athanaſii nomine ſcripſerit commentarios, ipſemet teſtatur, cum agit contra Eutychen: cujus verba, ut hæc exploratiora habeantur, hic reddere, dignum exiſtimamus; ait enim (*e*): *Pleniſſime in eis libris, quos adverſus Sabellium, Photinum, & Arium ſub nomine Athanaſii, tamquam ſi præſentes cum præſentibus agerent, ubi etiam cognitoris perſona videtur inducta, conſcripſimus, &c.* Sive ergo Vigilius, ſive alius eodem ſcribendi genere uſus eſt, cum non tantum Atha- IX.

Vigilii genus tractandi.

(e) Vigil. contr. Eutych. l. 5.

PAGIUS ſcrius: *Conſtantinus Maximus ſemper Auguſtus, & Licinius Caſar, ita pietatem Chriſtianis exhibere conantur, &c.* Vides, Licinium Auguſtum vocari tantum *Cæſarem*, quia ſcilicet judicium illud fiebat in regione ad Conſtantinum Aug. pertinente. Sic in titulo Legis I. Codicis Theodoſiani *De jure Fiſci, dat. Idibus Septemb. Conſtantino Aug. IV. & Licinio IV. Coſſ.* anno nempe CCCXV. in fronte legitur: *Imp. Conſtantinus Aug. & Caſ.* ubi Cæſaris nomine intelligendus Licinius, ut obſervat Gothofredus in illius Legis Commentario. Ea enim a Conſtantino Magno, non vero a Licinio emiſſa. Præterea Victor in Epitome de Galerio Auguſto loquens, ait: *Cæſar quadriennio*, (ab anno ſcilicet CCCVII. uſque ad annum CCCXI.) *deinde per Orientem Auguſtus triennio fuit*, ab anno ſcilicet CCCXI. uſque ad CCCXIII. Maximinus quando cum Galerio Maximiano ſeniori Auguſto, longeque ſe potentiori imperavit, *Cæſar* a Victore appellatur, licet quadriennio illo Auguſtus fuerit: quando vero Maximiano mortuo partem Imperii ejus, cum ea quam jam poſſidebat, conjunxit, ſeque ſeniorem Imperatorem credidit, a Victore Auguſtus dictus eſt. Quare Conſtantinus junior jam Auguſtus erat, quando citatam ad Alexandrinos fratri ſuo ſubjectos epiſtolam, in qua Cæſarem ſe appellat, ſcripſit. Ea quippe Athanaſii reſtitutio per Conſtantinum juniorem facta, quia apud Treveros, quæ urbs ipſi parebat, ſanctus Præſul exulabat. Hoc autem factum, inquit Epiphanius in hæreſi 68. *dum Conſtantius eſſet*

Athanaſium & adverſarium hæreſiarcham ſic diſputantes induxit, ſed etiam (quod ait) Judicem cognitorem ſæpe interloquentem adhibuit, quod in iſta vidimus diſputatione habita coram Probo; nequaquam Athanaſio hæc tribuenda ſunt.

X. Quod autem ſpectat ad res Conſtantii Imperatoris; ipſe hoc anno, iiſdem Conſulibus, Antiochiam ſe contulit, ob expeditionem adverſus Perſas parandam, quod & data ab eo ibi reſcripta (a) declarant; quando ulcere, incurabili plane morbo affectus, &, ut putatur, divinitus immiſſo, ob id quod deflectere videbatur favens Euſebianis, pietatem ardentius coleret & ſollicitius cuſtodiret. Sed plane accidit illi quod Pharaoni, dum percuſſus a Deo, Moyſen lubenter, a quo ſalutem conſequeretur, audivit; verum eum curatus contempſit, ſuſceptæ ſemel inhærens impietati. Quonam modo autem ægrotantem ibi Conſtantium Imperatorem magnus ille Spiridion, de quo ſuperius mentio facta, ad bonam valetudinem revocarit, ejus Acta ſignificant; quorum licet auctor non prodatur qui ſcripſit, creduntur tamen ex illis eſſe deducta, & ſoluta oratione conſcripta, quæ ejus diſcipulus Triphyllius Ledrenſis Epiſcopus (ut teſtatur Suidas b) verſibus Jambicis cecinit. Ait ergo auctor (c):

(a) l. 4. de temp. curſ. C. Theod. & l. 23. de Decurion. Cod. Theod.

Conſtantius curatur a Spiridione.

(b) Suid. in Triph.

(c) Apud Metaph. die 12. Decemb. Sur. to. 6.

XI. *Ut autem Antiochia quoque poſſet videre Spiridionis virtutem & gratiam, & de ea ferre teſtimonium; hoc quoque fit valde mirabiliter & contra opinionem. Quo modo vero, jam oſtendet oratio. Nuper quidem Magnus Conſtantinus, relicto Imperio, e vivis exceſſerat; id autem filii diviſerant. Et Conſtantius quidem, cui ſorte obtigerat, ut teneret Imperium Orientis, in magna urbe Cæleſyriæ, nempe Antiochia, verſabatur. Eum autem gravis morbus invadit, qui medicorum manus & artem reprobabat. Hac de cauſa, aliorum omnium ſpe abjecta, eum precabatur ſolum, qui poteſt curare animas & corpora. Cum vero precatione uteretur intentius, noctu in viſione ei apparet Angelus, oſtendens ei chorum ſanctorum multorum Epiſcoporum; in quos cum Imperator defixiſſet oculos, in medio quidem eorum videt quoſdam duos ſtantes, qui erant ipſi quoque Epiſcopis ſimiles, videbantur autem eſſe duces & præſides aliorum; eum eos ipſi oſtendiſſet Angelus, ſolos eos eſſe dicebat ejus morbi curatores. Cum vero eum dimiſiſſet ſomnus, conſiderabat quidem quinam ii eſſent, non poterat autem ſomnium conjicere; quomodo enim, cum eorum nec nomen, nec patria ei eſſet nota? maxime cum alter eorum, qui apparuerat ut Epiſcopus, nondum re vera erat factus; ſed quod futurum erat, tamquam quod jam factum fuerat, apparuerat.*

Viſio facta Conſtantio.

XII. *Cum propter hæc ergo eſſet animi dubius Imperator, & ſimul quidem viſione moveretur, cruciaretur autem doloribus; neſciebat quidnam ageret: Fervor vero fidei illum optime admonebat, non adeo temere illam apparuiſſe viſionem; unde etiam ei perſuadet, ut præclarum, & Imperatore dignum, & in præſentia quidem ſapientia minime vacuum caperet conſilium. Quotquot enim Epiſcopi per univerſum Romanum Imperium, ſibi ſcilicet ſubjectum, vitæ ex virtute agendæ curam gerebant, juſſit convenire; non enim omnes accerſivit Epiſcopos, ſed quos audiſſet eſſe virtute præſtantes; ut, cum ſimul omnes conveniſſent, duo quoque, qui ei apparuerant, noti evaderent. Miſſæ ſunt ergo litteræ per univerſam regionem ſibi ſubjectam, quibus vocabat Epiſcopos; & quoniam cum alii acceſſiſſent, ii qui quærebantur, nequaquam agnoſcerentur; mittit etiam in Cyprum inſulam, accerſens Spiridionem, & illius gratiam. Ille autem omnia quidem ſpiritu præviderat de Imperatore: in ſomnis enim ei ſingula ſignificabat gratia. Cum vero Imperatoris quoque verba ei conſentirent, non invitus ad eum proficiſcitur, illum quoque virum ſecum ducens, qui in ea, qua*

Conſtantii ſtudium cognoſcendi Spiridionis.

PAGIUS

eſſet in Antiochia, atque hoc approbaret. Conſtantium vero præſenti anno Antiochiæ fuiſſe ex Annalibus Baronii, certiſſimum redditur. Deinde Athanaſius in Apologia ad Conſtantinum ait, quod ipſum Imperatorem fuerit dignatus videre, *primum Viminiaci*, qui locus eſt ad Danubium in Mœſia prima: Lex autem 4. Codicis Theodoſiani *De petitionibus*. dicitur dat. *prid. Id. Jun. Viminiaci*, & Conſtantium atque Conſtantem auctores habet. Quare his Coſſ. menſe Junio uterque Imperator Viminiaci fuit, ibique Conſtantium Athanaſius ſalutavit.

IV. *Alia hujus restitutio.* Schelſtratius in Differt. I. de ſacro Antiocheno Concilio cap. I. Valeſii errorem agnovit, & Athanaſium correnti anno reſtitutum docuit. Sed perperam ſcripſit, ideo Conſtantinum juniorem in laudatis a Valeſio literis, *Cæſarem* ſe, non *Auguſtum* nominaſſe, quia, ut etiam ex Euſebio ſupra diximus, poſt Conſtantini Magni obitum ipſi Auguſti titulus manſit. At licet verum ſit, omnia edicta uſque ad V. Idus Septembris anni præteriti Conſtantini M. nomine conſcripta fuiſſe; tamen poſt illum diem Leges omnes trium Auguſtorum nomine datas eſſe, liquet ex reſcriptis Codicis Theodoſiani. Addit Schelſtratius, Conſtantinum juniorem Cæſaris duntaxat nomen uſurpaſſe, quia conſentaneum ſibi viſum eſt, ut in literis quibus voluntatem patris executioni mandabat, non Auguſti, ſed Cæſaris duntaxat nomen uſurparet, quaſi pater adhuc viveret. Verum, is agendi modus inſuetor, & quod ſciam, in ſimili nunquam uſurpatus.

V. *Athanaſius hoc anno Alexandriam redux.* Recte tamen obſervat Schelſtratius, Athanaſium hoc anno in Eccleſiam ſuam rediiſſe, clamare totam Actorum ſeriem a variis Scriptoribus poſteritati conſecratam. Narrat Euſebius lib. 4. de Vita Conſtantini cap. 63. quod Conſtantinus ante mortem, *cuncta, prout ipſi videbatur, conſtituerit*. Quid vero depoſuerit notat Theodoret.

Digitized by Google

quæ prius apparuerat, viſione, cum illo adſtiterat Imperatori; ei nomen erat Triphyllius; qui nondum quidem erat adeptus ſacerdotium, a ſupeeis autem, antequam eligeretur ab hominibus, fuerat deſignatus.

XIII. Spiridion in regia male habitus.

Cum eo ergo ſimul ingreditur Spiridion in Regiam, tenuitee admodum ornatus & ſimpliciter; nam veſtis quidem erat admodum vilis; in manu autem habebat virgam ex palma, & tiaram geſtabat in capite; præterea vaſculum quoque quoddam fictile ei pendebat ex collo, ut qui (ſicut moe erat iis qui ſanctam habitabant Civitatem) ſtatuiſſet ferre oleum Sanctæ Crucis. Quoniam autem non ſatis erat, tenuitate, & a rebus ſuperfluis aliena ſimplicitate, ſed etiam in ferendis injuriis moderatione ſuum imitari Dominum; quidam in Regia ejus irridens tenuitatem, & indecorum eſſe arbitrans eum ingredi in Regiam, qui ita eſſet veſtitus; illi ſacræ maxillæ incuſſit colaphum. Fulmen autem non fuit e cælo miſſum in eum qui percuſſerat; ſed id omnino paſſus eſt, qui ipſe quoque in ſe ipſo divine id erat paſſus. Ille vero (o generoſum animum & ad patiendum ambitioſiſſimum!) ei qui ipſum afficiebat injuria, præbuit & alteram, promptus ad Dominicam legem (a) implendam, & ſe promptum exhibendo ad patiendum, vincens nimiam illam celeritatem manus ſimul & impudentiam: hoc illum inſolentem & injurioſum cæpit hominem, & magno pudore affecit, & maxime quod acceperat eum eſſe Epiſcopum, qui affectus fuerat injuria: unde etiam mutatus, fit ei ſupplex, & petit veniam, inconſideratæ lapſum audaciæ curaee contendens calore pænitentiæ. Ille autem (didicerat enim, ſicut ferre injurias, ita debita eemittere, immo vero eum, qui ipſi moleſtiam attulerat, remunerari bonis) verbis quibus potuit, eum affecit beneficio, pateene conſulens, & meliorem ejus reddens animam: quo factum eſt, ut qui apud Imperatorem primoe honoree obtinebant, eum reverenter proſequerentue, &, ut par erat, ducerent ad Imperatoeem.

(a) Matth. 5.

XIV. De Triphyllio vaticinium.

Non ſunt prætermittenda, quæ interim evenerunt, quæ ſunt ſtudio digna, & quæ poſſunt magnam afferre utilitatem animis ſtudioſis ſapientiæ. Videns ille magnus ſuum diſcipulum Triphyllium perfectum mox futurum, & ei ſimilem; in præſentia vero ea quæ in mundo ſunt magna, & pro quibus multi eſſe contendendum exiſtimant, magna eſſe exiſtimantem, ut qui adhuc eſſet ætate juvenis, & haberet ætatem ad hoc opitulantem, & ea quidem admirantem quæ erant in Regia, veſtes, inquam, ſplendidas, & auri nitorem, & ante omnia quidem ipſum Imperatorem, qui in excelſo quidem præſidebat, conſpiciebatur vero terribilis & ſpecie inſignis: cum propter hæc omnia videret eum ſtaee ſublimem & erectum, & quaſi a ſe diſceſſiſſe; ei veluti ſomnum ſolvens, & quæ vere habebat ſomnia manu palpans & depellens: Sed mihi (inquit) Triphylli; illum ipſum oſtende Imperatorem; neque enim poſſum ſcire quiſnam ſit. Is autem non intelligens quid magnus ſibi vellet Spiridion: Hic eſt, inquit; manu oſtendens Imperatorem. Quid eſt ergo (inquit Spiridion) hic aliis admirabilior, niſi eum etiam dixeris juſtiorem, ob faſtum & ſplendorem? Non æque ac quivis pauper ignotus morietur, ſimiliter vero ſepulturæ mandabitur & interibit, ſimiliter quoque ſiſtetur ante incorruptum Judicem? Cur quæ fluunt, tamquam quæ ſtabilia ſunt, honoras, & quæ nihil ſunt, habes in admiratione; cum liceat potius, ea quæ ſunt materiei expertia & æterna quærere, & gloriam amare cæleſtem, in quam non cadit interitus?

XV. Congreſſus Spiridionis cum Conſtantio.

Cum hæc autem diceret Triphyllio, Imperatoe ex tribunali excelſo in ſanctum conjicit oculos; & primum quidem cum attrahebat habitus & amictus, formæ, quæ viſa fuerat, conveniens: ſic enim viſus fuerat ei adeſſe in ſomnis, & erant omnia ea-

PAGIUS retus lib. I. cap. 32. *Tres quidem Imperii heredes reliquit, Conſtantinum ſcilicet, Conſtantium & Conſtantem natu minimum. Magnum autem Athanaſium Alexandriam redire juſſit.* Addit Socrates lib. I. cap. 39. *Teſtamentum commendat Presbytero illi, cujus antea fecimus mentionem, per quem Arius ab exilio fuerat revocatus, mandatque ne cuiquam alteri quam filio ſuo Conſtantio, quem Orienti præfecerat, illud in manus traderet. Ad hunc modum condito teſtamento, cum aliquot dies ſupervixiſſet, ex hac luce migravit,* die ſcilicet XXII. Maii. Neque ſtatim, ut mortuus eſt Conſtantinus, ejus teſtamentum ad filium ejuſdem cognominis Treviros perlatum eſt, quandoquidem id Conſtantio duntaxat tradi poterat, qui tum Nicomediæ non aderat, ſi vera ſcripſit Socrates, qui ait: *Porro morti ejus nullus ex filiis interfuit. Mittitur itaque protinus in Orientem, qui Conſtantio patris obitum nuntiaret.* Non ſcribit Socrates, Presbyterum cum teſtamento ad Conſtantium profectum, ſed nuntium tranſmiſſum, quo profecto corpus exanime e lecto in aurea arca depoſitum fuit, ac Conſtantinopolim deportatum, ubi teſte Euſebio lib. 4. de Vita Conſtantini cap. 66. a multis noctu dieque cuſtoditum eſt, ſtatis horis accedentibus totius exercitus Ducibus, Comitibus, Judicibus & populo, ut Imperatorem jam mortuum perinde ac vivum ſalutarent, *atque hæc*, inquit Euſebius cap. 67. *longi temporis ſpatio aſſidue geſta ſunt*; ita ut non uno, ſed pluribus diebus corpus Conſtantini inſepultum manſiſſe neceſſe ſit. *Poſtea namque*, ut ſcribit Socrates, *cum Conſtantius ex Orientis partibus advolaſſet, regia honoratus eſt ſepultura.* Ubi autem Conſtantius ad Urbem Regiam pervenit, cum veriſimile ſit, Presbyterum antea laudatum corpus Imperatoris ſecutum, illa in Urbe tunc degiſſe, & teſtamentum Conſtantini ipſius filio Conſtantio detuliſſe, potuit primum circa initium menſis Ju-

eadem, virga, tiara, vas e collo pendens, & veſtis. Eum ergo ſtatim cognovit ex alto; Triphyllium autem non poterat conjicere, neque enim curabat ejus ſpeciem curioſe inquirere, quoniam eum non videbat Epiſcopum, ſicut ſomnus ei ſignificabat. Quamobrem ſtatim ſurgens e ſede, vadit ad magnum Spiridionem; deſiderium enim recuperandæ ſanitatis faciebat eum alia contemnere; ſplendorem certe Imperatorium & Imperii magnitudinem poſtponendo honori magni Spiridionis, ſe humiliter admodum & abjecte in eum gerit, humilitate captans miſericordiam, & oſtendens quantum interſit inter Regem, qui ad tempus eſt, & eum qui ſervit Regi æterno. Ille ergo inclinato capite placabat eum lacrimis, & ejus petebat preces, tanquam validiſſimum aliquod medicamentum, quod omnem moleſtiam poteſt facile ſolvere. Poſtquam ergo manus illius tetigit caput Imperatoris, ſtatim fugatus eſt morbus, & convaluit Imperator.

XVI. Spiridionis virtus prædicatur. *Quis, quæ poſtea conſecuta ſunt narrabit, eorum qui aderant, & ipſius Imperatoris, quemadmodum toto die feſtum agebant, & propemodum exiliebant, & neque ſe præ gaudio poterant continere? Solus Spiridion erat in labiis omnium, aſpiciebatur Spiridion, Spiridion erat id quod ſtudio erat omnibus. Imperutori itaque fuit quidem corpus reſtitutum ſanitati: ut autem ſana eſſet ejus anima, numquid ut parvum & a medica contemnendum fuit deſpectum? Ubinam vero hoc fecit ſacroſancta illa anima? Sed ei quoque omnino convenienc adhibuit medicamentum; ut qui ſuaſerit quidem, ut meminiſſet Dei beneficii; in eos autem qui ejus parebant Imperio, iis quidem qui offendebant, & aliquam attulerant moleſtiam, clementem ſe præberet, & miſericordem; iis vero qui ſecus ſe geſſerunt, benignum & liberalem; iis autem qui privati erant rebus neceſſariis, patris & curatoris munus obeuntem, manumque & viſcera eis benigniſſime aperientem. Quantum enim (inquit) præſtas ceteris, tantum te eſſe oportet virtute celſiorem: qui enim non ſic eſt affectus in ſubjectos, tyrannum oportet eum potius vocare, quam Imperatorem, qui non eſt cenſendus beatus propter poteſtatem, ſed qui cenſetur miſer & odio habetur propter ſuperbiam. Poſtremo adhortatus eſt, ut accurate teneret & obſervaret ea quæ pertinent ad pietatem, & ne tantillum quidem admitteret, quod non Dei videretur Eccleſiæ.* Hæc quidem ad Conſtantium Spiridion, probe ſciens hominem ad Euſebianos propenſiorem, per quos poſſet induci in Arianam impietatem; atque idcirco hæc illi oportuit ab eo inſtantius ingeri & inculcari. Subdit auctor Spiridionis contemptum auri, quo donatus ab Imperatore, & accipere coactus, illud erogavit in aulicos; additque de Imperatore ad meliorem frugem reddito, ejuſque ſtudio in ſublevandis inopum afflictionibus atque moleſtiis, deque immunitate conceſſa viris Eccleſiaſticis, ne quod genus penderent vectigalium, ſed in omnibus eſſent immunes; ſubditque his quoque de puero defuncto, & ad vitam ibidem, cum eſſet Antiochiæ, revocato, & poſt hæc alia plurima ab eo edita ſigna, cum in Cyprum inſulam reverſus eſt.

Quod autem ſpectat ad immunitatem conceſſam clericis in gratiam Spiridionis; XVII. Immunitas conceſſa clericis. excidit quidem datum de ea re a Conſtantio reſcriptum, cujus tamen mentionem ipſe feciſſe videtur, cum alias in hunc modum reſcripſit ad clericos (u): *Juxta ſanctionem, quam dudum meruiſſe perhibemini; & vos, & mancipia veſtra nullis novis collationibus obligabit; ſed vacatione gaudebitis. Præterea neque hoſpites ſuſcipietis; & ſi qui de vobis alimoniæ cauſa negationem exercere volunt, immunitate potientur. Data VI. Kalendas Septemb. Placido & Romulo Coſſ.*

(u) 18. de Epiſc., & cleric. C. Theod.

Ve-

PAGIUS Junii innoteſcere, quid Conſtantinus ultima ſua voluntate diſpoſuerat, adeoque tunc primum ſcribi ad Conſtantinum juniorem, quod pater ſtatueret, revocandum eſſe Athanaſium. Quod ſi jam anno CCCXXXVII. XV. Kalendas Julias, id eſt, XVII. Junii, *Athanaſius* reſtitutus fuerit, nam conſideratis ſupradictis, Conſtantius nonniſi poſt octo vel decem dies a morte patris Conſtantinopolim pervenit, debuiſſet *Conſtantius* eodem momeoto, quo teſtamentum perlegerat, antequam pater ipſius ſepeliretur, ſollicitus extitiſſe de Athanaſio, & nuntius quatuordecim dierum ſpatio ex urbe Conſtantinopolitana Treviros appuliſſe, & eodem die, quo nuntium acceperat Conſtantinus, Athanaſium reſtituiſſe, ac conſcriptis ea de re literis, Alexandriam remiſiſſe; quæ parum credibilia.

VI. Aliud argumentum deducit Schelſtratius ex Epiphanio hæreſi 68. ubi ait: *Athanaſius dimittitur a duobus Regibus poſt M. Conſtantini obitum, dum Conſtantius eſſet in Antiochia, atque hoc approbaret. Et novimus ſane proprias literas a tribus Imperatoribus ſcriptas Alexandrinis & ipſi Athanaſio.* Athanaſium vero a tribus Imperatoribus communicato conſilio dimiſſum fuiſſe, ipſemet Athanaſius teſtis eſt, quando in epiſtola ad Solitarios inquit: *Hæc cum viderent tres fratres Conſtantinus, Conſtantius & Conſtans poſt obitum patris ſui, juſſerunt quemquam in ſuam Eccleſiam & patriam reverti, ſcribentes quidem de ſingulis ad ſingulas ipſorum Eccleſias, de Athanaſio vero ad iſtum modum, &c.* Athanaſius exilio ſolutus. Sed nullatenus fieri potuit, ut anno CCCXXXVII. die XV. Kalend. Julias tres Imperatores ea de re ſimul contulerint; cum in confeſſo ſit, poſt tres menſes duntaxat invicem communicaſſe, ut, quod patris teſtamento diſpoſitum erat, Romani Imperii ſummam dividerent, ſicque *Athanaſium* ab exilio revocarent. Quare Imperii diviſio in Pannonia facta, & Athanaſii reſtitutio a Conſtantio, dum eſſet Antiochiæ, approbata.

A

Digitized by Google

XVIII. Jacobi Niſibitæ inſigne factum.

Verum haud immuneratam reliquit Deus Conſtantii munificentiam tum erga pauperes omnes, tum potiſſimum clericos tunc impenſam; ſed longe majora rependit, & quidem per alium ſanctiſſimum virum Spiridioni non imparem, per Jacobum, inquam, illum Epiſcopum Niſibis toti Orienti ſpectatum, de quo ſæpe ſuperius mentio incidit opportuna, ex quibus plane innotuit magna Dei providentia erga Conſtantium, quem ut in officio pietatis contineret, modo perterret minis, exagitat plagis, modo vero beneficiis demeretur; quæ per viros plentiſſimos, atque Catholica religione præſtantes, illi voluit exhiberi: ut ex his ſaltem perdiſceret pietatem colere, & averſari ſceleſtiſſimos Euſebianos, ab ea ipſum conantes avertere. At quodnam hoc tandem adeo ingens beneficium per Jacobum Epiſcopum fuit eidem impertitum? eximium illud ſane, atque ita excellens, ut vix ſit qui digne proſequi valeat oratione. Sapores quidem ille potentiſſimus Perſarum Rex, audita Conſtantini morte, cujus ſumma potentia ſæpe coercitus, haud auſus fuit invadere Romanum Imperium; eo ſublato, tempus idoneum inveniſſe ratus diutius expectatum, validiſſimo exercitu comparato, fines Romanorum invadit; &, quæ ſibi fortior atque prior occurrit, Niſibin dura atque diutina obſidione perſtringit; ſed ab uno præſtantiſſimo eodemque Deo cariſſimo viro Jacobo ejus Civitatis Epiſcopo vincitur; confunditur, atque cum ignominia ad propria inglorius redire compellitur; hæc autem quomodo ſe habuerint, ſunt auctore Theodoreto narranda.

XIX. Saporis Regis Perſarum bellum in Meſopotamia.

(a) Hier. in Chron.

(b) Theod. in Philoth. in Jacobo Niſibito.

Sed illud primum, quod ad tempus ſpectat, ut certiorem ſtatuamus chronographiam: Iſta quidem accidiſſe ipſo exordio Imperii Conſtantii & collegarum fratrum, S. Hieronymus (*a*) teſtatur, cum ſic habet primo ipſorum Auguſtorum anno: *Sapor Rex Perſarum, Meſopotamia vaſtata, duobus ferme menſibus Niſibin obſedit.* Hæc inquam, ipſo anno primo Conſtantii, qui (ut diximus) cœptus anno præterito poſt obitum patris decimo Kalendas Junii, in præſentem uſque annum, dicto menſe ac die protenditur. Et Theodoretus (*b*) in Philotheo hæc in eamdem ſententiam: *Cum autem aliquantam proceſſiſſet temporis, Imperator quidem Magnus & admirabilis* (Conſtantinus ſcilicet) *exceſſit e vita cum coronis pietatis. Illius autem filii fuere hæredes Imperii Orbis terræ. Tunc Rex Perſarum, cui nomen erat Sapores, contemptis filiis, ut quorum potentia non eſſet patriæ æqualis, bellum movet adverſus Niſibin magnis & equitum & peditum copiis; duxit autem Elephantos quoque quamplurimos, &c.* Hæc quidem quod ad tempus pertinet. Res autem quomodo ſe habuerit, idem Theodoretus narrat his verbis (*c*):

(c) Theod. l. 2. c. 30.

XX. *Cum Saporas Perſarum Rex contra Romanos bellum gereret; Conſtantius collecto exercitu venit Antiochiam. Quo quidem tempore, dum moraretur Conſtantius Antiochiæ, hoſtes erant profligati non exercitus Romani viribus, ſed virtute Dei, quem pii viri inter Romanos ſancte coluerunt. Victoriæ autem rationem ac modum hoc loco exponere decrevi. Niſibis urbs, quam nonnulli Antiochiam Mygdoniæ appellant, in finibus, quibus Romanorum & Perſarum terminatur Imperium, poſita eſt, cujus Epiſcopus moderator & dux fuit Jacobus, de quo ſupra mentio facta eſt; in iſto clari gratiæ Apoſtolicæ radii elucebant; cujus mirabilia & multorum celebrata ſermonibus miracula, quoniam in hiſtoria, quæ inſcribitur Philotheus, complexus ſum, ea rurſus enumerare, ut ſupervacaneum, ſic alienum ab inſtituto arbitror. Itaque unum dumtaxat narrationis propoſitæ cauſa commemorabo. Urbem, cui iſte Epiſcopus præfuit, Romanorum ditioni ſubjectam, forte Perſarum exercitus obſidebat; quam ad ſeptuaginta dies obſeſſam, tametſi multas machinas mœnibus admovebat, & eam undique variis bellicis tentabat inſtrumentis, atque adeo vallo & foſſa circumdabat, capere tamen non potuit.*

Niſibis obſidetur.

XXI. *Poſtea alveo fluvii per mediam urbem labentis, qui Mygdonius vocatur, ſatis longa intervalla ſupra urbem abſtructo, & ripis ad ingentem altitudinem, uti impetum aquæ inhiberent, exaggeratis; ubi vidit tantam aquæ copiam, ut de cætero aggerem inundaret, ſubito eam velut machinam in murum præcipiti curſu ferri permittit; cujus impetus tam vehemens fuit, ut murus eum non potuerit ſuſtinere, ſed in alteram partem inclinatus, ad terram ruerit; eamdem calamitatem altera muri pars, per quam erumpebat fluvius, etiam paſſa eſt: quandoquidem cum aqua violentiam ferre non poſſet, diſturbata conci-*

PAGIUS VII. Niſibi obſidio.

A num. XVIII. ad XXIII. *Perſæ* pacem cum Romanis fregere paulo ante obitum Conſtantini Magni. Eodem anno Chriſti ſcilicet CCCXXXVII. *Niſibis* a Perſis obſeſſa, ut habet Theophanes, qui obſidium egregie deſcribit, aitque, *per tres & ſexaginta dies* illud duraſſe: quot etiam dies civitatem obſeſſam tradit Auctor Chronici Alexandrini anno CCCXXXVII. Quare, quando Hieronymus in Chronico ſecundum editionem Scaligeri eam obſidionem copulat cum anno Abrahami 2354. qui Kalendis Octobris anni Chriſti CCCXXXVII. inchoatur, de prioribus illius anni menſibus intelligendum; perperamque Valeſius in Notis ad lib. 20. Am-

dit. Quod ubi vidit Sapores, ſpem concepit animo, ſe nullo negotio reliquam urbem expugnaturum. Atque ille quidem ideo quieſcit, ut cœnoſa aqua inundatio areſceret, & flumen vado tranſiri poſſet. Poſtridie autem, ubi cum omnibus copiis urbi appropinquabat, expectabatque per disjectas muri partes in eam ſurredi; tum murum utrinque de integro ædificatum, tum laborem a ſe fruſtra ſuſceptum videt. Nam divinus ille vir Jacobus, ſuæ precationis virtute, non ſolum militum, aliorumque incolarum confirmavit animos, verum etiam murum denuo extruxit, & machinis oppoſitis hoſtes irruentes repulit: quas res perfecit non accedendo ad mœnia, ſed intus in ſacroſancto templo Deum precibus enixe ſollicitando. Sapores autem non modo ædificandi celeritate obſtupefactus eſt, verum etiam viſione quadam perterritus. Etenim vidit in ipſo muro quemdam regali plane veſtitu amictum, cujus purpura & diadema mire reſplendeſcebant; quem Imperatorem Romanum eſſe ſuſpicatus, minabatur illis mortem, qui nunciarent eum minime adeſſe. Qui cum conſtanter affirmarent, vera eſſe, quæ dixerant, & Conſtantium Imperatorem eſſe Antiochiæ; intellexit cum viſionis ſignificationem, tum Deum pro Romanis (ſic enim ajebat) bellum gerere. Itaque miſer, rem indignatus, telum conjecit in aerem; non quod putabat Deum ſe poſſe ferire, quem ſciebat corporis expertem; ſed quod impetum inſaniæ ſuæ ſuſtinere non potuit.

Miraculo urbs defenditur.

XXII. *Eodem tempore Ephraim, vir ſane admirabilis, & ſcriptor inter Syros facile excellentiſſimus orat Jacobum, ut conſcendat muma, barbaros conſpicetur, & execrationes tela in eos conjiciat. Cujus poſtulationi obſecutus ſanctus vir, in quamdam turrim aſcendit, ac cum videret ingentem eorum multitudinem, non aliud eſt illis imprecatus, quam ut ſciniphes ac culices in eos immittelentur, ut minutarum beſtiolarum morſu ejus potentiam, qui ipſis Romanis auxilium tulerat, agnoſcerent. Qua re a Deo poſtulata, ſtatim ſciniphum, & culicum examina, tamquam nubes, Perſarum copiis circumfunduntur; atque tum Elephantorum proboſcidas, quæ ſunt inſtar fiſtulæ, tum equorum & aliorum jumentorum aures nareſque compleverunt. Qui cum beſtiarum morſus ferre non poſſent, frena rumpere, ſeſſores dejicere, & aciem diſturbare cœperunt; ac tandem relicto exercitu, fugiunt quantum poſſunt. Itaque miſerrimus ille Rex, cum ex hac levi & clementi caſtigatione potentiam Dei, curam piorum gerentis perſpexiſſet, inde domum revertitur, ex ea obſidione non victoriam, ſed ignominiam conſecutus.*

Culicibus vincuntur hoſtes.

Rex Perſarum turpiter cedit.

Hactenus Theodoretus. Hæc quidem felicia omnia Romanum Imperium meruiſſe per Jacobum ejus loci Epiſcopum, declaravit eventus: nam quoad vixit ipſe, licet ſæpe munitio illa tentata, numquam tamen valuit ab hoſtibus capi; ſed & eo ex hac vita ſublato, quamdiu corpus illius Niſibi manſit (quod validiſſimum urbi extitit propugnaculum) plane facta eſt Inexpugnabilis Civitas illa, & numquam In Perſarum Regis manus devenit, quod ſuo loco dicturi ſumus: non enim ſemel, ſed ſæpe virtute Jacobi Niſibin liberatam, teſtatur pariter Sanctus Hieronymus in Chronico paucis his: *Jacobus Niſibenus agnoſcitur, ad cujus preces ſæpe urbs diſcrimine liberata eſt.* Ita ipſe anno primo Conſtantii Imperatoris.

XXXIII. Hæc quidem ſatis, & pluſquam ſatis diximus, eſſe poterant Conſtantio, ad continendum ſe in fide Catholica, a cujus cultoribus Deo cariſſimis videbat tot tantaque præſtari; cum a ſuis Euſebianis nequicquam tale, immo ne minimum quidem divinæ gratiæ in illis umquam eluceſcere conſpexerit. Fuerunt ambo hi, nempe Jacobus & Spiridion, præſentes ſacroſancto Magno Nicæno Concilio, ſuoque ipſorum chirographo fidei Symbolo ſubſcripſerunt, cujus ſemper extiterunt acerrimi defenſores: dederant enim hi ſibi manus, qui in Eccleſia Dei videbantur eſſe columnæ; quorum quidem ſignis atque prodigiis, tamquam a Moyſe atque Aaron, potuiſſet de veritate Catholicæ fidei Conſtantius admoneri; niſi (quod ex ſuis Magis accidit Pharaoni) ab Euſebianorum præſtigiis fuiſſet penitus dementatus. Meminiſſe quidem debuiſſet quid ipſius pater ſibi dederat in mandatis; nempe ut non Jacobum tantum viventem coleret & obſervaret, ſed ejus quoque cadaver honore proſequeretur; ac proinde non abhorreret a fide, quam ſciebat ab eodem ſancto Epiſcopo prædicari. At ille ſic virum viventem atque defunctum coluit, ut tamen nequaquam ab Ariana impietate recederet; atque pro monſtro plane ſit habitum, illum ab ipſo affici honore, a cujus ſententia in fide Catho-

Magna Conſtantii oblivio recti.

PAGIUS miani, ait Hieronymum tradere, Urbem obſeſſam currenti anno: quo pacto enim Hieronymum non bene Baronius explicavit, ut Auctor Chronici Alexandrini nos dubitare non ſinit. Niſibis vero ſita erat in Meſopotamia ad Mygdonium fluvium, ut habet Julianus Orat. II. pag. 62. quæ bidui itinere a Tigri Fl. diſtabat, ut notat Spanhemius in Obſervat. ad Orat. I. Juliani pag. 180. & ſeq. ex Procopio lib. I. Bell. Perſ. cap. XI. Hanc denique Niſibenæ civitatis obſidionem refert Baronius ex Theodoreto lib. 2. cap. 30. & alii aliter ex aliis, ut fuſe Spanhemius citatus. De ſecunda ejuſdem urbis obſidione infra ſermo erit.

Digitized by Google

tholica procul abeſſet; convocavit enim eum poſt hæc ad Encænia Antiochena, ut ſuo loco demonſtrabimus.

XXIV. Gennadius (a) cum de ejus obitu agit, hæc quoque de Conſtantino atque Conſtantio in memoriam revocat: *Moritur* (inquit) *hic vir Conſtantii temporibus: juxta præceptum patris ejus Conſtantini, intra muros urbis Niſibenæ ſepelitur, ob cuſtodiam videlicet Civitatis; quod ſecundum Conſtantini fidem evenit. Nam poſt multos annos ingreſſus Julianus urbem, & vel gloriæ ſepulti invidens, vel fidei Conſtantini, cujus ob id domum perſequebatur, juſſit efferri de civitate ſancti corporis reliquias; & poſt paucos menſes, conſulendi ſcilicet Reipublicæ cauſa, Jovianus Imperator, qui Juliano ſucceſſerat, tradidit barbaris civitatem, quæ uſque hodie Perſarum ditioni cum finibus ſuis ſubjecta ſervit.* Sed de his ſuo loco prolixius.

(a) Gennad. de viris illuſtr. c. 1.

Jacobi obitus, & ſepultura.

XXV. Qui vero mirabilium rerum geſtarum operatione adeo viſus eſt coruſcaſſe, doctrina quoque & rerum divinarum eruditione haud leviter tinctus, ſed apprime imbutus fuit. Cur autem a S. Hieronymo in catalogo ſcriptorum illuſtrium minime fuerit recenſitus; *Facile* (inquit Gennadius) *excuſabitur, ſi conſideremus, quod ipſos tres vel quatuor Syros, quos poſuit, in Græcum verſos ſe legiſſe teſtetur. Unde conſtat, eum illo tempore ignoraſſe Syram* linguam, vel litteras; & ideo hunc, qui necdum verſus eſt in aliam linguam, neſciſſe ſcriptorem. Comprehendit autem omne opus ſuum in viginti ſex libris, De fide, contra omnes hæreſes, De charitate generali, De dilectione erga proximum ſpeciali, De jejunio, De oratione, De reſurrectione, De vita poſt mortem, De humilitate, De patientia, De pœnitentia, De ſatisfactione, De virginitate, De ſenſu animæ, De circumciſione, De acino benedicto, pro quo in Iſaia legitur: Non eſt exterminandus botrus; De Chriſto, quod Filius Dei ſit, & conſubſtantialis Patri, De caſtitate, Adverſus Gentes, De conſtructione tabernaculi, De Gentium converſione, De regno Perſarum, De perſecutione Chriſtianorum; compoſuit & Chronicon minoris quidem quam Græcorum curioſitatis, ſed majoris fiduciæ; quia divinarum Scripturarum tanta auctoritate conſcriptum comprimit ora eorum, qui præſumptuoſa ſuſpicione de adventu Chriſti Domini noſtri inaniter philoſophantur.* Hæc Gennadius, dum ſui commentarii exordium Jacobi hujus illuſtrat auctoritate atque ſplendore. Utinam tantum theſaurum Syri Græcis, & hi Latinis communicaſſent; ſicut res ab eo præclare geſtas nobiſcum participarunt. Porro tanta viri memoria qualibet anniverſaria natali die non Syris tantum, ſed Græcis, atque Latinis cujuſlibet anni periodo Idibus Julii conſummata, expectata revertitur.

Jacobi Niſibis Epiſ. ſcripta.

* Syriam.

XXVI. Cum autem in recitatis ſuperius Actis Jacobi Niſibitæ Epiſcopi, facta ſit mentio Ephræm diaconi Edeſſeni tunc Niſibi apud Jacobum adhuc agentis (Niſibi enim & ipſe natus eſt, ut Sozomenus teſtatur b) apparet ipſum eodem Jacobo abſque dubio in divinis potiſſimum litteris uſum eſſe magiſtro: etenim quinam alius, quod ad Syram linguam ſpectat, inventus eſt hoc tempore Jacobo eruditione præſtantior? Num apud alios, quorum nulla fama extaret, quærendus ſibi doctor eſſet, cum talem tantumque toti Orienti conſpicuum, quique eum eximia doctrina, vitæ quoque ſimul in omnibus incomparabilem ſanctitudinem conjunxiſſet, domi, paternisque in laribus ſecum haberet? *Dignus* plane tanto viro Ephræm diſcipulus extitit, cujus primordia, qualis, quantuſve ipſe futurus eſſet, admirandis quibuſdam ſignis divinitus demonſtrarunt: quæ ab ipſomet abſque jactantia (longe enim ipſum ab omni cupidine humanæ gloriæ abhorruiſſe, ejuſdem plane ſcripta, ſi alia deeſſent teſtimonia, aperte ſignificant) aliquando amico communicata, a S. Gregorio Nyſſeno (c) his verbis ſunt ſcriptorum monumentis poſteris tradita: *Fertur* (inquit) *hæc ipſe de ſe dixiſſe; ſibi, cum primum e tenera illa excederet ætate pueritiæ arcana ejuſmodi contigiſſe viſa. Ipſi etenim juxta linguam admodum fructifera enaſci videbatur vitis, quæ quidem ita excreſcebat, ut univerſum terrarum repleret Orbem; cuncta autem cæli volatilia adventabant, & de fructu ejus comedebant: ipſa autem vitis, quanto plures volucres decerpentes fructus excipiebant, tanto amplius racemis abundabat.*

(b) Sozom. l. 3. c. 15.

Ephræm diac. diſcipulus Jacobi Niſib.

(c) Gregor. Nyſſ. de S. Ephræm.

Viſio facta Ephræm.

XXVII. *Aliud præterea, quod ad ipſum pertineret, ulius quidam ſe conſpexiſſe teſtatus eſt: Angelorum ſcilicet copiam deſcendentem e cælo, volumen intus ac foris conſcriptum detinere manibus; ſic vero ſanctam illam colloqui viſam eſſe aciem: Quis putas, volumen iſtud in manus accipiet? Et hos quidem hunc, alios illum, alios vero alium ex præſtantioribus eo tempore hominibus, reſpondiſſe. Deinde autem poſt omnium probationem ſubjeciſſe: Iſti quidem ſancti, ac miniſtri Dei ſunt; ſed hoc volumen in manus accipere nequeunt. Cumque jam varios ex tunc viventibus nominaſſent, nec quiſquam ex his placuiſſet; demum communi omnium conſenſu in eam pariter convenerunt ſententiam, ut dicerent, a nullo alio volumen iſtud in manus poſſe ſumi, præterquam ab Ephræm Syro. Tuncque cæleſtes Angelos, idem conſpexiſſe fertur, Ephræm volumen tradere: noctuque*

Alia viſio de Ephræm.

ſurgens, ad eccleſiam, viſum illud conſpiciens, perrexiſſe; auditoque ipſo Ephræm, qui tunc inſignem gratiæque plenam habebat orationem, quid viſum illud deſignaret, cognoviſſe, Deumque collaudaſſe, qui tam præclarum dicendi donum viro ſancto tribuiſſet. Tantam enim ſapientiæ abundantiam largitus illi Deus fuerat, ut, quantumvis et perpetui quaſi verborum fontes ſuppeterent, rebus tamen explicandis pares nequaquam eſſent; illudque non tam linguæ tarditate, quam cogitationis celeritate accidebat. Hæc Nyſſenus de Ephræm adhuc adoleſcente, qua ætate ipſe tum Niſibi (ut dictum eſt) morabatur, & magno illi Jacobo inhæreſcebat. At de ipſo Ephræm continget ſæpe inferius habere ſermonem.

XXVIII. Quod autem ad politicum ſtatum Romani Imperii pertinet; hoc eodem anno, iiſdemque Conſulibus Urſo atque Polemio, Conſtantius Imperator ad Aconium Catullinum Africæ Vicarium adverſus honores ambientes ſic reſcripſit: (a) *Ab honoribus mercandis per ſuffragia vel qualibet ambitione quærendis, certa multa prohibuit: cui addimus, ut quicumque fugientes obſequia Curiarum, umbras & nomina affectaverint dignitatum, tricenas libras argenti inferre cogantur, manente illa præterita illatione auri, qua perpetua lege conſtricti ſunt. PP. V. Kal. Decemb. Acc. XVII. Kal. Junii, Thamugadi, Urſo & Polemio Coſſ.*

Conſtantii conſtitutio in ambientes magiſtratus.

(a) l. 2. de honor. cod. C. Theod. & l. 24. de Decur. C. eod.

XXIX. Hos autem qui ſe ſic intruſiſſent, idem honoribus privandos eſſe cenſuit, ita ad eumdem iis ipſis Conſulibus reſcribens (b): *Quoniam emptæ dignitatis obtentu Curias vacuefactas eſſe, non dubium eſt; placuit ut cuncti qui ſuffragiis dignitatum inſignia conſecuti ſunt, immeriti honoris ſplendore privati, civilium munerum ſolemnitate fungantur. Eorum ſane intemeratas concuſſaſque dignitates volumus permanere, qui vel judicio provinciarum in officium legationis electi ſunt, vel honeſtis teſtimoniis, adminiculo enitentes talium dignitatum privilegia inſigniaque meruerunt. Dat. V. Kal. Novemb. Emeſa, Urſo & Polemio Coſſ.*

(b) l. 5. de Decur. C. Theod.

XXX. Idemque ad Afros hæc de famoſis libellis hoc anno reſcripſit (c): *Libellis, quos famoſos vocant, ſi fieri poſſit, abolendis, inclytus pater noſter providit: & hujuſmodi libellos ne in cognitionem quidem ſuam vel publicam juſſit admitti. Non igitur vita cujuſquam, non dignitas concuſſa his machinis vacillabit. Nam omnes hujuſmodi libellos concremari decernimus. Dat. XIV. Kal. Julii, Urſo & Polemio Coſſ.* Sed & illud adverſus occultos delatores edixit Reipublicæ utile: (d) *Innocentiam ſecuritate firmantes, & quorumdam audaciam prohibentes, edictum promulgavimus, ne quid occultis delationibus poſſit in hominum licere fortunas. Dat. prid. Id. Jun. Viminaci, Urſo & Polemio Coſſ.*

De famoſis libellis & delatoribus.

(c) l. 5. de libel. famoſ. C. eod.

(d) l. 4. de petit. C. Theod.

I. *Ariani rurſum inſurgunt in Athanaſium.*

TRecenteſimus undequadrageſimus Chriſti annus, Conſulibus duobus Auguſtis Conſtantio ſecundum & Conſtante tam in Græcis, quam in Latinis indicibus reperitur inſcriptus. Quo tempore Ariani indigne ferentes Athanaſium in Eccleſiam reſtitutum, ut eum iterum deturbarent, præter veteres in ipſum coagmentatas calumnias, novas illis ſuperaddentes, legationem adverſus eum mittunt ad Romanum Pontificem, & ad Occidentis Imperatores Conſtantinum atque Conſtantem. Teſtatur id ipſe Athanaſius in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, in qua inter alia hæc leguntur: *Euſebiani igitur, videntes hæreſin ſuam ſuccumbere, & Romam, & ad Imperatores Conſtantinum & Conſtantem contra Athanaſium ſcribunt*. De hiſce illorum litteria ad Julium Papam, calumniarum plenis, meminerunt Epiſcopi Ægypti ex Concilio Alexandrino in ſua ipſorum Synodali epiſtola, de qua agemus inferius. Legati autem qui Romam ab Euſebianis ad Julium Pontificem miſſi ſunt, fuerunt Macarius presbyter, Martyrius, & Heſychius diaconi, prout ejuſdem Julii Papæ litteræ ſignificant. Horum petitio potiſſima illa fuit, ut Tyri facta Athanaſii damnatio rata haberetur; detulerantque ſecum legati Acta Tyri ab ipſis Euſebianis tunc ex animi voluntate compoſita. Quid autem Romæ actum ſit, dicemus inferius: quid vero illi apud Imperatorem, Athanaſius unico verbo abſolvit, cum addit: (a) *Sed quia ab Athanaſio miſſi legati mendacia eorum refutabant, ab Imperatoribus cum pudore rejecti ſunt*. Ita ipſe.

(a) *Athan. epiſt. ad Solitar.*

II. *Legatio ab Athanaſ. miſſa in Occidentem.*

At quænam hæc fuit legatio, quam ad Legatos Arianorum confutandos miſſam a ſe dicit? Non aliam quidem putamus, quam illam miſſam a Synodo Alexandriæ tunc temporis eadem de cauſa ex Epiſcopis Ægypti Alexandrinæ Eccleſiæ ſubjectis congregata; in qua adverſus omnes Euſebianorum accuſationes tum veteres Tyri productas, tum etiam ab eiſdem recens excogitatas, ſcripta eſt Synodalis epiſtola ad Julium Romanum Pontificem, & ad omnes Epiſcopos Catholicæ communionis toto Chriſtiano Orbe diffuſos: per ipſam enim egregie confutantur omnes ab eis in Athanaſium diverſis ex cauſis comparatæ calumniæ. Eſt prolixa quidem epiſtola, ex qua nos ea tantum proſequemur, quæ ſpectant ad tria illa ſuperaddita ad veteris criminationis capitula: recitatur vero integra ab Athanaſio, ipſo ferme ſuæ ſecundæ Apologiæ exordio (b).

(b) *Apud Athan. Apolog. 2.*

III. *Tres additæ accuſationes in Athanaſ.*

Cæterum meminiſſe debemus Athanaſium poſt reditum Alexandriam tribus ab Euſebianis accuſationibus eſſe vexatum: nimirum, ipſum in ſuo reditu a populo magno acceptum mœrore, eodemque tempore cædes plurimorum patratas eſſe: quod inſuper, qui a Synodo damnatus eſſet, abſque Synodo ſedem recipere temere atque contra canones præſumpſiſſet: rurſum vero quod frumentum ſolitum exhiberi ex Conſtantini Imperatoris liberalitate Ægypti ac Libyæ viduis, ſurripuiſſet. Porro Synodalis epiſtola ſic ſe habet:

Epiſtola Synodi Alexandrinæ.

Sancta Synodus Alexandriæ congregata ex Ægypto, Thebaide, Libya, Pentapoli, omnibus ubique Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopis, dilectis & deſideratiſſimis fratribus in

---

PAGIUS SÆC. IV.

Olymp. 279. an. 3. *ſecundum Baronium.* Olymp. 279. Anno Urbis 1092. *ſecundum Baronium.* 1090. A. C. 339. I. *Conſules.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5832.

☉ 12. G. ☽ 17. P. 15. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 339.

JULII PAPÆ 3.

CONSTANTII, CONSTANTINI ET CONSTANTIS 3.

[1] A Num. I. ad XVII. Coſſ. *Conſtantius Aug. II. & Conſtans Aug.* uterque juxta priorem Conſulatuum Cæſareorum regulam. Nam Conſulatum uno anno dilatum fuiſſe non ſemel contigit.

II. *Euſebiani Legatos ad Julium PP. mittunt.*

Socrates lib. 2. cap. 11. exhibitis Antiocheni Concilii Actis de depoſitione Athanaſii ibidem decreta ſubdit: *Euſebius vero, cum quæcumque voluerat, perfeciſſet, Legationem miſit ad Julium Romanæ urbis Epiſcopum, rogans, ut cauſæ Athanaſii judex ipſe eſſe vellet; & cognitionem negotii ad ſe traheret*. Sed Valeſius in Notis ad illum locum & Schelſtratius in Diſſert. de ſacro Concilio Antiocheno cap. 2. recte obſervarunt, hallucinatum eſſe Socratem, & non poſt Antiochenſe Concilium anno CCCXLI. celebratum, ſed ante illud Euſebium Nicomedienſem Legatos miſiſſe ad Julium Papam, ut eum adverſus Athanaſium incitaret. Scripſit Julius primus poſt

---

NOTÆ [1] C Oſſ. *Conſtantius Aug. II. & Conſtans Aug.* Lapis ſepulcralis, olim Romæ in Æde D. Apollinaris, inter Romanas inſcriptiones, cl. 20. n. 711. pag. 539.

DEPOSITA KAL. APRIL. CONSTANTINO
legendum puto CONSTANTIO.
AUG. II. ET. CONSTANTE. AUG. COSS.

Vulgares Faſti: *Conſtantio II. & Conſtante.*

Digitized by Google

in Chriſto, ſalutem: licet autem in hac ſcriptione nulla ſpecialis mentio habeatur Julii Romani Pontificis; ſcriptum tamen eſſe ad Julium, teſtatur S. Athanaſius in fine ipſius, quam recitat, epiſtolæ, ubi
(a) Athan. Apolog. 2. ait (a): *Hæc quidem Ægyptii ad omnes, & ad Epiſcopum Romanum Julium ſcripſere.* Epiſtola vero ſic inchoatur:

IV. *Poteramus, quidem dilectiſſimi fratres, etiam ſtatim ab initio conflatæ in Athanaſium criminationis, deinde poſt ejus Alexandriam ingreſſum reſpondere ſuper fictis criminationibus Euſebianorum, eoſque de injuriis in comminiſtrum noſtrum illatis accuſare, ſimulque oſtendere, quam nihil niſi meras calumnias objeciſſent: ſed quia tempora illa nihil tale permittebant ut & ipſi noſtis; & quia arbitraremur, poſt reſtitutionem Epiſcopi Athanaſii, eos vultum ſubmittere, & pudore in tam apertis injuriis ſuffundi; putavimus rem ſilentio prætermittendam eſſe, maxime poſt tantas ejus viri calamitates, profectioneſque, & vitam, relicta domo, peregre actam, poſt tanta pericula, quibus minimo minus perierat, rem urgentibus calumnioſis hominibus, niſi humanitas Imperatoris obſtitiſſet.* Hæc ipſi dicentes, alludunt ad accuſationem illam priorem in Athanaſium ad Conſtantinum delatam criminis majeſtatis, cum petierunt contra eumdem lege agi: ſed ſubdunt:

V. Arianorum in Athanaſium conatus. *Tot malis cum nemo non hoſtium etiam crudeliſſimorum exatiari potuiſſet; ipſi tamen effrontes, inſatiabileſque permanent, ſæviuntque denuo & in Eccleſiam, & in Athanaſium, ægre ferentes illius liberationem, ac proinde atrociora molientes, cupide ad novas criminationes proſiliunt, nec timent illud quod in ſacris litteris ſcriptum eſt* (b): *Falſus teſtis impunitus non erit;* & : *Os* (c) *quod mentitur, occidit animam. Ideo fit, ut ſilentium diutius retinere nequeamus. Admiramurque eorum malitiam, & inſatiabilem in ſtruendis inſidiis pervicaciam. Ecce enim, nulla ſumpta quiete, rurſum Imperatoris aures contra nos irritant, neque uſquam ceſſant litteras parricidales ſcribere, quo Athanaſium ipſorum hæreſi adverſarium e medio tollant. Siquidem jam denuo accuſatrices litteras contra Athanaſium Imperatoribus porrexere, iteratis calumniis homicidia ei objectantes, quæ numquam facta ſunt; ac denuo illum conjurationibus ſuis opprimere ſtudent, imputatis cædibus, quæ numquam factæ ſunt. Et fortaſſe tunc cum calumniis ſuis interfeciſſent, niſi humanum Principem nacti fuiſſemus: eumdemque denuo (ut, quod minimum malorum eſt, referamus) in exilium protrudere ſatagunt, & ob id calamitates exulum quaſi ab eo factas ſe deplorare ſimulant, cum re vera plorent, nihil a nobis tale deſignatum eſſe:* Et paulo poſt:

(b) Prov. 25.
(c) Sap. 1.

VI. Arianorum facta. *Tot enim cædes, hominumque mactationes, quas ne profanus quidem homo & curioſus & conſectator criminum in calumniis diceret; ea ipſi effundere minime veriti ſunt, non ſolum apud Præſidem, aut alium quemvis magnum virum, ſed & apud tres Auguſtos: neque in eam rem longitudines itinerum illis graves fuere, dummodo omnia majora tribunalia calumniis implerent: calumnia enim eſt quam tentant, eaque graviſſima & maxime omnium capitalis, idque in ſummis omnium rerum humanarum tribunalibus. Quis enim alius iſtius quæſtionis finis, niſi ut mors Eccleſiaſtico tumultu inferatur?* Et poſt multa, cum diluunt accuſationes in Athanaſium congeſtas, hæc ſubdunt (d) de
(d) Eadem Apolog. 2.

iis

PAGIUS poſt Synodum Antiochenam ad Euſebianos: *Nunc autem nos, quos certiores minime fecerunt, poſtquam jam egerint quod libuit, ſuffragatores ſuæ damnationis, cui non interfuimus, eſſe volunt.*

III. Sed novum in cauſa Athanaſii judicium non petunt. Quæ verba legens Socrates, exiſtimavit, poſt Antiochenam Synodum Legatos ab Euſebio miſſos ad Julium Papam, ut in cauſa Athanaſii judex eſſe vellet, & cognitionem rei illius ad ſe traheret; quod tamen nuſquam innuit Pontifex qui ſolum aſſeruit, ſeſe ab Euſebianis expoſtulatum fuiſſe damnationis ſuffragatorem, quod non miſſis Romam Legatis, ſed remiſſis Julii primi Presbyteris per literas ſpiritu ſchiſmatico conſcriptas extorquere conati erant. Meram Actorum ſubſcriptionem, non novum de cauſa *Athanaſii* judicium quærebant poſt Synodum Antiochenam Euſebiani: idque ne gratis fingi quiſquam exiſtimet, en Julium I. qui conqueritur in ſuis ad Euſebianos reſponſoriis, ipſos poſt Synodum Antiochenam noluiſſe ſuum in Concilio Romano retractari de Athanaſio judicium, conatos hoc ſchiſmaticum introducere principium, ut quidquid in Orientali Synodn judicatum erat, nequaquam ab Occidentalibus in alia Synodo examinandum eſſet; tantum abeſt, ut Euſebius, aut quis ex ſuæ factionis Epiſcopis poſt Antiochenum Concilium, *Julio* primo obtulerit novum de Athanaſio judicium.

IV. Judicium cauſa Athanaſii Papæ oblatum. Conſonant ea, quæ habet Athanaſius in Apologia 2. *Quin & Euſebiani ad Julium literas miſere, &, ut nos terrerent, Synodum juſſerunt convocari, & ipſi Julio, ſi vellet, arbitrium cauſa detulerunt. Cum igitur Romam perveniſſemus, Julius continuo ad Euſebianos literas ſcripſit, miſſis eo duobus ex ſuis Presbyteris Elpidio & Philoxeno: illi vero, ubi noſtram Romæ præſentiam audiviſſent, plurimum conturbati ſunt, quod contra ſpem eorum me Romam contuliſſem. Rejecto igitur itinere, futiles inaneſque tergiverſando cauſſificationes commenti ſunt.* Quibus verbis ordn rerum geſtarum ab Athanaſio exhibetue. Ac primo quidem, Euſebianos ad Julium literas miſiſſe, quibus cauſam Athanaſii dicebant in Synodo Romana judicandam, *Julio primo* arbitrium rei deferentes. Secundo, id detuliſſe, antequam ipſe Athanaſius Romam adventaret. Tertio, poſt adventum *Athanaſii* a Julio primo Legatos miſſos fuiſſe cum literis ad Euſebianos. Quarto, *Euſebianos* percipientes ex Julii primi Legatis, Athanaſium ſe Romam contuliſſe, turbatos

iis quæ illi objiciebant, homicidia & cædes hominum perpetrata eſſe in reditu Athanaſii Alexandriam.

VII. Diluuntur criminationes Arianorum.

Cædes (inquiunt) *omnino nulla neque ab Athanaſio, neque per Athanaſium commiſſa eſt: quapropter cum ad hanc inexpectatam defenſionem adverſariorum iniquitate propellamur, nonnihil indulgendum eſt neceſſitati excuſationis. Cædes igitur & vincula aliena ſunt a noſtra Eccleſia: carnifici neminem unquam Athanaſius dedidit; neque carcerem, quantum in ipſo fuit, vinctis tradendis fatigavit. Sacraque noſtra, ut in præſentia, perſpicua ſcilicet, ita etiam ſemper pura innocentiaque fuere, nonniſi Chriſti ſanguine, ejuſque cultu ſanctificata: neque presbyter, neque diaconus ab Athanaſio interfectus eſt, neque cædem ulli aut exilium irrogavit. Utinam illi, qui veram perſecutionem induxerunt, nihil tale contra eum perpetraſſent: nullus enim opera ejus patria exceſſit? ipſe autem ab iſtis in exilium actus eſt; quem nunc iterum, quia ab ea relegatione liber dimittitur, gravioribus criminibus repetentes, linguam ſuam ad omnia falſa & crudelia exacuunt. Quinimmo Judicum Acta, & damnatos a Præfecto (ut ipſi in ſuis ſcriptis fatentur) ad Athanaſii culpam transferunt: adeo nihil illos pudet: ſævitiæ Athanaſii imputant: cum Athanaſius per id tempus nondum Alexandriam ingreſſus fuiſſet, at per Syriam in itinere ab exilio reverteretur. Quod ſi longinqua abſentia excuſationem affert, ne quis reus habeatur; quin ſi Præſes aut Præfectus Ægypti aliquid facit; quid Athanaſio remotius a crimine? qui ſi vel in ipſa Alexandria fuiſſet; quid tamen illi, quæſo, cum negotiis Præfecti? Atqui in illis locis non erat; neque ad ea, quæ acta ſunt a Præfecto, res Eccleſiaſticæ occaſionem dederant: ſed unde id natum ſit, ex monumentis actorum intellegetis, quæ nos, cognitis illorum ſcriptis, & re pergaam diligenter explorata, ad vos miſimus.* Hæc & alia multa pro defenſione Athanaſii de cædibus objectis Patres.

VIII. Tyrium Conventiculum indignum nomine Synodi.

Poſtea vero retexunt criminationes in eum in Tyrio Conciliabulo proditas; Actaque Tyria inania, doloſa, factioſa, atque tyrannica plane fuiſſe, pluribus docent; ac proinde inanem reddunt objectionem illam adverſariorum dicentium, damnatum Athanaſium a Synodo, nonniſi per Synodum reſtituendum fuiſſe: dum perſpicue demonſtrant, nomen non meruiſſe Synodi, Euſebianorum conventiculum, in quo præfuiſſet Comes, adſtaret ſpiculator, appareret Commentarienſis, & univerſum Officium ad delinquentium quæſtiones, & damnatorum pœnas exhiberi ſolitum, ubi & cuncta per vim publicam atque metum agerentur; prout ſuo loco ſuperius, ejuſdem epiſtolæ verba recitando, dictum eſt. Demum ad tertiam recentem objectionem deveniunt, cum ſic ajunt (a):

(a) Ead. Apol. 2.

IX. Tertia diluitur criminatio.

Verum quid obtrectationum paſſus ſit Athanaſius ſocrorum nobiſcum communiſter, neceſſarium relatu eſt; ut vel hinc deprehendatis, nihil illos aliud, niſi cædem viri quærere. Frumentum dabatur a patre Imperatorum in alimentum viduarum partim Libycarum, partim Ægyptiarum, quod etiam nunc accipiunt, Athanaſio nihil inde niſi operam & laborem referente. Interim dum & illæ perciperent, nec ulla querela eſſet de non accepto alimento, idque ipſæ faterentur; accuſatur per calumniam Athanaſius, quod univerſum frumentum divenditum in ſuos uſus ſepoſuiſſet: certe hoc Imperator, iſtorum calumniis inda-

PAGIUS

batos fuiſſe, & rejecto itinere illas cauſſificationes commentos eſſe, quæ omni Occidentis Eccleſiæ ſcandalo fuere. Ex quibus conficitur, & Synodum Antiochenam habitam non ante, ſed poſt delatum Julio primo judicium, & cauſam Athanaſii, non poſt, ſed ante Synodum Antiochenam ad Julium Papam fuiſſe delatam. Cum enim, teſte Athanaſio, cauſa ſua per Euſebianorum Legatos oblata fuerit Julio primo ante ſuum in Urbem adventum, & Elpidii ac Philoxeni diſceſſum. Athanaſius vero Romam advenerit initio anni CCCXLI. & tum quoque Elpidius ac Philoxenus Roma diſceſſerint, debuit profecto Athanaſii cauſa Julio primo offerri ante Synodum Antiochenam, quæ initio anni CCCXLI. celebrata eſt.

V. Poſt Synodum Antiochenam Legati Romam non miſſi.

Sed ad errorem vulgarem, qui ex Socratis teſtimonio ortum habuit, magis evertendum, audiendus inſuper Julius primus, cujus epiſtola reſponſoria vel ſola ſufficiens eſt ad illum convellendum. Scripta eſt hæc epiſtola poſt coactam & abſolutam Antiochiæ Synodum, & fatetur in illa Pontifex, ſe nullam de Athanaſio ab Euſebianis epiſtolam accepiſſe, quam per Legatos ipſorum Macarium Presbyterum, Martyrium & Heſychium Diaconos: *Cum non aliunde literas contra Athanaſium accepiſſem, quam a Martyrio & Heſychio.* Nullos ergo Legatos Romam miſit Euſebius, quam Macarium cum duobus ſociis, nec ullas ab Euſebianis literas accepit Julius, quam per illos. At certum eſt, Euſebium hanc Legationem non miſiſſe Romam poſt Antiochenum Concilium, ſed longe antea; certum itaque, poſt Antiochenum Concilium factum non eſſe quod ſcribit de Legatione Socrates, & cum ipſo teſtati ſunt Auctores Actorum Pauli Conſtantinopolitani apud Photium cod. 257. & Exceptorum Vitæ Athanaſii cod. 258. apud eumdem Photium. Nam ſi poſt Antiochenum Concilium miſſa fuiſſet ab Euſebio Romam Legatio, fuiſſet utique cum illis literis, quas poſt cuncta ad libitum peracta Julio primo tranſmiſit. At tantum abeſt, ut Legatio aliqua tunc miſſa fuerit, ut Julius primus teſtetur, ſe illas literas recepiſſe per proprios Legatos Antiochia reduces: *Legi epiſtolam veſtram, quam mihi mei Presbyteri Elpidius & Philoxenus attulerunt,* Addit Julius, ſperaſſe ſe

ductus, in ſuis litteris conqueritur. Ac demum ad eamdem calumniam convincendam hæc addunt: *Miſimus autem ad vos teſtimonia comminiſtrorum noſtrorum, qui in Libya, Pentapoli, & in Ægypto degunt; ut etiam inde cognoſcatis illorum in Athanaſium ſycophantias; quod ideo faciunt ut cæteris per metum, qui piæ opinionis ſunt, quieſcentibus, impia Arianorum hæreſis introducatur. Nos autem veſtræ prudentiæ gratias agimus, dilectiſſimi, quod ſæpius anathemate Arianos notaſtis, neque illis locum in Eccleſia dediſtis.* Fuiſſe autem has ipſas accuſationes recens excogitatas, ac poſtea etiam examinatas in Concilio Antiocheno ab iiſdem Euſebianis congregato, Socrates (a), Sozomenus (b), & alii (c) quoque teſtantur. At poſt hæc iidem Patres addunt (d).

(a) Socrat. l. 2. c. 2. in fine. (b) Sozom. l. 3. c. 5. (c) Ibid. lib. 2. c. 3. (d) Apud Athan. Apolog. 2.

X. Accuſatores deteguntur Ariani.

In proximo autem jam eſt, ut ex rerum documentis appareat, quales Euſebiani ſint. Ecce enim poſt prima eorum de Arianis ſcripta, quorum antigrapha ad vos miſimus, aperte jam Arianos homines, atque eo nomine ab univerſa Eccleſia anathemate condemnatos contra Eccleſias irritant: Epiſcopumque illis conſtituunt, divulſis a ſe ipſis per metum Eccleſiis, quo illis ubique ſuppetant cooperatores ſuæ impietatis: ac proinde diaconos ſuos ad Arianos legant, propalam cum Arianis communione ſumpta; litteriſque ultro citroque miſſitatis, Eccleſiam in ſchiſma conjiciunt; eaque paſſim ſcribunt, quæ & hæreſin commendant, & Eccleſiam conviciis lacerant, ut ex litteris eorum ad Romanum Epiſcopum, & fortaſſe ad vos ipſos ſcriptis deprehendere poteſtis. Quam igitur iſta inulta eſſe non debeant, etiam vos, dilectiſſimi, animadvertitis: gravia enim ſunt, & aliena a Chriſti doctrina.

XI. *Hac certe de cauſa in publico Conventu de conſilio omnium has litteras ad vos dedimus, quibus oramus veſtram in Chriſto prudentiam, ut recipiatis hanc de Athanaſio conteſtationem; & commercium communionemque ejus admittite; & zelum indignationemque contra Euſebianos, qui iſtiuſmodi tentant, induite, ne diutius ejuſmodi pravitas, & malitia contra Eccleſiam invaleſcat: vos certe vindices hujus injuſtitiæ imploramus, citantes illud Apoſtolicum verbum (e): Auferte mala ex vobis. Mala enim re vera ſunt, & indigna communione, quæ ab illis deſignantur. Ne igitur illis aurem præbueritis, ſi denuo ad vos contra Athanaſium Epiſcopum ſcribant: quicquid enim ab illis proficiſcitur, falſum eſt: etiam ſi noſtra Ægyptiorum Epiſcoporum nomina epiſtolis ſuis adſcribant: certum enim eſt, nos non eos eſſe, quorum nomina in ſcriptis ſubjiciunt, ſed Meletianos homines perpetuo ſchiſmaticos, qui etiam nunc Eccleſias turbant, & ſeditiones commovent, conſtitutioneſque abſurdas, & propemodum Ethnicas faciunt, atque deſignant, quæ quoniam abominamur ſcribere, ex noſtris legatis, qui vobis hanc epiſtolam afferunt, cognoſcere poteritis.* Hactenus epiſtola Synodalis Epiſcoporum Ægypti, quam, (ut dictum eſt) cum ad omnes dederunt Epiſcopos, tum potiſſimum ad Julium Romanum Pontificem per legatos miſere. Itaque eodem ſimul tempore legatos Arianorum, atque legatos Ægyptiorum Catholicæ fidei Epiſcoporum ex Concilio Alexandrino contigit Romæ præſentes eſſe, & cauſam, ob quam miſſi erant agere coram eodem Julio Romano Pontifice.

Peroratio cum exhortatione.

(e) 1. Cor. 5.

XII. Quid autem inter eos actum ſit, idem ipſe Julius ſuis litteris, quas poſtea dedit ad Arianos, his verbis ſignificat (f): *Legati veſtri Macarius presbyter, & Heſio-*

(f) Apud Athan. Apolog. 2.

PAGIUS

ſe, ſaltem aliquos ex Euſebianis superventuros fuiſſe, ſubjungitque: *Cæterum ubi nullus veſtrum ſupervenerat.* Quare nonniſi magno errore ſcripſit Socſates, poſt Synodum Antiochenam Legatos ab Euſebio miſſos, qui judicium cauſæ Julio primo offerrent.

VI. Quo anno Euſebiani Legatos miſerunt.

Quo vero anno Legatio illa ab Euſebio Nicomedienſi ad Sedem Apoſtolicam miſſa fuerit, a nullo ex Antiquis proditum; eam tamen valde veroſimiliter hoc anno conſignavit Baronius. Cum enim Athanaſius Treviris relicta circa finem anni CCCXXXVIII. Alexandriam appulerit, Sedique ſuæ reſtitutus fuerit, Euſebiani, quibus reditus ille diſplicebat, adjutore Presbytero Ariano aures Conſtantii præoccuparunt, & tum ad duos alios Imperatores Conſtantem & Conſtantinum literas miſerunt: *Jam denuo accuſatrices literas contra Athanaſium Imperatoribus porrexere*, uti habetur in Synodica Alexandrina anno CCCXL. exarata. Et infra: *Apud tres Auguſtos calumniari non verentur.* Ex quibus habemus, Euſebianos novas calumnias texuiſſe, & in Occidentem ea de re non ad Imperatores ſolum; ſed & ad Pontificem quoque, (omnibus enim illis eodem tempore ſcripſerant) literas miſiſſe, cum adhuc in vita eſſet Conſtantinus junior initio anni CCCXL. occiſus, adeo ut Euſebiani medio tempore inter reditum Athanaſii, & mortem Conſtantini junioris Legationem ſuam miſerint, ideoque anno CCCXXXIX. Hæc omnia ex Schelſtratio loco citato exſcripta.

VII. Synodica Alexandrinorum in cauſa Athanaſii. Baron. n. III. & ſeqq.

Ratio autem cur epiſtola Synodica Alexandrinorum Epiſcoporum, qua Athanaſium adverſus inimicos tuetur, anno tantum ſequenti conſignanda ſit, petitur ex eo quod in ea mentio fit tranſlationis Euſebii a Sede Nicomedienſi ad Conſtantinopolitanam, ut animadvertit Valeſius in Obſervat. Eccleſiaſt. ad Socratem & Sozomenum cap. 5. Hæc Epiſcoporum Alexandrinorum verba: *Quamquam nihil ea re impeditus Euſebius, Athanaſii creationem vituperat: homo qui ipſe prorſus Epiſcopus creatus non eſt, aut ſi unquam jus Epiſcopi habuit, id ipſum reſcidit, utpote qui principio Beryti pro Epiſcopo egerit, relictaque Beryto Nicomediam ſe tranſtulerit: illam quidem Cathedram præter legem deſtituens, iſtam vero nulla lege invadens; propriique gregis ſine ulla charitate deſertor; & alieni nulla*

* Heſychius ſiochius * diaconus, nulla modo, cum huc veniſſent, pares presbyteris ab Athanaſio miſſis fuere: ac ſemper ab illis convicti,

Quid actum Romæ per utriuſque partis legatos. refutatique Concilium iudici poſtularunt, litteraſque & ad Euſebianos & Athanaſium Alexandriam, quibus convocarentur, mitti; ut coram omnibus juſto judicio de cauſa cognoſci poſſet: tum enim ſe de Athanaſio probaturos eſſe, quod jam nequirent: publice enim coram nobis Martyrius & Heſychius refellebantur, Athanaſii presbyteris bona cum fiducia alacriter reſiſtentibus. Martyrius vero cum ſuis (ſi vera dicenda ſunt) ubique profligabatur, ac proinde Concilium generale poſtulavit. Et inferius de iis quæ itidem per Legatos Athanaſii Romam allata ſunt Acta Synodalia de cauſa ejuſdem Athanaſii (ut vidimus in ſuperius recitata epiſtola) mentio habetur, cum agitur de damnatione Athanaſii facta Tyri ab illis qui cum Arianis communicabant; atque ſic ſubditur:

XIII. Ariani conati ſuſurrari communionem Romani Pont. Hac ita eſſe, ex iis quæ Alexandriæ acta ſunt, deprehendimus. Nam Carponas quidam ab Alexandro ob Arianam hæreſim cum quibuſdam aliis ejuſdem criminis reis olim citatus huc ad nos venit, miſſus a Gregorio. Id ipſum quoque ex Macario presbytero, & Martyrio & Heſychio diaconis didicimus (Erant hi Legati Euſebiani) qui antequam judicio ſe ſiſterent Athanaſii presbyteri, auctores nobis fuere, ut ſcriberemus Alexandriam cuidam Piſto: quo tempore etiam tum Athanaſius Epiſcopus Alexandriæ verſabatur. Hunc autem Piſtum Athanaſii presbyteri ſupervenientes docuerunt Arianum eſſe, & eo nomine & ab Alexandro, & a Synodo Nicæna reum factum, graduſque ordinis ſui a quodam Secundo (erat hic Epiſcopus Pentapolitanus) quem Magna Synodus ut Arianum rejecerat, accepiſſe. Videtis igitur vel ex hac cauſa, qui potius in culpa habendi ſunt; nos ne, qui perſuaderi non potuimus, ut Ariano Piſto litteras ſcriberemus; an illi qui mihi conſilium dedere, ut contempto Magno Concilio, ad impios hæreticos veluti ad pios homines litteras darem. Intelligis plane, Lector, ſolitas exerceri ab hæreticis technas atque verſutias (quod quampluribus exemplis eſt frequenter ſuperius demonſtratum) conatoſque eſſe Euſebianos Legatos ſuſurrari communionem Romanæ Eccleſiæ, quo gloriari poſſent, ſe haberi Catholicos; ob idque niſos eſſe perſuadere Julio Papæ litteras Piſto illi, quaſi Catholico, pacificas dare; quem tamen ex Actis quoque Magni Nicæni Concilii Arianum eſſe conſtaret.

XIV. Piſtus rejicitur a Romano Pont. Sed quid præterea, cum Piſtus Romam vocatus advenerit, factum ſit, idem Julius Papa in eadem epiſtola ſubdit his verbis: Certe Macarius presbyter cum Legatus ab Euſebio venerat, ubi audivit Athanaſii presbyteros Piſto obſiſtere, noſque ejus præſentiam non admittere; una cum Martyrio & Heſychio, quamvis gravi valetudine, de nocte profectus eſt: ut non incongrue divinaremus, cum impatientia refutati Piſti fugam arripuiſſe. Hæc Julius, hicque finis legationis Arianorum. Porro ejuſmodi judicium & cauſæ examinatio facta ab utriuſque partis Legatis, quantum temporis ſpatio fuerit conſummatum, licet certum quid definiri non poſſit, tamen nequaquam hujus anni ſpatio expleri valuiſſe videtur; ſiquidem poſt alias moras expectandus fuit adventus Piſti Alexandria Romam: dum enim inter utriuſque partis Legatos cauſa agitaretur (ut dictum eſt) mittitur qui Piſtum Alexandria Romam citet: ſic ille vocatus, contulit ſe Romam ad judicium, ubi a Legatis Athanaſii confutatus, atque hæreſis convictus eſt Arianæ.

XV. Quid indulget Julius Arianis. Sic igitur Synodus a Julio Papa ob eamdem cauſam nequaquam præſenti anno indicta eſt, ſed ſequenti; quod ex aliis quoque rationibus ſuo loco dicendis manifeſtum omnino redderur. Julius ergo quantumlibet ex Actis Tyriæ Synodi Romam allatis ab ipſis Euſebianorum Legatis, aliiſque (ut vidimus) ab adverſæ partis Legatis miſſis a Concilio Alexandrino editis cauſam pleniſſime cognoviſſet; atque inſuper Euſebianos labefacta-

PAGIUS In rationabili cauſa occupator, prioris Epiſcopatus charitatem alieni cupiditate aſpernatus eſt. Nec tamen hunc ipſum Epiſcopatum, quem tanta aviditate occupaverat, reſervavit. Ecce enim jam quoque inde deſiliens, alienum Epiſcopatum denuo obtinet. Ubi notanda ſunt verba Græca his ultimis Latinis reſpondentia: ἰδοὺ γὰρ κ᾽ ἐκεῖθεν ἀποστὰς, ἀλλοτρίαν πάλιν κατέχει. Nam vocabulum illud ἰδοὺ, inquit Valeſius, tranſlationem hanc Euſebii a Nicomedia Conſtantinopolim, recens admodum, & paulo antequam hæc ſcriberent, factam eſſe declarat. Quod ſi hæc circularis Epiſtola præſenti anno ab Ægypti Epiſcopis, ut cenſuit Baronius, ſcripta eſſet, Euſebii tranſlatio ad Sedem Conſtantinopolitanam, vel eodem, vel ſuperiori anno contigiſſet. Et tamen ea anno tantum CCCXL. facta, ut ipſe Baronius fatetur, qui ideo pugnantia inter ſe atque contraria hac in re loquitur, ut inquit Valeſius citatus. Male itaque Binius & Labbeus in Collectione Conciliorum, & Papebrocius in Vita S. Athanaſii cap. 22. num. 234. Synodum Alexandrinam in cauſa Athanaſii præſenti anno illigarunt. Sulpicius Severus ait, huic Synodo Alexandrinæ octoginta Epiſcopos interfuiſſe; Athanaſius vero in Apologia 2. Judicatum eſt ſecundum nos non ſemel neque iterum, ſed ſæpius. Primum quidem in noſtra Provincia, cum ad id coiſſent propemodum centum Epiſcopi. Secundo Romæ, cum Euſebius literas ſcripſiſſet, & tum ipſo cum ſuis, tum nos in judicium vocati eſſemus: congregatis illic quoque pluribus quam quinquaginta Epiſcopis.

tos eſſe Arianorum communione, cum ex teſtificatione Carponæ, qui & ipſe ex Ægypto citatus Romam venit, tum etiam ex Piſto ab Athanaſii legatis convicto ſatis perſpectum habuiſſet; tamen quod legati Euſebianorum generalem Synodum petiiſſent, id ipſum induiſit, ne quando de iniquo & nimis propere exhibito judicio Romani Pontificis conqueri poſſent.

XVI. *Acta Tyria Romæ relicta.* At licet Legati Euſebianorum plane convicti atque confutati, rubore ſuffuſi, clandeſtine noctu ab Urbe receſſerint, veriti nimirum ex Piſti examine ſententiam Julii; tamen allata Romam ab illis Acta Tyria ac Mareotica a miſſis tunc Tyro legatis olim confecta, ibidem inter alia publica judicii monumenta remanſere: id quidem Deo permittente, ne ab illis tam turpia atque deformia, ſibique ipſis (ut Athanaſius convincit) ſæpe contraria, omni dolo atque fallacia Acta contexta, oblivione aliquando (quod ipſi optaſſent) deleri contigiſſet. Ex illis enim Euſebianos calumniæ convictos eſſe in Romano judicio, Julius tunc quoque teſtatur, cum ait (a): *Sed ex monumentis Actorum per Martyrium & Heſychium allatis cognovimus: ea enim per legentes, invenimus accuſatorem Iſchyram ibi præſto fuiſſe, &c.* Quorum quidem pudendorum Actorum exemplar idem Julius Alexandriam miſit ad Athanaſium: teſtatur id ipſe Athanaſius, cum de illorum enormi inter ſe diſcrepantia turpique inconſtantia verba facit, atque ait: (b): *Illi ergo Actorum monumenta, quæ habebant, ſuppreſſerunt & Notariis injunxere, ut ea amolirentur, neque ulla exemplaria vulgari ſinerent; ſed fruſtra hæc omnia: nam qui ea ſcripſit, Rufus eſt, qui nunc in Auguſtalliana ſpiculatorem agit, & teſtis ejus recitari poteſt. Atque adeo ipſi Euſebiani ea per ſuos Romam miſerunt, eademque illa ab Julio Epiſcopo ad me tranſmiſſa ſunt. Inſaniunt igitur ſua arcana apud nos haberi, & a nobis recitari.* Hæc ipſe. Petiiſſe vero legatos Alexandrinos a Julio eorum exemplar mittendum ad Athanaſium (ut in judicio accidit) quo ille pararet ſe ad dicendam cauſam, & erroris ea redarguenda in futura Synodo, par quidem eſt exiſtimare. At quo minus Ariani ratione valerent, eo magis vi ſibi agendum eſſe proponunt; quid autem poſt hæc moliti ſint, dicemus annis ſequentibus.

(a) Ep. Jul. apud Athan. Apolog. 2.

(b) Athan. Apolog. 2.

XVII. Hic ipſe annus eſt etiam, quo S. Antonius ille Magnus, monachorum pater divino elevatus Spiritu, horribilem viſionem illam de immenſa Eccleſiæ clade ab Arianis inferenda prævidit, atque prædixit, biennio ſcilicet antequam fieret: recitat eam S. Athanaſius in rebus geſtis Antonii his verbis (c): *Lamentabilis ſequitur viſio, & omni lacrymarum fonte plangenda. Cum autem cum fratribus circa ſe conſidentibus operaretur; intente fixit oculos in cælum, gemens atque ſuſpirans; & poſt aliquantum ſpatium revelationis inceptæ nimio dolore contremuit, & ſtatim fixis genibus ante Dei vultum provolutus oravit, ut clementia ſua futurum ſcelus averteret; ſuccedunt orationi lacrymæ, metus ingens invadit præſentes; obſecrant, ut tantæ calamitatis exponeret viſionem. Singultus occupant vocem, lingua fletibus præpeditur, & in medio conatu ſermo gemitu interrumpitur. Vix tandem vociferatione fluctuoſa ait: Melius erat, o filioli impendens piaculum cita morte lucrari. Sic incipiens, rurſus lacrymis vincitur; & inter ægra ſuſpiria tandem pectori accommodans vocem: Magnum (inquit) quoddam & univerſis ſæculis inauditum imminet nefas. Magno fides Catholica turbine ſubvertetur; & homines jumentis ſimiles Chriſti ſancta diripient. Vidi enim altare Domini mulorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia diſſipabant; hæc eſt cauſa gemituum meorum, quos audiſtis. Et facta eſt vox Domini, dicens: Abominabitur altare meum.*

(c) Athan. in Vita Antonii.

Viſio facta Antonio magno de Arianis.

XVIII. *Viſionis effectus.* Nec mora, *viſionem ſequitur effectus; nam poſt duos annos ſæva Arianorum irrupit inſania. Tunc Eccleſiarum fuerunt rapinæ, tunc divinorum temeratio vaſorum, tunc pollutis Ethnicorum manibus ſacra polluta ſunt miniſteria; tunc Paganorum opificum præſidia adverſus Chriſtum comparata cum aſſumptione palmarum (quod idololatriæ apud Alexandriam inſigne eſt) ad Eccleſiam pergere compellebantur Chriſtiani, ut Arianorum populi crederentur. Proh ſcelus! horret animus replicare quæ geſta ſunt. Virginum matronarumque reptus pudor; ſanguis ovium in Chriſti templo effuſus veneranda reſperſit altaria: Baptiſterium pro voluntate Gentilium pollutum eſt. Nihil defuit; viſionis veritatem monſtravit effectus, quod calcitrantium mulorum indiſciplinatio, Arianorum eſſet impietas. Sed iſtam triſtitiam conſequentis revelationis proſperitate conſolatus eſt, & ait:* Nolite, *filioli, mœrori vos penitus dare: ut enim iratus eſt Dominus, ſic rurſum miſerebitur, & ſuum cito Eccleſia recuperabit ornatum; eoſque qui in perſecutionibus fidem Domini ſervaverint, ſolito videbitis fulgore relucentes; revertentur ad foveas ſuas ſerpentes, & religio longius propagabitur; tantum videte, ne fidei veſtræ ſinceritas labe Ariana fœdetur: non Apoſtolorum, ſed Dæmonum, & patris eorum Diaboli eſt iſta doctrina: ob id per inſipientiam jumentorum ſimilis pecudum eorum expreſſus eſt animus.* Huc uſque Antonius. Atqui tragica hæc atque lugubria ſuo loco fuſius explicabuntur

tur

tur, eum ſcilicet agemus de Gregorii facta per Arianos invaſione poſt annos duos in Alexandrinam Eccleſiam.

XIX. Meminit quoque hujus magnæ viſionis Antonio demonſtratæ S. Joannes Chryſoſtomus, cum primum hujuſcemodi laudum præconio virum exornat (a): *Conſideret virum per cunctorum uſque hodie ora volitantem, quem Apoſtolis proximum Ægyptus protulit; dico beatum & Magnum illum, de quo ſæpe audiſtis, Antonium; & reſpiciat quod hic quoque illius fuerit regionis indigena, cujus etiam Pharao, ſed nihil ſit inde vitiatus. Nam, & viſione Dei dignus eſt habitus, & talem vitam prorſus oſtendit, qualem leges Chriſti exquirunt. Hoc autem facile cognoverit quiſquis eum legeret libeum, qui vitæ ejus texit ſiſtoriam, in quo etiam prophetiam lucentem videbit. De his enim quos Ariana peſtis invaſit, manifeſtiſſime prophetavit; quantaque Eccleſiis labes ab illis immineret, docuit, Deo utique revelante hæc, & cuncta ante oculos ejus figura pingente. Quod certe vel præcipuum Catholicæ fidei documentum eſt, nullum videlicet hæreticorum talem poſſe monſtrari. Sed ne a me hæc audire videamini; ipſum potius librum legentes, diligentius cuncta diſcetis, ut maxima inde philoſophiæ incitamenta capiatis.* Hactenus ipſe. Sed rurſum quod ad eam viſionem Magno S. Antonio demonſtratam ſpectat; illud etiam admonendum, errare eos qui ipſam illi oſtenſam putarunt, antequam Arii hæreſis exoriretur: non enim emergentis hæreſis, ſed futuræ cladis per Arianos infligendæ, ea fuit illi viſio præmonſtrata: nam longe poſt exortam Arii hæreſin id fieri contigit, cum jam antea de cavendis atque vitandis Arianis ſæpe ſuos admonuiſſet, atque ante hæc quoque ſcripſiſſet olim ad Conſtantinum ac filios, & receſſiſſet in montis interiorem ſolitudinem: quæ quidem omnia longe poſt ortam hæreſin Arianam acciderunt.

(a) Joan. Chryſoſt. hom. 8. in Matth.

Chryſoſt. de Antonio M.

XX. Hoc eodem anno, iiſdemque Conſulibus, data lex (b) illa reperitur adverſus hæreticos, ut a privilegiis Catholicæ legis cultoribus conceſſis omnino excluderentur; at in Codice Theodoſiano (c) tempore Conſtantini Magni ea data habetur ſeptimo Conſulatu ipſius, ubi ipſam retulimus. Iiſdem Conſulibus adverſus adulteros ab Imperatoribus lex ſancita eſt, ad Catullinum ſic reſcribentibus (d): *Oportuerat te, publici inſtituti reſpectu, confeſſione detectos legum ſeveritate punire; nec fruſtra vitam differentium moratorias provocationes admittere: ſed delatum adulterii crimen, & quæſtionibus adhibitis approbatum, pari ſceleris immanitate damnare. Quod deinceps in hujuſmodi criminibus convenit obſervari, ut manifeſtis probationibus adulterio probato, fruſtratoria provocatio minime admittatur: cum pari ſimilique ratione ſacrilegos nuptiarum tamquam manifeſtos parricidas inſuere culleo vivos, vel exurere, judicantem oporteat. Dat. IV. Kal. Septemb. Conſtantio A. II. & Conſtante Cæſ. Coſſ.* Cum igitur Imperatores nuptiarum corruptores ſacrilegos nominent, & tam diro ſupplicio eos plecti voluerint; plane declaratur, alia ratione habitum Chriſtianorum matrimonium a Gentilium nuptiis, quod, ut Eccleſiæ peculiare ſacramentum, iidem ſacre religioſeque cuſtoditum, tam immanibus pœnis appoſitis, voluerunt.

(b) l. 1. C. de hæret.

(c) l. 1. de hær. C. Theod.

(d) l. 4. Quorum appel. C. Theod.

Lex Impp. adverſus adulteros.

XXI. Oblata rurſum querela de emptitiis magiſtratibus, Conſtantinus Junior agens Treveris ſic ad Celſinum reſcripſit: *Rarum Carthaginis ſplendidiſſimæ Senatum, & exiguos admodum Curiales reſidere conqueſtus es, dum univerſi indebitæ dignitatis inſulas fœda familiaris rei vexatione mercantur. Igitur iſtiuſmodi viri, demptis honoribus imaginariis, hujuſcemodi illi erunt, quos fuerunt conſecuti: civicis muneribus ſubjugentur. Quod equidem per omnem Africam ſolertiſſime ſervari oportet. Dat. VI. Idib. Jan. Trever. Conſtantio II. & Conſtante Coſſ.* Ex quo quidem reſcripto liquet, in Imperii diviſione Provinciam Africæ ceſſiſſe Conſtantino, non autem Conſtantio, vel Conſtanti, ut alii dicunt; ſed Conſtantino vita defuncto, eadem ſub ditionem Conſtantis redacta eſt, ut ſuo loco patebit. Hoc pariter anno ad Evagrium Conſtantius reſcripſit, ne ſub capitali pœna Judæi Chriſtianas fœminas ducerent in uxores (e). At de rebus hoc anno geſtis, ſatis.

Lex adverſus emptores magiſtratuum.

(e) l. 7. de Judæis C. Theod.

JESU CHRISTI ANNUS 340.	JULII PAP. ANNUS 4.	CONSTANTINI CONSTANTII CONSTANTIS IMPPP. 4.

I. Romana Synodus in cauſa Athanaſii.

QUadrageſimus Chriſti annus ſupra centeſimum Acindini, & Proculi Conſulatu adſcribitur Faſtis; quo a Julio Romano Pontifice indicitur Synodus in cauſa Athanaſii, quam (ut vidimus anno ſuperiore) Legati Ariani viſi eſſent expoſcere; licet autem re vera ea potius fuerit juſta quædam apparens tergiverſatio, ut ſic vitarent potius adverſus ſe pro Athanaſio pronuntiandam a Romano Pontifice ſententiam, quam Synodi ex animo poſtulatio facta, nihilominus, ne quid in eos tyrannicum a Julio Papa iidem quererentur perpetratum, indulſit ille benigno animo petitioni ipſorum. De hac quidem indicta Synodo hæc Athanaſius habet (a): *Epiſcopus autem Romanus Julius Synodum juſſit fieri ubicumque vellemus, ut tuto & crimina objicerent, & invicem ſibi objecta refutarent; id enim eorum legati, cum ſe vinci animadverterent, poſtularunt.* De eadem quoque legatorum poſtulatione ſic idem alibi (b): *Quin & Euſebiani ad Julium litteras miſere, & ut nos terrerent, Synodum juſſerunt convocari; & ipſi Julio ſi vellet, arbitrium cauſæ detulerunt.*

(a) Athan. ad Solit.

(b) Apud Athan. Apolog. 2.

II. Cauſa convocandæ Synodi.

Cæterum vocandi Euſebianos ad Synodum, ea quoque cauſa præceſſit, quod cum Marcellus Epiſcopus Ancyranus & alii complures ab iiſdem Euſebianis injuria affecti veniſſent Romam, adverſus eoſdem Julio Romano Pontifici accuſationum libellos dederant, quibus ut illi ſatisfacerent, Romam ad Synodum a Julio vocantur: teſtatur id Julius ipſe in litteris poſtea ad eos ſcriptis, quibus hæc ait (c): *Et hæc potiſſima mihi ſcribendi cauſa fuit, ut huc veniretis quo vobis præſentibus omnia corrigi & ſanari poſſent; ac propterea alacrius a vobis & ſine recuſatione occurrendum fuit, ne qui hactenus infamia iſtarum ſcelerum laborant, contumacia non comparendi in judicio, libellos contra ſe datos videantur refellere non potuiſſe:* Hæc Julius, quibus vides, Lector, priſtinum uſum, nimirum paſſos injuriam ab aliis Epiſcopis, ex Oriente quoque migrare ad Romanam Eccleſiam, ejuſque Pontifici dare libellos adverſus eos, a quibus vexati eſſent, conſueviſſe.

(c) Apud Athan. Apolog. 2.

III. Legatio Julii PP. ad Euſeb.

Cum hæc igitur præceſſiſſent, citantur a Julio ad Synodum Euſebiani, præſcribiturque ab eo certa dies, qua deberent judicio ſiſti: quod litteræ poſtea ab eodem ad illos ſcriptæ aperte ſignificent; quibus pariter declaratur tunc ab ipſo Romano Pontifice miſſos eſſe legatos Elpidium, & Philoxenum. De his enim, præter illa quæ habentur ex dictis Julii litteris, ipſe Athanaſius meminit, cum ait (d): Ju-

(d) Athan. epiſt. ad ſolit.

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1093. Olymp. 279. an. 4. A.C. 340.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5833.

☉ 13. FE. ☽ 18. P. 30. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 340.

JULII PAPÆ 4.

CONSTANTII ET CONSTANTIS IMPP. 4.

I. Conſules.

[1] ANum. I. ad VII. Coſſ. *Acindynus*, & *Proculus*, ut Socrates lib. 2. cap. 5. & Caſſiodorus, vel *Acyndinus*, & *Proclus*, ut utrique Faſti Græci a Dodwello editi, & Chronicon Alexandrinum.

II. Athanaſius Romam a Julio PP. evocatus.

Baron. n. IV. & V.

Valeſius in Obſervat. Eccleſiaſt. ad Socratem & Sozomenum lib. I. & Schelſtratius in Diſſert. I. de Sacro Antiocheno Concilio cap. 3. & 4. geſta hoc & ſequenti anno in cauſa *Sancti Athanaſii* egregie explicant, & varios Annalium errores emendant; ex quibus ſequentia mutuati ſumus. Relata per Euſebianos cauſa Athanaſii ad Sedem Apoſtolicam, ſuos quoque ad *Julium primum* Legatos tranſmiſerat Athanaſius, inter quos dum diu Romæ diſputatum fuiſſet, *Macarius* Presbyter & *Heſychius*, *Martyriuſque* Diaconi ab Athanaſii Presbyteris convicti, & re-

---

NOTÆ [1] COſſ. *Acindinus*, & *Proculus*. Relandus habet: *L. Aradius Valerius Proculus*. Vetus lapis eruitus e Cœmeterio S. Hermetis apud Blanchinum in Prolegomenis ad Anaſtaſii tom. III. pag. XXV.

SEMVESTINO ALOM. D. V. ID. IAN.
ACYNDINO ET PROC. CONSS.

Lapidem Blanchinus interpretatur in hunc modum: *Semveſtino Alomno* (pro *Alumno*) *depoſito Quinto Idus Januarii*, *Acyndino*, & *Proculo coſſ.* Lapis apud Gruterum pag. CCCLXL. I.

L. ARADIO. VAL. PROCULO. V. C.
CONSULI. ORDINARIO.

Symmachus lib. 1. ad patrem.
Hic conſul clarum produxit Acyndinus annum. Faſti Idatii: *Acyndino*, & *Proculo*. Vindebonenſes: *Aquilino*, & *Proculo*. Bucherii laterculus: *Aquindino* & *Proculo*.

Digitized by Google

Julius vero presbyteros ſuos Elpidium & Philoxenum cum litteris ad Euſebianos miſit, certam diem definiens, ut aut præſentes ſe ſiſterent, aut cognoſcerent ſe omnibus modis ſuſpectos haberi. Harum litterarum ipſe mentionem habet Julius in epiſtola ad eos poſtea data, ubi ait (a): *Tametſi ſolus ſim qui ſcripſi, non meam tamen ſolius ſententiam, ſed omnium Italorum & omnium in his regionibus Epiſcoporum ſcripſi.* Quibus apparet litteras priores Julii ad eos ad Synodum vocandos ex Synodo eſſe datas: frequentia enim tunc Concilia cogebantur. Quaſnam autem illi ſic ad Synodum citari inanes cauſas, falſoſque prætextus obtexuerint, ne Romam ad Synodale judicium ſubeundum venirent, dicemus anno ſequenti.

(a) Apud Athan. Apolog. 2.

IV. Athanaſius Romam venit. Non ſic quidem Athanaſius; qui & ipſe Romam citatus tamquam reus cauſam dicturus illuc continuo convolavit, & magna quidem animi alacritate; quod ſciret res Eccleſiaſticas, ibi Eccleſiaſtice, non autem tyrannice (quod Euſebianis in more erat) ſed ſecundum canones pertractari. In urbem igitur Athanaſius feſtinus ſe contulit, ubi & adverſarios, qui eum accuſarent, anno integro cum dimidio expectavit: teſtantur id quidem Julii Papæ litteræ poſtea anno ſequenti ad Euſebianos ſcriptæ, in quibus hæc de his leguntur (b) *Præter hæc omnia annum totum, & integros ſex menſes Athanaſius apud nos hæſit, veſtram præſentiam expectans, aut quotquot comparere auderent, ſuaque præſentia pudefecit omnes: non enim judicio ſtetiſſet, niſi fiduciam habuiſſet; neque ſponte, ſed litteris noſtris ad judicium vocatus comparuiſſet, quemadmodum vos per litteras citavimus.* Hæc ipſe; qui & de Epiſcopis Italiæ ad Concilium convocatis ſuperius meminit in eadem epiſtola, atque addit: *Certe ad conſtitutum tempus convenere Epiſcopi, & ejus ſententiæ fuere, quam vobis iterum ſignifico.* Ita Julius de indicta Romæ hoc anno Synodo. Cæterum ex longa mora anni unius atque ſex menſium Athanaſii in expectando ibidem adverſarios, tempus ejuſdem Synodi magnam quoque partem anni ſequentis occupaſſe conſtat; quamobrem & nos, quid in ea decretum ſit, ſuo loco dicemus.

(b) Athan. Apol. 2.

Quod autem pertinet ad Athanaſii Romam adventum; reperimus duxiſſe ſecum inter alios Iſidorum illum, de quo plura Pal- V.

PAGIUS refutati, a Julio primo, Concilium indici poſtularant, *literaſque & ad Euſebianos, & Athanaſium Alexandriam, quibus convocarentur, miſit.* Nec dubitari poteſt, quin *Julius* Papa primus ad Athanaſium literas miſerit. Latent quidem illæ, nec conſtat per quos Legatos Alexandriam tranſmiſſæ fuerint. Citabatur tamen per eas *Athanaſius*, ut ad judicium Synodicum Romæ habendum occurreret. Præclarum hac de re teſtimonium habemus Julii Papæ in epiſtola ad Orientales, ubi dicitur: καὶ γὰρ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐλήλυθεν, ἀλλὰ κληθεὶς, καὶ λαβὼν γράμματα παρ' ἡμῶν, καθάπερ καὶ ὑμῖν ἐγράψαμεν. Quæ verba ex antiqua Nannii verſione ſic Baronius refert: *Neque ſponte, ſed literis noſtris ad judicium vocatus comparuiſſet, quemadmodum vos per literas citavimus.* Ex quibus concludi poſſet, Athanaſium non per literas, ſed ſponte ſua Romam adveniſſe. Verum, verbum, ἐλήλυθε, verti debet *comparuit*, ut recte in editione Pariſienſi Græco-Latina Operum Divi Athanaſii anni 1627. legitur: *Neque enim ſponte, ſed literis noſtris ad judicium vocatus comparuit.* Hæc enim Græci textus propria verſio eſt: *Etenim non a ſe ipſo advenit, ſed vocatus, & literis a nobis acceptis, quemadmodum & vos citavimus.* Ex quibus conficitur, literas non ſolum a Julio primo Alexandriam tranſmiſſas; ſed & ipſum Athanaſium illis acceptis Alexandria diſceſſiſſe, & Romam veniſſe.

III. Quomodo Athanaſius dicatur Romam confugiſſe. Verum eſt, plures Scriptores antiquos, nulla literarum a Sede Apoſtolica tranſmiſſarum mentione facta, tradidiſſe, quod Athanaſius Romam confugerit: ſicque legi apud Hieronymum in epiſtola 26. ad Principiam: *Alexandrini Sacerdotes, Papa Athanaſius, & poſtea Petrus perſecutionem Arianæ hæreſeos declinantes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum, Romam confugerunt.* Et apud Bonifacium primum epiſtola inter Holſtenianas ordine decima: *Sancta memoria Athanaſius, & Petrus Alexandrinæ Sacerdotes Eccleſiæ, hujus Sedis auxilium poſtularunt.* Verum etiam eſt, ab aliis Scriptoribus aliam rationem adventus Athanaſii adſerri, ac ſcribere Sozomenum lib. 3. cap. 6. quod peracto Antiocheno Concilio, & Gregorio Alexandrino cum militibus appropinquante, ut Sedem invaderet, Athanaſium fuga evaſiſſe: *Tunc vero Athanaſius per mediam pſallentium turbam occultus evaſit, & Romam navigio delatus eſt.* Quod firmatur a Theodoreto lib. 2. cap. 4. *Athanaſius cognitis ante inſidiis ſteteſſit, & in Occidentis partes ſe contulit;* & a Celeſtino Papa in epiſtola ad Clerum & populum Conſtantinopolitanum parte I. Epheſini Concilii: *Et ejectus illis, & in noſtris partibus tutatus eſt.* Sed ex his omnibus non ſequitur, Athanaſium a Julio Papa per literas non fuiſſe evocatum. Potuit enim Julius primus ad Euſebianorum inſtantiam præſenti anno literas Alexandriam mittere, quibus *Athanaſium* pro anno ſequente Romam evocaret, & Athanaſius Alexandriæ ſubſtitiſſe, donec cognitis Euſebianorum in Antiocheno Concilio inſidiis, quid ſecum agere vellent, percepiſſet, ac tum fuga evaſiſſe, & Romam, ubi per literas Pontificias evocatus fuerat, perrexiſſe. Hoc enim modo non Hieronymi ſolum, aliorumque teſtimonia veritati conſonant; ſed & ipſius Julii teſtimonium, quod non modo Nicolaus I. epiſtola 8. ad Michaelem Imperatorem, auctoritate ſua confirmavit, ſed & Athanaſius aſſerere videtur Apologia 2. dum ſcribit: *Quin & Euſebiani ad Julium literas miſere, &, ut nos terrerent, Synodum juſſerunt convocari, & ipſi Julio, ſi vellet, arbitrium cauſæ detulerunt. Cum igitur Romam perveniſſemus, Julius continuo ad Euſebianos literas ſcripſit, miſſis eo duobus ex ſuis Presbyteris Elpidio & Philoxeno.* In his enim verbis hæc notanda: ἡμῶν τοίνυν ἀνελθόντων εἰς τὴν Ῥώμην, &c. *Cum igitur Romam perveniſſem*, &c. Ac ſi diceret, primum ſe per literas citatum fuiſſe ad in-

(a) Pallad. in Lauſ. c.1. Palladius, (a), qui eum mirifice commendat; ſed & Ammonium admirandæ ſanctitatis virum (alius hic ab illo, quem tempore Conſtantini in Domino quieviſſe diximus, nam hic longe poſt Antonii obitum defunctus eſt) comitem habuit, de quo ſic Socrates (b): *Alius quidam Monachus erat, vir plane admirabilis, qui Ammonius vocabatur; iſte adeo parum curioſus fuit, ut cum Romæ una cum Athanaſio forte verſaretur, nihil ex magnificis Urbis operibus præter templum Petro & Paulo dicatum, videre omnino deſideraret.* Pervenit iſte uſque ad Theophili Alexandrini Epiſcopi tempora, a quo creandus Epiſcopus cum Evagrio, auriculam ſibi præcidit, ne (quod ſibi videbatur) eligeretur indignus.

Iſidorus cum Athanaſio Romam venit & Ammonius.

(b) Socrat. lib.4. c.18.

VI. Hoſpites Athanaſii.

Porro cum Athanaſius Romam una cum ſuis adveniſſet, a Cæſarianis honorificentiſſime ſuſceptus eſt: apud hos enim manſit, qui eum benevolentia & magnis proſecuti ſunt officiis. Laudat ipſe in Apologia ad Conſtantium ſuorum hoſpitum Romæ erga ſe exhibita mirifica charitatis obſequia, ubi & agnovit Eutropiam ipſius Imperatoris materteram, Conſtantini Magni ſororem, matrem vero Nepotiani, a quo ſe ſuſceptum hoſpitio, licet eum non nominet, videtur innuere. Cur autem tantus Epiſcopus tantæ Eccleſiæ apud Julium Romanum Pontificem non diverterit; ea cauſa nota omnibus interceſſit; nimirum quod non deceret reum apud Judicem hoſpitari. At de Athanaſii hoſpitibus inferius iterum.

VII. Athanaſius invexit in urbem monachiſmum.

Quam vero proficuus fuerit Athanaſii Romam acceſſus, vel ea eo poteſt intelligi, quod in Urbem invexerit ipſe primus Ægyptiorum Monachorum inſtitutionem, Vitamque admirandam Antonii Magni, licet adhuc viventis, a ſe conſcriptam detulerit: quod vitæ genus ad omnes Evangelicæ perfectionis numeros attemperatum etiam nobiliſſimæ Romanæ feminæ conſectari cœperunt: tradit enim hæc de his S. Hieronymus (c): *Nulla eo tempore nobilium feminarum noverat Romæ propoſitum Monachorum, nec audebat, propter rei novitatem, ignominioſum (ut tunc putabatur) & vile in populis nomen aſſumere. Hæc* (Marcella ſcilicet) *ab Alexandrinis prius ſacerdotibus, Papaque Athanaſio, & poſtea Petro, qui perſecutionem Arianæ hæreſeos declinantes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum, Romam confugerant, vitam beati Antonii adhuc tunc viventis, Monaſteriorumque in Thebaide Pachomii & virginum ac viduarum didicit diſciplinam, nec erubuit profiteri, quod Chriſto placere cognoverat.* Hæc Hieronymus, quæ & ſuperius alia occaſione ſunt recenſita.

(c) Hier. ad Princip. epiſt.16.

VIII. Excellens ſtudium monaſticæ diſciplinæ.

At quibuſnam perſuaſa ejuſmodi vitæ inſtitutum Deo gratum eſſe Marcella ſenſit, niſi ex innumeris pene miraculis, Apoſtolicis plane ſignis atque virtutibus, quas cum Antonium tum alios, divino illis calculo ſuffragante, aſſidue operari cognovit? Erat quidem in Oriente ſummum illud vivendi genus inſtar Eliæ ac Joannis Baptiſtæ, cunctis hominibus, etiam

PAGIUS

instantiam Euſebianorum. Cum igitur ipſe comparuiſſet, etiam Euſebianos per literas citari debuiſſe, prout reipſa citati fuerunt, miſſis in Orientem duobus Presbyteris Elpidio & Philoxeno.

IV. Legati Jul. PP. ad Euſebianos.

Secunda difficultas eſt, quandonam Julius Papa Presbyteros ſuos Elpidium & Philoxenum in Orientem tranſmiſit, Euſebianos ad Synodum Romanam per literas Apoſtolicas quas ſecum ferebant, evocaturos. Baronius hanc legationem currenti anno obitam, eodemque Athanaſium Romam adventaſſe, exiſtimavit. Verum, nec Athanaſius Romam appulit ante annum ſequentem, poſt peractam Antiochenam Synodum, nec Elpidius & Philoxenus ad Euſebianos miſſi ſunt, niſi etiam anno ſequenti, poſtquam Athanaſius jam Romam adveniſſet. Theodoretus enim ait, *Athanaſium* cognitis inſidiis, quas *Gregorius* ipſi ſtruxerat, ſeceſſiſſe; cui conſonat ipſe Athanaſius in Epiſtola ad ſolitariam vitam agentes. Ibi enim narrat, perſecutionem ab Arianis motam nulla alia de cauſa, quam ut Fideles *ad partes Arianorum, & Gregorium recipiendum, quem Imperator miſerat, compellerent. Athanaſius autem priuſquam iſta fierent, ſemel re cognita, Romam profectus eſt, non ignarus hæretici furoris. Julius vero Presbyteros ſuos Elpidium & Philoxenum cum literis, ad Euſebianos miſit, certum diem definiens, ut aut præſentes ſe ſiſterent, aut cognoſcerent, ſe omnibus modis ſuſpectos haberi.* Præclarum eſt hoc Athanaſii teſtimonium, ex quo habemus primo, perſecutionem illam Arianorum in Gregorii intruſione commiſſam, & ab Athanaſio fuiſſe præviſam, ideoque antequam Gregorius inſtaret, & milites cum multitudine ex forenſi vulgo ad cædes parati adeſſent, prius Athanaſium ſeceſſiſſe; id quod, inſidiis cognitis, feciſſe ſcripſit Theodoretus. Secundo, tunc Romam profectum ad Julium primum, quod præſenti anno fieri non potuit, quo Gregorius in Sedem Alexandrinam intruſus non eſt, utpote qui anno ſequenti, primum ab Euſebianis Antiochiæ in Synodo adunatis creatus fuit pſeudo-Epiſcopus aut Patriarcha Alexandrinus, & poſtea primum militari manu Alexandriam ad Sedem Athanaſii invadendam miſſus fuit. Tertio, Athanaſio Romam adveniente, Elpidium & Philoxenum miſſos fuiſſe ad Euſebianos; id quod Athanaſius Apologia 2. loco ſuperius citato clarius teſtatur: *Cum igitur Romam perveniſſem, Julius continuo ad Euſebianos literas ſcripſit, miſſis eo duobus ex ſuis Presbyteris Elpidio & Philoxeno.* Quarto, Elpidium & Philoxenum diſceſſiſſe, non hoc anno, ut putavit Baronius, neque ſequenti, *paulo antequam Synodus Antiochia congregaretur*, ut ſcribit Valeſius citatus cap. 2. ſed anno ſequenti jam duobus aut tribus menſibus tranſactis. Cum enim Antiochiæ Synodus habita fuerit initio anni CCCXLI. & Gregorius ab Euſebianis ibidem congregatis Epiſcopus creatus ſit, & ea Antiocheno Conventu Alexandriam pervenire nequiveſit

Baron. n. III.

etiam Ethnicis, & Imperatoribus ipſis venerandum, ſed & impiis quoque hæreticis reverendum, atque adeo cœleſtibus Civibus admirandum; utpote qui ſe in terris concives habere lætantes, cum eiſdem tamquam gentilibus ſuis amice aſſiduo verſarentur. Factumque feliciter eſt, ut Athanaſio propalante inſereretur ac pariter coleretur in Urbe ſublime illud vivendi genus, cujus in montibus atque deſertis locis tantum cernebantur impreſſa veſtigia; nec detrectavit univerſus Chriſtianus Orbis in Occidente ſectari, quod ſciret in Eccleſia Romana ſuſceptum; quæ hæc omnia accepta ſert Athanaſio; cum alioqui non defuerint (quod dictum eſt ſuperius) perſecutionis retro temporibus eam in Urbe, tum aliis quoque in locis Monachi: illos dixerim, qui in ſimilitudinem Pauli atque Antonii a perſecutionibus fugientium, eadem ex cauſa in cryptis, antris, jugis montium, valliumque convexis receſſibus deliteſcentes, inſtar Eliæ a facie Achab & Jezabel fugientis, Deum propentius colerent; adeo ut licet Monachi nomen viſum ſit Urbi novum, res tamen ipſa vetus, ſed in tanta Eccleſiæ pace legibus quibuſdam exculta fecundiori germine propagata.

IX. Nomen novum, res ipſa vetus. Donatiſtæ hæretici, iidem & Circumcelliones dicti, qui his ipſis temporibus adverſus Catholicos graſſabantur in Africa, primi auſi ſunt, non de re ipſa, ſed de nomine a piis quærere, & dicere (inquit S. Auguſtinus *a*) conſueverunt. *Quid ſibi vult nomen Monachorum?* Et inferius: *Nobis dicunt: Oſtendite ubi ſcriptum ſit nomen Monachorum.* Reſpondit poſt alia ad hæc ipſe: *Quare ergo, & nos non appellemus Monachos, cum dicat Pſalmus (b): Ecce quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres in unum? μόνος enim unus dicitur, & non unus quomodocumque: nam & in turba unus eſt, ſed una cum multis unus dici poteſt, μόνος non poteſt, id eſt, ſolus: μόνος enim unus ſolus eſt. Qui ergo ſic vivunt in unum, ut unum hominem faciant, ut ſit illis vere quod ſcriptum eſt (c): Una anima, & cor unum; multa corpora, ſed non multæ animæ; multa corpora, ſed non multa corda; recte dicitur μόνος, id eſt, unus ſolus:* Et paulo poſt. *Merito inſultant nomini unitatis, qui ſe ab unitate præciderunt. Merito illis diſplicet nomen Monachorum, quia illi nolunt habitare in unum cum fratribus; ſed ſequentes Donatum, Chriſtum diviſerunt.* Hæc Auguſtinus.

(a) Aug. in Pſal. 132.

(b) Pſal. 132.

(c) Act. 4.

X. Hoſtes monachiſmi impii apoſtatæ. Probe jam vides, Lector, a quorum partibus ſtent qui noſtro hoc infeliciſſimo ſæculo Monachorum nomen adeo execrantur; & quorumnam profiteantur ſe eſſe diſcipulos, cum eorum ſectentur impietatem, duplo quam illi plane impii, cum illi (ut ait Auguſtinus) nomini inſultarent Monachorum, quod ab unitate Catholica deſciſſent, iſti vero duplici apoſtaſia, nempe quod ab Eccleſiæ fide & monaſtica obſervantia turpiſſime deſecerunt: tales plane fuerunt qui prima jecerunt fundamenta omnium hæreſum, quæ hoc ſæculo prodierunt: at non hac tantum ex parte duplo (ut diximus) pejores quam Donatiſtæ, ſed triplo; quippe qui non, ſicut illi, de nomine ſolum moverint Catholicis quæſtionem, ſed rem ipſam fuerint acerbiſſimo odio inſectati: verum & cum id agant non verbis tantum, ſed rebus, moreque prædonum, in monaſteria tum virorum, tam ſacrarum virginum, ubicumque per vim licuerit, graſſati fuerint, & debacchati non ceſſent, etiam quadruplo deteriores illis habendi ſint. Cæterum quod ad alias res ſpectat, nihil eſt quod Sacramentarii Donatiſtis conferri poſſint: cum hi, paucis quibuſdam exceptis, in reliquis omnibus cum Eccleſia Catholica conſentirent. At de Monachorum origine, quod ad rem ipſam pertinet, ſatis diximus tomo primo.

XI. Jam ad Athanaſium redeamus: Hic enim Romæ cum eſſet, illud quoque inſigne

PAGIUS rit, (uti nec Athanaſius ante Gregorii adventum Romam profectus ad Urbem venire potuit) niſi duo aut tres ad minimum menſes effluxerint; ita nec Elpidius & Philoxenus poſt adventum Athanaſii Roma diſcedere potuerunt, niſi menſe Martio vel Aprili anni CCCXLI.

V. *Synodus Romana.* Baron. n. 2. Baronius exiſtimavit, Synodum Romanam in cauſa Athanaſii currenti anno inchoatam, ſequentique continuatam. Sed, ut ſuo loco demonſtrabimus, ea Synodus ad annum trecenteſimum quadrageſimum ſecundum pertinet.

VI. *Symbolum Fidei male Athanaſio attributum.* A num. XI. ad XV. Joannes Voſſius libello de tribus Symbolis Diſſert. 2. Queſnellus Diſſert. de variis Fidei libellis in antiquo Romanæ Eccleſiæ Codice contentis, Uſſerius, aliique tam ex Proteſtantibus, quam ex Catholicis, *Symbolum*, quod vulgo dicitur *S. Athanaſii*, & quod incipit, *Quicumque vult ſalvus eſſe*, Sancto Athanaſio abjudicant, quia in antiquis & probatæ fidei Codicibus MSS. pene omnibus Operum S. Athanaſii hoc Symbolum deſideratur, & quia ſtylus, ſermoniſque contextus nequaquam Græci hominis eſt, ſed Latini. Quod ſi Divus Athanaſius Latine ſcripſiſſet, vix fieri potuiſſet, ut ipſi Græciſmus aliquis non excideret, cum nonniſi imperfecte linguam Latinam ſcire potuerit. Præterea, ſi Symbolum iſtud Athanaſii fuiſſet, illud laudaſſent Cyrillus Alexandrinus, Epheſina Synodus, Sanctus Leo, & Concilium Chalcedonenſe, dum contra Neſtorianam & Eutychianam hæreſim loquuntur. His adde Latinorum contra Græcos ſilentium poſt ſchiſma Photianum uſque ad Gregorii IX. tempora, de proceſſione Spiritus Sancti diſceptantium. Si enim tunc pro certo creditum fuiſſet, iſtud Symbolum eſſe Athanaſii, illo uſi fuiſſent contra Græcos ſchiſmaticos Occidentales: quod non leve pondus habuiſſet ob ſummam S. Athanaſii in utraque Ecle-

Digitized by Google

Symbolum Athanaſii. gne fidei ſuæ reliquit Occidentalibus monumentum, nempe Symbolum, quod hactenus Athanaſii nomine in Eccleſia Catholica publice recitatur. Qui enim Romam citatus (ut demonſtratum eſt) ſe contulit judicandum; quamtumlibet ipſius fides Catholica omnibus innotuiſſet, ut nulla penitus potuerit ſuboriri ſuſpicio, quippe qui ejus defenſionis cauſa ab Euſebianis poſt tot ærumnas etiam exilium paſſus eſſet; tamen quod Romanæ ſedis communicationem haud habere licuiſſet, & aliorum Epiſcoporum qui ad Synodum conveniſſent, nec plane audiendus eſſet qui reus advenerat, niſi edita publice Catholicæ fidei profeſſione, eademque ex more, Latino ſermone coram Pontifice & ei aſſidentibus recitata: quæ cognita atque ſuſcepta, in Romanæ fuit Eccleſiæ ampliſſimo Archivio una cum Actis Synodi collocata: & aliquando tandem poſt multa annorum curricula inventa & in lucem edita, ob tanti viri inſignem memoriam de fide Catholica optime meriti, tradi meruit Eccleſiæ recitanda. Adeo enim poſt tot tantaque ejus pro recta fide certamina, Athanaſii nomen poſteris doctrinæ, & ſanctitatis fulgoribus clarum fulſit, ut quæque ipſius ſcripta non modo avide legerentur, ſed ſingulari quadam reverentia colerentur; de quibus extat Coſmæ ſanctiſſimi Monachi præclarum illud elogium (a): *Cum (inquit) inveneris aliquid ex opuſculis S. Athanaſii, nec habueris chartas ad ſcribendum, in veſtimentis tuis ſcribe illud.*

(a) *Sophr. in Prato ſpirit. c. 4.*

XII. Cur diu latuit. Quod igitur longo tempore inter Eccleſiaſtica vetera monumenta delituerit; inde accidit, ut minime citatum ab antiquioribus noſtratibus, vel Græcis reperiatur Symbolum illud: cum tamen ad confutandas complures hæreſes poſtinde ſubortas, magna ex eo ſuppeterent argumenta. Aliquod tamen ejus exemplar delatum eſſe ad tranſmarinam Africanam Eccleſiam ab aliquo Epiſcopo Africano, qui (ut frequenter accidere conſuevit) tunc Romæ repertus, eidem interfuerit Romanæ Synodo, mihi facile perſuadeo: cum illud ipſum S. Auguſtino videatur innotuiſſe, cujus ſcripta verbis quibuſdam atque ſententiis ejuſdem Symboli apparent interdum conſperſa. Cum autem e Romanæ Eccleſiæ antiquitatis monumentis veluti eruderata ejuſmodi profeſſio fidei Athanaſii emerſit in lucem, tum a Latinis omnibus, tum a Græcis æque ſuſcepta eſt, & ſumma veneratione habita, non ab Eccleſia Conſtantinopolitana tantum, ſed Serviana, Bulgarica, Ruſſica, Moſcovitica, & aliis; quod & ipſi fidei hoſtes, recentiores Ariani, Trinitatis adverſarii, non eunt inficias: licet ab iiſdem Græcis & ſuperius recenſitis Eccleſiis pars illa dempta ab eodem Athanaſii Symbolo ſit, qua Spiritum ſanctum a Patre Filioque procedere expreſſum habetur, eo falſo prætextu, quod ſuperaddita nuper fuerit a Latinis: cum liquido appareat, ante annos nongentos ſexaginta, ita ut ſe nunc habet, legi ſolere: nam ex eodem Athanaſii Symbolo ea verba primi capituli Tole-

PAGIUS eleſia auctoritatem. Et tamen primi, quos hoc argumentum adhibuiſſe legimus, ſunt Apocriſarii Gregorii IX. poſtquam hæc controverſia duraſſet annis prope quingentis. Denique Scriptores omnes ante ſeptimum Eccleſiæ ſæculum, ante Auguſtodunenſem in Gallia Synodum ſub S. Leodegario Epiſcopo habitam anno DCLXX. de hoc Symbolo Athanaſiano ſilent. In eo vero Concilio hic Canon legitur: *Si quis Presbyter, Diaconus, Subdiaconus vel Clericus Symbolum, quod Sancto inſpirante Spiritu Apoſtoli tradiderunt, & Fidem Sancti Athanaſii Præſulis irreprehenſibiliter non recenſuerit, ab Epiſcopo condemnetur.* Imo & jam ab anno DCXXXIII. aliqua ex iſto Symbolo deſcripta aliquibus videntur in ea Confeſſione Fidei, quæ edita eſt a Concilio Toletano quarto. Quare non dubium, quin multis ante Synodum illam Auguſtodunenſem annis compoſitum eſſet, & jam olim per totam Eccleſiam celebre evaſiſſet. Nunquam enim ſapientiſſimi Præſules id commiſiſſent, ut iſtam Fidei formulam omnium ordinum Clericis amplectendam & *irreprehenſibiliter*, ut ajunt, recenſendam Synodali edicto ſub condemnationis pœna præciperent, imo & illam e regione cum Symbolo Apoſtolico ponerent, niſi jam longo uſu recepta, approbata, & inter germanas magni Athanaſii lucubrationes numerata fuiſſet. Quare jam ante abhinc centum fere annis Opus illud Athanaſio attributum fuerat.

VII. Nec admittenda conjectura Baronii hoc Symbolum Athanaſio attribuentis, quod ſcilicet illud a S. Athanaſio editum Romæ, & Julio Papæ oblatum, quod neceſſe eſſet ipſum Catholicæ Fidei Profeſſionem palam edere, ut Romanæ Eccleſiæ communione frueretur: alias enim audiendus non fuiſſet qui reus advenerat, & multorum criminum ab Euſebianis accuſatus. *Evertitur conjectura Baronii.* Hæc enim conjectura hoc argumento evertitur, quod S. Athanaſius de doctrina non fuerit apud eundem Pontificem accuſatus, (Euſebiani enim ejus inimici Nicænæ Fidei ſe aſſentiri ſimulabant) ſed quod a Synodo damnatus, nec ab ea reſtitutus, Sedem contra Canones recepiſſet: quod ejus Alexandriam reditus multarum cædium cauſa fuiſſet: quod denique Ægypti & Libyæ viduis triticum eripuiſſet Conſtantini munificentia præberi ſolitum. Cum itaque non hæreſeos, ſed aliorum criminum accuſaretur S. Athanaſius, & Julio, Catholicisque omnibus non ſolum Fidei ejus integritas nota eſſet, non ſolum perſpectum pro Nicæni Concilii defenſione ſtudium, ſed exploratum plane, ipſum in odium Fidei calumniis impetitum, & depoſitione ac exilio afflictum; incredibile eſt, quod ab illo Fidei profeſſionem, quod tamen Baronius vult, Julius Papa exegerit.

VIII. *Symbolum Vigilio Tapſenſi Epiſ. videtur attribuendum.* Symbolum iſtud aliqui Euſebio Vercellenſi tribuerunt, alii Athanaſio Sinaitæ, alii Anonymo Theologo Gallo, qui Pipini vel Caroli Magni temporibus floruit, occaſionem præbente controverſia de proceſſione Spiritus Sancti in Gallicis Synodis tunc agitata. Sed ſtandum videtur

letani quarti Concilii deducta noſcuntur, quibus dicitur: *Patrem a nullo factum, vel genitum: Filium a Patre non factum, ſed genitum aſſerimus: Spiritum vero ſanctum nec creatum, nec genitum, ſed procedentem ex Patre, & Filio profitemur, &c.*

XIII. Athanaſii Symbolum ſincerum haberi.

Quæ quidem de proceſſione Spiritus ſancti a Patre atque Filio ita ſe habere in eodem Athanaſii Symbolo, Apoſtolicæ ſedis legati Græcis palam ſignificavere, idque temporibus Gregorii IX. Romani Pontificis. Nam ejus Apocriſarii Conſtantinopolim miſſi, in decreto ſeu definitione Catholicæ fidei, idem Athanaſii Symbolum cum iiſdem de proceſſione Spiritus ſancti a Patre atque Filio citarunt. Reperitur illa ipſa fidei definitio in Bibliotheca Vaticana, necnon Romæ itidem in Sfortiana, quam Græce ſcriptam Voſſius noſter, utriuſque linguæ apprime gnarus, Latinitate donavit, atque prælo excuſam edidit; leguntur enim hæc ibi: *Propterea quicumque non crediderit Spiritum ſanctum a Filio procedere, in via perditionis eſt. Unde Sanctus Athanaſius, dum in partibus Occidentalibus exulabat, in expoſitione fidei, quam Latinis verbis reddidit, ſic ait: Pater a nullo eſt factus, &c.* Quod autem ipſe exul illud ſcripſiſſe tradatur; ſic accipiendum, quod omnis Athanaſii a ſua Alexandrina Eccleſia abſentia, occaſione ſuorum hoſtium facta, tum ab eo, tum ab aliis exilium appellari conſuevit; cum re vera non exulem, ſed reum ipſum tunc contigerit Romæ eſſe. Quinetiam in decreto Eugenii Papæ ad Armenos in Concilio Florentino, ubi ejuſdem Symboli Athanaſii memoria fit, qui illud compendioſam fidei regulam nominat ab Athanaſio editam, ejus quoque proceſſionis Spiritus ſancti mentio habetur.

XIV. Refellitur falſa opinio.

Quod vero ab aliquibus feratur Treveris hoc ipſum Symbolum ab Athanaſio in puteo latitante, divino quodam prævio miraculo, eſſe conſcriptum: corruit prorſus fabella hæc, nulla ex parte veritate ſubnixa. Treveros enim non profugus, ſed exul pervenit; tantumque abeſt ut illic latuerit in puteo, ſive ciſterna, ut a Conſtantino Juniore (quod litteræ ejus ſuperius recitatæ teſtantur) honeſtiſſime habitus fuerit, & a Maximino ejus loci Epiſcopo (quod ſuo loco diximus) amantiſſime ſuſceptus. Rurſum vero S. Hilarii (a) teſtificatione exploratum illud habetur, Eccleſiam Gallicanam ſua integritate vigentem, præter Symbolum Apoſtolorum, quod in baptiſmo acceptum memoriter retineret, nullam aliam fidei formulam ſcriptam ſciſſe. Accepimus nuper ab erudito viro ac pio D. Nicolao Serario, Herbipoli diſputationes de Symbolo Athanaſii nuper editas a D. Petro Clenchero, luculentas quidem atque diſertas, hiſque noſtris conſentientes, quibus intexuit recentioris Hermenegildi, illuſtriſſimi, inquam, Principis Jacobi Marchionis Badeni, ad Catholicam fidem converſionem, & fidei cauſa ex propinato veneno doloſe procuratum interitum, plane digniſſimum, qui ſuo loco hiſce Eccleſiaſticis monumentis digno præconio collocetur; ſimulque ejus nobiliſſima conjux Marchioniſſa; quam antea adverſantem Catholicæ fidei, poſt obitum (quod martyrum eſt) Chriſto peperit, fideique Catholicæ, atque digniſſimæ confeſſionis poſthumam reliquit hæredem. Faxit Deus, ut & optata converſio Recchsredi ſit locupletatura noſtros Annales. Verum qui occaſione Symboli Athanaſii ad hæc digreſſi ſumus, jam ad reliquas, quæ ſunt hujus anni, res geſtas orationem revocemus.

(a) *Hilar. lib. de Syn.*

PAGIUS

tur conjecturæ *Queſnelli* illud Vigilio Tapſenſi in Africa Epiſcopo tribuentis, qui ſub finem quinti ſæculi floruit, quique acerrimus Catholicæ Fidei defenſor fuit. Præterea vivebat *Vigilius* in Africana regione, in qua Vandali Ariana peſte infecti Catholicos omnes dira perſecutione vexabant, ita ut de Catholica Fide vel verbum proferre crimini verteretur. Eo etiam vivebat tempore, quo Neſtoriana & Eutychiana hæreſes maximos in dies progreſſus agebant, præſertim per Orientales Eccleſias, ad quas fugere compulſus eſt Vigilius ab impio Vandalorum Rege extorris factus. Denique, quod magnopere penſandum eſt hoc in diſpoſitione, admodum familiare fuit Vigilio, ut ſi quæ ſcriberet Opuſcula ſæviente perſecutione, ea non ſuo, ſed ſub antiquorum Patrum, vel Auctorum perſona in publicum emitteret, præſertimque ſub nomine S. Athanaſii. Sic Dialogus adverſus Arianos, Sabellianos, Photinianos, vel ipſo Vigilio in præfatione hujus Dialogi fatente; ab ipſo ſub nomine Athanaſii contra Arium, Sabellium & Photinum coram judice Probo diſputantis compoſitus eſt; ex quo maximum pondus Queſnelli conjecturæ accedit. Addit Vir doctiſſimus in Addendis in duobus Operum S. Leonis voluminibus pag. 913. ſe abſoluta ſua Diſſertatione inveniſſe Codicem Thuaneum, in quo Dialogus Vigilii Tapſenſis adverſus Arianos, Sabellianos & Photinianos legitur ſub hoc titulo: *Incipit altercatio Athanaſii cum hæreſibus*. Poſt hunc Tractatum ait haberi Symbolum Nicænum & Formulam Fidei Ariminenſis Concilii, quam proxime ſequitur Symbolum Athanaſii cum hac epigraphe: *Fides dicta a Sancto Athanaſio Epiſcopo*. Sic enim primitus inſcriptam fuiſſe hanc Fidei Profeſſionem, conſtat ex Canone Auguſtodunenſi Synodi ſupra laudato, ex verſionibus Græcis, & ex MS. Caſſinenſis Monaſterii Breviario ſexcentorum ferme annorum. Eidem conjecturæ de Auctore hujus Symboli *Vigilio* non parum ſuffragatur; quod in antiquiſſimo Codice illigatum reperiatur Opuſculo, cui nomen Athanaſii pariter præfixum legitur: ſed quod *Vigilii Tapſenſis* ſit, indubitatum habetur ipſius Vigilii teſtimonio; ſiquidem lib. 5. adverſus Eutychen num. 2. hæc ſcribit: *De Conciliorum diverſis ſanctionibus, & nominum religioſe additis novitatibus pleniſſime in iis libris,*

XV. *Alexandri epiſc. Conſtant. obitus.* Hoc eodem anno, iiſdemque Conſulibus, S. Alexander Epiſcopus Conſtantinopolitanus; magnus pietatis athleta, atque Catholicæ fidei defenſor, ex hac vita migravit. Colligitur id in primis ex Socrate (a), qui eum diem obiiſſe demonſtrat, iiſdem Acindino & Proclo Conſulibus: idque etiam alia ratione tum ipſa, tum Sozomenus non obſcure ſignificant, cum ajunt, eum vigeſimo tertio ſuæ ſedis anno eſſe defunctum. Porro Sozomenus de ejus ſucceſſore Paulo ab eo probato hæc habet (b): *Cum Alexander annos jam nonagintaocto natus eſſet, quorum viginti tres in Epiſcopatu præclare ac fortiter gerendo contriviſſet; cumque eſſet de vita diſceſſurus, ſciſcitantibus ſuis clericis, cui Eccleſiæ adminiſtratio deferenda eſſet. Si virum (inquit) pietate ſpectatum, aptumque ſimul ad docendum quæritis, Paulum eligite; ſin hominem ad res civiles gerendas & conſuetudinem cum Principibus habendam idoneum deſideratis, Macedonius prior obtinet. Quinetiam fautores Macedonii, utrique quidem teſtimonium ab Alexandro tributum confitentur; ſed illud teſtimonium de rebus civilibus procurandis & de eloquentia præſtantia Paulo, teſtimonium autem piæ vitæ Macedonio datum prædicant: nam Paulum vitam delicatam & diſſolutam ſectatum calumniabantur; ex quorum confeſſione conſtat Paulum diſertum virum fuiſſe, & ad docendas Eccleſias præſtabilem: quem rerum eventus teſtificantur neque vitam effuſam egiſſe & intemperantem, neque ad conſuetudinem Principum aptum fuiſſe: nam inſidias adverſariorum (quales veriſimile eſt viros in hujuſmodi rebus ſolertes machinari) ab ſe minime depulit; immo vero etiam cum multitudini percarus eſſet; malitia eorum qui id temporis doctrinam fidei in Nicæna Concilio*

(a) Socrat. lib. 2. c. 5. in fine & 4.

(b) Sozom. lib. 3. c. 3.

PAGIUS *quæ adverſus Sabellium, Photinum & Arium ſub nomine Athanaſii, tanquam ſi præſentes cum præſentibus agerent.* (ubi etiam Cognitoris perſona videtur inducta) *conſcripſimus, a nobis fuiſſe expreſſum*, &c. Hæc Vigilius. Sed hac de re plura apud Queſnellum laudatum. Bona Cardinalis in lib. de Divina Pſalmodia, ubi Baronii opinionem tuetur, obſervat, Athanaſii Symbolum, & a Carthuſianis, & ab Ambroſiania quotidie recitari.

IX. *S. Alexandri Epiſcopi Cpolitani obitus.* A num. XV. ad XX. Sancti *Alexandri* Epiſcopi Conſtantinopolitani obitus accurate a Baronio conſignatus. Sedit enim is annos XXIII. ut teſtantur Socrates, Sozomenus, Theophanes, uterque Nicephorus & Zonaras. Eum Principatu Conſtantii Auguſti Paulus excepit. Valeſius tamen in Obſervat. Eccleſiaſt. ad Socratem & Sozomenum lib. 2. Paulum Conſtantino Maximo regnante Epiſcopum jam tum fuiſſe, duobus certiſſimis argumentis evincere ſe putat. „Primo enim, inquit, Athanaſius in epiſtola ad Solitarios non procul ab initio, ubi Pauli exilia recenſet, ait, illum a *Conſtantino* primum relegatum fuiſſe in *Pontum*. Deinde in epiſtola Synodica Orientalium apud Serdicam Epiſcoporum, quam refert Hilarius in Fragmentis libri de Synodis, diſerte ſcribitur, Paulum in Synodo Tyri una cum reliquis Epiſcopis ſubſcripſiſſe depoſitioni Athanaſii. Jam tum ergo erat Epiſcopus, cum Synodus Tyri congregata eſt, quam anno Chriſti CCCXXXV. habitam eſſe conſtat, biennio ante obitum Conſtantini. Verba epiſtolæ Synodicæ ſic habent; *Paulus vero depoſitioni Athanaſii interfuit, manuque propria ſententiam ſcribens, cum cæteris eum etiam ipſe damnavit*. Scio quid reſpondeat Blondellus in libro de Primatu Papæ in Eccleſia. Ait enim, utrumque teſtimonium, tam Athanaſii, quam Orientalium apud Serdicam Epiſcoporum, de Paulo adhuc Presbytero intelligi debere. Verum hæc reſponſio meo quidem judicio inepta eſt & futilis. Nam ſi Paulus adhuc Presbyter interfuit Synodo Tyrenſi, eique ſubſcripſit, vice Epiſcopi ſui Alexandri id illum feciſſe oportet. Quod ſi ita eſt, non ipſe Paulus Athanaſium damnaſſe dicendus eſt; ſed potius Alexander, cujus vices agebat Paulus. Quis vero id credat de Alexandro Conſtantinopolitano Epiſcopo, eum condemnationi Athanaſii ſubſcripſiſſe? Cum igitur Paulus ipſe una cum reliquis Epiſcopis, qui in Synodo Tyri convenerant, Athanaſium damnaſſe dicatur, neceſſario colligitur, illum jam tum Epiſcopum fuiſſe. Ita Valeſius citatus cap. I.

Baron. n. XV.

X. *Non ſubſcripſit condemnationi S. Athanaſii.* Verum Blondelli reſponſio minime vana & futilis: neque enim ex ea ſequitur, Alexandrum Athanaſii condemnationi ſubſcripſiſſe. Paulus quippe in eo Conciliabulo in fraudem inductus ab illis, qui Fidem in Nicæna Synodo ſtabilitam rejiciebant. Certe Sozomenus lib. 3. cap. 3. de Paulo ait; *Ad vavim fortunæ caſus & ad colloquendum cum potentioribus, non recte comparatum illum fuiſſe, res ipſa teſtantur. Nullas enim adverſariorum inſidias diſcuſſit, perinde ac facere ſolent ii, qui in hujuſmodi rebus ſolertes ſunt.* Reſponderi etiam poteſt, hanc illi calumniam a Macedonianis intentatam fuiſſe: ait enim ibidem Sozomenus: *Piæ ac religioſæ vitæ teſtimonium tribuunt Macedonio, Paulum contra delitiis ac ſolutiori vitæ indulſiſſe calumniantur*. Non itaque magis credendum eſt Epiſcopis Sardicenſibus, quando ſcribunt, Paulum Athanaſii condemnationi ſubſcripſiſſe, quam cum affirmant, Athanaſium, adductis Gentilium populis, Dei templum incendiſſe, altare comminuiſſe & Alexandrinorum Baſilicas deprædatum eſſe: aut quando de Paulo aiunt, conſecratum Domini corpus palam, publiceque profanaſſe, & virgines Deo dicatas publice in foro, concurrentibus populis, horrenda fœditate nudaſſe. Quare non videtur dubitandum, quin illa Athanaſii a Paulo damnatio, mera ſit Macedonianorum, aut Arianorum calumnia.

XI. *Exilium Pauli Cpolitani adhuc presbyteri.* „Subjungit Valeſius; Quod ſpectat ad locum Athanaſii, is de Paulo adhuc Presbytero intelligi nullo modo poteſt. Etenim in dicta ad Solitarios epiſtola Athanaſius omnes ab initio recenſet Epiſcopos Orthodoxos, quos Ariani e ſuis ſedibus expulerant. Ac primo quidem loco nominat Euſtathium Antiochenum, deinde Eutropium, Euphrationem, Cymathium, Aſclepam, Cyrum, Diodorum, Domnionem, Hellanicum, Marcellum. Poſtremo de Paulo ita ſcribit: *De Paulo vero Conſtantinopolitano Epiſcopo nemini arbitror ignotum eſſe* „

Baron. n. XIX.

Digitized by Google

cilio confirmatam rejiciebant, non parum accepit incommodi, &c. Sed de his ſuo loco pluribus. At paſſus eſt quoque illam calumniam de ſua electione Paulus ab Euſebianis, qui dicebant (ut idem auctor teſtatur) eam ſedem ipſum per ambitum quæſiviſſe contra ſententiam Euſebii Epiſcopi Nicomediæ, & Theodori Heracleæ urbis Thraciæ Epiſcopi, penes quos & alios ipſis finitimos ſtetiſſe electionem Epiſcopi Conſtantinopolitani affirmabant. Agit multis quoque Socrates de Pauli electione, deque populo in duas partes diviſo, faventibus aliis Paulo, aliis vero Macedonio; atque eidem Paulo adhæſiſſe eos tradit, qui erant Catholicæ fidei profeſſores, Macedonio autem qui Arianorum favebant; prævaluiſſe tamen Orthodoxos, Paulumque elegiſſe in Eccleſia illa quæ Pacis eſt appellata.

Pauli Epiſcopi Conſtant. creatio.

XVI. Sed cum Alexandri Epiſcopi integritatem animi conſidero, adduci non poſſum, ut credam ab eo Macedonium quoque una cum Paulo ad electionem faciendam Epiſcopi Conſtantinopolitani tum nominatum fuiſſe: quippe qui ſtudioſiſſime Euſebianorum partes ſectatus eſſet, ab eiſque adverſus Athanaſium in Conventu Tyrio cum aliis legatus delectus; certe quidem qualiſnam foret, Alexandrum exiſtimo minime latere potuiſſe; hæc ſane de eo in Conventu Tyrio ita ſe habuiſſe, Athanaſius ex Actis ejuſdem in Apologia ſecunda ſæpe demonſtrat: quamobrem in eam facile ſententiam adducor, ut exiſtimem tum Socratem, tum Sozomenum mutuatos iſthæc eſſe a Sabino illo Macedoniano hiſtoriarum ſcriptore, qui in laudem auctoris ſui ea de Macedonii nominatione ab Alexandro facta putatur fuiſſe commentus: ipſum enim pro ſuis contexuiſſe Apologias potius quam hiſtorias, & quæ viderentur reprehenſio- Arguitur calumnia de judicio Alexandri.

PAGIUS „ *eſſe. Quanto enim clarior civitas, tantò minus falſum celari poterit. Etiam hunc quoque crimen objectum eſt. Idque falſum fuiſſe, vel inde colligas, quod qui illum reum fecit Macedonius, qui nunc illius loco Epiſcopus eſt ordinatus, nobis in ea accuſatione præſentibus, cum reo ſuo, cujus Presbyter erat, communicavit. Sed quoniam Euſebiani illius oculos cupiditatis adjecerant, Epiſcopatum illius urbis rapere feſtinans, (eodem enim modo a Beryto tranſiit Nicomediam) manſit nihilominus criminatio adverſus Paulum. Nec ab inſidiis deſtiterunt, ſed perſeveraverunt in calumniando. Et primum quidem in Pontum a Conſtantino relegatus eſt, poſtea a Conſtantio ferro vinctus in Singara Meſopotamiæ deportatus eſt, rurſum inde in Emeſam, atque ex Emeſa quarto in Cucuſum Cappadociæ circa deſerta Tauri abreptus eſt, quo in loco, ut ab illis renuntiatum eſt, qui cum illo fuere, laqueo per Euſebianos ſtrangulatus vitam finivit*. Porro ſubjungit Valeſius: Ex hoc loco manifeſte colligitur, *Paulum* jam tum Epiſcopum fuiſſe, cum a Macedonio accuſatus eſt impulſu Nicomedienſis Euſebii. Id autem factum eſſe regnante adhuc Conſtantino Maximo, docet ipſe Athanaſius, cum ait, ſe tum præſentem fuiſſe Conſtantinopoli. Atqui Athanaſius nonniſi poſt Synodum Tyri venit Conſtantinopolim, cum ſe factione inimicorum in Concilio illo opprimi videret. Nec poſt id temporis Conſtantinopolim venit, Euſebio Nicomedienſi ſuperſtite. Adde quod Athanaſius diſerte ſcribit, Macedonium, qui *Paulum* accuſabat, eo ipſo tempore cum *Paulo* communicaſſe, & ſub illo fuiſſe Presbyterum. Si *Macedonius* Presbyter ſub Paulo tum erat, Paulus tum Epiſcopus fuerit neceſſe eſt. Ac proinde veriſſimum eſt quod, dixi, Paulum Conſtantini Magni temporibus Epiſcopum fuiſſe urbis Conſtantinopolitanæ. Ita Valeſius. Verum Athanaſius omnes Pauli perſecutiones enumerat, ſive quas ante Epiſcopatum, ſive quas poſt illum adeptum paſſus eſt, utque, eum, dum adhuc Presbyter eſſet, a Conſtantino in Pontum relegatum, poſt Concilium nempe Antiochenum, quo tempore *Euſtathius* Antiochenus Epiſcopus, multique cum eo Presbyteri in exilium miſſi, ut paulo antea ſcripſerat Athanaſius loco laudato, ubi de Euſtathio loquens & de ficta calumnia, qua accuſatus eſt, inquit: *Nec mora, in exilium ejicitur, & cum eo ingens turba presbyterorum & Diaconorum*. Inter quos Presbyteros Paulum fuiſſe, ſequentia Athanaſii verba manifeſtum faciunt: *Et primum quidem a Conſtantino in Pontum relegatus eſt*, circa annum nempe trecenteſimum viceſimum octavum, quo Synodus Antiochena celebrata.

XII. Cæterum, verum quidem eſt, Athanaſium anno CCCXXXV. poſt Synodum Tyriam Conſtantinopolim veniſſe. Sed a quo Auctore accepit Valeſius, illum numquam deinceps in eamdem urbem rediiſſe? Argumento negativo tantum innititur, quod in errorem inducere ſolet, ſi alia deſint. Ex laudato itaque Athanaſii loco intelligimus, Athanaſium currenti anno poſt Alexandri Conſtantinopolitani Epiſcopi mortem Conſtantinopolim veniſſe: poſt eam enim ibidem orta ſeditio propter Pauli ordinationem, *& plebs in duas partes diviſa, palam ad opinionum contentiones, & ad pugnam uſque prorupit. Et Arianis quidem ſtudium fuit, ut Macedonius ordinaretur: Homouſiani contra operam dabant, ut Paulus crearetur Epiſcopus: idque tandem prævaluit*, inquit Sozomenus in lib. 3. cap. 4. Athanaſius Eccleſiæ ab Arianis defendendæ totus intentus inter illos tumultus, ut ex citatis ejus verbis colligo, Conſtantinopolim advolavit, ſive proprio motu, ſive ab Orthodoxis vocatus, eoque Conſtantinopoli præſente, *Macedonius* Paulum jam Epiſcopum ordinatum, de crimine neſcio quo, accuſavit; quod certe leve fuiſſe oportet, cum pendente accuſatione cum reo communicaverit accuſator. Factum id autem currenti anno, cum ſequenti Athanaſius Romam navigaſit, & initio anni CCCXLII. Paulus a Sede Cpolitana dejectus ſit, Athanaſio in Occidente agente. Porro verbis, quibus Athanaſius utitur, ſe cum Paulo & *Macedonio* ſacrificio interfuiſſe, deſignat, juxta id quod ſuo loco diximus, Patriarchas, ſi forte in unum conveniſſent, Miſſarum ſolennia ſimul celebraſſe. Interim Euſebius Nicomedienſis, qui ad Sedem Conſtantinopolitanam oculos cupiditatis adjecerat, ea ſimilibuſque calumniis Paulum Sede pellendum curavit. Nam, cum Conſtantinus Imperator hoc

Athanaſius ſedente Paulo Cpolim venit.

næ digna in Catholicos rejicere ſolitum eſſe, Socrates (*a*) tradit. Porro Macedonium ſenem fuiſſe, idem affirmat; de quo & illud ex Synodo Alexandrina (*b*), cum agitur de ejus & collegarum legatione ex Conciliabulo Tyrio: *Clam emittunt Theognium, Marim, Theodorum, Macedonium, annis ſageniiſque putidos & venales*. Sed & eumdem Macedonium adverſatum fuiſſe Paulo, eumque falſis accuſationibus exagitaſſe, Athanaſius docet, cum ait (*c*): *Epiſcopum autem Conſtantinopolitanum Paulum ſcilicet, nemini arbitror ignotum eſſe; quanto enim clarior civitas, tanto minus factum celari poteſt. Etiam huic quoque crimen objectum eſt; idque falſum fuiſſe, vel inde colligas, quod qui illum reum fecit Macedonius, nobis in ea accuſatione præſentibus, cum reo ſuo, cujus presbyter erat, communionem ſumpſit*. Rogaſſe enim veniam, & a cœptis tunc deſiiſſe, ut cum eo communicare poſſet, non obſcure demonſtrat. Cæterum haud licuit Paulo diu in ſede agere: quippe, cum ejus fides Catholica ſpectata eſſet, Arianos omnes, & ipſum in primis Conſtantium Imperatorem in ejus invidiam & odium concitavit, adegitque ut eum e ſede pellerent.

(*a*) Socrat. lib. 2. c. 12. & 13.

(*b*) Apud Athan. Apol. 2.

(*c*) Athan. epiſt. ad Solit.

XVII. Quæ vero electionem Pauli ſubſecuta fuerint, Socrates declarat his verbis (*d*): *Non multo poſt Imperatori Conſtantinopolim adventanti, electio Pauli Epiſcopi non mediocrem bilem movit; atque Concilio Epiſcoporum improbæ Arii opinioni deditorum in unum convocato, Paulum Epiſcopatu abdicandum curat: Euſebiumque Nicomedia eo traductum, Conſtantinopolis Epiſcopum renunciat: quibus rebus confectis, Imperator Antiochiam iter carpit. Euſebius autem acquieſcere non potuit, ſed omnem lapidem (ut in proverbio eſt) movit*,

(*d*) Socrat. lib. 2. c. 7.

Paulus abdicatur, & Euſebius ſubrogatur.

PAGIUS

anno in urbem venit, Synodum convocari præcepit, & *Paulum quidem Eccleſia expulit; Euſebio vero Nicomedia Epiſcopo Sedem Conſtantinopolitanam tradidit*, inquit Sozomenus lib. 3. cap. 4. cui ſuffragatur Socrates lib. 2. cap. 7. Dum hæc fierent, Alexandrini, audita Euſebii ex urbe Nicomedienſi ad Sedem Conſtantinopolitanam tranſlatione, Synodum celebrarunt, & egregiam illam Synodicam, quam Baronius anno præcedenti perperam collocat, ſcripſerunt, in qua cum dicunt, Euſebianos veritos non eſſe Athanaſium *apud tres Auguſtos* calumniari, ſatis indicant, ſe Conſtantini junioris cædem in Occidente hoc anno patratam ignoraſſe, cum eam Synodicam ediderunt.

XIII. Erravit itaque Valeſius, qui *Alexandrum* Epiſcopum Conſtantinopolitanum ante Synodum Tyriam demortuum voluit. Cum enim conſtet, *Arium* in communionem receptum in Synodo Hieroſolymitana, quæ paulo poſt Synodum Tyri congregata eſt, vel potius ab urbe Tyro tranſlata eſt Hieroſolyma anno Chriſti CCCXXXV., *Alexander* Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſuperſtes etiam tum fuerit neceſſe eſt. Quippe Alexander aliquanto poſt *Arium* ex hac luce migravit. Hic enim eſt Alexander, qui ſuis precibus a Deo id impetravit, ut Arius, quem Euſebiani poſtridie in Eccleſiam introducturos ſe eſſe minabantur, ſpe ſua fruſtratus, fœdiſſimo mortis genere extingueretur, ut teſtatur Athanaſius tum in epiſtola ad Serapionem *de morte Arii*, tum in circulari epiſtola ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ, quæ vulgo inſcribitur *Oratio prima adverſus Arianos*. Ex quo conficitur, Alexandrum anno Chriſti CCCXXXVI. adhuc Epiſcopatum Conſtantinopolitanum adminiſtraſſe, ac proinde falſum eſſe quod ſcripſit Valeſius, Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum in Concilio Tyri habito adverſus Athanaſium ſubſcripſiſſe. Nec ſatisfacit Vir doctiſſimus, quando dicit, non Arium ipſum, ſed Arianos, id eſt, *Arii* aſſeclas, Presbyteros ſcilicet & Diaconos civitatis Alexandrinæ, qui Arium ſecuti fuerant, in illa Synodo admiſſos eſſe in communionem. Nam Athanaſius de ipſo *Ario* loquitur in lib. de Synodis, poſtquam Epiſtola Synodicam Concilii Hieroſolymitani retulit, quæ data eſt ad Presbyteros & Diaconos Eccleſiæ Alexandrinæ; ſtatim enim ſubjungit, ſtatutum fuiſſe ab illis Epiſcopis, *Arium*, ſectatoreſque ejus ſuſcipiendos eſſe.

Arius in Synodo Hieroſolymitana admiſſus.

XIV. Imo in ipſa Synodali epiſtola de rebus in Synodo Hieroſolymit. geſtis, relata ab Athanaſio in libro de Synodis pag. 890. & in Apologia ſecunda adverſus Arianos mentio eſt *Arii* Hæreſiarchæ; ajunt enim Patres in illa Synodica: *Auctor fuit* (ſc. Conſtantinus) *ut ſimplici & placido animo reciperemus Arianos, quos aliquandiu improba invidentia extra Eccleſiam detenuit, & viris iſtis de rectitudine Fidei in litteris ſuis teſtimonium præbet, quam cum antea audiverat, ipſe eamdem ex viva eorum voce cognovit, cognitamque approbavit, eamque rem nobis manifeſtam reddidit, eo quod litteris ſuis orthodoxas eorum virorum opiniones ſcripto comprehenſas ſubjunxerit, quas omnes agnovimus ſanas & Eccleſiaſticas eſſe*. Intelligunt patres Hieroſolymitani, libellum illum Fidei, quem Arius & Euzoius Conſtantino obtulerant, quem Socrates lib. 1. cap. 26. & Sozomenus lib. 2. cap. 27. recitant. Hic enim ſubdit: *Eos miſit* (ſc. Conſtantinus) *ad Epiſcopos qui tum temporis Hieroſolymis erant congregati; ſcribitque, ut Fidem ab illis expoſitam examinarent*, &c. videlicet libellum illum Fidei ſibi ab Ario, & Euzoio porrectum, ut ipſemet Valeſius fatetur in notis ad illum Sozomeni locum. Quare, cum in epiſtola Synodica Concilii Hieroſolymitani diſerte memorent Patres libellum Fidei ab Ario & Euzoio Concilio oblatum, immerito dicit Valeſius, in eo non Arium, ſed Arianos in communionem admiſſos eſſe. Ipſemet Athanaſius poſt relatam hanc Synodicam in libro de Synodis, de Euſebianis ait: *Et quamquam omnem Arii dementiam in hac Synodo laudaſſent, & in communionem eos recipiendos eſſe ſtatuiſſent, idque jam pridem reipſa præſtitiſſent, tamen Antiochiæ novam Synodum* per cauſam Encæniorum coegerunt. Sed in Synodo Hieroſolymitana de ipſomet Ario in ſpeciali actum eſſe, mox magis videbitur. Denique Socrates lib. 2. cap. 10. refert epiſtolam Arianorum de Fide ab illis editam in Concilio Antiocheno ad Encænia, in qua ajunt: *Nos nec Arii ſectatores unquam fuimus. Nec alium ullum*

In Synodica Hieroſolym. mentio eſt Arii.

vit, uti, quod animo inſtituiſſet, ad exitum perduceret. Nempe ut cogeretur in dedicatione Templi Antiochiæ Concilium adverſus Athanaſium & alios: quod eum ſequenti anno factum eſſe conſtet, dicendum eſt, hæc de abdicatione Pauli non multo poſt ſuam electionem hoc ipſo anno fuiſſe peracta: meminerunt quoque de ejuſmodi Pauli exturbatione Sozomenus (*a*), & alii.

(a) Sozom. lib. 3. c. 4.

XVIII. Hæc autem geſta eſſe adverſus Paulum a Conſtantio Imperatore, procurante ipſo Euſebio Epiſcopo Nicomediæ, aſſueto ſedem mutare, atque majori ſemper inhiare, epiſtola Synodalis Concilii Alexandrini (*b*) his verbis indicat, cum de eodem Euſebio agit: *Creationem vituperat homo, qui ipſe prorſus Epiſcopus creatus non eſt, aut ſi umquam jus Epiſcopi habuit, id ipſum reſcidit, ut qui principio Beryti pro Epiſcopo egerit, relictoque Beryto, Nicomediam ſe tranſtulerit; illam quidem cathedram præter leges deſtituens, iſtam vero nulla lege invadens, proprii gregis ſine ulla charitate deſertor, & alieni nulla rationabili cauſa occupator, prioris Epiſcopatus charitatem alieni cupiditate aſpernatus eſt; nec tamen illum ipſum Epiſcopatum, quem tanta aviditate occupaverat, reſervavit: Ecce enim jam denuo inde deſiliens, alienum Epiſcopatum arripuit: ſemper aliorum Civitates, oculis per invidiam conjectis, oblimat atque arrodit, perſuaſus in magnitudine urbium religionem eſſe ſitam; & ſortem Dei, ſecundum quam conſtitutus ordinatuſque eſt,* pro

(b) Apud Athan. Apol. 2.

Euſebius ſæpe mutat ſedes.

PAGIUS *lam Fidem, quam quæ ab initio edita eſt, amplexi ſumus. Sed ad Fidem illius probandam atque examinandam judices conſtitute, ſuſcepimus illum potius, quam ſecuti ſumus.* Quæ verba Valeſius in Notis de alio Ario, quam de Hæreſiarcha, ac de alia Synodo, quam Hieroſolymitana interpretanda eſſe, eo unico fundamento, quod Hæreſiarcha ante hanc Synodum interiiſſet, immerito contendit.

XV. Ait denique Valeſius: *Athanaſius in epiſtola ad Serapionem teſtatur, ſe conſultum fuiſſe a Serapione de quadam quæſtione, quæ in Ægypto exorta fuerat, utrum Arius in communione & pace Eccleſiæ diem extremum obiiſſet. Negat id Athanaſius in dicta epiſtola. Quod ſi Arius ab Hieroſolymitano Concilio ad pacem & communionem Eccleſiæ admiſſus fuiſſet, numquam profecto id negaſſet Athanaſius, nec Serapion id ignorare potuiſſet. Neque enim obſcura fuit fama Synodi Hieroſolymitanæ, ſed longe omnium celeberrima, & cum Nicæna Synodo comparanda, ſi Euſebio credimus: quippe quæ ex omnibus Romani Imperii Provinciis ad dedicationem Regalis Baſilicæ a Principe eſſet congregata. Poſtremo Athanaſius in dicta ad Serapionem epiſtola, mortem Arii commemorans, ait, ſe quidem tunc temporis non adfuiſſe Conſtantinopoli, cum Arius e vivis ſublatus eſt; ſed Macarium presbyterum, qui illic aderat, cuncta ad ipſum ſcripſiſſe. Atqui Macarius Presbyter Athanaſii fuit in urbe Conſtantinopolitana eo tempore, quo Euſebiani conjuratione facta cum Meletianis adverſus Athanaſium, de linea veſtis Canone eum apud Conſtantinum Imperatorem accuſarunt. Teſtatur hoc Athanaſius in Apologia 2. adverſus Arianos pag. 778. & poſt eum Socrates in lib. 2. Hiſt. Eccleſiaſt. Nec poſt id temporis Macarium Alexandrinum Presbyterum Conſtantinopolim veniſſe legimus.* Ita Valeſius. Verum, non negat Athanaſius, Arium a Hieroſolymitano Concilio ad communionem Eccleſiæ admiſſum eſſe, neque id etiam Serapio ab eo petit, ſed hæc ejus quæſtio eſt, *An communione celebrata cum Eccleſia, diem ſuum obierit Arius;* quod ſolum negat Athanaſius, non vero quod antea a Hieroſolymitano Concilio receptus fuiſſet: quæ contraria inter ſe non ſunt; Arius enim ad vomitum redierat. Quoad *Macarium*, non tantum Conſtantinopoli fuit tempore a Valeſio memorato; ſed etiam anno CCCXXXVI. quo Arius interiit. Athanaſius enim in epiſtola ad Serapionem ſcribit, Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, cum audiret, Arium invito ſe introducendum fore in Eccleſiam, pronum in vultum cecidiſſe, humique jacentem oraſſe: *Aderat enim,* ſubdit, *cum eo Macarius ſocius orationis, qui ejus verba excepit.* Verum eſt, Valeſium inde inferre velle, Arium eo anno demortuum, quo Euſebiani Athanaſium de lineæ veſtis Canone accuſarunt, quo anno Macarium Conſtantinopoli fuiſſe, certum: ideoque Arii mortem ante annum CCCXXX. contigiſſe. Sed mox oſtendimus, quam facile in errorem inducantur, qui argumento negativo nimium fidunt.

Arius extra communionem Eccleſiæ obiit.

XVI. Valeſius poſtquam libros Obſervationum Eccleſiaſticarum in Socratem & Sozomenum compoſuit, utrumque Auctorem Notis illuſtravit, & ad librum I. Socratis cap. 33. ubi hic Hiſtoricus ait: *Statim relicta Tyro Hieroſolymam profecti ſunt, ubi cum ſolemne feſtum ob dedicationem locorum celebraſſent, Arium quidem una cum ſociis in communionem receperunt, obtemperare ſe dicentes Imperatoris litteris, quibus certiorem ipſos fecerat, Fidem ſe Arii & Euzoii penitus perſpectam habere;* Valeſius, inquam, ſcribit, ſe id intelligendum putare, non de Ario illo Hæreſiarcha, ſed de altero Ario ei cognomine, qui ab Alexandro Alexandriæ Epiſcopo, una cum Ario ſignifero ſuo damnatus fuerat. *Arius enim Hæreſiarches,* inquit Valeſius, *ante Synodum Hieroſolymitanam e vivis exceſſerat, ut certiſſimis argumentis probavi in lib. 2. Obſervationum Eccleſiaſticarum cap. 2. Proinde Arius ille, qui una cum Euzoio libellum Fidei ſuæ obtulit Conſtantino, alius eſt ab Ario Hæreſiarcha.* Verum, cum ex Athanaſio in libro de Synodis poſt relatam Synodicam Hieroſolymitanam, conſtet, Arium, de quo in Concilio Hieroſolymitano actum, anno trecenteſimo triceſimo ſexto, quo Athanaſius in exilium miſſus, in vivis fuiſſe, conjectura Valeſii non admittenda. Hæc Athanaſii verba: *Quia poſt Athanaſii Alexandriæ Epiſcopi exilium ſcribebant, Arium cum ſuis recipiendum eſſe, ſatis indicarunt,* (nempe Patres Concilii Hieroſolymitani) *ſeſe non alia de cauſa, Athanaſio, cæteriſque Epiſcopis, quos ſibi refragatores ſentiebant, inſidias ſtruxiſſe, quam ut Arium reducerent, & hæreſim introducerent.* Quis ſibi perſuaſerit, Athanaſium, qui nullibi duos Arios memorat, eo in loco de alio Ario, quam de Hæreſiarcha ſermonem habere? Quem cum poſt ſuum exilium adhuc vixiſſe tradat, manifeſtum eſt, Valeſium ſummopere hallucinatum, quando Arium Hæreſiarcham ante Concilium Tyrium mortuum arbitratur. Cæterum ipſo Arianæ hæreſis initio duos Hæreticos

De Ario Hæreſiarcha, non de alio Ario agitur in Synodo Hieroſolymitana.

Digitized by Google

pro nihilo ducit; ignorans ſcilicet, Dominum (a), ubi duo vel tres in ejus nomine congregati fuerint, in medio eſſe; nec ſecum recogitans illud dictum Apoſtoli (b), quo profitetur ſe in alienis laboribus non gloriaturum; neque præ oculis habens illius præceptum (c): Alligatus es uxori? noli quærere ſolutionem. Quod ſi hoc de uxore dictum eſt, quanto magis de Eccleſia, atque adeo de Epiſcopatu, cui cum quis alligatus eſt, alium quærere non debet, ne adulter in ſacris litteris deprehendatur? Hæc Patres illi ex Concilio Alexandrino: eadem ferme Athanaſius (d), ipſumque Paulum ab Euſebianis relegatum fuiſſe in Pontum affirmat.

(a) Matth. 18.
(b) 2. Cor. 10.
(c) 1. Cor. 7.
(d) Athan. epiſt. ad Solitar.

XIX. Quod autem Theodoretus (e) tradat, Paulum exilio amandatum poſt Concilium Sardicenſe Cucuſum; ſciendum eſt, ex Athanaſii ſententia, quartam illam fuiſſe Pauli relegationem; ſic namque ait (f): *Primum quidem per illum in Pontum relegatus eſt; poſtea a Conſtantio ferro vinctus in Singra Meſopotamiæ deportatus eſt; rurſum inde in Emeſam, atque ex Emeſa in Cucuſum Cappadociæ circa deſerta Tauri abreptus eſt, &c.* Sed de his ſingulis ſuo loco inferius. Cæterum quod conſtet, Paulum e ſede pulſum, Romam confugiſſe ad Julium Romanum Pontificem: id quidem nequaquam hoc tempore contigit, ſed poſtea cum ſecundo e ſede deturbatus eſt; quod & Socrates (g) tradit; idque etiam ex Julii Papæ epiſtola, quam recitat Athanaſius (h), perſpicue colligi poſſe videtur: nam dum de aliis Epiſcopis ab Arianis vexatis, qui Romam hoc tempore advenerant, agit, eum nominet Athanaſium, & Marcellum Ancyranum; de Paulo nec verbum quidem, cujus meminiſſe in primis oportuiſſet; quippe quod facinus immane videri poterat, eum qui ſedere vix cœpit, adeo tyrannice a ſede expulſum eſſe.

Paulus relegatus in Pontum.

(e) Theod. l. 2. c. 5.
(f) Athan. epiſt. ad Solitar.
(g) Socrat. l. 2. c. 11.
(h) Athan. Apolog. 2.

XX. Sed jam manifeſtius redditur Euſebianorum conſilium illud extitiſſe, ut præci-

PAGIUS

ticos cognomines fuiſſe teſtatur Severus Sulpicius, qui lib. 2. Hiſtor. de exilio S. Athanaſii locuturus ſit: *Etenim duobus Ariis acerrimis perfidia hujus auctoribus, Imperator etiam depravatur.* Utriuſque Arii etiam meminere Epiphanius hæreſi 69. Socrates lib. I. cap. 6. Sozomenus lib. 1. cap. 15. & Theodoretus lib. I. cap. 4.

XVII. Hoc ſecundum Valeſii argumentum: *Hic Arius*, inquit, *qui cum Euzoio libellum obtulit Conſtantino, ante Synodum Hieroſolymitanam, id eſt, ante annum Chriſti CCCXXXV. nondum reſtitutus fuerat, nec Eccleſiæ Catholicæ ſociatus. Petit enim a Principe in ſupradicto libello, ut per ejus pietatem, ſublatis cunctis altercationibus, uniatur Eccleſiæ Catholicæ. Atqui Arius Hæreſiarches diu antea revocatus ab exilio, & ad communionem admiſſus fuerat, ut teſtatur libellus ſatisfactionis Euſebii ac Theognii. Ibi enim Euſebius ac Theognius diſerte ſcribunt, ipſum auctorem totius controverſiæ, Arium videlicet, data ſatisfactione, in integrum reſtitutum eſſe. Euſebius porro ac Theognius eum libellum miſerunt Epiſcopis anno Chriſti CCCXXVIII. Arius igitur Hæreſiarches ejuſdem anni exordio revocatus fuerit neceſſe eſt.* Hæc Valeſius. Sed ſi varios Arii lapſus diſtinguamus, hunc circa annum CCCXXVIII. in communionem admiſſum fuiſſe, rurſumque, cum a via veritatis iterum receſſiſſet, a Concilio Hieroſolymitano Eccleſiæ Catholicæ ſociatum eſſe comperiemus. Nec contrarius eſt huic multiplici Arii in communionem ſuſceptioni, libellus ab Ario & Euzoio, Conſtantino & Synodo Hieroſolymitanæ anno CCCXXXV. oblatus. Nam in eo uterque Hæreticus non ſimpliciter petunt in Eccleſia recipi, ſed *ſublatis quæſtionibus ac diſputationibus ſuperfluis*, ut in eorum libello legitur, Eccleſiæ uniri. Quibus ex verbis colligere eſt, Arii Fidem, cum circa annum CCCXXVIII. in ſinum Eccleſiæ rediit, ambiguam exiſtimatam, in eamque inquiſitum eſſe. Quod ne iterum fiat in Concilio Hieroſolymitano, Arius & ſocius ejus orant. Pro certo itaque tenendum, Hæreſiarchen ad annum treceſimum triceſimum ſextum perveniſſe, ac Sanctum Alexandrum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, qui eidem ſupervixit, poſt illum annum mortuum eſſe, & Paulum hoc anno eidem ſucceſſiſſe.

Arius & Euzoius Concilio Hieroſolymitano libellum offerunt.

XVIII. Exiſtimavit Baronius *Paulum*, poſtquam hoc anno Epiſcopus creatus eſt, agentibus Euſebianis, in Pontum relegatum fuiſſe, quod Athanaſium in epiſtola ad Solitarios tradere arbitratur. Verum Athanaſii locum hoc anno num. XI. integrum retulimus, oſtendimuſque primum illud exilium non a Conſtantio, ſed a Conſtantino Magno Paolo irrogatum fuiſſe, idque poſt Concilium Antiochenum, eoque tempore, quo *Paulus* adhuc Presbyter erat. Hoc vero anno *Paulus* Epiſcopatu quidem dejectus, ſed in exilium non miſſus. Socrates enim lib. 2. cap. 7. de Pauli ordinatione loquens, ait: *Imperator vero non multo poſt Conſtantinopolim ingreſſus, ob illius ordinationem graviſſima exarſit ira. Collectoque Arianorum Antiſtitum Concilio, Paulo quidem Epiſcopatum ademit; Euſebium vero ab urbe Nicomedia tranſlatum, Conſtantinopoleos Epiſcopum deſignavit*, ubi Paulum depoſitum, non etiam relegatum dicit. Valeſius in Obſervat. Eccleſiaſt. ad Socratem & Sozomenum lib. 2. cap. 4. arbitratur, cum *Paulus* liberam tunc haberet vagandi facultatem, conjunxiſſe ſe cum Aſclepa, Lucio atque Marcello, quos vindum reſtitutos, iterum Ariani ſuis civitatibus atque Eccleſiis expulerant; hic junctum Paulum plurimas urbes ac Provincias Occidentalis Imperii peragraſſe, ſuffragium ac ſubſidium Epiſcoporum ubique exquirentem, ut in Sedem ſuam reſtitueretur. Quod docet epiſtola Synodica Orientalium apud Serdicam Epiſcoporum, his verbis: *Deinde Paulo & Lucio, & quotquot talibus conjuncti ſunt, circumeuntes ſimul extra regiones, perſuadebant Judicibus non eſſe credendum illis, qui in eos digne ſententiam protulerunt.* De Marcello loquuntur, Aſclepa, & Athanaſio. Quod ſi verum eſt, Paulum aliquando Romam veniſſe, hoc tempore id contigiſſe oportet, cum alio non potuerit. Primus ex Occidentalibus Epiſcopis *Maximinus* Trevirorum Epiſcopus Paulum in communionem recepit, ut teſtantur Orientales apud Serdicam Epiſcopi in Synodica, in qua de eodem Maximino ajunt: *Paulo Conſtantinopolitano nefario homini, ac perdito primus ipſe communicavit.*

Paulus Epiſcopatu depoſitus, ſed non relegatus.

XIX. Ad num. XX. & ſeqq. Synodus Antiochena, in

Euſebianorum conſilium.

ejuſdem Catholicæ fidei coryphæos, & Nicænæ fidei acerrimos defenſores ex eorum ſedibus ejicientes, inque ipſas qui ſuæ ipſorum eſſent ſententiæ intrudentes, liberum eſſet jam, quod diu ipſis in optatis erat, hæreſin Arii, quam foverent, publice prædicare, & in Eccleſias propagare: ſuſceptum vero fuit ab eis primum ejuſcemodi certamen in Athanaſium; quem cum acriorem ſibi adverſarium fuiſſent experti, aggreſſi ſunt etiam poſthæc Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum: ſed quod ſciebant, qui præerat Antiochenæ Eccleſiæ, Euſtathium eximii nominis virum, in Magnoque Nicæno Concilio ſpectatiſſimum, ejuſdem indefeſſum ac pervalidum propugnatorem eſſe; ut hunc quoque e ſede deponant, & in exilium ejiciant, collaborant: erat horum anteſignanus Euſebius Conſtantinopolitanæ ſedis invaſor perfricta fronte, tanquam alter Nabuzardan (a), nonniſi ad Dei Eccleſiæ incendium comparatus, immaneque ſcelus meditatur, quod & perficere non detrectat. Quomodo autem ab eo res compoſita, & ad finem uſque perducta ſit, Theodoretus enarrat (b). Sed antequam rem ipſam aggrediamur, de tempore, quo id accidit, accuratius diſſerendum eſt: ſiquidem in hiſce nimis erratum a compluribus, perſpicue demonſtrari poteſt.

(a) 4. Reg. 25.

(b) Theod. l. 1. c. 21. 22.

XXI. Sunt nonnulli, qui Euſtathii Epiſcopi Antiocheni ejectionem referant ad tempora Conſtantini; id ipſe, quem diximus, Theodoretus, Socrates (c), Sozomenus (d), atque alii eos ſecuti. Qui primum ex iis quæ Theodoretus ſcribit, manifeſti redarguuntur erroris; ſi enim (quod ipſe teſtatur) non antea Euſtathius e ſede fuit expulſus, quam Euſebius Epiſcopus Nicomediæ in Epiſcopatum Conſtantinopolitanum, ejecto Paulo, tranſlatus eſt; quomodo ad tempora Conſtantini rejicienda eſt Euſtathii depoſitio, cum ex ipſis Socrate, & Sozomeno (quod dictum eſt nuper) conſtet non ante hunc annum Paulum loco Alexandri ſedere cœpiſſe? Rurſum vero cum Sozomenus (e) affirmet, ea de cauſa Euſtathium eſſe e ſede dejectum, quod fidem Nicæni Concilii approbaret; ſatis apparet hæc ſub Conſtantino Magno minime contingere potuiſſe: ſiquidem ille dum vixit (quod ſuperius demonſtratum eſt) nec mutire ſaltem adverſus Nicænum Concilium licuit, quando & ipſi Euſebiani ſe quoque ejus eſſe profeſſores præſeferebant. His accedit Athanaſii teſtificatio, qui diſertis dilucidiſque verbis ſub Conſtantio Euſtathium damnatum affirmat, cum ait (f): *Fuit quidem Euſtathius Antiochiæ Epiſcopus, vir confeſſione clarus, religione pius; quem magno ſtudio pro veritate ſtantem, & Arianam hæreſin odio proſequentem, averſantemque homines Arianæ opinionis ita apud Conſtantium ficta calumnia accuſarunt, quaſi in matrem Principis contumelioſus fuiſſet; nec mora, in exilium ejicitur, & cum eo ingens turba presbyterorum & diaconorum; ut jam deinde eos, quos ob impietatem ne in clerum quidem recipi oportuit, poſt exilium Epiſcopi non ſolum in Eccleſiam introduxerunt, ſed & pleroſque ex illis Epiſcopos crearunt.* In hunc modum Athanaſius. S. Hieronymus itidem de exilio Euſtathii ſub Conſtantio teſtis accedit, cum ait (g): *Euſtathius genere Pamphilius, Sidites, primum BerϾ Syriæ, deinde Antiochiæ rexit Eccleſiam, & adverſus Arianorum dogma componens multa, ſub Conſtantio Principe pulſus eſt in exilium Traianopolim Thraciarum, ubi uſque hodie conditus eſt.* Hæc ipſe in editione Mariani Victorii, quam conſentientem antiquiſſimis exemplaribus inconſulte nimis aliqui convellere niſi ſunt, ut pro Conſtantio redderent Conſtantinum. His igitur adeo manifeſtis rationibus & auctoritatibus plane refellitur illorum error, qui ſub Conſtantino eum e ſede pulſum affirmant.

(c) Socrat. l. 1. c. 18.

(d) Sozom. l. 2. c. 18.

Euſtathius Epiſc. Antioch. quando ejectus.

(e) Sozom. l. 2. c. 18.

(f) Athan. epiſt. ad Solitar.

(g) Hier. de Script. Eccl. in Euſtath.

XXII. Porro Euſebii & Euſebianorum conatus ad exturbandum Euſtathium a Theodoreto ſic deſcribitur (h): *Euſebius poſtquam (ut modo dixi) ad Epiſcopatus Conſtantinopolitani honorem per vim plane tyrannicam aſcendit, majori comparata potentia, tum quod Imperatori in proximo habitans, eum frequenter adiret, tum quod ex crebra ejus conſuetudine auctoritatem nactus eſſet, inſidias jam veritatis propugnatoribus ſtruere cœpit. Ac primum ſe magno flagrare deſiderio videndi Hieroſolymam ſimulavit; & cum Imperatorem hoc pacto fefelliſſet (prætexuerat enim ſe templum ab Imperatore ibi extructum, quod omnium ſermone celebratum fuit velle viſere) cum maximo honore Conſtantinopoli deceſſit; quippe Im-*

(h) Theod. l. 1. c. 21.

Euſebius quid in Euſtathium.

PAGIUS

Synodus Antiochena Conſtantino M. imperante coacta.

in qua Euſebiani *Euſtathium* Antiochiæ Epiſcopum in exilium ab Imperatore pelli curarunt, non Conſtantio, ſed Conſtantino Magno imperante, celebrata, ut ſuo loco demonſtravi; idque manifeſte docet Athanaſius in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, pag. 812. ubi locuturus de Epiſcopis, quos Euſebiani perſecuti ſunt, initium ducit ab Euſtathio, quem cum ingenti turba *Presbyterorum & Diaconorum* in exilium ejectum dicit. Quare Synodus illa ante Tyriam, in qua multi Epiſcopi relegati, congregata, ut alibi fuſe oſtendi, & omnibus Baronii dubiis ſatisfeci. Valeſius, qui in Notis ad lib. 3. Euſebii de Vita Conſtantini cap. 59. hunc Baronii lapſum animadvertit, ait, manifeſte colligi ex Philoſtorgio lib. 2. hanc Synodum Antiochenam anno CCCXXIX. habitam, cum numero 7. Philoſtorgius tradat, *Euſebium, Marin & Theognium poſt triennium* (nempe a celebrata Synodo Nicæna) *Conſtantini Imperatoris juſſu ab exilio revoca-*

Baron. n. XX. & ſeq.

Imperator ei rhedas, & alias res quibus eum ornaret, ſuppeditavit. Eum comitatus eſt Theognis Epiſcopus Nicææ, ſuorum perditorum conſiliorum (ut dictum eſt ſuperius) particeps & ſocius. Hæc cum ſcribat Theodoretus de ſimulato Euſebii prætextu inviſendi templum Hieroſolymis fabricatum; exiſtimo plane erraſſe & de Dominico Aureo Antiocheno potius dicere voluiſſe: ſiquidem Hieroſolymitanum templum (ut dictum eſt ſuperius) ipſis Conſtantini Magni Tricennalibus dedicatum fuit, quibus Encæniis idem Euſebius tunc interfuit: ſed nec ante potuit ejuſmodi inceſſiſſe deſiderium illud adeundi; tum quod nondum fuerat abſolutum, tum etiam quod eo brevi dedicationis cauſa una cum aliis migraturus foret. Nec, ſi ad hæc tempora referas, potuit ab eo illa de inviſendis Hieroſolymis cauſa prætexi, quæ jam viderat, diuque cogendo illic Epiſcoporum conventum, permanſerat: quamobrem æquius eſt exiſtimare, profectionem Antiochiam templi cauſa viſendi, & parandi quod ad ejus dedicationem factam anno ſequenti, cui interfuit, opus eſſet, ab eo, ut neceſſariam, perſuaſam Imperatori: niſi dixerimus ipſum non illo prætextu viſendi templi peregrinationem Hieroſolymam obtexiſſe, quod jam viderat; ſed potius pietatis ergo, cum frequentes eſſent undique hoc ſæculo ad ſancta loca colenda profectiones.

XXIII. Calumnia in Euſtathium fabricata.

Quid autem actum ſit, cum Antiochiam perveniſſet, idem auctor ſubdit his verbis: *Cum adventarent Antiochiam, amicitia erga Euſtathium vultu & fronte ſimulata, honorificentiſſime excepti ſunt; nam magnus ille Euſtathius, defenſor veritatis, fraternam plane illic præſtitit benevolentiam. Illi autem ubi convenere ad ſancta Hieroſolymorum loca, & Euſebium Epiſcopum Cæſareæ, Patrophilum Scythopolitanum, Ætium Lyddæ Epiſcopum, & Laodiceæ Theodorum, ſuæ opinionis fautores, aliosque quos labes Ariana infecerat, viderunt; facinus, quod per inſidias molirentur, illis aperuerunt; quibus comitatis rediere Antiochiam. Quod autem cæteri Epiſcopi, quos modo nominavi, eo una adventarunt; honoris majoris cauſa factum eſſe prætendebatur illud quidem, ſed reipſa fraus ad verum pietatem oppugnandam parabatur. Nam cum meretricem, cujus forma pulchritudo venalis erat, mercede conduxiſſent, & lingua ſua operam, ut ipſis locaret, ei perſuaſiſſent; primum ad Concilium una veniunt; deinde aliis omnibus inde exire juſſis, miſellam illam introducunt mulierculam. Illa puero, qui etiamnum ejus ſugebat ubera, oſtenſo, dixit, ſe ex Euſtathii concubitu eum concepiſſe & peperiſſe; & ore impudenti vociferata eſt, illum pueri patrem eſſe. Itaque Euſtathius, cum criminationem iſtam perſpicuo falſam eſſe pro certo cognoſceret, jubet mulierculam, ſi quem hujus facinoris conſcium haberet, in medium adducere. Quæ cum reſponderet ſe nullum objecti criminis habere teſtem; æquiſſimi illi Judices poſtulant ab ea jusjurandum.*

XXIV. (a) Matth. 18. (b) 1. Cor. ... 1. Tim. 5. Sententia in Euſtathium.

Et quamquam lex palam clamet (a): In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum: & Apoſtolus (b) manifeſte præcipiat, nullum crimen presbytero illatum ſine duobus aut tribus teſtibus admittendum: iſti tamen ſpretis divinis legibus, accuſationem contra tam illuſtrem Epiſcopum, nullo omnino teſte adducto, admittere non dubitarunt. Simulatque igitur muliercula, ea quæ dixerat antea, jurejurando confirmaverat, impudenterque clamarat puerum re vera Euſtathii eſſe: illico Judices illi, veritatis ſcilicet fautores, ſententiam contra eum tamquam adulterum pronunciavere. Cum autem alii Epiſcopi (aderant enim non pauci doctrinæ Apoſtolicæ propugnatores, quibus fraudulenti Euſebii conatus non erant omnino incogniti) aperte contradicerent, obſtarentque quo minus magnus Euſtathius iniquam illam ſententiam exciperet; facinoris auctores maxima cum celeritate ad Imperatorem contendunt (aderat quidem prope; ipſum namque direxiſſe iter Antiochiam verſus hoc eodem anno, paulo ante dictum eſt). Cui cum perſuaſiſſent crimen Euſtathio intentatum verum eſſe, & æquam abdicationis ſententiam, perfecerunt, ut Euſtathius pietatis & æquitatis athleta, velut adulter ſimul & tyrannus in exilium pelleretur. Ille igitur per Thraciam profectus, urbem quamdam Illyrii petivit. Hactenus de Euſtathii depoſitione Theodoretus.

XXV. (c) Hieron. Apolog. 2. adver. Ruffin.

Sed quod ſpectat ad exilii locum; Trajanopolim eum amandatum eſſe, ex Hieronymo nuper diximus: qui quidem in Ruffinum agens (c): *Iſta*, inquit, *ma-*

chi-

PAGIUS *veratos, Symbolum hæretica Fidei ediidiſſe, & Euſtathium depoſuiſſe;* aut certe coactam eſſe anno CCCXXX. ut aſſerere videtur Theodoretus lib. 1. cap. 31. Hic enim Meletium ad Sedem Antiochenam tranſlatum eſſe ſcribit, triginta annis poſt abdicationem Euſtathii. Meletium porro tranſlatum eſſe conſtat anno CCCLX. Hæc Valeſius. Exiſtimo tamen hanc Synodum anno Chriſti CCCXXVII. aut ineunte CCCXXVIII. coactam eſſe; ideoque Theodoretum numero, ut aiunt, rotundo locutum; ac triennium exilii Theognii & ſociorum exordiri Philoſtorgium ab anno CCCXXV. & extremos annos incompletos pro integris numerare. Nam Hieronymus in Chronico de Euſtathii depoſitione ſermonem habet anno Abrahami ſecundum editionem Scaligeri 2344. qui Kalendis Octobris anni Chriſti CCCXXVII. auſpicatur; quo etiam Chriſti anno tam Hermannus Contractus, quam Marianus Scotus Hieronymi verba in ſua Chronica inſerunt, manifeſte

at.

ubinæ hæreticorum, id eſt magiſtrorum tuorum, ſunt, ut convicti de perfidia, ad maledicta ſe conferant. Sic Euſtathius Antiochenus Epiſcopus filios, dum neſcit, invenit: ſic Athanaſius Alexandrinæ urbis Pontifex tertiam Arſenii amputavit manum; duas enim, qui mortuus prius fingebatur, vivens poſtea habere monſtratus eſt. At quid poſt hæc Theodoretus (a) de muliercula illa? ſic ſubdit: *Sed ut ad miſeram illam meretricem redeam; ea in morbum graviſſimum, maximeque diuturnum delapſa, inſidias atque adeo tragœdiam Euſebianæ factionis aperuit; & non duos vel tres ſacerdotes, ſed quamplurimos de fraudulentis Euſebii conatibus certiores fecit; ſeque mercede conductam illud fictum crimen Euſtathio intendiſſe; & tamen jusjurandum, quo ſe obſtrinxerat, non prorſus falſum eſſe; nam Euſtathium quemdam fabrum ærarium pueri patrem fuiſſe.* Atque hæc quidem ab optima illa ſcilicet factione Euſebiana Antiochiæ patrata ſunt.

(a) Theod. li. 1. c. 22.

Dei vindicta in mulierculam.

XXVI. At non unam hanc criminationem contra Euſtathium intentatam fuiſſe apparet: ſiquidem (ut ex Athanaſio dictum eſt) illam quoque ad commovendum adverſus ipſum Conſtantium Imperatorem commenti ſunt; eum in matrem Principis, nempe Fauſtam, haud integræ famæ feminam verba contumelioſa protuliſſe. Addunt his quoque Socrates (b) atque Sozomenus (c), Euſtathium ab Euſebio Cæſarienſi Sabellianæ hæreſis, accuſatum eſſe. Sed peculiare hoc Arianis fuit, ut, qui Filii Dei conſubſtantialitatem cum Patre aſſererent, quaſi eos ſimul confunderent, cum unam utriuſque ſubſtantiam prædicarent, ipſos eſſe Sabellianos inclamarent: crimen enim Sabellianiſmi objectum Euſtathio, & alia plura, Socrates ibi teſtatur, cum inquit (d): *Verum quidam prædicant alias cauſas parum honeſtas ejus abdicationis extitiſſe: non tamen eas palam percenſent; eſt enim hoc Epiſcopis in more poſitum, ut eos qui abdicantur, accuſent, impios pronuntient, cauſas tamen impietatis minime adjungant. Quod autem Epiſcopi Euſtathium, ut impiæ Sabellii doctrinæ deditum dignitatis gradu dimoverant, Cyro Berœenſi Epiſcopo eum in crimen illud vocante, Georgius Laodiceæ, quæ eſt in Syria Epiſcopus, unus ex eorum numero qui Conſubſtantiale deteſtantur, ſe in laudatione Euſebii Emiſſeni dixiſſe ſcribit. Sed de iſto Euſebio Emiſſeno alias erit mihi locus commemorandi. Scribit Georgius, Euſtathium, utpote Sabellii ſectæ addictum a Cyro accuſatum; & rurſus Cyrum ejuſdem erroris convictum, de gradu dejectum, narrat. At qui fieri poteſt, ut Cyrus, cum Sabelliani erroris labe ipſe aſperſus eſſet, Euſtathium, utpote eadem infectum, in judicium adduceret? Proinde Euſtathius, ut videtur, aliis de cauſis ab Epiſcopatu abdicatus eſt.* Hæc Socrates. Quantum vero credendum ſit Georgio Ariano homini de Euſtathio iſthæc aſſerenti, quis non intelligat? Qui enim laudavit Panegyrica oratione Euſebium Emiſenum Arianiſmo addictiſſimum, haud potuit ei adverſantem Euſtathium hæreſeos non infamaſſe.

(b) Socrat. l. 1. c. 18.

(c) Sozom. li. 2. c. 17. in fin.

(d) Socrat. li. 1. c. 18.

XXVII. Porro quod ad Cyrum pertinet; bonus ille Georgius ſcoria Arianorum, ipſum æque ac Euſtathium fide Catholica eminentem, calumnioſe criminatur Sabellianum fuiſſe, quem S. Athanaſius inter illuſtres fidei defenſores adnumerat, quos Ariana ſævitia in exilium expulit; eum poſt recenſitam hiſtoriam de Euſtathio Antiochiæ Epiſcopo in exilium miſſo, hæc de aliis eadem paſſis ſubdit (e): *Quid? an hic ſaltem greſſum ſuum repreſſerunt? minime gentium. Eutropius enim Hadrianopolis Epiſcopus, vir bonus & in omnibus perfectus, quia ſubinde Euſebium coarguerat, & illac tranſeuntibus auctor erat, ne impiis Euſebii verbis fidem adhiberent; eaſdem cum Euſtathio calamitates patitur, & a Civitate ſua & Eccleſia propellitur, eo quod Auguſta illi graviter ſuccenſeat. Euphraſius autem Calanis, Cymathius Paltbi, alter item Cymathius Larandi, Aſclepas Gazæ, Cyrus Berœæ quæ eſt in Syria, Diodorus in Aſia, Domnus in Sirmio, Ellanicus in Tripoli, Epiſcopi viſi ſunt tantummodo hæreſin odiſſe: & id tanti fuit, ut hos ſub ſpecie alicujus cauſæ illos prorſus ſine ulla cauſatione, diplomate Imperatoris exturbatos e Civitate, alio tranſtulerint, ſuffectis in locum eorum, quos impios noverant.* Hæc Athanaſius, qui & alibi (f) recenſet eoſdem atque alios eadem fidei cauſa paſſos: ſed loco Cyri, Aeyrus mendoſe legitur Epiſcopus Berœæ, ſicut & alia quoque nomina nonnihil depravata eſſe noſcuntur. Exoriuntur hic illa ſane tempora, quorum S. Hieronymus in Chronico, anno tamen ſecundo Conſtantii, meminit his verbis: *Ex hoc loco Ariana impietas Conſtantii Regis fulta præſidio, exiliis, carceribus, & variis afflictionum modis primo Athanaſium, deinde omnes non ſuæ partis Epiſcopos perſecuta eſt.*

Cyrus Epiſ. Berœenſis Catholicus.

(e) Athan. epiſt. ad Solit.

(f) Athan. in Apol. de fuga ſua circa prin.

XXVIII. Cæterum Euſtathius Epiſcopus Antiochenus in exilio perſeverans, magna cum gloria Catholicæ confeſſionis ibi deceſſit; cujus natalis dies, revoluto quolibet anni

Euſtathii obitus, & Scripta.

PAGIUS argumento editionem Scaligeri hac in parte Pontacena, quæ annum unum minus habet, accuratiorem eſſe. Præterea Theophanes, qui per Conſtantini Magni tempora annum unum minus putat, Euſtathii depoſitionem conſignat anno Incarnationis ſecundum Alexandrinos CCCXVIII. qui in anno Chriſti CCCXXVI. deſinit.

A

(*) Rom. Mar. die 16. Julii.

(a) Hier. de Scrip. Eccl. in Euſtath.

(b) Sozom. l. 2. c. 20.

ni circulo, in univerſa Eccleſia celebratur (*). Reliquit poſt ſe egregia ſcriptorum monumenta, ſed horum tantum meminit Hieronymus (a): *Extant* (inquit) *ejus volumina, De Anima, de Engaſtrimyto* (*hoc eſt, de ventriloquo, qui ex Dæmone reſponſa dabat*) *Adverſus Origenem, & infinitæ epiſtolæ, quas enumerare longum eſt*. Verum & de ejuſdem viri egregiis monumentis Sozomenus (b) cum mentionem habet, in primis hæc ait: *Euſtathius autem* (*uti accepi*) *falſam ſibi objectam criminationem animo quieto, & tranquillo ideo tulit, quod illud ſibi commodius fore putavit: vir quidem cum in aliis rebus præſtabilis & ſpectatus, tum in eloquentia jure admirandus, quemadmodum ex libris ejus, qui extant, cognoſci poteſt, in quibus, & vetus loquendi ratio, ſapientes ſententiæ, verborum elegantia, & lepos in rebus explicandis non ſine magna omnium commendatione elucet*. Ita ipſe. Adverſus Arianos quoque conſcriptus eſt liber ab eodem Euſtathio ſuper illa verba Proverbiorum (c): *Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum &c.* Citatur ejuſmodi commentarius frequenter a Theodoreto (d), ſicut & interpretatio in Pſalmos, & alius commentarius, cujus eſt titulus, τῆς ἐγγαστριμυθίας, liber etiam, de Graduum deſcriptione; quos, inquam omnes novit. & citat idem Theodoretus in ſuis Dialogis. Latinitas autem quod ſciam tanti viri lucubrationum prorſus expers atque jejuna fuit. At de Euſtathio hactenus.

(c) Prov. 8.

(d) Theod. hiſt. l. 1. c. 8. & in Immutab. dialog. 1. 2. & 3.

XXIX. Quæ vero facta ſint Antiochiæ poſt ejus abdicationem, modo dicendum. In his enim enarrandis plane accidit, ut qui ſemel errore temporis lapſi ſunt, in alia mox mendacia dilabantur; idem autem, quod recenſuimus, Theodoretus (e), Socrates (f), & Sozomenus (g), quique ipſos inconſulto ſecuti ſunt, cum in eam abierint ſententiam, Euſtathium fuiſſe e ſede amotum Conſtantini temporibus; illud perperam addiderunt, ut dicerent, Antiochiæ tunc digladiantibus inter ſe mutuo qui erant partis Euſtathii, & iis qui Arianæ hæreſi favebant, de eligendo Epiſcopo ſucceſſore, partem illam adverſam Catholicis delegiſſe Euſebium Epiſcopum Cæſareæ Palæſtinæ, cui etiam Imperator Conſtantinus Magnus fuerit ſuffragatus, qui & ad Euſebium ſcripſerit, ut votis ſuorum annueret, ſedemque Antiochenam capeſſeret; ſed renuiſſe illum facere, ob eamque cauſam tunc ſedem illam fuiſſe collatam Euphronio ab Arianæ hæreſis profeſſoribus. At quis non intelligat, hæc ab iiſdem recenſitis auctoribus male accepta eſſe ex ejuſdem Euſebii (h) ſcriptis in Vita Conſtantini? Sed illas Antiochenas turbas contigiſſe ante Euſtathii electionem, poſt Pauli, ſive Paulini obitum ſuperius dictum eſt. Quibus præterea addas ex Conſtantini litteris ad Epiſcopos ſcriptis ſatis perſpicuum reddi, alium illum fuiſſe Conventum Epiſcoporum, ab hoc, cui præfuit Euſebius Nicomedienſis, jam factus Epiſcopus Conſtantinopolis, & alii ſuperius nominati, qui in damnationem Euſtathii dixere ſententias: illi autem interfuerunt Theodotus, & Theodorus, Narciſſus, Ætius, Alpheus, ad quos præſertim inſcriptæ habentur Conſtantini litteræ; non autem Euſebius Palæſtinæ, niſi poſtquam ad electionem futuri Epiſcopi convocatus eſt Imperatoris litteris, ut ex iiſdem conſtat.

(e) Theod. l. 2. c. 22.

(f) Socr. l. 2. c. 18. in fin.

(g) Sozom. l. 2. c. 18.

Alius refellitur error.

(h) Euſeb. Vit. Conſt. l. 3. c. 57. 58. 59. 60.

Rurſus vero Nicephorus in Chronico huic ſententiæ adſtipulatur, qui texendo ſeriem Antiochenorum Epiſcoporum, qui ſederunt a temporibus Conſtantini Magni Imperatoris, qui imperare cœpit (ut dictum eſt) anno Domini trecenteſimo ſexto; ab eo tempore hos numerat Epiſcopos Antiochenos, nempe Vitalem, quem ſediſſe ait annos ſex, Philogonium annos quinque, Paulum annos quinque, Euſtathium vero decem & octo; ſicque cum omne horum ſedis tempus — XXX. Chronologia Epiſcoporum Antioch.

PAGIUS

XX. Ariani omnes Eccleſias Conſtantinopoleos invadunt.

Baron. n. XXXIV.

A num. XXXI. ad XXXVII. Hic annus, quo *Euſebius Nicomedienſis* Conſtantinopolim tranſlatus, memorabilis eſt. Socrates in lib. 5. cap. 7. obſervat, Theodoſium Magnum anno trecenteſimo octogeſimo Conſtantinopolim ingreſſum Orthodoxis Eccleſias reſtituiſſe, cum *quadraginta annis* Ariani eas obtinuiſſent, hoſque ex urbe diſceſſiſſe *die VI. Kalend. Decembr.* Marcellinus in Chronico ſub ejuſdem anni Conſulibus ait, *annos ferme quadraginta*, id eſt, circiter XL. Theophanes & Cedrenus *annos quadraginta & amplius*, quia ſcilicet utrumque extremum annum incompletum numerant. Huc etiam referendum, non vero ad depoſitionem Euſtathii, ut perperam Baronius, quod habet Hieronymus in Chronico: *Ex hoc loco impietas Ariana Conſtantii Regis fulta præſidio, exiliis, carceribus, & variis afflictionum modis, primo Athanaſium, deinde omnes non ſuæ partis Epiſcopos perſecuta eſt*. Quare cum ea perſecutio ab Euſebii intruſione in Eccleſiam Conſtantinopolitanam incœperit, ac per annos circiter quadraginta, ad annum nempe Chriſti CCCLXXX. durarit, liquet primo, Sanctum Alexandrum Epiſcopum Conſtantinopolitanum uſque ad præſentem annum vixiſſe, Secundo, Paulum eodem anno eum excepiſſe. Tertio, tranſlationem Euſebii ad Sedem Conſtantinopolitanam hoc anno peractam; ac denique Concilium Alexandrinum in cauſa Athanaſii, quod habitum fuit, poſtquam jam Euſebius Conſtantinopoli ſedebat, ad præſentem annum pertinere. Ex annis itaque quadraginta, quibus Ariani Conſtantinopolitanas Eccleſias obtinuerunt, Chronologia noſtra valide firmata.

XXI. Philoſtorgius lib. 3. num. 15. loquens de *Paulino* Euſtathii ſucceſſore, prodit eum ex Epiſcopatu Tyri ad Sedem Antiochenam tranſlatum *poſt ſextum Epiſcopatus ſui menſem* mortuum, &

Digitized by Google

pus conficiat numerum annorum triginta-quatuor, Domini vero quadraginta ſupra trecentos; hic ipſe demonſtratur annus, quo Euſtathium a ſede depoſitum eſſe vidimus; male tamen ibi auctor, dum Encænia Antiochena ſub Flacillo aſſerit celebrata, quem præceſſiſſe dicit Eulalium & Euphronium.

XXXI. Succeſſio Antiochenorum Epiſcop. Arianorum. Quiſnam autem poſt Euſtathium ſederit, haud facile eſt invenire, cum de ſucceſſione Antiochenorum Epiſcoporum diverſæ ſcribantur ſententiæ. Apud Hieronymi Chronicon hi poſt Euſtathium ſuffecti Epiſcopi leguntur, iidemque omnes Ariani, videlicet Eulalius, Euſebius, Euphronius, Flacillus, Stephanus, Leontius, & reliqui: Theodoretus (a) item habet Eulalium, & Euphronium, & poſt hos Placentium, quem alii Placillum, vel Flaccillum nominant, ſive Placidum. At Socrates (b): *Octo (inquit) annos continuos ſedes Antiochena dicitur Epiſcopo caruiſſe; ſero tandem, eorum ſtudio & labore, qui fidem in Concilio Nicæno ſtabilitam evertere nitebantur, Euphronius Epiſcopus deſignatus eſt.* Hæc ipſe. Sed iſta de Euphronii ſuffectione inde manavit opinio, quod Conſtantinus alterum de duobus illis eligendum optare ſe ſcripſerit, vel Euphronium Cappadocem, aut Georgium Arethuſium: verum neutrum horum tunc fuiſſe ſubrogatum, ſed eo tempore ab Orthodoxis electum Euſtathium, ſuperius diximus. Quicquid ſit de Antiochenis Epiſcopis; quem tuto ſectemur, unus eſt Athanaſius, qui in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, quam (ut in fine habet) conſtat eſſe ſcriptam poſt Conſulatum Arbetionis & Lolliani, (eſt is annus Domini trecenteſimus quinquageſimus-ſextus) expreſſe teſtatur, tunc temporis ſediſſe Antiochiæ Leontium, qui Stephano ſucceſſerat; namque (c) poſt enarratam Euſtathii damnationem ſic ait: *Poſt exilium Epiſcopi non ſolum in Eccleſiam introduxerunt Arianos clericos, ſed & pleraſque ex eis Epiſcopos creaverunt, ut eas in ſua impietate ſocias conjurataſque haberent; ex quorum numero eſt Leontius ille caſtratus, qui nunc Epiſcopatum tenet, & ante eum eodem in loco Stephanus tenuit.* Hæc Athanaſius, qui id ipſum affirmat in oratione prima contra Arianos.

(a) Theod. l.2. c.22.

(b) Socr. l.1. c.24. in fin.

(c) Athan. ep. ad Solit.

Nos igitur, quod incertus ſit annus ſedis cujuſque ipſorum, prætermittimus eorum chronologiam dubii recenſere uſque ad dictum annum, quo Leontium ſediſſe conſtat; cum præſertim, ſi octo annis eam ſedem vacaſſe dixerimus, haud veriſimile videatur, tam brevi temporis ſpatio tot ſediſſe Epiſcopos: ſed ex iis quæ ex Athanaſio recitavimus, mendax pariter convincitur Nicephori chronographia de Epiſcopis Antiochenis: nam ſecundum ipſum Leontius dicendus eſſet ſedere cœpiſſe anno Domini trecenteſimo ſexageſimoſexto; quod pro monſtro habendum eſt; cum non tantum ex Athanaſii aſſertione liqueat, Leontium jam ſediſſe dicto anno Domini trecenteſimo quinquageſimoſexto; ſed etiam quod anno trecenteſimoquinquageſimonono, quo celebrata eſt Synodus Seleucienſis, Eudoxius ſucceſſor Leontii tunc ſedem obtinebat, qui eidem interfuit Synodo Epiſcopus Antiochenus. Porro Leontius ipſe ſedere cœpit mox poſt Concilium Sardicenſe, id decernente Conſtantio, anno Domini trecenteſimo quadrageſimo octavo. Stephanus autem Epiſcopus Antiochenus qui Leontium præceſſit, & depoſitus eſt in Concilio Sardicenſi, quando auſpicatus ſit ſedem, ignoramus; niſi quod S. Athanaſius (d) ait, tunc electum eſſe ab Arianis Stephanum Præſulem Antiochiæ, quando Theodorus ab iiſdem factus eſt Heracleæ Antiſtes. De reliquis vero Epiſcopis Antiochenis poſt Euſtathium ab Arianis intruſis, nulla, quod ſciam, apud Athanaſium extat memoria. XXXII.

Leontius Arian. quando ſedere cœpit Antioch.

(d) Athan. orat. 1. contra Arian.

Cæterum cum Antiochenam ſedem occupaſſent Ariani Epiſcopi, quamplurimi (inquit Theodoretus e) *tum ex clero, tum ex populo, quibus propoſitum erat Deum* XXXIII.

(e) Theod. l.2. c.22.

PAGIUS

Series Epiſcoporum Arianorum qui Antiochiæ ſederunt.

2 & Eulalium in ejus locum ſubſtitutum. Nullum dubium, quin Paulinus Tyri Epiſcopus Antiochiam tranſlatus fuerit, cum id teſtentur Euſebius lib.1. adverſus Marcellum cap.4. & Suidas in voce αἰτιος; ſed an Paulinus is Euſtathium præceſſerit, vel ei ſucceſſerit in magna controverſia poſitum. Paulinum tamen poſt Euſtathii depoſitionem Epiſcopatum adeptum eſſe oſtendi anno CCCXXIV. quod etiam ex eo liquet, quod Euſebius, qui libros adverſus Marcellum poſt Conſtantini Magni obitum ſe ſcripſiſſe aſſerit, loco citato dicat, Marcellum irriſiſſe Paulinum *quieſcentem, dudumque mortuum*. Mortuus itaque eſt anno CCCXXVIII. cui ſucceſſit Eulalius. Hic, ut habet Theodoretus lib. 1. cap.21. *exiguo admodum tempore* ſupervixit. Theodoretus, & Hieronymus in Chronico Paulini Euſtathii ſucceſſoris non meminere, ſicuti nec Euſtathii Socrates lib.1. cap.24. Sozomenus lib.2. cap.19. & Mopſueſtenus apud Nicetam in Theſauro Orthodoxæ Fidei. Nicephorus in Chronico, ubi *Paulinum* etiam prætermittit, annos tres *Eulalio* aſſignat, loco trium menſium, errore Librarii, ut exiſtimo. Paulini Sedis brevitas in cauſa fuit, cur a laudatis Auctoribus memoratus non fuerit.

Baron. n. XXXI.

Eulalium excepit *Euphronius*, qui, ut teſtatur Theodoretus loco citato, *anno & menſibus paucis poſt ordinationem ſuperſtes vixit*. Nicephorus in Chronico huic annos VIII. tribuit, ſed loco ἔτη η, id eſt, *anni VIII.* legendum, ἔτη α, id eſt, *annus unus*. Euphronio ſubſtitutus eſt *Placillus*, ſeu ut vocant, *Flacillus*, qui circa annum trecenteſimum triceſimum primum ſedere cœpit. Ab ejus enim exordio uſque ad Meletium, qui Orthodoxus fuit, quique initio an- XXII.

Alii Epiſcopi Ariani Antiochiæ.

ni

Euſthiani Orthodoxi.

ſancte & ſincere colere, relictis publicis Eccleſiæ conventibus, ſeparatim per ſe conventus agere cœperunt: quos quidem Euſtathianos omnes propterea nuncupavere, quod poſt obitum Euſtathii in unum coiviſſent. Porro cum profeſſores Nicænæ fidei ſeorſom conventum agerent, quod jam manifeſte in publicis eccleſiis Arii dogma prædicaretur; ſatis aperte declaratur, hæc accidiſſe temporibus (ut diximus) Conſtantii, non autem Conſtantini, quando (ut ſæpe demonſtratum eſt) qui erant Ario faventes, immo & ipſemet Arius, ſimulabant ſe eſſe Nicænæ fidei profeſſores.

XXXIV. Terræmotus una cum perſecutione exortus.

Hoc quoque anno quarto Conſtantii Imperatoris, quo aperte jam perſecutio ab Arianis adverſus Catholicos excitata eſt, & duo magni illi Epiſcopi Paulus Conſtantinopolitanus & Euſtathius Antiochenus ex ſuis ſedibus ab iiſdem exturbati ſunt, admirandus plane terræmotus Orientem concuſſit, certum de offenſo numine prodigium; meminit illius S. Hieronymus, cum in Chronico hoc anno quarto Imperatorum ſic ait: *Multæ Orientis urbes terræmotu horribili conciderunt.* De quo Oroſius, cum de cœpta a Conſtantio in Orthodoxos perſecutione agit, hæc tradit (*a*): *De nova nominis electione contenditur, ut Arianorum potius Eccleſia, quam Catholicorum ſint; ſequitur terræmotus horribilis, qui plurimas Orientis urbes ſolo ſtravit.* S. Ephræm (*b*) ejuſdem quoque meminiſſe videtur, cum hæc ipſa infeliciſſima deſeribit tempora, dum ait: *Terra tremiſcens a facie Domini ſub pedibus noſtris commovetur, ut nobis metum incutiat; & nec ſic ob noſtram duritiam formidamus. Urbes integræ abſorptæ ſunt, & loca ab ira Domini deſolata ſunt: & nec ſic trepidamus. Sol ſemel & iterum meridianis horis ſuper nos obſcuratus eſt; & nec ſic corde pavemus. Bello Perſarum ac diverſarum gentium barbararum commota ſunt, & regiones noſtras deſolaverunt, ut nos metuentes Deum pœnitentiam ageremus, cum indigeamus utique pœnitentia non dierum aut menſium, ſed temporum plurimorum; & nec ſic converti volumus.*

(a) Oroſ. l. 7. c. 29.

(b) Ephram in 2. l. Vit. 85. Patrum prom. apud Lipom. t. 2.

XXXV. Montes Armeniæ diſſiti.

Idemque alibi (*c*), dum adverſus eos agit, qui terræmotus naturalibus cauſis tribuunt, & non comminanti Domino, cum admirabiles eorum recenſet effectus, hæc inter alia de montibus Armeniæ tunc terræmotu concuſſis. *At dicite* (inquit) *nobis rurſum modum, quomodo per terræmotum montes Armeniæ ab invicem diſſiti in mutuum quaſi conflictum impellantur, ita ut ignis videatur excitari, pluremumque fumare, ex ſic ſatis etiam longa loci intercapedine; rurſumque locorum intervallo disjuncti montes, ſinguli ſuo ordine ac loco conſiſtant?* Hæc & alia de his multa Ephræm. Porro cum totus Oriens iſta paſſus eſſe dicatur; ipſa tamen Antiochena civitas, in qua Arianorum ſæpe conventus celebrati ſunt, & in ſanctos Epiſcopos decretæ ſententiæ, per annum integrum (ut ait Socrates *d*) terræmotu concuſſa eſt: idem quoque affirmat Sozomenus (*e*) cum inquit: *Pars Imperii ad orientem Solem ſpectans maximis ter-*

(c) Ephrem orat. de terræmot. edition. Voſ. t. 1.

(d) Socr. l. 2. c. 7. in fin.

(e) Sozom. l. 3. c. 5.

PAGIUS

ni trecenteſimi ſexageſimi Epiſcopus ordinatus eſt, Nicephorus in Chronico annos undeviginti enumerat. *Placillo* annos duodecim idem Nicephorus tribuit, teſtaturque Concilio Antiocheno ad Encænia interfuiſſe. Athanaſius in Apologia 2. ſcribit, hunc unum fuiſſe ex Epiſcopis Conciliabuli Tyrii anno CCCXXXV. coacti. Obiit autem circa annum CCCXLII. eique ſubrogatus *Stephanus*, de quo ſuo loco. Hi omnes Epiſcopi Ariani fuerunt.

XXIII. Obitus Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi.

A num. XXXVII. ad XLIII. Euſebii Cæſarienſis Epiſcopi & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoris doctiſſimi obitus recte hoc anno a Baronio conſignatur. Mortuo *Agapio* Cæſarienſium Epiſcopo, cum perſecutio jam ſedata, & pax Eccleſiæ reddita eſſet, Euſebius communi omnium conſenſu in ejus locum ſubſtitutus fuerat. Alii ſucceſſorem *Agapii* ponunt *Agricolam*, qui Ancyranæ Synodo interfuit, ac ſubſcripſit anno Chriſti CCCXIV. Ita Baronius ad eum annum, & Blondellus in Apologia pro ſententia Divi Hieronymi cap. 29. ubi Euſebium anno Chriſti circiter CCCXV. adminiſtrationem Cæſarienſis Eccleſiæ poſt mortem Agricolæ ſuſcepiſſe ſcribit. Verum, ut obſervat Valeſius initio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebianæ, ubi de Vita & Scriptis Euſebii, ſubſcriptiones illæ Epiſcoporum, quæ in Latinis Canonum Collectionibus habentur, parum certæ ac firmæ ſunt. Nam neque in Græcis codicibus, nec in Latina verſione Dionyſii Exigui leguntur. Deinde Euſebius in lib. 7. Hiſt. Eccleſiaſt. recenſens præcipuarum Sedium Epiſcopos, ſub quibus orta & graſſata eſt perſecutio, in *Agapio* Cæſarienſium Epiſcopo deſinit, quem ait in ea perſecutione pro Eccleſiæ ſuæ commodis plurimum laboraſſe. Hic ergo ad finem uſque perſecutionis permanſerit neceſſe eſt. Atqui Euſebius ſtatim poſt finem perſecutionis factus eſt Epiſcopus. Nam cum *Paulinus* Epiſcopus Tyri, poſt redditam Eccleſiæ pacem, Baſilicam dedicaret, ad ejus dedicationem, una cum reliquis Epiſcopis a Paulino evocatus eſt, & elegantiſſimam coram illo habuit Orationem, ſicut diſcimus ex lib. 10. Hiſt. Eccleſiaſt. quod factum videtur anno CCCXV. Plura de Euſebii Vita & Scriptis Valeſius loco citato, & Martinus Hankius in libro de Byzantinarum rerum Scriptoribus Græcis, ubi multa de ejus Operibus habet.

XXIV. Euſebius in numero Sanctorum non ponendus.

Porro, quia, in aliquibus Martyrologiis a Valeſio loco laudato citatis nomen Euſebii Cæſareæ in Palæſtina Epiſcopi die XXI. Junii legitur, exiſtimat Baronius pro *Euſebio Samoſatenſi* infelici mutatione poſitum eſſe *Euſebium Cæſarienſem*. Verum ut inquit Florentinius in Notis ad Martyrologium Hieronymianum, die XXI. Junii, cum Euſebius Samoſatenſis non Cæſareæ, ſed *Doliche*, quæ urbs Syriæ eſt ad Euphratem, palmam promeruerit, teſte Theodoreto lib. 5. cap. 4. vel in propria Samoſatæ urbis ad Euphratem poſitæ Eccleſia venerationem rece-

Digitized by Google

terræmotibus concutitur, & maxime omnium Antiochia, hoc Concilio ibidem confecto. Cæptum quidem eſſe hoc anno quarto Imperatoris Conſtantii, & quinto perſeveraſſe, tradit quoque Cedrenus (a).

XXXVI. (a) Cedren. in Comp. ann. 4. & 5. Conſtant. Hujus etiam terræmotus viſus eſt meminiſſe Gregorius Nazianzenus, cum res pueritiæ ſuæ verſibus cecinit, ſic dicens (b):

(b) Greg. Nazianz. in carm. de rebus ſuis. Terræmotus acerbitas.

Nam cum lata gravi quateretur Græcia motu,
Ulla nec auxilii jam ſpes aliunde pateret:
At tremor horribilis gelidos invaſerat artus:
Nondum etenim ſacro baptiſmate pectus habebam
Imbutum, quando trahitur luſtralibus undis
Gratia, & eximius ſplendor, quem Spiritus affert.

Erat hoc tempore Gregorius ipſe natus annos ſexdecim, ſecundum initam a nobis rationem annorum vitæ ejus, de qua inferius ſuo loco dicetur.

XXXVII. Euſebii Pamphili obitus. Eodem quoque anno Euſebius Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ exaturatus proſcriptione Euſtathii Epiſcopi Antiocheni, quem habebat ob fidem Catholicam adverſarium, ex hac luce ſubtractus interiit: quod quidem hoc ipſo anno accidiſſe illud affirmare compellit, quod Socrates ait, haud diu poſt ejus obitum, Imper. Conſtantinum Juniorem eſſe necatum, hujus anni Conſulibus Acyndino & Proclo; (c) Socrat. l. 3. c. 3. ſunt hæc verba ipſius (c): *Eodem tempore Euſebius cognomento Pamphilus, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, mortem obiit, & Acacius ejus diſcipulus in illius ſucceſſit Epiſcopatum; qui quidem cum alios complures libros, tum Librum de Vita præceptoris ſui Euſebii ſcripſit. Non longo poſt tempore Conſtantinus Junior, qui nomen a patre traxerat, frater Imperatoris Conſtantii, in fines Imperii Conſtantis fratris ſui natu minoris irruptionem faciens, cum ejus militibus manum conſeruit, ab iiſdemque interficitur, Acyndino & Proclo Coſſ.* Hæc ipſe; eadem quoque habet Sozomenus (d), contigiſſe videlicet eodem ferme tempore Euſebii & Conſtantini obitum.

(d) Sozom. l. 3. c. 2. in fine.

XXXVIII. (e) Socrat. l. 2. c. 17. Euſebius Pamphilus Arianus perſeveravit. At de ipſo Euſebio hic primum agamus. Certe quidem Socrates (e) dealbat Æthiopem, dum nititur ipſum Euſebium ab Ariana hæreſi excuſare, ac plane immunem reddere: ipſe enim Euſebius licet tandem, ut Imperatori morem gereret, Nicæno Concilio ſubſcripſiſſet; iiſdem plane ſordibus ſciens volenſque turpius inquinatus eſt, ut ſus lota in volutabro luti, & canis ad vomitum ſuum reverſus; adeo ut qualis ipſe fuerit uſque ad diem obitus, non ſit aliunde quærendum, quam ex rebus poſt Nicænum Concilium ab eo geſtis, ſingulis ferme annis ſuperius recitatis: ut plane non ſit opus verbis agere, cum ipſa facta proclament. Ut autem excuſet illum ab Ariana hæreſi, citat libros ab eo ſcriptos contra Marcellum Ancyranum Epiſcopum, recitatque ex illis fragmenta quædam, quibus demonſtratur eam de Filio Dei Euſebii fuiſſe ſententiam, ut negarit ipſum eſſe creaturam tamquam unam ex reliquis creaturis, ex nihilo a Deo creatis, ſed ante omnes creaturas a Deo quidem non creatum ex nihilo, ut res alias a Deo creatas, ſed re vera a Patre genitum, Patri ſimilem, propter quod Deus ſit, & per quem omnia facta ſint.

Verum dum ex his nititur Euſebium purgare, aperte ſignificat ſe Arii & Arianorum hæreſis labyrintum minime penetraſſe, atque accurate perveſtigaſſe. XXXIX. At ſicut juxta ſacrum illud proverbium (f): (f) Eccl. 43. *Qui navigant mare, enarrant pericula:* Ita qui cominus adverſus Arianos concertarunt, Latibula Arianorum obſcura. cuncta illorum latibula, ſecretos receſſus, atque abdita penetralia vigilantiſſimo ſtudio perſcrutati ſunt; ut inter alios Athanaſius omnium facile princeps, qui in commentario illo de Nicænæ Synodi decretis contra Arianam hæreſin ſtatutis plane declarat, non ſatis fuiſſe Magnæ Synodo dicere, Filium nequaquam eſſe creaturam, & non ex nihilo, ſed a Patre genitum, Verbum, & Sapientiam ejus, quod Ariani iſtud ipſum in ſuam ſententiam detorquerent; ac proinde addere opus fuiſſe Filium ex ſubſtantia Patris eſſe, & illi in omnibus conſubſtantialem; per quod

PAGIUS receperit, & nimis diſtet Cæſareæ nomen a Dolichæ ſeu Samoſatæ appellatione, hujus erroris alia cauſa fuit. Quare cum plures ſint Cæſareæ, *Euſebius* qui in Martyrologiis memoratur die XXI. Junii, alius non eſt quam *Euſebius* Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopus, ſancti Baſilii immediatus deceſſor: in veteri enim Martyrologio MS. Sancti Hieronymi, paſſim a Viris doctis Corbejenſi appellato, ad diem XXI. Junii legitur: *Cæſareæ Cappadociæ Euſebii Epiſcopi.* Hujus Euſebii ſanctitatem pluribus probat Florentinius laudatus, obſervatque, Uſuardum primum fuiſſe qui Euſebium Palæſtinum inter Sanctos numerarit, ideoque hunc errorem octavo vel nono Eccleſiæ ſæculo natum eſſe; cum ſe- in gratiam piorum Imperatorum ex Martyrologiis ſeu ſacrorum nominum Catalogo Sanctorum geſta compendioſius addi in ipſis Martyrum Codicibus cœperunt. Cum enim pii illi Martyrologi præter Euſebium Palæſtinum multiplici librorum, præſertimque Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ editione, celebrem, nullum alium Cæſarienſem Epiſcopum hujus nominis agnoſcerent, in illum plures conſenſerant, & laudes illius addiderunt. Ita Florentinius citatus Martyrologia ab interpolatione minus pia egregie vindicavit, pluribuſque exercitatione ſecunda Martyrologio Hieronymiano præfixa oſtendit, Euſebium Palæſtinum in illis locum habere non poſſe.

Dionyſius Gothofredus, qui Codicem Theodo- XXV.

quod ſignificaretur, non tantum Filium ejuſdem eſſe cum Patre ſubſtantiæ, ſed & illi coextitiſſe ſemper; ut ex hoc & illud Arianorum excluderet, quo dicerent, fuiſſe tempus quando non erat. Nam licet ante tempora, & creaturas omnes eum extitiſſe traderent, per quem creata tempora eſſent & creaturæ, tamen Patri fuiſſe coæternum negabant; repugnare inter ſe putantes iſta, eſſe Filium a Patre genitum, & illi in principio coexiſtere; calumniantes ob id Catholicos duo Ingenita dicere. Hæc & alia plura, quibus illi eludere conati ſunt Catholicam veritatem de eadem Filii cum Patre divinitate atque ſubſtantia, tum ipſe Athanaſius, tum alii omnes qui adverſus eos commentarios ſcripſere, multis proſecuti ſunt, quæ & nos ſuperius, cum de Nicæna Synodo egimus, attigiſſe meminimus, ut non ſit opus eadem hic iterum cum lectoris tædio diſputare.

XL. Eusebius Pamphili hæreticus. Cæterum Euſebii Pamphili inconſtantiam, & poſt Nicænum Concilium, cujus fidei regulæ ſubſcripſerat, ad errores priſtinos reditum ſugillat ſæpius Athanaſius, cujus ſententias ea de re ſuperius ſuo loco texuimus; eumque demonſtrat in Nicæno Conventu tamquam ludionem in ſcæna luſiſſe habitu Catholico ſuperinducto; quem, egreſſus inde, exuens, perſonam, quænam eſſet, in omnibus (ut ait Epiphanius *a*) præſetulit; adeo ut idem Euſebius Euſebio Nicomedienſi conjunctus, biga impietatis effecti ambo, pari curſu & impetu, impulſore nequam ſpiritu, agitati, in ſuum ipſorum & aliorum exitium in præceps delati ſint; ut non immerito (quod ſuperius dictum eſt) appellari ipſe Euſebius Cæſarienſis meruerit a S. Hieronymo (*b*) & aliis, Arianæ factionis ſignifer, propugnator apertiſſimus, & inter Arianos facile princeps; cujus & memoriam adeo execrata eſt Nicæna Synodus ſecunda, ut plane eum jam defendere velle, nihil aliud exiſtimandum ſit, quam Eccleſiam Catholicam impugnare.

(*a*) *Epiph. hæreſi 73.*

(*b*) *Hieron. epiſt. 55. & adv. Ruff. & ad Creſiphontem.*

XLI. Sixtus Senenſis jure reprehenditur. Unde & pudere Sixtum (*c*) oporteat, dum adverſus omnium antiquorum Patrum ſententias ipſum Euſebium Catholicum aſſeverare non dubitat: cum frigide nimis eum excuſans, Euſebii Nicomedienſis eſſe tradit, quod erroris adſcribitur Euſebio Pamphili; perinde ac ſi eorumdem Patrum ſententiæ de eodem ambiguæ ſint, ac de Euſebio Nicomedienſi poſſint interpretari; & abſque additamento cognominis Pamphili, & expreſſione ſedis cujus eſſet Epiſcopus, Cæſareæ Palæſtinæ, quemnam ſignificaſſe voluerint, non coloribus tantum vivis expreſſerint, ſed digito demonſtraverint. Utinam vel exiguus ſaltem ejus excuſandi reliquus locus eſſet: quam libentiſſime hiſtoricus ipſe pro hiſtorico laborarem; cui (quod magna fiducia ingenue profitemur) vel ea ex parte plurimum Eccleſia Catholica deberet, quod rerum Eccleſiaſticarum quam multa antiqua monumenta magno labore collecta, ſcribendo hiſtoriam uſque ad ſua tempora, fideliter poſteris tradiderit, ter quaterque felix, tot peregregiis lucubrationibus editis; niſi eum impietas Ariana tot tantiſque ſordibus turpiter aſperſiſſet, & ante, perſecutionis tempore, lapſus a fide eumdem tantopere labefactaſſet. Quod vero (*d*) ſimplicitate quadam & rerum inſcitia in ſuo a ſe ſcripto Sanctorum Catalogo Petrus inter ſanctos eumdem Euſebium retulit, & errore atque incuria quadam in aliquod Martyrologium (*e*) irrepſit; noſtris ad Romanum Martyrologium Notis pluribus diximus.

(*c*) *Sixtus Senen. Bib. in Euſeb. Pamph.*

(*d*) *Petr. Catal. San. l. 5. c. 134.*

(*e*) *Uſuard. & Menol. die 21. Junii.*

XLII. Euſebii ſcripta. Quod autem ad commentarios* ab ipſo editos ſpectat, hæc S. Hieronymus (*f*): *Euſebius Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, in Sripturis divinis ſtudioſiſſimus, & Bibliothecæ divinæ cum Pamphylo martyre diligentiſſimus perveſtigator, edidit infinita volumina, de quibus hæc ſunt:* Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, *libri viginti;* Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς *libri quindecim,* Θεοφανίας *libri quinque, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libri decem, Chronicorum canonum omnimoda hiſtoria, & eorum* ἐπιτομὴ, *& de Evangeliorum diaphonia in Iſaiam libri decem, & contra Porphyrium, qui eo tempore ſcribebat in Sicilia, ut quidam putant, libri triginta, de quibus ad me viginti tantum pervenerant;* τοπικῶν *liber unus;* Ἀπολογίας *pro Origene libri ſex; de vita Pamphili libri tres; de Martyribus alia opuſcula, & in centum quinquaginta Pſalmos eruditiſſimi commentarii, & multa alia.* Hæc ipſe. Quinam autem, qualeſve fuerint ejus commentarii de Martyribus, in tractatione de Romano Martyrologio diximus. Cæterum poſtrema omnium ejus lucubratio fuiſſe videntur libri quatuor, quos ſcripſit de vita Conſtantini Magni, haud dubium in gratiam Conſtantii ejus filii Imperatoris, quo utebatur familiariſſime ex affinitate pravorum

(*f*) *Hier. de Script. Eccl. in Euſeb.*

PAGIUS *Euſebius auctor librorum vita Conſtant. M.* doſianum egregiis Commentariis, & accurata Chronologia illuſtravit, in ſuis Opuſculis contendit, quatuor de Vita Conſtantini Magni libros non eſſe Euſebii Cæſarienſis. Sed Hankius recte oſtendit, antiquos Hiſtoricos, quos enumerat, contrarium manifeſte indicare. Illis Hiſtoricis addere poterat Philoſtorgium, qui lib. I. num. 2. teſtatur, *illum Hiſtoriam ſuam ad ea uſque tempora perduxiſſe, quibus liberi Conſtantini Magni in patris Imperium ſucceſſerunt.* Quæ vera eſſe non poſſunt, niſi Euſebius libros de Vita Conſtantini Magni ſcripſerit; cum ejus Hiſtoria Eccleſiaſtica in Monarchia Conſtantini, & in ejus Vicennalibus Nicomedienſibus deſinat; libri vero de Vita Conſtantini uſque ad ejus mortem & filiorum Imperium perducantur.

Ad

rum dogmatum, quorum cauſa nequaquam ſe (quod ad ea ſpectare noſcuntur) in omnibus fidelem exhibuit. At de Euſebio hactenus; qualem vero ſibi non imparem reliquerit ſucceſſorem; accipe ex Athanaſii teſtificatione, qui paucis his, qualiſnam Acacius eſſet, nobis explicat (a): *Acacius cum ſuis immani vecordia audaciaque plane abnegaverunt Nicæni Concilii ſcripta, ipſam Synodum diffamantes.* Hæc ipſe & alia plura; ſed de eo ſæpe inferius erit ſermo. Perſolvit magiſtro Acacius digna præmia: cum de rebus geſtis ejuſdem Euſebii (ut teſtatur Socrates) librum conſcripſit.

(a) *Athan. de Synod.*

Acacius Epiſcopus Cæſarienſis.

XLIII. Sed ad Conſtantinum Juniorem redeamus, quem hoc anno occiſum diximus. Ejus necis culpam omnes pene adſcribunt ipſi, quod invadere auſus ſit fraternæ ditionis Imperium: locus enim in quo occiſus eſt, nempe (ut Victor (b) tradit) apud Aquilejam, ad Alſam fluvium, plane demonſtrat ipſum ſuos exceſſiſſe limites jugis Alpium circumſcriptos. At Zoſimus in Conſtantem omnem culpam de nece Conſtantini rejicit, cum ait (c): *Cæterum controverſia mota inter Conſtantinum, & Conſtantem de pertinente ad Carthaginem Africa, deque Italia; Conſtans incautum fratrem opprimere volens, inimicitias toto triennio diſſimulat; expectatoque tempore, quo per Provinciam ſibi fidam, & benevolam ingreſſus erat; ablegat, milites, ſpecie quidem tenus opem Conſtantio laturos in gerendo bello Perſico, ſed reapſe Conſtantinum nihil tale ſcientem oppreſſuros: hi perficientes, quæ imperata fuerant, Conſtantinum occidunt.* Hæc Zoſimus de interfecto Conſtantino; verum major pars antiquorum hiſtoricorum in Conſtantinum invadentem alienum Imperium culpam confert: nam Eutropius, S. Hieronymus, Oroſius, & alii poſt eos, bellum illatum a Conſtantino in Conſtantem affirmant, & ſic a militibus Conſtantis eum tradunt eſſe necatum. Sublato autem de medio Conſtantino, ſumma totius Occidentalis Imperii in Conſtante Auguſto remanſit.

Conſtantinus Junior occiditur.

(b) *Victor. in Annibaliano.*

(c) *Zoſim. lib. 2.*

XLIV. Invaleſcebat hoc tempore (ut ex Zoſimo patet) bellum Perſicum; quod etiam ex Arianorum litteris ad Julium Papam ſcriptis (d) apparet, quibus ſe excuſarunt, vocatos ad Synodum venire detrectaſſe, ob ingruens bellum Perſicum impeditos; cujus cauſa (ut vidimus) hoc eodem anno Conſtantius Antiochiam Syriæ redlit; ubi celebraturus Imperii ſui Quinquennalia conſtitit anno ſequenti, quo facta eſt magnæ Baſilicæ dedicatio. Quod vero ad bellum Perſicum ſpectat, hæc ſummatim Oroſius (e): *Conſtantius adverſus Perſas & Saporem, qui Meſopotamiam devaſtaverant, novem prœliis parum proſpere decertavit.*

Bellum Perſicum.

(d) *Ex epiſt. Julii apud Athan. Apolog. 2.*

(e) *Oroſ. l. 7. c. 29.*

XLV. Hoc eodem anno, iiſdem Conſulibus, lata habetur Medlolani lex (f) adverſus eos qui ſepulcra demolirentur, indeque ſaxa, ſecta marmora, vel columnas auferrent, & ad alium uſum eadem ſibi vendicarent; eſt autem hujuſmodi: *Si quis in demoliendis ſepulcris fuerit apprehenſus; ſi id ſine domini conſcientia faciat, metallo adjudicetur; ſi vero domini auctoritate, vel juſſione urgetur, relegatione plectatur. Et ſi forte detractum aliquid de ſepulcris ad domum ejus villamque pervectum, poſt hanc legem reperietur; villa, ſive domus, aut ædificium quodcumque erit, Fiſci juribus vindicetur. Dat. VII. Kal. Jul. Med. Acyndino & Proculo * Coſſ.* Porro hujus ſanciendæ legis illa cauſa fuiſſe videtur; quod cum jam maxima ex parte, qui Romano ſubjacerent Imperio, Chriſtianam religionem profiterentur, & proinde immenſo odio proſequerentur, execrarenturque omnia, in quibus idololatriæ veſtigia quælibet apparerent; iidem quæ haberent in fundis majorum ſepulcra diis Manibus conſecrata, tamquam nefas abominantes, eadem demolirentur, & ex eis quæcumque ad ornatum ſpectarent, in alium uſum converterent, reliquos vero confractos lapides ad calcem conficiendam adhiberent, prout aliud ibi ſequens reſcriptum (g) datum declarat. Qua quidem in re etſi laudandus ſit pietatis zelus adverſus idololatriæ ſigna in animis Chriſtianorum incenſus; id tamen factum conſtat in magnum antiquitatis diſpendium; confractis enim tot ſepulcrorum Gentilium inſcriptionibus, vix ex eis, quæ innumeræ plane ubique viſebantur, paucæ quædam ſuperfuerunt, quæ poſtea e ruderibus emerſerunt graviſſima legum pœna integræ conſervatæ.

(f) *l. 1. de ſepul. viol. C. Theod.*

Contrita monumenta gentilitia.

* Proclo.

(g) *l. 2. eod. tit. Cod. Theod.*

Qna-

PAGIUS XXVI. Ad num. XLIII. *Conſtantinus junior* his Coſſ. occiſus, ut recte Idacius in Faſtis. Id autem ante III. Kalend. Maii accidit; eo enim jam die Conſtans frater quædam ejus Acta reſcindere videtur Lege I. Codicis Theodoſiani *De immunitate conceſſa*. Imo & ante V. Id. April. quo Conſtantem Africa poſitum oſtendunt Legg. ejuſdem Codicis 3. *De dilat.* & 3. *de Advocat. Fiſci*, quod utique factum Conſtantino fratre jam cæſo, ut obſervat Gothofredus in Chronologia Codicis Theodoſiani. Zoſimus lib. 2. ait Conſtantem Conſtantini fratrem *inimicitias toto triennio* diſſimulaſſe, expectatoque tempore, quo Provinciam ingreſſus erat, Conſtantinum occidiſſe. Et tamen a die XXII. Maii anni CCCXXXVII. uſque ad initium menſis Aprilis currentis anni, triennium integrum non effluxit. Verum Antiqui triennium utrimque incompletum, ſæpe triennium integrum vocant; quæ loquendi formulæ non raro Viros doctos in errorem impulerunt, ut non ſemel monui.

Conſtantinus junior occiditur.

JESU CHRISTI ANNUS 341.	JULII PAP. ANNUS 5.	CONSTANTII CONSTANTIS IMPP. 5.

I. QUadrageſimoprimo anno ſupra treceteſimum, Marcellinus, & Probinus Conſules creati ſunt. Hic ille Marcellinus, quem S. Hieronymus in Chronico tradit patrem fuiſſe Melaniæ clariſſimæ feminæ. Probinus vero avus fuit Probi, qui claruit temporibus Valentiniani & Theodoſii, cujus filius nomine avi, Probinus dictus, Conſulatum geſſit una cum Olybrio fratre. Sed de his inferius. His igitur Coſſ. Indictione decimaquarta,

Encænia Antiocheni templi.

ipſis Conſtantii Imp. Quinquennalibus Antiochiæ Encænia celebrata ſunt in dedicatione nobiliſſimi templi a Conſtantino Magno jam cœpti, atque ſub Conſtantio poſtmodum abſoluti, quod præ ſui excellentia, Dominicum Aureum nuncupatum eſt, de quo ſuperius mentionem fecimus; cui interfuit ipſe Conſtantius Imperator. Hujus celebritatis prætenſa occaſione collecti ſunt Epiſcopi nonaginta, quorum trigintaſex tantum erant Arianæ communicationis, & factionis, ab iiſdemque Synodus eſt celebrata: a quibus inter alia execranda, in locum abſentis Athanaſii, Romæ apud Julium Papam cauſam ſuam agentis, inſtitutus eſt Epiſcopus Alexandrinus Gregorius, atque Alexandriam miſſus, qui præſidio militum Eccleſiam illam Epiſcopo deſtitutam invaderet. Hæc autem quomodo ſe habuerint, ſingula ſunt accurate perveſtiganda.

II. Quod primum ad tempus pertinet, eſt de eo locuples teſtis Athanaſius (*a*), dum hæc ait: *Fuere autem numero, qui Antiochiam tempore Encæniorum convenerant, nonaginta, Conſulibus Marcellino, & Probino, Indictione decimaquarta, præſente ibidem impiiſſimo Conſtantio Imperatore.* Ita ipſe. Quod vero ad cauſam ſpectat hujus cogendi Conventus; occaſionem ob Encænia celebranda arripuerunt libentiſſime Ariani, immo ſane callidiſſime excogitarunt, ut ſic effugerent Romanam Synodum, ad quam a Julio Romano Pontifice vocati erant. Siquidem jam anno ſuperiori (ut dictum eſt) cum Arianorum legati, qui Athanaſium accuſaverant apud eumdem Julium Papam, ab eodem Pontifice, cum ſe cauſa cadere viderent, ut tunc inferendum judicium ſubterfugerent, Synodum eadem in cauſa ab ipſo Julio indicendam petiiſſent: annuente illo, & Italiæ Epiſcopis propterea coactis, citati ſunt ab eodem Romam iidem Ariani ad proſequendas accuſationes ab eis in Athanaſium illatas; cum interim Athanaſius ipſe citatus Romam veniſſet, ſtitiſſetque ſe judicio coram Julio in Synodo examinandum, expectatis fruſtra adverſariis per annum, & ſex menſes: ſed detrectantes interea Ariani malæ cauſæ diffiſi, in Urbem ad Concilium ſe conferre, inaneſque excuſationes obtexentes, hoc eodem anno, occaſione Encæniorum Antiochiam convenientes, dictum conventiculum habuere. In his etenim eos uſos eſſe conſiliatio & adjutore Conſtantio, ad eumque vocatos Romam ad Synodum, pavidos confugiſſe, Athanaſius (*b*) teſtatur his verbis:

(a) Athan. de Synod.

Synodus Antiochena.

(b) Athan. ad Solit.

III. Ariani ſubterfugium Rom. Pont. judicium.

III. *Epiſcopus autem Romanus Julius Synodum juſſit fieri ubicumque vellemus, ut tuto & crimina objicerent, & invicem ſibi objecta refutarent: id enim eorum legati, cum ſe vinci animadverterent, poſtularunt. Rebus igitur inceptis, cum male ſibi ubique conſcii de cauſa ſua in Eccleſiaſtico conſeſſu deſperarent; Conſtantium cum lamentis, ut hæreſis propugnatorem, adeunt: Vides, inquiunt omnes a noſtra hæreſi deficere; pauci reſidui ſumus; incipe perſequi; quoniam etiam ab iſtis pauces deſtituimur, & deſerti relinquimur; quos enim vi ad communionem noſtram per exilia Epiſcoporum adegimus, ii ab Epiſco-*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5834.

SÆC. IV. Anno Urbis 1094. Olymp. 280. an. 1. A. C. 345.

☉ 54. D. ☽ 59. P. 29. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 341.

JULII PAPÆ 5.

CONSTANTII ET CONSTANTIS 5.

I. Conſules. [1] ANum. I. ad XLVII. Coſſ. *Marcellinus, & Probinus.*

II. Decennalia Conſtantis, & Vicennalia Conſtantii.

Conſtantem Imperii Cæſarei *Decennalia*, *Conſtantium* ejuſdem Imperii *Vicennalia* edidiſſe dedicatio Eccleſiæ Antiochenæ, aliaque indicia oſtendunt.

III. Ad vitandam Romanam, Antiochena Synodus non coacta.

Schelſtratius Vir eruditiſſimus librum compoſuit de ſacro Antiocheno Concilio, in quo quid geſtum ſit, egregie explicat & Annales Eccleſiaſticos mirum in modum illuſtrat. Ex eo ſequentia in hanc noſtram Criticam ſummarie corrivanda duxi. *Julius* primus in ſua ad Euſebianos epiſtola ait: *Non decebat, cum nos ad celebrandam Synodum literas miſſeremus, aliquos præoccupare judicium Synodi.* Hinc Baronius ſcribit: *Quod vero ad cauſam ſpectat hujus cogendi Conventus, occaſionem ob Encænia celebranda arripu-*

NOTÆ [1] COſſ. *Marcellinus & Probinus.* Ita Leges Juſtinianei, & Theodoſiani codicis apud Relandum. *Marcellino* nomen *Aconii*, &c. prænomen *Flavii* tribuitur: *Probino* vero *Caii* nomen. Faſti Idatiani, Vindebonenſes & Proſperi Chronicon: *Marcellino & Probino.*

ſcopis in ſedes ſuas revertentibus, ut contra nos ſentiant, perſuadentur. Et inferius de iiſdem: *Cæterum Euſebiani, ubi ſemel audiſſent, Eccleſiaſticum conſeſſum fore, ubi nec Comes affuturus eſſet, neque ſatellites pro foribus excubarent, nec ex Cæſaris præſcriptis omnia fierent, quibus rationibus, & non aliis Epiſcopos vicerant, immo qui ſine hoc præſidio ne loqui auderent quidem; ita inhorruerunt, ac metu contracti ſunt, ut presbyteros detinerent* (legatos nimirum Julii) *ultra diem condictam, cauſationem interim turpem fingentes, ſe ob bella Perſarum venire non poſſe: ſed nihil in ea re veri; metus enim conſcientiæ eos impediebat. Quid enim negotii Epiſcopis cum bello? aut quid obſtaculi illis a Perſis oriebatur, quo minus Romam, quamvis longinquam, & transmarinam urbem proficiſcerentur?* Hæc tum illi quidem cauſæ diffidentes, ac plane quæ ſibi obventura eſſent mala timentes, ſi judicium ipſorum Romæ in Concilio ibidem congregato præſentibus ipſis, ventilaretur: quamobrem illud in primis inter ſe iſthæc omnia conſerentes decernunt, ut Julii Papæ, & Romani Concilii judicium penitus ſubterfugerent, & per Præfectos res vi adhibita peragatur: ſed ut quodcumque velamen ſuæ ipſorum ſuperinducerent turpitudini, de cogendo Epiſcoporum Conventu Antiochiæ, dictam ſuperius ineunt rationem.

IV. Numerus Epiſcoporum qui ad Encænia venere.

His igitur inter eos fraudulento artificio concinnatis, Conſtantii mox litteris convocantur Epiſcopi: adfuerunt ex diverſis locis Antiochiæ Antiſtites (ut habet Athanaſius) nonaginta; ſed S. Hilarius (*a*) nonagintaſeptem numerat, nonaginta vero novem Sozomenus (*b*). Quod autem ex eis majorem partem Orthodoxorum fuiſſe diximus, Arianos tantum trigintaſex: nihil eſt quod quis admiretur, ſi Catholicos Epiſcopos cum Arianis audiat conveniſſe, atque communicaſſe ſimul in ſacris Encæniorum ſolemnitatibus, unaque in eodem Concilio conſediſſe: quandoquidem Euſebiani haud palam ſe Arianos eſſe profitebantur, immo (ut inferius demonſtrabimus) in eodem Conventu iidem Arianum nomen publicis ſcriptis averſati ſunt: ſed & vidimus, non ſolum Conſtantini tempore, cum iidem accuſarunt Athanaſium, verum etiam paulo ante ſub Conſtantio, cum Euſtathium depoſuerunt, ſe extrinſecus fidei & morum vindices prætuliſſe, illum damnantes ob adulterium, & quod Sabellianus eſſet inventus. Sic igitur non eo uſque pervenerat Euſebianorum nequitia, ut iidem Ariani eſſe convinci poſſent, ſeque a Catholicis ſubducerent, licet horum hoſtes, & Arianæ eſſent hæreſi addictiſſimi.

(*a*) Hilar. de Synod.

(*b*) Sozom. l. 3. c. 5.

V. Sic etiam cum quis audit tam nefanda in eo Conventu fuiſſe ſtatuta, minime exiſtimet ea tot Catholicorum Epiſcopo-

rum

PAGIUS

Baron. num. I. II. & III.

putrunt libentiſſime Ariani, imo ſane callidiſſime excogitarunt, ut ſic effugerent Romanam Synodum, ad quam a Julio Romano Pontifice vocati erant. Supponit Baronius, *Athanaſium* anno præcedenti Romam veniſſe, & tunc quoque Euſebianos ad Romanam Synodum evocatos eſſe. Supponit ſecundo, Arianos inito conſilio horruiſſe Synodum ſine Comite, & ideo Encænia excogitaſſe, quorum occaſione Synodum in Oriente celebrarent eo tempore, quo Romam adventare debebant. Supponit tertio, hanc ob rem eam lacrymis adiiſſe Conſtantium, eaque petiiſſe, quæ fuſius narrat Athanaſius in epiſtola ad Solitarios. Tandemque concludit, his inter eos fraudulento artificio concinnatis, Conſtantii mox litteris convocatos eſſe Epiſcopos. Hinc nata vulgaris opinio, quæ docet, Synodum Antiochenam ideo ab Euſebianis coactam, ut Synodum a Julio primo indictam vitarent, & diem condictum eluderent.

IV. Baronii opinio refellitur.

Quod Euſebiani ante Synodum Antiochenam aliquid de Romano in cauſa Athanaſii judicio accipere potuerint ex Legatis propriis Conſtantinopolim, aut Nicomediam reducibus, admitti poteſt; cum conſtet ex Julio primo, Macarium Presbyterum cum ſociis Roma aufugiſſe, antequam Athanaſius illuc adventaſſet. Sed quod ante Concilium Antiochenum Athanaſius Romam veniſſet, & Legati Apoſtolici a Julio primo in Orientem tranſmiſſi eſſent, evocaturi ad diem condictum Euſebianos, eamque ob cauſam Euſebius cum ſociis Conſtantium adiiſſet, ut ab ipſo occaſione Encæniorum Synodum Orientalem obtinerent, qua ſeſe a Romana excuſare poſſent, nullatenus admittendum. Athanaſius enim in epiſtola ad Solitarios, de ſuo Romam adventu ait: *Julius vero Presbyteros ſuos Elpidium & Philoxenum cum litteris ad Euſebianos miſit, certum diem definiens, ut aut præſentes ſe ſiſterent, aut cognoſcerent ſe omnibus modis ſuſpectos haberi. Cæterum Euſebiani, ubi ſemel audiſſent, Eccleſiaſticum Conſeſſum fore, ubi nec Comes affuturus eſſet, neque ſatellites pro foribus excubarent, nec ex Cæſaris præſcriptis omnia fierent, quibus rationibus, & non aliis, Epiſcopos vicerant, immo qui ſine hoc præſidio ne loqui quidem auderent, ita inhorruerunt & metu contracti ſunt, ut Presbyteros detinerent ultra diem condictam, cauſificationem interim turpem fingentes, ſe ob bella Perſarum venire non poſſe.* Huic Athanaſii loco addendus alius ex Apologia 2. *Cum igitur Romam perveniſſemus, Julius continuo ad Euſebianos literas ſcripſit, miſſis eo duobus ex ſuis Presbyteris, Elpidio & Philoxeno. Illi vero, ubi noſtram Romæ præſentiam audiviſſent, plurimum conturbati ſunt, quod contra ſpem eorum me Romam contuliſſem. Rejecto igitur itinere, futiles inaneſque tergiverſandi cauſificationes commenti ſunt.* Ex quibus habemus primo, Euſebianos ad Synodum Romanam evocatos non eſſe, niſi poſt adventum Athanaſii, qui currenti anno adſcribendus eſt. Secundo, Euſebianos perſuadere ſibi non potuiſſe, quod Athanaſius a Julio primo evocatus ſe Romam conferret, nec adventum Athanaſii percepiſſe, quam ex Julii primi legatis. *Illi vero*, inquit, Athanaſius, *ubi noſtram Romæ præſentiam audiviſſent, plurimum conturbati ſunt, quod contra ſpem eorum me Romam contuliſſem.* Tertio, Euſebianos nunquam crediſiſſe, Synodum Romæ habendam, præſente Athanaſio, niſi

Ariani ſeorſum iniqua decreta ſtatuunt.

rum ſuffragiis decreta, eorumdemque ſubſcriptione firmata: ſiquidem obnitentibus ac contradicentibus illis, ea omnia liquet ab Euſebianis, Imperatore favente eorumque votis pariter annuente, fuiſſe peracta. Eſt de his explorata certaque fides Julii Rom. Pont. dum in litteris poſtea ad eos ſcriptis plane teſtatur, ea tanto Epiſcoporum numero nonniſi triginta ſex impia illa decreta ſanxiſſe; ait enim (*a*): *Qui igitur ſunt qui contra canones agunt? nos ne, qui cum tantis rerum documentis virum excipimus; an qui ſolum ad triginta ſex ſuffragia eorum qui Antiochiæ fuere, externum hominem Epiſcopum ſalutarunt, eumque militari manu Alexandriam deduxerunt? quod ne tunc quidem factum eſt, cum Athanaſius in Galliam relegabatur; quod tum haud dubium factum fuiſſet, ſi vere pro damnato habitus eſſet.* Hæc Julius. Dicendum eſt ergo (quod accidiſſe quoque vidimus in Tyrio Conventu) Euſebianos vel clanculum ſeorſum ab aliis decreviſſe tam indecora atque ſcelesta, vel favore Imperatoris, nulla habita ratione refragantium majoris numeri Epiſcoporum, quod pauci illi ſtatuerent, ratum ac ſartum tectum haberi voluiſſe.

(a) Apud Athan. Apolog. 2.

VI. Cæterum qui Arianorum dolos præſenſerant, licet vocati, tamen intereſſe noluerunt. *Sed & inter alios* (inquit Socrates *b*) *qui haud longe diſtabat Maximus Epiſcopus Hieroſolymorum, qui Macario ſucceſſerat, neutiquam acceſſit; ratus, ſi acceſſiſſet, ſe compulſum iri Athanaſii abdicationi ſubſcribere. Quinetiam Julius Rom. Epiſc. neutiquam aderat, neque quemquam, qui eum locum suppleret, eo miſit; cum canon Eccleſiaſticus jubeat, non oportere abſque ſententia Romani Pontificis decreta Eccleſiis ſancire. Cogitur itaque Concilium Antiochiæ, præſente Imperatore Conſtantio, Marcello & Probino Conſulibus: quintus jam agebatur annus a morte Conſtantini, iſtorum Cæſarum Auguſtorum patris.* Hæc Socrates: ſed & Julius (*c*) per litteras conqueſtus eſt, nefas fuiſſe dicens, ab Euſebianis, pendente Romanæ indictione Synodi, aliud interim Antiochiam convocari Concilium.

(b) Socrat. l. 2. c. 5.

Epiſcopi Catholici abhorruere Arianorum conventum.

(c) Apud Athanaſ. Apolog. 2.

VII. Quæ porro in eadem Synodo acta ſint, Sozomenus (*d*) deſcribit his verbis: *Ubi vero omnes Epiſcopi in unum convenere, & Conſtantius etiam adfuit: complures eorum indignari, & graviter Athanaſium accuſare cœperunt; quod ſcilicet legem de ſacerdotio ſancitam, quam ipſi tulerant, contempſerat; quodque prius Eccleſiæ Alexandrinæ adminiſtrationem occupaverat, quam poteſtas eſſet ei a Concilio permiſſa. Adiecerant præterea, eum civibus cauſam mortis extitiſſe, propterea quod, cum in illam civitatem intraret, ſeditione excitata, multi occiſi, non pauci in judicium adducti eſſent.* Hæc de illatis in eum accuſa-

(d) Sozom. l. 3. c. 5.

Res geſtæ in Synodo Antiochena.

PAGIUS

niſi cum per Elpidium & Philoxenum ad diem condictum citati Eccleſiaſticum Conſeſſum fore audiſſent. Unde eos inhorruiſſe & metu contractos fuiſſe ſcribit Athanaſius in epiſtola ad Solitarios. Cum autem hæc omnia Euſebiani non perceperint, niſi poſt peractum magna ex parte Antiochenum Concilium, hoc ſcilicet anno circa menſem Junium, quo Elpidius & Philoxenus Antiochiam advenerunt, corruit plane fundamentum, ex quo Baronius Antiocheni Concilii cauſam deſumendam putavit, liquetque, Synodum Antiochiæ per Euſebianos habitam non eſſe, ut aliam Romæ jam indictam vitarent.

V. *Reſpondetur ad fundamentum Baronii.*

Negari quidem non poteſt, a Julio primo Euſebianos increpari, quod Synodi judicium præoccuparint; ſed per hoc non voluit Pontifex, Euſebianos Antiochiæ Synodum habuiſſe, ut ſic excuſarentur ab evocatione ad Romanam. Nam in ſuis ad Julium literis non excipiunt Euſebiani, ſe Antiochiam conveniſſe, neque ullam hac de re mentionem in eorum literis factam fuiſſe indicat Julius, qui optime norat, Euſebium cum aliquot Legatis Romam advenire potuiſſe; quantumvis Orientales Synodum eodem tempore celebraſſent Antiochiæ, ut hæc exceptio frivola fuiſſet, & plane invalida. Aliud itaque voluit Julius Papa, qui Euſebianos redarguit, quod cum auctores extitiſſent literarum ad Athanaſium tranſmiſſarum, ipſi pendente Romæ cauſa, Synodi judicium præoccuparint, & Athanaſium damnare præſumpſerint; quod ab iis contra regulam Eccleſiaſticam factum, recte urget ſummus Eccleſiæ Pontifex.

VI. Occaſionem itaque Antiocheni Concilii deſumendam ex dedicatione Templi Antiocheni, quod a Conſtantino Magno inchoatum, & hocce tempore ſub Conſtantio abſolutum, oſtendit Athanaſius in libro de Synodis, quando ait: *Antiochiæ novam Synodum per cauſam Encæniorum congerunt.* Idem habent Socrates lib. 2. cap. 8. & Sozomenus lib. 3. Prætextu itaque dedicationis Conſtantius Orientis Epiſcopos Antiochiam convocavit. Poſt pacem enim Eccleſiæ redditam Encænia celebrari conſueviſſe cum maxima Epiſcoporum frequentia, & in Quinquennalibus & id genus feſtis, certum eſſe debet. Atque hæc fuit occaſio Antiocheni Conventus, & cur Epiſcopi a Conſtantio Imperatore evocati ad dedicationem magnifici Templi Antiocheni. Verum eſt, non deeſſe, qui poſt Baronium tradiderint, ſtudio Euſebii Synodum Antiochiæ habitam, ut non Fides ſolum, ſed & diſciplina Eccleſiæ violaretur, ac Athanaſius Synodali ſententia Throno ejiceretur. Verum, quidquid Euſebius in mente habuerit cum quibuſdam ex ſuis, hoc totum vitio verti nequit Antiocheno Conventui, ad quem non Euſebiani ſolum, ſed & complures Catholici Epiſcopi advolarunt, ut ibidem Eccleſiam dedicarent, occaſione cujus Epiſcopi omnes ibidem coadunati pro dedicatione Concilium ibidem celebrare decreverunt. Unde hoc Concilium apud Athanaſium vocatur *in Encæniis*, & regulæ ſeu Canones Antiocheni in Canonum Collectionibus ſub eodem, aut ſimili titulo conſtituti leguntur. Habitum autem *Indictione XIV.* ut docet Athanaſius libro de Synodis, quæ a die primo Septembris anni Chriſti præcedentis cœpit, ideoque Encænia hæc ante Septembrem celebrata.

Antiocheni Templi Encænia concilio cauſa & occaſio.

Hæc

Google

cuſationibus Sozomenus. Cæterum ex Julii litteris ad eos ſcriptis conſtat alias quoque accuſationes ſuperius recenſitas his eſſe additas, immo & quæ in Tyria Synodo adverſus eumdem fuerant allatæ, & ab eiſdem doloſis artibus actitatæ, ingeſtæ fuerunt: idque eo conſilio, ut Athanaſium juſte depoſitum eſſe e ſua ſede omnibus demonſtrarent: quibus omnibus viſis, cognitis, & Euſebianorum calculo confirmatis, annuenteque pariter Conſtantio Imperatore, damnatione Athanaſii conclamata, quem in locum ejus ſubſtituant Epiſcopum Alexandrinum, exquirunt. Præfertur cæteris, quos contigit tunc adeſſe, ex ſententia Euſebii Epiſcopi Conſtantinopolitani, Euſebius Emiſenus, homo nondum ſacris initiatus. Quomodo autem acciderit eum tunc præſentem eſſe Antiochiæ, Sozomenus narrat, cum ſubdit.

VIII. Euſebius Epiſ. Emiſen. creatus.

*Una adfuit quoque Euſebius cognomento Emiſenus, genere oriundus ex Edeſſa, nobili civitate Oſroenorum, ab ineunte ætate (ut mos patrius fert) ſacris in litteris educatus, deinde litteris humanioris litteraturæ inſtitutus, idque a magiſtris qui illo tempore ibi ætatem degebant. Poſtea autem ab Euſebio cognomento Pamphili, & Patrophilo Scythopolis Antiſtite, interpretibus & magiſtris ſuis, ſanctos Scripturæ libros exquiſitius perdidicit. Qui profectus Antiochiam, ſimul ut Euſtathius forte propter criminationem a Cyro ſibi illatam abdicatus erat, conſuetudine Euphronii Euſtathii ſucceſſoris multum uſus eſt. Inde etiam, quoniam ſacris litteris initiari renuebat, Alexandriam conceſſit, ſcholaſque Philoſophorum ibi frequentavit: quorum diſciplinis accurate inſtitutus rediit Antiochiam, & cum Placito *, qui Euphronio ſuccedebat, commoratus eſt. Poſtea vero quam in ea urbe forte Concilium erat convocatum, ab Euſebio Epiſcopo Conſtantinopolitano ad ſedem Eccleſiæ Alexandrinæ capeſſendam deſignatus eſt: nam putabat illum tum propter piæ vitæ inſtitutionem, tum propter ſingularem in dicendo facultatem, animos Ægyptiorum a benevolentia, qua Athanaſium complectebantur, facile avocaturum. At ubi Epiſcopatum capeſſere recuſavit, ratione ſecum inita, quam paratum ie odium apud Alexandrinos incurreret, qui videre non poterant alterum in locum Athanaſii ſubrogatum; Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopatus Gregorio, Emiſenæ autem ei tributus eſt.*

* Placillo.

IX. Euſebii Emiſeni res geſtæ.

At quoniam digreditur Sozomenus ex rebus geſtis in Antiochena Synodo ad ea quæ poſt hæc dicto Euſebio Emiſeno contigiſſe tradit: nos quoque affectantes ejus veſtigia, ſic eadem recitabimus, ut tamen eumdem, in quibus turpiter errat, corrigamus. Cum igitur Euſebius Emeſam ad ſuam Eccleſiam ſe contuliſſet; *ibi* (inquit (*a*) Sozomenus) *tumultu oborto; cum eſſet ideo accuſatus, quod eam par-*

(a) Soz. ubi ſupra c. 8.

PAGIUS VII. *Synodus Antiochena credita Conciliabulum Arianorum.*

Hæc Synodus, ut Arianorum Conciliabulum, tam a Veteribus, quam a Recentibus impugnata. Baronius ita eam exponit, ac ſi cuncta ibidem ſtatuta, Geſta eſſent hominum Arianorum, a quo non diſcedunt Bellarminus lib. I. de Conciliis & Eccleſia cap. 6. Perronius in libro contra Angliæ Regem, aliique innumeri. Primus omnium hujus Concilii auctoritatem defendit Schelſtratius, oſtenditque, quadruplici titulo Synodum Antiochenam impetitam fuiſſe. Primo, quod Arianorum Conciliabulum fuerit. Secundo, quod Athanaſium depoſuerit. Tertio, quod Fidem perverterit. Quarto, quod diſciplinam Eccleſiaſticam impugnarit. Sed hæc quatuor non convenire primordiis Antiochenæ Synodi a nonaginta Patribus celebratæ, ſed fini, aut noviſſimis Antiocheni Conciliabuli a quadraginta circiter Euſebianis celebrati Actis, certum.

VIII. *Numerus Patrum Antiochenſium.* Baron. n. IV.

Numeroſum extitit hoc Concilium: Athanaſius enim in libro de Synodis ſcribit, fuiſſe *numero nonaginta* Epiſcopos, ubi eum loqui numero rotundo, colligimus ex Hilario Pictavienſi libro de Synodis adverſus Arianos, qui teſtatur, adfuiſſe Epiſcopos *nonaginta & ſeptem*: cui conſonant Auctor libelli Synodici & Nicephorus lib. 9. cap. 5. Ait Athanaſius libro de Synodis, *quod ab omnibus de hæreſi male audiebant.* Nec ſine fundamento; non ſolum enim Arianos homines, ſed ipſummet Arium in communionem admitti poſtularant alias Euſebiani: *Nihil eſt quod quis miretur,* inquit Baronius, *ſi Catholicos Epiſcopos cum Arianis audiat conveniſſe, atque communicaſſe ſimul in ſacris Encaeniorum ſolemnitatibus, unaque in eodem Concilio conſediſſe; quandoquidem Euſebiani haud palam ſe Arianos eſſe profitebantur,* &c. Quod autem hoc in Concilio Catholici reipſa communicarint Euſebianis Epiſcopis, fidem faciunt Antiqui, quorum aliqui cum Julio primo, Athanaſio, Socrate & Sozomeno teſtantur de Euſebianæ factionis Epiſcopis, alii autem de Sanctis Epiſcopis, qui huic Concilio adfuerunt. Hinc Divus Hilarius in libro de Synodis ſcripſit: *Congregata Sanctorum Synodus.* Hinc Concilium Chalcedonenſe Antiocheni Concilii regulas, ut *Patrum* regulas veneratum eſt. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus hujus Concilii Canones *Sanctorum Patrum* titulos vocat, & Petrus de Marca lib. 3. cap. 3. num. 2. ait: *Certum quidem eſt, Patres, qui Antiochia convenerant, majori ex parte Orthodoxos fuiſſe*; quæ & ſententia Baronii fuit.

IX. *Error vulgaris de numero Epiſc. Antiochenſium.* Baron. n. V.

Cæterum, crediderunt hactenus Eruditi ex loco Julii Pontificis, triginta ſex Euſebianæ factionis Epiſcopos huic Concilio adfuiſſe, cum ſcriptum reliquerit in ſua ad Euſebianos epiſtola: *Qui igitur ſunt, qui contra Canones agunt? Noſne, qui cum tantis rerum documentis virum recepimus? An qui ſolum ad triginta ſex ſuffragia eorum, qui Antiochia fuere? externum hominem Epiſcopum ſalutarunt.* Hinc Baronius deducit, *ex tanto Epiſcoporum numero nonniſi triginta ſex impia illa decreto ſanxiſſe.* Idem poſt Baronium Petavius lib. 13. de Doct. Temp. Petrus de Marca loco citato, aliique innumeri ſcripſere. Verum huic vulgari errori occurrit Valeſius Tomo 2. Obſervationum in Socratem & Sozomenum cap. 8. & ipſum Julii Pontificis locum depravatum fuiſſe animadvertit. Hæc verba Julii Papæ ad Orientales. *συνιστῶ τοίνυν τοῖς εἶναι εἰ παρὰ κανόνας πράξαντες, ἡμεῖς, οἱ μετὰ τοσαύτην ἀπο-*

partem aſtronomiæ, quæ rerum eventus prædicit, profiteretur; inde fugit, venitque Laodiceam ad Georgium illius Eccleſiæ Epiſcopum, neceſſarium & familiarem ſuum: qui cum eo profectus Antiochiam ad Placitum, & Narciſſum Epiſcopos, perfecit, ut Emiſam reverteretur. Plurimi illum fecit Conſtantius Imperator, ſecumque cum bellum contra Perſas geſturus eſſet, duxit. Fertur item, Deum multa per eum edidiſſe miracula, uti Georgius Laodicenſis teſtatur, qui cum iſta, tum alia præterea de eo commemorat. Verum iſte, licet inſignis eſſet, non tamen eorum effugit invidiam, quorum animos aliena virtutes vehementer excruciare ſolent: nam in crimen adductus eſt, quod Sabellii tueretur opinionem, cum tamen jam tum decretis Concilii Antiocheni ſuffragaretur. Hactenus de Euſebio Sozomenus, ſed mendaciter quidem multa, utpote accepta ab Ariano homine Georgio Laodiceno.

X. Euſebius Emiſenus Arianus. Ut enim omittamus illa de ſucceſſione Epiſcoporum Antiochenorum ſuperius diſputata: quod idem Euſebio Emiſeno piam tribuit vitam atque miracula, hæc omnia teſtificatione Georgii Laodiceni de eo plura ſcribentis; nimis facile rem tantam tali teſte dignam putavit, quæ ſuis ſcriptis commendaretur poſterorum memoriæ; & Ariano homini exiſtimavit eſſe credendum, Ariano itidem miracula tribuenti. In hac tam gravi tam leviter? Nonne hic ille Georgius olim presbyter Alexandrinus, qui ab Alexandro Epiſcopo Alexandrino tum ob Arianam hæreſin, tum etiam ob alia nefanda crimina e gradu dejectus eſt, & poſtea Euſebianorum arte, in Eccleſia Laodicena, defuncto Theodoto, factus fuit Epiſcopus? Sed & illud, quod ait, eumdem Euſebium invidiæ cauſa de Sabellianiſmo inſimulatum, unde, quæſo, id verum eſſe conſtare poteſt, cum certum ſit eumdem Euſebium fuiſſe Arianorum alumnum, ac perneceſſarium, Arianamque hæreſin Sabellianæ ex diametro repugnantem magno ſtudio conſectatum? Id quidem ejus vitæ conſuetudo in primis indicat, qua ſemper Arianis conjunctus fuit: quod majores non latuit, qui abſque ulla controverſia in Arianorum claſſem hominem rejecerunt: unde Sanctus Hieronymus (*a*) de eo: *Euſebius Emiſenus, Arianæ ſignifer factionis, multa & varia conſcribit:* At quænam hæc, alibi numerat, cum ait (*b*):

(a) Hier. in Chron. an. 10. Conſtantii.
(b) Idem de Script. Eccl. in Euſeb. Emiſ.

XI. Euſebii Emiſeni Libri. *Innumerabiles, & qui ad plauſum populi pertinent, confecit libros; magiſque hiſtoriam ſecutus, ab his qui declamare volunt, ſtudioſiſſime legitur: e quibus vel præcipui ſunt adverſus Judæos; & Gentes, & Novatianos, & ad Galatas undecim libri decem, & in Evangelia homilia breves, ſed plurimæ. Floruit temporibus Conſtantii Imperatoris, ſub quo & mortuus, & Antiochiæ ſepultus eſt.* Et apud

PAGIUS ἀποδείξατε τοῦ ἄλλα δεξάμενοι, ἢ οἱ ἀπὸ τριάκοντα καὶ ἓξ μονῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀνομάσαντές τινα ὡς ἐπίσκοπον ξένον, καὶ ἀποστείλαντες εἰς Ἀλεξάνδρειαν μετὰ στρατιωτικῆς ἐξουσίας, ideſt, inquit Valeſius: *Qui igitur, ſunt qui contra Canones agunt? Noſne, qui cum tantis rerum documentis virum recepimus? An qui a triginta ſex manſionibus Antiochiæ quemdam velut Epiſcopum externum hominem ſalutarunt, eumque militari manu ſtipatum Alexandriam miſerunt?* Ex qua accurata verſione apparet, Nannium male hoc modo vertiſſe: *Ad triginta ſex ſuffragia Antiochia Epiſcopum ſalutarunt;* indeque viros doctos, lingua Græca non conſulta, perperam deduxiſſe, triginta ſex tantum Euſebianos Antiochiæ congregatos Athanaſium depoſuiſſe, & Gregorium externum hominem in locum ejus ſuffectum, ibidem ut Epiſcopum Alexandrinum ſalutaſſe. Reprehendit itaque Julius Papa, inquit Valeſius, ordinationem Gregorii, eumque contra Canones Eccleſiaſticos Alexandriæ Epiſcopum factum eſſe aſſerit, qui non in urbe Alexandrina ordinatus fuiſſet, ſuffragante Clero & populo, ſed in urbe Antiochia, quæ triginta ſex manſionibus, ideſt, triginta ſex dierum itinere diſtat ab urbe Alexandria. Idem quoque vitium in ordinatione *Georgii* obſervat Athanaſius in epiſtola ad Solitarios pag. 860. qui a quinquageſima manſione miſſus eſt Alexandriam, ut Epiſcopatum illius loci gereret. Sed, & in Oratione 1. adverſus Arianos id ipſum objicit Athanaſius Arianis Epiſcopis, Cecropio ſcilicet, Auxentio, & Epicteto, quod licet octoginta manſionibus diſſiti, Epiſcopatum tamen ambierint earum urbium, quibus ignoti erant. Igitur prava interpretatio Baronium in errorem induxit. Ita Vir doctiſſimus emendat errorem Interpretis incaute confundentis vocem Græcam, μονῶν τῆς μονῆς, quæ *manſionem* ſignificat, cum μόνων, quæ von a μόνος derivata *ſolum* deſignat.

X. XL. Epiſcopi Ariani Synodo Antiocheno interfuere. Aliunde itaque numerus Epiſcoporum Euſebianorum, qui huic Concilio interfuere, petendus, ex Palladio ſcilicet, a quo numerantur Ariani, qui canonem a Theophilo tranſmiſſum Antiochiæ ediderant. Si enim ille ab Euſebianis duntaxat editus, conſtat manifeſte de numero Euſebianorum hac in Synodo coactorum. Porro *Palladius* ſancti Chryſoſtomi diſcipulus in Dialogo Romæ habito cum Theodoro ejuſdem Eccleſiæ Diacono: *Canones*, inquit, *quos Theophilus miſerat, a quadraginta complicibus Arii editos, atque ita continentes: Si quis Epiſcopus*, &c. Quadraginta itaque erant Euſebianæ factionis Epiſcopi, qui Antiochiæ convenerant. Palladio ſuffragatur Georgius Patriarcha Alexandrinus in Vita Sancti Chryſoſtomi a mille circiter annis ſcripta: *Joannes juſta reſponſione revicit Canones a Theophilo miſſos, ac rejecit, quod eos ita ſcripſiſſent, & obſervari juſſiſſent quadraginta Arianæ hæreſis.* Ex quibus liquet, quinquaginta Orthodoxos huic Concilio adfuiſſe juxta Athanaſium. Neque ex ſubſcriptionibus Epiſcoporum, quæ in aliquibus codicibus reperiuntur, concludi aliquid poteſt pro numero Patrum Antiochenſium; cum in pleriſque Codicibus tam editis, quam MSS. nulla reperiatur mentio numeri Epiſcoporum, qui huic Concilio interfuere, ut videre eſt apud Schelſtratium loco laudato cap. 2.

XI. Socrates lib. 2. cap. 8. hoc inprimis objiciendum

(a) Apud Theod. in Impatib.

pud Theodoretum (a) : *Eraniſtes dicenti hæc Orthodoxo, Euſebium fortaſſe audiſti, qui Emeſæ urbis ad Libanum fuit Pontifex ? reſpondit : Incidi in aliquot ejus ſcripta, & inveni eum valde conſentire cum Arii dogmatibus. Ad hæc Orthodoxus : Is erat illius ſectæ, &c.* At ſatis hæc ad Ariani hominis ſepulturæ gloriæ titulum : quem tamen alicubi, maxima auctoris inſcitia, qui ejus nomine quaſdam edidit homilias, invenimus nominatum eſſe beatum, & ab aliis (b) recenſitum perperam inter ſanctos : decepti hi omnes fuerunt Sozomeni auctoritate, quem ſcite oportuit confutaſſe, ne amplius ejus aſſertio exiſtat laqueus imperitis. Auctor quoque Socrates (c) eſt, eumdem qui ſupra Georgium Laodiceæ Epiſcopum Arianum ſcripſiſſe librum de Vita ejuſdem Euſebii, in quo tot tantaque de collega impietatis mendacia conſarcivit : ſed de his alias in Notis ad Romanum Martyrologium dixiſſe meminimus.

(b) Petr. de Natal. in Catal. San. l. 7. c. 63. Martyr. die 14. Aug.

(c) Socrat. lib. 2. c. 6.

XII. Redeamus jam ad res geſtas in Antiochena Synodo, in qua ubi recuſaſſet Euſebius Emiſenus in locum Athanaſii in Alexandrina Eccleſia ſubrogari, delectus eſt ab Euſebianis, (ut Socrates (d) atque Sozomenus (e) teſtantur) Gregorius eiſdem Ariani dogmatis impietate conjunctus : ſic enim eum, nempe Gregorium, non Georgium, nominant Ruffinus (f), Socrates (g), Sozomenus, & ante hos omnes Athanaſius in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes. Sed antequam progrediamur ulterius ; admonendus hic, lector, es, ob nominis quamdam ſimilitudinem, & alia plura ſimul convenientia, magnas inter ſcriptores veteres reperiri obortas ambages, dum interdum apud eos Georgius pro Gregorio uſurpatur, vel Gregorius verſa vice pro Georgio ponitur : quod quidem non tam hiſtoricorum imperitiæ, quam librariorum vitio tribuendum potius eſt ; cum tamen adeo vultu ſimiles potuerint quemque fallere vel ſapientem : quamobrem magna opus eſt diligentia, ut confuſa inter ſe nomina & res geſtæ liquido ab invicem diſcriminentur : alias enim in perpleaas & inſolubiles quæſtionum ambages atque inextricabiles labyrinthos invitus liceet quiſque ferri cogetur.

(d) Socrat. lib. 2. c. 6.
(e) Sozom. lib. 3. c. 5.
(f) Ruffin. l. 1. c. 19.
(g) Socr. & Sozom. ubi ſupra.

Gregor. Arian. Epiſc. Alex.

XIII. Conveniunt in primis (ut diximus) ea nominis ſimilitudine ; concordant etiam patria, cum tam Gregorium, quam Georgium fuiſſe Cappadoces, veteres ſcriptores tradant : de Gregorio enim mendoſe Georgio ſcripto teſtatur Athanaſius (h) ; de Georgio Gregorius Nazianzenus (i). Conſentiunt miniſterio pariter, dum uterque creatus eſt, alter poſt alterum ſuffectus in locum Athanaſii Epiſcopus Alexandrinus : ſunt quoque rerum geſtarum ſimilitudine minime diſpares, cum ſuo ipſorum uterque ingreſſu graſſatus fuerit in Catholicos Eccleſiæ Alexandrinæ, & in eos

Gregorii cum Georgio facta confuſio.

(h) Athan. ad Orthod.
(i) Greg. Nazianz. orat. in laud. Athan.

PAGIUS

dum duxit, quod neque *Maximus* Hieroſolymorum Epiſcopus, neque *Julius* Pontifex Romanus huic Synodo adfuerint. Eadem plane Sozomenus lib. 3. cap. 6. Ex quibus Baronius Antiocheno Concilio vitio vertit, quod eidem alterque non adfuerit. Verum jam ſupra oſtenſum, *Maximum* nullatenus fuiſſe ad Concilium vocatum, ſed ſolummodo ad feſtum Encæniorum, cujus mentionem in literis ſuis faciebat Conſtantius. Non venerit itaque *Maximus* Antiochiam, quid hoc obeſſe poteſt auctoritati Antiochenæ Synodi, ad quam expreſſe vocatus non fuit ? Neque dicas, longe majorem difficultatem eſſe de Julio primo, qui Orientales culpare videtur, quod ſe inconſulto Synodum celebrarant : *Primum enim*, inquit, *non decebat, cum nos ad celebrandam Synodum literas mitterremus, aliquos præoccupare judicium Synodi ; deinde non decuit novos iſtos modos contra Eccleſiam induci.* Et infra. *Cur igitur & inprimis de Alexandrina civitate nihil nobis ſcribere voluiſtis ? An ignari eſtis hanc conſuetudinem eſſe, ut primum nobis ſcribatur, ut hinc quod juſtum eſt, definiri poſſit ? Quapropter ſi iſtic hujuſmodi ſuſpicio in Epiſcopum concepta fuerat, id huc ad noſtram Eccleſiam referri oportuit. Nunc autem nos, quos certiores minime fecerunt, poſtquam jam egerint quod libuit, ſuffragatores ſuæ damnationis, cui non interfuimus, eſſe volunt. Non ita ſe habent Pauli ordinationes, non ita Patres docuerunt, ſed faſtus iſte & novum ſtudium eſt.* Atqui hæc eſt epiſtola, cujus Socrates meminit lib. 3. cap. 17.

Maximus Epiſc. Hieroſol. & Julius I. Synodo non interfuere.

Baron. n. VI.

XII. Verum multa ex Julio Socrates in medium adduxit, quæ Pontifex in ſua epiſtola non poſuit. Enimvero, quod Julius primus in epiſtola conqueritur, regulam Fidei clanculo ab Orientalibus Antiochiæ exiſtentibus adulterari, quod Socrates ex Julii epiſtola adducit, hic nullibi in ea habet. Unum, idque præcipuum, ſpectat, cauſam nimirum Athanaſii, pro qua terminanda ad Euſebianorum inſtantiam Concilium Romæ indixerat. Cum jam ad Concilium Athanaſius vocatus eſſet, & Legatio ad Euſebianos paratur, Euſebiani aliud Antiochiæ celebrarant, & in illo cauſam Athanaſii judicare præſumſerant, & de hoc ultimo Julius conqueritur, aliquos ſcilicet præoccupaſſe judicium Synodi. De Alexandrina inprimis civitate nihil ſibi perſcriptum fuiſſe urget Julius ; cum ea fuerit conſuetudo, ut cauſa Sedium Patriarchalium ad judicium Romani Pontificis referretur, quod illi inter omnes Epiſcopos de majoribus cauſis Primatus jure competeret decernendi auctoritas. Et ſic verum eſt, nihil in cauſa Athanaſii Patriarchæ Alexandrini potuiſſe decerni abſque Julii primi ſententia ; ut merito Antiochenum Concilium, ſi præoccupavit de cauſa Athanaſii judicium, irregulariter feciſſe dicatur. Attamen graviter erravit Socrates, dum Athanaſii cauſam Antiochiæ in Synodi primordiis judicatam conſcripſit ; cum non initio a nonaginta Epiſcopis, ſed poſt Synodum a ſolis Euſebianis dijudicata ſit, ut mox oſtendemus. Unde conſequens eſt, ipſam Antiochenam Synodum, quæ a nonaginta aut pluribus Epiſcopis celebrata eſt, culpandam non eſſe, ſed eam ſolam, quæ a ſolis Euſebianis poſt veram Antiochenam Synodum habita fuit, & Athanaſium depoſuit.

Duæ Synodi Antiochenæ diſtinguendæ.

XIII. Certe in Antiocheno Concilio edita ſunt de rebus Eccleſiaſticis probatiſſima per omnem Eccle-

eos armaverit infideles: verum & dogmate iidem, ambo nimirum deteſtabiles Ariani. Sed &, quod majus videri debet, quiſque eorum violenta morte diem clauſit extremum, occiſus uterque, diverſo quamvis tempore, a populo Alexandrino.

XIV. *Quibus diſtinctus ſit Georgius a Gregorio.* Cæterum licet iiſdem prope lineamentis iidem ferme vultus utriuſque reddantur: tamen complures ſunt differentiæ, quibus ab invicem diſtinguantur. Siquidem prior hic inſtitutus Antiochiæ Epiſcopus Alexandrinus in locum Athanaſii, Gregorius, & non Georgius revera nuncupatus habetur a Gregorio Nazianzeno, Athanaſio, Socrate, atque Sozomeno. At id quam diſertis verbis Athanaſius (*a*)? *Primum quidem* (inquit) *Gregorium, nunc deinde Georgium depeculatorem in Epiſcopatum mittunt*, &c. Ex quo quidem loco corrigendus eſt ejuſdem Athanaſii textus, in quem, ſive ſcriptorum, ſive typographorum vitio, Georgii nomen pro Gregorio frequenter irrepſit. Sed & tempora ipſa evidentius eoſdem conſtituunt diverſos, dum Gregorius ex Concilio Antiocheno ſedere cœpit hoc anno, Georgius vero cum iterum poſt Sardicenſe Concilium Athanaſio reſtituto atque dejecto, in locum ipſius fuit ab Arianis Epiſcopis ſubrogatus.

(*a*) *Athan. ad ſolitar. vitam agentes.*

XV. Cæterum ex teſtificatione Ammiani (*b*), neceſſe eſt eoſdem ab invicem diſcriminari patria: ſiquidem Georgius nequaquam Cappadox vere fuit, ſed Cilix, Epiphania Civitate oriundus, cujus meminit Plinius (*c*). In ſubſcriptione quoque Nicæni Concilii, inter Ciliciæ Epiſcopos recenſetur Amphion ejuſdem Civitatis Epiphaniæ Præſul. Ammianus enim de Georgio ait: *Natus in Fullio, nempe parente fullone, apud Epiphaniam Ciliciæ oppidum*. Quod vero ſpectat ad ſimiles ab utroque res geſtas; ex iis magna ambiguitas interdum exoriri contingat, cum præſertim eadem in eoſdem Alexandrinos videantur admiſſa: tamen ab utriſque illatæ clades, certis notis ab invicem diſtinguuntur: nam ad facinus perpetrandum in Eccleſiam Alexandrinam, diverſis ad illam invaſionem tyrannicam reperiuntur uſi eſſe miniſtris: ſiquidem Gregorius id fecit per Philagrium & Arſacium Magiſtratus, Georgius vero per Heraclium Comitem, Syrianum, & Fauſtinum: præterea Gregorius depoſitus eſt (ut ſuo loco dicemus) in Concilio Sardicenſi, ac poſt decem menſes occiſus: Georgius vero pervenit ad tempora Juliani Apoſtatæ, quando & ab Alexandrinis necatus atque diſcerptus eſt: rurſum Gregorius ex clero electus ad Epiſcopatum, Georgius ex Curia Imperatoris: quæ omnia diverſis in locis repetiuntur expreſſa apud Athanaſium in epiſtola ad Solitarios. His igitur hunc in modum perſpicue elucidatis, ea utemur optimo jure licentia, ut eum apud auctores

(*b*) *Ammian. l. 22.*

(*c*) *Plin. l. 5. c. 27.* *Georgius Cilix.*

PAGIUS

Decreta Synodi Antiochena ſalutaria. clefiam ſtatuta, & ante cetera duo Fidei Symbola ab Hilario Pictavienſium Epiſcopo non improbata. Neque dum illa ſtatuebantur, ſe Concilio intereſſe debuiſſe urget *Julius*, quod ſciret morem in Eccleſiis obtinuiſſe, hæc ſine prævia relatione decerni potuiſſe a Synodis, ut conſtabat ex primo Antiocheno Concilio, quod contra Paulum Samoſatenum Formulam Fidei conſcripſit, & ex Concilio Alexandrino ſub Alexandro Patriarcha, cui nec ſummus Eccleſiæ Pontifex per ſe aut per Legatos interfuiſſe legitur, uti nec omnibus illis Conciliis, quæ ante hanc Synodum Canones ediderunt. Harum Synodorum veſtigia inſecuta eſt Antiochena, cum de Fide tractavit, & Canones citra Julii Papæ præſentiam ſtatuit. Quæ dum peregit, verum & Orthodoxum Concilium fuit, cujus erat, non minus de Fide inquirere, quam de Diſciplina Eccleſiaſtica decreta condere.

XIV. *Prior Fidei Formula Synodi Antiochena* Baron. n. XVIII. Congregatis in unum nonaginta circiter Epiſcopis peracta primum dedicatio Templi Antiocheni, in qua ſolennitate Catholici æque communicarunt *Euſebio Nicomedienſi*, ac in ſimili ſolennitate Hieroſolymis celebrata Epiſcopi ſanctitate illuſtres *Euſebianis* communicarant. Hanc itaque occaſionem nacti Euſebiani, in præcipuis Fidei myſteriis cum Catholicis convenere, ut ſic Catholicos Epiſcopos in partes ſuas traherent, rati, ſe poſtea Athanaſium ſuis rebus ubique infeſtum Sede facilius dejecturos. Et quia ab omnibus de hæreſi male audiebant, inquit Athanaſius libro de Synodis, *variis modis alia aliter ſcripſerunt; quæ autem in una epiſtola ſcripſerunt, ſunt iſta*. Subdit poſt hæc primam Formulam Fidei, quam & Socrates lib. 2. cap. 10. refert, cujus initium eſt: *Nos neque ſequaces Arii ſumus*, &c. Putant omnes Recentiores, hanc epiſtolam ſeu Fidei Formulam Concilio Antiocheno adſcribendam, cum tamen ſolis Euſebianis attribuenda ſit ad Templi dedicationem Antiochiam confluentibus, & ſeſe ad Synodum præparantibus. Hic namque loquendi modus, *nos neque Arii ſectatores ſumus*, manifeſte declarat, Formulam ab impetitis de Arii ſequela Epiſcopis eſſe editam, quod in ſolis Euſebianis locum habere poterat, non vero in Orthodoxis Epiſcopis etiam Antiochiæ congregatis, quos nulla unquam ſiniſtra ſuſpicionis fama contaminarat. Cæterum, licet ea Formula Arianiſmum non ſapiat, in ea tamen *ſenſus adeo anceps & ambiguus eſt; ut nec ii qui Nicænam Synodum ſequebantur, compoſitionem verborum illius accuſare poſſent, quaſi verba ignota eſſent ſacra Scriptura*, ut inquit Sozomenus citatus.

XV. *Secunda Fides Formula Synodi Antiochena.* Baron. n. XX. & ſeq. Secunda Fidei Formula in Synodo Antiochena compoſita refertur ab Athanaſio in libro de Synodis pag. 892. & a Divo Hilario in libro etiam de Synodis. Eam ab Euſebianis ſubdolo animo editam, poſt Socratem & Sozomenum, exiſtimavit Baronius, quem paſſim alii ſecuti ſunt, quod Conſubſtantialitas Filii in ea Formula non exprimatur. Verum, ut notat Petavius in Animadverſionibus Epiphanianis ad hæreſim 72. non ſemper in Catholicæ Fidei Profeſſionibus, aut in convincendis Hæreticis, recenti adhuc Nicæno Concilio, teſſera illa Fidei, ac τῦ ὁμοουσίυ clara & diſerta Confeſſio ſolebat exigi. Exemplo ſit Urſacii & Valentis Arianæ factionis principum libellus, quem Julio Papæ obtulerunt, quo & erroris ſui veniam depreca-ti

Google

res, qui paſſim citantur, mendoſe Georgius pro Gregorio ſcriptus habetur, in eis ſic deſcribendis, ad perplexitatem & rerum confuſionem vitandam, Gregorium emendate reddamus.

XVI. Gregorius a quibus eligitur. Quod autem ad Gregorii electionem pertinet; etſi nonaginta ſaltem numero Epiſcopi in ea Synodo convenerint Antiochiæ; haud tamen (ut dictum eſt) ab omnibus ejus electio facta eſt, ſed paucorum dumtaxat ſuffragiis; de quibus hæc Athanaſius (a): *Ut igitur Arianus eſt Gregorius, ita & ab Arianis miſſus eſt, eumque nemo in Epiſcopum poſtulavit, niſi ſoli Ariani, ac proinde uti mercenarius & externus, &c.* In eamdem quoque ſententiam Julius (b) (uti diximus) triginta ſex tantum numero fuiſſe Epiſcopos tradit, qui externum, inquit, hominem Epiſcopum ſalutarunt. Quiſnam vero qualiſve hic antea fuiſſet, Athanaſius docet his verbis (c): *Ego autem quem jam pridem, cum eum Ariani ut fidum ſibi in Epiſcopum promovebant, ſcripto edideram, nemini veſtrum Catholicis Epiſcopis ignotum eſſe Gregorium, eumque merito a vobis pro impietate ſua excommunicatum eſſe, & anathema edicto Eccleſiæ proclamatum: nec alium eſſe cauſam cur eum Ariani pro Epiſcopo mittant, niſi ut denuo ex meis ſcriptis ſimilia convicia paterentur; barbara & exotica in me vi coorti:* idemque alibi de eodem cum agit, hæc habet (d): *Gregorii porro Cappadocis ab Alexandrina civitate ejecti nulla mentio rationque habenda eſt, ut hominis neque ex ſuperiore vita commendati, neque ullo modo Chriſtiani, ſed pro temporis conditione nomen Chriſtiani ſimulantis, & quæſtum religionem arbitrantis; ac proinde nemo de illo conqueri debet, ſi in fide labatur homo qui neque ſcit de quibus loquatur, neque de quibus affirmet.* Hoc quidem de Gregorio iſto, de quo agimus, eſſe intelligendum, quod ait ejectum de Eccleſia Alexandrina, declarat.

(a) Athan. ad ſolit.

(b) Apud Athan. Apolog. 2.

(c) Athan. ad Orthod.

(d) Athan. l. de Synod.

XVII. Julii Papæ querela. Porro de ejuſmodi Gregorii perperam facta in Epiſcopum Alexandrinum evectione, jure poſtea ad eos ſcribens conqueſtus eſt Julius Papa (e), cum inquit: *Prorſus ignoro quanam ratione facta ſunt, quæ facta ſunt. Primum enim (ſi verum dicendum eſt) non decebat, cum nos ad celebrandam Synodum litteras mitteremus, aliquos præoccupare judicium Synodi: deinde non decuit novos iſtos modos contra Eccleſiam induci: ubi enim eſt iſtiuſmodi Eccleſiaſticus canon, aut iſtiuſmodi traditio Apoſtolica; ut in pace agente Eccleſia, & Epiſcopis concordibus cum Epiſcopo Alexandriæ Athanaſio exiſtente, immittere Gregorium, peregrinum & externum hominem, neque Alexandriæ baptizatum, neque plebi cognitum, neque poſtulatum a presbyteris, cumque Antiochiæ crea-*

(e) Apud Athan. Apolog. 2.

PAGIUS ti ſunt, &, Ario damnato, Catholicam Fidem profeſſi. Extat apud Athanaſium Apologia a, in ea vero de ὁμοουσίῳ verbum nullum. Præterea Divus Hilarius hanc difficultatem ſibi objectam diſſolvit in libro de Synodis, ubi ait: *Minus forte expreſſe videtur de indifferenti ſimilitudine Patris & Filii Fides hæc locuta eſſe; maxime cum de Patre & Filio & Spiritu Sancto ita ſenſerit ſignificantem in nominibus propriam uniuſcujuſque nominatorum ſubſtantiam & ordinem & gloriam, ut ſint quidem per ſubſtantiam tria, per conſonantiam vero unum.* Hanc quæſtionem ſuo tempore motam poſtquam ita ſibi objecit Hilarius, poſtea hoc modo reſolvit: *Et primum ſciendum eſt, non adverſum hæreſim, quæ diſſimili ſubſtantia Patrem & Filium & Spiritum Sanctum auſa eſt prædicare, in Antiochia fuiſſe conventum: ſed adverſus eam, quæ poſt ſanctam Synodum Nicænam in id proruperat, ut tria nomina Patri vellet adſcribere, de qua ſuo loco tractabimus .... Volens igitur congregata Sanctorum Synodus impietatem eam perimere, quæ veritatem Patris & Filii & Spiritus Sancti nominum numero eluderet, ut non ſubſiſtente cauſa uniuſcujuſque nominis, triplex nuncupatio obtineret ſub falſitate nominum unionem, ut Pater ſolus atque unus idem atque ipſe haberet, & Spiritus Sancti nomen, & Filii. Idcirco tres ſubſtantias eſſe dixerunt, ſubſiſtentium perſonas per ſubſtantias edocentes, non ſubſtantiam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti diverſitate diſſimilis eſſentiam ſeparantes. Quod autem dictum eſt, ut ſint quidem per ſubſtantiam tria, per conſonantiam vero unum, non habet calumniam, &c.*

XVI. Ex hoc egregio Divi Hilarii loco non modo docemur de recta Fidei Formula Antiochiæ expoſita; ſed etiam de primordiis hujus Synodi hactenus a Viris doctis non intellectis. Cum enim hi arbitrentur, hanc Fidei Formulam ad everſionem Conſubſtantialitatis Filii editam in Arianorum favorem, occurrit huic fundamento Hilarius, & reponit, *non adverſus hæreſim, quæ diſſimili ſubſtantia Patrem & Filium & Spiritum Sanctum auſa eſt prædicare, in Antiochena civitate fuiſſe Conventum*, id eſt, Synodum Antiochenam coactam non fuiſſe adverſus hæreſim Arianam, cujus auctorem jam ante rejecerant, ſcribentes, ſe ab illo alienos eſſe, neque ſe unquam ſectatores ipſius fuiſſe, neque ſe cum Ario Filii Divinitatem negare, utpote qui credebant, illum verum eſſe Deum, prout in ſecunda Fidei Formula confirmabant, in qua dicunt, *Filium eſſe Divinitatis, ſubſtantiæ, & voluntatis, & conſilii, & gloriæ Patris incommutabilem imaginem.* Hæc autem omnia quantum Ariano dogmati repugnabant, non modo oſtendit S. Maximus Dialogo 3. de Trinitate; ſed & ipſi Ariani indicarunt, cum hæc ſuſtulerunt de Formula Fidei, quod in eis arguit Divus Athanaſius libro de Synodis. Nam cum in Encæniis promulgaſſent, *Filium eſſe ſubſtantiæ Patris ſine omni diſſimilitudine imaginem*, jurejurandoque affirmaſſent, ſe ita ſentire, & anathemate execrarentur, qui aliter ſentirent; ac præterea cum Iſauriæ ita ſcripſiſſent: *Non refugimus Fidem in Encæniis Antiochiæ editam, ubi nomen ſubſtantiæ adſcriptum invenimus velut horum omnium obliti, paulo poſt in ipſa Iſauria ſcripſerunt, ſe ὁμοούσιον & ὁμοιούσιον, hoc eſt Conſubſtantialem, & ſimilem ſubſtantiam rejicere .... ſi iſti, Acaci & Eudoxi, non refugitis in Encæniis promulgatam Fidem, & in ea ſcri-*

Hæc formula Arianis contraria.

creare Epiſcopum, atque inde deducere Alexandriam, non cum presbyteris aut diaconis Civitatis, non cum Ægypti Epiſcopis, ſed cum militibus? Hæc enim dixere & conqueſti ſunt, qui huc venerunt. Si enim poſt Synodum in culpa fuiſſet deprehenſus Athanaſius, non tamen oportuit creationem novi Epiſcopi ita illegaliter & præter canonem Eccleſiaſticum fieri; ſed in ipſa Eccleſia, & ex ipſo ſacerdotali ordine, atque ex ipſo clero ejus Provinciæ Epiſcopos conſtitui, & nequaquam ex illis qui nunc Apoſtolorum canones violant. Hæc Julius, ex quibus antiquus mos eligendi Epiſcopos ex gremio matricis Eccleſiæ reſeratur. Quando autem contigerit adventus Gregorii intruſi Epiſcopi Alexandriam, & qualis ille fuerit, ſuo loco dicemus.

XVIII. Poſt electionem autem Gregorii quid in Synodo actum ſit, Socrates (a) narrat, & ut apparet, accepit a S. Athanaſio in commentario de Synodis ſcripto; ait ergo: *Qua re confecta*, nempe Gregorii electione, *fidem commutare laborant. Qui tametſi nihil eorum, quæ in Concilio Nicæno acta ſunt, reprehendere volebant; re vera tamen fidem CONSUBSTANTIALIS per crebra Concilia labefactare & evertere, & alias aliter de fide decidere aggreſſi ſunt.* Ita ipſe. Verum Euſebiani non per hujuſmodi tantum cuniculos clandeſtine Nicænam fidei profeſſionem labefactare tentarunt; ſed & illud fuit eis in conſilio: ſcilicet, ne res ab eis tyrannice geſtæ, ut ab Arianis factæ, ab Orthodoxis irritarentur, & ab univerſo Chriſtiano populo invidiam eo nomine & odium ſuſtinerent; in eadem Synodo, callide & vafre ſe Arium deteſtari, ac procul ab ejus ſententia abhorrere, ſcripta fidei confeſſione, publice profeſſi ſunt. Subdit igitur Socrates: *Cæterum qua ratione iſta acta ſint, ſequenti ſermone oſtendemus. Porro epiſtola ab illis de fide Catholica prodita hæc eſt:*

(a) Socr. l. 2. c. 7.

Ariani occulte invadere ſtudent veram fidem.

XIX. *Nos neque ſumus Arii ſectatores (qui namque fieri poteſt, ut, cum ſimus Epiſcopi, Ario presbytero auſcultemus?) neque aliam fidem, quam quæ ab initio divulgata ſit, recipimus: ſed cum in fidem ejus ſtudioſe inquirere, eamque accurate expendere aggrederemur; Arium potius ad nos revertentem admiſimus, quam ejus opinioni ſumus ipſi obſecuti: idque ex iis quæ dicentur, facile cognoſcetis. Nam nos ab initio didicimus, in unum Deum totius univerſitatis, omnium rerum quæ tum mente, tum ſenſu percipiuntur, opificem & curatorem* * *credere; & in unum Filium Dei unigenitum, qui fuit ante omnia ſæcula, & una cum Patre, qui eum genuerat, extitit: per quem omnia viſibilia & inviſibilia facta ſunt: qui in noviſſimis diebus ſecundum Patris beneplacitum deſcendit, & carnem de ſancta Virgine aſſum-*

Euſebianorum prima fidei formula.

* creatorem.

PAGIUS

ſcriptum eſt, Filium ſubſtantiæ patris eſſe indifferentem imaginem, cur igitur Iſauria ſcribitis, Rejicimus vocem Conſubſtantialem? Si enim Filius ſecundum ſubſtantiam non eſt ſimilis Patri, quomodo ſine omni diſſimilitudine imago Patris fuerit? &c. Quibus verbis & ipſe Athanaſius docet, hanc ſecundam Fidei Formulam orthodoxam eſſe, & ipſis Arianis adverſam; tantum abeſt, ut in Fidei everſionem compoſita fuerit, ſicut exiſtimabat Baronius.

XVII. Quod ſcribit deinde Baronius, hanc Fidei Formulam ab Euſebianis duntaxat editam, erroneum eſt, & ex Athanaſii verbis male ſtabilitum. Cum enim illam Formulam ipſe Athanaſius contra Arianos urgeat, quaſi ipſorum hæreſim evertat, quis credet ab ipſis ſolis in propriam perniciem fuiſſe editam? Sane Divus Hilarius hunc errorem corrigit, dum ſcribit de hac Fidei Expoſitione Antiochiæ facta: *Quam expoſuerunt, qui affuerunt, Epiſcopi nonaginta & ſeptem.* Non itaque XXXVI. tantum Ariani Epiſcopi ut putavit Baronius, ſed LXXXX. vel quotquot Synodo affuerunt, eam Fidem expoſuere, etiam Catholici & ſanctitate præclari Confeſſores Epiſcopi *Paulus Neocæſareenſis & Jacobus Niſibenſis*, cæterique omnes, qui Nicæno Concilio adfuerant. Quare cum unus ex Epiſcopis in ſuſpicionem veniſſet, quod prava ſentiret, (quam pravitatem poſtea exponens Hilarius, dicit fuiſſe hæreſim illam, quæ poſt ſanctam Synodum Nicænam *in id proruperat, ut tria nomina Patri vellet adſcribere*) putat Baronius, hunc, contra quem ut ejuſmodi hæreſis promotorem actum eſt in hac Synodo, fuiſſe Gregorium. *Id puto*, inquit Baronius, *objectum Gregorio ea occaſione, quod eſſet tunc electus Epiſcopus.* Sed cum jam oſtenderimus, primo de Fide actum, & Gregorium ſubinde in fine Concilii electum, ideoque ne quidem fuiſſe Epiſcopum, dum quæſtio Fidei agitata eſt, is alius quiſpiam fuit, qui poſt Synodum Nicænam in id proruperat, ut Trinitatem confunderet, & tria nomina Patri adſcribere vellet. *Proruperat*, inquit, non invenerat aut primo fabricaret: nam fuit hæc hæreſis diu ante tempora Nicæni Concilii fabricata per *Noetum* Epheſi Epiſcopum, de quo Epiphanius hæreſi 57. a quo & dicit ortos Noetianos, qui palam dicebant, ſe ex Scripturis unum Deum noſſe: *Si itaque Chriſtus venit & natus eſt, ipſe eſt Pater, ipſe Filius, profecto ipſe eſt Deus.* Inter Noetianos ponit & Philaſtrius Sabellium Noeti diſcipulum, unde Sabelliani dicti. Hunc Sabellium putat Auguſtinus libro de Hæreſibus, fuiſſe famoſiorem inter Noetianos, hinc & poſtea Noeti ſequaces Sabellianos nuncupatos eſſe. Addit ex Philaſtrio, Sabellium & ſequaces eadem cum Noeto docuiſſe. Noetus autem, inquit Auguſtinus hæreſi 36. *dicebat Chriſtum eundem ipſum eſſe Patrem & Spiritum Sanctum.* Et hic jam habes hæreſim, contra quam poſt Nicæni Concilii tempora a quodam Epiſcopo innovatam Concilium Antiochenum initio exarſit. *Volens igitur*, inquit Hilarius, *congregata ſanctorum Synodus impietatem eam perimere, quæ veritatem Patris & Filii & Spiritus Sancti nominum numero eluderet, idcirco tres ſubſtantias eſſe dixerunt, ſubſiſtentium perſonas per ſubſtantias edocentes*, &c. Quin imo anathematizantes omnem hæreticam ſectam, quod præcipue intelligebant de Sabelliana, contra quam hoc Concilium congregatum. Hæc ſecunda Fidei *Formula Sancti Luciani* nomine edita, de quo immerito Sozome-

Synodus Antiochena adverſus Sabellianos coacta.

ſumpſit: qui omnem Patris ſui voluntatem explevit: qui paſſus eſt, reſurrexit, & ad cælos aſcendit, & ad dexteram Patris ſedet, & venturus eſt judicare vivos & mortuos, & Rex ac Deus in ſæcula permanſurus. Credimus etiam in Spiritum ſanctum: & ſi quid amplius adjungendum eſt. Credimus carnis reſurrectionem, & vitam æternam. Iſta cum in prima epiſtola ſcripſiſſent (ſubdit Socrates) *Eccleſiæ miniſtris cujuſque Civitatis miſerunt. At ubi paulo amplius Antiochiæ fuerant commorati* (per idem feſtum Encæniorum, ut ait Athanaſius *a*) *hanc fidei formulam quodammodo condemnantes, aliam de integro conſcribendam curarunt*, Quod enim jejune nimis viſi eſſent de Filii Dei divinitate egiſſe, ac proinde facile in ſuſpicionem venire potuiſſe Arianæ impietatis; aliam paulo poſt conſcribendam profeſſionem curarunt, qua illud potiſſimum effectarunt, nimirum ne viderentur novam edere fidem, affectatores ſe eſſe Apoſtolicæ traditionis, nec a ſubſtantiæ nomine abhorrere: fuit ergo his ferme concepta verbis (*b*):

(a) Athan. de Synod.

(b) Apud Socr. l. 2. c. 7.

XX. Secunda fidei formula in Synodo Antioc. ſcripta.

Credimus ſecundum Evangelicam, & Apoſtolicam traditionem, in unum Deum Patrem omnipotentem, rerum univerſarum opificem & fabricatorem. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium ejus unigenitum Deum, per quem omnia facta ſunt, genitum ante omnia ſæcula ex Patre, Deum de Deo, totum ex toto, ſolum ex ſolo, perfectum ex perfecto, Regem ex Rege, Dominum ex Domino, Verbum vivum, Sapientiam, Vitam, Lucem veram, veritatis Viam, Reſurrectionem, Paſtorem, Oſtium: cumque nec converti, nec mutari poſſe, expreſſam divinitatis, eſſentiæ, virtutis, conſilii, gloriæ Patris imaginem, Primogenitum omnis creaturæ: qui fuit in initio apud Deum, Deus Verbum (ſicut in Evangelio dictum eſt (c): Et Deus erat Verbum) per quem omnia facta ſunt, & in quo omnia conſiſtunt. Qui in noviſſimis diebus deſcendit de cælis, &c.

(c) Joan. 1.

XXI. Callida fraus Arianorum.

At quis tam oculatu, qui inter tot de Chriſto præconia, & divinitatis ejus ſigna atque certas expreſſas notas, exiſtimet aliquid reperiri in ejuſmodi fidei confeſſione, quod Catholico dogmati adverſetur? Cæterum ex his quæ docet S. Athanaſius de Nicænis decretis, perfacile in hoc erit reperire ipſorum mille fucatam artibus impoſturam, quam vel eo uno argumento deteges: Si enim Catholicæ ſe fidei profeſſores exhibent, quid opus eſt novam cudere fidei formulam, perſtante Nicæna; a qua deviaſſe, iſtud ipſum eſt, hæreticum eſſe? ſed odio proſecuti ſunt in illa vocem CONSUBSTANTIALIS, quam male demonſtrarunt videri voluiſſe in hanc ſuam ipſorum confeſſionem transferre; verum dum dicunt,

PAGIUS

menus lib 3. cap. 5. dubitavit; ſed quod in dubium non revocandum oſtendit Schelſtratius in Diſſert. 3. cap. 2.

XVIII. Tertia fidei formula in Synodi Antiochena.

Poſtquam hanc Fidei Formulam a Luciano Martyre conſcriptam nonaginta & ſeptem Epiſcopi expoſuere, *Theophronius Epiſcopus Tyanenſis*, inquit Athanaſius lib. de Synodis, *ejuſmodi Fidem a ſe compoſitam in præſentia omnium promulgavit, cui omnes, hominis religione approbata, ſubſcripſerunt*. Refert eam Athanaſius ibidem pag. 894. ejuſque tertiæ Fidei Formulæ hæc ultima verba: *Si quis igitur præter hanc Fidem docet, aut diverſa in animo retinet, anathema eſto, aut quæ Marcelli Ancyrani, Sabellii, aut Pauli Samoſateni ſunt, ſapiat, & ille quoque anathema eſto, & quicumque cum eo communicant*. Hanc ab Epiſcopis Orthodoxis ſubſcriptam nemo prudens negaverit. Quænam vero cauſa illius condendæ fuerit, petenda, ut videtur, ex obſcuritate prolixioris Fidei Formulæ a Luciano Martyre olim compoſitæ, in qua exponenda erant illa verba contra Sabellianos dicta: *Ut ſint quidem per ſubſtantiam tria, per conſonantiam vero unum*. Idque ut clarius appareat, eo D. Hilarium de Synodis: *Idcirco tres ſubſtantias eſſe dixerunt, ſubſiſtentium perſonas per ſubſtantias edocentes*. At ubinam hoc edocuerunt Patres Antiocheni, quam in ſubſcriptione Formulæ a Theophronio conſcriptæ, in qua omni obſcuritate ſepoſita confitentur Deum Patrem omnipotentem, Deum Filium, eumque *apud Patrem exiſtere in ſua perſona?* En id ipſum quod ſcribit Hilarius: *Subſiſtentium perſonas per ſubſtantias edocentes*. Et hæc cauſa fuit Formulæ a Theophronio compoſitæ, non tamen ſola. Nam ut omnia adverſæ hæreſeos fundamenta eradicarentur, tam hæreſeos auctoris Sabellii nomen, quam ipſius reſtauratoris anathematizandum erat; quod diſerte hæc Formula præſtat. Hincque etiam manifeſtum fit, verum eſſe quod ſcribit Hilarius, hanc Synodum non contra Arianam hæreſim, ſed contra Sabellianam poſt Nicænum Concilium redivivam, fuiſſe coactam.

Baron. n. XXIII.

XIX. Cauſa Marcelli Ancyrani in Synodo Antiochena agitata.

Ignoratum hactenus quiſnam fuerit ille Epiſcopus, occaſione cujus diſputatum fuit in hac Synodo, & de quo habet Hilarius: *Cum in ſuſpicionem veniſſet unus ex Epiſcopis, quod prava ſentiret*, unus ſc. ex Epiſcopis LXXXXVII. qui tunc aderant, qui ideo *Gregorius* eſſe non poteſt, qui nondum Epiſcopus erat. Schelſtratius hunc e tenebris eruit, & *Marcellum Epiſcopum Ancyranum* Galatiæ primæ Metropolitam fuiſſe, deducit ex verbis tertiæ hujus fidei Formulæ numero præcedenti laudatis. Is ad dedicationem Templi Antiochiam venerat. Licet enim anno CCCXXXVI. in Conciliabulo Conſtantinopolitano depoſitus fuiſſet, & in exilium miſſus, poſt Conſtantini tamen mortem, quemadmodum & alii Epiſcopi exules, Epiſcopatui ſuo redditus fuerat, ut expreſſe teſtatur Sulpicius Severus lib. 2. Hiſt. quidquid rem geſtam inordinate narret. Reverſo itaque Marcello, ejus Eccleſia eadem omnino paſſa, quæ Alexandrina poſt Athanaſii reditum; diviſus ſcilicet populus, & variis calumniis, ac erroribus impetitus redux ab exilio Epiſcopus, ut clare indicat Julius primus in epiſtola ad Orientales, qui id ipſum ex ipſo Marcello ſe accepiſſe dicit. Antiochiam ad Dedicationem Templi Antiocheni vocatus venit, ejuſque cauſa agitari cœpta: ita enim contra Aſterium ſcripſerat, ut in alium contra Fidem errorem ipſemet incideret. Hinc intelligimus

Filium imaginem eſſe ſubſtantiæ ſive eſſentiæ Dei, eo ſenſu quo accipiebant iſta illi, hæreſin confovebant: adeo longe aberant, ut Filium conſubſtantialem Patri ejuſmodi fidei Symbolo profiterentur; prout pluribus maniſeſte declarat (a), qui eos probe noverat intus & in cute Athanaſius. Huic igitur editæ ab eis fidei profeſſioni, appoſitis quoque in fine anathematiſmis, ſubſcripſerunt Euſebiani omnes, & inter alios (ut ait Socrates) Gregorius recens inſtitutus Epiſcopus Alexandrinus.

(a) *Athan. de Synod. contra hæreſ. Arian.*

XXII. Porro Sanctus Hilarius (b) hujus ſcribendæ fidei confeſſionis cauſam præceſſiſſe ait, quod unus ex Epiſcopis illis in ſuſpicionem adductus fuiſſet, prava ſentire: id puto objectum Gregorio ea occaſione, quod eſſet tunc electus Epiſcopus Alexandrinus, cum alioqui Euſebiani omnes eadem ſuſpicione laborarent: qui quidem Sanctus Hilarius (ut ex ſcriptis ejus colligitur) non tam Euſebianis, quam univerſæ Synodo nonagintaſeptem Epiſcoporum eam tribuit: ſed præſtat, ut Athanaſium auſcultemus, qui ab Euſebianis ejuſmodi profeſſionem fidei editam tradit, cum jam prioris editæ eos pœnituiſſet. Cæterum Hilarii editio paulum diverſa eſt ab ea, quæ apud Socratem & Athanaſium reperitur. Sed quod in hac fidei profeſſione Euſebiani licet non fuerint confeſſi Filium ejuſdem eſſe cum Patre ſubſtantiæ, ſed ſubſtantiæ Patris imaginem; hoc ipſum tamen iidem poſtea deleverunt. Quamobrem in eoſdem his verbis invectus eſt Athanaſius (c): *Cum in Encæniis promulgaſſent Filium eſſe ſubſtantiæ Patris ſine omni diſſimilitudine imaginem; jurejurandoque affirmaſſent, ſe ita ſentire, & anathemate execrarentur qui aliter ſentirent; ac præterea cum Iſauriæ ita ſcripſiſſent: Non refugimus fidem in Encæniis Antiochiæ editam; ubi nomen Subſtantiæ adſcriptum inveniar: veluti bonorum omnium obliti, paulo poſt in ipſa Iſauria ſcripſerunt, ſe ὁμοούσιον, & ὁμοιούσιον, hoc eſt,* CONSUBSTANTIALEM, *& ſimilem ſubſtantia, rejicere, ut vocabula aliena a ſacris litteris, & nomen ſubſtantiæ tollere, ut quod non in Scripturis reperiatur. Quis igitur poſthac eos Chriſtianos reputaverit? aut quænam denique fides apud eos, apud quos nulla nec verba, nec ſcripta robur habent, ſed omnia pro tempore mutantur & transformantur? Si tu, Acaci, & Eudoxi*

(b) *Hilar. de Synod.*

Novæ fidei editionis cauſa.

(c) *Athan. de Synod.*

PAGIUS mus Hilarii verba, quando ait, Confeſſionem Fidei in Antiocheno Concilio expoſitam, cum jam unus ex Epiſcopis in ſuſpicionem veniſſet, quod prava ſentiret, ſubnectitque, prorupiſſe poſt Nicænam Synodum. *Marcellus* enim circa annum CCCXXXVI. in ſuſpicionem venit, quod prava ſentiret, immo in Concilio Conſtantinopolitano ob librum continentem Pauli Samoſateni hæreſim, quæ negabat, Chriſtum fuiſſe Deum, & Sabellii errorem negantem Trinitatem perſonarum, condemnatus fuit. Quibus de duobus erroribus, cum apud Patres Antiochenos etiam in ſuſpicionem veniſſet, damnatus quoque fuit, ut liquet ex verbis tertiæ hujus Concilii Formolæ numero XVIII. recitatæ. Sed de *Marcello* plura anno ſequenti, quo Julio Papæ libellum Romæ obtulit.

XX. Antiocheni Concilii ad Encænia Canones XXV. referuntur, quos Bellarminus lib. I. de Conciliis cap. 6. exiſtimat conditos ab alio Concilio Catholico Provinciali Epiſcoporum triginta Antiochie celebrato. Addunt alii, hos Canones Antiochenos non magis videri ejus Concilii, quam contentos in Codice Canonum Africanæ Eccleſiæ Canones Carthaginienſes. Verum, cum levibus tantum conjecturis nitantur, & viginti quinque Canones illi huic Antiochenæ Synodo attribuantur in Codice Canonum Eccleſiæ univerſæ, edito ante tempus Concilii Chalcedonenſis, uti & in priſca Canonum Collectione Latina, quæ paulo poſt Concilium Chalcedonenſe prodiit, hac de re non videtur quæſtio movenda. Canones II. IV. V. & XII. tanquam doloſæ Euſebianorum technæ ab omnibus recentibus habiti, quod ſenſiſſe etiam videtur *Julius* I. in ſua ad Orientales epiſtola, Innocentius I. & Sanctus Chryſoſtomus. Cum enim Theophilus Patriarcha Alexandrinus ad cauſam dicendam Conſtantinopolim vocatus eſſet, Chryſoſtomum abſentem depoſuit, & in exilium mitti curavit; deinde tranſmiſit Canones quoſdam, quibus vetabatur, ne depoſitus a Synodo Epiſcopus iterum abſque nova Synodo miniſterium exercere auderet. Quem Canonem Chryſoſtomus apud Socratem lib. 6. cap. 18. contendebat, *non Eccleſiæ Catholicæ, ſed Arianorum Canonem illum eſſe: Epiſcopi enim olim Antiochiæ congregati ad evertendam Conſubſtantialis Fidem præ odio, quo adverſus Athanaſium flagrabant, eum Canonem condiderunt*. Sed nec Athanaſius juxta hoſce XXV. Canones depoſitus, nec Chryſoſtomus eos habuit pro Arianorum figmentis, sed pro veris Eccleſiæ regulis, ut infra oſtendetur. Mitto hic teſtimonia Chalcedonenſis Concilii, Ferrandi, Joannis Antiocheni, Dionyſii Exigui, Sancti Cæſarii Arelatenſis Epiſcopi, aliorumque plurimorum Antiquorum, apud Schelſtratium in Diſſert. 2. cap. 2. legenda. Sufficiat annotare, quotquot reperire eſt in Occidente & in Oriente, qui Canones expoſuerunt, aut Collectionem Canonum adornarunt, unanimi conſenſu Antiochenos tanquam legitimos agnoviſſe.

Canones Synodi Antiochenæ.

Baron. n. XXIX. & ſeqq.

XXI. Extant hujus Concilii Synodicæ literæ, quæ licet Canonibus præfixæ fuerint, poſt Canones tamen conſcriptæ. Baronius de hac Synodica cum XXIX. Epiſcoporum ſubſcriptione adjuncta tractans, ait, Euſebianos (ſuæ factionis Epiſcopis omiſſis) ſolos Catholicos, & inter illos *Jacobum Niſibenſem* inſcripſiſſe, demum verborum lenocinio fucatam epiſtolam Synodicam præmiſiſſe. Verum, unde nam habes Cardinalis doctiſſimus, hanc epiſtolam ab Euſebianis verborum lenocinio fictam Concilio Antiocheno fuiſſe præfixam? Ex Synodica ipſa ab eo recitata colligitur, hanc ab omnibus Antiochiæ congregatis Epiſcopis editam eſſe, & per totum terrarum Orbem tranſmiſſam. Auctor ſane ille qui circa tempora Leonis Papæ hujus nominis primi floruit, Synodicam illam pro genuina habuit, & ut talem Latinitate donavit; quod ſine ejus reprehenſione non contigiſſet, ſi epiſtola verborum lenocinio ficta Conciliabulo auctoritatem conciliaſſet. Eam itaque ab Antiocheno Concilio, cum Euſebiani zelum diſciplinæ Eccleſiaſticæ præ ſe fer-

Synodica Concilii Antiocheni.

Baron. n. XXXII. & XXXIII.

ni, non refugitis in Encaniis promulgatam fidem, & in ea ſcriptum eſt, Filium ſubſtantiæ Patris eſſe indifferentem imaginem; cur igitur Iſauria ſcribitis: Rejicimus vocem Conſubſtantialem? Si enim Filius ſecundum ſubſtantiam non eſt ſimilis Patri; quomodo ſine omni diſſimilitudine imago Patris fuerit? &c. Hæc ipſe, redarguens eos ſibi ipſis reperiri contrarios. Porro ejuſmodi ab illis editam fidei regulam, Luciani martyris titulo promulgatam fuiſſe, Sozomenus (*a*) tradit.

(*a*) *Sozom. l. 3. c. 5.*

XXIII. Sed nec tunc quidem ejuſmodi ſecundæ ab eis editæ fidei formulæ ſteterunt: *Theophronius enim Tyanenſis Epiſcopus* (inquit Athanaſius *b*) *aliam iſtiuſmodi fidem a ſe compoſitam in præſentia omnium promulgavit; cui omnes, hominis religione approbata, ſubſcripſerunt.* Quæ hæc eſt:

(*b*) *Athan. de Synod.*

Tertia fidei formula Antioch. edita.

Novit Dominus, quem teſtem adverſus animam meum invoco, quod credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, univerſitatis conditorem & auctorem, ex quo omnia. Et in Filium ejus unigenitum, Deum, Verbum, Potentiam, & Sapientiam, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem omnia: eumque genitum eſſe ex Patre ante ſaecula, Deum perfectum ex Deo perfecto, & apud Patrem exiſtere in ſua perſona, & ultimis diebus deſcendiſſe, genitumque ex Virgine eſſe ſecundum Scripturas: Et poſtquam homo factus eſſet, paſſum eſſe, & reſurrexiſſe a mortuis, & in Cælos aſcendiſſe, & ſedere ad dexteram Patris ſui: eumdemque iterum venturum eſſe cum gloria & potentia ad judicandum vivos, & mortuos; eumdemque permanere in ſaecula. Et in Spiritum ſanctum conſolatorem, Spiritum veritatis; quem etiam per Prophetam promiſit Deus ſe effuſurum ſuper ſervos ſuos, & quem Dominus diſcipulis ſuis pollicitus eſt, & ſecundum pollicitationem miſit, ut Acta Apoſtolorum (c) teſtantur. Si quis igitur præter hanc fidem docet, aut diverſa in animo retinet; anathema eſto: Aut quæ Marcelli Ancyrenſis, Sabellii, aut Pauli Samoſateni ſunt, ſapiat; & ille quoque anathema eſto, & quicumque cum eo communicant.

(*c*) *Act. 2.*

XXIV. At ſatis ne hæc illis viſa ſint, triplices jam novas fidei, eaſdemque inter ſe diverſas formulas edidiſſe? minime gentium. Ea quippe eſt hæreticorum natura, idque ipſis peculiarius inſitum, ut ſemper inſtabiles atque volubiles, ſua ipſorum arguantur inconſtantia, atque mobilitate damnentur

Hæretici inconſtantes.

PAGIUS ferrent, & per totum Orbem juxta receptum in Eccleſia morem tranſmiſſam, ipſa Synodica teſtatur. Ideoque viginti quinque Canones ex Majorum traditione in Eccleſia pro Eccleſiaſticis judiciis conſtanter adhibitos, longe veroſimilius eſt, quam per fraudem Eccleſiæ fuiſſe obtruſos, & vicinorum quoque temporum Epiſcopos Euſebianorum impoſtura fuiſſe deceptos; quod tamen omnibus Baronius perſuaſit.

XXII. Venio nunc ad cauſam *D. Athanaſii* poſt Synodum Antiochenam in Conciliabulo ab Euſebianis pertractatam. Socrates lib. 2. cap. 8. ait: *Euſebiani ante omnia Athanaſium calumniari ſtuduerunt.* Et poſtquam ſcripſit, in locum ejus Gregorium fuiſſe delectum, pergit: *His ita geſtis interpolaverunt Fidem.* Eadem habent, Sozomenus lib. 3. cap. 5. Auctor Vitæ Pauli Conſtantinopolitani apud Photium codice 257. & recentiores Hiſtorici ante Schelſtratium. Verum, ſicut Socrates poſt Synodum Antiochenam Euſebium Legatos ad Julium Papam miſiſſe tradidit, quod tamen ante Synodum contigit; ita initio Synodi rem Athanaſii pertractatam magno errore ſcripſit. Quod enim Athanaſii cauſa in fine tantum Concilii agitata ſit, ſuadet Conciliorum conſuetudo, juxta quam ad Conſtantium Imperatorem ſcripſit Liberius Papa, tunc de Athanaſii negotio in Synodo agendum, cum ante omnia Fidei cauſa diligenter fuiſſet tractata. Edidit hanc Liberii epiſtolam Baronius ad annum CCCLIV. Liberio conſonant Epiſcopi, qui a Valente Imperatore ſub exilii pœna in damnationem Athanaſii ſubſcribere juſſi, in Synodo apud Arelatum ac Biterras reſponderunt, *ut priuſquam in Athanaſium ſubſcribere cogerentur, de Fide potius diſceptarent: nec tum demum de re cognoſcendum, cum de perſona judicium conſtitiſſet*, ut habet Sulpicius Severus lib. 2. Quare incredibile eſt, Orthodoxos Eccleſiæ Antiſtites in Fide probatos, qui Concilio Niceno interfuerant, hanc nomini ſuo notam inuri paſſos, ut pendente Athanaſii cauſa Romæ, ipſam Concilii ſui initio contra Synodorum morem proponi permiſiſſent, &, quod pejus erat, in deponendo citra Juris ordinem Magno Athanaſio Euſebiania conſenſiſſent.

Conciliabulum Antiochenum adverſus Athanaſium.

XXIII. Sed Vulgaris error ex ipſis adverſariis evertendus. Socrates cum de Athanaſii depoſitione agit, lib. 2. cap. 5. dicit eum inprimis fuiſſe depoſitum, *quod decretum ab illis tum ſtatutum violaſſet, ſcilicet, quod abſque conſenſu & ſententia communis Concilii Epiſcoporum, gradum Sacerdotii denuo ſuſcepiſſet.* Eadem habet Sozomenus citatus. Quare ante Athanaſii depoſitionem aliquid præceſſerat, ſtatutum nimirum, vi cujus ipſum depoſuerunt. Quod ſi jam quæras ab adverſariis, quodnam fuerit illud ſtatutum? Omnes una voce reſpondent, eſſe Canonem XII. Antiochenum. Non igitur ab Athanaſii depoſitione Acta ſua Concilium Antiochenum inchoavit, ſed Canones prius ſtatuit; ideoque falſum eſt, Antiocheni Concilii Acta ab Athanaſii cauſa fuiſſe inchoata; cum non modo Fidem ante Canones Antiochiæ ſtabilitam admittant Scriptores univerſi; ſed & Canones ante depoſitionem Athanaſii in Antiocheno Concilio fuiſſe ſtatutos ipſi adverſarii vel inviti aſſerere teneantur. Aliter ergo, quam hactenus creditum, in Synodo Antiochena actum. In ea, poſt conditos ſumma animorum conſenſione XXV. Canones, & Synodica epiſtola munitos, *Euſebius* cum fautoribus ſuis exiſtimans, ſe ſufficientem pro Religione & diſciplina zelum monſtraſſe, cauſam Athanaſii proponere aggreſſi ſunt; præſertim cum jam a Macario, Heſychio, & Martyrio Roma Antiochiam reverſis percipere potuerunt, rem hanc coram Sedis Apoſtolicæ tribunali minime ad votum ſucceſſuram. Patet id ex luculentiſſimo teſtimonio Julii Papæ primi, qui in ſua ad Euſebianos Antiochiæ congregatos epiſtola ſcriptum reliquit: *Si enim poſt Synodum in culpa fuiſſet deprehenſus Athanaſius, non tamen*

Poſt conditos canones Athanaſii cauſa agitata.

Baron. n. XXIX.

(a) Iſaia. 47. (b) Job. 24. (c) Gen. 4. (d) Job. 5.

tur : Non eſt enim ſolium filiæ (a) Chaldæorum ; adeo ut nullo valeant loco conſiſtere, & ſtatutæ ab ſe ſemel firmiter inhærere ſententiæ ; ſed juxta illud divinæ Scripturæ (b) : *Leves ſunt ſuper faciem aquæ* ; atque inſtar Cain (c), a veritate ſponte exulantes, vagi ac profugi ſemper incerti a ſua ipſorum ferantur inſania. Cum enim nonniſi una veritas ſit : ab ea qui ſemel exciderint, ſemper dubios, nutantes, & anxios incerta ſede vagari continget ; &, ſecundum illud ſanctiſſimi Job (d) : *Ambulant ſuper vacuum, & peribunt*. Qui igitur tres inter ſe varias in eadem Synodo ediderunt, aliam poſt aliam, fidei confeſſiones, quas ſingulas probarunt, & ſubſcripſerunt ; addiderunt his omnibus quartam paulo poſt, anno illo necdum elapſo ; teſtatur id quidem Sanctus Athanaſius, qui triplicibus illis formulis recitatis, iſta ſubdit :

XXV. Quartam fidei formulam ſcribunt Euſebiani.

Hæc cum Antiochiæ per tempora Encæniorum egiſſent ; ne tum quidem arbitrati ſatis perfecte fidem ſuam conſcriptam eſſe, utpote homines turbidi fluctuantique animo, aliud ſcripturæ genus de fide poſt aliquot menſes conficiunt, amandantque in Gallias Narciſſum, Marim, Theodoram, & Marcum ; qui quaſi a Synodo emiſſi, iſta beatæ memoriæ Conſtanti Auguſto, cæteriſque qui ibi aderant, tradiderunt. Sic refert Athanaſius. Fuerunt autem Legati ejuſmodi ab Antiocheno Concilio miſſi in Occidentem ad Conſtantem Imperatorem, qui primi inter eos videbantur Epiſcopi impietate præſtantes, eo nimirum fulti conſilio, ut quemadmodum Conſtantium Orientis Imp. Hæreſis caſſibus incluſiſſent, ſic & eum qui Occidenti præeſſet Auguſtus, iiſdem artibus capelvarent, fieretque, ut cum eis univerſus Chriſtianus Orbis duceretur ab Ariana impietate captivus, ſicque, juxta divinum oraculum, immolarent ſagenæ ſuæ (e), & ſacrificarent reti ſuo. Tanta ergo re concepta, ad tam immane facinus peragendum diliguntur ab eis in primis veternoſus hæreticus, antiquus Arianus, atque Ario plane connatus, Narciſſus Neroniadis in Cilicia Epiſcopus, quem Athanaſius (f) ad omnem impietatem audaciſſimum nominat ; Maris Epiſcopus Chalcedonenſis, qui Narciſſum ſuperabat in propaganda Ariana hæreſi diligentia ; Theodorus Heracleæ (quæ & Perinthus dicitur) Epiſcopus, pollens male parta ad

(e) Hab. 1. Euſebianorum legatio in Occidentem. (f) Athan. orat. 1. cont. Arian.

PAGIUS

oportuit, ordinationem novi Epiſcopi ita illegaliter & præter Canonem Eccleſiaſticum fieri. Scribit hæc Julius primus anno ſequenti, cum præſenti Euſebiani Antiochiæ Athanaſium depoſuiſſent, cujus depoſitionem narrans in citata ad Euſebianos epiſtola rem facti deſcribit. Notanda autem ejus verba : *Si namque poſt Synodum culpæ obnoxius repertus fuiſſet Athanaſius* ; ac ſi diceret, poſt Synodum Athanaſium reum fuiſſe habitum, & novum Epiſcopum Gregorium *illegaliter, ac præter Canonem*, tunc intruſum.

XXIV. Canon ui cujus depoſitus Athanaſius. Baron. n. XXX. & XXXI.

Quæſitum ſæpius fuit, quiſnam ſit Canon ille cujus Socrates & Sozomenus meminerunt, & quem ſcribunt, jam tum Antiochiæ fuiſſe ſtatutum. Reſpondet Baronius, fuiſſe Canonem XII. Antiochenum *de damnatis Epiſcopis aut Clericis adeuntibus Imperatorem* ; cujus Canonis verba ita abbreviavit Epitomator Græcus : *Depoſitus, ſi Imperatori moleſtiam exhibuerit, majorem petat Synodum, ejuſque decreto acquieſcat. Si vero & rurſum agere tulerit, reſtitutionem nec aſſequatur*. Baronius conſequenter ſtatuit, hunc Canonem illum eſſe, quem Innocentius primus ut Hæreticorum commentum habuit, & Catholicis Canonibus addendum non eſſe, cenſuit. Baronium alii omnes poſtea ſecuti ſunt. Verum Canon ab Innocentio & Chryſoſtomo reprobatus ab illo valde diverſus ; rejicitur enim etiam a Palladio Helenopolitano Epiſcopo, Chryſoſtomi diſcipulo, qui illum in Vita Chryſoſtomi his verbis exhibet : *Si quis Epiſcopus aut Presbyter ſive juſte ſive injuſte depoſitus, ex ſe ipſo abſque Synodo ſuam Eccleſiam redierit, hic jam excuſationis non habeat locum, ſed omnino expellatur*. Is Canon a Theophilo quondam Chryſoſtomo objectus in odium Athanaſii conditus fuit, ſed inter viginti quinque Antiochenos ab Eccleſia approbatos nuſquam legitur. Canon XII. agit de his, qui degradati ad Imperatorem recurrunt ; de his non agit Canon a Palladio citatus ; nec ſimiliter de modo adeundi Imperatorem, ut agit Canon undecimus, quem duodecimus continuat & confirmat. Denique ſcribit Palladius, *Canones, quos Theophilus miſerat, a quadraginta complicibus Arii editos*. Quare, cum certo conſtet, nonaginta aut plures Epiſcopos adfuiſſe Concilio Antiocheno, quis non fatebitur, Catholicis a factione Euſebii ſeparatis, ſolos Euſebianos contra Athanaſium ſeorſim egiſſe, donec immutato Canone Antiocheno, & in pravum ſenſum expoſito, cauſam ſe inveniſſe exiſtimarunt, ob quam Fidei Athletam deponerent ?

XXV. Ab Euſebio Nicomed. confictus.

Sciebat Euſebius Nicomedienſis, Athanaſium in Tyrio Concilio damnatum, abſque nova Synodo poſt Conſtantini Magni obitum hujus filiorum decreto Epiſcopatum recuperaſſe. Quia vero inter Canones Antiochenos, Canone, ordine quarto, decretum erat : *Epiſcopus a Synodo depoſitus, ſi ſacra celebrare auſus fuerit, redeundi poteſtatem non habeat* ; & Canone XII. ſtatutum, Epiſcopum a Synodo damnatum, non ad Imperatorem, ſed *ad majorem Synodum* cauſæ ſuæ cognitionem deferre debere. Ex hiſce duobus in ſiniſtrum ſenſum pertractis unum conflavit Euſebius, & cum quadraginta factionis ſuæ Epiſcopis eum Canonem edidit, qui inter XXV. Antiochenos nullatenus reperitur ; ſed a Palladio, Georgio Patriarcha Alexandrino & Metaphraſte in Vita Chryſoſtomi adducitur. Statuerunt in eo Euſebiani, juſte aut injuſte depoſitum non poſſe ſine nova Synodo ſacrum miniſterium reſumere. Injuſte autem depoſiti non meminerant Patres Antiocheni Canone IV. ad quem hiſce verbis Euſebiani reſpicere videbantur. Unde Georgius Alexandrinus Canonem hunc a Theophilo adductum vocat *adulterinum & falſi nominis ſcripturam*, quod verba Canonis IV. adulteraret, & injuſte depoſitum ſine nova Synodo Thronum ſuum recuperare non poſſe decerneret, cujus nec Canon quidem Antiochenus meminerat. Statuerunt ſubinde Euſebiani : *Qui ſine nova Synodo Thronum ſuum recuperat, expellatur*. &

de-

Google

ad decipiendum Fideles ſcientia; & Marcus Epiſcopus Arethuſius, ad doloſa impertienda conſilia alter Achitophel (a) nominandus. His igitur tanti ponderis legatio a ſceleratorum factione decernitur, daturque illis, haud dubium litteris adjuncta Conſtantii, quam ad Conſtantem Auguſtum perferant, ſtatuta ab iis Antiochiæ noviſſime formula fidei: ipſam autem his verbis conceptam S. Athanaſius recitat (b):

(a) 2. Reg. 15. & 16.

(b) Athan. de Synodo Arimin.

XXVI. Quarta formula novæ fidei Synodi Antiochenæ.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, conditorem & factorem rerum, ex quo omnis paternitas & in cælis & in terris nominatur. Et in unigenitum ejus Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ante omnia ſæcula ex Patre genitum, Deum ex Deo, lumen de lumine, per quem omnia facta ſunt in cælis & in terris, ſive ea viſibilia ſint, ſive inviſibilia: eumdemque verbum eſſe, Sapientiam, Virtutem, Vitam, & veram Lucem: qui propter nos poſtremis temporibus homo factus eſt, & genitus ex Sancta Virgine: eumdemque credimus crucifixum, mortuum, ſepultumque, tertio die ex mortuis reſurrexiſſe, aſſumptumque in cælum, reſidere ad dexteram Patris, & venturum eſſe in conſummatione, ut judicet vivos & mortuos, reddatque ſingulis ſecundum opera ſua. Cujus regnum indeſtructibile permanet per infinitas ætates: Sedet enim ad dexteram Patris non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Credimuſque in Spiritum ſanctum, hoc eſt, Paraclitum; quem pollicitus Apoſtolis, poſt reditum ſuum in cælos, miſit, ut eos erudiret, omniaque illis in memoriam ſubjiceret: per quem animæ ſanctificantur, quæ in illum ſinceriter credunt. Eos porro qui dicunt, Filium ex non ente, aut alia ſubſiſtentia, & non ex Deo eſſe; aut, erat quando non erat Filius: alienos a ſe cenſet Catholica Eccleſia. Hactenus quarta deſcripta ex Antiocheno Concilio fidei confeſſio. Diverſum ab his omnibus eſt illud Symbolum Antiochenum, quod recitat Caſſianus contra Neſtorium (c) agens, in quo eadem Filii cum Patre conſubſtantialitas aſſeritur, non ab his, ſed a Catholicis editum.

(c) Caſſian. de incarn. Dom. l. 6.

XXVII. Catholici Epiſcopi Euſebianis adverſati ſunt.

Porro hæc omnia ſcripta & edita fuerunt ab Euſebianis tantum, ab illis, inquam, trigintaſex Epiſcopis, qui in Athanaſii damnationem & Gregorii ſuffectionem turpiter conſenſerant: obnitentibus haud dubium reliquis Nicænæ fidei profeſſoribus, inter quos eminebat magnus ille Jacobus Epiſcopus Niſibita, qui inter paucos illos, qui reperiuntur ſcripti ante canones Concilii Antiocheni, connumeratur. Paſſurus ne æquo animo erat magnus Jacobus Nicænam profeſſionem infringi, verbumque CONSUBSTANTIALIS penitus aboleri? qui (ut ſuo loco ſuperius dictum eſt ex Gennadio (d) poſt multos labores atque certamina pro Concilii Nicæni defenſione ſuſcepta, & fideliter exantlata, de hoc ipſo: Quod Chriſtus Filius Dei ſit, & conſubſtantialis Patri, præclarum commentarium ſive antea ſcripſerat, ſive poſt hæc ad horum redarguendam temeritatem confecit: quod magis credimus, cum antehac nulla ſuæ perfidiæ ſcriptis Euſebiani edidiſſent publica monumenta. Cur autem noviſſima hæc ab eiſdem quarta fidei regula ibidem Antiochiæ

(d) Gennad. de viris illuſtr. c. 1.

PAGIUS

domum in exilium relegatur, ut videre eſt apud Georgium Alexandrinum. Canon autem XII. qui majoris Synodi meminerat, etiamſi damnatum a Synodo, ſi Imperatorem adeat, nulla venia dignum conſtituat, de exilio tamen ne verbum quidem fecerat; adeo ut Euſebianos in Canone ſuo hoc ipſum Canonis XII. verbis addidiſſe in odium Athanaſii, in cujus exilium unice conſpirabant, manifeſtum videatur. Hinc intelligimus quid ſibi voluerit Georgius Alexandrinus, cum in Vita Chryſoſtomi, allato Euſebianorum Canone, addit: *Et hic quidem Canon tanquam illegitimus & a jure diſſentiens de relegando in exilium, in Sardicenſi Synodo declaratus eſt.* Notanda ſunt illa verba, *de relegando in exilium*, quæ a Synodo Sardicenſi ſpecialiter fuiſſe reprobata ſcribit Georgius, quod ſciret, hæc ipſa ab Euſebianis in odium Athanaſii contra jura & Eccleſiæ decreta fuiſſe adjuncta. Hæc omnia ex præſtantiſſimo Opere *de ſacro Concilio Antiocheno* a Schelſtratio V. C. elucubrato ſummatim exſcripſimus, quæ fuſius pertractata apud ipſum videri poterunt.

XXVI. Epiſtola S. Athanaſii ad Orthodoxos.

Quia exiſtimabat Baronius, Synodum Antiochenam ab Athanaſii cauſa inchoatam fuiſſe; ideo prius de ea, quam de aliis Synodi Actis, illi agendum fuit. Nos vero majoris claritatis gratia, rebus, eo ordine quo geſtas eſſe credimus, explicatis, quæ prætermiſimus, nunc percurremus. Extat Athanaſii epiſtola ad Orthodoxos, *cum per Arianos perſecutio fieret*, ut in ejus titulo legitur. In ea *Georgii* nomen identidem legitur. Putat Baronius, quæ illic narrantur ab Athanaſio, *Gregorii* potius invaſioni convenire, quam *Georgii*, qui anno trecenteſimo quinquageſimo ſexto Sedem Alexandrinam occupavit; ideoque *Georgii* nomen loco *Gregorii*, in illam epiſtolam perperam intruſum eſſe. Baronio adhæret Hermantius in Vita Gallica S. Athanaſii lib. 5. cap. 14. eo præcipue fundamento fretus, quod ex ea epiſtola pag. 946. & 947. appareat, Athanaſium feria ſexta majoris hebdomadæ adhuc Alexandriæ fuiſſe; cum tamen ex epiſtola ejus ad Solitarios pag. 867. eum die nona Februarii ex ea urbe egreſſum conſtet. Unde infert Hermantius, epiſtolam ad Orthodoxos ad invaſionem Gregorii, quæ currenti anno contigit, non vero Georgii, referendam eſſe.

Baron. n. XVI.

XXVII. Non adverſus Gregorium intruſum, ſed adverſus Georgium poſtea intruſum ſcripta.

Verum ea ad Orthodoxos epiſtola non in prima, ſed in poſteriori invaſione ſcripta. Poſtquam enim Athanaſius in ea ad Orthodoxos epiſtola ſcripſit, *Georgium*, utpote Arianum, Arianis duntaxat faviſſe, Catholicos vero tanquam extraneos & alienos inſectari ſolitum, hæc ſubjungit, ex verſione Valeſii. (Nannius enim Latinus Interpres ſenſum Auctoris ſui minime eſt aſſecutus, id quod Baronio, cæteriſque fraudi fuit) *Nam quoniam Gregorium*, inquit Athanaſius, *quem antea Euſebiani Arianum Epiſcopum conſtituerant, poſtquam de illo ſcripſiſſent,* omnes

chiæ non ſtatim, ſed conſcripta poſt aliquot menſes a prioribus fuerit: nulla quidem, quam opinari poſſimus, cauſa nobis occurrit, niſi ingruens Antiochiæ terræmotus, quo anno ſuperiori quo ejuſmodi Synodus indicta eſt, & præſenti quo eſt celebrata (ut ſuperius demonſtravimus) vehementer eſt afflictata: adeo ut defuerit facultas inita ſemel comitia frequentius celebrandi: hiſce ſane auſpiciis decuit recentes Euſebianorum fidei regulas ſanciri ac promulgari, quarum cauſa univerſus Catholicus contremuit atque plane concuſſus eſt Orbis.

XXVIII. Quatuor ſimul fidei regulæ apud Euſeb. Cæterum quod ad eaſdem quatuor inter ſe diverſas ſcriptas ab eis Antiochiæ fides pertinet; illud quoque admiratione dignum, quod non ſic quidem poſterior cum ſcripta eſt, prior ab illis juſſa eſt aboleri, ut (quod par erat, cum nonniſi una poſſet eſſe vera fides) ſecunda primam, tertia ſecundam, ac denique quarta tertiam ſua ipſorum aſſertione delerent, ſed ſinerent eaſdem omnes integras permanere; ea nimirum calliditate atque vaſritie, ut pro temporis atque loci ratione, quæ ſibi opportunior videretur, ea illis quatuor unam ederent: quod feciſſe Legatos ipſorum ad Conſtantem miſſos, Sozomenus (a) affirmat. At de his ſuo loco dicendum. Vides igitur quot indigeat velamentis ad ſuam ipſius turpitudinem contegendam mendacium; cum ſincera veritas ſuomet pro indumento candore nitens, honeſtiſſima, qua pulchrior redditur, gaudeat nuditate.

(a) Sozom. l. 3. c. 14.

XXIX. Canones Synodi Antiochenæ. Reperiuntur ejuſdem Concilii canones vigintiquinque: verum quod ab Euſebianis inſtituti eſſent; ab antiquioribus, cum citarentur in judicio, rejecti fuerunt; ut accidit in cauſa S. Joannis Chryſoſtomi; qui ſemel ab adverſariis in Concilio depoſitus, cum reſtitutus eſſet poſtea pariter ab Epiſcoporum Synodo; illam reſtitutionem ea ea cauſa ab adverſariis objectum eſt nullius fuiſſe momenti, quod ſcilicet contra canonem Eccleſiaſticum Concilii Antiocheni ad ſedem reverſus eſſet; cum per eum ſanciatur, ut depoſitus in Concilio, nonniſi per Concilium majoris numeri Epiſcoporum poſſit a ſententia, qua fuerat condemnatus, abſolvi. Rem geſtam ſic narrat Socrates (b): *Epiſcopi qui tunc aderant, non de alio crimine quæri, ſed hoc ſolum in judicium adduci oportere dixerunt; nimirum quod poſt abdicationem, abſque Concilii ſententia, ipſe ſeſe in ſede Epiſcopali collocaverat. Ubi Joannes reſpondit, quinquaginta Epiſcopos, qui cum ipſo communicaverant, ei in illa re ſuffragatos fuiſſe. Leontius contra, At plures, inquit, tibi in Concilio refragati ſunt. Rurſus cum Joannes diceret, hunc canonem non ad illorum Eccleſiam, ſed ad Eccleſiam Arianorum pertinere (nam qui Antiochiæ ad fidem* CONSUBSTANTIALIS *tollendam convenerant, præ odio adverſus Athanaſium concepto, hunc canonem ediderant) ejecto illius reſponſo, contra eum ſententiam pronunciarunt, illud neutiquam animis complexi, quod qui hoc canone uſi fuiſſent, etiam Athanaſium abdica-*

(b) Socrat. l. 6. c. 16.

PAGIUS *omnes vos Eccleſiæ catholicæ Epiſcopi jure merito ob impietatem anathemate percuſſiſtis & abdicaſtis, quemadmodum probe ſcitis: ob eam cauſam Georgium nunc iiſdem Arianis miſerunt Epiſcopum. Deinde ne pudore iterum ac probro afficiantur, nobis adverſus ipſos literas ſcribentibus, extranea vi contra nos uſi ſunt, ut Eccleſias in ſuam poteſtatem redactas, omnem Arianiſmi ſuſpicionem a ſe amoliri viderentur*, &c. Annon apertiſſime Georgium diſtinguit a Gregorio; & hunc quidem olim ab Orthodoxis Epiſcopis condemnatum eſſe dicit, atque depoſitum in Synodo ſcilicet Sardicenſi; Georgium vero ab iiſdem Arianis nunc in Eccleſiam Alexandrinam immiſſum eſſe. Et Arianos metuentes, ne Georgius ſimiliter ab Orthodoxis epiſcopis condemnaretur, graſſationem ſuam callide diſſimulantes, ad Eccleſias urbis Alexandriæ occupandas, extranea vi uſos eſſe, id eſt, Gentilium & Judæorum auxilio. Ita enim ſcribit ipſe Athanaſius in eadem epiſtola, & in epiſtola ad Solitarios, ubi Georgii introitum deſcribit. Quare epiſtola circularis Athanaſii ad omnes Orthodoxos, non adverſus *Gregorium* ſcripta eſt, ſed adverſus *Georgium* recens in Sedem Alexandrinam intruſum. Contra quem etiam ſcripta eſt ab eodem Athanaſio altera circularis epiſtola ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ, quæ in vulgatis editionibus perperam inſcribitur, *Oratio prima adverſus Arianos*, cum tamen epiſtola ſit encyclica *ad omnes per Ægyptum & Libyam Epiſcopos*, quæ jungi omnino debet epiſtolæ circulari ejuſdem Athanaſii ad omnes Orthodoxos. Eſt enim ejuſdem utraque argumenti. Hæc Valeſius citatus.

XXVIII. *Phylagrius Ægypti Præfectus in utraque Athanaſii depoſitione.* Verum ait Baronius, in Epiſtula illa Athanaſii ad Orthodoxos *Philagrius* nominatur Præfectus Ægypti, qui Epiſcopum illum, de quo agitur, in Sedem Alexandrinam induxerit. Atqui Philagrius ille Gregorium deduxit Alexandriam teſte Athanaſio in Epiſtola ad Solitarios. Sed quid vetat, inquit Valeſius, quominus idem *Philagrius*, qui Gregorium prius cum militari manu introduxerat Alexandriam, aliquot poſt annis etiam Georgium induxerit. Erat certe *Philagrius* præcipuus Miniſter Arianorum, qui cum eſſet Præfectus Ægypti, Valenti, & Urſacio aliiſque Concilii Tyrenſis legatis ad Mareoticam regionem miſſis, operam ſuam navaverat anno Domini CCCXXXV. Idem poſtea Præfectus Ægypti ab Imperatore Conſtantio factus, Gregorium in Alexandrinam Sedem hoc anno induxit, non vero ſequenti, ut perperam Baronius. Quidni ergo Ægypti Præfectus tertio creari potuit, ſuffragantibus Arianis, qui apud Imperatorem Conſtantium omnia pro arbitrio ſuo agebant, ut Georgius Arianæ ſectæ patronus, a Judice Arianis fideliſſimo, & ad hæc gerenda aptiſſimo Alexandriam deduceretur? Certe Athanaſius in dicta epiſtola ad Orthodoxos pag. 945. ait Philagrium iſtum jam olim in Eccleſiam & virgines contumelioſum fuiſſe. Quandonam igitur primum injuria affecit Eccleſiam ac virgines *Philagrius*, niſi tunc cum Gregorium deduxit, & po-

Digitized by Google

dicarant. Hæc Socrates, eadem Sozomenus (*a*), & alii qui ſcriptis proſecuti ſunt res Joannis Chryſoſtomi.

(*a*) Sozom. l. 8. c. 20.

XXX. Porro canon ille hujus Synodi Antiochenæ, cujus cauſa oborta eſt controverſia, quique ab eodem Joanne Chryſoſtomo, ut ab Arianis conflatus, rejectus fuit, eſt hujuſmodi (*b*): *Si quis a proprio Epiſcopo depoſitus, vel presbyter, aut diaconus, aut etiam ſi a Synodo quilibet Epiſcopus fuit exauctoratus; moleſtiam Imperialibus auribus inferre non præſumat, ſed ad majorem Epiſcoporum Synodum ſeſe convertat; & quæ ſe putat habere juſta, in eorum Concilio allegat, atque ab his de ſe expectet, quæ fuerit deprompta ſententia. Quod ſi deficiens puſillanimitate, hoc noluerit facere, ſed Imperatori fuerit importunus: hujuſmodi nullam veniam habeat, neque locum illius reſtitutionis ſuæ, nec ſpem recipiendi gradus habeat in futurum.* Hæc canon, & quidem adverſus Athanaſium (ut apparet) editus; quippe quem dicerent Euſebiani, litteris tantum Imperatoriis ſubnixum, qui depoſitus fuerat in Conciliabulo Tyrio, in ſuam Eccleſiam Alexandrinam reverſum eſſe. Cum igitur idem ipſe Canon adverſus Joannem Chryſoſtomum ab ejus adverſariis adduceretur; qui ipſum defendebant, libera voce dicebant, canonem ab Arianis ſancitum, & per Sardicenſe Concilium penitus eſſe ſublatum, atque irritum omnino redditum; id ſane quidem: nam Sardicenſis Synodi canone tertio, ſive quarto, atque ſeptimo illud decretum eſt, ut liberum ſit depoſito a quovis Concilio Epiſcopo appellare judicium Romani Pontificis, qui per ſe, vel per legatos, aliorum Epiſcoporum judicium examinet utque dijudicet.

(*b*) Concil. Antioch. c. 12. tom. 2.

Canon de reſtitutione damnati Epiſcopi.

XXXI. Sed & de his agens Innocentius Romanus Pontifex ad clericos Conſtantinopolitanos ſcribens in eadem cauſa Chryſoſtomi, hæc de ejuſmodi canone Antiochenæ Synodi: *Si qui vero & alii* (canones ſcilicet) *a quibuſdam proferantur, qui a canonibus Nicænis diſcrepant, & ab hæreticis compoſiti deprehendantur; hi ab Epiſcopis Catholicis rejiciuntur. Hæreticorum enim commenta Catholicis canonibus aſtruere non licet; ſemper enim vel per contraria, vel per illicita labefactare ſtudent voluntatem Concilii Nicæni. Non ſolum igitur his non obtemperandum eſſe dicimus, ſed ipſa potius cum hæreticis atque ſchiſmaticis dogmatibus eſſe contemnenda: quomodo & antea in Sardicenſi Concilio ab Epiſcopis prædeceſſoribus noſtris factum eſt.* Hæc Innocentius, cum in locum Joannis Chryſoſtomi alius ab adverſariis fuiſſet ſubſtitutus Epiſcopus.

Reſpuit Innocentius Papa Canonem Concilii Antiocheni.

XXXII. Cæterum quod ſpectat ad ejuſdem Antiocheni Concilii canones, Euſebiani, apud quos nihil antiquius fuit, quam ut, in cujus ſuſpicionem venerant, vitarent nomen hæreticum; hanc ob cauſam, ſicut in prima ipſorum ibi facta fidei confeſſione conteſtati in primis ſunt, ſe Arium minime ſectatos eſſe; ita in canonum editione, quo ab eis ſtatuta reciperentur ab omnibus, ipſo ingreſſu canonem illum poſue-

Euſebianorum doloſum ſtudium.

PAGIUS

poſtea Georgium. Idem plane confirmat Athanaſius in Apologia de fuga ſua pag. 703. Hæc Valeſius. Sed licet nihil vetet, Philagrium tertiam Præfecturam in Ægypto geſſiſſe; cum tamen de ea certa argumenta non ſuppetant, præſtat dicere, *Philagrium*, cujus mentio in Epiſtola Athanaſii ad Orthodoxos, alium eſſe a *Philagrio*, qui anno CCCXXXV. ac poſtea anno CCCXLI. Præfectus Ægypti fuit.

XXIX. Duo itaque *Philagrii* diſtinguendi. Prior duplicem Præfecturam Ægyptiacam adminiſtravit, ortuque Cappadox fuit, cujus non ſemel Athanaſius meminit. Secundus eſt *Philagrius*, cujus mentionem facit Gregorius Nazianzenus in Laude funebri Sancti Athanaſii. Nazianzeni verba afferemus anno CCCLXII. numero XX. Hunc fuiſſe etiam Cappadocem, & poſt Juliani Imperatoris mortem iterum Præfectura Ægypti decoratum eſſe Nazianzenus teſtatur. Quare regnante Conſtantio jam Ægypti præfectus fuerat, & quidem quantum conjicere licet, anno treceteſimo quinquageſimo ſexto, quo Athanaſius ex urbe Alexandrina iterum fugere coactus eſt. De iſto Philagrio prioris, ut videtur, filio intelligenda hæc Athanaſii verba in Epiſtola ad Orthodoxos tomo 1. pag. 945. *Philagrius jam olim in Eccleſiam & virgines injurius, per id tempus Præfectus Ægypti, olim transfuga noſtræ Religionis, Georgii conterraneus, homo nequaquam ſpectatis moribus, fretus magiſtratus ſui auctoritate præſidioque, ad quidvis audendum promptus, & qui apoſtata in Eccleſiam infeſtus & præceps, & Ethnicos turbas, Judæoſque item, atque alios proterves homines adhortationibus, magniſque promiſſis, quæ fecundum pacta pro opera præſtita bene perſolvit, adverſus Eccleſiam inſtigatos, armatim cum gladiis & fuſtibus contra populos in Eccleſias immiſit*, anno nempe CCCLVI. Quod ſi *Philagrius* iſte alias Ægypti Præfectus fuiſſet, ejus Præfecturæ Athanaſius mentionem faceret, quemadmodum in epiſtola ad Solitarios pag. 844. de priori Eccleſiæ Alexandrinæ invaſione per Gregorium facta, & de Philagrio tunc Ægypti Præfecto, anno ſc. CCCXLI. loquens, & Conſtantium, quod patris exemplum non ſequeretur, reprehendens ait: πάντα ψεύδεται ἐκ τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν, καὶ γὰρ παρὰ γνώμην τοῦ πατρὸς, καὶ τότε Φιλάγριον τὸ δεύτερον ἔπεμψεν ἔπαρχον, καὶ τὰ νῦν γενόμενα γέγονε. Quæ verba ſic Interpres Latinus vertit: *Omnia in gratiam ne ordet hæreſeos mentitur, qui præter mentem patris, & antea his Philagrium Præfectum miſit, & nunc per eum ſcelera iſta deſignavit.* Verum ſic ultima verba vertenda: *Et tunc Philagrium Præfectum iterum miſit*, & *nunc per eum ſcelera iſta deſignavit*. Ubi de priori & de poſteriori Eccleſiæ Alexandrinæ invaſione loquitur Athanaſius, atque, Conſtantium anno CCCXLI. Philagrium iterum Alexandriam miſiſſe, & anno CCCLVI. per eumdem Philagrium ſcelera, de quibus ſermonem habet, deſignaſſe; ubi Athanaſius Philagrium Conſtantino Magno vivente, annoque CCCXXXV. jam Præfectum fuiſſe inſinuat. Quod vero ſubdit, in ſecunda invaſione Conſtantium per

Duo Philagrii Ægypti præfecti diſtinguendi.

fuerunt, quo Nicæni Concilii canonis de Paſchatis tempore inſtituti ſe vindices exhiberent; ac proinde maculam illam qua aſperſi erant, quod ferrentur ipſi Nicænæ Synodo adverſari, hoc dolo prorſus eluerent. Ad quorum confirmandam fidem illud quoque acceſſit, quod inter Epiſcopos qui ſcripſerunt epiſtolam Synodalem, inſignis ille Jacobus Epiſcopus Niſibitanus haberetur inſcriptus: & e contra nomina eorum qui Arianæ ſectæ erant anteſignani, ut Euſebii Nicomedienſis, jam Epiſcopi Conſtantinopolitani, Acacii Epiſcopi Cæſarienſis, Maris Chalcedonenſis, Patrophili Scythopolitani, Theognis Nicæni, & aliorum famoſiſſimorum Arianorum ſcriptu minime legerentur in epiſtola Synodali, quam iiſdem canonibus præfixere: eam vero verborum lenocinio fucatam ſic breviter conſcripſerunt (a):

(a) Præf. Conc. Antioch. tom. 1. Conciliorum.

XXXIII. Concilii Antioch. Synodica. *Sancta, & pacatiſſima Synodus in unum congregata, his qui per ſingulas provincias ſunt, unanimibus ſanctis & conſacerdotibus in Domino ſalutem.*

Gratia & veritas Jeſu Chriſti Domini, & Salvatoris noſtri ſanctam Antiochenam Eccleſiam viſitans, & in unum connectens per concordiam pacatiſſimi Spiritus, multa quidem & alia perfecit; in omnibus autem & pacata, ſuggerente ſancto & pacifico Spiritu, etiam hoc perfecit, ut quæ viſa ſunt recte conſtitui, cum plurima conſideratione & judicio una cum omnibus nobis Antiochiam ex diverſis Provinciis in unum collectis Epiſcopis, in veſtram notitiam deferantur. Credimus autem gratia Domini & Spiritus ſancto pacis, quod & ipſi conſpirabitis nobis, tamquam in unum fuiſſetis virtutem nobiſcum, & orationibus adnitentes, magis autem muniti & in Spiritu ſancto præſentes, iiſdem ipſis quæ definita ſunt conſentientes, & ea quæ viſa ſunt recta roborantes cum conſenſu ſancti Spiritus conſignabitis. Hæc illi, auſpicantes & canonum editionem (ut dictum eſt) a ſtabilimento Nicæni canonis de Paſchatis die editi. At quos non decepiſſet eorum impoſtura tot tantiſque fucata pigmentis? quibus cum decipi poſſent, qui tunc erant in diverſis provinciis Epiſcopi; quid mirum, ſi complures, qui poſterioribus temporibus vixerunt, eadem ut canonica receperunt.

Unde accidit, ut canonum collectores in antiquorum ab ipſis facta canonum collectione, eoſdem quoque tamquam editos ab Orthodoxis una collegerint, & Eccleſiæ legendos ediderint. Quiſnam autem is primus fuerit ignoratur: illud tamen compertum eſt, ex quadam antiquiori nobis incomperta collectione in Concilio Chalcedonenſi duos canones Antiochenæ Synodi in Actione quarta atque undecima ad verbum eſſe citatos, ſed abſque titulo Antiocheni Concilii: quorum quidem in eo codice, qui in Synodo probatus eſt atque lectus Actione undecima, prior nonageſimoquinto, poſterior vero nonageſimoſexto erat numero conſignatus; cum tamen iidem in Concilio Antiocheno decimusſextus, & decimusſeptimus ordine deſcribantur: ut plane appareat non ex ipſo XXXIV. Canones Antiochenæ Synodi quomodo recepti.

PAGIUS

per Philagrium ſcelera deſignaſſe, ex duobus alterutrum indicat, aut iſtum Philagrium anno CCCLVI. tertium Præfecturam Ægypti obtinuiſſe, aut, quod veroſimilius exiſtimo, eo conſiliario & auctore, Conſtantium, quæ tunc geſta adverſus Athanaſium, decreviſſe. Quare Philagrius ille, cujus mentio in loco mox citato ex epiſtola ad Orthodoxos, diverſus eſt ab eo *Philagrio*, qui anno CCCXXXV. & anno CCCXLI. Ægyptum rexit, hujuſque ſine dubio filius fuit.

XXX. Magis probatur duos Philagrios diſtinguendos. Sed quid adhuc hæremus? Ipſemet Athanaſius in epiſtola ad Solitarios pag. 813. loquens de morte S. Pauli Epiſcopi Conſtantinopolitani, quæ anno CCCL. contigit, diſerte memorat *Philagrium Vicarium Cappadociæ* ſub Philippo Præfecto, quod de Philagrio jam duplici Præfectura Ægypti exornato nullo modo intelligi poteſt. Quis enim ſibi perſuaſerit, hominem adeo inſignem eo dejectum, ut Vicarius Præfecti patriæ ſuæ poſt duplicem Præfecturam geſtam dictus fuerit? *Siquidem*, inquit Athanaſius, *Philagrius per id tempus eorum locorum Vicarius* (de Cappadocia loquitur) *omniumque, quæ ipſi* (nempe Euſebiani) *vellent miniſter; ſed tamen ſuper hoc ſcelere ſtupens ac mœrens, credo quod alius ac non ipſe potius, ejus necis auctor eſſet, pluribus rem prodidit, &c. eum eo ingreſſi Euſebiani hominem adhuc ſpirantem inveniſſent per vim Epiſcopum ſtrangulaſſe, & Diaconum dixiſſe inferendæ necis miniſtrum Philippum Præfectum fuiſſe.* Ubi vides, Athanaſium *Philagrium* iſtum vocare omnium, quæ Euſebiani vellent, hiſtrionem, ideoque & diverſum non eſſe ab eo Philagrio, de quo ſermo in epiſtola ad Orthodoxos, qui dicitur in virgines & Eccleſiam injurius fuiſſe. Neque dubito, quin in duobus iſtis locis de eodem Philagrio juniori Athanaſius loquatur, ideoque, quin epiſtola ad Orthodoxos referenda ſit ad ſecundam Eccleſiæ Alexandriæ invaſionem, non vero ad primam, ut hactenus non ſine Hiſtoriæ detrimento præſtitum.

Alterum Baronii fundamentum petitur ex mentione de Euſebio adhuc vivente, nempe Nicomedienſi dicto, qui *Gregorium* Alexandriam mittendum curavit, quique anno ſequenti mortuus eſt. XXXXI. In epiſtola ad Orthodoxos nulla Euſebii mentio. *Major ea de cauſa in templa populi defluxus, & præcipue ob id, quod nullas querelas nec a plebe, nec a presbyteris, nec ab Epiſcopis contra me habitas ſatis ſcirent, neminemque niſi Arianos cum Georgio eſſe: ipſumque adeo Arianum & eſſe, & ab Ariano Euſebium miſſum eſſe, cognoſcerent.* Ita Athanaſius in epiſtola ad Orthodoxos pag. 944. ubi Baronius loco Georgii, *Gregorium* legendum contendit. Verum ut obſervet Valeſius loco citato, Baronium decepit Latinus Interpres; in Græco enim epiſtolæ textu enthroniſmus Georgii non Euſebio adſcribitur, ſed τοῖς περὶ Εὐσέβιον, id eſt, *Euſebianis*; ideoque ea verba ita vertenda; *Ipſumque adeo Arianum & eſſe, & ab Euſebianis miſſum eſſe cognoſcerent.* Baron. anno 342. num. XIX. Athanaſius enim Euſebianos paſſim in libris ſuis nominat, licet ea narret, quæ diu poſt obitum Euſebii Nicomedienſis contigerunt.

Digitized by Google

ipſo Antiocheni Concilii codice editos eſſe, ſed ex quadam ante jam facta collectione, communi majorum auctoritate probata.

XXXV. Quomodo Euſebiani abutuntur Eccleſiaſticis regulis.

Quæ enim ſecundum Eccleſiaſticam antiquitus traditam diſciplinam ab eis in ea Synodu viderentur eſſe diſpoſita, plane abjicienda non erant, ſed ab ipſis tamquam ab injuſtis poſſeſſuribus vindicanda; quæ licet optima ac digna eſſent, ab eiſdem tamen Euſebianis in malum uſum, nempe ad perſecutionem Catholicorum, converterentur. Sit in exemplum canon ejuſdem Synodi quintus, citatus ac redditus per ſingula verba io Actione quarta Concilii Chalcedonenſis, cum dicitur (a): *Ætias Archidiaconus Conſtantiaopolis ſanctæ & univerſalis Eccleſiæ dixit: Regula eſt hæc cum aliis poſita a ſanctis Patribus, quam cuſtodientes ſanctiſſimi Patres Epiſcopi docent & clericos, & monachos, & omnes Chriſtum colentes. Si autem inveniant aut inſultantes, aut acquieſcere non volentes, hac utuntur regula. Et ex codice relegit hæc de clericis & monachis, qui ſemetipſos a communione ſuſpendunt: Si quis presbyter, aut diaconus, ſuum contemnens Epiſcopum, a communione ſemetipſum ſuſpendit Eccleſiæ, & ſecretius collectam fecerit, & altare conſtituerit, & noluerit evocanti Epiſcopo conſentire, & noluerit eidem acquieſcere, neque obedire, & primo, & ſecundo vocanti: hunc omnino damnari, nec umquam hunc curationem mereri, nec recipere eum poſſe honorem, ordinamus. Si autem permanſerit turbas faciens, & ſeditiones Eccleſiæ; per extraneam poteſtatem, tanquam ſeditioſum, debere corripi*. Et canone recitato, ſubditur: *Omnes reverendiſſimi Epiſcopi clamaverant: Hæc juſta regula, hæc regula Patrum*. Ita ibi.

(a) Tom. 2. conc.

XXXVI. Euſtathiani Catholici nominati.

Cæterum tam utilis atque proficuus ad ſchiſmaticos atque ſeditioſos coercendus præſens canon Eccleſiaſticus, ab Euſebianis tamen ad vexandos Catholicos, haud dubium ſtatutus fuit. Siquidem (quod dictum eſt anno ſuperiore) cum in locum Euſtathii Epiſcopi Antiocheni Euſebianus Antiſtes Ario favens ſuiſſet Euphronius ſubrogatus: Catholici ejus communicationem ut rem execrabilem deteſtantes, ſeorſum ab eo conventus agebant, nec adigi potuerunt, ut cum Euſebianis Arianiſque iiſdem Epiſcopis communicarent; qui & ab illis ignominiæ ergo Euſtathiani nominati ſunt: quod & accidit Alexandriæ, cum illuc (quod dicemus anno ſequenti) amandatus eſt Gregorius in locum Athanaſii ſubrogatus; cum nec vi militum atque tormentis, ut illi communicarent Catholici, eum averſati, compelli potuerunt. At nec hoc recens, & ab Euſebianis primum dici poteſt eſſe ſtatutum, quo ſchiſmatici vetarentur ſeorſum conventus agere; cum omnes ad altare unum, unumque panem univerſos Fideles participare debere, ipſo exordiu naſcentis Eccleſiæ ſemper eadem viguerit diſciplina: adeo ut eum canonem rejicere, videretur contra Apoſtolica inſtituta pugnare.

XXXVII. Corrigitur Gratianus.

Cæterum quod ad eoſdem Antiochenæ Synodi canones ſpectat; illud in Gratiano diſplicet, quod hanc Synodum inter concilia a Catholicis habita recenſet; quique dum agit de eodem Concilio Antioche-

Ann. Eccl. Tom. IV.

PAGIUS

XXXII. Locus Athanaſii male explicatus Baron. num. XVI.

Ad annum trecenteſimum quinquageſimum ſextum commodius reſpondebimus ad fundamentum Hermantii ſupra adductum. Ad noſtrum autem reſpondet Baronius, fretus verſione Latina loci Athanaſii ſupra a nobis num. XXV. & ſeq. citati, Athanaſium, cum Gregorii electionem accepiſſet, & antequam Alexandriam veniſſet, de ea ſcripſiſſe ad omnes Epiſcopos, qui ſtatim eum excommunicarunt. Hæc verſio vulgaris: *Ego autem quia jam pridem, cum eum Ariani ut ſidum ſibi in Epiſcopum promovebant, ſcripto edideram, nemini veſtrum Catholicis Epiſcopis ignotum eſſe Gregorium, eumque merito a vobis pro impietate ſua excommunicatum eſſe, & anathemate edicto Eccleſiæ proclamatum, nec aliam eſſe cauſam, cur eum Ariani pro Epiſcopo mittant, niſi ne denuo ex meis ſcriptis ſimilia convicia patiantur. Barbara & exotica vi in me coorti, Eccleſias in ſuam poteſtatem redegere, ut ita Arianiſmi ſuſpicionem vitarent*. Sed hæc interpretatio hoc in loco vix percipi poteſt, ut inquit ibidem Hermantius, nec ſenſus a Baronio intentus, e textu Græco elici poteſt. Ipſemet Hermantius exiſtimat, textum illum corruptum eſſe, & loco *Gregorii*, legendum nomen *Piſti* Arianorum Epiſcopi, quod, quia minus celebre, a Librario prætermiſſum fuit. Quod cum in cauſa fuerit, cur hoc in loco Gregorii nomen in illud Georgii mutatum fuerit, neceſſe poſtea fuit illud in tota ea ad Orthodoxos epiſtola mutare. Sed quia illud gratis aſſeritur, ideo a Valeſii interpretatione & ſententia minime diſcedendum.

XXXIII. Geſta in prima & in ſecunda invaſione Eccleſiæ Alexandrinæ inter ſe non confundenda.

Accuratius itaque inpoſterum, quam hactenus factum, diſtinguenda quæ in priori & poſteriori Eccleſiæ Alexandrinæ invaſione patrata ſunt, ac pro certo habendum, militias actum cum Alexandrinis fuiſſe, quando *Gregorius* in Eccleſiam Alexandrinam intruſus, quam cum iterum *Georgius* eandem invaſit: cujus rei ipſum Athanaſium teſtem habemus in Apologia de fuga ſua pag. 703. ubi de priore invaſione loquens inquit: *Quid autem de nobis ipſis, noſtriſque Presbyteris dicam, quorum latebras eo ſtudio rimati ſunt, ut inventis nihil præter mortem expectandum fuiſſet, quod de nobis quoque futurum erat, niſi feliciter elapſi eſſemus. Tales enim literæ adverſus Olympium ad Proconſulem Donatum miſſa ſunt, taleſque item adverſus nos ad Philagrium*, iterum ſcilicet Ægypti Præfectum. Tum pagina ſequenti de perſecutione ſua, quæ anno CCCLVI. contigit, ait: *Ab illa facinora Alexandriam adoriuntur, denuo nos ad necem quærentes, & quæ tunc acta ſunt* LONGE TETRIOSA QUAM PRIORA FUERUNT. Præterea Athanaſius in epiſtola ad Solitarios pag. 815. ubi dixit, Euſebianos Conſtantium cum lamentis adiiſſe, ac obtinuiſſe, ut denuo Philagrius Præfectus Ægypti adverſus Athanaſium mitteretur, ſubdit, Eccleſiam Quirini occupatam fuiſſe, alios cæſos, alios in carcerem truſos, alios exilio, alios bono-

(a) 19. diſt. 16.

(b) Sozom. l. 3. c. 5.

cheno, lapſus errore videtur, cum hæc ait (a): *Quinta eſt Antiochena, in qua Patres vigintinovem ſtatuerunt canones vigintiquinque, quorum maxime auctor Euſebius Palæſtinenſis Epiſcopus extitit.* At ex auctore, qui ait Synodo præfuiſſe Euſebium, ſatis quiſque intelligere potuiſſet, non a Catholicis, ſed ab Euſebianis, iiſdemque Arianis, Concilium illud fuiſſe collectum. Cæterum conſtat Euſebium Epiſcopum Metropolitanum Cæſareæ Palæſtinæ jam ſuperiori anno eſſe deſunctum; huicque Synodo præſto fuiſſe, qui in ejus locum ſucceſſit, Acacium: teſtatur id quidem diſertis verbis Sozomenus, dum ait (b): *Huic Concilio interfuerunt, non Euſebius ſolum, qui poſt Paulum ejectum, Nicomedia tranſiens, ſedem Conſtantinopolitanam occupavit, verum etiam Acacius Euſebii cognomento Pamphili ſucceſſor, & Patrophilus Epiſcopus Scythopolis, &c.* Numerat poſt hos Theodorum Heracleæ, Eudoxium Germaniciæ, Gregorium, qui fuit electus Epiſcopus Alexandriæ, Dianeum Cæſareæ Cappadociæ, & Georgium Laodiceæ quæ eſt in Syria: ſed aliorum Euſebianorum uſque ad numerum trigintaſex, quos auctoritate Julii Papæ diximus, & cæterorum uſque ad numerum nonaginta (prout ex Athanaſio eſt demonſtratum) nomina, paucorum exceptis, habentur incerta. Si vero inter Epiſcopos illos nominatus eſt in aliquibus codicibus Euſebius Palæſtinæ; idem ipſe eſt, quod excuſus codex emendate habet, *Euſebius Gadarenſis, quæ in Palæſtina civitas eſt.* De litteris autem ex hac eadem Synodo ſcriptis ad Julium Romanum Pontificem, agemus ſequenti anno ex ejuſdem Julii ad ipſos redditio litteris eo anno conſcriptis.

XXXVIII. Audæus Hæreſiarcha.

(c) Epiph. hæreſ. 70.

Hic rurſus occaſione primi canonis hujus Concilii, quo exagitantur illi qui adverſus decretum Nicænæ Synodi celebrarent Paſcha more Judæorum Luna decimaquarta; agendum eſt de Audianis, ſic dictis ab Audæo hæreſiarcha; quorum cauſa idem videtur canon eſſe ſtatutus; hoc namque tempore idem Audæus eamdem improbatam opinionem, & a tempore Nicæni Concilii conſopitam, conatus eſt iterum excitare, atque apud ſuos magnopere propagare. Mentio eſt ejuſdem Audæi apud S. Hieronymum in Chronico, anno ſuperiore, nempe quarto dictorum Imperatorum. Vixiſſe autem ipſum temporibus Arii, ſanctus Epiphanius (c) auctor eſt, qui de eodem hæc poſteris tradidit: *Fuit* (inquit) *Audæus in Meſopotamia oriundus, clarus in patria ſua propter ſinceritatem vitæ & zeli erga Deum & fidei; qui ſæpe conſpicatus ea quæ in Eccleſiis fiunt, in faciem Epiſcoporum & presbyterorum ſe talibus opponebat, ac ipſos redarguebat, dicens: Non oportet hæc ſic fieri, vel ea ſic peragi: velut vir veritatis ſtudioſus, quales eſſe ſolent ora virorum, qui pietatis ſunt ſtudioſi, & vitam maxime exactam vivunt: quapropter talia videns (velut dixi) in Eccleſiis loqui cogebatur, ac confutare, & non tacebat. Si enim aliquem videbat pecuniæ ſtudioſum ex clero, aut Epiſcopum, aut presbyterum, aut alium quemdam ex regula, omnino loquebatur; & ſi videbat aliquem in voluptatibus & deliciis viventem, aut aliquem adulterantem Eccleſiaſticam prædica-*

PAGIUS

norum proſcriptione mulctatos, ut omnes *Gregorium* vel inviti ſuſcipere cogerentur. Ac poſt hæc concludit: *Athanaſius autem priuſquam iſta fierent, ſemel re cognita*, (ſeu, ut expreſſius Græcum habet, *μόνον ἀκούσας*, id eſt, *cum rem auditione tantum accepiſſet*) *Romam navigavit, non ignarus hæretici furoris.* Ex quibus ultimis verbis intelligimus, Athanaſium nonniſi poſt intruſionem Gregorii Romam veniſſe, ut notat Valeſius in Obſervat. Eccleſiaſt. in Socratem & Sozomenum lib. 3. cap. 7. ac præterea, dum Euſebiani Athanaſium ad mortem quærerent, cum is hoc auditione accepiſſet, fuga elapſum eſſe, ac Romam navigaſſe; ac denique in prima iſta invaſione tot facinora patrata non eſſe ac in poſteriori, quæ a menſe Februario cœpta adhuc feſtis Pentecoſtes durabat, ut ſuo loco oſtendi. Non mirum autem, recentes Vitæ S. Athanaſii Scriptores, quæ geſta fuere in ſecunda invaſione, primæ adſcripſiſſe, cum Socrates & Sozomenus ad eumdem lapidem offenderint, ut in Annalibus videre eſt.

XXXIV. IV Fidei formula Synodi Antiochenæ ab Euſebianis edita.

Athanaſius in libro de Synodis poſtquam tres Fidei Formulas per Encæniorum feſtum Antiochiæ editas, de quibus ſupra egimus, recitavit, poſtea pag. 894. ſubdit: *Ne tum quidem arbitrati ſunt perfecte Fidem ſuam conſcriptam eſſe, aliud genus de Fide poſt aliquot menſes conficiunt, amandantque in Gallias Narciſſum, Maximum, Theodorum, Marcum, qui quaſi a Synodo emiſſi, iſtu beatæ memoriæ Conſtanti Auguſto, ea-* *riſque qui ibi aderant, tradiderunt.* Refert poſtea Athanaſius quartam illam Fidei Formulam, quæ & habetur apud Socratem lib. 2. cap. 18. Scripta ea poſt aliquot menſes a Concilio Antiochiæ celebrato, ſed non ſtatim Narciſſus & alii Legati in Galliam miſſi; licet Athanaſius utrumque uno tenore exponat. Socrates enim lib. 2. cap. 18. teſtatur, Occidentis Imperatorem, ſcilicet Conſtantem, certiorem factum de Athanaſii Alexandrini & Pauli Conſtantinopolitani abdicatione, literas ſcripſiſſe ad Conſtantium Orientis Imperatorem, *ut tres Epiſcopi rationem de Pauli & Athanaſii abdicatione reddituri ad ipſum mittantur.* Et hac occaſione, inquit Socrates, miſſi ſunt illi Legati, *qui cum veniſſent, congredi quidem cum Athanaſio noluerunt, &c.* Ex quibus liquet, Athanaſium, qui Romæ hoc anno verſabatur, monitum per literas de iis, quæ Antiochiæ geſta erant, adiiſſe Conſtantem Occidentis Imperatorem, & ab eo ad Conſtantium literas impetraſſe, quibus tres Euſebianæ partis Epiſcopi evocabantur, rationem redditari de depoſitione Athanaſii. Literæ itaque illæ diu poſt Antiochenam Synodum *tranſmiſſæ*, licet quarta illa Fidei Formula *poſt aliquot menſes* a Synodo exarata fuerit. Baron. num. XXV. & XXVI.

XXXV.

Legati illi anno tantum ſequenti in Galliam miſſi ſunt. Neque enim parvo tempore opus fuit, ut Athanaſius de iis quæ Antiochiæ geſta erant, moneretur, Conſtantis literæ ad Conſtantium perferrentur, & Legati in Gallias pervenirent.

His

Google

dicationem & Eccleſiæ ſtatuta; non ferebat vir hic, ſed verbis (veluti dixi) reprehendebat.

XXXIX. Audæus egit cenſorem Eccleſiæ. *Erat hoc grave admodum his qui vitam approbatam non habebant: atque hac de cauſa contumeliis afficiebatur, contradictionem ſuſtinebat, odio habebatur: agitarique atque protrudi, atque ignominia affici tolerabat, ad multum tempus in Eccleſiis ſimul degens; donec quidam potenter in ipſum irruentes, virum propter talem cauſam expellunt. Ipſe vero non ſuſtinebat ſe ejici; ſed magis obnitebatur, ut veritatem diceret, & a vinculo unius ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ unionis non diſcederet. Cum autem verberaretur ſæpe tum ipſe, tum ſodales ejus, & gravia pateretur; valde ingemiſcens, conſiliarium ſibi ipſi ſumit injuriarum neceſſitatem; nam ſe ipſum ab Eccleſia ſeparat; multique ſimul cum eo diſcedunt: & ſic diviſionem fecit, cum nihil haberet in fide diverſum, ſed rectiſſime crederent & ipſe & ſodales ejus; vel etiam ſi id dicere maxime oportet, in parvo quodam ipſum contentioſe ferri itemque ejus aſſeclas. Nam cum hoc quod confitebatur de Patre, & Filio & Spiritu ſancto mirabiliter, velut Catholica Eccleſia habet, etiam juxta fidem rectam alia omnia in vita ad admirationem uſque ſervabat: propriis enim manibus laborant ipſe, & Epiſcopi ac presbyteri qui cum ipſo erant, omnes nutriebantur.*

XL. *Poſtea vero, ubi expulſus eſt ab Eccleſia, ab ulio Epiſcopo eadem inquirente & ab Eccleſia digreſſu, eligitur hic Epiſcopus:* Et poſt multa de rebus ab eo geſtis
(a) Epiph. ibid. hæreſ. 70. Progreſſus Audæi. (*a*). *Subſtinuit tamen exilium ipſe ſenex Audæus, ad Scythiæ partes a Rege* (nempe Conſtantio) *relegatus, eo quod rebelles faceret populos; ab Epiſcopis enim ad Regem delatus eſt. Illic vero annorum tempore, haud ſcio dicere quanto, commoratus, ulterius progreſſus eſt ad intima Gothiæ; multoſque Gothorum ad fidem inſtruxit. Ab ipſo ſane multa monaſteria in eadem Gothia facta ſunt, & rectæ vitæ converſatio eſt inſtituta, virginitaſque ac exercitatio pietatis non vulgaris. Eſt enim re vera hic ordo in valde admirandæ converſatione, & omnia in ipſorum monaſteriis recte ſe habent, exceptis his*

contentionibus. Hactenus Epiphanius, eademque alii, qui eam ſunt proſecuti hiſtoriam.

XLI. Errores Audæi. At quænam eſſent eorum dogmata, quorum gratia ſecluſi eſſent ab Eccleſia Catholica, idem Epiphanius docet; nempe (quod ſtultum plane ac ridiculum eſt) ait hos Deum crediſſe humanam ferre imaginem, ſecundum quam creaverit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Addidit his Audæus, ut qui ſemel excidit ab Eccleſiæ Catholicæ communione, non amplius more Orthodoxorum Paſcha, ſed ex conſuetudine Judæorum, quartadecima Luna celebrandum diceret, contra decretum ſacroſancti Nicæni Concilii, cujus vindices (ut demonſtratum eſt) ſe præbuerunt Euſebiani in celebrata hoc anno Synodo Antiochena adverſus ejuſmodi hæreticos, nuper exortos, licet minime nominentur. Verum & illc communis cum ceteris ſubinductus eſt ab eis error, ut non amplius communi omnium Fidelium nomine dicerentur Chriſtiani, ſed *Audiani*. At nec iſtud nomen diu perſeveravit in ipſis, qui a præcipuo ipſorum errore appellati ſunt *Anthropomorphitæ*.

XLII. Quod autem ſpectat ad horum propagationem poſt mortem auctoris, hæc in fine habet Epiphanius (*b*): *Multi porro & poſt illius obitum fuerunt cum ipſis & poſt ipſum ordinis ipſius Epiſcopi, Uranius quidam in Meſopotamia. Sed a Gothia habuit aliquos, ipſoſque conſtituit Epiſcopus: fuit & Silvanus, & alii quidam, quorum aliqui e vita deceſſerunt, præſertim Uranius, qui in medio eorum glorioſus erat. Verum poſt horum ipſorum Epiſcoporum, Urani & Silvani, qui ex Gothia originem trahebant, obitum, plerique diſſipati ſunt, & valde imminuta eſt ipſorum congregatio & in partibus Chalcidis ad Antiochiam ſitæ, & in partibus Euphratis. Nam a Gothia plerique fugati ſunt non ſolum ex illis, ſed etiam noſtri illic Chriſtiani, perſecutione magna inſtante ſub Rege Gentili, qui valde malus fuit, & Romanis infeſtus, eo quod Romani Reges Chriſtiani eſſent: adeo ut univerſa gens Chriſtianorum ab illis partibus fugata ſit: neque remanſit radix ſapientiæ, neque planta fidei. At tametſi videantur omnes Fideles eſſe inde fugati, omnino ſunt illic homines Chri-*

(b) Epiph. ubi ſupra. Succeſſores Audæi.

PAGIUS *Legati ad Conſtantem Imp. a Pſeudo-Synodo Antiochena contra S. Athanaſium miſſi.* His adde, eam Legationem non præceſſiſſe epiſtolam Julii Papæ ad Orientales; cum in ea de Legatione iſta nulla mentio ſit: quin contra Julius dicat, ſe diu fruſtra expectaſſe, ut ex Euſebianorum parte aliquis veniret. Inſuper Socrates lib. I. cap. 22. aſſerit, Marim Chalcedonium, & Theodorum Heracleæ in Thracia Epiſcopum, ex Legatis duos, poſt Euſebii Conſtantinopolitani Epiſcopi mortem, quæ anni ſequentis initio contigit, Macedonium Conſtantinopoli ordinaſſe. Quare uterque Legatus anni ſequentis initio Conſtantinopoli erat. Socrati Sozomenus lib. 3. cap. 10. ſuffragatur. Denique Epiſtola Julii Papæ ad Orientales, quæ anno tantum ſequenti ſcripta, ad Narciſſum, Marim, Theodorum, Macedonium, alioſque directa eſt. Quare anno currenti Narciſſus & tres alii Legati in Occidentem non venerunt. Ait Athanaſius, hos Legatos quaſi a Synodo emiſſos eſſe, ὡς ἀπὸ συνόδου; quod ſciret Athanaſius, inquit Schelſtratius in Diſſert. 5. de ſacro Concilio Antiocheno cap. 4. ſeparatis ab Euſebianis Catholicæ partis Epiſcopis, non tam Synodum quam ſpeciem Synodi manſiſſe. Euſebiani enim uſque ad finem præſentis anni Antiochiæ ſubſtiterant, & poſt aliquot menſes a conſtitutis tribus pri-

ſtianæ religionis: non enim poſſibile eſt fidei fontem deficere. Multi igitur ipſorum Audianorum, ubi diſceſſerant a Gothia, in noſtris partibus, huc delati, cohabitant ab annis quatuor. Sed a Tauro monte rurſus diſceſſerunt eorumdem monaſteria, itque a Palæſtina & Arabia, erant enim jam dilatata, verum de cætero pauci & pauca monaſteria, fortaſſis autem in duobus vicis in dictis partibus juxta exteriorem Chalcidis partem, & ultra Damaſcum ad Meſopotamiæ partes: uſque hodie vero eſt horum ordo in paucis (ut dixi) ſuperſtes. Hactenus de his Epiphanius.

XLIII. Porro Audæo alia quoque tribuit Theodoretus, cum ait (a): *Dicunt hunc Audæum & tenebras & aquam & ignem dicere ingenita; qui autem ſunt hujus appellationis participes, hæc celant.* Quos vero laudat Epiphanius Audianos probatis vixiſſe moribus, eoſdem temporibus Theodoreti, vitæ integritate admodum depravatos eſſe, ipſe affirmare videtur, cum ſubdit: *Prætexunt autem ſe fugere Eccleſiæ communionem propter fœneratores, & eos qui cum mulieribus cohabitant; quamvis multa etiam ab eis graviora perpetrentur*: & inferius hæc de eorum diſciplina in dimittendis peccatis: *Hi autem ſe jactant peccata remittere, hoc ſcilicet modo: Poſtquam enim ſacros libros non cum adulterinis, O, bipertito diviſerint (eos enim admirandum in modum arcanos & myſticos exiſtimant) & hinc & illinc per verſus poſuerint: jubent unumquemque per eos tranſire, & quæ a ſe peccata ſunt, confiteri. Deinde confeſſis donant remiſſionem, non tempus ad pœnitentiam* (nempe ſatisfactionem) *ut jubent leges Eccleſiæ, præſcribentes, ſed ſua poteſtate condonantes. Scientes autem qui tranſeunt, id quod agitur, ludum eſſe; vera quidem peccata celant, quædam autem parva & ridicula dicunt, quæ etiam dicere vereretur aliquis, niſi eadem, qua ipſi, amentia laboraret.* Hæc Theodoretus.

(a) Theod. hæret. fab. lib. 4.

Alii errores Audæi.

XLIV. Cæterum in Eccleſia Catholica non per ſimplicem peccatorum confeſſionem peccata dimitti, niſi digna ſequatur ſatisfactio, Euſebiani etiam ex præſcripto Eccleſiaſticæ diſciplinæ in eodem ipſo celebrato hoc anno Concilio Antiocheno profeſſi ſunt, cum ita dixerunt (b): *Omnes qui ingrediuntur Eccleſiam Dei, & ſcripturas ſacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, ſed pro quadam intemperantia ſe a perceptione ſanctæ communionis avertunt; hi de Eccleſia removeantur, quamdiu per confeſſionem pœnitentiæ fructus oſtendant, & precibus indulgentiam conſequantur*: vel, ut alia habet editio: *Donec confitentes fructum pœnitentiæ demonſtrent.* Hæc plane adverſus Audianos, qui poſtea ob priorem illum errorem (ut dictum eſt *Anthropomorphitæ* nominati ſunt. At de Anthropomorphitis rurſus dicendum inferius, cum hi jam in Ægypti eremum diffuſi magnas adverſus Theophilum Epiſcopum Alexandrinum ciere turbas (c), quos & ejus ſucceſſor Cyrillus ſcriptis exagitavit.

Peccatorum remiſſio non ſine ſatisfactione.

(b) Conc. Antioch. c. 2. tom. 1. Concil.

(c) Sozom. l. 8. c. 11. 12.

XLV. His igitur de Antiocheno Concilio, atque aliis, quæ ejus occaſione ſeſe obtulerunt dicenda, pertinentia ad hiſtoriam Eccleſiaſticam, enarratis; jam ad reliquas res hoc anno geſtas orationem convertamus. Legati itaque a Julio miſſi Elpidius & Philoxenus in Orientem ad convocandos Euſebianos ad indictam Romæ Synodum, diutius (ut vidimus) dolo malo Euſebianorum detenti ſunt, immo & nonniſi poſt res impie geſtas in Concilio Antiocheno de inſtitutione Gregorii in locum Athanaſii, eos redire permiſſos eſſe, ejuſdem Julii Papæ litteræ poſtea ad eos ſcriptæ ſignificare videntur, quibus ait (d): *Neſcio, cur vobis ita rem agere placuit, ut nos in hanc opinionem redigatis, ut arbitremur nos ſub ſpecie reverentiæ pro ludibrio eſſe habitos, dictaque veſtra irridentium fuiſſe; cum & presbyteros noſtros ad vos miſſos, quos cum gaudio remiſſos oportuit, cum luctu remiſeritis, ob ea quæ iſtic geri conſpiciebant.* In hunc modum de Legatis a ſe miſſis & ſero redire permiſſis, Julius.

Legati Apoſtolicæ ſedis ab Arianis detenti.

(d) Apud Athan. Apolog. 2.

Sic

PAGIUS

mis Fidei Formulis hanc quartam edentes, Narciſſo & ſociis Conſtanti Auguſto perferendam tradiderunt: eoſque quaſi a Synodo emiſſos dixit Athanaſius, quod tunc miſſi eſſent, cum jam vera Synodus Antiochena deſiiſſet, & Conciliabulum Antiochiæ inchoaſſet.

XXXVI. Edita itaque hæc quarta Fidei Formula a ſolis Euſebianis, non jam contra Sabellianam hæreſim, ſed ad inuſtam hæreſeos Arianæ notam avertendam. Ob involutam tamen ſilentio Filii Conſubſtantialitatem ſubdole egere; & verum eſt quod ſcripſit Sozomenus lib. 3. cap. 5. Euſebianos Antiochiam conveniſſe, *ſimulatione quidem, ut novam Eccleſiam conſecrarent; ſed revera, ſicut eventus declaravit, ut decreta Nicæni Concilii abrogarent.* Enim vero Euſebiani ſimulate Antiochenum Concilium inchoarunt, & zelum Fidei contra Sabellianam hæreſim propugnandæ, non minus quam zelum diſciplinæ Eccleſiaſticæ contra Canonum tranſgreſſores promovendæ, eo dumtaxat animo oſtentarunt, ut Athanaſium ſimili zelo deponere, & quæ cauſæ ſuæ favere poterant, conſtituere viderentur. Quod ex rerum eventu colligimus: quandoquidem zelo illo tot ſtatutis demonſtrato nihil proficere rati, larvam ſimulationis depoſuerint, & impia contra Eccleſiæ Canones ſtatuta fingentes, juxta ea Athanaſium depoſuerint; & quo magis in Fidei ab Athanaſio propugnatæ perniciem ſtudere viderentur, in edita, ad avertendam ſuſpicionem de hæreſi Ariana notam, fidei Formula, verbum illud omiſerint, quo Arianæ hæreſeos fautores a Catholicis tunc temporis diſcreti fuerunt. Licet enim Formulæ a toto Antiocheno Concilio editæ non contineant expreſſis verbis *Conſubſtantialis* vocem, eamdem tamen verita-

In IV. Fidei formula Euſebiani doloſe agunt.

tem

Digitized by Google

XLVI. Synodus Romana in cauſa Athanaſii.

Sic igitur haud expectato reditu legatorum, cum ſtatutus terminus indictæ Synodo longius prætertlapſus eſſet (nam Athanaſius, ut dictum eſt, annum & dimidium expectarat) idem Julius Papa in Synodo ejuſdem, Athanaſii cauſam cognovit, ibique præcognitis quæ adverſus eum ex Actis Tyriis & Mareoticis Euſebiani congeſſerant, patefactiſque adverſariorum calumniis, & cunctis diligentiſſime examinatis, ex Eccleſiaſticarum legum præſcripto, eum judicavit innocentem, recepitque ad communionem atque convivium. Id quidem in primis Julius in dictis litteris ad Euſebianos poſtea ſcriptis teſtatur his verbis (*a*): *Cum igitur iſtiuſmodi allegarentur, & tot teſtes pro Athanaſio ſtarent, & ipſe tam juſta pro ſe afferret; quid, quæſo, nos oportuit facere? an non quod Eccleſiaſtici canonis eſt? hominemque proinde non condemnaremus, ſed potius reciperemus, eumque pro Epiſcopo, quemadmodum eſt, haberemus:* Et paulo poſt: *Qui igitur ſunt, qui contra canones agunt? nos ne, qui cum tantis rerum documentis virum recipimus: an qui ſolum ad triginta ſex ſuffragia eorum qui Antiochiæ fuere, exterum hominem Epiſcopum ſalutarunt?* Hæc de abſolutione Athanaſii Julius Papa. Porro de his etiam Athanaſius ſic habet (*b*): *Romæ vero congregati Epiſcopi prope quinquaginta, Euſebianos, ut ſuſpectos & timentes ſe ſiſtere, non receperunt, & quæ ab ipſis ſcripta eſſent, pro vanis habuerunt, nos autem receperunt, noſtramque communionem amplexi ſunt.* Ita ipſe.

(*a*) Apud Athan. Apolog. 2.

(*b*) Athan. ep. ad Solitar.

XLVII. Ambiguitas tollitur de duabus Synodis.

At hæc non ſic quidem recenſet poſt cladem Alexandrinam, quaſi poſt illam contigerint; ſed quod ſuſcepta ea de re ſemel oratione, ad finem uſque voluit perduxiſſe, & poſtea, quæ eſſent antea geſta ac prætermiſſa, narraſſe: quod re vera cum in his, tum aliis in locis qui non attentius obſervaverit, in complures errores delabatur neceſſe eſt; quod vel ex hoc perſpicue demonſtratur: nam cum in ea Synodo quinquaginta Epiſcoporum Romæ habita ſe a Julio Papa eſſe receptum Athanaſius affirmet (quod & idem tradit diſertis plane verbis ipſo exordio ſecundæ Apologiæ, & inferius paulo antequam recitet ejuſdem Julii Papæ litteras poſtea ſcriptas) ruſuſque appareat ex ejuſdem Julii litteris, Euſebianos ad Julium ſcripſiſſe, expoſtulantes adverſus eum inter alia, quod Athanaſium ad communionem admiſiſſet; plane liquet ante eſſe receptum Athanaſium, quam Synodus illa alia Romæ haberetur poſt Alexandrinam cladem, & acceptas ab Euſebianis litteras allatas per Elpidium & Philoxenum miſſos ad eos a Julio Papa Legatos; ac proinde Synodum illam, ex qua reſcripſit Julius ad Euſebianos, longe diverſam ab ea quinquaginta Epiſcoporum eſſe, in qua Athanaſius abſolutus ad communionem ab eodem Pontifice receptus eſt: agemus autem de illa ſuo loco inferius.

XLVIII. Athanaſius abſolutus acceptus in communionem, & Agapen.

Rurſum vero de hac ipſa Synodo & ſui abſolutione hæc Athanaſius (*c*), antequam recenſeat epiſtolam Julii: *Presbyter enim Vitus plures Epiſcopos quam quinquaginta ad Concilium adduxit; ubi & noſtra defenſio recepta fuit, noſque digni habiti ſumus communione & agape: magnaque indignatio exorta eſt contra Euſebianos, quibus Julium, cum ab eis litteras accepiſſet, reſcribere juſſerunt.* Sed id ſequenti anno. Secundum namque hoc judicium fuit, quo ipſe Athanaſius pro illatis ab Euſebianis calumniis eſt publice abſolutus, quod ipſo exordio ſecundæ a ſe ſcriptæ Apologiæ teſtatur his verbis: *Quod ad nos attinet, judicio nullo opus eſt. Judicatum eſt enim non ſemel ſecundum nos, ſed ſæpius ac ſæpius, primum quidem in noſtra provincia: cum ad id coiſſent propemodum centum Epiſcopi; ſecundo Romæ, nobis, cæteriſque adverſariis Euſebii ad ejus criminoſas litteras judicio comparentibus: fuerunt autem in eo conſeſſu plus quam quinquaginta Epiſcopi. Tertio, &c.* Ea enim, quæ ſubdit de tertia abſolutione pronunciata in Concilio Sardicenſi, dicemus ſuo loco.

(*c*) Athan. Apolog. 2.

XLIX. Athanaſius revertitur Alexandriam.

Athanaſius autem, ſimulatque Romæ in Synodo per Julium Romanum Pontificem ſententiam abſolutionis accepit, Alexandriam navigio reverſus eſt: affirmat id Socrates (*d*), dum ait eumdem Alexandriam eſſe regreſſum, antequam clades illa per Gregorium illata accideret, veritumque ne ſua abſentia Euſebianis aliquid moliendi adverſus Alexandrinam Eccleſiam daretur occaſio: odoratus enim erat ex contumacia illorum detrectantium ad Romanam Synodum convenire, eoſdem adverſus ipſum in Concilio, quod cogere Antiochiæ illos audierat, molituros. Nec eum

(*d*) Socr. l. 2. c. 11.

PAGIUS

tem aliis verbis exprimunt; quod dici non poteſt de prima Formula ante Concilium, & de quarta poſt illud editis, quæ merito in ſuſpicionem veniunt, licet nihil eorum quæ Nicææ contra Arium deciſa ſunt, expreſſe improbarint. Cum enim per illas Sabellianam hæreſim non oppugnent, ſed potius in iis Arianæ hæreſeos ſuſpicionem a ſe avertere conentur Euſebiani, fundamentum non habuere omittendi vocem *Conſubſtantialis*, qua ſola omnem omnino ſuſpicionem hujus hæreſis a ſe amoviſſent.

XXXVII. Synodus Romana.

Ad num. XLVI. *Synodus Romana* in cauſa Athanaſii, & in cauſa Marcelli Ancyrani Epiſcopi, quam Baronius anno præcedenti inchoatam, præſentique continuatam arbitratus eſt, ad annum ſequentem pertinet, quo Baronius alteram Synodum Romanam excogitavit. Quæ etiam anno, quæ ad *Synodum Romanam* pertinent explicabimus.

eum feſellit opinio: ſiquidem accepit, Gregorium ab Euſebianis, iiſdemque Arianis, creatum eſſe Epiſcopum Alexandrinum: cum ipſe ſtatim Circulares litteras ad Catholicos omnes Epiſcopos de ejuſmodi facinore dedit; quibus, qualis eſſet Gregorius, eos admonuit. Teſtatur id ipſe, cum ait (*a*): *Ego autem quia jampridem, cum eum Ariani ut fidum ſibi in Epiſcopum promovebant, ſcripto edideram, neminis veſtrum Catholicis Epiſcopis ignotum eſſe Gregorium, eumque merito a vobis pro impietate ſua excommunicatum eſſe, & anathema edicto Eccleſiæ proclamatum; nec aliam eſſe cauſam, cur eum Ariani pro Epiſcopo mittant, niſi ne demum ex meis ſcriptis ſimilia convicia paterentur, barbara & exotica vi in me coorti, Eccleſias in ſuam poteſtatem redegere, ut ita Arianiſmi ſuſpicionem vitarent.* Hæc ipſe, quem quidem reverſum eſſe Roma Alexandriam hoc anno, vel ſequentis exordio, ex eo quoque perſpicue poteſt intelligi, quod conſtat tempore graſſationis Arianorum in Alexandrinam Eccleſiam anno ſequenti eum illic fuiſſe repertum, quod ipſemet teſtatur in epiſtola ad Orthodoxos, de qua inferius.

(a) Athan. epiſt. ad Orthodoxos.

L. Quid præterea in hac eadem Synodo Romana geſtum ſit; Julius Papa, ſuis ad Euſebianos datis litteris, nobis referat; nempe, cognitam quoque eſſe tunc Romæ Marcelli cauſam, qui (ut vidimus) damnatus Conſtantinopoli ab Euſebianis, ipſum Romanum Pontificem appellans, Romam confugerat: de quo hæc ipſe (*b*): *De Marcello autem, poſtquam de illo quoque ut impia in Chriſtum perſcripſiſtis, vobis ſtudui ſignificare: eum cum huc veniſſet, affirmaſſe falſa eſſe quæ de ſe litteris veſtris ſcripta eſſent. Sed tamen cum a nobis poſtularetur, ut de fide diceret; tanta cum fiducia per ſe reſpondit, ut nemo non perciperet, eum nihil a veritate proferre alienum, ſed eadem pietate, qua Eccleſia, de Domino ac Salvatore noſtro ſentire: neque jam tantummodo, ſed etiam olim hujus ſententiæ ſe fuiſſe, confirmabat, &c.* Plura ſubdit de eodem, quod juſte atque canonice, æque ac Athanaſius, ab ipſo fuerit ad communionem admiſſus. Porro de Marcelli cauſa & rebus ab eo geſtis Romæ cum Julio, plura habet Epiphanius (*c*), qui libellum, quem dicit ab eo oblatum Julio recitat: ſed an ille ipſe ſit, dubito; in eo enim licet multa reperiantur ad Arianorum opinionem confutandam; tamen, quod potiſſimum exigebatur a profeſſore Catholico, nomen CONSUBSTANTIALIS non ponitur: quam ob cauſam libentius, in eam ſententiam venimus, ut nequaquam illa ipſa ſit fidei profeſſio, quam Julius per omnia conſentientem eſſe tradit Eccleſiæ Catholicæ. Sed ad cognoſcendam plenius Marcelli cauſam Romæ cognitam, ejuſdem Epiphanii hic verba reddamus:

Marcelli cauſa cognita in Synodo.

(b) Apud Athan. Apolog. 2.

(c) Epiph. hæreſ. 72.

LI. *Apponam* (inquit) *& editionem ſermonis, quem fecit ad Julium beatum Romanum Epiſcopum idem Marcellus, nimirum ſui ipſius defenſionem faciens.* Ac paulo poſt edita Romæ Acta ſic deſcribit ex libello ipſius, quem recitat hiſce verbis: *Beatiſſimo comminiſtro Julio Marcellus in Domino gaudium. Quandoquidem aliqui ex condemnatis prius ab hoc quod non recte credunt, quos ego in Nicæna Synodo redargui, contra me ſcribere ad tuam pietatem ſunt auſi, tamquam ego non recte, neque Eccleſiaſtice ſentiam; ſuam culpam in me transferre ſtudentes: hac de cauſa neceſſarium duxi, me conferre Romam, & commonefacere te, ut eos, qui contra me ſcripſerunt, accerſas; quo præſentes ipſi in utriſque a me redarguerentur, & quod quæ contra me ſcripſerunt, falſa ſunt, & quod adhuc nunc permanent in ſuo ipſorum errore priore, & horrenda tum contra Dei Eccleſiam, tum contra nos Præſides ipſorum auſi fuerunt. Quandoquidem igitur apparere noluerunt, cum miſeris tu presbyteros ad ipſos; & hoc cum ego annum & tres integros Romæ vixerim: neceſſarium putavi hinc diſceſſurus, meam fidem mea manu a me conſcriptam cum omni veritate, tibi tradere, &c.* Recitat enim fidei ab eo ſcriptæ libellum, habentem hanc appendicem: *Et cum hanc ex divinis Scripturis fidem acceperim, & a majoribus ſecundum Deum edoctus ſim; eam & in Eccleſia Dei prædica, & ad te nunc ſcripſi, exemplari hujus ſcripti apud me reſervato. Et rogo te, ut exemplar in epiſtola, quam ad Epiſcopos miſſurus es, inſcribas: ut ne aliqui ex his, qui non exacte noverunt nos & illos, ſcriptis illorum animum advertentes decipiantur.* Hæc Epiphanius ex libello Marcelli: atque de eo modo haſtenus: inferius autem alias ſæpe, deque illius fide plenius agetur.

Marcelli fidei libellus.

LII. At vero in eodem Romano Concilio non Athanaſii tantum atque Marcelli, ſed & aliorum complurium qui gravia paſſi erant ab Arianis in Oriente, & Romam ad Julium Papam confugerant, auditæ querelæ ſunt; quod idem Romanus Pontifex in litteris ad Euſebianos poſtea datis tradit his verbis (*d*): *Non enim ſolum Athanaſius & Marcellus Epiſcopi cum querimoniis de illatis injuriis, ſed & plurimi alii Epiſcopi ex Thracia, Cœleſyria, Phœnicia, Palæſtina huc convenere: presbyteri item non pauci partim ex Alexandria, partim aliunde huc ad Concilium accurrerunt, & coram omnibus Epiſcopis ibi congregatis, inter reliqua dicta ſua conqueſti ſunt, vim & injurias Eccleſiis illatas eſſe, ſuaſque Eccleſias eadem, quæ Alexan-*

Cognita Romæ cauſa omnium ab Arianis expulſorum.

(d) Apud Athan. Apolog. 2.

Digitized by Google

xandrina, paſſas eſſe, & in aliis Eccleſiis ſimilia deſignata. Quæ autem ibi ſequuntur de Ægypti presbyteris iterum ad Synodum Romam venientibus, ſuo loco dicturi ſumus. Qui vero fuerint Epiſcopi dictarum provinciarum ex ſuis Eccleſiis pulſi, Athanaſius recenſet in Apologia de fuga ſua, noſque de iiſdem ſuperius egimus. Porro ex illis alios ante, alios vero poſt hæc tempora exilium paſſos eſſe, quæ idem ſcripſit ad ſolitariam vitam agentes declarant. De his autem qui poſt Concilium Antiochenum ab Euſebianis ejecti ſunt, & per Julium deinde reſtituti, ſuo loco dicemus, ordine temporum ritu diſpoſito.

LIII. Defenſores Athanaſii accuſant Euſebianos.

Quod etiam ad hanc Synodum ſpectat, illud neceſſario admonendum eſt; eos qui Romam pro Athanaſio Alexandria venerant, cenſuiſſe non eſſe ſatis, Athanaſium fuiſſe a Julio Romano Pontifice abſolutum, ſed petiiſſe ab eodem judicium contra Euſebianos. Non defuiſſet quidem in hoc Julii ſtudium, niſi novis obortis tumultibus, res ab Euſebianis callide interrupta fuiſſet: id quidem eſt, quod idem Athanaſius ait (a): *Certe fratres noſtri Romæ, anno ſuperiori infenſi prioribus eorum hominum factis, cum nondum ſcelera iſta acceſſerant, pro ultione ſumenda Concilium indici celebrarique voluerunt: & rem perfeciſſent, niſi Euſebiani Eccleſiam perturbaſſent, noſque intercipere conati eſſent, ut libere ſine reprehenſore in ſceleribus ſuis pergerent.* Hæc Athanaſius: ut ex his appareat ea ſcripta eſſe anno ſequenti, cum Eccleſia illa graſſationem jam paſſa eſt a Gregorio Epiſcopo Ariano per Philagrium Præfectum intruſo.

(a) *Athan. ad Orthod. prope fin.*

LIV. Quid Euſebiani ad Julium ſcripſerint.

Quid autem, compertis his quæ Romæ in Concilio acta eſſent, Euſebiani Antiochiæ diutius commorantes, dimiſſis tandem Legatis Julii Romani Pontificis, ad ipſum ſcripſerint, nunc dicendum erit. Eos quidem non antea ſcripſiſſe, Legatoſque dimiſiſſe, niſi præcognitis quæ Romæ peracta eſſent de abſolutis Athanaſio atque Marcello, iiſdemque ad communionem ſuſceptis, eorumdem ad Julium datæ litteræ ſignificant; quæ licet non extent; ea redditis tamen ad ipſos litteris ejuſdem Julii, quales fuerint, ſatis perſpicue intelligi poteſt: ait enim ipſo ejus exordio ſcriptæ ad illos epiſtolæ (b):

(b) *Apud Athan. Apolog. 2.*

LV. Arrogantia Euſebianorum.

Legi epiſtolam veſtram, quam mihi presbyteri mei Elpidius & Philoxenus attulerunt: miratuſque ſum, cum a nobis ex vera dilectione & bona conſcientia ſcriptum eſſet, contentioſe a vobis, & non ut decuit, reſcriptum eſſe. Faſtus enim & arrogantia ſcribentium in epiſtola apparebat. Atqui aliena ſunt iſta a fide in Chriſtum: decuit enim eum qui cum dilectione ad vos ſcriberet, eamdem viciſſim dilectionem, non autem contentionem referre:

Et paulo poſt: *Ego certe* (inquit) *cum litteras veſtras evolverem, poſt varias ultro citroque cogitationes, eas ſupprimendas putavi, ea ſpe, quod crederem ſaltem aliquos ex veſtris adventuros, nec opus fore iſtiuſmodi epiſtolis; ne, ſi illæ in publicum promerentur, multos hic dolore afficerent. Cæterum ubi nullus veſtrum ſupervenerat, neceſſum fuit ut eas proferrem. Credite mihi: omnes admiratione pleni, vix induci poterant, ut crederent iſtiuſmodi litteras a vobis profectas eſſe, in quibus rixandi potius quam charitatis affectus eminebat. Quod ſi ambitione oſtentandæ eloquentiæ ita exceptæ ſunt a dictatore; id certe ſtudium ad alios ſpectat. In rebus enim Eccleſiaſticis non ſpecimen eloquentiæ, ſed Apoſtolici canones requiruntur; operaque dari ſolet, ne quis ex parvis in Eccleſia ſcandalizetur.*

LVI. Querelæ Euſebianorum.

Quod vero pertinet ad illorum querimonias iiſdem datis ab eis litteris expreſſas: prima ordine illa a Julio recenſetur, quod indigno animo tuliſſent, ſe Romam eſſe citatos: ſed & conqueſti ſunt, anguſtum fuiſſe tempus ad veniendum præfixum. Illud etiam prætexuerunt; non opus fuiſſe in alia Synodo retractari, quæ in alia jam ſtabilita eſſent; indignantes Acta Tyrii conventiculi a Julio iterum examinari, adducentes in exemplum judicium prolatum de Novato, & Paulo Samoſateno: nec debuiſſe (quod adducunt ea iiſdem litteris Socrates (c) & Sozomenus (d)) quæ ab ipſis judicata eſſent, per Julium labefactari; eo perperam ad hæc probanda uſi exemplo, quod videlicet, cum olim a Romano Pontifice Novatus Romæ damnatus eſſet, Orientales ejus communionem minime recepiſſent. At hæc in exemplum adducta, quam mendacia, quamque diſparia ſint, quæ ſuperius diximus de Novatiano, & Novato declarant.

(c) *Socrat. l. 2. c. 11.*

(d) *Sozom. l. 3. c. 7.*

LVII. Refellit Julius Arianos.

Sed rurſum quæ ex iiſdem ipſorum litteris recitant Julius Papa atque Sozomenus (e), plane demonſtrant, eoſdem Euſebianos hæc ſcribentes, ſale mordacitatis ſuas litteras aſperſiſſe; nempe ut judicium refugerent Eccleſiæ Romanæ (quod eſt peculiare hæreticorum omnium) illud jaculaſſe: Nequaquam ex magnitudine Civitatum eſſe æſtimandas dignitates Epiſcoporum. At ipſe Julius ſalſe quidem tam futilem ſed procacem aſſertionem, ex ſuis ipſorum factis petito exemplo, & inducta teſtificatione refellit; utpote qui majorum Civitatum ſemper ſedibus inhiantes, nullo valerent loco conſiſtere: nam ait (f): *Si igitur vere parem eumdemque honorem in omnibus Epiſcopatibus cenſetis eſſe, neque ex magnitudine Civitatum* (ut vos ſcribitis) *honorem ejus rei creſcere arbitramini; oportuit eum, cui concredita eſt parva Civitas, in ea qua credita ipſi eſt, permanere; &* ne-

(e) *Sozom. ubi ſupra.*

(f) *Apud Athan. Apolog. 2.*

nequaquam rejecta concredita, ad eam quæ ei concredita non eſt, tranſvolare; nec eam quæ a Deo data eſt, aſpernari; illam vero quæ hominum ambitu conceſſa eſt, magni facere videatur. Hæc dicens, plane ſugillat eorum principem Euſebinm, qui e Berythi ſede in Nicomedienſem tranſierat, & ex illa rurſus ſe in Conſtantinopolitanam contulerat.

LVIII. Expoſtularunt etiam iiſdem litteris Euſebiani in Julium, quod ſcribens ad eos, non tamen ad omnes nominatim litteras reſcripſiſſet, quarum illa erat inſcriptio: *Euſebio cum ſuis*. Sed & hæc perbelle in eoſdem convertit Julius: fruſtra nimirum eos iſta indigne ferre, qui non exiſtiment eas ad ſe litteras ſcriptas eſſe. Inſuper iiſdem ab ipſis datis litteris conqueſti ſunt ſuſceptos ab illo eſſe in communionem Catholicam Athanaſium atque Marcellum, antea ab ipſis damnatos Epiſcopos. Hæc & alia fortaſſe id genus cum ſcripſerint ad Julium Papam Euſebiani, de rebus a ſe in Synodo geſtis nec verbum quidem fecerunt, nec quid in Eccleſiam Alexandrinam Gregorio ab ipſis injuſte decretam egiſſent, ut par erat, ſignificarunt: iſtæc eadem de litteris Euſebianorum ad Julium Papam ſcriptis habent Socrates (*a*), & Sozomenus (*b*); ſed dum ab alio Concilio Antiocheno, quam ab eo in Encæniis celebrato ipſas datas ponere videntur, plane hallucinantur: nam cum conſtet per eoſdem Legatos Elpidium, & Philoxenum ad ipſos tunc miſſos eas redditas eſſe; non ab alia Antiochena Synodo, quam ab illa, vel alio tempore, opus eſt dicere datas fuiſſe. Addit quoque ex ejuſmodi Euſebianorum litteris Sozomenus, eos iiſdem conteſtatos eſſe, numquam cum Julio pacem atque concordiam inituros, niſi quæ ab eis fuiſſent conſtituta probaſſet.

Quæ tacuerint Ariani.

(*a*) Socrat. l.2. c.11.

(*b*) Sozom. l.3. c.7.

LIX. Extat epiſtola quædam Arianorum nomine ad Julium Papam data (*c*); ſed ut recte intuenti apparet, videtur eſſe ex iis, quæ Socrates atque Sozomenus tradunt, conſarcinata: nam quæ qualeſve eſſent eædem Euſebianorum ad Julium ſcriptæ, ejuſdem Julii litteræ ad eos redditæ, & ab Athanaſio recitatæ, aperte ſignificant: multa enim in illis deſiderantur, quæ ex Julii litteris produntur ab eiſdem ſcripta eſſe, compluraque ineſſe noſcuntur aliter quam a Julio relata ſint; diverſaſque cum ex nominibus, cum ex rebus, prudens quiſque indagator inveniet: ut merito eæ ipſæ quæ ibidem habentur recitatæ, tunc a Julio Papa ad Arianos redditæ, eadem quoque ſuſpicione laborent; nam quæ veræ, & legitimæ ſint litteræ Julii ad illos reſcriptæ, Athanaſius qui eas verbatim deſcripſit, recitatque in ſecunda ſua Apologia, abſque controverſia ulla declarat. Porro has litteras hoc anno ex Antiochena Synodo datas, anno ſequenti potius Romam perlatas eſſe, & eo ipſo tempore, quo Julius, acceptis iis quæ geſta erant in Eccleſiam Alexandrinam, litteris Athanaſium accerſivit, teſtatur Socrates (*d*). Liquet enim ex his quæ dicta ſunt ſuperius, eas illis eſſe datas ea Antiocheno Concilio eodemque confecto; & Julium ad eos reſcripſiſſe anno ſequenti, poſt denunciatam Romæ cladem Alexandrinam, ut, quæ ſuo loco dicemus ex ejuſdem Julii litteris, demonſtrabunt.

(*c*) Tom. 1. Conc. in Julio.

Litteræ Arianorum ad Julium cujus fidei ſint.

(*d*) Socrat. l.2. c.13.

LX. Hujus quoque anni Conſulibus conſignatum habemus Conſtantii Imperatoris reſcriptum ad Magdalianum vicem agentem Præfecti prætorii adverſus Idololatras his verbis (*e*):

Ceſſet ſuperſtitio, ſacrificiorum aboleatur inſania. Nam quicumque contra legem divi Principis parentis noſtri, & hanc noſtræ manſuetudinis juſſionem, auſus fuerit ſacrificia celebrare, competens in eum vindicta, & præſens ſententia exeratur. Acc. Marcellino & Probino Coſſ. Erant hæc & ad ſectam Euſebianorum illecebræ, dum eorum patronus ex hujuſmodi adverſus Idololatras promulgatis edictis maxime pius ab omnibus videri voluit.

(*e*) l.2. de Paganis C. Theod.

Reſcriptum contra Idololatras.

Qui

Google

I. Gregorius Arianus invadit Eccleſiam Alex.

QUI modo ſequitur annus Chriſti trecenteſimus quadrageſimusſecundus, inſcribitur Conſulatu duorum Auguſtorum Conſtantii tertio, & Conſtantis ſecundo, Orientali Eccleſiæ, ac potiſſimum Alexandrinæ, ob Euſebianorum graſſationes funeſtiſſimus: quo Gregorius Cappadox, electus anno ſuperiore in Antiocheno Concilio in locum Athanaſii Epiſcopus Alexandrinus, per Præfectum Philagrium militari manu, juſſu Conſtantii, Alexandriam introducitur, cum jam Paſchale feſtum proxime inſtaret.

II. Ratio temporis aſſeritur.

Hæc quidem hoc ipſo anno, non autem elapſo, accidiſſe (ut certam temporis rationem reddamus) illud magnopere perſuadet, ut aſſeramus: quod cum Antiochenam Synodum in Encæniis celebratam ad plures conſtet menſes fuiſſe propagatam; rurſumque liqueat ex iis quæ paulo poſt dicturi ſumus, Gregorii adventum Alexandriam accidiſſe prope Paſchale tempus: neceſſe eſt affirmare (habita quoque longinquitatis itineris ratione) hoc ipſo anno, dicto tempore, quo navigarioni ſolent, exacta hieme, auræ ſecundæ aſpirare, Gregorium e Palæſtina ſolventem Alexandriam perveniſſe. Hæc autem quomodo ſe habuerint, cum a Socrate (*a*), Sozomeno (*b*), Theodoreto (*c*), & aliis pleriſque confuſo ordine, & jejune admodum referantur: nos Athanaſium ipſum, de his, cum hæc pateretur, ſcribentem Encyclicam epiſtolam ad Orthodoxos, ſequemur; aliaque ex eodem diverſis in locis ſparſa pariter colligemus, in iiſdem qui ſæpe irrepſit errorem corrigentes, dum pro Gregorio Georgius frequentius ſcriptus (ut dictum eſt) legitur, diſcriminantes eos ab invicem ſecundum notas peculiares cujuſque diſtinctas, Gregorium Georgii loco reddidimus. Athanaſius igitur ex immenſa clade vix fuga lapſus, de rebus geſtis in ipſo Gregorii introitu, immo invaſione Eccleſiæ Alexandrinæ, publicam patentemque atque communem Orthodoxis omnibus ſcripſit epiſtolam, quæ hactenus integra conſervatur: reddemus hic eam, quod nonniſi hujus ſit argumenti, & elegantiſſima ex ea accipiatur epiſtolaris hiſtoria: ſe vero habet in hunc modum (*d*):

(*a*) Socr. l. 2. c. 8.
(*b*) Sozom. l. 3. c. 5.
(*c*) Theod. l. 2. c. 4.
(*d*) Athan. ad Orthod.

III. Epiſtola Athanaſ. de clade Alexand. Eccleſiæ.

Mala quæ paſſi ſumus, & intoleranda ſunt, & condigne enarrari nequeunt: ſed tamen, ut compendioſius vim acerbitatemque earum calamitatum ſignificem, hiſtoria mihi ex ſacris litteris recitanda videtur (*e*). *Vir Levita injuriam in uxore paſſus, vimque ejus indignitatis ſecum reputans (mulier enim Hebræa erat, & ex ſtirpe Judæ) tantiſque contumeliis attonitus quemadmodum divina Judicum Scriptura denunciat, uxoris corpus in partes diviſum ad omnes Iſraëliticas tribus miſit; ut injuria non ad ſe ſolum, ſed ad omnes æque pertinere crederetur: utque vel vicem ejus dolentes, vindices ſe præberent; vel negligentes ejus ſceleris pudore ſuffunderentur. Nuncii autem rem, ut geſta erat, enarrarunt: illi autem qui viſu auditaque id cognoviſſent, in hæc verba proruperunt: Numquam tale quid, ex quo filii Iſrael ex Ægypto aſcenderunt, accidiſſe. Concitatæ igitur ſunt univerſæ tribus Iſrael; omneſque, quaſi id peculiariter paſſi eſſent, in unum coiere. In ſumma debellati ſunt qui hoc ſcelus perpetraverant; non enim ad generis conjunctionem, qui in bellum coiere, ſed ad facinus reſpexere. Scitis iſtam hiſtoriam, fratres, & quæcumque ibi perquam diligenter a Scriptura ſuper hoc negotio recenſentur: ulterius autem eam excurrere, non eſt animus; præſertim cum ad eos ſcripturus ſim, qui rem cognitam habent; & ipſe ardeam quamprimum ad ea indicanda, quæ magnitudine, & nu-*

(*e*) Judic. 19.

PAGIUS

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5835.

SÆC. IV. Anno Urbis 1095. Olymp. 280. A.C. 342. an. 2.

☉ 13. C. ☽ 5. P. 13. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 342.

JULII PAPÆ 6.

CONSTANTII ET CONSTANTIS 6.

I. Conſules & Quinquennalia, Conſtantii, & Conſtantis.

[1] A Num. I. ad XLIII. Coſſ. *Conſtantius Aug. III. & Conſtans Aug. II.* Sumtus uterque Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam: uterque enim Imperator Auguſtei Imperii Quinquennalia celebravit.

II. Gregorius invadit Sedem Alexandrinam.

Adventus *Gregorii* in Urbem Alexandrinam male a Baronio in hunc annum dilatus: epiſtola enim *Euſebianorum*, quam ipſe aſſirmat ſcriptam eſſe poſt Concilium Antiochenum ad Encænia, ideoque ante menſem Septembrem anni CCCXLI. quo indictio XV. inchoata, data eſt poſt Gregorii in urbem Alexandrinam ingreſſum, ut colligitur ex eo quod Julius in ſua ad Orientales epiſtola ſcribat, Presbyteros ſuos, qui eam attulerant, cum luctu ab Euſebianis remiſſos fuiſſe, *ob ea qua iſtic geri conſpiciebant*, ut legitur in eadem epiſtola recitata ab Athana-

Baron. num. 1. & ſeq.

NOTÆ [1] COſſ. *Conſtantius Aug. III. & Conſtans Aug. II.* Socrates lib. II. Cap. XIII. *duobus Auguſtis Coſſ. Conſtantio III. Conſtante II.* Faſti Idatiani, Vindebonenſes, & Proſperi Chronicon: *Conſtantio III. & Conſtante II.*

& numero ſuperent Levitica iſta mala.

IV. Immaniſſima clades Alex. Eccleſiæ. Ideo enim hujus hiſtoriæ mentionem fecimus, ut rebus ejus temporis cum præſentibus in comparationem miſſis, in quibus tanta, & tam immanis crudelitas eſt, majorem quam illi indignationem adverſus homines nefarios conciperetis. Siquidem acerbitates perſecutionum nobis illatæ ita præponderant, ut exigua videatur Levitæ calamitas, præ illis quæ nunc adverſus Eccleſiam deſignata ſunt. Vel potius numquam quicquam tale auditum eſt in Orbe terrarum, neque quiſquam umquam iſtiuſmodi mala expertus eſt. Tunc enim una mulier injuriam paſſa eſt, & nonniſi unus Levita erat, ad quem vis illa referebatur: nunc autem univerſa Eccleſia injuria affecta eſt, & ſacrarium contumelioſe habitum; &, quod majus eſt, pietas ab impietate perſecutionem perpetitur. Tunc ſingulæ tribus, ſingulis partibus mulieris viſis, attonitæ conſternatæque ferebantur: nunc autem totius Eccleſiæ membra divulſa ſunt. Rem ita eſſe, etiam ex illis cognoſcetis, qui alii atque alii in diverſas partes, ut injurias ſuas exponant, miſſi ſunt.

V. Servandum admonet majorum depoſitum. Obſecro igitur vos, ut ita animos veſtros commoveat rerum indignitas, quaſi non nos tantummodo, ſed ipſi quoque injuriam accepiſſetis; quo quiſque nis læſus opem in commune conferat, ne paulatim Eccleſiaſtici canones, & Eccleſiæ fides corrumpatur: quæ ambo in periculum veniunt, niſi Deus veſtra opera quam celerrime delicta caſtiget, & Eccleſiam vindictæ compotem reddat. Non recens aut nova res eſt, Eccleſiaſticorum canonum inſtitutio, ſed a primis uſque Patribus per manus tradita eſt, & fundata in Eccleſiis. Neque nunc tandem fides ſuum ſumpſit initium, ſed ab ipſo Domino opera diſcipulorum in noſtram uſque ætatem propagata eſt. Ne igitur ea quæ hactenus uſque ad noſtra ſæcula in Eccleſiis obſervata ſunt, his temporibus pereant; & quæ nobis concredita ſunt, a nobis requirantur: agite, fratres, ita animo excitemini, eumque zelum arripite, qui bonis diſpenſatoribus myſteriorum Dei congruit; & non aliter ſitis affecti, quam ſi in oculis veſtris iſtiuſmodi populatio commiſſa eſſet. Copioſius omnia ex tabellariis cognoſcetis. Ego tamen, mihi imperare non potui, quin paucis ea quoque delinearem: quo plane vobis conſtaret, nullo umquam tempore talia in Eccleſiam perpetrata eſſe, ex quo Salvator noſter in Cælum ſubvectus diſcipulis præcepit (a): Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti.

(a) Matth. 28. Marc. 16.

VI. Edictum de Gregorio inducendo Alexand. Quæ igitur adverſus nos & Eccleſiam commiſſa ſunt, ad iſtum modum ſe habent. Solemniter nobis in pace convenientibus, populiſque iſtiuſmodi conventu lætis, & comminiſtris ſacrorum ſecundum Deum vita converſationeque per Ægyptum, Thebaida, Africam in melius proficientibus, mutuaque inter ſe & erga nos pace & charitate affectis: ecce ibi ſtatim Præfectus Ægypti litteras publice proponit in ſpeciem edicti, quibus declarabat, Gregorium natione Cappadocem pro ſucceſſore mihi datum, ſatellitio ſtipatoribuſque Comitis in cathedram introducendum. Fama iſtius negotii tunc, ut in re nova, & nunc quoque poſt rem peractam, perturbavit omnes. Major igitur ea de cauſa in templa populi defluxus, & præcipue ob id, quod nullas querelas nec a plebe, nec a presbyteris, nec ab Epiſcopis contra me habitas ſatis ſcirent, neminemque niſi Arianos cum Gregorio eſſe: ipſumque adeo Arianum & eſſe, & ab Ariano Euſebio miſſum eſſe cognoſcerent. Scitis autem, fratres, Euſebium cum ſuis, præſides ſemper & ſocios ipſius hæreſeos Arianorum fuiſſe, & per eos nobis perpetuo inſidias factas, operamque dediſſe, ut in Gallias exulatum abirem.

VII. Populus pro Athanaſio agit. Populus igitur indignari; queritari ſæpe multumque; tum ad Judices, tum ad univerſam Civitatem proteſtari, nullam adverſus nos querelam ab Eccleſiaſticis motam eſſe; Arianorum hæreticorum opera hanc inſolentiam, legumque prævaricationem in Eccleſiam immitti. Sed ut demus querelam aliquam adverſus me ſuſceptam, meumque nomen inter eos receptum eſſe: non tamen oportuit in mei locum Arianum, aut qui Ariana ſaperet, ſubrogari: ſed ſecundum Eccleſiaſticos canones, prout Apoſtolus præcepit, congregatis populis una

eum

PAGIUS

Baron. n. 1. & ſeqq. naſio pag. 740. Præterea ibidem pag. 749. poſtquam Pontifex ſuis narravit mala a Gregorio tunc patrata, Euſebianos irridet dicens, Scribitis, magnam pacem Alexandriæ & per Ægyptum fuiſſe, niſi forte res, officiumque pacis in contrariam jam ſignificationem abierit. Recte itaque Bollandus die decima ſeptima Januarii pag. 110. Gregorii invaſionem anno CCCXLI. conſignat. Quæ narrat hic Baronius de iſta intruſione ex epiſtola Athanaſii ad Orthodoxos ſcripta, pertinent ad annum CCCLVI. ſeu ad ſecundam Sedis Alexandrinæ invaſionem; cum hujus occaſione epiſtola illa ſcripta fuerit, ut anno præcedenti monſtravi. Neque enim dici poteſt, Athanaſium Euſebianos aggreſſos eſſe in ea, in qua commorabatur Eccleſia; cum ipſemet teſtetur, ſe, hos ubi tumultus auditione accepit, Romam navigaſſe, ut anno præcedenti oſtendimus. Ad hunc ingreſſum referenda, quæ anno ſuperiori num. XXIX. ex ipſomet Athanaſio ſcripſimus de geſtis in hac priori Eccleſiæ Alexandrinæ invaſione.

III. Synodus Romana in cauſa Athanaſii. Valeſius in Obſervat. Eccleſiaſt. lib. 1. Baronii varios lapſus in Romana Synodo, quæ Athanaſium abſolvit, explicanda detexit, ex quo hæc mutuati ſumus. Cum ex epiſtola Julii ad Orientales data conſtet, Athanaſium Romæ manſiſſe annum integrum & ſex menſes, dum Euſebianorum

ad-

cum Spiritu ſancto, qui Epiſcopum conſtituant, publice & in præſentia clericorum Epiſcopum poſtulantium, inquiſitionem fieri, atque ita omnia canonice peragi; non autem ad potentiam poſtulationemque Arianorum, qui ab Eccleſia alieni ſunt, quique Epiſcopale nomen non verentur emere, ſucceſſorem mihi dari, nundinatoremque Epiſcopalis tituli, præter conſenſum eorum, qui Epiſcopum poſtulare debebant, & præter voluntatem conſcientiamque omnium, qui Actis adhibiti non fuere, per vim opeſque Judicum extraneorum in hanc dignitatem immittere. Id enim & Eccleſiaſticos canones ſolvit, & Ethnicos ad blaſphemiam ſuſpicionemque cogit, ut putent, non legibus, rituque divino, ſed nundinatione, & potentia Epiſcopos conſtitui: præclara igitur iſta Arianica Gregorii conſtitutio tale ſui exordium habuit.

VIII. *Illius porro introitus Alexandriam quam multa nefaria perpetrarit, quantorumque malorum auctor extiterit, licebit vobis & ex litteris noſtris, & ab iſtinc proficiſcentibus reſciſcere.* Philagrius præfectus Apoſtata. *Populis ergo graviter ferentibus iſtarum rerum inſolentiam, ideoque in Eccleſiis cœtus facientibus, ne Arianorum perfidia Eccleſiæ fidei admiſceretur: Philagrius jam olim* (nempe, ut dictum eſt, tempore Tyrii Conciliabuli) *in Eccleſiam & virgines contumelioſus, per id tempus Ægypti Præfectus olim transfuga noſtræ religionis, Gregorii conterraneus, homo nequaquam ſpectatis moribus, fretus magiſtratus ſui auctoritate præſidioque, ad quodvis agendum promptus, ut qui apoſtata & in Eccleſiam infeſtus, & præceps, Ethnicas tribus, Judæoſque item, atque alios protervos homines adhortationibus, magniſque promiſſis, quæ ſecundum pacta pro opera præſtita bene perſolvit, adverſus Eccleſiam inſtigatos cuneatim cum gladiis, & fuſtibus contra populos in Eccleſias immittit. Jam quid inde evenerit, non ſimplicem poſthac ſermonem requirit, cum ea res nec ſatis digne explicari queat, aut ſine lacrymis & planctu vel ex minima parte recenſeri. Ubi enim apud priſcos talis tragœdia? aut quid ſimile in bello, & perſecutione factum eſt unquam?*

IX. *Siquidem, & Eccleſiis & baptiſteriis flammæ injectæ; magnus igitur luctus, ejulatus, & planctus per Civitatem. Cives, ea quæ agebantur, indigne ferre, occlamare Præſidi, vim proteſtari; eo quod virgines ſanctæ, & incontaminatæ, nudatis corporibus, nefaria paterentur: iiſdemque, ſi contumacius obſiſterent, periculum capitis ingereretur: monachi pedibus obtriti expirarent; alii Fiſco addicerentur; alii gladiis fuſtibuſque mactarentur; aliique vulneribus plagiſque male mulctati diſcederent. In ſacroſanctam autem menſam, proh, quanta impietas & facinora commiſſa! Vides enim eos aves & nuces pineas immolare, idola ſua laudibus efferre, in Dominum noſtrum Salvatorem Jeſum Chriſtum, & Filium viventis convicia verborumque contumelias jacere: ſacros Scripturarum libros, quos in Eccleſiis inveniebant, comburere: in ſacrum baptiſterium (proh ſuperi!) Chriſticidas Judæos & atheos Ethnicos nulla cum reverentia ingreſſos, eam verborum factorumque turpitudinem nudatis corporibus deſignare, ut pudendum abominandumque ſit relatu. Nec defuere impii homines, æmuli acerbiſſimarum perſecutionum, qui virgines continenteſque, injectis manibus traherent, raperent, & ad blaſphemiam, Dominique abnegationem compellerent; eoſque, qui id facere recuſarent, conciderent, pedibuſque obtererent.* Eccleſiæ Alexandrinæ immenſa clades.

X. *In hoc genere introitus ſui ſplendidus ille, & perquam egregius Gregorius lætus de iſtis malis, ſimulque mercedem & præmia pro hac tanta ſcelerata victoria Ethnicis, Judæis, cæteriſque quorum opera ad talia uſus erat, diſpenſans, in prædam rapinaſque Eccleſiam dabat: ſemel autem ut iſtiuſmodi generis ſceleris eſt licentia data, multa deteriora quam in bello, crudeliora quam in latrocinio committebantur; cum & iſti obvia diriperent, illi in cellis repoſita dividerent, magnamque copiam vini aut ebiberent, aut effunderent, aut aſportarent, oleumque reconditum prædarentur, fores cancelloſque tamquam rejectamenta geſtarent, & candelabra ibi ad parietem deponerent, cereoſque Eccleſiæ idolis adolerent: In ſumma, magna ubique in Eccleſia depopulatio, & plu-* Gregorii Ariani ſcelera.

PAGIUS adventum expectaret, Baronius qui illum anno CCCXL. Romam veniſſe ſcripſerat, neceſſe habuit, Romanam Synodum, in qua abſolutus eſt in exitum anni CCCXLI. conjicere. Sed ea ante præſentem annum non celebrata. *Athanaſius* enim in epiſtola ad Solitarios diſerte ſcribit, Romanam Synodum poſt dimiſſos ab Euſebianis Julii Legatos Elpidium atque Philoxenum congregatam eſſe. Locus eſt pag. 816. ubi, poſtquam retulit, Elpidium atque Philoxenum Presbyteros a Julio miſſos fuiſſe, qui Euſebianos ad cauſam dicendam citarent, ſubdit, Euſebianos, audito nomine Eccleſiaſtici judicii, adeo contremuiſſe, ut animum prorſus deſponderent. Ad ſolitas igitur artes eos converſos ait, Presbyteros Julii ultra diem Synodo præfinitum a Julio detinuiſſe, vanaſque prætuliſſe excuſationes, quod metu Perſici belli Romam ipſis proficiſci non liceret. Tandem vero, inquit, *Presbyteros ſuos demiſerunt cum abſurdiſſima excuſatione hoc genere colloquii inter ipſos habito: Quandoquidem Eccleſiaſtico judicio vincere non poſſumus, ſolita noſtra vi agamus. Dant igitur literas ad Philagrium, auctoreſque ſunt, ut ille quamprimum cum Gregorio in Ægyptum abeat.* Deinde cruentum Gregorii introitum in urbem Alexandrinam, & cædes atque exilia Epiſcoporum recenſet. Ac tum demum Romanam Synodum commemorat pag.

rima mortis imago. Non tamen ad iſta impii Ariani ullo pudore commovebantur; quin teteriora adhuc atrocioraque cumulavere. Vidiſſes enim presbyteros, & laicos in jus trahi, virgines e cœtu ſuo divulſos ad tribunal Præſidis captari, & in carcerem conjici, alios Fiſco addici, alios flagellis cædi, panes ſacrificiorum miniſtris, & virginibus interdici. Hæc autem ſub Paſcha in ſacra Quadrageſima acta ſunt, per quod tempus jejuniis dediti erant.

XI. Die paraſceves quot ſacrilegia. *Interim egregius ille Gregorius, arrogatis ſibi moribus Caiphæ, cum Præſide Pilato contra pios Chriſti cultores debacchabatur. Certe ipſo die Paraſceves ingreſſus in quamdam Eccleſiam cum duce & Præſide Ethnicorum populorum, intellecta hominum odio, quo illius violentum introitum averſabantur, auctorem conſuaſoremque ſe præbuit crudeliſſimo Præſidi, ut eadem hora trigintaquatuor virgines, & matronæ item, viriquæ ingenui publice flagellis cæderentur, & in carcerem conjicerentur: inter quos virginem quamdam ſtudioſam litterarum, & adhuc Pſalterium manibus retinentem, publice flagellari juſſit: ereptus virgini a carnificibus liber, ipſa autem poſt flagra in carcerem recluſa eſt.*

XII. *His autem ad hunc modum patratis, ne in reliquamquidem tempus otium egere: quippe qui in alia illo Eccleſia, in qua ego potiſſimum per hos dies commorabar, eadem prorſus molientes, furore ipſorum etiam in templum immiſſo, nihil non egere, ut ibi me interceptum de medio tollerent: nec aliter eveniſſet, niſi gratiam propitiam Chriſti auxiliatricemque mihi expertus fuiſſem.* Athanaſius clam elapſus. *Unde ita delapſo licuit mihi paucula iſta ex innumeris mala recenſere: ego enim videns eos ad extremam rabiem deveniſſe, mecumque rationem iniens, quo ne vel Eccleſia noxam acciperet, aut virgines indigna paterentur, cædeſque denuo committerentur, eademque iterum injuria contumeliaque in populum incumberet, furtim me populis ſubduxi, memor verbi Salvatoris noſtri (a): Si vos perſecuti fuerint in hac Civitate, fugite in aliam. Noveram enim ex iis quæ adverſus primam illam Eccleſiam perpetraverant, nihil ſceleris eos in iſtam Eccleſiam omiſſuros: ubi ne ipſum quidem Dominicam diem ſanctiſſimi feſti ulla ex reverentia habuere, quo minus eo ipſo tempore, quo Dominus omnes ex mortis vinculis compedibuſque eripuit, homines ejus Eccleſiæ in vincula conjicerent. Gregorius autem cum ſuis gregalibus, velut bello in Chriſtum ſuſcepto, fretus confiſuſque Præſidis potentia, diem illam liberalem vindicemque ſervis Chriſti in luctum & mœrorem vertit: Ethnici contra oculis animiſque malignis diem illam ſanctiſſimum infamantes, lætitia geſtiebant. Gregorius vero (credo ex mandatis Euſebii) vinculis compedibuſque per id tempus Chriſtianos ad luctum comploratìonemque compellebat.*

(a) Matth. 10.

XIII. A Præſide Alexandriæ cauſa Athanaſii ſævitum in alios. *Hoc genere violentiæ Præſes Eccleſias diripuit, direptaſque Gregorio & furioſis Arianis tradidit. Rejectitii igitur homines, & ſummoti ab Euſebio, in Eccleſiarum direptionibus ſibi gratulantur: populis autem Dei, & clericis Catholicæ Eccleſiæ ea neceſſitas inflicta eſt, ut cum impiis hæreticis Arianis communicent, aut ab introitu Eccleſiæ abſtineant. Quin & naucleris, aliiſque marinas navigationes obeuntibus, non exigua vis adhibita eſt a Gregorio, dum alios opera Præſidis in tormentis habet, alios vero in carcerem conjicit, & compedibus aſtringit ea de cauſa, ut & ipſius ſceleribus metuerent contradicere, & litteras ab eo deferendas acciperent. Verum ne ita quidem contentus; quo ſe noſtro ſanguine ſatiaret, induxit crudeliſſimum Præſidem facinorum ſocium, ut decretum ſub populi nomine adverſum me odioſiſſimis verbis deſcriptum ad pientiſſimum Imperatorem Conſtantium mitteret, unde non ſolum exilium, verum etiam mille mortes expectandas putes. Is autem qui decretum ſcripſit, transfuga eſt noſtræ religionis, quippe qui, relictis Chriſtianis, idola Gentium turpiter adoraret: qui autem litteris iſtis ſubſcripſerant, Ethnici ſunt.*

XIV. Perſecutio omnium acerbiſſima. *Et ne multus ſim in ſcribendo, perſecutio adeſt, eaque perſecutio, qualis nunquam antea adverſus Eccleſiam oborta eſt. Nam in ſuperioribus perſecutionibus, cum quis*

PAGIUS pag. 818. *Romæ vero congregati Epiſcopi prope quinquaginta, Euſebianos ut ſuſpectos, timentesque ſe ſiſtere, non receperunt, & quæ ab ipſis ſcripta eſſent, infirmarunt: Nos autem ſuſceperunt, & communionem nobiſcum amplexi ſunt.* Ex quibus verbis liquido apparet, Romanam Synodum nonniſi poſt reditum Legatorum habitam fuiſſe.

IV. *Præſenti anno celebrata eſt.* Idem demonſtrat Valeſius ex altero Athanaſii loco, qui habetur in Apologia ſecunda adverſus Arianos pag. 739. quem nova verſione donat, quia ab Interprete male tranſlatus fuit: *Denique Epiſcopi plures quam quinquaginta, congregati in Baſilica, in qua Vito Presbyter populum colligebat, noſtram quidem defenſionem æquo animo ſuſceperunt, & communionem nobiſcum, ac dilectionem fovendam eſſe ſanxerunt: adverſus autem Euſebianos indignati ſunt, & Julium rogarunt, ut hæc ad illos perſcriberet, cum illi prius ad ipſum ſcripſiſſent. Scripſit ergo Julius, & literas miſit per Gabianum Comitem.* Subjungit deinde Athanaſius literas Julii, quarum hoc eſt exordium: *Julius Dianio, Flaccillo, Narciſſo, Euſebio, Mari, Macedonio, Theodoro, & qui cum illis ſunt, dilectiſſimis fratribus, qui Antiochia ad nos ſcripſerunt. Legi epiſtolam veſtram, quam Presbyteri mei Elpidius & Philoxenus mihi attulerunt,* &c. Denique poſt recitatas Julii literas hæc addit Athanaſius: *Hæc cum Romana Synodus per Ju-*

quis ad fugam adigeretur, erat ubi ſuas partes cum aliis conſungeret; & cum occultaretur, non deerat baptiſmi copia: hæc autem multa, & præſens crudelitas Babyloniorum impietatem æmulatur: at enim illi Danielem, ita præclaras iſte Gregorius eos qui domi orationes faciunt, ad Præſidem defert, & miniſtros ſacrorum infenſiſſime obſervat: adeo ut ex iſta violentia multi deſtituti, inopia baptiſmatis, periclitentur; multique ſine viſitatoribus ægrotent, & lamententur; acerbiorem ſibi hanc calamitatem, quam morbum arbitrantes: populique ſacrorum miniſtris abactis, non ignari impietatis Arianorum, præoptant potius ita ægrotare & periclitari, quam ut Arianorum manus capitibus ſuis imponi ſuſtineant. Ut igitur Arianus eſt Gregorius, ita & ab Arianis miſſus eſt, eumque nemo in Epiſcopum poſtulavit, niſi ſoli Ariani; ac proinde uti mercenarius & externus, gravia & perquam acerba in populos Catholicæ Eccleſiæ, quaſi alienos, & non ſui gregis per fidem, facit.

XV. Gregorius Arianus cognitus. *Ego autem quia jampridem, cum eum Ariani, ut fidum ſibi in Epiſcopum promovebant, ſcripto edideram, nemini veſtrum Catholicis Epiſcopis ignotum eſſe Gregorium, eumque merito a vobis pro impietate ſua excommunicatum eſſe, & anathema edicto Eccleſiæ proclamatum, nec aliam eſſe cauſam cur eum Ariani pro Epiſcopo mittant, niſi ne denuo ex meis ſcriptis ſimilia convicia paterentur; barbara & exotica vi in me coorti, Eccleſias in ſuam poteſtatem redegere, ut ita Arioniſmi ſuſpicionem vitarent. Verum & hic quoque magnopere fruſtrati ſunt: nemo enim Eccleſiaſticorum hominum Gregorio ſe adjunxit, exceptis hæreticis, cæteriſque ob crimina ſua ab Eccleſia rejectis, illiſque item qui metu Præſidis communionem ſimulant. Hanc tragœdiam ille jam olim quidem cum ſuis meditatus eſt, ſed nunc ejus dramatis agendi facultatem per calumnias nactus eſt, quibus nos ad Imperatorem accuſavit. Sed enim ne ita quidem conquieſcere potuit, ut qui etiam nunc mercedem quærit, & notis amiciſſimiſque adeo ſe terribilem infeſtamque præbet, ut nemo non metu mortis in exilium fugiat.*

XVI. Excitat Orthodoxos. *Verum non ideo de ſceleribus eorum formidinem, ſed potius indignationem & vindictæ cupidinem concipere debetis, cum hoc novo genere ſcelerum adverſum nos uſi ſint. Si enim patiente uno membro, compatiuntur & reliqua membra; &, ſecundum beatum Paulum, flendum eſt cum flentibus* (a); *certe tanta Eccleſia læſa, quiſque, quaſi ipſe læſus eſſet, ad vindictam ſe accingere debet. Communis enim omnium Salvator eſt, qui ab illis blaſphematur; & omnes quotquot ſunt canones, ab iiſdem violantur. Si vobis in Eccleſia ſine ullius querela ſedentibus, ſubito per edictum Principis ſucceſſor mitatur, & talis contra vos deſignarentur; an id, quæſo, ſine indignatione toleraturi eſſetis? an non potius vindicandum cenſeretis? Eſt igitur æquum, veſtram indignationem commoveri; ne, ſi ita res ſilentio tranſmittatur, paulatim in ſingulas Eccleſias idem malum propagetur, noſtraque diſciplina in mercatus nundinationeſque abeat.*

(a) Rom. 13.

XVII. Euſebius malorum omnium auctor. *Quod igitur ad Arianos pertinet, rem vobis compertam dico: ſæpe enim eorum impietatem publice privatimque damnaſtis; neque ignari eſtis, qualis ſit Euſebius cum ſuis, & quantopere cum Arianis eamdem hæreſin foveat: quæ res in cauſa fuit, cur nobis olim inſidiatus ſit. Porro quæ per eum ejuſque ſocios deſignata ſunt, quantoque ea ſint atrociora vel bellicis calamitatibus, ideo meis ſcriptis oſtendi, ut ſtatim a rebus narratis ſumpto zelo, recta tenderetis ad tollendos talium ſcelerum in Eccleſiam auctores. Certe fratres noſtri Romæ anno ſuperiore infenſi prioribus eorumdem hominum factis, cum nondum ſcelera iſta acceſſerant, pro ultione ſumenda, Concilium indici celebrarique voluerunt, & rem perfeciſſent, niſi Euſebiani Eccleſiam turbaſſent, noſque intercipere conati eſſent, ut libere ſine reprehenſore in ſceleribus ſuis pergerent. Quod ſi Epiſcopi illi Romæ tunc temporis in hæreticos iras ſumpſere: quanto juſtior graviorque veſtra & ira, & indignatio fuerit, cum prioribus maleficiis tantam ſcelerum addiderint? Obſecro vos igitur, ne tanta facinora levia aut negligenda putetis, neve inclytam Alexandrinorum Eccle-*

PAGIUS *Julium Romanum Pontificem ſcripſiſſe*, &c. Ex his colligitur primo, Romanam Synodum, qua Athanaſius innocens pronuntiatus eſt, celebratam eſſe poſt reditum Elpidii atque Philoxeni. Secundo, literas Epiſcoporum Antiochenæ Synodi ad Julium Papam, quas ſupradicti Legati detulerant, in eadem Synodo Romana eſſe recitatas. Tertio, Julium Papam rogatum eſſe ab Epiſcopis Synodi Romanæ, ut Epiſcopis Antiochenæ Synodi reſcriberet, iiſque decretum Synodi Romanæ ſignificaret. Poſtremo, epiſtolam illam Julii, quam ibidem refert Athanaſius, & cujus initium duntaxat adſcripſimus, eam ipſam eſſe, quam Julius ſcripſit rogatu & nomine Synodi Romanæ, quæ Athanaſium abſolverat.

V. Quod magis confirmatur. Quæ omnia ex lectione epiſtolæ ipſius Julii aperte confirmantur. Nam & literas Epiſcoporum Synodi Antiochenæ in Synodo Romana lectas eſſe diſerte teſtatur Julius in principio ſuæ epiſtolæ: nec ſolum poſt reditum Legatorum ſuorum eam Synodum celebratam eſſe indicat, verum etiam diu poſt ordinationem *Gregorii*, & poſt violentum ejus ingreſſum in urbem Alexandriam. Certe cædes & exilia Epiſcoporum, proſcriptiones & carceres civium, & alia ſcelera ac ſacrilegia commemorat, a *Gregorio* tunc temporis perpetrata, quem *Julius* ne nomine quidem Epiſcopi unquam dignatur, ut videre eſt pag. 749. Atque hæc Julius Papa ſe accepiſſe di-

eleſiam, hæreticorum pedibus abteri, conculcarique ſinatis. Certe indignitas iſta rerum in cauſa eſt, ut populi ſacerdoteſque ſeorſum ſine ſynaxibus vivant, taciti quidem ob vim Præſidis, animo tamen impietatem Arianorum exſecrantes.

XVIII. Athanaſii ad Catholicos commonitio. *Si igitur aut ipſe Gregorius, vel alius quiſpiam ad vos ſcribat; ne recipiatis, fratres, illorum litteras, ſed oblatas diſrumpite, eorumque tabellarios ut impios & ſcelerum adminiſtros ejicite. Quod ſi formulam pacificatoriam ſcribat; ne illam quoque recipiatis; metu enim Præſidis, violentiaque Gregorii, ad has litteras perferendas compulſi ſunt. Ego autem, quia veriſimile eſt, Gregorii gregales de Gregorio ſcripturos eſſe; meis litteris vos præmonere ſtudui, ut rejecta perſonarum delectu, ſicuti Dei æmulatoribus congruit, ſubornatos ſubmiſſoſque ab hoc hominum genere expellatis; qui hoc ipſo tempore in Arianorum gratiam, Judæos, Ethnicoſque homines ad perſecutiones, virginum ſtupra, cædes, Eccleſiarum depopulationes, incendia, blaſphemias inſtigarunt. Neque enim impius & furioſus Gregorius, quod Arianus non ſit, inficiari poterit; cum is, qui litteris ſubſcribit, pro documento in contrarium ſit: Ammon enim iſte ejus ſubſcriptor jam olim a beato Alexandro ante me Epiſcopo ob multa mala impietatemque ab Eccleſia ejectus eſt. Ob hæc omnia, quæſo reſcribite, & impios condemnate: ut ſacerdotes qui hic ſunt, populique Orthodoxum veſtram religionem, zelumque veſtrum adverſus malos conſpicientes, de veſtra gaudeant concordi fide: iſtique ſcelerum in Eccleſiam auctores, veſtris litteris, vel ſero, errorem ſuum reſpuant, & pœnitudine capiantur. Salutate eam, quæ apud vos eſt, fraternitatem: qui mecum ſunt fratres, vos ſalutant. Dominus autem vos ſanos, noſtrique memores conſervet, domini vero deſideratiſſimi.* Hactenus Athanaſii ad Orthodoxos epiſtola, quam, priuſquam Alexandria recederet, e latebris ſcripſiſſe certum eſt ex iis quæ eadem continentur.

XIX. Hic rurſus lectorem monendum putamus, ne, quod habet depravatus textus epiſtolæ Athanaſii ad Orthodoxos da Georgio, putet nos hallucinatos, quod referre velimus ad Gregorium, qui primus ex Arianis inſtitutus eſt Antiochiæ Alexandrinæ ſedis Epiſcopus; atque magis exiſtimet ea omnia referenda ad tempora Georgii, ſecundi inſtituti Ariani Epiſcopi Alexandrini; opineturque eo tempore illa de graſſatione Philagrii accidiſſe, & eo quoque tempore eamdem ab Athanaſio ad Orthodoxos eſſe ſcriptam epiſtolam. Nam cum habeat in eadem epiſtola, hæc facta eſſe ſub Præfecto Philagrio: plane nonniſi ad tempora, quibus Gregorius ſedit, referri poſſunt. Siquidem ex litteris ejuſdem Athanaſii ſcriptis ad ſolitariam vitam agentes pluribus locis earum conſtat, invaſionem illam factam, ſub Georgio, nequaquam ſub Philagrio, ſed ſub Syriano Duce, Cataphronio Præfecto, Heracliano Comite, Diogene, Hilario, Fauſtino, Sebaſtiano publicis magiſtratibus, nec de Philagrio ulla penitus ibi memoria. Georgius pro Gregorio male ſumptus. Rurſum vero cum ex hac eadem epiſtola recitata habeatur mentio de Euſebio adhuc vivente, nempe Nicomedienſi dicto, qui Gregorium Alexandriam mittendum curavit; haud poſſunt hæc aptari ad Georgium, qui Alexandrinam invaſit Eccleſiam, Conſtantino, & Juliano Conſulibus, anno Domini trecenteſimo quinquageſimoſexto: nam Euſebius, de quo hic eſt mentio, huc eodem anno (ut dicetur) ex hac vita ſublatus eſt. Quæcumque igitur poſt Gregorii ingreſſum reperiuntur acta ſub Philagrio Præfecto, nonniſi ad hæc Gregorii tempora ſunt referenda, quem conſtat ſediſſe uſque ad Concilium Sardicenſe, a quo depoſitus eſt, & poſt decem menſes (ut S. Athanaſius (*a*) teſtatur) defunctus.

(*a*) *Athan. ad Solitar. vitam agentes.*

XX. De tempore ſcriptæ Epiſt. Quod autem hæc epiſtola ſcripta fuerit ſtatim poſt primam graſſationem Philagrii atque Gregorii, profitetur etiam ipſe Athanaſius iiſdem litteris, quas feſtine tunc ſcripſit, ut Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopos præmuniret, & anteverteret ſcribendas a

no-

PAGIUS dicit, tum ex literis Epiſcoporum, qui ex Ægypto hæc ad ipſum ſcripſerant, tum ex Presbyteris, qui Alexandria Romam venerant. Sed & *Carponem* quoddam olim ab Alexandro Alexandrinæ urbis Epiſcopo ob Arianam hæreſim damnatum, una cum aliquot aliis ob eamdem perfidiam ab illo damnatis, a Gregorio ad ſe miſſum eſſe ſcribit pag. 743. qui ſcilicet pacificas ſeu communicatorias Gregorii literas perferret. Idem diu poſtea tentavit *Georgius* Arianus cum in locum Athanaſii ſuffectus fuiſſet. Legatos enim ſuos miſit ad Liberium Papam ambiens communionem Eccleſiæ Romanæ, ut diſcimus ex epiſtola Liberii Papæ. Cum igitur hæc *Carpona* Legatio præſenti anno contigerit, Synodus Romana quæ poſt illam Legationem facta eſt, ante eumdem annum celebrari non potuit.

VI. *Non duæ, ſed unica Synodus Romana celebrata.* Reſpondet Baronius, epiſtolam illam *Julii Papæ* non ad Synodum illam Romanam pertinere, in qua abſoluti ſunt *Athanaſius & Marcellus* ſed ad alteram, quæ ſequente poſt anno facta eſt, cum Elpidius & Philoxenus ex Orientis partibus reverſi eſſent, Orientalium ad Julium literas ſecum deferentes. Duas enim Synodos Romanas diſtinguit Baronius. Alteram quinquaginta Epiſcoporum, qui *Athanaſium & Marcellum* innocentes eſſe pronuntiarunt anno Chriſti CCCXLI. alteram hoc anno factam, in qua lectæ ſunt literæ Orientalium Epiſcoporum, quas *Elpidius & Philoxenus* attulerant. Verum enimvero Athanaſius unam duntaxat agnoſcit Synodum Romanam, & in ea ſe omnium Epiſcoporum ſententiis innocentem judicatum eſſe ſcribit, & *Julium Papam* rogatum eſſe ab Epiſcopis, ut Orientalibus, qui ad ipſum literas ſcripſerant,

Baron. n. XXVIII. & ſeqq.

re-

Digitized by Google

novo Epiſcopo Gregorio ad eos litteras: quibus cum ex multis pauca ſummatim collegerit, ac proinde complura prætermiſerit; dignum exiſtimamus, ut quæ ab ipſo Athanaſio de eadem illata clade poſtea majori otio ſcripta ſunt, his inſuamus, ex ea præſertim, quæ ad ſolitariam vitam agentes ſcripta epiſtola eſt, quæ quidem præſefert breviarium rerum ab Arianis geſtorum adverſus Eccleſiam Catholicam, ac potiſſimum Alexandrinam. De qua quidem illud admonendus eſt Lector, cum auctor multiplicium rerum obrueretur narratione, non ſemper idem filum texere orationis, ſed inter ſcribendum ad alia ſæpe divertere, adeo ut alio tempore geſta interdum cum aliis intermiſceat: quod niſi quis accurate conſideret, facile (quod ad temporum ordinem ſpectat) in varios labatur errores. Verum & in ea illud quoque attendendum, quod licet ejuſdem ſcriptionis abſque controverſia idem Athanaſius auctor ſit habitus; tamen tamquam ab alio quopiam ſcripta epiſtola, ipſe ſæpe ſui ipſius Athanaſii nomen inter loquendum interſerit. Sed jam hic reddamus, quæ eodem argumento in eadem poſita leguntur.

XXI. (a) Athan. ad Solit. Invaſio Eccleſiæ Alexand. *Mittit* (inquit *a*) *litteras Conſtantius, & in omnes perſecutionem movit, emiſſariis ad eam rem uſus Philagrio, & quodam Arſacio eunucho: miſſus quoque eſt Gregorius militari manu; eadem ſtatim deſignata ſunt, quæ prius. Coacta enim multitudine ex bubulcis, opilionibus, & forenſi vulgo, una cum protervis juvenibus, cum gladiis & fuſtibus templum Quirini invadunt; alios mactant, alios pedibus obterunt; plerosque conciſos partim in carcerem, partim in exilium conjiciunt; multaſque feminas miſeris modis raptatas publice ad tribunalia crinibus trahunt, tractaſque contumeliis indigniſſime afficiunt: aliorum bona Fiſco addicunt, aliorum alimenta intervertunt, nulla alia de cauſa, quam ut eos ad partes Arianorum, & Gregorium recipiendum, quem Imperator miſerat, compellerent.* Et paulo inferius.

Orientis igitur loca, ſuaſque Provincias obeuntes quærebant, ſi quis ipſis adverſaretur, ut eum per calumniam in exilium profligarent. Certe presbyteros ſuos dimiſerunt cum hac abſurdiſſima excuſatione, hoc genere colloqui inter ipſos habito: Quandoquidem Eccleſiaſtico judicio vincere non poſſumus, ſolita noſtra vi agamus. Dant igitur litteras ad Philagrium, auctoreſque ſunt, ut ille quamprimum cum Gregorio in Ægyptum abeat. Ac ſtatim jam inde Epiſcopi flagellabantur, & acerbis vinculis conſtringebantur. Serapammonem confeſſorem in exilium mittunt; Potamonem quoque & ipſum confeſſorem, qui oculum in perſecutione perdiderat, ita ceciderunt plagis in cervicem, non ante deſinentes, quam ubi illum pro mortuo abjicerent: adeo ut vix poſt aliquas horas curationibus fomentiſque ſpiritum recollegerit, Deo quidem illi concedente vitam, ſed admodum brevem: paulo enim poſt ex labore, & plagis ex hac vita deceſſit, adeptus in Chriſto gloriam iterati martyrii. XXII. Exilium confeſſorum. Eſt de hoc celebris memoria in tabulis Eccleſiaſticis, quibus natalis ejus dies, anniverſario commemoratione clarus, deſcriptus habetur (*b*). Sed ſubdit Athanaſius. (b) Martyrol. Rom. die 18. Maii.

Deinde miſer Gregorius poſt tanta ſcelera invitabat omnes, ut ſecum communicarent. Atqui ſi communionem ab illis poſtulabas, indigni erant qui verberarentur: quod ſi ut malos eos verberandos cenſuiſti, cur illos, ut ſanctos invitas? Verum nihil illi curæ erat, quam ut eorum juſſa, a quibus miſſus erat, adimpleret, & hæreſim ſtabiliret: eas ob cauſas factus ille homicida, carnifex, & contumelioſus, fraudulentus, & in ſumma Chriſti hoſtis factus eſt. Epiſcopi autem materteram ita perſecutus eſt, ut ne extinctam quidem humari ſineret; & quod voluit, conſecutus eſſet, & inſepulta abjecta fuiſſet, niſi qui eam ſuſtuliſſent, ſuum ſe cadaver efferre dixiſſent: tam impius iſte moribus fuit. Nam cum & alii mendici errones eleemoſynam acciperent; juſſit ea XXIII. Greg. cogit communicare ſibi Catholicos.

quæ

PAGIUS

reſponderet, quemadmodum numero præcedenti explicavimus. Aut igitur falſus eſt Athanaſius, qui id tam diſerte affirmat, aut Baronius qui negat.

VII. Fundamentum Baronii pro duabus Synodis Romanis. Baron. anno 341. num. XLVII. Sed videamus, inquit Valeſius citatus, quænam ratio Baronium impulerit, ut duas Synodos Romanas diſtingueret, & epiſtolam Julii Papæ ad Orientales, quæ refertur ab Athanaſio, ſcriptam eſſe diceret, non rogatu atque nomine Synodi Romanæ, ejus quæ Athanaſium abſolverat, ſed alterius Synodi, quæ ſequente anno congregata eſt. Unicam hujus rei cauſam affert Baronius, quod ſcilicet Julius in ea epiſtola teſtatur, Orientales in litteris, quas ad ipſum ſcripſerant per Elpidium, ac Philoxenum Presbyteros, graviter conqueſtos eſſe, quod *Julius* Athanaſium in communionem ſuſcepiſſet. Atque Athanaſius nonniſi a Synodo Romana, in qua quinquaginta ſedebant Epiſcopi, ſuſceptus eſt in communionem. Orientalium igitur literæ ad Julium Papam ſcriptæ ſunt poſt Synodum Romanam, in qua abſolutus ab omni crimine, & ad communionem admiſſus fuerat Athanaſius. Ex quo ſequitur, epiſtolam illam Julii Papæ quam reſcripſit ad *Orientales Epiſcopos*, non ex perſona Synodi Romanæ & quinquaginta Epiſcoporum, a quibus Athanaſius in communionem ſuſceptus eſt, datam fuiſſe, ſed nomine & rogatu alterius Synodi Romanæ. Hæc eſt Baronii ratiocinatio.

Sed faciliimum eſt cuivis eam refellere. Primo enim negare poſſumus, Orientales in ſuis ad Julium literis queſtos fuiſſe, quod ille Athanaſium in communionem ſuſcepiſſet. Certe in tota Julii epiſtola, nullum ejus querimoniæ apparet veſtigium. Conqueſti quidem fuerant O- VIII. Refellitur primo.

u rien-

quæ eleemoſynis deſtituta eſſent, diripi; & vaſa, quibus oleum & vinum deferebatur, confringi; ut non ſolum in accipiendo ſe impium præberet, ſed ut ipſa Dominum contumelioſe tractaret, auditurus jam jam ex Domino: Quatenus ſprevisti iſtos, & me ſprevisti. Multa etiam alia fecit, quæ dicendi facultatem tranſcendunt, & quibus auditor fidem negaret. Cæterum iſta ideo patravit, quia neque ſecundum Eccleſiaſtica inſtituta creatus erat, neque pro Apoſtolica traditione Epiſcopi nomen obtinebat, ſed ex Palatio cum militari manu, & magnifica pompa miſſus fuit, non aliter quam ſi ſecularis magiſtratus ei demandatus eſſet. Ideoque majori ſtudio magiſtratuum amicitiam, quam Epiſcoporum aut monachorum, ſectabatur.

XXIV. *Si quando igitur pater Antonius ad illum e montanis ſcriberet, quemadmodum pietas peccatori in abominatione eſt, eodem quoque modo ſancti viri ſcripta abominabatur. Quod ſi Imperator, aut Dux exercitus, aut alius quiſpiam Judex ad eum litteras dediſſet; ita lætus exultabat, quemadmodum ii de quibus in Proverbiis non ſine querimoniis dicitur (a): O qui relinquitis vias rectas, qui malis oblectamini, & gaudetis converſatione malorum. Certe qui hujuſmodi litteras afferebant, pecuniis honorabat. Antonii aliquando epiſtolam Duci Blacio conſpuendam abjiciendamque tradidit; ſed hoc divina vindicta multum non prætermiſit: ſiquidem non diu poſtea Blacii femur proficiſcentis ad primam manſionem, equus cui inſidebat, cervicibus retortis, ita momordit, atque e dorſo excuſſum humi afflixit, ut intra triduum proximum periret.* Hactenus Athanaſius. Sed hæc de Blacio paulo fuſius atque nonnihil diverſe ab eodem S. Athanaſio recitantur in Vita S. Antonii; quod fortaſſe accidit vitio librariorum. Verum & illa hic recenſeamus; ſic enim ſe habent.

Greg. Arian. contumelioſus in S. Antonium.

(a) Prov. 2.

XXV. *Præterea cum Blacius *, qui ſub Neſtorio Præfecto Alexandriæ Dux & Ægypti fuit, homo Arianæ iniquitatis ſtudioſiſſimus fautor, ita Chriſti Eccleſiam perſequeretur, ut animo veſano virgines monachoſque nudatos verberaret in publico, ad eum Antonius litteras miſit, quarum iſta ſententia eſt: Video iram Dei venientem ſuper te. Deſine perſequi Chriſtianos; ne te ira occupet, quæ proximum jam tibi minatur interitum. Legit infelix epiſtolam, & irriſit, atque in eam expuens, projecit in terram: portitores quoque multis afficiens injuriis, Antonio talia renunciare præcepit: Quoniam cura tibi tantopere monachorum eſt; etiam ad te mei vigoris tranſibit diſciplina. Sed confeſtim minatorem oppreſſit ſupplicium: & poſt quinque dies os effrenatum ultio divina compeſcuit. Egreditur enim ad primam manſionem Alexandriæ, quæ appellatur Chæreum, cum ſupradicto Ægypti Præfecto Neſtorio: vehuntur equis, quos inter omnes Blacius, cujus erant, manſuetiſſimos nutrierat: Cum ergo pariter ſibimet equi alluderent; mitior, quo Neſtorius vehebatur, morſu repentino Blacium decuſſit in terram, ac ſic in eum inhians, femora ejus laceravit atque corroſit, ut ſtatim relatus in civitatem, poſt tertium diem moreretur, univerſique agnoſcerent minarum ab Antonio prædictarum effectum quantocyus conſecutum, digno perſecutoris fine completo.* Hæc de his ibi.

* Balacius

Blacius blaſphemus quid juſte paſſus ſit.

XXVI. Qui vero Alexandria tunc temporis fugientes, Romam tamquam ad tutum aſylum ſe contulerunt, necnon Ægypti Epiſcopi, ſuis litteris de his omnibus quæ per Gregorium Antiſtitem geſta eſſent, certiorem reddiderunt Julium Romanum Pontificem, ut ipſe in litteris reſcriptis hoc anno ad Euſebianos teſtatur, cum ait (b): *Quæ in Gregorii introitu acta fuerunt, oſtendunt qualis fuerit ordo in ejus ordinatione: temporibus enim ita pacatis (prout renunciant qui inde veniunt, & quemadmodum Epiſcopi ſcribunt) ipſa Eccleſia incendium paſſa eſt, virgines nudatæ, monachi conculcati, presbyteri & multi ex populo indigne habiti & violati, Epiſcopi in carcerem detruſi, multi item ſpo-*

Julius Papa audit de clade Eccleſiæ Alexandrinæ.

(b) Apud Athan. Apolog. 2.

PAGIUS rientales in ſuis litteris, quod Julius contra Canones faceret, & quod flammam diſcordiæ accendiſſet. Sed de communione cum Athanaſio inita nullum verbum hic legitur. Excuſat ſe etiam *Julius Papa*, quod profugos Epiſcopos benigne exceperit, quod doluerit una cum dolentibus fratribus, quod cum flentibus fleverit. Sed nihil amplius dicit. Verum concedamus Baronio, Orientales Epiſcopos in ſuis ad Julium litteris nominatim queſtos fuiſſe, quod Athanaſium in communionem ſuam recepiſſet. Quid tum? An ex eo ſequitur, epiſtolam Julii Papæ non eſſe ſcriptam nomine Synodi Romanæ, in qua Athanaſius fuerat abſolutus? Nullo modo. Deceptus nimirum eſt Baronius, & quicumque eum ſecuti ſunt, dum exiſtimant, *Athanaſium* nonniſi in Synodo Romana ſuſceptum fuiſſe in communionem. Quod non modo falſum, ſed ab omni ratione alienum videtur. Sexdecim integros menſes Romæ permanſit Athanaſius, adverſariorum ſuorum adventum expectans, antequam Synodus Romana cauſam ipſius cognoſceret. An igitur credibile eſt, *Julium Papam* toto illo tempore a communione Athanaſii abſtinuiſſe? Atqui contra eſt ipſe Athanaſius, qui in Apologetico ad Imperatorem Conſtantium diſerte ſcribit, ſe veniſſe Romam, ut ſe, ſuaque omnia Eccleſiæ illi committeret: *Quo quidem tempore*, inquit, *aſſiduus eram in ſynaxibus*. Si in ſynaxibus Romæ aſſiduus erat Athanaſius, ergo cum Epiſcopo Romano communicabat. Deinde Julius Papa, & Athanaſium & ejus adverſarios Romam ad cauſam dicendam evocaverat. Non potuit igitur Julius ante cauſæ cognitionem Athanaſii communionem refugere, ne præjudicium cauſæ faceret: id enim æquitatis ratio non pa-

ſpoliati: ſacra myſteria, de quibus incuſabant Macarium presbyterum, ab Ethnicis direpta, & in terram abjecta ſunt, ut vi cogerent nonnullos ad conſtitutionem Gregorii approbandam. Et inferius: *Ex Ægypto autem & Alexandria, cum denuo ſuperveniſſent presbyteri, litteras ſecum attulere, quibus plurimorum Epiſcoporum, & presbyterorum querimonia continebatur; ſe, cum huc ad Concilium pergerent, detentos fuiſſe, ac etiamnum detineri; & quemadmodum poſt Athanaſii exilium* (ſic enim appellat fugam ipſius) *contigit, Epiſcopos, homines confeſſores, flagris conſcindi, alios in carcere haberi, Præſulesque longiſſimi in ſuo Epiſcopatu temporis publicis miniſteriis mancipari, & fere omnes clericos, & populum Eccleſiæ Catholicæ inſidiis appeti, & perſecutionem pati, quoſdam item Epiſcopos, & fratres finibus ſuis ejectos eſſe nulla alia ex cauſa, niſi ut inviti cogerentur communicare cum Gregorio, & Arianis; & Ancyra, quæ in Galatia eſt non pauca aut parva deſignata eſſe, ſed prorſus eadem cum factis Alexandrinis.* Hæc Julius. At de clade Alexandrina hactenus.

XXVII. Quales Hæretici eſſe ſoleant. Vides plane, lector, qualia eſſe ſoleant hæreticorum opera, qui ſemel exuti Catholicam fidem, omnem cum ea humanitatem, &, quod proprium eſt hominis, rationem pariter abjeciſſe videantur, ſuperinduentes cum impietate ſævitiam, præſeferentes imaginem ejus cujus afflantur ſpiritu, & ex quo geniti eſſe noſcuntur; dicente de eorum conſortibus Domino (a): Vos ex patre Diabolo eſtis, & opera ejus facitis, qui fuit homicida ab initio, ſemper adverſus Eccleſiam bellum gerens. Qui igitur ſic in ovile ovium ingrediuntur, ut furentur, perdant, & mactent, plane non eſſe paſtores, ſed, Domini (b) ſententia, latrones atque fures penitus convincuntur. Eſſent ſane hic, horum occaſione, his ſimilia longeque deteriora; quæ ab hæreticis noſtri temporis non in una Civitate, ſed pluribus ac fere innumeris, in diverſis Provinciis immaniſſime perpetrata ſunt, recenſenda, lacrymiſque Athanaſii noſtræ jungendæ; ſed quod non ſint hujuſmodi, quæ paucis vel ſummatim ſaltem enarrando exprimi queant: ſatis modo, lector, te ex Athanaſii ſcriptis hic recitatis, noſtri temporis Eccleſiæ cladium contemplatum eſſe quamdam imaginem, vel deducta potius lineamenta quædam monſtrorum illorum quæ hoc noſtro deploratiſſimo ſæculo loca infera evomuerunt. At hoc tibi ſatis, ut (quod ab illius temporis Orthodoxis præſtari Athanaſius optat) odio hæreſes perſequaris, earumque ſectatores abomineris, & in caſtris militans Catholicæ veritatis, huic omnes adverſantes pro virili ſemper oppugnes. Sed jam ad Julium Romanum Pontificem redeamus.

(a) Joan. 8.

(b) Joan. 10.

XXVIII. Concilium Romæ celebratum. Cum jam Elpidius, & Philoxenus presbyteri legati Romam Antiochia rediiſſent, acceptis ab eis litteris Euſebianorum, Julius Papa illas (ut ipſe teſtatur) quod indigniſſimæ eſſent quæ efferrentur in publicum, ſupprimere cogitavit; ſed cum nullus ab eis Romam mitteretur, qui ſaltem perpetrata facinora excuſaret: eas tandem publice recitavit, & quidem puto in ea Synodo, ex qua ad eoſdem ipſe reſcripſit. Etenim Concilium Romæ celebratum hoc anno eſſe, Patreſque qui convenerant, per Julium eas reſcripſiſſe, quæ ejuſdem Julii tantum nomine feruntur litteræ, Athanaſius ipſe tradit, cum poſt eaſdem in ſua Apologia deſcriptas litteras mox addit (c): *Hæc cum Romana Synodus per Julium Romanum Epiſcopum ſcripſiſſet, improba iterum audacia Euſebiani in Eccleſiis perturbandis, inſidiiſque tendendis, uſi ſunt.* Honoris ergo id antiquitus obſervari ſolitum fuit, ut quæ in Synodo decreta eſſent, ſolius Romani Pontificis litteris vulgarentur: quod & poſtea æmulata eſt Eccleſia Africana, cum in Carthaginenſi Concilio decretum iſtud ipſum eſt, ut dum ex Synodo litteræ ſcribendæ eſſent, ab Epiſcopo Carthaginenſi provinciæ illius Primate darentur (d).

(c) Athan. Apolog. 2.

(d) Conc. Afric. c. 52.

XXIX. Reſpondens igitur Julius, cum in pri-

PAGIUS patitur. Et Julius quidem cum Athanaſii adverſariis, eumque Euſebio ipſo communionem fovebat, quippe qui & eorum literas accipiebat, & ad ipſos viciſſim ſcribebat. Cur ergo idem Julius inclementior fuiſſet erga Athanaſium, præſertim cum ille Julii Papæ literis evocatus ſtatim paruiſſet, & ad diem dictam adfuiſſet, adverſariis judicium Romanæ Sedis detrectantibus? Atqui Presbyteros ipſius Athanaſii, quos ad refellendas Euſebianorum calumnias Romam paulo ante miſerat Athanaſius, Julius benigne exceperat, & ad communionem ſuam admiſerat. Id enim ipſe Julius ſatis aperte ſignificat in epiſtola ad Orientales. Quæ igitur cauſa eſſe potuit, quamobrem præſenti Athanaſio idem non præſtaret. Poſtremo, Athanaſius in Apologia ſecunda adverſus Arianos, de Synodo Romana loquens, perſpicue declarat, Eccleſiam Romanam ſemper ſecum communicaſſe. Non enim dicit, quinquaginta Epiſcopos, qui ad Synodum Romanam convenerant, ipſum ad communionem ſuſcepiſſe; ſed communionem cum ipſo, & charitatem ſuis ſententiis confirmaſſe. Jam ergo antea cum ipſo communicabant. Verba Athanaſii hæc ſunt: *καὶ ἐκύρωσαν εἰς ἡμᾶς τήν τε κοινωνίαν καὶ τὴν ἀγάπην*. In epiſtola vero ad Solitarios, ejuſdem Synodi Romanæ ſententiam refert his verbis: *ἡμᾶς δὲ ἀπεδέξαντο, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς κοινωνίαν ἠγάπησαν*; id eſt, *Nos autem probaverunt, & communionem nobiſcum foverunt.* Ruit ergo funditus tota Baronii argumentatio, qua probare nititur, duas Synodos Romanas diſtinguendas eſſe, & epiſtolam Julii Papæ ad poſteriorem Synodum Romanam pertinere, non ad priorem illam, in qua abſolutus fuerat Athanaſius.

Digitized by Google

Literæ Julii Papæ ad Euſebianos.

mia, quæ ab illis ſcripta eſſent, quæ & ſuo loco recitavimus, confutaſſet, & quæ a ſe in ſuperiore Synodo, qua abſoluti ſunt Athanaſius atque Marcellus, jure legitimeque eſſe facta monſtraſſet, prolataſque ab ipſis in eoſdem calumnias redarguiſſet: hæc tandem ad eos, monens ut a cœptis deſiſterent, atque mala perpetrata corrigerent, ad finem appoſuit (a): *Poſtquam autem (ut dixi) canonice & non injuſte cum iis fovemus communionem; obſecro vos per Jeſum Chriſtum, ne ſinatis diſcindi membra Chriſti: neque præoccupationibus fidem poſthabete, ſed Domini pacem anteponatis: non enim jus aut fas eſt, ob paucorum degeneres animos, vos abjici, qui condemnati non ſunt, aut Spiritum Domini contriſtari. Quod ſi creditis poſſe quædam illis objecta oſtendi, & coram in facie argui: veniant qui volunt; nam & ſeparatos eſſe, & probaturos dicunt, quæ denunciaverant. Certiores igitur nos, dilectiſſimi, de ea re facite, quo & illis ſcribamus, & cæteris item Epiſcopis qui huc debent convenire; ut coram omnibus, qui culpæ obnoxii ſunt, condemnentur, & ne alterius in Eccleſia perturbatio fiat: ſufficiunt enim quæ facta ſunt; ſufficit quoque, in præſentia Epiſcoporum, Epiſcopos in exilium actos eſſe: de qua re non eſt prolixior ſermo habendus, ne gravari videantur qui tum affuere.* Hæc dicens Julius ſugillat eos qui Concilio interfuerunt Antiocheno, ex quo tam iniqua ſententia prodiit, ut in locum viventis Athanaſii ſucceſſor decerneretur; ac ſubdit: *Nam, ſi verum dicendum eſt, minime decuit eo uſque procedere, aut eo uſque evadere iſtas animorum degeneres puſillanimitates. Eſto ut ſint Athanaſius, & Marcellus (ut ſcribitis) tranſlati e ſedibus ſuis; ſed quid de aliis dicas, qui ex univerſis locis cum Epiſcopi, tum presbyteri (quemadmodum dixi) huc venere? nam & iſti ſe denuo abreptos, & iſtiuſmodi paſſos eſſe, dixerunt.*

(a) Apud Athan. Apolog. 2.

XXX. *O dilecti, non jam ulterius Eccleſiæ judicia ſecundum Evangelium, ſed vel ad exilium, vel ad mortem inſtituuntur. Nam ſi (ut dicitis) omnino in culpa fuerunt, oportuit ſecundum canonem, & non iſto modo, judicium fieri: oportuit ſcribere omnibus nobis, ut ita ab omnibus, quod juſtum eſſet decerneretur: Epiſcopi enim erant, & non vulgaris Eccleſia, quæ iſta patiebantur; ſed quam ipſi Apoſtoli ſuamet opera ad fidem inſtruxerant. Cur igitur & in primis de Alexandrina Civitate nihil nobis ſcribere voluiſtis? An ignari eſtis, hanc conſuetudinem eſſe, ut primum nobis ſcribatur, ut hinc, quod juſtum eſſet, definiri poſſet?* Cum iſta ad Euſebianos ſcribat Julius Papa; en, quam perſpicue declaratur, tum ex canone Eccleſiæ, tum etiam ex conſuetudine, ſic legitima Epiſcoporum judicia exerceri ſolita, ut de his in primis ſcriberetur ad Romanum Pontificem, a quo quid definiendum eſſet, acciperetur; ac proinde ſubdit: *Quapropter ſi iſtic hujuſmodi ſuſpicio in Epiſcopum concepta fuerat; id huc ad noſtram Eccleſiam referre oportuit. Nunc autem nos, quos certiores minime fecerunt, poſtquam jam egerint quod libuit, ſuffragato-*

Romanæ ſedis Judicium expectandum.

PAGIUS IX. *Refellitur ſecundo.*

Atque hæc ſufficere poterant ad evertendam Baronii ſententiam. Verum, ne ſolius Athanaſii teſtimonio niti videar, ipſius etiam Julii Papæ auctoritate id evincam, inquit Valeſius. Ille in epiſtola ad Orientales pag. 745. diſerte teſtatur, ſe totius Synodi nomine ad ipſos ſcribere, quamvis non omnium Epiſcoporum, ſed ſolum ipſius nomen literis præfixum ſit. Nam & cum priores literas ad ipſos ſcriberet, quibus ipſos ad Synodum evocabat, ſe omnium Occidentalium nomine ſcripſiſſe indicat. *Et nunc*, inquit, *condicto die omnes adfuerunt, & ejuſdem ſententiæ omnes fuere, quam ego iterum vobis ſcribens ſignifico.* Quid his verbis poteſt eſſe manifeſtius? Ait *Julius*, omnes Epiſcopos adfuiſſe ad diem condictum, quo Synodum indixerat. Poteſtne de alia Synodo id intelligi, quam de Romana illa, in qua Athanaſius auditus & abſolutus eſt? Oſtendant igitur adverſarii alteram Synodum, quam Romæ indixerit Julius; ſed profecto nunquam oſtendere poterunt. Præterea addit Julius, ſe his poſterioribus literis ſententiam illius Synodi Orientalibus ſignificare. Id ipſum eſt quod antea dixerat Athanaſius, Julium Papam rogatum eſſe a Synodo, ut Orientalibus ſcriberet. Vides quam bene inter ſe conveniant Athanaſii & Julii teſtimonia: adeo ut Baronius, qui has Julii literas ad Orientales datas eſſe negat poſt Synodum Romanam, in qua auditus eſt Athanaſius, non ſoli Athanaſio, ſed ipſi Julio Papæ refragari videatur.

X. *Duplex Athanaſii Romam adventus confutatur.*

Baronius ſcribit, *Athanaſium* poſt judicium Synodi Romanæ, quo a criminationibus adverſariorum fuerat abſolutus, ſtatim Alexandriam navigaſſe anno CCCXLI. vel ſub initium anni currentis; idque Socratis auctoritate confirmat; paulo poſt vero, cum *Gregorius* militari manu ſuccinctus Alexandrinam Eccleſiam occupaſſet, iterum Romam veniſſe. Verum duplicem illum Athanaſii in Urbem adventum ipſemet maniſeſtiſſime refellit. Cum enim in libris ſuis ſæpius locutus ſit de ſua in urbem Romam profectione, ſemel tantum ab urbe Alexandrina Romam ſe veniſſe tradit. Primum, in Apologetico ad Imperatorem Conſtantium, reſpondens calumniis adverſariorum, qui ipſum apud Imperatorem Conſtantium accuſarant, quod *Conſtantem Auguſtum* adverſus fratrem ſuis ſermonibus excitaviſſet, ait, ſe profectum Alexandria, non ad Comitatum Conſtantis Auguſti, ſed Romam iter feciſſe; cumque ſe, ſuaque omnia Eccleſiæ illi commendaſſet, aſſiduum fuiſſe in Collectis & Conventibus Eccleſiaſticis. Quarto deinde poſt anno literis Conſtantis Auguſti Roma evocatum ſe eſſe Mediolanum. Sed Græca verba ipſius Athanaſii pag. 675. præſtat apponere, quippe quæ ſententiam noſtram apertius confirmant: ταῦτα τοίνυν τί καὶ ἱκανὰ πρὸς ἀπόδειξίν ἐστι, συγχώρησον δέ μοι διηγήσασθαι ὅλως, καὶ τὸν λογισμὸν τῆς ἀποδημίας. id eſt, *Hæc quidem ſufficiunt pro demonſtratione: ſed tamen patere, quæſo, ut totius profectionis meæ*

Baron. n. xxvi. & ſeqq.

sibi

teret ſuæ damnationis, cui non interfuimus, eſſe volunt. Non ita ſe habent Pauli ordinationes; non ita Patres docuerunt; ſed faſtus iſte & novum ſtudium eſt.

XXXI. Julii ad Euſebianos hortatio. *Obſecro vos, cum alacritate audite: pro publico bono iſta ſcribo: quæ enim accepimus a beato Petro Apoſtolo, ea vobis ſignifico, non ſcripturus alioqui, quæ nota apud vos eſſe arbitror, niſi facta ipſa nos conturbaſſent. Epiſcopi abripiuntur, & a ſuis ſedibus propelluntur; alii vero aliunde in eorum loca reponuntur. Alii vero inſidiis appetuntur, ut ſubditi & de abreptis doleant, & ab immiſſis vim patiantur; ut quos optant, fruſtra requirant; quos nolunt, inviti recipiant. Obſecro ne iſta ulterius fiant: vel potius contra illos ſcribite qui talia moliuntur, ne deinceps has injurias Eccleſia patiantur, aut Epiſcopus, aut presbyter hujuſmodi contumelias ſentiat; aut præter animi ſententiam ea quæ nolint (ut nobis indicarunt) cogantur facere: ne apud Ethnicos ridiculi efficiamur, aut quod præ omnibus graviſſimum eſt, Deum exacerbemus. Unuſquiſque enim noſtrum, eorum quæ hic turbavit, rationem reddet in die Judicii. Optoque ut omnes ſecundum Deum ſentiant; quo Eccleſia, ſuis Epiſcopis receptis perpetuo gaudeant in Chriſto Jeſu Domino noſtro, per quem gloria Patri in ſæcula ſæculorum. Amen. Valere vos in Chriſto opto, deſideratiſſimi fratres.* Miſit has litteras Julius (inquit Athanaſius *a*) per Gabianum * Comitem.

(a) Athan. Apolog. 2. ante epiſt. Julii.

* Gabinianum.

XXXII. Agens de iiſdem Julii Papæ litteris ad Euſebianos miſſis Socrates, eas ſummatim perſtringit, atque dolum malum Sabini Macedoniani hiſtorici aperit, cum ait (*b*): *Sabinus erroris Macedoniani propugnator, de quo jam antea mentionem feci, quamquam in libro ejus, qui rerum in Concilio geſtarum Collectio inſcribitur, epiſtolam Epiſcoporum Antiochiæ convocatorum ad Julium ſcriptam minime prætermiſerit, epiſtola tamen ipſius Julii in eodem minime intexuit: verum iſtud facere, illi in more poſitum erat: namquæcumque epiſtolæ in Conciliis conſcriptæ verbum* CONSUBSTANTIALE, *vel ſilentio tranſiere, vel penitus irritum fecere, eas ſtudioſe & diligenter citavit; contrarias autem de induſtria miſſas fecit.* Hæc Socrates; qui dum ait, non hanc tantum, ſed plures Julii epiſtolas ab eodem ſilentio prætermiſſas, ad priorem illam quoque alludit Julii epiſtolam, qua (ut dictum eſt) miſſis legatis Elpidio, & Philoxeno, eoſdem ad Synodum Romæ habendam vocavit.

(b) Socrat. l. 2. c. 13.

Sabini Hiſtor. error arguitur.

XXXIII. Julius Papa cur cum Euſebianis mitius agat. Quod vero ad poſteriorem hanc epiſtolam ſpectat: mitius quidem viſus eſt cum Euſebianis Julius agere, quam par erat in tanto immanium criminum admiſſorum acervo; tum ut eos ad Concilium (quod ſuadet) Romam pertraheret, tum etiam quod ſciret eoſdem tot tantaque præſumere, fultos Imperatoria potentia; quamobrem & ipſe (cum ab eis Eccleſiaſtica judicia omnino ſubterfugi atque contemni videret) apud Occidentalis orbis Imperatorem Conſtantem egit, atque per eum tandem effecit, ut ſcribente illo ad fratrem ſuum Auguſtum, refraganti-

PAGIUS *tibi rationem reddam, quo cognoſcat, quam temere me calumnientur adverſarii.* Subjicit deinde Athanaſius: *Profectus ſum Alexandria, non ad caſtra fratris tui, aut alium quempiam, ſed Romam duntaxat*, &c. quæ ſuperius expoſui. Cum igitur teſtetur Athanaſius, ſe totius profectionis ac peregrinationis ſuæ rationem Conſtantio redditurum, ſi Romam bis veniſſet ab urbe Alexandria, certe id hoc loco commemorare debuiſſet, ne coram Principe veritatem ſciens occultaſſe videretur. Præterea in Apologia 2. adverſus Arianos, ſemel ſe Romam veniſſe ſcribit ad cauſam dicendam, cum *Euſebiani* a Julio poſtulaſſent, ut ad cauſam Athanaſii cognoſcendam Synodus Romæ congregaretur. De ſecunda autem profectione ne verbum quidem extat in tota illa Apologia. Denique in epiſtola ad Solitarios, idem Athanaſius cuncta, quæ ſibi contigerant, diligenter enarrans, unius tantum in urbem Romam profectionis ſuæ meminit, tunc ſcilicet cum ad Synodum Romanam *Julii Papæ* literis accitus eſt. Poſt illam autem Synodum ait, Epiſcopos, qui Concilio interfuerant, ea quæ in Synodo geſta erant, Conſtanti Auguſto per literas nuntiaſſe; cuncta item quæ Alexandriæ perpetrata erant a Gregorio, eidem ſignificaſſe. Quod ſi poſt Synodi Romanæ judicium Athanaſius Alexandriam reverſus fuiſſet, atque illinc rurſus in urbem Romam rediiſſet, nunquam id hoc loco omiſiſſet Athanaſius. Hoc enim ad ejus inſtitutum maxime faciebat, ut mala atque ærumnas & calamitates, quas ab adverſariis ſuis perpeſſus fuerat, omnium oculis ſubjiceret.

XI. *Iterum confutatur.* Huc accedit, quod Athanaſius abſque conſenſu & literis Imperatoris Conſtantii, Roma Alexandriam redire non potuit. Licuit quidem Athanaſio, ut ſaluti ſuæ conſuleret, & inimicorum inſidias effugeret, relicta Alexandria Romam navigare. Honeſta enim eſt quævis ratio expediendæ ſalutis. Sed Roma reverti Alexandriam ab alterius Principis ditione, idque poſt biennii moram, id non licuit ſine mandato Principis. Certe poſt Serdicenſe Concilium, id eſt, poſt Oecumenicam Synodum, qua Athanaſius innocens, adverſarii vero illius calumniatores & hæretici judicati ſunt, vix tandem auſus eſt *Athanaſius* Alexandriam reverti; neque id prius fecit, quam creberrimis Conſtantii literis ad Comitatum evocatus fuiſſet. Sed & antea, cum poſt obitum Conſtantini Maximi ex Gallicano exilio in Ægyptum reverſus eſt, trium Cæſarum literis reſtitutus fuerat. Proinde ſi poſt Synodum Romanam Athanaſius Alexandriam rediit, tunc quoque Conſtantii literis monitus fuerit, neceſſe eſt. Cur ergo eas Conſtantii literas nuſquam memorat Athanaſius, qui reliquas ejuſdem Principis epiſtolas, ad ſuam cauſam ac reſtitutionem pertinentes, tam ambitioſe, tamque diligenter apponere conſuevit. Feſellit Baronium Socrates,

Digitized by Google

bus licet Arianis omnibus, generale tamen Concilium decerneretur, ac pariter indiceretur; at hæc vix poſt annos quatuor, quod ſuo loco dicemus. Nondum enim (ut ex eorum profeſſione, immo conteſtatione facta in Synodo Antiochena ſuperius vidimus) Euſebiani Ariani eſſe convinci poterant, ut a Julio damnarentur: ſed & quod quæ ab eis geſta eſſent in ſubrogatione Gregorii in ſedem Alexandrinam, non privatim ab ipſis, ſed Synodali judicio cui præſens fuerat Conſtantius Imperator, acta eſſe præſeferebant, alio erant judicio retractanda; quam ob cauſam eos ad Synodum Romanam Julius litteris ſuis invitat.

XXXIV. *Frequentes Romæ Synodi.* At nihil eſt quod mireris tam frequentes haberi Romæ Epiſcoporum Conventus; nempe anno ſuperiore, quo Athanaſius abſolutus eſt; præſenti, ex quo Julius ea reſcripſit in Orientem; & qui ſequenti indictus eſſe videtur: ſemel enim ſaltem, & bis interdum, ejuſmodi comprovincialium Antiſtitum Conventus cogi a Metropolitanis Epiſcopis ſolitos, ſatis ſuperius demonſtratum eſt: quod ab Euſebianis in dicto Concilio Antiocheno, edito canone, ut bis in anno coirent Epiſcopi, fuit lege præſcriptum; cum alioqui complures ea de re ex aliis Synodis canones extent, ſecundum antiquam Eccleſiaſticam diſciplinam, etiam tempore Gentilium Imperatorum (ut vidimus, auctore Cypriano) inviolate in Eccleſia cuſtoditam.

XXXV. *Gregorius quamdiu ſederit.* Qui igitur hoc anno in ſedem Alexandrinam intruſus eſt Gregorius Cappadox, eam tyrannice occupavit uſque ad Concilium Sardicenſe, a quo ipſe depoſitus, & Athanaſius fuit cum honore Alexandriam reſtitutus. Hinc videas hallucinatos eſſe Socratem atque Sozomenum & alios pleroſque, qui dixerunt Gregorium a ſuis abdicatum, quod ſegniter ſe haberet in defendenda Ariana hæreſi, atque aliis ex cauſis, quas his verbis Socrates refert (*a*): *Interea temporis* (nempe Conſtantio tertium & Conſtante ſecundum Coſſ. quos paulo ante recenſet) *Ariani Gregorium, utpote a populo magnopere inviſum, Alexandria transferunt: idque non ea de cauſa ſolum, ſed etiam tum propter templi incendium, tum propterea quod non ſatis videbatur ipſorum opinioni patrocinari: Georgium igitur acccerſunt, &c.* Eadem plane Sozomenus (*b*). Præſtat autem magis au-

(a) *Socrat. l. 2. c. 10.*

(b) *Sozom. l. 3. c. 6. in fine.*

PAGIUS

qui in libro ſecundo Hiſtoriæ ſcribit, *Athanaſium*, cum poſt violentam ordinationem *Gregorii* Romam ſe ad Julium Papam contuliſſet, cognita cauſa, a Julio reſtitutum, & Alexandriam cum ejuſdem Julii literis reverſum eſſe; ac deinde paulo poſt amoto Gregorio, & in ejus locum ſubſtituto Georgio, Romam iterum profugiſſe. Verum tota illa Socratis, ac Sozomeni narratio mendis innumeris ſcatet, quorum maximam partem Baronius ipſe, ac Blondellus in libro de Primatu Papæ jamdudum obſervarunt. Quare Socratis teſtimonium in rebus *Athanaſii* nullius ponderis eſt, quippe qui pugnantia inter ſe dixerit, atque contraria.

XII. *Baronii fundamentum evertitur.* Omiſſa igitur Socratis auctoritate, altera Baronii ratio excutienda. Sic igitur is ratiocinatur: Athanaſium quidem reverſum eſſe Roma Alexandriam anno CCCXLI. vel inſequentis exordio, ex eo quoque facile poteſt colligi, quod conſtat tempore graſſationis Arianorum in Alexandrinam Eccleſiam anno CCCXLII. factæ, eum illic repertum fuiſſe; quod ipſemet teſtatur in epiſtola ad Orthodoxos. Ex qua manifeſte colligitur, Gregorium circa Paſchalis feſti ſolemnia Alexandrinam Eccleſiam occupaſſe, Athanaſium vero metu Arianorum in Eccleſiam irruentium, clam ſe e medio ſubduxiſſe. Quæ cum anno CCCXLI. geri non potuerint, eo quod Antiochena Synodus, in qua *Gregorius* Alexandrinæ urbis Epiſcopus eſt conſtitutus, & cujus geſtis tanquam Alexandrinus Epiſcopus ſubſcripſit, maximam partem anni illius occupaverit, ſequenti anno adſignentur neceſſe eſt. Hæc eſt Baronii ratiocinatio. Verum ad eam jam anno ſuperiori numero XXVI. & ſequentibus reſpondimus, oſtendimuſque, illam Athanaſii *ad Orthodoxos* epiſtolam ſcriptam eſſe poſt ordinationem *Georgii*, quæ anno CCCLVI. contigit, non vero poſt ordinationem *Gregorii*, quæ ad annum CCCXLI. pertinet. Quare cum Baronii argumentatio falſo fundamento innitatur, duplex ille Athanaſii Romam receſſus rejiciendus.

Baron. anno 341. n. XLIX.

XIII. *Marcellus Ancyræ Epiſcopus in Synodo Romana cauſam dicit.* Damnatus in Synodo Antiochena *Marcellus* Ancyræ Epiſcopus Romam confugit. Scribit de eo Athanaſius in epiſtola ad Solitarios: *Ille autem Romam profectus, ſeſe innocentem docuit*: quod ipſemet Marcellus teſtatur in Fidei Formula Romæ Julio primo oblata: *Neceſſario Romam mihi veniendum putavi, ut eos, qui contra me ſcripſerunt..... ut cum advenißent, de duobus illis a me convincerentur, cum illa ipſa falſa eſſe, quæ in me ſcripſerunt, tum eos in priſtino errore perſeverare, & indigna quædam adverſus Eccleſias Dei, ac nos ipſos illarum Præſides eſſe machinatos. Sed cum illi venire noluerint, tametſi Presbyteros ad ipſos miſeris, ego vero anno integro ac tribus menſibus Romæ commoratus fuerim, faciendum mihi omnino cenſui, ut antequam hinc proficiſcerer, meæ Fidei Profeſſionem tibi ſincere atque ex animo, meaque manu perſcriptam offerrem*, ut legitur apud Epiphanium hæreſi 72. Ex quibus, inquit Schelſtratius in Differt. 3. de ſacro Concilio Antiocheno cap. 3. docemur primo, Marcellum nonniſi poſt latam a Synodo Antiochena ſententiam, iter Romanum arripuiſſe; cum ideo Romam eundum duxerit, ut rationem redderet de eo quod *Præſides ipſorum Euſebianorum*, utique in Synodo Antiochena congregati, fuerant machinati. Secundo docemur, ipſum Antiochia diſceſſiſſe, antequam Legati Romani Pontificis in eam urbem adventarent; alias enim non ſe Romam contuliſſet, ut Julium primum ad accuſatorum ſuorum evocationem incitaret. Tertio, Romam advenire debuiſſe, poſtquam Julii primi Legati jam diſceſſerant. Licet enim Romam properarit *Marcellus*, ut Julium primum ad Euſebianorum evocationem incitaret, nullibi tamen affirmat, ad ſuam inſtantiam evocatos fuiſſe, quod ante ſuum adventum *Julius primus* Presbyteros ſuos dimiſiſſet, *Euſebium* cum ſociis evocaturos pro cauſa Athanaſii, quem non minus, quam Marcel-

Baron. anno 341. n. 2. & ſeqq.

Digitized by Google

auſcultare Athanaſium, ex cujus ſcriptis tum ſuperius citatis, tum etiam inferius recitandis, illud redditur exploratum, a tempore Synodi Antiochenæ uſque ad Julianum Apoſtatam duos extraneos a Catholica fide temporibus Athanaſii ſediſſe Epiſcopos; prior eſt Gregorius de quo agimus, qui perſeveravit (ut diximus) uſque ad Sardicenſe Concilium, in quo depoſitus eſt, & (ut teſtatur Athanaſius *a*) poſt decem menſes obiit: poſterior vero Arianus Epiſcopus Georgius item Cappadox, vel potius ex Ammiani ſententia Cilix, Athanaſio ſubrogatus longe poſt Sardicenſem Synodum, Arbetione & Lolliano Conſulibus, ſupervixit uſque ad Juliani Apoſtatæ tempora, quando & ab Alexandrinis occiſus eſt. In eum quoque errorem Socrates lapſus eſſe apparet, dum ejuſmodi invaſionem Alexandrinæ Eccleſiæ factam dicit per Syriaaum ducem Gregorio faventem; confundens nimirum hanc graſſationem cum illa quæ poſt annos quatuordecim accidit, quo tempore iterum Athanaſius ab Eccleſia Alexaadrina depulſus eſt.

(a) Athan. epiſt. ad Orthodoxos.

XXXVI. *Gregorius ſæviſſimus perſecutor.* Vides igitur, quam diſpar ſit quod Socrates & Sozomenus tradunt, Gregorium ſcilicet ab Arianis ipſis fuiſſe depoſitum, quod in Ariana hæreſi ſtabilienda tardior fuerit & negligens; quem tamen conſtat ex his quæ diximus, fuiſſe omnium ea in re ſtudioſiſſimum, in eoque potiſſimum invigilaſſe, ut minis, carcere, bonorum mulctatione, flagris, exiliis, ac denique cædibus Catholicos quoſque ad ſuam, nempe Arianam communicationem urgeret; ad hæcque uſum eſſe non ordinariæ tantum apparituræ militibus, ſed adhibuiſſe inconſtans vulgus, hominesque pariter Judæos atque Gentiles. Manifeſti quoque erroris iidem redarguuntur de Gregorii facta depoſitione ab Arianis, quem ex Synodali epiſtola Concilii Sardicenſis conſtat tunc in ea Synodo a Catholicis eſſe exauctoratum.

XXXVII. Quibus & illum etiam errorem inſuunt, quo tradunt ſtatim ab eiſdem fuiſſe ſuffectum Georgium Cappadocem: nam tunc Alexaadrinæ ſedi reſtitutus eſt Athanaſius; quo poſt multos annos depoſito, Georgium ipſum (ut nuper dictum eſt) ſub dictis Conſulibus poſt annos quatuordecim liquet in locum Athanaſii rurſum expulſi ſubrogatum fuiſſe. Rectius his longe quidem & accuratius Theodoretus (*b*) hæc de Gregorio habet: *Ubi*, Euſebiani ſcilicet, *oves gregis Alexandrini deſtitutas paſtore vident; quemdam nomine Gregorium, lupum videlicet in locum paſtoris, ſubſtituunt: qui ad ſex annos multo majore crudelitate, quam agreſtes belluæ in gregem uſus; tandem a ſuis ipſius ovibus miſere extinctus fuit, debitaſque ſuæ improbitatis pœnas perſolvit.* Recte ſane hæc Theodoretus, cujus quoque probatur ſententia de tempore ſedis Gregorii: nam numerando ab anno ſuperiore, quo in Concilio Antiocheno Gregorius creatus eſt Aleaandrinus Epiſcopus, uſque ad Synodum Sardicenſem, in qua damnatus eſt, nempe anno Domini trecenteſimo quadrageſimo ſexto, eumdem Gregorium ſex annos inchoatos ſaltem ſediſſe oportuit.

Theodoreti verior ſententia.

(b) Theod. l.2.c.4.

XXXVIII. *Gregorii legatio ad Julium.* Quod rurſus ad Gregorium ſpectat; miſit ad Julium Papam legatum Carponam quemdam Arianum hominem, jam olim ab Aleaaadro Epiſcopo Alexandrino eo nomine notatum: ſed ei, ſicut aliis ea labe conſperſis, idem Pontifex ſuum denegavit aſpectum (horum mentio eſt in ejuſdem Julii Papæ epiſtola ad Euſebianos *c*) contra vero, profugis Alexandrinis, aliiſque diverſarum Eccleſiarum extorribus Epiſcopis atque presbyteris Eccleſiaſticam communicationem impertivit, atque Chriſtiana charitate confovit.

(c) Apud Athan. Apolog. 2.

XXXIX. *Athanaſius Romam ingit.* Athanaſius quoque ipſe fuga lapſus, ne hoſtium pateret incurſui, ejus necem avide ſitientium, acceſſit ad tutum tranquillumque portum, Romanam, inquam, Eccleſiam, ubi haud diu ante in Synodo abſolutus, Catholica communione, Julii ſen-

PAGIUS cellum damnarant. Quarto *Marcellum* Romam adventaſſe anno præcedenti circa initium menſis Julii, cujus rei teſtis eſt Sozomenus lib. 3. cap. 8. ſcribens, quod *eodem tempore*, quo Athanaſius, Romam venerit, id eſt, eodem anno. Nam Athanaſius Romæ moratus fuerat integro anno cum dimidio; antequam Synodus Romana congregaretur a Julio. Anno uno cum tribus menſibus ibidem hæſerat Marcellus, antequam hunc libellum Julio primo offerret: obtulit autem in eadem illa Synodo Romana ut conſtat, tum ex eo quod Marcellus fateatur reditum ſuum inſtare, tum ex eo quod roget in fine libelli, ut Julius eum inſerat ſuis ad Epiſcopos litteris, quæ literæ erant Synodicæ Romanæ ſub ſolius Julii nomine ad Orientales ſcribendæ. Ex quibus conſtat, veriſimile eſſe, quod *Marcellus* anno ſuperiori circa initium menſis Julii Romam adveneris, & Synodus Romana hoc anno circa autumnum celebrata fuerit.

XIV. *Marcellus innocens declaratur.* Scribit *Marcellus* in Formula Fidei de evocatis Romam Euſebianis: *Apparere non voluerunt, cum demiſeris tu Presbyteros.* Id quod Julius primus graviter tulit in ſuis ad Euſebianos litteris, ubi eorum quoque tergiverſationes refellit, & inter alias querelam de Marcello in communionem admiſſo præclare in auctores retorquet. Dicit Athanaſius in epiſtola ad Solitarios de Marcello: *Ille autem Romam profectus ſeſe innocentem docuit.* Enimvero ubi Julium primum adiit, ita cauſam ſuam proponere novit, ut a Romano Epiſcopo non communione privatus, ſed donatus fuerit. Docebat enim, ſe orthodoxum fuiſſe, & olim in Concilio Niceno Fidem egregie propugnaſſe; quod ſæpius urget Julius primus: *Marcelli enim Fides Confeſſioque Nicæa ſpectata eſt, cum Arianis contradiceret.* Deinde ſe non temere in communionem ſuſcepiſſe Athanaſium & Marcellum ſcribit Julius primus, demonſtrari ex iis, quæ *Euſebiani*

ſententia, dignus fuerat judicatus. De adventu autem ejus in Italiam teſtatur Sozomenus, qui ait (*a*): *Athanaſius vero fugiens, Romam adventavit*. Socrates tamen tradit (*b*), eum a Julio Romam eſſe vocatum; nam ait: *Tum Julius Epiſcopus Romanus, cum de injuriis Athanaſio ab Arianis illatis certior factus eſſet, & litteras Euſebii, qui jam mortem obierat, recepiſſet; Athanaſium, ubi de loco, in quo occultabatur, audierat, ad ſe acceſſit. Eodem temporis momento litteræ, quas Epiſcopi Antiochiæ paulo ante congregati miſerant, afferuntur.* Sed de litteris hiſce ſuperius. Rurſum vero de adventu Athanaſii Romam, cum a clade Alexandrina ſe proripuit, hæc habet Cæleſtinus Papa in epiſtola ad clerum Conſtantinopolitanum: *Athanaſius illinc fugatus, in noſtris partibus roboratus eſt: denique hic redintegratus eſt ſtatus, & in hac ſede requiem communionis invenit, a qua ſemper Catholicis ſubvenitur.*

(a) Sozom. l.3. c.7.

(b) Socrat. l.2. c.13.

XL. De ſuo quoque, eo perſecutionis tempore, Romam acceſſu meminit Athanaſius ipſe in Apologia ad Conſtantium Imperatorem, cum apud eum illa ſuſpicione laboraret, quaſi fratrem ipſius Conſtantem adverſus ipſum ſolicitaſſet: ſcribens igitur ea de cauſa ſuam ipſe defenſionem, hæc dicit (*c*): *Profectus ſum Alexandria non ad caſtra fratris tui, aut alium quempiam, ſed Romam dumtaxat, me meaque Eccleſiæ commendaturus. Ea enim mihi unica cura fuit: quo tempore multus eram in Synaxibus celebrandis; neque umquam fratri tuo ſcripſi, niſi ubi Euſebiani calumnioſas de me litteras ad eum miſiſſent; neceſſumque erat, ut me etiam tum, cum Alexandriæ adhuc eram, excuſarem.* Sic ibi Athanaſius. At quænam fuerint ejuſmodi litteræ ab Euſebianis ad Conſtantem Imperatorem datæ; hic meminiſſe debemus, quæ dicta ſunt ſuperius, cum egimus de Concilio Antiocheno, ipſo Athanaſio (*d*) auctore: nimirum miſiſſe Euſebianos ex eodem ſuo ipſorum Conventiculo legatos ad Conſtantem Imperatorem in Occidentem, quatuor præcipuos Arianæ factionis Epiſcopos, videlicet Marin Chalcedonis, Narciſſum Netoniadis, Theodorum Heracleæ, & Marcum Arethuſæ: at licet, quid per hos ſcripſerit ea Synodus ad Conſtantem, non liquet; conſtat tamen ipſius Athanaſii teſtimonio, in primis ad eum miſiſſe fidei formulam ab illis recens tunc in Synodo ſcriptam, nec non (quod nunc eodem auctore dictum eſt) calumnias in ipſum Athanaſium; quas cum idem compertas habuiſſet, ad eumdem reſcribens, excuſationem pro ſe contexuit, quæ tamen deſideratur.

(c) Athan. Apolog. ad Conſtant.

Litteræ Euſebianorum ad Conſtantem Imp.

(d) Athan. de Synod.

XLI. Conſtans ergo Auguſtus, cum in omnibus exploratum haberet ejuſdem ſanctiſſimi viri ſumma cum pietate vitæ candorem & innocentiam, eum tum amore, tum etiam reverentia proſecutus eſt; a quo illud item, quod magnæ erga ipſum fuit fiduciæ argumentum, petiit, ut univerſam divinam Scripturam redigeret in compendium, breviariumque ex ea conficeret, quod ad ſe mitteret: occupato enim imperii curis, haud tantum ſibi otii ſuppetere videbatur, ut omnes divinæ Scripturæ libros, quorum avidus erat, perlegere poſſet. Præſtitit id ipſum egregie Athanaſius, ſcripſitque totius ſanctæ Scripturæ Synopſin: cujus ipſe viſus eſt meminiſſe, dum in eadem ad Conſtantium Apologia, poſt illa quæ ſuperius ſunt recitata, hæc ſubdit (*e*): *Iterumque ad eum ſcripſi, cum mihi mandaſſet ut tabulas ſacrarum litterarum conficerem: quas confectas ad eum miſi.* Extant quidem ipſæ tabulæ, ſed exciderunt ejus litteræ, quas dicit ſe tunc ea occaſione ad Conſtantem ſcripſiſſe.

Conſtans Imp. qualis erga Athanaſium.

(e) Athan. Apolog. ad Conſtant.

XLII. Qui igitur S. Athanaſius hoc anno fugiens Alexandria Romam ſe contulit, ibidem manſit ultra triennium, uſque dum ab eodem Imperatore Mediolanum vocatus eſt: teſtatur id ipſe in eadem nuper citata ad Conſtantium Apologia, cum addit: *Poſt triennium, quarto denique anno litteris juſſit, ut ad ſe venirem: agebat autem per id tempus Mediolani.* Sed quomodo actum ſit iis temporibus de cogendo Concilio Sardicenſi, ſuo loco dicturi ſumus. Felix plane tunc Romana Eccleſia,

Athan. ultra triennium Romæ moratur.

ſia,

PAGIUS *biani* falſo de Athanaſio ſcripſerant, ut & idem ſuſpicari poſſet factum fuiſſe cum Marcello, qui ſe orthodoxum fuiſſe docebat ex Nicæno Concilio, & ſe adhuc eſſe profitebatur coram omnibus. Deinde plurimos habebat, qui verbis ſcriptiſque ejus innocentiam tuebantur. Hæc enim ait Julius primus, ſuffeciſſe ad communionem impertiendam Marcello, donec Euſebiani Romam adventaſſent, ubi communi conſilio res hæc cum Athanaſii cauſa erat pertractanda. Interea dum hæc Romæ fiebant, Elpidius & Philoxenus, qui poſt initium anni CCCXLI. diſceſſerant, Antiochiam adventarunt, nec de Marcelli communione aliquid dicere potuerunt, cum ipſum Romæ non viderint. Tandem ad inſtantiam Euſebianorum *Marcelli* Fides examinata, ipſeque innocens declaratus. Integrum ejus Fidei libellum nobis ſervavit Epiphanius laudatus. Verum eſt, exiſtimare Baronium eam Fidei Profeſſionem non eſſe eam, quam Julius per omnia conſentientem eſſe tradit Eccleſiæ Catholicæ, quod licet in ea multa ad Arianorum opinionem confutandam reperiantur, tamen quod potiſſimum exigebatur a profeſſore Catholico nomen *Conſubſtantialis* in ea non legatur. Sed ſilentium illud *Marcello* minime vitio vertendum; cum nullus eum accuſaret, quod non crederet *Conſubſtantialitatem* quam ſubſcripſerat, & defenderat in Concilio Nicæno, ſed tantum ei imputaretur error contrarius, Sabellianorum nempe & Pauli Samoſateni.

A

Digitized by Google

ſta, quæ ad triennii & amplius annorum ſpatium, tam illuſtri Catholicæ fidei confeſſore & defenſore, jam a tempore Nicæni Concilii univerſo Orbi ſpectatiſſimo, frui meruit; quo temporis intervallo (ut ait) in Synaxibus celebrandis multus fuit. Quis dubitat eum toto illo quadriennio cunctas ſacras Sanctorum Memorias, atque potiſſimum ſanctiſſima ipſa Apoſtolorum limina frequentaſſe? propenſiorique ſtudio excubaſſe ad Petri Confeſſionem, tamquam ad primarii fontis crepidinem, ea quo per Marcum diſcipulum ſuum Evangelii copioſo fluento, longe præſtantius quam Nilus, univerſam irrigavit Ægyptum? ſed & numeroſa illa ditiſſima atque ampliſſima martyrum promptuaria, Ipſa, inquam, ſubtus terram abdita cœmeteria, ampliſſimos illos ſacros receſſus, Urbis jam Chriſtianæ ornamenta præclara, ipſoſque abditos quidem, ſed piis patentes inexhauſtos Eccleſiæ Romanæ theſauros ſtudioſe perveſtigaſſe, & religioſe veneratum eſſe virum maxime pium, & erga martyres propenſiorem, exiſtimare par eſt. Quo pacto autem non ipſe modo Athanaſius, ſed & Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus hoc item anno profugus Romam ſe receperit, atque alii complures Orientis Antiſtites, dicemus paulo inferius.

XLIII. Euſebii, Nicomed. obitus. Hoc eodem anno, ac plane ejus exordio, cum ſcriptæ ab Euſebio Nicomedienſi jam Epiſcopo Conſtantinopolitano ex Antiochena Synodo ad Julium Romanum Pontificem per legatos Elpidium & Philoxenum contumaces litteræ nondum Romam perlatæ eſſent; ipſe Euſebius, qui Romanæ Eccleſiæ judicium ſubterfugerat, ad divini examinis ſeveritatem (ut auctor eſt Socrates *a*) mortuus, invitus licet, venire compellitur. Viſus eſt itaque non ſine admiratione ſummæ Dei erga homines delinquentes patientiæ diu toleratus ſceleſtiſſimus omnium hominum bis apoſtata, in omnes contumelioſus, blaſphemus, ubique tyrannus, & inſtar Acab, de quo divina Scriptura tradit (*b*): *Non fuit alter talis ſicut Achab, qui venumdatus eſt, ut faceret malum in conſpectu Domini.* At tandem ex hac vita ſublatus eſt; cujus labor in eo potiſſimum fuit, ut nuper Chriſto credentes Imperatores a Catholica fide divelleret: quod licet fruſtra tentaſſet in Conſtantino, in Conſtantio tamen factus eſt voti compos; cujus opera, extincta in Nicæno Concilio hæreſis Ariana revixit: ex qua univerſus prope Chriſtianorum Orbis incendio conflagravit; & cujus fuerat cum Ario auctor atque defenſor, poſt ſublatum eumdem Arium eximius extitit propagator. Hic, inquam, tam diu patienter a Deo toleratus, tunc cum blaſphemiæ, & pertinaciæ cornua in ipſam Eccleſiam Romanam erexit, ex hac vita infelix recedere, & ad horrendum juſtitiæ divinæ tribunal ſe ſiſtere coactus eſt. Teſtatur hoc idem Socrates (*c*), eum ſcilicet paulo poſt dimiſſum Concilium Antiochenum e vita migraſſe. Quod igitur S. Athanaſius (*d*) dicit, Euſebium ante Synodum Sardicenſem defunctum eſſe, ad hæc tempora referendum putamus: cum & ea Conſulibus inferius a Socrate nominatis, hoc ipſo anno eum ex humanis deceſſiſſe, certum ſit argumentum. Quid autem poſt mortem Euſebii tunc Epiſcopi Conſtantinopolitani acciderit, narrat idem his verbis (*e*):

XLIV. Paulus iterum ſedet Conſtantinopoli. *Quapropter, defuncto Euſebio, populus Conſtantinopolitanus Paulum in Eccleſiam denuo introducunt. Eodem temporis momento Ariani in Eccleſia ſancto Paulo dicata Macedonium deligunt Epiſcopum. Iſtud quidem ab illis factum eſt, qui jampridem Euſebio univerſum Eccleſiæ ſtatum perturbanti opem tulerant. Qui autem id temporis auctoritate multum valebant, fuere iſti, Theognis Nicæa Epiſcopus, Maris Chal-*

(a) Socrat. l.2.c.13.
(b) 3.Reg. 21.
(c) Socrat. l.2.c.9.
(d) Athan. Apolog.2.
(e) Socrat. l.2.c.9.10.

PAGIUS XV. Obitus Euſebii Nicomedienſis. A ann. XLIII. ad XLIX. Euſebius Nicomedienſis Epiſcopus hoc anno obiit. Socrates enim narrans quæ paulo poſt mortem ejus accidere lib.2. cap.13. ait: *Geſta ſunt hæc duobus Auguſtis Conſulibus: Conſtantio ſcilicet tertium & Conſtante iterum. Quo quidem tempore Conſtans Francos bello ſuperatos, ſocios ac fœderatos Populi Romani effecit.* Socrati ſuffragatur Idacius in Faſtis, qui ſub hujus anni Conſulibus habet: *His Conſſ. victi Franci a Conſtante Aug. ſeu pacati, Tractus Hermogenes*, qui ſcilicet miſſus fuerat a Conſtantio, ut *Paulum* quem cives Conſtantinopolitani poſt Euſebii mortem ad Sedem ſuam revocarant, ea ex civitate exturbaret. Porro licet *Euſebius Nicomedienſis* Arianorum partes ſemper foverit, nihilominus pacem cum Julio Romanæ urbis Epiſcopo & communionem cum Eccleſia Catholica ad obitum uſque retinuit. Nam & ad Julium Papam paulo ante mortem litteras pacificas miſit, & ab eodem viciſſim accepit ut teſtatur Julius in epiſtola ad Orientales. Julius certe in ea, quæ data eſt ad Epiſcopos omnes qui Antiochenæ Synodo interfuerant, tum Euſebium ipſum, tum reliquos, *Fratres dilectiſſimos* in titulo appellat, & in corpore ejuſdem epiſtolæ, eoſdem non ſemel *dilectos* nominat. Non itaque pro Hæretico eum Julius habuit. Scripta eſt autem hæc epiſtola hoc anno, mortuuſque Euſebius paulo antequam ea in Orientem perlata eſſet. Quare, ut jam Viris doctis obſervatum, ad obitum uſque in communione Eccleſiæ Romanæ perſeveravit. Eum *Magnum Euſebium* vocat non ſolum Philoſtorgius; ſed etiam Euſebius Cæſarienſis in libro contra Marcellum. Quæ male ab Euſebio geſta recenſet Baronius.

Baron. num. XLIII.

XVI. Orthodoxi Paulum in Sedem reſtituunt. Poſt ejus mortem *Paulus*, ut diximus, a Conſtantinopolitanis in Sedem reſtitutus, ab Euſebianis vero *Macedonius* in Euſebii locum ſubrogatus. Quæ res ingentem tumultum in urbe regia excitavit, recitatum a Socrate loco laudato. *Hermogenis* Magiſtri militum ab Imperatore miſſi

Chalcedonis, Theodorus Heracleæ, quæ eſt in Thracia, Urſacius Singidonis Superioris Myſiæ, Valens Murſorum Superioris Pannoniæ. Verum Urſacius & Valens poſtea reſipiſcere, libelloque pœnitentiæ Julio Epiſcopo donato, fidei Conſubſtantialis aſſentiri, cumque Eccleſia Catholica communicare cœpere. Per idem tempus qui ſectam Arianam ardenter tuebantur, bella valde gravia contra Eccleſias commovent, ex quibus unum Conſtantinopoli per Macedonii fautores excitatur; atque ex iſto inteſtino bello Chriſtianorum crebræ in ea civitate ſeditiones conflantur, multique earum violentia protriti intereunt. Fama iſtarum rerum ad aures Imperatoris Conſtantii, qui tum Antiochiæ commorabatur, permanavit.

XLV. Paulus pelli jubetur. *Mandatum igitur dat Hermogeni Duci, qui erat ad partes Thraciæ miſſus, ut ab inſtituto itinere paululum digreſſus, Paulum Eccleſia expelleret. Ille Conſtantinopolim profectus, univerſam urbem, dum Epiſcopum vi conatur ejicere, vehementer conturbat: ſtatim namque populi tumultus inſecutus eſt, paratique erant Epiſcopum defendere. Ut vero inſtabat Hermogenes, copiiſque militaribus Paulum exigere acriter nitebatur; multitudo bile percita, temere & inconſulto (ut in hujuſmodi ſeditionibus fieri ſolet) impetum in illum facit; ædes, in quibus erat, incendit, illum ipſum inde extractum interimit. Iſta acta ſunt duobus Auguſtis Conſulibus, ad tertium ſcilicet Conſulatum Conſtantii, ad ſecundum Conſtantis. Quo quidem tempore Conſtans gentem devicit Francorum, eoſque fœderatos & ſocios Romanis fecit.*

XLVI. Conſtantius Imp. quid in Conſtantinopol. Catholicos. *Conſtantius autem Imperator de cæde Hermogenis certior factus, equo aſcenſo Antiochia decedens, Conſtantinopolim versus iter carpit; Paulum ejicit e civitate: ipſam civitatem, ablato frumento congiario, ſupra quadragies centena millia medimnorum, quod illi ab ejus patre in dies ſingulos donatum erat, mulctavit. Nam ante illud tempus circiter octuagies centena millia medimnorum frumenti, quod Alexandria eo advehi ſolet, illi urbi erant ſuppeditata. Macedonium vero Imperator Epiſcopum ejus civitatis renunciare diſtulit. Etenim in illum, non ſolum quod de ejus ſententia & conſilio neutiquam delectus fuiſſet, verum etiam quod propter graves tumultus inter ipſum & Paulum excitatos, cum alii multi, tum Dux ejus Hermogenes trucidatus fuiſſet, iracundia admodum exarſit. Itaque poteſtate Macedonio, conveniendi in ea ſolum Eccleſia celebrandi, in qua electus erat Epiſcopus, permiſſa, Antiochiam revertit.* Hucuſque Socrates de rebus Conſtantinopoli geſtis poſt Euſebii obitum inter Paulum & Macedonium; eadem quoque Sozomenus (a) habet. Paulum vero e ſede pulſum, Romam adveniſſe ad Julium papam, aliosque eodem naufragio jactatos, Socrates ſubdit, cum ait (b):

XLVII. Pauli & aliorum Romam confugium. *Eodem tempore Paulus Epiſcopus Conſtantinopolis, Aſclepas Gazæ, Marcellus Ancyræ, & Lucius Hadrianopolis, alii ob aliam cauſam accuſati, & Eccleſiis ſuis ejecti, Romam omnium civitatum facile principis verſantes, Julium Epiſcopum Romanum de ſuo ipſorum ſtatu certiorem faciunt. Ille vero, quoniam Eccleſia Romana privilegium præter ceteras obtinebat, litteris ſuis ad Epiſcopos Orientales liberius perſcriptis, illorum partes tueri ſtudet: in Orientem litteras mittit, quo & ſuus cuique locus reſtitueretur, & eos, qui illos temere abdicarant, graviter reprehenderet. Illi decedunt Roma, litteriſque Julii Epiſcopi confiſi, ad ſuas ipſorum Eccleſias redeunt; litteras, ad quos ſcriptæ erant, mittunt. Hi ubi eas acceperunt, Julii reprehenſionem contumeliæ loco ducunt. Concilium Antiochiæ convocant, &c.* Quæ autem enarrare pergit de litteris ſcriptis ad Julium a Concilio Antiocheno

(a) Sozom. l. 3. c. 3.

(b) Socrat. l. 2. c. 12.

PAGIUS Baron. n. XLIV. & ſeq. miſſi, ut Paulum expelleret, domus incenſa, ipſeque pedibus tractus ac miſere truncatus, in mare a populo præcipitatus. De hac ingenti ſeditione loquitur Libanius in Baſilico pag. 136. ubi teſtatur, Imperatorem Conſtantium, qui, audito eo nuntio, Conſtantinopolim venit, admirabili celeritate uſum eſſe in faciendo itinere, nec nives atque imbres eum ab itinere deterruiſſe. Et ſontes quidem ab illo caſtigatos eſſe dicit, neminem tamen morte affectum; cum Senatus urbis Conſtantinopolitanæ pro reis apud ipſum interceſſiſſet.

XVII. *Paulus Cpolitanus Epiſcop. relegatur.* Socrates citatus, quem ſecutus eſt Baronius, *Paulum*, poſtquam *e ſede dejectus eſt*, Romam veniſſe ſcribit. Verum Valeſius in Obſervat. Eccleſiaſt. in Socratem & Sozomenum lib. 2. cap. 6. jure merito ſuſpicatur, Paulum a Conſtantio relegatum eſſe Singaram, & aliquanto poſt inde Emeſam eſſe tranſlatum, metu ſcilicet Perſicæ incurſionis. Poſtquam enim Athanaſius primum Pauli exilium, quod ſub Conſtantio Magno contigit, memoravit, ait: *Iterum vero a Conſtantio catenis ferreis vinctus Singaram Meſopotamiæ deportatus eſt, atque inde tranſlatus Emeſam.* Quod cum tam diſerte aſſirmet Athanaſius, non alio tempore id factum aſſignari poteſt, quam præſenti. Etenim ingens illa ſeditio in urbe Regia, & cædes *Hermogenis* Magiſtri militum, & Pauli reſtitutio ſine Imperatoris conſenſu facta, hunc commoviſſe videntur, ut Paulum ferro vinctum in tam longinquum exilium amandaret. Ex quo tamen exilio non ita multo poſt Emeſam eum tranſtulit, ſive ut Conſtantinopolitanis, qui Paulo imprimis ſtudebant, gratificaretur, ſive Perſarum metu, qui *Singaris* aſſidue imminebant. Certe haud multo poſt circa id caſtrum ingenti prælio Perſæ cum Romanis conflixere. Ceterum, Ariani ſeditionem, de qua ſupra cædeſque hominum in ea factas, uni Paulo adſcribebant, ut teſtatur epiſtola Synodica pſeudo-Synodi Sardicenſis. Paulum vero Romam anno CCCXL. veniſſe eo anno diximus.

no, in iis plane hallucinatur; cum conſtet, eas datas ad ipſum ea Synodo illa Antiochena in Encæniis celebrata. Porro Pauli reſtitutionem irritam fuiſſe redditam, ex eo liquet, quod nonniſi poſt Concilium Sardicenſe ſuam ſedem ipſi recipere licuit. Quæ autem tam Socrates (*a*) quam Sozomenus (*b*) poſt hæc ſubnectunt de Pauli Epiſcopi Conſtantinopolitani perſecutione per Philippum Præſidem excitata; ea contigiſſe non hoc tempore, vel huic proximo, ſed poſt Conventum Sardicenſem, ſuo loco manifeſtum erit.

(*a*) *Socrat. l.*2.*c.*12.
(*b*) *Sozom. l.*3.*c.*8.

XLVIII. Rurſum vero, quod idem Socrates ait, poſtquam Paulus a Philippo Duce dire exagitatus eſt, venitſſe in Italiam ad Conſtantem Imperatorem: cum nonniſi ſemel eum contigerit migraſſe in Italiam, ad hoc ipſum tempus id referendum eſt; quod ex his, quæ ſubdit, magis exploratum redditur. Siquidem tradit, tum accidiſſe ejus in Italiam adventum, cum legatio quatuor illorum Arianorum Epiſcoporum ex Concilio Antiocheno in Encæniis celebrato ad Conſtantem Imperatorem miſſa eſt. Ait igitur Socrates (*c*): *Non longo tempore poſt Paulus Theſſalonica decedere, & Corinthum ſe pergere ſimulans, recta in Italiam proficiſcitur. Ibi ille & Athanaſius una ſuam ipſorum conditionem Imperatori patefaciunt. Imperator, cujus ditioni partes verſus Occidentem ſubjectæ erant, illorum injurias ſuam ipſius calamitatem ſtatuens, litteras ad fratrem dat, perque illas ei ſignificat, ut tres Epiſcopi rationem de Pauli & Athanaſii abdicatione redituri ad ipſum mittantur. Miſſi ſunt Narciſſus Cilix, Neroniadis hic erat, Epiſcopus; Theodorus, Thrax, Heracleæ Antiſtes; Maris Chalcedonenſis, & Marcus Syrus Arethuſæ Epiſcopus. Qui ut acceſſerunt, cum Athanaſio noluerunt in colloquium venire: quinetiam fidei deciſionem Antiochiæ editam occultantes, aliam, quam Epiſcopi contexuerant, Imperatori expoſuerunt his fere verbis: Credimus in unum Deum, &c.* Hæc Socrates: qui & cum ſubdat (*d*), ex alio Concilio poſt triennium celebrato miſſum eſſe Eudoxium cum collegis in Occidentem legatum; plane neceſſe eſt referre dictorum quatuor Epiſcoporum legationem ad priorem Antiochenum conventum in Encæniis celebratam: nam Concilium illud Antiochiæ, ex quo Eudoxio ac ſociis demandata fuit legatio in Occidentem, poſt annos tres a dicta priore Antiochena Synodo habitum eſt: quod S. Athanaſius diſertis verbis affirmat; quamobrem de ea ſuo loco agendum erit. Sed hæc jam ſatis ad corrigendos aliorum errores, in quibus detinemur inviti, moleſte ferentes in his frequentius diutiuſque remorari, qui cuperemus ad ſolidam veramque rerum geſtarum narrationem abſque aliquo offendiculo longiores facere progreſſus.

Paulus Epiſcopus hoc anno Romam venit.
(*c*) *Socrat. l.*2. *c.*24.
(*d*) *Socrat. l.*2.*c.*25.

XLIX. His a Socrate (*c*) recenſitis, mox ſubditur: *Porro autem dum adhuc, tum qui Orientem verſus, tum qui ad Occidentem incolebant, abſque diſcrimine ipſi inter ſe communicant; Sirmii, quæ eſt civitas Illyrici, nova hæreſis exoritur: nam Photinus, qui Eccleſiæ ibi præfuit, ex parva Galatia ortus, Marcelli, qui Epiſcopatu abdicatus erat, diſcipulus, filium Dei ſolum hominem affirmavit, præceptoris inſiſtens veſtigiis.* Hæc Socrates. Sane quidem his temporibus jam palam factam eſſe Photini hæreſin, profeſſio fidei ſcripta iterum ab Euſebianis in poſteriore Concilio Antiocheno poſt annum ſequentem habito, fidem facit (*f*): nam in ea ſicut Marcelliani, ita & Photiniani taxantur hæretici: licet apud Athanaſium, cum recitatur eadem ipſorum fidei aſſertio, loco Photini, Scotini legatur, veluti alias ſæpe apud aliquos etiam. Cæterum ſicut Marcelli cauſa adhuc ſub dubia alea verſabatur, dum Euſebiani illum damnaſſent, Catholici vero, edita ab eo Orthodoxæ fidei profeſſione, recepiſſent: ita pariter de ejus diſcipulo Photino accidiſſe putamus, ut, licet ipſum Euſebiani damnarent, non tamen adhuc, qualis eſſet, Catholicæ Eccleſiæ innotuerit: ſiquidem (ut auctor eſt Epiphanius *g*) a Concilio Sardicenſi juſſus eſt reddere ſuæ fidei rationem, a quo & damnatus eſt. Corrigendus tamen in eo ipſe Epiphanius, quod ait eum a Sirmio originem ducere, quem conſtat fuiſſe patria Ancyranum, Sirmienſem tamen Epiſcopum. Porro auctore S. Hieronymo, (*h*) Ancyra fuit ejuſmodi monſtrorum ferax. Sed de Photino inferius pluribus.

(*e*) *Socr. l.*2. *c.*24. *in fine*
Photinus Hæreſiarcha.
(*f*) *Apud Socrat. l.* 2. *c.*25.
(*g*) *Epiph. hæreſ.* 71.
(*h*) *Hier. in præf. com. in epiſt. ad Galatas.*

L. Hoc eodem anno, in fine ipſius, iiſ-

PAGIUS XVIII. Ad num. L. *Conſtans* anno præterito Gentilitiam ſuperſtitionem & ſacrificiorum uſum abolere cœpit, ut liquet ex Lege 2. Codicis Theodoſiani *De Paganis*. In eo Templorum excidio hoc tempore perrexit, non quidem iis deſtrui juſſis, verum uſu & ingreſſu eorum abolito, ut liquet ex Lege 3. ejuſdem Codicis *de Paganis*, quam Gothofredus in Commentario huic anno adſcribit, licet Baronius eam anno CCCXLVI. datam exiſtimet, quod in ea legatur: *Dat. Kalend. Novemb. Conſtantio IV. & Conſtante III. AA. Coſſ.* Verum corrigenda illa ſubſcriptio, reponendumque, *Conſtantio III. & Conſtante Coſſ.* id eſt, anno CCCXLII. Nam *Catullinus*, cui hæc Lex inſcripta, Præfectus Urbi fuit annis CCCXLII. CCCXLIII. & CCCXLIV. non autem anno CCCXLVI. ut liquet ex libello de Præfectis Urbi. Ea Lex *Conſtanti* utpote Romam tenenti tribuenda, non vero *Conſtantio*, qui in Oriente imperabat. Conſtans itaque Romæ omnem ſuperſtitionem ceſſare, ſacrificia aboleri, & per Præfecturam Urbis ſuperſtitionem omnem, id eſt, aras & idola exſcindi voluit; at non ædes ſeu ædificia ipſa Templorum erui. Sane de aris exciſis fidem quoque facit *Ara Victoriæ* in Senatu, ſeu Curia Urbis Romæ Conſtan-

Sacrificia Gentilium Conſtantis juſſu abolita.
Baron. anno 346. num. X.

Digitized by Google

dem Conſulibus a Conſtantio Imperatore edita ſanctio reperitur adverſus nefandum ſcelus, his verbis (*a*): *Cum vir nubit, in femina viros paritura quid cupiatur, ubi ſexus perdidit locum? ubi ſcelus eſt id quod non proficit ſcire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quæritur, nec videtur? Jubemus inſurgere leges, armari jura, gladio ultore, ut exquiſitis pœnis ſubdantur infames qui ſunt vel futuri ſunt rei. PP. Romæ, XIII. Kal. Jan. Conſtantio III. & Conſtante II. AA. Coſſ.* Mendoſa legitur eadem in Codice Theodoſiano (*b*), cum præſertim ibi ponatur Conſulatus nonus Conſtantii cum Conſtante, qui numquam extitit.

(*a*) l. 31. C. ad leg. Jul. de adulter.

Scelus nefandum lege punitur.

(*b*) l. 3. Cod. Theod. eod. titul.

An-

PAGIUS

ſtantis Imperio diruta; de quo queritur multo poſt Symmachus in Relatione ad Valentinianum, ſeu epiſt. 54. lib. 10. Nam de ea reſtituenda agens, & exempla in utramque partem Principum colligens: *Merito*, inquit, *Divi Conſtantis factum diu non ſtetit: omnia vobis exempla vitanda ſunt, quæ mox remota didiciſtis.* Quo loco Symmachus Magnentii factum tacite opponit, qui ut ſacrificia nocturna, ita & *Aram* procul dubio *Victoriæ* reſtituerat. Noluit autem Conſtans Templa extra muros Urbis, quæ plurima fuere, dirui propter voluntatem Populi Romani ac lætitiam publicam: nempe quod ex nonnullis origo Ludorum exorta fuerit. Quam rationem illuſtrat hic Lactantii locus, lib. 6. cap. 20. *Ludorum celebrationes Deorum feſta ſunt: ſiquidem ob natalitates eorum vel* TEMPLORUM NOVORUM DEDICATIONES *ſunt conſtituti.* Quæ omnia docte a Gothofredo laudata obſervata, apud quem plura in eandem rem. Lex hæc *Decennaliorum Conſtantis* indicium.

I. Paulus primus Eremita migrat in cælum.

ANnus Chriſti trecenteſimusquadrageſimustertius, Placido & Romulo Conſulibus annotatur, memorabilis ob felicem S. Pauli Primi Eremitæ ad Deum tranſitum, cujus vitæ res geſtæ a S. Hieronymo egregiis ſcriptorum monumentis poſteris commendatæ, factæ ſunt cuique Fideli notiſſimæ. Quod vero ad rationem temporis ſpectat; hoc ipſo exordio ſeptimi anni Conſtantii Imperatoris, ipſum ab Antonio Magno inventum, & defunctum quoque humatum; quæ dicta ſunt ſuperius tomo ſecundo, cum egimus de ejus fuga perſecutionis tempore in eremum, exploratiſſimam fidem faciunt. Cujus quidem vitæ hiſtoriæ divina providentia bene conſultum voluit, ut a S. Hieronymo ſcriberetur, viro ab omni fabularum commento longiſſime abhorrente, & qui nonniſi ſibi exploratiſſima ſtylo ſuo perpetuæ memoriæ potuerit conſecraſſe; cum præſertim ſui ſæculi res geſtas conſcribens, a quovis prudente mendacii redargui valuiſſet, atque a quolibet e vulgo homine pariter derideri; & qui ſciret ſe adverſarios emunctæ naris habere, quamlibet leviſſimam licet occaſionem captantes ipſius ſcripta carpendi.

II. Vita Pauli carpitur a Novatoribus.

At quod (dolendum eſt) quæ tot ſuccedentia ſibi ſæcula aſſidua lectione probarunt & venerata ſunt ſcripta, effugere minime potuerunt noſtri temporis Hagiomachos Ariſtarchos, ex Hippocentauro atque Fauno, quorum in ejus vitæ Actis mentio habetur, ducentes argumentum, totum id quod ſcribitur, ludicrum eſſe commentum. Sed quænam, qualiave ſint iſta, ut cuncta evidentius eluceſcant, accuratius expendamus; ſunt hæc verba Hieronymi (a): *Cum jam centum tredecim annos B. Paulus vitam cæleſtem ageret in terris, & nonagenarius in alia ſolitudine*

(a) *Hiero. in Vita Pauli.*

Ann. Eccl. Tom. IV. Eee a *Anto-*

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1096. Olymp. 280. an. 3. *ſecundum Baronium.* Olymp. 280. A.C. 343. I. *Conſules.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5836.

☉ 16. B. ☽ 2. P. 27. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 343.

JULII PAPÆ 7.

CONSTANTII ET CONSTANTIS 7.

[s] ANnum. I. ad X. Coſſ. *M. Mæcius Memmius Furius Placidus, & Fl. Piſidius Romulus*, at ex duabus Inſcriptionibus Onuphrianis conſtat.

II. *S. Pauli primi Eremitæ obitus.*

Divus *Antonius* Abbas non hoc anno, ſed CCCXLI. a Sancto *Paulo Primo Eremita*, viſitatus. Hieronymus enim in Vita S. Pauli affirmat, hunc anno ætatis centeſimo decimo tertio demortuum, cum Divus Antonius nonagenarius eſſet. Quare cum D. *Antonius* anno Chriſti ducenteſimo quinquageſimo primo natus ſit, nonageſimus ejus ætatis annus cum anno Chriſti CCCXLI. concurrit; ideoque *Paulus* eo anno ad Deum migravit, vel initio anni CCCXLII. ſi die XV. Januarii, quo colitur, ſupremum diem obierit. Chronologia quippe vitæ Divi Pau-

---

NOTÆ [s] COſſ. *M. Mæcius Memmius Furius Placidus, & Fl. Piſidius Romulus.* Gruterus pag. CCCCXXXIII. 4.

M. MAECIO. MEMMIO. FURIO. BALBURIO.
CAECILIO. PLACIDO. V. C. &c.
CONSULI. ORDINARIO.

Reines. Cl. VI. pag. 434.

PLACIDO. CONSULE.

Ibid. pag. 936.

PLACIDO. ET.......
CONSS.

Fabrettus, pag. 758.

PLACIDO. ET
ROMULO CONS.

Boldettus, pag. 82. num. 15. & lib. II. Cap. III. pag. 341.

FELICITAS IN PACE
XVIII. KAL. DEC.
PLACIDO. ET ROMULO. COSS.

Apud Contelorium, de Præf. Urb. A. D. 394. legitur inſcriptio, ubi eſt:

EXEQUENTE. FL. PISIDIO. ROMULO.
V. C. PRAEFECTO. URBIS.

Ex quibus verbis nonnulli *Romulum* hujus anni Conſulem, *Flavium Piſidium Romulum* appellarunt, ut fecit Pagius. Vopiſcus in Aureliano, Cap. XV. *Vidimus proxime Conſulatum Furii Placidi*, &c. Vulgares Faſti: *Placido & Romulo.*

Antonius moraretur, ut ipſe aſſerere ſolebat, hæc in mentem ejus cogitatio incidit; nullum ultra ſe perfectum Monachum in eremo conſediſſe. At illi per noctem quieſcenti revelatum eſt, eſſe alium ulterius multo ſe meliorem, ad quem viſendum deberet proficiſci. Illico, erumpente luce, venerabilis ſenex infirmos artus baculo regente ſuſtentans, cœpit ire velle quo neſciebat: & jam media dies, coquente deſuper Sole, effervebat; nec tamen a cœpto itinere abducebatur, dicens: Credo in Deum meum, quod ſervum ſuum, quem mihi promiſit, oſtendet. Nec plura his:

Viſus Hippocentaurus.

conſpicit hominem equo mixtum, cui opinio poetarum, Hippocentauro, vocabulum indidit: quo viſo, ſalutaris impreſſione ſigni armat frontem: &, Heus tu (inquit) quanam in parte hic ſervus Dei habitat? At ille barbarum neſcio quid infrendens & frangens potius verba, quam proloquens, inter horrentia ora ſetis blandum quæſivit alloquium: & dexteræ protenſione manus, cupitum indicat iter; & ſic patentes campos voluci tranſmittens fuga, ex oculis mirantis evanuit. Verum hæc utrum Diabolus ad terrendum eum ſimulaverit; an ut ſolet eremus monſtroſorum animalium ferax, iſtam quoque gignat beſtiam, incertum habemus. Hactenus de viſione Hippocentauri Hieronymus: cujus fruſtra, mea ſententia, & injuria quidem exigitur fides, qui de his dubitans, quidnam fuerit, num ſpectrum, an monſtrum, liberaſſe voluit fidem ſuam.

III. De Hippocentauro, quod inveniri poſſit.

Cæterum, nec inſulſa vel inanis fuit ipſius dubitatio, an Ægyptus, monſtrorum ferax, ejuſmodi quoque ex duabus ſpeciebus mixtum animal genuiſſe potuerit. Quamvis enim quæ de Ixione atque Centauris poetæ cecinerunt, figmentum eſſe, non eſt qui dubitet (*a*), & ſecundum Celſum (*b*), de exhibendo Hippocentauro vana ſponſio habeatur, cum inquit: *Si ita ſtipulatus fuero, Te ſiſte; & niſi ſtiteris, Hippocentaurum dari.* Nec ſit qui exigat a natura Centauros tamquam ſpeciem animalis: tamen ejuſmodi eamdem interdum peperiſſe monſtra, quis neget? Nam ſic Plinius (*c*): *Claudius Cæſar ſcribit, Hippocentaurum in Theſſalia natum eodem die interiiſſe: & nos Principatu ejus allatum illi ex Ægypto in melle vidimus.* In melle, inquam, quod ejus virtutis ſit, ut computreſcere corpora non ſinat; ſic & in melle marinum hominem ab ultima Mauritania ad Hiſpanias allatum, teſtatur Alexander (*d*) ab Alexandro ſolidæ fidei auctor: quem qui legerit de Tritonibus diverſis in locis ſuo ſæculo viſis, & captis, iiſdemque vultu hominem præſeferentibus, & corpore prorſus humano abſoluta ſimilitudine pube tenus, poſtremis in piſcem deſinentibus; haud dubitabit in terris poſſe reperiri, quæ maria quoque producunt; cum hominis habitatio ſit potius terra quam mare, ex cujus admixtione cum jumento poſſint ejuſmodi concipi monſtra ac generari.

(a) Aug. de Civ. l. 18. c. 13.

(b) l. 97. ff. de verb. oblig.

(c) Plin. l. 7. c. 3.

(d) Alex. ab Alex. l. 3. c. 8.

IV. De Fauno invento narratio.

At ſubdit poſt hæc Sanctus Hieronymus: *Stupens autem Antonius, & de eo, quod viderat, ſecum volvens, ulterius progreditur: nec mora, inter ſaxoſam convallem haud grandem homunculum videt aduncis naribus, fronte cornibus aſperata, cujus extrema pars corporis in caprarum pedes deſinebat; infractuſque & hoc Antonius ſpectaculo, ſcutum fidei, & loricam ſpei, ut bonus præliator arripuit: nihilominus memoratum animal palmarum fructus eidem ad viaticum, quaſi pacis obſides, afferebat. Quo cognito, gradum preſſit Antonius; & quiſnam eſſet, interrogans, hoc ab eo reſponſum accepit: Mortalis ego ſum, & unus ex accolis eremi, quos vario deluſa errore Gentilitas Faunos, Satyroſque, & Incubos vocans colit: legatione fungor gregis mei: precamur ut pro nobis communem Deum depreceris, quem pro ſalute mundi veniſſe cognovimus, & in univerſam terram exiit ſonus ejus. Talia eo loquente, longævus viator ubertim faciem lacrymis rigabat, quas magnitudo lætitiæ indices cordis effuderat. Gaudebat quippe de Chriſti gloria, & de interitu Satanæ: ſimulque admirans, quod ejus poſſet intelligere ſermonem, & baculo humum percutiens, ajebat: Væ tibi Alexandria, quæ pro Deo portenta veneraris: væ tibi civitas meretrix, in quam totius Orbis dæmonia confluxere: quid nunc dictura es? beſtiæ Chriſtum loquuntur; & tu pro Deo portenta veneraris. Nondum verba compleverat, & quaſi pennigero volatu petulcum animal aufugit. Hoc ne cuiquam ob incredulitatem ſcrupulum moveat; ſub Rege Conſtantino, univerſo mundo teſte, defenditur; nam Alexandriam iſtiuſmodi homo vivus perductus, magnum populo ſpectaculum præbuit: & poſtea cadaver exanime, ne calore æſtatis diſſiparetur, ſale infuſo, Antiochiam, ut ab Imperatore videretur, allatum eſt.* Hæc de his Hieronymus.

Eſt

PAGIUS Pauli ex anno natali & emortuali S. Antonii pendet. Porro *Congregatio*, quæ ejuſdem Sancti vitæ rationem imitatur, quæque eum ſibi patronum adoptavit, auctorem vel *præcipuum* propagatorem agnoſcit *Euſebium* quemdam *Strigonienſem*, cui ſociiſque tradita fertur quædam piæ vivendi norma a *Bartholomæo Quinquen-Eccleſienſi Epiſcopo*, anno circiter milleſimo ducenteſimo quadrageſimo *primo*. Dein *Paulus* Veſprimienſis in Hungaria Antiſtes quaſdam eidem Ordini leges ſcripſit, tumque primum a S. Paulo Eremita nomen illi impoſitum, ut tradit Bollandus tomo I. Sanctorum menſis Januarii die 15. in Vita Sancti Pauli.

V. Eſt frequens de Faunis apud antiquos Hiſtoricos (ut poetarum fabulas miſſas faciamus) certaque mentio; inter quos Plinius (*a*) cum dicat, præter effigiem nihil in eis eſſe moris humani; cuncta hæc quæ accidiſſe Antonio a Hieronymo enarrantur, miraculo eveniſſe, dicendum eſt: ut de multis aliis animalibus rationis licet expertibus ſæpe legitur, ea veluti humano intellectu prædita, ac Dei nutu reddita pene rationabilia, qualia ſolent homines, exibuiſſe ſanctis viris miniſteria: ut (ne a Paulo recedamus) de corvo contigit, qui cum diebus ſingulis per tot annorum curricula dimidium panis eidem Paulo afferre ſoleret, adventu tamen Antonii (quod in admiratione fuit) integrum attulit, quo reficeretur uterque.

(a) *Plin. l. 5. c. 8. in fin.*

De Faunis.

VI. Quod autem in Vita Antonii ab Athanaſio conſcripta de congreſſu Pauli cum eo nulla penitus mentio habeatur; inde accidit, quod (ut eodem Hieronymo auctore dictum eſt) Athanaſius res geſtas Antonii, ipſo adhuc vivente, ſcriptis commendavit, eaſque Romam detulit ante biennium, cum a Julio Papa vocatus eſt, quo tempore hæc de Paulo nondum acciderant: poſtea vero, multis prætermiſſis, appoſitus eſt ejus obitus, ſed an ab eodem Athanaſio, haud aſſerere auderem. At inter res memorabiles a S. Hieronymo de Paulo conſcriptas, illud contemplor attentius, quod ait expetiiſſe ab Antonio pallium illi largitum ab Athanaſio, ad ſuum ipſius defuncti corpuſculum involvendum: id enim ab eo non idcirco tantum factum puto (quod tradit S. Hieronymus) ut ab eo recedendo, mœror ſuæ mortis levaretur: ſed quod qui prophetico ſpiritu Athanaſium noverat, & (quod leviſſimum videbatur) pallium donatum Antonio intellexerat; de ipſo etiam ſummos illos tot annis exantlatos pro Catholica fide labores, exilia, fugam, ærumnas, innumeraſque alias moleſtias minime ignorarit: quamobrem ſic Athanaſii pallium potius quam aliud alterius hominis tegumentum expoſcere ab Antonio viſus eſt, ut eo ſaltem communicationis ſymbolo, & propenſionis animi erga Athanaſium ſignificaret, ſe pluſimi facere hominem, quem tot pro fide ſuſcepta certamina illuſtraſſent; ac proinde omnibus innoteſceret, a tanto viro probari fidem, quam Athanaſius tam acriter ſtrenueque propugnaret: quod quidem haud videbatur mediocris eſſe momenti ad erigendos titubantium animos, & roborandos illos qui ſolidi in fide perſtarent. Siquidem tanti facere ſolebat populus illuſtrium monachorum de fide Catholica teſtimonium, ut Ariani hoc ſentientes, mentiri non ſint veriti, magnum Antonium eadem de fide ſecum una ſentire; adeo ut eam ob cauſam ipſi opus fuerit, relicta intima Eremi ſolitudine, Alexandriam uſque deſcendere, & de Catholica fide, quam coleret, publice, ne populus laberetur, ſpecimen edere. Affirmat id ſane Athanaſius in vita ipſius, cum hæc præmittit (*b*):

Cur Paulus expetiit pallium Athanaſii.

(b) *Athan. in vita Antonii.*

VII. *Sic etiam Antonius Arianos deteſtabatur, ut omnibus diceret, nec juxta eos quidem eſſe accedendum. Nam cum veniſſent quidam Ariani, reperit poſt eorum examinationem infideliſſimam ſectam, & fugavit eos de monte dicens, multo ſerpentibus deteriores horum eſſe ſermones. Mentientibus autem Arianis aliquando, Antonium ita, ut ſe, credere; admiratus eorum audaciam, & juſti doloris ira commotus, rogatuſque ab Epiſcopis atque univerſis fratribus, Alexandriam deſcendit: ibique Arianos publico ſermone condemnavit, ultimam hanc eſſe hæreſin, & præcurſorem Antichriſti affirmans: prædicavitque populo, Filium Dei non eſſe facturam, non ex ullis extantibus, ſed proprium, & unius cum patre ſubſtantiæ, ne creatura potius, aut adoptio, aut appellatio videretur; impium eſſe dicens, vel mente concipere, Erat quando non erat; cum verbum Dei Deus qui eſt, ſemper ſit Patri coæternus, quia ex eo natus eſt Patre qui ſemper eſt. Unde aiebat: Cum Arianis nulla vobis ſit conjunctio. Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? Vos fideliter credentes, Chriſtiani eſtis: illi Verbum, id eſt, Filium qui ex Deo Patre eſt, creaturam docentes, nullo intervallo a Gentilibus ſeparantur, qui ſerviunt creaturæ potius quam Creatori, qui eſt benedictus in ſæcula. Ipſa, mihi credite, iraſcuntur elementa, & omnis contra Arianum furorem (ſecundum Apoſtoli dictum) ingemiſcit creatura, quod ſibi Dominum ſuum, per quem omnia, & in quo omnia facta ſunt, videat coæquari, vel aggregari. Hæc tanti viri prædicatio, exprimi non poteſt, quantum ad fidem populos roboraverit: lætabantur quippe, hoſtilem & Chriſto inimicam hæreſin anathematizari ab Eccleſiæ columna.*

Antonius calumniam paſſus ab Arianis venit Alexandriam.

VIII. Quomodo autem Catholicam fidem, quam Alexandriæ prædicavit, ibidem ſignis quoque ſequentibus confirmarit, idem S. Athanaſius docet, cum ſubdit: *Nulla tunc ætas, nullus ſexus domi remanſit: taceo de Chriſtianis: Pagani quoque & ipſi idolorum ſacerdotes ad Dominicum imperium convolabant, dicentes: Precamur, ut videamus hominem Dei: quia hoc apud univerſos conſpicuum erat nomen Antonii. Ambiebant quoque ſaltem fimbriam veſtimenti ejus attingere, multum ſibi & tactum prodeſſe credentes. Quot tunc diabolica obſidione, & variis infirmitatibus liberati? quot ſimulacris erepta ſunt ſpolia? quot etiam ab errore Gentilium retracti noſtro juncti ſunt gregi? Tot certe, ut paucorum dierum ſpatio ex idolorum ſuperſtitione converſio o-*

Antonius miraculis firmat fidem.

mnem

unum per annum credentium vinceret turbam. Præterea cum irruentem multitudinem comites repellerent, exiſtimantes illi tædio conventum populi fore; ille tranquillo animo dicebat: Numquid hic cœtus major eſt Dæmonum turbis? Numquid obſequentium multitudo colluctatorum in monte noſtrorum catervis eſt numeroſior? Accidit etiam, ut cum eum redeuntem circa portam proſequeremur, a tergo quædam mulier clamaret, dicens: Expecta homo Dei, filia mea atrociſſimo vexatur Dæmonio: expecta, obſecro, expecta, ne & ego currens inteream. Hoc audito, mirabilis ſenex a nobis admonitus, volens tandem, & ipſe paululum ſubſtitit: cumque appropinquante muliere, puella jaceret exploſa; oravit tacitus Dominum Jeſum; & ad comminationem ejus ſtatim ſpiritus impurus egreſſus eſt: puella incolumis, populus in laudibus Dei, mater in gaudio fuit; ipſe autem lætabatur, quia ad deſideratam ſolitudinem repedabat. Hactenus Athanaſius de Antonii Alexandriæ cum verbis tum ſignis Catholica fide teſtata, occaſione Pauli per communicationem (quod aliter non liceret) pallii cum Athanaſio fidem Catholicam roborantis. Quando autem hæc de Antonii adventu Alexandriam contigerint, minime liquet: quam ob cauſam hic ea intexere viſum eſt opportunum.

IX. Quibus & ea ſubjicimus, quæ habet idem S. Hieronymus de eadem S. Antonii profectione Alexandriam ad confutandos Arianos, ſic inter alia ad Caſtrutium ſcribens (*a*): *Beatus Antonius cum a S. Athanaſio Alexandriæ Epiſcopo propter confutationem hæreticorum in urbem Alexandrinam eſſet accitus, & iſſet ad eum Didymus, vir eruditiſſimus, captus oculis; inter cæteras ſermocinationes, quas de Scripturis ſanctis habebant, cum ejus admiraretur ingenium, & acumen animi collaudaret, ſciſcitans ait: Num triſtis es, quod oculis carnis careas? Cum ille pudore reticeret; ſecundo tertioque interrogans, tandem elicuit, ut mœrorem animi ſimpliciter fateretur. Cui Antonius: Miror, ait, prudentem virum ejus rei dolere damno, quam formicæ, & muſcæ, & culices habent; & non lætari illius poſſeſſione, quam Sancti ſoli & Apoſtoli meruerunt.* Hæc apud S. Hieronymum. Vocatum quoque eſſe ab eodem Sancto Athanaſio aliquando Alexandriam Abbatem Poemenem, ſpectatæ ſanctitatis virum, habetur in Vitis Patrum (*b*).

(a) Hieron. ep. 33. [?]

Antonius quid ad Dydimum.

(b) Vit. SS. Pat. par. 2.

X. Hoc itidem ſeptimo anno Conſtantii, & Conſtantis Imperatorum, ponitur in Chronico a S. Hieronymo excitata in Chriſtianos Perſas a Sapore Rege Perſarum dira perſecutio; cui potius aſſentimur, quam iis qui (*c*) referunt illam ad tempora Conſtantini, occaſione litterarum ab eo ad ipſum Saporem Regem ſcriptarum permoti, quas alia ex cauſa fuiſſe conſcriptas, ſuperius ſuo loco monſtravimus: quamobrem Sancti Hieronymi magis ſententiam approbamus, eamdem ad Conſtantii & Conſtantis Auguſtorum tempora referentis, & quidem opportunius, quod inter Saporem & Conſtantium tunc acre vigeret bellum: regnante autem Conſtantino, reveritus ille tanti culminis majeſtatem, legatione prævenit ipſum imperatorem extremo prope vitæ exitu adverſus eum expeditionem parantem: nemo igitur ſcriptorum illorum temporum, eorum, inquam, qui ſub Conſtantino vixere, perſecutionem aliquam a Sapore Rege Perſarum adverſus Chriſtianos fuiſſe commotam, vel leviter meminit; quam certe haud par eſt credere fuiſſe ab Euſebio prætermiſſam, ſi contigiſſet. Rei vero geſtæ ſeries a Sozomeno (*d*) ſcite deſcribitur, hac ſcilicet oratione:

Perſecutio Chriſtianorum in Perſide.

(c) Theod. l. 1. c. 24. in fine, Cedr. in Comp. an. 25. Conſt. Imp.

(d) Sozom. l. 2. c. 8.

XI. *Cum autem tempore progrediente, numerus Chriſtianorum in Perſide vehementer creſceret; adeo ut conventus agere, & ſacerdotes ac diaconos habere cœperint; hæc res non mediocriter offendebat animos Magorum, qui velut Tribus aliqua ſacerdotalis ſtirpis, ſucceſſione quadam religionem Perſarum inde fere ab initio adminiſtraverant. Judæos quoque permagna affecit moleſtia, qui præ invidia naturaliter quodammodo ipſis inſita, religioni Chriſtianæ ſemper infenſi eſſe ſolent; & ob eam cauſam Simeonem id temporis Seleuciæ, & Cteſiphontis urbis in Perſide primariæ Archiepiſcopum cœperunt apud Saporem tum Regem Perſarum accuſare, quod Imperatori amicus eſſet, quodque ei res Perſarum proderet. Quorum calumniis perſuaſus Sapores*

Sapor rex ſævit in Chriſtianos.

PAGIUS III. A num. X. ad XVIII. Hoc quidem anno perſecutio in *Perſide* adverſus Chriſtianos a *Sapore* Perſarum Rege excitari cœpta, Hieronymo, Mariano Scoto & Theophane teſtibus; ſed martyrium *Simeonis* & ſociorum, nonniſi anno trecenteſimo quadrageſimo nono contigit. Sozomenus enim, qui eorum Acta ſcripſit, in lib. 2. cap. 10. *Uſthazani* martyrio relato, ait: *Poſtridie ejus diei, qui erat dies ſextus hebdomadæ, in quo ante celebrem diem Reſurrectionis memoria ſalutaris Chriſti Paſſionis recoli ſolet, decrevit Rex, ut Simeones gladio feriatur.* Dies igitur, quo Sancti Martyres occiſi, fuit feria ſexta hebdomadæ Sanctæ in Paraſceve, excepto Uſthazano eunucho, qui pridie in Cœna Domini interfectus fuerat. Quare illorum martyrium incidit in diem XXI. Aprilis anni CCCXLIX. quo Paſcha die XXIII. Aprilis celebratum, quove Conſtantius Imperator bello Perſico illigatus, Veteranorum filios ad militiam convocavit, & menſe Aprili Antiochiæ conſtitit, ut ſubſcriptiones Legum Codicis Theodoſiani oſtendunt.

Perſecutio Perſica.

IV. Ex his liquet, Martyres, de quibus Baronius anno ſequenti num. XIV. & ſeqq. anno tantum trecenteſimo quinquageſimo paſſos eſſe. Sozomenus enim. cap. 11. ait: *Sequente anno, eo ipſo die, quo Paſſionis memoria celebrabatur, crudeliſſimum edictum per univerſam Perſarum ditionem propoſitum*

Alii Martyres in Perſide.

Google

ret, primo omnium tributis immoderatis eo aſſligit Chriſtianos, quod ipſorum quamplurimos voluntariam egeſtatem excolere norat: deinde viris difficilibus, & inhumanis illorum tributorum exigendorum poteſtatem dat, quo & inopia pecuniæ, & exactorum ſeritate coacti, ſuam religionem aſpernari inciperent. De qua una re ſummopere ab eo laboratum eſt.

XII. Simeonis certamen. *Poſt hæc ſacerdotes, & miniſtros Dei gladio trucidare, Eccleſias dirui, earum theſauros, & monimenta in publicum proferri, & Simeonem, ut regni Perſarum & religionis proditorem adduci jubet. Itaque Magi, ope Judæorum, qui in ea re eos alacri animo juvabant, Eccleſias demoliuntur: Simeonem comprehenſum, & catenis ferreis vinctum ad Regem perducunt; qui ſe ibi & ſpectatum, & ſtrenuum virum præſtitit. Nam cum Sapores eum, ut daretur in quæſtionem, introduci juſſiſſet: neque veritus eſt quicquam, neque Regem adoravit. Qua re graviter commotus Rex, ſciſcitatur, quid ſit cauſæ cur jam nunquam ipſum adoret, cum ante id feciſſet? Cui Simeon: Non ante, inquit, ductus eram ad Deum verum prodendum; & propterea non recuſabam debitos honores Regi præſtare: at jam id ipſum facere non fas eſt: nam jam pro pietate & noſtra religione certaturus venio. Quæ cum dixiſſet; jubet Rex, ut Solem adoret; quod quidem ſi facere velit, pollicetur ſe ei multa daturum munera, & in magno honore habiturum: ſin autem detrectet, & illum & univerſum Chriſtianorum genus e medio ſublaturum minatur.*

XIII. Uſthazanes reſipiſcit. *Ubi vero Simeonem neque minis terrere, neque promiſſis flectere poſſet, ſed virili, & conſtanti animo affirmantem ſe nunquam, vel ſolem adoraturum, vel ſuam ipſius religionem proditurum audiret: jubet in vinculis aliquandiu teneri, ratus (ut videtur) eum velle reſipiſcere. Quem in carcerem deductum conſpicatus Uſthazanes ſenex eunuchus, educator Saporis, & in familia regia principem locum tenens, conſurgens (ſedebat forte pro foribus Palatii) cum honorifice ſalutat. At Simeon verbis illum contumelioſis increpare, & bile incenſus vociferari cœpit: atque averſo vultu ideo præteriit, quod, cum eſſet Chriſtianus, paulo ante, vi coactus, Solem adoraverat. Quare Uſthazanes eunuchus fundere lacrymas, ingemiſcere, veſtem ſplendidam, qua erat indutus, exuere, & tamquam homo in luctu conſtitutus, nigram circumjicere cœpit: pro portis Regiæ ſedet, lamentatur, plorat cum gemitu, ſicque ait: Heu me miſerum, qualem erga me Deum fore debeo expectare, quem jamdudum denegaverim? nam ob hanc cauſam Simeon ne verbum quidem mihi loqui dignatus, ſic ore averſo, propere prætergreſſus eſt.*

Ubi iſta reſcivit Sapores, illum accerſit: rogat cauſam luctus, ecqua illi in ædibus obtigiſſet calamitas? Cui Uſthazanes: In hiſce diebus, inquit, o Rex, nihil mihi accidit infortunii. Utinam enim, pro eo quod mihi contigit, in omnia alia calamitatum genera incidiſſem; quippe id quidem certe fuiſſet toleratu multo facilius. Jam vero lugeo, quod maneam in vita, quodque, cum dudum mori debuiſſem, adhuc tamen Solem videam, quem, quo tibi gratificer, non re vera ex animo, ſed ſpecie ſolum ſimulata adoraverim; adeo ut utraque de cauſa mortem meritus ſim, tum quod Chriſti proditorem, tum quod veteratorem erga te me ipſum oſtenderim. Quæ cum dixiſſet, cæli & terræ opificem Deum cum jurejurando teſtatur, ſe in poſterum de ea ſententia numquam deſtiturum. Sapores autem incredibilem eunuchi mutationem vehementer admiratus, graviore quidem iracundia in Chriſtianos exarſit, perinde quaſi illi præſtigiis hanc rem confeciſſent: ſed tamen miſericordia erga ſenem commotus, modo manſuetum, modo ferum ſe in illum oſtendit, atque omnibus viribus laboravit ut de ſententia deduceret. XIV. Confeſſio Uſthazanis.

Ubi vero nihil profecit, conſtanter aſſeverante Uſthazane, ſe nunquam tam ſtultum fore, ut pro omnium conditore Deo res ab eo conditas colat; tum ira inflammatus mandat caput enſe cervicibus abſcindi. Ad quod ſupplicium a lictoribus deductus Uſthazanes, orat eos, ut paulisper expectent: rem enim ſe unum tenere, quam Regi ſignificare velit. Vocato igitur ad ſe eunucho ſibi fideliſſimo, jubet iſta Sapori nunciare: Quam tandem benevolentiam XV. Uſthazanis Martyrium.

PAGIUS

tum eſſe, & *Azadam* eunuchum peremtum. Quæ Henſchenio die XXI. Aprilis in Vita Sanctorum perſecutione Perſica occiſorum, obſervata.

V. *Expeditio Britannica.* Hoc anno *Conſtans* Imperator, poſtquam ſuperiori *Francos* debellaſſet, in Britanniam e Gallia adverſus Scotos & Pictos trajecit ſæva hieme, teſte Libanio in Baſilico: de quo bello a nobis actum anno CCCXXXVII. num. XII. Hinc, ut obſervat Gothofredus in Chronologia Codicis Theodoſiani, Lex ejuſdem Codicis 5. *De extraordinariis*, dicitur *VI. Kal. Feb. dat. Bononia*, Bononiæ nempe Galliarum, quæ antea *Geſoriacum* dicta. Cangius in *Conſtantinopoli Chriſtiana*, Tabula XI. Conſtantis Nummum producit, in cujus poſtica legitur: BONONIA OCEANUS. Viſitur triremis in mediis fluctibus, in cujus prora Victoria dextra lauream, ſiniſtra palmam tenens; in medio navis Imperator galeatus, dextra haſtam, ſiniſtra clypeum habens; in mediis fluctibus figura nuda. Qui Nummus ad hanc expeditionem ſine dubio referendus. De ea ſcripſerat Ammianus, ut ipſemet teſtatur in lib. 27. *Et quoniam cum Conſtantis Principis actus componerem, motus adoleſcentis & ſeneſcentis Oceani, tractumque Britanniæ pro captu virium explanavi, ad ea quæ digeſta ſunt ſemel, revolvi ſuperfluum duxi.* Verum priores Ammiani libri, in quibus de hoc bello mentio erat, periere.

tiam ab ineunte adoleſcentia ad hoc uſque tempus, o Rex, erga tuam familiam præſtiterim, & quanto ſtudio cum patri tuo, tum tibi inſervierim, nullis videor egere teſtibus, apud te præſertim qui hæc ſatis explorate cognita habeat. Quare pro omnibus officiis, quæ in vos aliquando tam benevole contulerim, hoc mihi unum velut remunerationis loco concede, ut iis, qui me ignorant, non videar tamquam infidus erga regnum tuum, aut in aliquo maleficii genere deprehenſus, ſupplicium iſtud ſubire. Et ut hoc pateat omnibus, fac præco palam prædicet, Caput Uſthazanis amputatum eſſe, non quod improbitatis cujuſquam in Palatio ab ipſo admiſſæ convictus ſit, ſed quod ſit Chriſtianus, & Deum ſuum, quo Regis voluntati morem gereret, negare noluerit. Atque iſta quidem Regi nunciavit eunuchus. Sapores autem eudem, ſicut Uſthazanes poſtulaverat, præconem prædicare jubet. Nam ratus eſt, alios prompto & parato animo de Chriſtiana religione deſcituros, ſi certiores fierent, nemini Chriſtiano miſericordiam tributam fore: quippe cum Uſthazanes, ſenex, educator Regis, ei familiaris & benevolus, etiam eſſet interfectus. At Uſthazanes ad alium finem ſupplicii ſui cauſam prædicari tam impenſe deſideravit; ſiquidem cogitavit, quod ſicut quando timore perterritus Solem adorabat, multis Chriſtianis metum injecerat: ita etiam non pauciores ad ſuam animi magnitudinem & conſtantiam imitandam incitaret, ſi modo intelligerent eum pro Chriſtiana religione trucidatum eſſe. Hoc modo Uſthazanes vitam, quam hic in maxima gloria duxerat, deſeruit, Simeon autem de ejus morte in carcere certior factus, Deo gratias pro illo egit.

XVI. Simeonis, & aliorum Martyrium. *Poſtridie ejus diei, qui erat ſextus hebdomadæ, in quo ante celebrem diem feſtum Reſurrectionis, memoria ſalutaris Chriſti paſſionis quotannis recoli ſolet: decernit Rex, ut Simeon gladio feriatur. Nam ante denuo e carcere deductus ad Regem, forti & magno animo cum Sapore de Chriſtiana fide diſſeruit, & neque illum, neque Solem adorare voluit. Eodem die centum alios quoque, qui erant in carcere Rex itidem obtruncari jubet: ad extremum Simeonem, cum cæterorum omnium mortem oculis aſpexiſſet, trucidari: horum pars Epiſcopi, pars presbyteri, pars ex alio clericorum ordine fuerunt. Cum omnes ad locum, in quo erant necis ſupplicium ſubituri, deducerentur; princeps Magorum percunctatur ab illis, utrum velint vivere, & eamdem cum Rege religionem colere, Solemque venerari. At ubi nemo eorum his conditionibus vellet in vita manere; recta ad locum, in quo erant ſecuri feriendi, deducuntur. Ac dum lictores in opus incumbunt, & in cæde Martyrum occupantur; Simeon aſtans illis, dum interficiuntur, jubet bono animo eſſe, verbaque ad eos facit de morte, de reſurrectione, de pietate; & teſtimoniis ex ſacris litteris depromptis confirmat, ita mori, eſſe vere vivere; atque præ ignavia Deum prodere, eſſe vere mori: eos enim etiam ſi nemo ipſis necem afferret, brevi morituros; quandoquidem a nemine in hanc lucem edito hic finis vitari poteſt: poſt mortem vero, ea quæ ſunt æterna, non eodem modo omnibus eventura; ſed ſingulos veluti trutina quadam examinatos, accuratam anteactæ vitæ rationem reddituros, & hos pro recte factis præmia percepturos immortalia, illos pro maleficiis pœnas ſempiternas luituros: denique pro Deo velle mori, eſſe in bonis ſummum, & rem multo beatiſſimam. Dum iſta Simeon dicendo percurreret, & tamquam gymnaſii magiſter præciperet quomodo in certaminibus ſe gererent, ſinguli aures attentas ei præbentes, ad necem cupide gradiebantur. Lictor autem, poſtquam centum illos interemit, poſtremo in loco Simeonem obtruncavit, atque Abedechalaam & Ananiam, ambos ſenes, presbyteros Eccleſiæ, cujus Simeon eſſet Epiſcopus, pariter cum illo & comprehenſos, & in vincula conjectos.*

Eodem temporis momento Puſices Præfectus omnium Regis artificum ibi forte ſtans, cum videret Ananiam, cui jam cædes parabatur, contremiſcentem: Pauliſper (inquit) o ſenex, oculos clauditо, & bono animo eſto; nam ſtatim lumen Dei videbis. Vix eſt hæc locutus, cum comprehenſus eſt, & ad Regem deductus: atque cum eſſet ſe Chriſtianum confeſſus: quoniam libero ore apud Regem pro Chriſtiana religione, & pro martyribus verba fecerat; idcirco quaſi aliquod nefas dixiſſet, dabatur lictoribus, ut admodum peregrino & crudeli in primis mortis genere afficeretur. Lictores igitur, collo ejus circa tendinem perforato, illac linguam extrahunt. Porro autem ejus filia virgo, falſo a quibuſdam in crimen vocata, comprehenditur, eumdemque temporis articulo occiditur. XVII. Puſicis, & aliorum Martyrium. Hactenus Sozomenus de perſecutione Chriſtianorum in Perſide; reliqua vero, quæ ſequenti anno facta dicit, ſuo loco narrabimus. Horum autem omnium martyrum natales dies inſerti publicis Eccleſiaſticis monumentis, anniverſariis repetitis honoribus in Eccleſia Catholica celebrantur.

XVIII. Ingens Terræmotus. *Eodem quoque Conſtantii, & Conſtantis Imperatorum anno ſeptimo, Neocæſarea in Ponto* (inquit S. Hieronymus a) *ſubverſa eſt terræmotu, excepta Eccleſia, ac Epiſcopo, cæteriſque qui ibidem reperti ſunt.* Obtinuiſſe autem hanc divinitus prærogativam Eccleſiam illam, in qua S. Gregorius ejus Civitatis olim Epiſcopus cognomento Thaumaturgus ſepultus erat, ut cæteris ædificiis terræmotu ſæpe proſtratis,

(a) Hieron. in Chronic. hoc anno.

ipſa

ipſa remanſerit ſemper incolumis, ſuperius dictum eſt.

XIX. Porro Neocæſarienſis Eccleſia a temporibus Magni illius Gregorii uſque ad S. Baſilium, qui præfuit Eccleſiæ Cæſarienſi in Cappadocia, florentiſſima perſeveravit; quod ejuſdem Baſilii præconio commendatur his verbis (*a*): *A tempore Magni Præſidis Eccleſiæ veſtræ Gregorii, uſque ad beatum iſtum* (Muſonium ſcilicet) *alium poſt alium ſemper, quaſi ex quadam pretioſorum lapidum ſerie depromptos, adjiciens & adaptans, admirabilem Eccleſiæ veſtræ Dominus pulchritudinem largitus eſt.* Fuiſſe vero eam Civitatem cunabula ejuſdem Magni Baſilii, ipſe ad Neocæſarienſes ſcribens ingenue profeſſus eſt, cum ait (*b*): *Ego cum propter loci hujus conſuetudinem, qua illi a puero aſſuevi (hic enim a nutrice mea educatus ſum) tum propterea quod ſæpenumero bonis loco verſatus ſum, quem, cum urbanos tumultus fugerem, & propter ſolitudinis ſilentium illum ad philoſophiæ ſtudium commodum eſſe ſcirem, complures continuos annos incolui.* Quam autem nominat nutricem ſuam, putamus intelligere ſanctam ipſius aviam Macrinam, quæ eum puerulum elementis imbuerat Catholicæ fidei: hoc quidem nomine alibi ipſam appellat, cum inquit (*c*): *Fidei vero noſtræ quæ poterit eſſe evidentior probatio, quam quod a nutrice beata fœmina, quæ ex veſtro gremio progreſſa eſt, (Macrinam dico illuſtrem illam) educati ſumus, a qua & beatiſſimi Gregorii verba, quæ memoriæ beneficio ad illius uſque ætatem ſervata ipſa retinuit, edocti ſumus; quibus illa nos adhuc infantes tamquam pietatis dogmatibus finxit ac formavit?* Hæc Baſilius, qui alias ejuſdem ſanctæ Macrinæ meminit, de qua & nos ſuperius. Sed jam progrediamur ad res geſtas ſequentis anni.

(a) Baſil. epiſt. 66.

Eccleſia Neocæſarienſ. florentiſſima.

(b) Baſil. epiſt. 64.

Baſilii in fide nutrix.

(c) Baſil. ep. 75.

JESU CHRISTI ANNUS 344. | JULII PAP. ANNUS 8. | CONSTANTII CONSTANTIS IMPP. 8.

I. CHriſti annus trecenteſimus quadrageſimusquartus reperitur notatus Conſulibus Leontio atque Salluſtio; quo ab Arianis ſecundum Concilium Antiochenum celebratum eſt: in quo illud præcipue iidem conati ſunt, ut quod male audirent apud omnes Catholicorum Eccleſias, præſertim vero apud Occidentales, penes quas nullum adhuc ſerpſerat virus hæreſis Arianæ; novam fidei formam, eamdemque cæteris ante editis prolixiorem, conſcribant, qua ſe ab Ariano contagio procul abhorrere ſignificarent. Sed quo longioribus ambagibus puritatem fidei circumvolunt, & per diſtortos viarum anfractus veritatem circumducunt, ſe magis magiſque reddidere ſuſpectos: ſiquidem ad abluendam labem ex Ariana opinione contractam, ſatis erat Catholicæ fidei Nicænum Symbolum profiteri. At antequam de his agamus, recta ratio temporis hujus celebratæ Synodi ſtatuenda eſt. Hoc itaque anno habitam eſſe, manifeſte ex Athanaſio colligitur, cum ait (*d*): *Rurſum quaſi*

Concilium Antiochenum ſecundum.

(d) Athan. de Synod.

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1097. Olymp. 280. an. 4. A.C. 344.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5837.

⊙ 17. AG. ☽ 3. P. 25. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 344.

JULII PAPÆ 8.

CONSTANTII ET CONSTANTIS 8.

I. Conſules. [1] AD num. I. & ſeqq. Coſſ. *Leontius*, & *Salluſtius*.

II. *Synodus Antiochena* Arianorum, in qua prolixa Fidei Formula promulgata, quæ μακρόστιχος vulgo cognominatur, ante annum trecenteſimum quadrageſimum quintum celebrata non eſt. Athanaſius enim libro de Synodis pag. 97. ait: *Poſt hæc quaſi iſtorum eos pœnituerit, poſt triennium rurſus Concilium partis ſuæ congregant. Et Eudoxium, Martyrium, Macedonium, Cilicem, & alios quoſdam una cum illis mittunt in partes Italiæ deferentes Fidem multis verbis conſcriptam.* Idem habent Socrates lib. 2. cap. 19. & Sozomenus lib. 3. cap. 11. Sed nec Athanaſius, nec duo hi Hiſtorici dicunt Synodum collectam fuiſſe poſt triennium, quam Antiochena Synodus in Ea-

Synodus Antiochena.

Baron. n. 1. & 11.

NOTÆ [1] COſſ. *Leontius* & *Saluſtius*. Geminato L. alii ſcribunt; nempe *Salluſtius*. Lapis apud Boldetum, lib. II. Cap. III. pag. 351.

DECESSIT. IN. PACE. XV. KAL. OCT.
LEONTIO. ET FIAT LUSILO.

Legendum eſt, FL. SALLUSTIO.

In vulgatis Faſtis: *Leontio & Salluſtio*, ſeu *Salluſtio* :

quaſi iſtorum pœnitentia laborarent (nempe de editis quatuor fidei regulis) *pœnitenter, poſt triennium iterum in conſeſſum veniunt*. Computat trium annorum ſpatium inter lapſum a priore Synodo ibidem Antiochiæ in Encæniis habita anno Domini trecenteſimo quadrageſimo primo, uſque ad hanc poſteriorem hoc ipſo anno collectam. His quoque conſentientia de eodem Concilio hæc habet Sozomenus (*a*):

(a) Sozom. l. 3. c. 10.

II. Alia prolixior ab Arianis edita fidei regula.

Triennio vero jam intermiſſo, Epiſcopi Orientis aliam fidei formulam, quam Μακρόστιχον, *id eſt, Prolixam, vel multas lineas comprehendentem, nominabant, propterea quod multo pluribus verbis ac nominibus, quam priores formulæ, conſcripta erat, Epiſcopis Occidentis miſerunt. In qua ut eſſentiæ Dei nullam fecere mentionem; ſic illis qui Filium Dei aſſerebant, vel ex nihilo ortum eſſe, vel ex alia eſſentia quam Dei Patris conſtare, vel tempus ſæculumve fuiſſe quando non erat, anathema indixere. Quam formulam ab Eudoxio Epiſcopo jam tum Germaniciæ, & Martyrio, & Macedonio ad ſe perlatam Epiſcopi Occidentis non receperunt: nam reſponderunt, ſe decretis Nicæni Concilii velle acquieſcere: & præter illa nihil amplius curioſe exquirendum putarunt.* Hæc Sozomenus.

III. Eadem de tempore quoque Socrates (*b*), qui ipſam recitat fidei ſcriptam regulam: ſed cur non recepta ſit ab Occidentalibus, illud plane inſulſe, quod habet in fine: *Iſta* (inquit) *Epiſcopi qui partes verſus Occidentem accolebant, tum quod linguæ Græcæ ignari erant, tum quod eam propter eamdem cauſam non intelligebant, nequaquam recepere; ſed fidem in Nicæno Concilio ſtabilitam ſatis eſſe, nihilque ulterius curioſius inveſtigandum, dixere.* Iſthæc Socrates, & fortaſſe ex Sabino Macedoniano, qui ſic de Synodis libros conſcripſit, ut, quæ hæreſi tam Arianæ, quam Macedonianæ non faverent (ut paulo ſuperius dictum eſt) prætermiſerit: nam quid tam ineptum, quam dicere, in univerſa Occidentali Eccleſia, vel in ipſa Urbe non extare qui Græcas apprime callerent litteras, qui potuiſſent eamdem fidei conſcriptam regulam interpretari? quaſi vero non recens eſſet exemplum de aliis eorumdem Orientalium litteris ad Julium Papam ſcriptis, ab eodem, perinde ac ſi Latinæ fuiſſent, accurate perlectis, cognitis, & confutatis, ut ex litteris ipſius Julii Papæ ad eoſdem redditis perſpicue demonſtratum eſt.

(b) Socrat. lib. 2. c. 15.

Corrigitur Socrates.

IV. Euſebianorum profeſſio Romæ rejecta.

Cæterum cur Romæ, ubi potiſſimum hac laborabant iidem Orientales ſuſpicione Arianæ hæreſis, non ſit recepta eorum confeſſio, illud fuit, quod (ut ex ea fidei regula apparet, quam recitat Athanaſius) eadem confeſſio concepta eſſet verborum in volucro, lateretque anguis in herbis, nam quantumlibet ipſi poſitiones Arii deſtruere viderentur, numquam tamen eo adigi potuerunt, ut Filium dicerent eſſe Patri conſubſtantialem, & licet uſi eſſent nomine Eſſentiæ, vel aliis nomenclaturis, ex quibus Arius haberetur excluſus; ſuſpectam tamen fuiſſe quamlibet ipſorum dictionem, in qua non adhibuiſſent nomen CONSUBSTANTIALIS, egregie S. Athanaſius in oratione illa de Nicæni Concilii decretis contra Arianos pluribus docet. Sapientiſſime igitur Occidentales ejuſmodi formulam recens conſcriptam, ut futilem, ſive ſuperfluam, vel erroneam, rejecere: quandoquidem, ſi quod nitebantur oſtendere, ſe eſſe Catholicos, vere, legitime, & non ficte ac veteratorie conſequi expetiiſſent; ſatis eſſe videbatur, Nicænam formam ſuo ipſorum

rum

PAGIUS Encæniis habita fuerat, ut eos Baronius interpretatur, eſt, ſed poſt triennium, quam Narciſſus, Theodorus, Maris, & Marcus Arethuſanus novam Fidei Formulam, tanquam Antiochiæ conditam ad Conſtantem Auguſtum pertuliſſent. Nam capite præcedenti tam Socrates, quam Sozomenus, non de Antiochena Synodo in Encæniis, ſed *de Legatione Narciſſi* & ſociorum ſermonem habent. Porro hæc Legatio, ut ſuo loco dixi, anno trecenteſimo quadrageſimo ſecundo miſſa; ac præterea anno trecenteſimo quadrageſimo ſexto *Eudoxius* & conſortes illam Fidei formulam Mediolani Occidentalibus in Concilio congregatis obtulerunt, ut infra oſtendam. Valeſius in Notis ad Socratem hujus Concilii epocham obſervavit; ſed præter hanc rationem, aliam addocit, quam prævalidam exiſtimat, quæ tamen futilis & vana. Ait enim locutionem hanc, *poſt trienorum*, qua utitur Athanaſius, ſeu iſtam, *tranſacto triennii ſpatio*, quam Socrates & Sozomenus adhibent, quartum annum, non vero tertium ſignificare, & tres annos elapſos jam eſſe, denotare. Verum antiqui his, ſimilibuſque loquendi modis utrumque extremum annum, etiam incompletum, aliquando exprimunt, aliquando tres aut quatuor annos elapſos intelligunt, imo aliquando quartum jam inchoatum excludunt, ut pluribus exemplis paſſim in hoc Opere relatis liquet. Ex circumſtantiis itaque aut de tribus, aut de quatuor annis integris, aut incompletis Antiqui loquantur, dijudicandum.

III. Prior Synodus Mediolanenſis Baron. n. VI.

Fidei Formulam in præfata Synodo Antiochena ſcriptam Legati Orientalium obtulerunt Occidentalibus Epiſcopis, ut tradunt Socrates lib. 2. cap. 20. & Sozomenus lib. 3. cap. 11. Qui quidem Occidentales Epiſcopi Mediolani congregati erant; quod neuter ex his Hiſtoricis memorat, ſed quod ex mox dicendis manifeſtum fiet. Occidentis Epiſcopi eam Arianorum expoſitionem ſuſcipere recuſarunt, ut uterque Hiſtoricus teſtatur, & petierunt ab Orientalibus Legatis, ut ipſi prius Arianam hæreſim condemnarent; qui id facere detrectantes, irati ex Concilio diſceſſerunt, ut ſcribit Liberius in epiſtola ad Conſtantium, ubi ait: *Quæ eſt pax, clementiſſime Imperator, cum ſint ex partibus ipſis quatuor Epiſcopi Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo cum apud Mediolanum Arii ſententiam*

ha-

Digitized by Google

rum chirographo conſignatam mittere ad Occidentales; a quibus (ſicut cum aliis vel ante vel poſtea factum eſt) Catholicam Romani Pontificis, cæterorumque Occidentalium Epiſcoporum communionem fuiſſent abſque aliquo diſcrimine conſecuti; accidiſſetque quod ipſimet in ſua ipſorum miſſa fidei profeſſione vehementer ſe optare dicebant, ut ab omni prorſus Arianæ hæreſis ſuſpicione liberarentur: in calce enim ejuſdem ſcriptæ ab ſe regulæ fidei, hujuſmodi appendicem addiderunt: *Hæc coacti ſumus poſt fidem compendio editam latius explicare, non ambitionis cauſa, ſed ut nos ab omni ſuſpicione, quæ minime in nos competit, purgaremus apud eos, quibus res noſtræ cognitæ ſunt: & ut Occidentales pariter intelligerent & calumnias eorum, qui diverſas opiniones favent, & Orientalium in Chriſto Eccleſiaſticos animos: rem ita eſſe teſtantibus libere ſacris Scripturis apud eos ſaltem qui incorrupti ſunt.*

V. Arianorum dolus.

Hac illi uſi ſunt ad ſuam ipſorum perfidiam contegendam excuſatione, & tergiverſatione, vel potius dixerim, ad fallendos ſimplices impoſtura, ut hac arte non tam Arianam impietatem ſpecie tenus damnarent, quam ut probatum in Magna Nicæna Synodo nomen CONSUBSTANTIALIS delerent, cujus cauſa ab hoc tempore tot pugnæ atque certamina adverſus Eccleſiam Catholicam ab eiſdem excitata ſunt uſque ad Concilium Ariminenſe; illud totis viribus conantibus, ut quaſi validis crebriſque arietum ictibus ſolidum Catholicæ fidei robur, CONSUBSTANTIALIS vocabulum quatientes atque demolientes, omnem ſimul cum eo fidem Orthodoxam proſternerent, ſicque Arii impietatem diu dolo ſuppreſſam erigerent: quæ quidem ipſorum fraus evidentibus poſtea ſignis declarata eſt: ut cum iidem legati Mediolanum ad Conſtantem Imperatorem ſe conferrent, nempe Eudoxius nominatus ab Athanaſio, Martyrius & Macedonius poſiti a Socrate (*a*), atque Sozomeno (*b*), nec non Demophilus; jactarentque ſe eſſe Catholicos, coacto tum ibi Concilio, cum Orthodoxi qui illic conſidebant Epiſcopi damnare vellent Arii ſententias; legati iſti, qui hactenus & verbis, & ſcriptis ſe idipſum præſtituros eſſe præſeferebant, continuo re ſilientes, quinam, qualeſve eſſent, apertiſſime demonſtrarunt.

(*a*) *Socr. l.2. c.15.*
(*b*) *Sozom. lib.3.c.10.*

VI. Euſebiani detecti penitus Ariani.

Teſtatur id quidem Liberius (*c*) Romanus Pontifex in epiſtola quam ad Conſtantium ſcripſit, in qua hæc leguntur: *Significaat Orientales pacis* * *& noſtræ velle conjungi. Quæ eſt pax, clementiſſime Imperator, cum ſint ex partibus ipſis quatuor Epiſcopi, Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii hæreticam ſententiam noluiſſent damnare, de Concilio iratis animis exierunt? Horum ſi fas eſt ſententiis* *; *quale ſit, aut quid habeat commodare conſenſum, æquitas & clementia tua poterit æſtimare. Non eſt novum, quod ſalubriter, & ſub occaſione nominis Sancti Athanaſii attentatur.* Sic Liberius; qui cum dicat, ante annos octo, id quod narrat, accidiſſe; hæc plane ipſa tempora ejuſmodi legationis viſus eſt demonſtraſſe, cum ab hoc anno uſque ad tempus illud quo ea ad Conſtantium imperatorem ſcripſit, octo integri interlabantur anni: ſed ſi extrema tempora ponas, decem fient, duobus ex his tantummodo inchoatis: hunc finem habuit tanta Arianorum legatio per quatuor Epiſcopos magno apparatu miſſa ex Antiocheno ipſorum Concilio in Occidentem, ab Ec-

* *pact.*
(*c*) *Extat in append. ad Lucif. Calaritani opera, & tom.5. Biblioth. ſanct.*
* *inhærere*

PAGIUS

hæreticam noluiſſent damnare, de Concilio iratis animis exierunt. In Mediolanenſi Synodo Photini hæreſis damnata; adverſus vero Marcellum nihil pronunciatum; propterea quod in Synodo Romana anno CCCXLII. celebrata, integer a crimine hæreſeos fuerat judicatus. In Mediolanenſi etiam Synodo *Urſacius & Valens*, qui in ſuſpicionem hæreſis Arianæ venerant, porrecto libello quo Arii & Photini perfidiam damnabant, ſuſcepti ſunt in communionem, ut docet epiſtola Synodica Ariminenſis Concilii, & teſtantur Urſacius & Valens in altero libello, quem poſtea obtulerunt Romæ Julio Papæ: *Item anathema dicimus iis, qui negant, Chriſtum Deum eſſe, & Filium Dei ab æterno, ſicut per priorem libellum noſtrum, quem apud Mediolanum porreximus.* Sed hæc accuratius diſcutienda.

IV. *Duæ Synodi Mediolanenſes diſtinguendæ.*

Hujus *Mediolanenſis Synodi* memoria in Annalibus Baronii admodum obſcura, quo factum, ut Viri eruditi ad eam illuſtrandam magnam operam contulerint, Petavius nempe, Sirmondus & Petrus de Marca, peculiaribus ea de re Opuſculis editis. Annum, quo ea congregata, deducunt communiter omnes ex laudatis *Liberii* verbis. Quare Baronius, quia Liberii epiſtolam anno CCCLIV. ſcriptam credidit, annos octo, quorum in ea mentio, a currenti inchoat, eoque hujus Concilii meminit. Papebrocius Tomo I. Sanctorum Menſis Maii in Actis S. Athanaſii cap. 15. num. 164. ex eadem epiſtola anno CCCLIV. ut ipſe putat, ſcripta deducit, Synodum Mediolanenſem habitam anno CCCXLV. Sirmondus in Diatriba ſecunda de Photino, & Petrus de Marca in Diatriba *de tempore Synodi Sirmienſis Plenariæ*, arbitrantur eam epiſtolam anno CCCLIV. datam, & Concilium Mediolanenſe anno CCCXLVI. congregatum. Petavius in Diſſert. *De Photino Hæretico, ejuſque damnatione* autumat, eam epiſtolam ſcriptam, antequam Liberius in exilium mitteretur, ideoque anno CCCLV. Quare, inquit, octavus annus ante eam epiſtolam eſt annus Chriſti CCCXLVII. ut Sardicenſem Synodum brevi intervallo Mediolanenſis ſecuta ſit. Denique Valeſius in Notis ad lib.3. Sozomeni cap. 13. putat, epiſtolam exaratam anno CCCLVI. & mendoſum eſſe locum laudatum, legendumque, *ante annos*

Baron. an. 354. n.2. & ſeqq.

cleſia Romana (ut dictum eſt) omnino rejecta, Mediolani vero prorſus Arianorum eſſe detecta; ſicque totus ille verborum technis & miro artificio concinnatus ab eis in Synodo Antiochena ſcriptus fidei libellus omnino evanuit, exploſus atque deriſus eſt.

VII. Euſebianorum in Nicænam fidem pugnæ.

Vix credi poteſt, quot quantiſve dolis atque fallaciis ſepta, conata ſit impietas Ariana adverſus Catholicam veritatem inſurgere: hinc enim primo (quod Liberius Papa in recitata modo ipſius ſententia refricat) totus ille prætextus Athanaſium fictis criminibus accuſandi atque damnandi ab iiſdem eſt excogitatus; & ad alios quoque magni nominis Orthodoxos, & præcipuarum ſedium Epiſcopos e ſede pellendos, idem commentum ex calumniis compoſitum eſt; ſed eum, licet his ejectis, necdum tamen ſe voti compotes factos intelligerent, obnitentibus in eos magnis animis Epiſcopis Occidentalibus; inde illud iidem ipſi conſilium ceperunt, ut crebra de fide Catholica exquirenda Concilia cogerent, quorum mole Nicænum obruerent; indeque frequenter mutatæ ſunt ab eis fidei formulæ, ut unicam fidei profeſſionem in Nicæna Synodo declaratam, eamdemque univerſæ Eccleſiæ Catholicæ communem, eliminarent. Quotum quidem in his moliendis mentis propoſitum cum ſatis ſuperque Athanaſius perſpectum haberet; hæc de ipſis ait (a):

(a) Athan. orat. 1. contr. Arian.

VIII. Crebræ Synodi ab Euſebianis collectæ.

Quotannis enim in unum coeunt, velut qui tabulas pactaque ſcribunt, ſimulantque ſe pro fide ſcripta conficere; mire interim, & fœdi & ridiculi; cum ſcripta eorum non modo ab aliis, ſed & ab ipſiſmet exploduntur. Nam ſi fidere auſi fuiſſent prioribus ſuis ſcriptis, non ſecundo ſcripſiſſent; neque illis denuo repudiatis, ad tertiam ſcripturam proſiliiſſent, prorſus ſtudio habentes, ut rurſum ea mutent, ſi vel puſillum temporis interceſſerit, vel occaſionem nacti fuerint pro ipſorum conſuetudine inſidiandi. Tunc enim cum inſidiis ſtudent, magnopere ſe ſimulant de fide ſcribere; at quemadmodum Pilatus lavit manus, ita & ipſi pius religioſeſque in Chriſtum ſcribendo ſatisficiant; ne dum de fide definienda negotioſos ſe fingunt (ut jam ſuperius dixi) in crimen infamiamque diverſa alienaque a recta fide opinionis incurrunt. Cæterum nec ſic quidem latere aut effugere poterunt; quamdiu enim non adverſariis, ſed ſibi ipſis cauſas reddunt, tamdiu ſeſe ſui accuſatores præbent. Et paulo poſt: *Ergo dum perpetuo ſcribunt, ſuamet ipſi immutantes; incertam ſuam fidem, vel potius certam infidelitatem, dementiamque oſtendunt: idque merito illis accidere videtur, cum ſemel veritatem ut transfugæ deſeruerint, Nicænamque fidem recte ſcriptam evertere ſtudeant.* Hæc Athanaſius, qui eadem in libro de Synodis ſæpe reciprocat.

IX. Inconſtantia hæreticorum.

Quæ ſi accuratius ſpectes, lector, ex Arianorum vultu eſt quod intelligas cum alios omnes, tum præſertim hæreticos noſtri ſæculi; qui a Catholica fide facti ſemel extorres, relicta veritate, quæ nonniſi, tamquam punctus in centro, una eſſe poteſt, ex ſecta ſectas propagantes circumferuntur omni vento doctrinæ; prioraque poſterioribus convellentes, & novis vetera deſtruentes, cum nec his etiam acquieſcunt, & in incertum vagantur, ſuo ipſorum teſtimonio convincuntur, ab unico veritatis tramite aberraſſe; ut plane certo diſcant experimento, falſa fuiſſe, quæ prius, ab Eccleſia Catholica recedendo, ipſis vera ac ſolida viſa eſſent: adeo ut in deterius dilabantur magis, cum ex erroribus in errores feruntur, quam cum primum a veritate errantes, in mendacium ſunt prolapſi; & propheticum illud jure ipſis aptetur (b); *Erraverant in invio, & non in via.*

(b) Pſal. 62.

X. Euſebianorum fallaciæ.

Rurſum vero quod ſpectat ad Euſebianos, eoſdemque itidem Arianos; licet pluribus editis fidei formulis nomen Catholicum affectarent, & Arii hæreſim deteſtari ſe profiterentur; longe tamen ab ipſis ſcriptis facta eorum diſcrepabant & verba, quibus fidem Catholicam de conſubſtantialitate Filii cum Patre, & cum eodem coæter-

PAGIUS

nos novem, non vero, *ante annos octo*. At cum ea *Liberii* epiſtola anno CCCLIV. ut tunc videbimus, data ſit, & locus citatus correctione non egeat, liquet, alterutrum ex duobus dicendum, aut anno CCCXLVI. vel CCCXLVII. Mediolanenſe Concilium fuiſſe coactum, aut *duas Synodos Mediolanenſes* diſtinguendas, quarum altera anno CCCXLVI. celebrata fuerit, & de ea loquatur Liberius in ſua epiſtola, altera vero anno CCCXLVII. & in ea Photinus damnatus fuerit, de qua tamen, minime intelligenda ſint verba Liberii; quæ ſententia Petri de Marca fuit.

V. Prior Synodus Mediolanenſis explicatur.

Profecto non video rem aliter ſe habere potuiſſe. Sozomenus enim lib. 3. cap. 11. ubi de Fidei Formula in Concilio Antiocheno, anno CCCXLV. celebrato ſcripta locutus eſt, ait: *Hanc porro Expoſitionem, cum Eudoxius Epiſcopus Germaniciæ, & Martyrius ac Macedonius detuliſſent, Occidentis Sacerdotes ſuſcipere noluerunt. Decretis enim Synodi Nicænæ ſe contentos eſſe dicebant, nec præterea, quidquam curioſius eſſe inquirendum. Cumque Conſtans Auguſtus id beneficii loco a fratre ſuo poſtulaſſet, ut Athanaſium in Sedem ſuam reſtitueret, nec tamen litteris ſuis quidquam proficeret, obſiſtentibus ſcilicet hæreticæ factionis hominibus: Athanaſius vero ac Paulus Conſtantem adeuntes, Synodum fieri flagitarent, tanquam adverſo inſidiis appetiti, ut recta Fidei doctrina ſubverteretur: ex communi conſenſu utriuſque Imperatoris placuit, ut tam Orientis, quam Occidentis partium Epiſcopi, conſtituto die Serdicam convenirent.* Idem ſcribit Socrates lib. 2. cap. 20. Cum itaque concilium Serdicenſe anno CCCXLVII. coactum fuerit, manifeſtum eſt, Occidentales Epiſcopos qui eam Fidei Formulam, quæ

by Google

ternitatem infringere nitebantur, quibuſdam interrogationibus pulſantes animos imperitorum, ex naturæ operibus petentes exempla de his quæ omnem excedunt naturæ ordinem: ut inter alia cum pios interdum ſic compellarent parentes: Num antequam genuiſſent filios, dicerentur eſſe parentes; vel exiſteret filius, antequam gigneretur? his ſcilicet & aliis id genus ambagibus mentes ſimplicium involventes, prout S. Athanaſius, dum hæc confutat, adverſus eos pluribus diſputans tradit (a).

(a) *Athan. orat. 2. contra Arian. & orat. 4. in fine.*

XI. Affectant dicendi artem Euſebiani.

Aliis quoque uſi ſunt artibus, quibus & peroſam hæreſin calice aureo propinarent, nempe eloquentiæ fucis illito ſermone, & ſophiſmatibus pollenre oratione, quibus ſimplicium animos devincirent: de his enim queſtus eſt Julius Papa (ut nuper vidimus) in epiſtola ad eos reddita. Sed & Lucifer (b) Calaritanus de iiſdem ſic expoſtulat in ipſum Conſtantium Imperatorem: Nos vero (inquit) *quibus ad loquendum natura ſufficit, alieni ab omni ſententia, & hinc alieni litterarum, ad omnem deſtruendam hæreſin valemus; quia res ipſa ac veritas loquitur. Tu ac tui adjutores litterarum, & hinc aliam plenam auxiſtis artem. Nos ſumus tantum ſacras litteras ſcientes; noſter ſermo communis eſt: contra veſter politus, ornatus, qui etiam dici mereatur diſertus; & tamen ſuadere dulcis per artem quæſitus ſermo veſter nulli obeſt Chriſtianorum, niſi ei qui non ſit, ſed tantum videatur, ut tu, qui cum ſis lupus, unus eſſe de ovibus tuſcitis judiceris.*

(b) *Lucif. lib. Moriendum pro Filio Dei.*

XII. Juſta querela Greg. Nazianzeni.

De his quoque temporibus eſt juſta illa Gregorii Nazianzeni querela, cum perditiſſimum præſens ſæculum deplorans ſic ait (c): *Fuit* (inquit) *quondam tempus, cum res noſtræ florerent, ac præclare ſe haberent; cum nimirum ſuperflua hæc & verborum lepore atque arte fucata tractanda Theologia ratio ad divinas cauſas ne aditum quidem habebat: verum idem erat calculis ludere, inverſionis celeritate aſpectum fallentibus, aut omnigenis & laſcivis corporis flexibus ſpectatores ludificari, quod novi quippiam ac curioſi de Deo dicere, vel audire; ſimplex contra ingenuaque oratio atque doctrina, pietas exiſtimabatur. At poſtquam Sexti, & Pyrrhones, & contradicendi libidine jactata lingua, velut gravis quidam & malignus morbus, in Eccleſias noſtras infeliciter irrepſerunt; quodque Actorum liber de Athenienſibus (d) narrat; ad nihil aliud vacamus, quam ad aliquid novi dicendum, vel audiendum. O quis Hieremias confuſionem noſtram, caliginemque deplorabit, qui ſolus lamentationes calamitatibus exæquare novit! Hanc rabiem auſpicatus eſt ille quidem, qui a furore nomen habens Arius, qui etiam petulantis & effrenatæ linguæ pœnas dedit in obſcœnis, & turpibus locis extinctus, atque precibus, non morbi viribus oppreſſus, ac Judæ inſtar diſruptus, ob eamdem Verbi proditionem.* Huc-uſque Gregorius.

(c) *Greg. Naz. orat. in laud. Athanaſ.*

(d) *Actor. 17.*

XIII. Euſebianorum præſumptio.

Sed nec illud de Euſebianis, & Arianis omittamus, ea quoque uſos arte ad ſtabiliendum ſuum ipſorum dogma impietatis, ut, quos ſciſſent antiquos clariſſimos fuiſſe viros, eoſdem ſuæ ipſorum hæreſis falſo aſtruerent aſſertores; cum tamen conſtaret eos tanti ſceleris fuiſſe maxime refragatores: nam (ut prætermittamus dicere de magno illo Luciano, de quo fuſius ſuperius actum eſt) Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum inſignis cum pietatis, tum etiam eruditionis virum, eadem cum ipſis ſenſiſſe, turpiter mentiti ſunt; quem S. Athanaſius ſcite ab eorum calumniis vindicavit. At ne Origeni quidem pepercerunt; quem hac ex parte Catholicum, in ſuam ipſorum ſententiam, repugnantem licet, adducere conati ſunt, dum quæ aliquando ille diſputando (ut aſſolet) in contrariam partem dixiſſet, illi, ut ab Origene dictum, citius arripuere: ut invitum reluctantemque facerent Arianum; quem Athanaſius (e), hæc ipſa ſcribens, ab eorumdem calumniis reddit immunem. At de Arianorum malis artibus ab ipſis excogitatis ad hæreſim validandum, modo ſatis.

(e) *Athan. de Synod. Nicæn. decret. cont. hæreſ. Arian.*

Sed

PAGIUS

quæ μακρόστιχος vulgo cognominatur, ab Orientalibus propoſitam admittere noluere, *Mediolani* congregatos fuiſſe anno CCCXLVI. cum ut infra viſuri ſumus, poſt Concilium Serdicenſe Epiſcopi Occidentales rurſus *Mediolani* coadunati fuerint ad *Photinum* damnandum. Nec dici poteſt, in uno eodemque Mediolanenſi Concilio, & Formulam illam Fidei recitatam & Photinum damnatum; cum Synodus, in qua hic Hæreſiarcha ab Eccleſia ejectus, Serdicenſem conſecuta ſit; quæ vero eam Confeſſionem Fidei, ut Athanaſius vocat, ſuſcipere noluit, eandem Serdicenſem præceſſerit, ut ex citatis Sozomeni & Socratis verbis colligere eſt. Neque cauſa aliqua erat, cur *Eudoxius*, aliique Legati tamdiu differrent ad Occidentales accedere, præſertim cum poſt Synodum Serdicenſem, in qua Fides Orthodoxa ſtabilita, eorum petitio abſurda viſa fuiſſet. Hæc itaque Liberii Papæ verba de priori Synodo Mediolanenſi intelligenda: *Quæ eſt pax, clementiſſime Imperator*, &c.

VI. *Quæ adverſus eam afferuntur nullius momenti.*

Sirmondus in Diatriba ſecunda examen continente Diſſertationis, quam de Photino Hæretico, ejuſque damnatione Petavius in Lucem dedit, jure merito miratur, Petavium ſibi in animum inducere potuiſſe, in Synodo Mediolanenſi, quæ anno CCCXLVII. poſt Sardicenſem habita fuerit, Arianæ ſectæ quatuor Epiſcopos, Demophilum, Macedonium, Eudoxium & Martyrium interfuiſſe, Ariique perfidiam damnare noluiſſe; cum illi Epiſcopi alii non ſint, quam quorum ſubſcriptiones in Sardicenſi Arianorum Synodica leguntur, Demophili a Beroe, Macedonii a Mopſueſtia, Eudoxii a Germanicia. Quod ſi hos ipſos, „ inquit Sirmondus, eſſe non negabit, edicat, „ ſi poteſt, undenam tanta iſtorum tam repen-

tina

XIV. Sed jam ad res Chriſtianorum in Perſide redeamus. Secundus hic annus perſecutionis adverſus eos illatæ a Sozomeno ponitur, cum ejuſmodi narrationem aggreditur

(a) Sozom. l. 2. c. 10. (a): *Sequenti anno, eo ipſo die, quo memoria paſſionis Chriſti recoli ſolet: cum jam dies celebris Reſurrectionis expectaretur, exiit edictum Saporis crudeliſſimum in univerſam Perſidem, quod jubebat, ut omnes, qui ſe confiterentur Chriſtianos, morti addicerentur. Quo quidem tempore multitudo Chriſtianorum, quæ ne numerari quidem poteſt, ſecuri percuſſa eſt. Siquidem Magi eos ex urbibus & vicis, in quibus latitabant, ſumma cum diligentia eruerunt. Nonnulli autem ſua inducti voluntate, nemine eos ducente, ſe ipſi ideo indicarunt, ne ſilentio Chriſtum negare viderentur. Ac dum omnes, qui erant Chriſtiani, morte mulctarentur, plurimi etiam, qui in ipſo Palatio ætatem egiſſent, mactati ſunt, in quorum numero erat Azades eunuchus Regi longe chariſſimus: quem cum Sapores interfectum accepiſſet, incredibilem animo dolorem hauſit, hancque communem cædem ſedavit, atque ſolos religionis noſtræ doctores trucidari juſſit.*

Perſecutionis in Chriſtianos in Perſide annus ſecundus.

XV. *Per idem tempus Regina in morbum delapſa; Tarbula, ſoror Simeonis Epiſcopi, ſancta virgo ſimul cum ancilla idem vitæ genus colente, & ſorore ejus, quæ poſt viri mortem abſtinuit a nuptiis, & eamdem vivendi rationem tenuit, comprehenditur. Cauſa autem cur hæ mulieres fuerint comprehenſæ, fuit falſa criminatio a Judæis in eas conficta, quod videlicet ob mortem Simeonis iratæ, venena Reginæ inſidioſe paraſſent. Regina vero (ut ſolent ægrotantes malis omnibus facile aures accommodare) calumniam veram eſſe, & maxime quidem quod erat a Judæis objecta, exiſtimavit: nam ejuſdem erat cum Judæis opinionis: ad horum morem vitam inſtituebat, & veraces illos, ſibique maxime benevolos putabat. Magi igitur Tarbulam & reliquas duas arreptas, morte condemnant. Ac cum ſerra diſſectas patibulis ſuffixiſſent, effecerunt, uti Regina ſpatium inter patibula intermiſſum tranſiret, perinde quaſi morbus eo pacto depelleretur. Fertur hanc Tarbulam forma valde liberali, & honeſta fuiſſe; Magum quemdam eam deperiiſſe; mercedemque, uti cum illa rem haberet, clam miſiſſe: promiſiſſe denique, ſi vellet ipſius parere libidini, tum ipſam, tum ſocias ſalvas fore: ut illam hanc turpitudinem ne audire quidem voluiſſe, ſed nuntios verbis contumelioſis excepiſſe, intemperantiæque crimen cum probro illis objectaſſe: ſe multo libentius velle mori, quam virginitatem perdere, reſpondiſſe.*

Tarbulæ virginis certamen.

Porro cum edicto Saporis ratum eſſet (uti ſupra demonſtratum eſt) ut ſoli ſacerdotes & doctores Chriſtianæ fidei comprehenderentur: Magi, & eorum principes, totam Perſidem obeuntes, Epiſcopos & ſacerdotes gravibus afficiunt incommodis, cum in aliis locis, tum maxime omnium in Adiabenorum regione, quæ eſt pars Perſidis tota fidei Chriſtianæ dicata. Sub idem tempus Magi Acepſimam quoque Epiſcopum, & complures ex ejus clericis una quidem comprehendunt; ſed cum Antiſtitem velut prædam per inſidias cepiſſent, eo contenti, cæteros, direptis illorum bonis, dimiſerunt. At vero Jacobus quidam presbyter Acepſimam ſua ſponte ſequitur, & poteſtate a Magis poſtulata, in eumdem carcerem cum eo concluditur: eique, utpote ætate valde provecto lubens inſervit; ſublevat quantum poteſt ejus calamitates, & plagarum vibices ſanat: nam paulo poſtquam erat comprehenſus, Magi lorıs crudis, quo Solem adorare cogerent, eum acerbe verberarant: ſed ubi non ceſſiſſet, rurſum conjiciebant in vincula. Per idem tempus Æithalas etiam, & Jacobus presbyteri, Azadanes, & Abdieſus diaconi, ob Chriſtianam religionem in carcere jacuerunt, crudeliſſime a Magis cæſi. XVI.

Acepſimæ & ſociorum martyrium.

Multo autem jam delapſo tempore, Princeps Magorum cum Rege de illis communicat; atque nactus poteſtatem eos pro arbi- XVII.

trio

PAGIUS „ tina mutatio, ut qui proxime apud Sardicam, ne cum Catholicis coirent, ſeceſſionem „ fuga fecerant, iidem nunc eoſdem, ut eorum Concilio interſint, Mediolanum uſque „ conſectentur; Si edicere non poteſt, incredibilia & falſa hæc eſſe confiteatur. Habet „ tamen unde vera eſſe confirmet, *Liberii Papæ* ad Conſtantium epiſtola, in qua narrat, „ octavo ante anno quam ſcriberet, hoc eſt, „ ut ipſe ratiocinatur, anno ipſo Synodi Sardicenſis CCCXLVII. Epiſcopos iſtos, cum ad „ Mediolanum Arii ſententiam hæreticam noluiſſent damnare, de Concilio iratis animis „ exiiſſe. De hac ergo nos epiſtola quid ſtatuemus? Errare hic etiam illum & falſo niti principio, qui ſcriptam ponat anno CCCLV. cum anno ſuperiori ſcriptam non vanis „ argumentis evicerit Baronius, tum cum indicta Synodus nondum eſſet, cujus impetran„ dæ gratia, Legati cum epiſtola mittebantur, „ ut cum in Galliis adhuc ageret *Conſtantius*, „ quem inde poſtea in Italiam ſub exitum anni CCCLIV. ad hiberna deſcendiſſe auctor eſt „ Ammianus Marcellinus, proinde hunc verum „ & legitimum eſſe annum epiſtolæ Liberianæ. „ Ad hos ergo annos octo, quos numerat Liberius, ſi regrediare, Conventus occurret Mediolanenſis, non quo anno ſtatuebat Diſſertatio, ſed anteriore CCCXLVI. ac tum plana & liquida fluent omnia. Nam & *Eudoxium*, collegaſque Epiſcopos, qui ab Orientalibus Legati, ut Socrates & Sozomenus tradunt, μακρόστιχον illam Fidei Formulam in „ Italiam attulerant, Mediolani tunc adfuiſſe „ nihil erit abſurdi. Et cum Athanaſium eodem „ quoque anno Mediolanum Roma Conſtantis „ Principis accitu veniſſe, atque inde in Gallias profectum Sardicam ad Synodum una-

cum

Tentantur rurſus Aceptimas & ſocii. *trio ſuo torquendi, niſi Solem adorarent; mandatum Saporis, illis qui in carcere tenebantur, ſignificavit. Atque ſimulac reſpondiſſent, ſe numquam proditurus Chriſtum, neque Solem adoraturos, adeo crudelibus tormentis eos cruciavit, ut Aceepſimas, in fidei confeſſione fortiter perſtans, mortem obierit; cujus reliquias quidam ex Armenia, qui obſides erant apud Perſas, tumula condidere. Alii autem, licet minus acerbe quam ille verberati, præter omnium opinionem in vita manſerunt: qui cum in eadem perſeverarent ſententia, in carcerem denuo compinguntur; quorum de numero fuit Æithalas, cujus brachia inter vapulandum ſic uſque ab humeris violenta extenſione divulſa, & enervata fuere, ut manus tamquam mortuæ inde penderent; quo factum eſt, ut alii cibum illius ori admoverent.*

XVIII. *Iſto Sapore regnante, infinita multitudo presbyterorum, diaconorum, monachorum, ſanctarum virginum, & aliorum qui in Eccleſiarum miniſterio verſabantur, & erga religionem præclaro animo affecti erant, egregia piæ vitæ teſtimonia dedit.* Epiſcoporum Martyrum nomina. *Epiſcopi autem, quos accepi mortem in hac perſecutione oppetiviſſe, ſunt, Barbaſymes, Paulus, Gaddiabes, Sabinus, Mareas, Mocius, Joannes, Hormiſdas, Papas, Jacobus, Romas, Maares, Agas, Bochtes, Abdas, Abdieſus, Joannes, Abramius, Agdelas, Sabores, Iſaac, & Dauſas, qui a loco quodam, qui Zandæus dicitur, a Perſis captivus abductus fuerat, & illo tempore pro fide Chriſtiana morte mulctatus, una cum Maureum de Coreepiſcopo, & clericis, qui in ejus Diœceſi erant, numero plus minus ducentis quinquaginta, qui comprehenſi a Perſis, & captivi abducti fuerant.*

XIX. Millis Epiſcopi martyrium. *Per idem tempus etiam Milles martyrio occubuit, qui primum apud Perſas militaverat, poſtea autem, relicta militia, vitæ genus plane Apoſtolicum excolere cœpit. Fertur, illum, cum eſſet Epiſcopus urbis cujuſdam in Perſide creatus, multos ſæpenumero cruciatus perpeſſum eſſe, verbera atiam & diſtractiones membrorum pertuliſſe: at cum neminem in ea civitate poſſet ad fidem Chriſtianam perducere, ægro & iniquo animo ferentem, civitatem exeeratum eſſe, indeque diſceſſiſſe: non longa poſt tempore, cum primarii viri illius urbis in Regem peccaſſent, exercitum cum trecentis elephantis eo profectum, urbem evertiſſe, & velut agrum colentes, in ea ſementem feciſſe: Millem vero peram ſolum, in qua ſacratum Evangeliorum librum habebat, ſecum geſtantem, Hieroſolymam precatum ſe contuliſſe: indeque in Ægyptum ad viſendos monachos, qui ibi ætatem degebant, conceſſiſſe. Quæ autem, quamque mirabilia, ac quam divina facinora ab iſto Mille edita fuerint, teſtes ſunt Syri, qui ejus res geſtas & vitam litteris prodiderunt.*

Mihi certe ſatis viſum eſt, hac de eo, & de iis qui in Perſide, regnante Sapore, martyrio obierunt, hactenus differuiſſe: nam tormenta illis inflicta, aut quinam fuerint, ex quove loco, aut quo genere cruciamentorum martyrio defuncti ſint, aut quibus ſuppliciis affecti, vix a quoquam perecenſeri poſſunt: quippe cum tam varii cruciandi modi a Perſis tanto cum ſtudio ad crudelitatem inventi fuerint. Verum, ut ſummatim dicam, fertur, viros ac mulieres, quorum nomina recenſebantur, martyrium id temporis pertuliſſe ad numerum ſexdecim millium: at eorum multitudinem, qui præter hos trucidati ſunt, ne numero quidem comprehendi poſſe; & propterea perdifficile viſum eſſe Perſis, Syris, & incolis Edeſſæ, qui multum de hac re laborabant, illorum nomina percenſere. XX. Martyres ſexdecim mille. Hactenus de his Sozomenus: litteras autem quas poſt hæc recitat Conſtantini, alio longe diverſo tempore datas eſſe, ſuperius dictum eſt.

XXI. Acta diverſorum Martyrum. Etſi vero dictorum martyrum nominibus ſingulis percenſitorum Acta periiſſe videantur; ex eorumdem tamen numero perpaucorum quidem tantumodo res geſtæ, quæ ad Græcos pervenerunt, integræ conſervatæ reperiuntur, & a Metaphraſte diver-

PAGIUS „ cum Hoſio contendiſſe Athanaſii ipſius ad Con„ſtantium Apologia pag. 526. demonſtret, li„quet profecto, Mediolanenſem iſtum, qui fuit „Epiſcoporum, Conventum, de quo ſcribit Li„berius, Sardicenſi, contra quam amico no„ſtro viſum eſt, non ſucceſſiſſe, ſed anteceſ„ſiſſe. Ita recte Sirmondus.

VII. Ea Synodus magis probatur. Duæ itaque Synodi Mediolanenſes, quas Petavius male in unam confundit, omnino diſtinguendæ, cum præter allatum argumentum verba quæ leguntur in libello quem Urſacius & Valens obtulerunt Julio Papæ Romæ, de Concilio Mediolanenſi poſt Sardicenſe celebrato, neceſſario intelligenda ſint: *Item anathema dicimus iis, qui negant Chriſtum Deum eſſe, & Filium Dei ab æterno, ſicut per priorem libellum noſtrum, quem apud Mediolanum porreximus, & nunc & ſemper anathematizaſſe, ac manu noſtra qua ſcripſimus, profitemur.* Certe Athanaſius in Apologetico ad Conſtantium ait, *Quarto anno* ſcilicet, ex quo Romam venerat, a Conſtante Auguſto Mediolanum ſe accitum fuiſſe, additque: *Comperiebam autem quoſdam Epiſcopos, qui eo profecti erant precibus ab eo* (nempe Conſtante) *ut tua pietati de Synodo facienda ſcriberet.* Anno itaque CCCXLVI. quidam Epiſcopi Mediolani erant, quos licet Athanaſius Synodum celebraſſe non dicat, veroſimile tamen eſt, eoſdem poſt Athanaſii diſceſſum in Synodo coactos, præſertim Arianorum Confeſſionem in Concilio Antiocheno conſcriptam ſuſcipere noluiſſe: Hæc magis conſtabunt, cum de altero Mediolanenſi Concilio ſermo erit.

Digitized by Google

verſis diebus, quibus martyrium ſubiiſſe inventi ſunt, recitatæ; ut in primis Aceptimæ (*a*) & ſociorum ejus, in quibus de Joſepho presbytero plura. Extant etiam Acta (*b*) Sadoth Epiſcopi ſucceſſoris Simeonis, cujus ſuperius mentio facta eſt, & centum ac viginti martyrum tam ex clero, quam monachis, qui cum eodem ſubiere martyrium. Inſuper (*c*) illuſtris paſſio Jonæ & Barachiſii ſub eodem Sapore Rege paſſorum, ex veteribus monumentis prodita, Latinitate quoque donata legitur. Sed & Bandeni Archimandritæ una cum ſociis martyrii Acta quoque extant (*d*). Quinetiam Acindini, Pegaſii, & aliorum qui ſub eodem Principe ſimul cum iiſdem decertarunt, res geſtæ (*e*) ſcriptorum monumentis commendatæ habentur, & fortaſſe aliorum, quorum nomina memoriæ minime ſuppetunt, vel hactenus nobis incognita ſunt.

(*a*) Metaphr. die 9. Nov.
(*b*) Metaphr. die 20. Febr.
(*c*) Metaphr. die 29. Martii.
(*d*) Metaphr. die 8. Apr.
(*e*) Metaphr. die 2. Nov.

XXII. Diuturnitas perſecutionis.

Cæterum quod diutius bellum perſeveraverit inter Romanos ac Perſas, & in dies acrius fuerit exacerbatum, non tantum temporibus Conſtantii Imperatoris, ſed & Juliani ejus ſucceſſoris uſque ad Jovinum; perſecutionem ab eodem Sapore Rege in Chriſtianos Perſas ſemel edicto promulgatam, haudquaquam duorum annorum curriculis tantummodo viguiſſe putandum, ſed toto ferme tempore, quo ab eodem Rege adverſus Romanos bellatum eſt: etenim Chriſtiani, licet Perſæ natione eſſent, tamen quod cultu religionis a Perſis receſſiſſe viſi eſſent, & Romanis inhæſiſſe, quorum Deum colerent, quodammodo transfugæ habebantur, atque ob id magis magiſque ab eodem Rege Perſarum dira jugique perſecutione vexari ſunt: ad quos plane Cyrillus Hieroſolymorum Epiſcopus reſpectum habuiſſe viſus eſt, cum ait (*f*): *Perſæ & Gothi & omnes gentes Chriſtum teſtantur, morientes pro illo.* Sed & ſanctus Auguſtinus de perſecutione in Perſide excitata, ac ſæpe reſtaurata, hæc tradit (*g*): *Quid modo in Perſide? Nonne ita in Chriſtianos ferbuit perſecutio, ſi tamen jam quievit, ut fugientes inde nonnulli uſque ad Romana oppida pervenerint?*

(*f*) Cyrill. Catech. 10.
(*g*) Aug. de Civit. Dei l. 18. c. 52.

XXIII. Canon de Eccleſia Perſarum.

Quod rurſum ad Perſarum Eccleſiam ſpectat; quod ſubjecta fuerit Eccleſiæ Antiochenæ, canon (*h*) extat, qui & proditur fuiſſe Nicæni Magni Concilii, ſic ſtatuens: Non *permittit Magna Synodus, ut Epiſcopi congregentur in provincia Perſidis ad diſponendum aliquid ad ordinem Eccleſiæ pertinens ſine conſenſu & auctoritate Patriarchæ Antiocheni; quia quamvis Prælatus ſit loco Patriarchæ, & non quærat aliud præter quietem & tranquillitatem ipſorum Perſarum; tamen non licet immittere ſe ad conſtituendum ordinem Eccleſiæ, ſed potius in omnibus ſint Metropolitani Patriarchæ obedientes; & qui contradixerit, Synodus eum excommunicat.* Hæc ex Arabicis canonibus nuper Latine redditis, ſed fide certa nutantibus.

(*h*) Recitat Turrian. in Append. ad Conſtit. Clem.

JESU CHRISTI ANNUS 345. | JULII PAP. ANNUS 9. | CONSTANTII CONSTANTIS IMPP. 9.

I. Quadrageſimusquintus ſupra trecenteſimum Chriſti annus Conſulatu Amantii & Albini adſcriptus eſt Faſtis; quibus Coſſ. datum habetur Conſtantii Imperatoris reſcriptum Niſibi ad Nemeſianum Præfectum Urbi (*i*): quod eſt evidens argumentum, ipſum cum expeditione adverſus Perſas Antiochia profectum eſſe, & ad Perſarum fines Niſibi cum exercitu conſediſſe. Cum autem (ut dictum eſt) mul-

(*i*) l. 5. de exactionib. C. Theod.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5838.

SÆC. IV. Anno Urbis 1098. Olymp. 281. an. 1. A. C. 345.

☉ 18. F. ☽ 4. P. 7. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 345.

JULII PAPÆ 9.

CONSTANTII ET CONSTANTIS 9.

I. Conſules.

Ad num. I. Coſſ. *Amantius & Albinus*;

II. *Ardet bellum Perſicum.*

Prælium a Romanis cum *Perſis* geſtum haud procul Niſibi apud *Singaram* ad præſentem annum pertinet. Julianus enim in Orat. 1. diſerte ſcribit, Magnentii tyrannidem in Gallia ſexto ferme poſt hoc prælium anno exortam eſſe. Narrato enim illo prælio, quod *Barbarorum ſucceſſum maximum* appellat, ait: *Exeunte jam hieme, ſexto circiter anno poſt bellum illud, de quo paulo ante dixi, nuntiatum eſt, Galliam una cum Tyranno defeciſſe.* Magnentius autem anno CCCL. Imperium in Gallia invaſit. Quare Idacius in Faſtis & Hieronymus in Chronico prælium illud perperam differunt ad annum CCCXLVIII. Valeſius in Notis ad lib. 18. Ammiani exiſtimat, loco, ἕκτῳ ἔτει id eſt, *ſexto circiter anno*

NOTÆ [1] Coſſ. *Amantius, & Albinus.* Inſcriptio Gruteriana, pag. CCCCLXXVI. 7.
POST. AMANTI. ET. ALBINI. CONS.

Indicat annum inſequentem. Faſti vulgares: *Amantio, & Albino.*

Digitized by Google

Conſtantii bellum in Perſas. multis annis Conſtantium adverſus Saporem fines Romani Imperii invadentem pugnaſſe, certum ſit; vix perpauca quædam extant de rebus geſtis poſteris tradita, quæ & ſummatim ab Eutropio recenſentur his verbis (*a*): *Diverſa Conſtantii fortuna fuit: a Perſis enim multa & gravia perpeſſus, ſæpe captis oppidis, obſeſſis urbibus, cæſis exercitibus: nullumque ei contra Saporem Regem Perſarum proſperum prælium fuit: niſi quod apud Singaram haud dubiam victoriam ferocia militum amiſit: qui pugnam ſeditioſe & ſtolide, contra rationem belli, die jam præcipiti popoſcerunt.* Hæc Eutropius.

(a) Eutrop. lib. 10.

II. Comparatio Conſtantini & Conſtantii in bellis gerendis. At quam diſpar fuit conditio in bellis gerendis Conſtantini patris, atque Conſtantii! Ille enim fide Catholica roboratus, ſecumque Catholicos Epiſcopos ducens, prævio vexillo Crucis, numquam de barbaris atque tyrannis non rediit victor ac triumphator; Conſtantius vero tot prœliis cum Sapore initis (novem enim Oroſius numerat) numquam ferme niſi victus & cum ignominia reverſus eſt, cum ſecum duceret Epiſcopos Arianos, & inter alios, de quo ſuperius mentionem fecimus, impietate notum Euſebium Emiſenum. Quod ſi poſtea in Occidente adverſus Magnentium tyrannum certans, priores retulit; id plane accidit in ultionem innocentis ſanguinis Conſtantis Imperatoris effuſi, & aliis de cauſis, de quibus dicendum inferius.

III. Gallus & Julianus initiantur clericatu. Ad hæc quoque tempora referenda putamus, quæ de Juliano & Gallo tum a Gregorio Nazianzeno, tum etiam ab aliis antiquis ſcriptoribus ſunt memoriæ commendata. Cum enim jam adoleviſſent, & Gallus vigeſimum annum attingeret, Julianus vero minor natu, nempe, ſecundum Sozomeni rationem, ſexdecim eſſet annorum, vel juxta ſupputationem Eunapii, tredecim: ſive ipſi ſponte (ne quid moliendi in imperium poſſet de eis exoriri ſuſpicio, qui precariam vitam ducerent Imperatoris arbitrio) ſive Conſtantii juſſu, quo omnem illis Imperium affectandi ſpem amputaret; crine depoſito, inter clericos profitentur. Rem geſtam a multis conſcriptam, ab antiquiore ac digniore auctore petendam putamus, nempe a Gregorio Nazianzeno (*b*); qui vitæ ipſorum inſtitutum paulo altius repetens, ſic ait:

(b) Gregor. Naz. orat. 3. in Jul.

IV. *Cum autem ab omnibus rebus otiarentur, tum quod Imperium adhuc eos moraretur, atque in cogitatione & meditatione eſſet; tum quod ætas & ſpes nondum eos ſecundis dignitatibus admoveret: utebantur illis quidem aliarum quoque artium præceptoribus, nimirum avunculo * Imperatore in omni liberalium diſciplinarum genere eos inſtituente: verum noſtrati philoſophiæ impenſius operam dabant, non huic ſolum, quæ in verbis & doctrina verſatur, ſed illi etiam, quæ pietatem in moribus poſitam habet; atque & cum optimis quibuſque viris commercium habebant, & elegantiſſimis actionibus ac luculentum virtutis ſpecimen præſeferentibus incumbebant. Quinetiam in cleri ordinem ſe ipſos cooptarunt, adeo ut divinos quoque libros plebi lectitarent, non minus id ſibi amplum & honorificum eſſe exiſtimantes, quam aliud quidvis; immo omnium ornamentorum maximum præſtantiſſimumque pietatem eſſe cenſentes.*

* patruele.

V. Diverſa conditio Galli, & Juliani. *Jam ſumptuoſiſſimis quoque martyrum monumentis, & donariorum munificentiis, omnibuſque aliis rebus, quibus divinus timor velut nota quadam exprimitur, ſapientiæ ſtudium, Chriſtique amorem judicabant; alter quidem vere & ſeria pietatem profitens (tametſi enim natura acriori ac ferventiori eſſet; verus tamen ac ſincerus pietatis cultor erat) hic autem occaſionem captans & rediment (*Julianus videlicet*) fictaque pietatis ſpecie animi pravitatem occultans. Quod quidem ex eo conjicere licebit (neque enim miraculum, quod tum accidit, ſilentio præterire queam, utpote illuſtre & memorandum, atque hujuſmodi, ut multis impiis documentum afferre poſſit) Martyribus (ut diximus) ambo laborabant, munificentiaque & liberalitate præclare inter ſe contendebant, cum multarum manuum opera, tum multis impenſis ædem extruentes. Verum quoniam non eadem voluntate, animique propoſito in hoc opus incumbebant, idcirco nec in eumdem finem labor utrique progrediebatur. Etenim alterius, hoc eſt, Galli fratris natu majoris opus perficiebatur, ac rite procedebat, Deo videlicet munus illud libenter admittente, ut olim Abel ſacrificium, cum rite oblatum, tum diviſum: atque hæc oblatio veluti quædam primogeniti conſecratio erat.*

VI. Juliani reſpuitur donum. *Alterius autem, nempe Juliani (heu triſtem in hac quoque vita impiorum contemptum, futuræ ignominiæ teſtem, parvis indiciis magna prænunciantem) non ſecus ac Cain ſacrificium, Deus martyrum repudiabat. Itaque ille quidem laborabat: ſed terra, quod elaboratum fuerat, excutiebat. Ille enixius contendebat: hæc imbecillis impietate hominis fundamenta capere detrectabat, velut terræmotum ob ipſius ſcelus eventurum clamans, atque im-*

PAGIUS *anno*, legendum eſſe, *τρίτῳ*, ideſt, *tertio*. Sed id alio argumento non probat, quam auctoritate Idacii; qui in temporibus conſignandis non raro errat.

III. Synodus Antiochena. Celebrata hoc anno Synodus *Antiochena*, in qua prolixa Fidei Formula edita, & ad Epiſcopos Occidentis tranſmiſſa, ut anno præcedenti demonſtravimus.

impiiſſimi hominis dedecore martyres exornans. Hoc opus inſecutæ ipſius contumaciæ & amentiæ ignominiæque in martyres ſceleriſque in ædes ſanctas vaticinium quoddam extitit, alios quidem fallens, cæterum perſecutorem longe ante inſectans, atque impietatis pœnas ante ſignificans. Hucuſque Gregorius.

VII. Porro templum quod aggreſſus erat Julianus extruere, fuiſſe nomine Maniæ martyris, quam alii Mamantem appellant, cum Sozomenus (*a*) tum alii quoque teſtantur. Ad hoc fortaſſe ſpectat, quod idem Julianus in commentario quem adverſus Chriſtianam religionem conſcripſit, in locum illum Geneſis de oblatione (*b*) Abel & Cain offendens, ſic ait (*c*): *Profecto* (inquit) *non ſacrificium, ſed diſtinctionem reprehendit, ad Cain dicens: Nonne ſi recte obtuleris, recte autem non diviſeris, peccaſti? Hoc dixit ad me unus ex valde ſapientiſſimis Epiſcopis. At ille decepit primum ſe ipſum, deinde & alios.* Hæc, inquam, puto dixiſſe ſanctiſſimum illum Epiſcopum; quod S. Gregorius Nazianzenus, eodem utens exemplo, in eundem exprobrat, comparans oblationem Juliani in erectione templi, quam licet bene illo offerente, ſed male dividente, Deus non probaret, ſacrificio per Cain oblato. Inſtitutus enim Julianus a puero ſub Gentili philoſopho, ab eodemque imbutus apprime Ethniciſmo; ne ejus rei, quam arbitro tantum præceptore ſervabat in animo, in ſuſpicionem aliquam adduci poſſet, ejuſmodi Chriſtianæ religionis ſumma laude digna opera conficere ſatagebat, nempe eccleſias erigere, & martyres honore proſequi; ut ſic ea arte cuſtodiam eunuchorum eluderet, & gratiam Imperatoris Conſtantii promereret.

(a) Sozom. lib. 5. c. 2.

Mamantis martyris templum.

(b) Gen. 4.

(c) Apud Cyrill. l. 10. in Jul. tom. 3.

VIII. Succeſſit priori illi Ethnico præceptori Mardonio, de quo ſuperius, Maximus philoſophus, non tantum Ethnicus, & Chriſtianæ religionis perduellis, ſed magus, occulte tamen ob Conſtantii metum incantationes exercens; de quo iſthæc Eunapius Sardianus (*d*): *Unus fuit eorum quos Ædeſii doctrina imbuit. Juliano Imperatori delectus magiſter ſolus, cæteris omnibus a Conſtantio ſublatis.* Et paulo poſt de Juliani indole: *At ille hic ingenii vim & magnitudinem oſtendit: quicquid enim librorum proferebatur, memoria complectebatur; ita ut præcocem eruditionem ægre ferre magiſtri viderentur, quaſi non habituri quod puero inſtillarent. Poſtquam nec illi quod docerent, nec Julianus haberet amplius quod diſceret; rogaverunt conſobrinum Conſtantium, uti permitteretur ei oratoriæ artis ac philoſophiæ audiendis vacare; quod ille, lubente Deo, conceſſit; in libris volutari cum atque ſatiari potius cupiens, quam de generis ſucceſſione atque Imperio cogitare. Poſtquam itaque hoc illi indultum fuit, ſuppetentibus undecumque ampliſſimis maximiſque redditibus, cum regali faſtu ſatellitioque proficiſcebatur, iterque faciebat quocumque ipſi viſum fuerat. Pervenit igitur Pergamum excitus fama ſummæ Ædeſii doctrinæ, &c.*

Maximus Philoſophus Magiſter Juliani.

(d) Eunap. Sard. in Vit. Philoſ.

IX. De Maximo autem philoſopho Julianum docente, hæc his addit Sozomenus (*e*): *Qua in urbe* (nempe Nicomediæ) *Maximus Epheſius philoſophus in ejus conſuetudinem forte incidens, illum & philoſophiam docuit, & odium Chriſtianæ religionis in ejus animum inſevit; & tamquam vates, illud quod vulgo de eo ferebatur, verum eſſe affirmavit. Ille autem, quod multis ſolet accidere, cum metu rerum incommodarum graviter affligeretur, in ſpem bonam per fraudem a Maximo inductus, eum carum habere cœpit. Quibus rebus Imperatori nunciatis timore perculſus cutem abraſit, & vitam monaſticam ſimulavit, ſecreto tamen adverſam religionem amplexatus eſt. Ubi autem ætate robuſta eſſe cœpit, paratiore animo cum ad has res inductus eſt, tum eaſdem executus. Artem, ſi qua eſſet futuras prædicere profiteretur, admirari, & ejus cognitionem (quam quidem exercere Chriſtianis nefas eſt) neceſſariam ducere cœpit: deque ea periculum facere, in animum induxit; atque ex eo tempore cum his qui ejuſmodi rerum periti eſſent, amicitiam junxit. Qui cum hoc animo eſſet, Nicomedia in Aſiam conceſſit, & cum viris ejus profeſſionis ibi in congreſſum veniens, multa acriore ſtudio in eas res accenſus incubuit.* Hæc Sozomenus uſque ad tempora ſuperius ex Eunapio recitata, nempe ad acceſſum Juliani Pergamum, & congreſſum cum Ædeſio philoſopho pariter atque mago, aliiſque, quos nominat, ejuſdem facultatis viris.

(e) Sozom. lib. 5. c. 2.

Inſtitutio Juliani ſub Maximo.

X. Cæterum haud invito Conſtantio humanioribus idem Julianus inſtituebatur diſciplinis: immo & in his quoque currenti adoleſcentulo addebat calcaria, dum a fœcunditate ejus ingenii aliquam ſolerет lucubrationem exigere. Unde ipſe ad Jamblicum philoſophum aliquando ſcribens, hæc habet in fine: *Accipies igitur primum* (*quando ita eſt*) *orationes, quas nuper Imperatoris juſſu in nobilem illam mariti conjunctionem elaboravi: parvum certe munuſculum, ſi cum tuo conferatur, omnia quæ æs pro auro reddimus; ſed tamen quo poſſumus munere noſtrum Mercurium proſequimur.* Iſthæc Julianus. Porro Jamblici conſuetudine, utpote hominis qui omnes Ethnicos philoſophos fama facile antecelleret, æque ipſe didicit impietatem, nempe deſpicere religionis Chriſtianæ cultum, & deos Gentium magnificare; magicaſque incantationes, quibus idem Jamblicus (ut ex Eunapio conſtat) apprime imbutus erat, ſub ſi-

Juliani cum Jamblico conſuetudo.

ſilentio exercere. Quanti autem Julianus Jamblicum fecerit, verbis illis potiſſimum declaravit, quibus ad eum ſcribens ait: *Hanc epiſtolam unam Jamblici malim, quam totum Lydium aurum poſſidere. Quod ſi amatorum tuorum ulla tibi cura eſt (eſt autem aliqua, niſi fallor) ne nos quaſi pullos negligas, qui cibo tuo magnopere egemus, ſed ſcribe aſſidue neque tuis bonis paſcere deſine.* At de Jamblico & Juliano alias. Reliqua autem de eo poſt hæc facta, & de acceſſu ipſius Athenas, ſuo loco dicenda ſunt.

XI. Qui igitur a natura tam pernici ad litteras addiſcendas præditus erat ingenio, Chriſtianæ religionis facultates haud ſegniter exploravit, dum ad conciliandum ſibi animum Imperatoris in eis aſſidue verſabatur: ſed non ſic quidem, ut ea illſdem pietatem eliceret; verum potius ut ipſas, cum morte Conſtantii liberum ſibi eſſet, impugnaret, & paratis interea argumentis penitus confutaret: quod & ſuo tempore magno conatu præſtitit, ſimulac ſolus poſt Conſtantii obitum imperavit; cum quod diu conceperat, monſtrum peperit; & arma bellica in ſilentio comparata, continuo in Chriſtianam religionem ferali impetu violentus intorſit: ſed de his ſuo loco dicendum. *Julianus quo animo litteris ſacris ſtudebat.*

JESU CHRISTI ANNUS 346. | JULII PAP. ANNUS 10. | CONSTANTII CONSTANTIS IMPP. 10.

I. *De Conſulatu Amantii, & Albini.* ANnus Chriſti trecenteſimus quadrageſimus ſextus in communioribus Faſtis, qui uſui ſunt Latinis, non Conſulibus novis ex more deſcriptus habetur, ſed (ut interdum accidit, a ſuperioris anni Conſulibus annum denominari) poſt Conſolatum Amantii & Albini notatus extat: quod & vetera quoque monumenta declarant, ut quæ exempli cauſa hic exaranda putamus.

L. (a) TURCIO APRONIANO FILIO V C. FILIO L. TVRCI APRONIANI V. C. PRÆFECTI VRBIS. NEPOTI L. TVRCI SECUNDI C. V. CONSVLIS, QVÆSTORI, PRÆTORI, QVINDECEMVIRO SACRIS FACIVNDIS, CORRECTORI TVSCIÆ ET VMBRIÆ, OMNI VIRTVTE PRÆSTANTI STATVAM EX AERE ORDO SPOLETINORVM AD MEMORIAM PERPETVI NOMINIS CONLOCAVIT. CVRANTIBVS FLAVIO SPEV. ET CONDONIO TAVRO. POST. AMANTI. ET ALBINI CONS.

a) Extat Romæ in ædibus Porcariorum juxta ædes Maffæorum ex Plantin. edit. pagin. 68, n. 2.

Vides & ex hac pariter inſcriptione, lector, idololatriæ magiſtratus Romæ in ſummis viris adhuc temporibus Chriſtianorum Principum viguiſſe.

II. *Aliorum Conſulum nota.* Faſti vero Græci habent hoc anno Conſules Conſtantium quarto & Conſtantem tertio, quibus etiam complures leges conſignatæ eſſe reperiuntur. Caſſiodorus autem hæc ſentiens, ejuſmodi Auguſtorum Conſulatum ante Conſulatum Amantii & Albini collocavit. Quod igitur diverſis Conſulatibus hoc anno habeantur annotata publica monumenta; inde eveniſſe putatur, quod novis Conſulibus annum mi-

---

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5839.

SÆC. IV. Anno Urbis 1099. Olymp. 281. an. 2. A. C. 346.

☉ 19. E. ☽ 5. P. 25. Mart. Indict. 4.

JESU CHRISTI 346.

JULII PAPÆ 10.

CONSTANTII, ET CONSTANTIS 10.

I. *Conſules.* [1] AD num. I. & ſeqq. Coſſ. *Conſtantius Aug. IV. & Conſtans Aug. III.* ut Auctor Chronici Alexandrini & Faſti Græci Theonis diſerte habent; ſicuti & Idacius in Faſtis.

II. *Decennalia utriuſque Auguſti.* Sumtus ab atroque Imperatore Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam: Imperii enim Auguſtei tam Conſtantii quam Conſtantis *Decennalia* in hunc annum incidunt.

III. *Templa Gentilium occludi juſſa.* Lex 4. Codicis Theodoſiani *De Paganis*, quæ directa eſt *ad Taurum P. F. P.* & dicitur *dat. Conſtantio IV. & Conſtante II. AA. Conſſ.* ad hunc annum non pertinet, cum Taurus anno tantum CCCLIII. Præfectus Prætorio Italiæ eſſe cœperit. Corrigenda itaque ſubſcriptio, & loco *Conſtantio VI. & Conſtante II. AA. Conſſ.* legendum *Conſtantio IV. & Conſtante II. Conſſ.* qui Conſulatus in annum CCCLIII. incidit. Sed *Conſtans*

NOTÆ [1] COſſ. *Conſtantius Aug. IV. & Conſtans Aug. III.* Leges Codicis Theodoſiani, & Juſtinianei apud Relandum: *Conſtantio IV. & Conſtante III. Aug. Coſſ.* Faſti Idatii: *Conſtantio IV. & Conſtante III.* Vindebonenſes: *Poſt Amantio & Albino.* Libellus de Præf. Urb., & Paſchalis laterculus apud Bucherium: *Poſt conſulatum Amantii, & Albini*, ut & in Grateriana Inſcriptione, quam dedimus anno ſuperiori.

nime apertè ex more contigerit: cujus rei cauſam non exiſtimamus eam, quæ aſſeritur, interceſſiſſe, nempe diſcordias inter Conſtantem atque Conſtantium, quæ nondum conflatæ erant; ſed potius quod detento (ut vidimus) Conſtantio in expeditione adverſus Perſas in finibus Meſopotamiæ, in tanto regionum interjacentium ſpatio, multis caſibus potuit accidiſſe, ut de quarto Conſulatu ejuſdem Conſtantii placitum Romam tardius perferretur, quorum Conſulum interregno oportuerit ſuperioris anni Conſulatu Acta publica conſignare.

III. *Athanaſ. ad Conſtantem proficiſcitur.* Hic ille eſt annus quartus commorationis Romæ Magni Athanaſii, quo ſe accerſitum eſſe Mediolanum ab Imperatore Conſtante illic agente, ipſe teſtatur, cum ſic ait ad Conſtantium ſcribens (a): *Poſt triennium quarto denique anno litteris juſſit ut ad ſe venirem. Agebat autem per id tempus Conſtans Mediolani. Sciſcitabar, quid cauſæ eſſet, cur evocarer; quippe ignarus omnium, teſtis eſt mihi Deus. Comperiebam autem, quoſdam Epiſcopos, qui eo profecti erant, precibus ab eo poſtulaſſe, ut tuæ pietati de Synodo facienda ſcriberet. Mihi crede, Imperator, res ita acta eſt, ut dico, & nihil mentior. Cum igitur veniſſem Mediolanum, expertus ſum illius mirificam humanitatem, dum & me ſuis oculis dignatur; verbiſque indicat, ſe ad te de celebrando Concilio litteras miſiſſe. Idem me rurſus: agentem in ſuburbio, in Gallias evocavit: eo enim pater Oſius conceſſerat, ut inde ad Sardicenſe Concilium proficiſceremur.* Hæc Athanaſius; ac plane indicat, præceſſiſſe ſuum ad Imperatorem adventum Epiſcopos a Julio Romano Pontifice miſſos, interpellaturos Imperatorem, ut ad fratrem Conſtantium ſcriberet de Synodo cogenda; nimirum ut Ariani toties Romam vocati, ad Concilium venire detrectantes, adeſſe compellerentur: actumque fuit a legatis a Julio miſſis cum Conſtante de Sardicenſi Synodo indicenda.

(a) *Athan. Apolog. ad Conſtant.*

IV. Quoniam autem de eo quoque infamatus poſtea fuit ab Arianis Athanaſius, quod conveniens Conſtantem Imperatorem, illum adverſus Conſtantium incitaſſet; eam tunc ad ipſum ſcribens Apologiam, quibus arbitris Epiſcopis ſemper Conſtantem allocutus eſſet, ſingulorum qui aderant retexens nomina, docet his verbis (b): *Numquam ſine comitibus aut arbitris fratrem tuum vidi, neque ille umquam mecum ſolus cum ſolo verba miſcuit; ſed ſemper cum Epiſcopo ejus loci ubi agebat, aliiſque qui ibi aderant, ad colloquium intravi; ſimul cum illis eum vidi; ſimul cum illis ab ejus conſpectu receſſi. Hujus rei teſtis eſt Fortunatianus Aquilejæ Epiſcopus, & plenam ejus rei hiſtoriam pater Oſius docere poſſet: Criſpinus item Patavii Epiſcopus, Lucillus Veronæ, & Dionyſius Leidæ* *, *& Vincentius Campaniæ (quia defuncti ſunt Maximinus Treveris & Protaſius Mediolani Præſules, Eugeniuſque qui magiſter erat) teſtes citari poſſunt: hic enim ante oſtium ſtabat, audiebatque & noſtras tum poſtulationes, & quid viciſſim ab illo reſponderetur.* Hactenus de his Athanaſius; ex quo etiam obſervatu illud dignum eſt; hoc anno, cum ipſe Athanaſius a Conſtante Mediolanum vocatus eſſet, ſedi Mediolanenſi præfuiſſe Protaſium: quo defuncto, antequam illam ad Conſtantium ſcriberet Apologiam, ſubrogatum fuiſſe Dionyſium: præceſſiſſe vero Protaſium (ut ex Actis Concilii Romani ſub Julio dictum eſt) Julium Maternum. Quæ cum ex ſolidis firmiſque auctoritatibus explorata habeantur; videant hæc, qui in texenda ſerie Epiſcoporum Mediolanenſium aliam ab hac diverſam rationem inierunt.

(b) *Athan. ibid.* — *Congreſſus Athanaſii cum Conſtante.* — * Landæ.

V. Quod igitur pertinet ad indictionem Concilii

PAGIUS

Baron. n. a. m.

ſtans ille alius non eſt, quam *Conſtans Cæſar*, ut ſuo loco videbimus. Ea lege Templa Gentilium ubique claudi, eorumque aditus omnibus præcludi jubentur, & ſacrificia interdicuntur, ſed non per totum Imperium Romanum; cum hæc Conſtitutio ad Taurum Præfectum Prætorio Italiæ inſcripta fuerit. Templa Gentilium ut a Conſtantino Magno, ita & a filiis ejus occluſa fuiſſe, præter Theodoretum lib. 5. cap. 20. teſtatur quoque Sozomenus, lib. 3. cap. 16. ubi ad hanc Legem ſine dubio reſpicit. Quinimo & everſa ab eo Templa nonnulla Libanius oſtendit Orat. funebri in Julianum pag. 253. & Orat. ὑπὲρ τῶν ἱερῶν, ubi addit, magno labore conſtitiſſe hæc Templorum excidia, propter eorum inſignem ſtructuram. Item donata ab eo Templa Palatinis Aulicis. Cum itaque ſacrificia jam prohibita, Templaque occludi juſſa fuiſſent, tamen quod Lex indicat, Judicum conniventia, & Templa alicubi adhuc patebant, & ſacrificia quædam clam agitabantur, atque ita perditis quibuſdam *delinquendi occaſio*, id eſt, de ſine Principis Magos conſulendi, patebat; a quibus injuriis ſeſe variis ſubinde Legibus vindicare neceſſe habuit, *Conſtantius*; cujus hæc Lex eſt, ut videre eſt in Commentario Gothofredi ad eam Legem, ex quo hæc exſcripſimus. Porro Lex 3. Codicis Theodoſiani *De Paganis*, quam hoc anno recitat Baronius, data eſt anno CCCXLII. ut ibidem explicavimus.

IV. *Synodus Sardicenſis ab Impp. indicta.* Celebratum hoc anno primum *Concilium Mediolanenſe*, de quo fuſe anno CCCXLIV. egi. Ac paulo poſt *Concilium Sardicenſe* in annum ſequentem indictum, non quidem a Julio Papa, ut Baronius & Chriſtianus Lupus exiſtimarunt, ſed ab utroque Imperatore; quod ex Athanaſio in Apologia 2. manifeſte patet. Ibi, recitata Julii Papæ ad Euſebianos epiſtola, ait: *Hæc cum Romæ Synodus per Julium Romanum Epiſcopum ſcripſiſſet, improba iterum audacia Euſebiani in Eccleſiis perturbandis, inſidiiſque tendendis uſi ſunt; quod cum reſcitum eſſet a religioſiſſimis Imperatoribus Conſtantio & Conſtante, juſſi ſunt Epiſcopi Orientis & Occidentis Sardicam convenire.* Præterea in epiſtola ad Solitarios: *Miſſa igitur litera a Conſtante ad fratrem ſuum Con-*

ſtan-

Concilium Sardicenſe a Rom. Pont. procuratum, & indictum.

cilii Sardicenſis; Julium quidem Romanum Pontificem fuiſſe primum auctorem, tum ea quæ ſunt dicta ſignificant (nam & qui cum aliis aderat coram Conſtante, Vincentius Epiſcopus Capuæ in Campania, obire ſolitus erat legationem ab Apoſtolica ſede) tum etiam Sozomenus inſinuare plane videtur, hæc dicens (*a*) de ipſo Julio: *At cum litteris apud Epiſcopos Orientis, de rebus propter quas ſcripſiſſet, nihil profeceret: cauſam Athanaſii & Pauli ad Conſtantem retulit; qui quidem dedit litteras ad fratrem Conſtantium, &c.* Cæterum & litteris quoque ipſius Julii potiſſimum convocatos eſſe ad Synodum Epiſcopos omnes, & ab eodem certam diem ad conveniendum Sardicam fuiſſe præſcriptam, ex iis quæ Socrates (*b*) tradit, neceſſarium deducitur argumentum: cum enim ait, quoſdam Epiſcopos ad Concilium non veniſſe propter præſentem corporis infirmitatem, alios vero cauſatos anguſtiam temporis a Julio præſtituti; plane declarat apertiſſimis quidem notis, ipſos ab eodem Romano Pontifice eſſe vocatos, & ad conveniendum Sardicam certa die tempus definitum. At de indictione Synodi ſatis.

(*a*) Sozom. l. 3. c. 9.

(*b*) Socrat. l. 2. c. 16.

VI. Querelæ Athanaſii de fide proculcata.

Quod autem ad Athanaſium ſpectat; licet de Conſtantio (ut ipſe libere ingenueque profitetur) minime expoſtularit, tamen naufragium Orientalis Eccleſiæ illi notum facere nullatenus prætermiſit, & Arianos maiorum omnium incentores eſſe, pariter deploravit: teſtatur id quidem de eo Theodoretus, cum ait (*c*): *Athanaſius vero ad Conſtantem accedens (Conſtantinus enim filius Conſtantini natu maximus in bello interemptus erat) de factionis Arianæ inſidiis conqueri, bellum contra fidem Apoſtolicam excitatum lamentari: & tum patris, tum Magni Concilii Nicæni, quod ille convocaverat, eum in memoriam reducere cœpit: quinetiam decreta Patrum, quibus ille una interfuerat, ab eo lege confirmata fuiſſe. Talia cum gemitu & lacrymis apud Conſtantem Imperatorem elocutus, eum ad patrem æmulandum excitavit. Nam ſimulatque iſta audivit, litteras ſcripſit ad fratrem, quibus eum hortabatur, uti hæreditatem pietatis paternæ integram inviolatumque ſervaret: illum enim Imperium pietate ſtabiliviſſe; tyrannos, qui Romanos oppreſſerant, profligaſſe, & barbaros undique in ſuam poteſtatem redegiſſe. Quibus litteris perſuaſus Conſtantius, mandatum dedit ut Epiſcopi tam Orientis, quam Occidentis, Sardicam, quæ eſt in Illyria urbs Daciæ primaria, adventarent; nam aliis multis morbis vexabatur Eccleſia, ad quos curandos Concilium neceſſario requirebatur.* Hactenus Theodoretus. Sed de ipſa Synodo anno ſequenti.

(*c*) Theod. l. 2. c. 5.

VII. Concilium Agrippinenſe cujus fidei.

Hoc quoque anno, nempe poſt Conſulatum Amantii & Albini, quarto idus Maias, celebratum habetur Concilium Agrippinenſe (*d*) adverſus Euphratem Coloniæ Agrippinæ civitatis Epiſcopum, Chriſti negantem divinitatem: ob eamque cauſam ab Epiſcopis qui illuc convenerunt, a ſede depoſitus eſt. Perlegentes autem nos ejus Synodi Acta, & quæ ipſam preceſſiſſe atque ſubſecuta eſſe dicuntur, eadem omnia imposturæ ſuſpicione vehementer laborare cognovimus. Qui enim hoc ipſo anno adeo ignominioſe damnatus eſt Eufrates, ut nec laica quidem communione dignus fuerit exiſtimatus a Valentino Epiſcopo Arelatenſi, & calculo omnium turpiter e ſede dejectus; ille ipſe ſequenti anno reperitur ex Synodo Sardicenſi una cum Vincentio Epiſcopo Capuano honorificentiſſima legatione functus eſſe ad

(*d*) Tom. 1. Concil.

PAGIUS

ſtantium, ibique de amborum ſententia placuit ut Synodus celebraretur. Immo in epiſtola Synodica ad omnes Epiſcopos id teſtantur Patres Sardicenſes; *Quapropter cooperante Dei gratia, ipſi quoque religioſiſſimi Principes nos ex diverſis Provinciis & civitatibus in unum convocarunt, cupientes ut ſancta Synodus in Sardorum civitatem conveniret, quo omnis controverſia præcideretur, & ejecto quidquid pravæ Fidei eſſet, ſola in Chriſtum pietas ab omnibus retineretur. Venerunt quoque ex Oriente Epiſcopi, ad id & ipſi inſtigati a religioſiſſimis Imperatoribus.* Idem teſtantur Socrates, lib. 2. cap. 20. Sozomenus lib. 3. cap. 10. Theodoretus lib. 2. cap. 5. Sulpicius Severus lib. 2. & Nicephorus lib. 9. cap. 12.

V. Baronii opinio refellitur.

Nec Baronii rationes aliquod robur habent. Ait primo, Sozomenum lib. 3. cap. 10. indicare, hanc Synodum a Julio Papa convocatam, dum inquit: *At cum literis apud Epiſcopos Orientis de rebus propter quas ſcripſiſſet, nihil profeceret, cauſam Athanaſii & Pauli ad Conſtantem retulit, qui quidem dedit literas ad fratrem Conſtantium, &c.* Verum teſtimonium illud tantum probat, Julium cauſam Athanaſii & Pauli Conſtanti Imperatori commendaſſe, ut apud fratrem Conſtantium pro utriuſque in Sede ſua reſtitutione ageret: vel rogaſſe Imperatorem, ut ipſe cum Conſtantii ſacra juſſione Concilium indiceret. Ait ſecundo Baronius, Socratem lib. 2. cap. 20. ſcribere, *quoſdam Epiſcopos Orientales Sardicam non conveniſſe propter corporis infirmitatem: alios temporis præſtituti cauſatos anguſtiam, culpamque illius rei in Julium Epiſcopum Romanum contuliſſe.* Quæ querimonia ſupponit, Julium Epiſcopos ad certum diem vocaſſe ad Concilium. At Valeſius in Notis ad illum Socratis locum jam obſervavit, falli hunc Hiſtoricum, qui ad Sardicenſem Synodum retulerit ea quæ ad Romanam pertinebant. Nam, cum Julius Orientales Epiſcopos Romam ad Synodum evocaſſet, ut Athanaſii cauſa ibi cognoſceretur, Orientales eo venire recuſarunt, inter alias cauſas anguſtiam præſtituti temporis prætexentes, ut docet Julius Papa in epiſtola ad eoſdem Orientales apud Athanaſium pag. 744. Certe quæ ſequuntur apud Socratem: *Cum tamen ab eo tempore, quo Synodus indicta fuerat, & quo Athanaſius Synodi conſeſſum expectans Ro-* ma

ad Conſtantium Imperatorem Antiochiæ commorantem, ut, quos ipſe ejecerat a Synodo abſolutos pateretur in ſuas ſedes reverti: id quidem S. Athanaſius diſertis verbis affirmat (a), ut nulla de ejus teſtificatione poſſit vel leviſſima ſuboriri ſuſpicio; quod etiam Theodoretus (b) & alii omnes poſt eum aſſerunt. Haud enim facile adduci poſſumus, ut credamus, hominem qui adeo infami nota eſſet inuſtus, quantumlibet palinodiam recantaſſet, & tam brevi temporis ſpatio in priſtinam ſedem reſtitutum, & inter eximios ſanctitate & doctrina viros, Galliarum Epiſcopos, qui Sardicenſi Synodo interfuerunt, eſſe delectum, quem præſertim gravior hæreſis quam Arii infamaſſet.

(a) Athan. ad Solitar.
(b) Theod. l. 2. c. 9. 10.

VIII. Scimus Trithemium (c), hanc Synodum, in qua damnatus ponitur Euphrates, rejicere in annum Domini trecenteſimum ſeptuageſimumquintum: ſed plane hallucinatur; cum conſtet, eoſdem ferme Epiſcopos qui interfuerunt Concilio Colonienſi, a quo depoſitus eſt Euphrates, præſentes quoque fuiſſe Synodo Sardicenſi, nempe Maximinum, Valentinum, Severinum, Optatianum, Victorem, Simplicium, Amandum, Juſtinianum, Servatium, Dioſcholium, Martyrium, Euſebium, Superiorem, Mercurium, Victorinum, & Eulogium: hos, inquam, qui cum aliis octo præſto fuerunt Concilio Colonienſi, nominatos etiam reperies ab Athanaſio (d) aſtitiſſe Synodo Sardicenſi: ut ea hac parte nihil ſit quod idem Concilium rejici poſſit ad triginta poſt annos; cum etſi non omnes, majorem ſaltem partem ex his Epiſcopis ante tempus illud conſtet

(c) Trith. in Maxim. apud Sur. t. 6. die 28. Novembr.
Tempus certum Concil. Agrippinenſis,
(d) Athan. Apolog. 2.

fuiſſe defunctam, & alios in locum ipſorum eſſe ſuffectos: adeo ut in dubium revocandum non ſit, circa tempus Concilii Sardicenſis, Colonienſem Synodum habitam eſſe, & hoc ipſo anno, ut ex nota Conſulum patet. An autem re vera in ea tunc damnatus ſit Euphrates, ex his quæ dicta ſunt, nonnihil dubitari contigit.

IX. Sed nec recipimus, quæ ad Synodum ipſam appendix addita (e) eſt delegatione ob graſſationem Hunnicam imminentem, a Servatio, hoc eodem anno, mox ſuſcepta poſt dictum Colonienſe Concilium, Romam ad limina Apoſtolorum: quam longe poſt hæc tempora oportuit contigiſſe: nam & qui ibidem nominatur Exuperius Epiſcopus Toloſanus, conſtat vixiſſe imperantibus Theodoſio, & filiis. Cæterum de Servatii legatione opportunius ſuo loco dicemus.

(e) Apud Sur. tom. 1. Concil.
Appendix rejicitur:

X. Hujus quoque anni Conſulibus a Conſtantio Imperatore reſcriptum eſt ad Catullinum Præfectum Urbi de non diruendis templorum ædibus extra Urbem poſitis, in hæc verba (f): *Quamquam omnis ſuperſtitio penitus eruenda ſit; tamen volumus ut ædes templorum quæ extra muros ſunt poſitæ, intactæ, incorruptæque conſiſtant. Nam cum ex nonnullis vel ludorum, vel Circenſium, vel Agonum origo fuerit exorta, non convenit ea convelli, ex quibus populo Romano præbeatur priſcarum ſolemnitas voluptatum. Dat. Kal. Novembr. Conſtantio quartum & Conſtante tertium AA. Coſſ.* At ne propterea quod parcere juſſiſſet templorum ædibus Imperator, ne a Chriſtianis dejicerentur, exiſtimaretur

(f) l. 3. de Paganis C. Theod.
Conſtantii reſcriptum de templorum ædibus.

PAGIUS *na commorabatur, anni & ſex menſium ſpatium intercesſiſſet*, manifeſte confirmant id quod diai. Athanaſius enim Julii literis evocatus, Romam cum veniſſet, annum integrum & ſex menſes in Urbe permanſit, adverſarios & Synodum, quæ Romæ indicta fuerat, oppeſiens. Teſtatur id Julius in epiſtola ſupra memorata pag. 748. *Præter hæc omnia annum totum & integros ſex menſes apud nos haſit, veſtram præſentiam expectans.*

VI. Sirmondus in Notis ad Concilium Colonienſe dicit, illud celebratum fuiſſe anno CCCXLV. nec abſurdum videri debere, quod *Euphrata*, præſertim ſi reſipuerit, ad Legationem fuerit poſtea delectus, aut ſi adhuc in errore verſabatur, alias tamen ob cauſas, neceſſaria ejus hac in re viſa fuerit opera. Cointius in Annalibus Francorum anno CCCLV. num. XIII. exiſtimans, temporis notam huic Concilio præfixam, mendoſam eſſe, ſcribit, aliam ſubſtituendam, quæ anno Chriſti circiter trecenteſimo quinquageſimo ſecundo conveniat. Sed, ut recte obſervat Henſchenius die XIII. Maii in illuſtratione Vitæ *S. Servatii* Trajecti ad Moſam Epiſcopi, qui huic Synodo interfuit, ea a currenti anno removeri non poteſt; cum Sanctus Maximinus Trevirenſis Epiſcopus, qui ei præfuit, anno trecenteſimo quadrageſimo nono obierit. Ait itaque Henſchenius, ab imperito Librario nomen Epiſcopi in hoc Concilio damnati longe a vero deformatum, aut Euphratem ſanctiſſimum Præſulem, quem Epiſcopo Hæretico ejuſdem nominis ſucceſſiſſe credendum, pro nomine Eupraxii, Euphraſii, aut alio ſimili perperam ſcriptum eſſe. Celebratum anno ſequenti Concilium Sardicenſe, ad quod profectus Euphrates Epiſcopus Coloniæ Agrippinæ in locum pſeudo-Epiſcopi ordinatus, tum alii pleique Epiſcopi, qui fuerant in Concilio Agrippinenſi, per quos potuit Concilio innoteſcere hæreſis Photiniana, quam ibi detectam eſſe auctor eſt Epiphanius hæreſi 72. Electi fuerunt a Concilio duo Epiſcopi, *Vincentius* Capuanus, & *Euphrates* Colonienſis, ut viri eximia ſanctitate & doctrina præclariſſima, quos ad Conſtantium Imp. deſtinatos Athanaſius in epiſtola ad Solitarios deſcribit. Ita ratiocinatur Henſchenius. At cum in diverſis Epiſcoporum Catalogis duos ejuſdem nominis Epiſcopos eandem Eccleſiam ſucceſſive ſæpius rexiſſe legere ſit, exiſtimo, tam Epiſcopum in Concilio Colonienſi depoſitum, quam Epiſcopum in ejus locum ſubrogatum, Euphratam, ſeu Euphratem vocatum fuiſſe, perperamque ſecundum, ſeu Orthodoxum, cum priori qui Hæreticus fuit, confundi; ideoque rejiciendum, quod conjicit Cointius, poſt eam nempe Legationem, Euphratam a Fide defeciſſe. Quod vero de Photino Henſchenius ex Epiphanio dicit, infra refutabitur.

Concilium Colonienſe.
Baron. n. 722.

tur ad templa ingredi, & ſacrificia immolare licere Gentilibus; mox, nonniſi unius menſis ſpatio intercurrente, ab eodem Imperatore hæc ſcripta eſt ſanctio ad Taurum Præfectum Prætorio (a).

(a) l. 4. de Pagan. C. Theod.

XI. Templa claudi juſſa.

Placuit, omnibus locis atque urbibus univerſis claudi protinus templa, & acceſſu vetitis omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari. Volumus etiam cunctos ſacrificiis abſtinere. Quod ſi quis forte aliquid hujuſmodi perpetraverit, gladio ultore ſternatur. Facultates etiam perempti Fiſco decernimus vindicari: & ſimiliter affligi Rectores Provinciarum, ſi facinora vindicare neglexerint. Dat. Kal. Decemb. Conſtantio quartum, & Conſtante AA. Coſſ. Sic igitur hoc (ut dictum eſt) anno, Romæ & alibi clauſa ſunt idolorum templa, & ſacrificia penitus offerri vetita; quod uſque ad ſucceſſorem Conſtantii Julianum Apoſtatam perſeveravit. At licet Conſtantii nomine ejuſmodi edicta ferantur, Conſtantis tamen in his præcipuum declaratum eſſe ſtudium, ex eo poteſt intelligi; quod in ipſum Conſtantem eſt illa querela, & exprobatio Symmachi (b) Conſularis ad Valentinianum Juniorem Imperatorem: *Merito* (inquit) *divus Conſtantis* (ſic legendum puto, non Conſtantii, ex his quæ poſtea ſequuntur de Conſtantio) *factum diu non ſtetit: omnia vobis exempla vitanda ſunt, quæ mox remota didiciſtis.* Exprobrat, inquam, hoſtis Chriſtianæ religionis, Conſtantis Imperium non diu ſtetiſſe, eo quod vetuiſſet ſacra diis offerri; ob eamque cauſam cito illum per Magnentium tyrannum ſublatum fuiſſe. At ſubdit poſt hæc de Conſtantio: *Sed divus Conſtantius idem feciſſe dicitur; cætera potius illius Principis æmulemur: qui nihil tale eſſet aggreſſus, ſi quis ante ſe alius non deviaſſet.* Iſthæc ipſe. Reſtituiſſe autem Magnentium tyrannum Romanis tantum ſacra nocturna, reſcriptum (c) Conſtantii, quo ea mox vetuit, aperte declarat: ſed de illo inferius ſuo loco agemus.

(b) Symmachi relatio apud Ambroſ.

(c) l. 5. de Pagan. C. Theod.

XII. Quid in Symmachi exprobrationem.

At ad exprobrationem Symmachi, quod idcirco Conſtans cito deſierit, cum templa claudi juſſiſſet, & ſacrificia vetuiſſet; dicendum: Cur tam feliciſſimum ac diuturnum Imperium Conſtantini, qui primus Chriſtum ſequens adverſus idolorum cultum complures edidit ſanctiones, atque aliis ad hæc agenda viam aperuit? In primum auctorem certe violatæ religionis læſa numina oportuiſſet ulciſci, vel in Conſtantis ſucceſſorem Conſtantium, qui & ipſe, debellatis magna felicitate tyrannis, ad viginti quinque annos Imperium propagavit, pari cum fratre animo incenſus adverſus idola. Sed & ſecundum Symmachi rationem, ad plures annorum decades debuiſſet reſtitutoris idololatriæ Juliani Apoſtatæ Imperium prorogari; cui tamen nec explere biennium, ab his, quos coleret, ſuperis, datum fuit. Aliam igitur, quam violatorum numinum, extitiſſe oportuit cauſam illatæ necis Conſtantii; ac ex parte comparando eum laudatiſſimo Regi Joſiæ (d) qui juvenis occiſus ex hac vita ſublatus eſt, cum præ cunctis Regibus Iſrael fuerit divinæ legis tenaciſſimus vindex, & cultus deorum acerrimus profligator. Sed de Conſtantis nece inferius.

(d) 4. Reg. 23.

Digitized by Google

I. Concilium Sardicenſe.

(a) Socrat. l. 2. c. 15.

(b) Sozom. l. 3. c. 11. in fin.

TRecenteſimo quadrageſimoſeptimo Chriſti anno, Rufino & Euſebio Coſſ. celebrata eſt Synodus Oecumenica Sardicenſis. Id quidem, quod ad tempus ſpectat, teſtatur in primis Socrates disertis verbis, cum ait (a): *Undecimo anno poſt mortem patris duorum Auguſtorum, Ruffino & Euſebio Coſſ. Concilium Sardicenſe coactum eſt.* Affirmat hoc ipſum Sozomenus (b), qui ſub iiſdem Conſulibus, & anno decimo, numerando ab anno ſequenti poſt obitum Conſtantini, idem Concilium celebratum tradit. Sed mendaciſſima plane inſcriptio illa eſt, quæ ab incerto auctore præfixa reperitur Syrianæ editioni Concilii Sardicenſis, qua dicitur hæc ipſa Synodus habita anno ſexto Conſtantii Imperatoris, Leontio & Salluſtio Conſulibus, æra trecenteſima octogeſimaprima: nam cum ex nuper citatis auctoribus, tum etiam ex iis quæ ſingulis annis accurate temporis ordine & ratione digeſta ſunt, tum denique ex iis quæ ibi contraria ea inſcriptione ponuntur, omni ex parte erroris arguitur, & confutatur. Siquidem Conſulatu Leontii & Salluſtii, non ſextus, ſed octavus annus Imperatoris Conſtantii conſignatur, atque æra trecenteſima octogeſimaſecunda. At inſcriptio illa recens appoſita eſſe videtur: ſiquidem Creſconiana collectio ea caret, & aliæ antiquiores editiones. Quod rurſum ad tempus pertinet coactæ Synodi Sardicenſis, longe quoque viſus eſt Severus erraſſe, dum ait (c) idem Concilium a Conſtantino Magno convocatum, quem & tunc temporis mortuum eſſe teſtatur.

(c) Sever. S. Hiſt. Sacr. 2.

II. Sardica differt a Sardis.

(d) Apoc. 1.

(e) Strab. lib. 13.

(f) Plin. l. 5. c. 25.

Sed & errore hi lapſi ſunt, qui Sardicam Civitatem in qua Synodus habita eſt, eamdem eſſe putarunt cum Sardis, quæ eſt in Minori Aſia Civitas, cujus fit mentio in Apocalypſi (d), ſed frequentius apud Strabonem (e), Plinium (f), & alios: diverſa enim admodum eſt Sardis a Sardica, quæ confinis Illyrii, Myſiæ, atque Thraciæ reperitur, a Philippopoli, montis interſtitio, cui nomen Tituris, ſeparata (g), nobilis ſane tunc Civitas, in qua Conſtantinus Imperator aliquando habitavit, ut ejus reſcripta complura illic data teſtantur: quam poſtea, cum cœpit eſſe ſub Turcis, mutato nomine, dictam eſſe Triaditzæ, Theodorus (h) affirmat. Electa ad Synodum ex Imperatorum conſilio ea eſt Civitas, utpote quæ confinis prope eſſet inter Orientale atque Occidentale Imperium, ſecundum partitionem a Conſtantino Magno inter filios Cæſares factam, quam ſuperius recenſuimus; cæterum in ditione Conſtantii Civitas ſita erat.

(g) Socrat. l. 2. c. 18.

(h) Theod. Commen. in præfat. ad Can. Conc. Sardic.

III. Numerus Epiſc. Concilii Sardicenſ.

(i) Diſt. 16. c. 11.

(k) Theod. l. 2. c. 7.

(l) Sozom. l. 3. c. 11. in fin.

(m) Socr. l. 2. c. 16.

De numero autem Epiſcoporum qui Sardicam ad Concilium convenerunt, variæ ſunt diverſorum antiquorum aſſertiones; ſed illorum penitus explodendæ, qui numerant tantum eos qui hodie poſt ejuſdem Synodi canones leguntur; qua ratione Gratianus (i) ſexaginta ſolum Sardicenſi Concilio interfuiſſe tradit. Cæterum Theodoretus (k) ducentos quinquaginta Epiſcopos ad Synodum conveniſſe affirmat. Sozomenus (l) ad hæc: *Convenere* (inquit) *ex urbibus verſus Solis occaſum ſiti Epiſcopi numero circiter trecenti; ex Oriente autem ſeptuaginta ſex.* Sic ille. Hæc eadem refert etiam Socrates (m) ex teſtificatione Athanaſii atque Sabini, illo teſtante de trecentis Epiſcopis Orbis Occidentalis, iſto vero de ſeptuaginta ſex Orientalibus.

IV. Cæterum Sanctus Athanaſius, qui eidem interfuit Concilio, præ cæteris audiendus eſt, qui in epiſtola ad Solitarios ait, conveniſſe ex Oriente & Occidente Antiſtites numero plus minus trecentum; ipſo autem ferme exordio ſcriptæ a ſe Apologiæ ſecundæ affirmat, ſuam innocentiam exploratam habuiſſe atque probaſſe plus quam trecentos Epiſcopos; ſed inferius recen-

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1100. Olymp. 281. an. 3. ſecundum Baronium. Olymp. 281.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5840.

☉ 20. D. ☽ 6. P. 6. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 347.

JULII PAPÆ 11.

CONSTANTII ET CONSTANTIS 11.

I. Coſſ. & Quindecennalia Imperii Cæſarei Conſtantis.

[1] AD num. I. Coſſ. *Euſebius, & Rufinus.* Quindecennalia Imperii Cæſarei Conſtantis, quorum manifeſtum indicium Synodus Sardicenſis ad Athanaſium & Paulum in Sedes ſuas reſtituendos a Conſtante Imperatore petita, & conſentiente Conſtantio Orientis Imperatore celebrata. Annis enim hujuſmodi ſolenniis deſtinatis cauſæ de more relaxatas, ac Religioni conſultum mille exemplis liquet.

NOTÆ [1] COſſ. *Euſebius, & Rufinus.* Socrates lib. II. Cap. XX. *Conſules* erant *Rufinus & Euſebius.* Vulgares Faſti; *Rufino & Euſebio.*

Digitized by Google

cenſens nomina ſingulorum Epiſcoporum Occidentalium ejuſdem Concilii Sardicenſis, numerat ex Italia Antiſtites ſeptuagintaocto, e Canalio Italiæ Epiſcopos quatuordecim, ex Gallia trigintaquatuor, ex Africa trigintaſex, ex Ægypto nonagintaduos, ex Cypro duodecim, ex Palæſtina quindecim, omnes numero ducentos octoginta; cui quidem Epiſcoporum indiculo hæc præmittit (*a*): *Eorum autem qui Synodo ſubſcripſerunt, nomina, cæterorumque aliorum, iſta ſunt: Oſius ab Hiſpania, &c.* Quibus recitatis, ſic rurſus in fine: *Qui igitur decretis Synodi ſubſcripſerunt, ſunt iſti* (ſuperius nimirum recenſiti) *plurimique item alii, qui ante hanc Synodum pro nobis ſcripſerant, tum ex Aſia, tum ex Phrygia, tum ex Iſauria, quorum ſingulorum nomina cum ſuis epiſtolis circumferuntur prope ſexaginta, in univerſum vero trecenti quadragintaquatuor.* Perficiunt autem numerum hunc (*ut* ex ſuperius recitatis apparet) additis his tamen ſexaginta qui ante Synodum ſuis epiſtolis Athanaſii innocentiam teſtati fuerant; quamobrem cum totidem detrahendi ſint ex numero illo trecentorum quadragintaquatuor qui ſubſcripſerant; qui reliqui ſunt, conficiunt numerum ducentorum & octogintaquatuor Epiſcoporum.

(*a*) *Athan. Apolog.* 2.

V. Non omnes numerati Epiſcopi.

At quoniam in ea ſerie Antiſtitum, Italiæ, Galliæ, Africæ, Ægypti, Cypri, & Palæſtinæ tantum numerantur Epiſcopi: cum tamen aliarum complurium Provinciarum Antiſtites Sardicam conveniſſe, Athanaſius ipſe teſtetur; non omnes ibi recenſitos eſſe Epiſcopos, & Orientalium præſertim plurimos eſſe prætermiſſos, cum nonniſi Palæſtini, & Cyprii illic numerentur Antiſtites, opus eſt affirmare. Nam eſto quod Hiſpani cum Italis adnumerati ſint (ut conſtat de Oſio) & Britanni cum Gallis, Sardi cum Afris conjuncti ſimul ab Athanaſio fuerint; tamen Aſianos, Thraces, Græcos, & aliarum diverſarum Provinciarum Orientis Epiſcopos comprehenſos eſſe numero quindecim illorum Palæſtinorum, nemo quidem prudens aliquando dixerit: quamobrem in Socratis utque Sozomeni ſententiam eundum putamus, ut convenerint Sardicæ trecenti ex Occidente, ex Oriente vero ſeptuagintaſex Epiſcopi, iidemque omnes Catholicæ communionis: nam Arianos Synodum refugiſſe, utque coiviſſe ſeorſum, ſuo loco dicemus: deſcripſerunt ejuſmodi numerum illi (ut Socrates profitetur) ex Sabini, qui extabat, de Synodis commentario, & Athanaſii ſcriptis, quæ tunc abſque mendis integra legebantur, quæ hodie ex diverſitate variorum locorum numeri ub eodem auctore recenſiti, depravata eſſe, neceſſe eſt affirmare.

VI. Provinciæ autem Catholici Orbis Epiſcoporum, qui Sardicenſi Concilio ſubſcripſerunt, ab eodem Athanaſio numerantur his verbis (*b*): *Tertio iterum in Magno Sardicenſi Concilio ad edictum religioſiſſimorum Principum Conſtantii, & Conſtantis, in quo judicio ita ceciderunt adverſarii, ut habiti pro calumniatoribus, depoſitionem exauctorationemque ordinis ſui retulerint, noſtram vero innocentiam plures quam trecenti Epiſcopi ſuis calculis comprobarint, qui ex multis Provinciis Ægypti, Libyæ, Pentapoleos, Palæſtinæ, Arabiæ, Iſauriæ, Cypri, Pamphiliæ, Liciæ, Galatiæ, Daciæ, Myſiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Macedoniæ, Epiri, Theſſaliæ, Achajæ, Cretæ, Dalmatiæ, Sciſciæ, Pannoniarum, Norici, Italiæ, Piceni, Tuſciæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, Brutiorum, Siciliæ, Africæ univerſæ, Sardiniæ, Hiſpaniarum, Galliarum, Britanniarum ſe ea ad Concilium contulerunt.* Hæc quidem Athanaſius in Apologia contra Arianos, eademque ab eiſdem inſpicienda atque examinanda; ut omnem procul oportuerit abeſſe ſuſpicionem mendacii: immo ☞ cum hæ ab eo numerentur trigintaſex ☜ Provinciæ, in ejuſdem Concilii Sardicenſis epiſtolæ Synodalis inſcriptione reperiuntur ☞ apud Theodoretum ☜ (*c*), qui eam recitat, Provinciæ trigintaſeptem, quarum ab Athanaſio (*d*), cum eamdem deſcribit epiſtolam, ☞ una eſt prætermiſſa ☜; ut merito ipſe alibi (*e*) affirmet, ex pluribus quam trigintaquinque Provinciis coactam eſſe Synodum Sardicenſem. Cæterum majorem quoque numerum Epiſcoporum ad idem Concilium vocatum eſſe, ſed diverſis ex cauſis impeditos, apud ſuas ſedes remanſiſſe Socrates (*f*) auctor eſt ea ſententia, quam alia occaſione ſuperius recitavimus, cum ait: *Alii, qui defuerunt, corporis infirmitatem cauſantur, alii de temporis præſtituti queruntur anguſtia, culpam illius rei in Julium Epiſcopum Romanum conferunt; cum tamen ex eo tempore, quo tum Concilium indictum fuerat, cum Athanaſius Concilium expectans Romæ commoratus erat, annus & ſex menſes jam præteriiſſent.*

(*b*) *Athan. Apolog.* 2. Epiſcopi ex diverſis Provinciis.

(*c*) *Theod. l.* 2. *c.* 8.

(*d*) *Athan. Apolog.* 2.

(*e*) *Athan. epiſt. ad Solitar.*

(*f*) *Socrat. l.* 2. *c.* 16.

VII. Concilium Oecumenicum.

Quod igitur ex totius ferme Chriſtiani Orbis Provinciis Epiſcopi ad Synodum fuerint a Romano Pontifice convocati, interfuerintque & Apoſtolicæ ſedis legati ab eodem Julio Papa miſſi; merito cenſendum eſt Concilium Oecumenicum. In quo illud monendum putamus, diverſam reperiri de his antiquorum nomenclaturam, ab illa qua utimur. Siquidem ad ſignificandum pleniſſimum Concilium, quod dicimus Oecumenicum, Patres olim Magnum illud nominare conſueverunt; ſicque ſæpiſſime hoc nomine reperies nuncupatum Nicænum Concilium: id quidem quæ dicta ſunt ſuperius ſexcentis ferme locis declarant: qua etiam ratione Sanctus

Athanaſius, inſtar Nicænæ, hanc quoquu Synodum Sardicenſem, Magnam appellat (*a*). Idem vero quod Oecumenicum dicimus; majores Plenarium Concilium appellare conſuevetunt: ita enim a S. Auguſtino uominatur, cum ait (*b*): *Ecce putemus, illos Epiſcopos, qui Romæ judicarunt, non bonos Judices fuiſſe; reſtabat adhuc plenarium Eccleſiæ univerſæ Concilium, ubi etiam cum ipſis Judicibus cauſa poſſet agitari.*

(a) *Athan. Apolog. 2. in princ.*

(b) *Auguſt. epiſt. 172.*

VIII. Concilium generale.

Cum vero convocarentur in unum omnes Epiſcopi earum Provinciarum quæ ſub uno Primate Antiſtite eſſent, idem Concilium conſuevit olim a majoribus Generale dici: hoc quidem nomine appellaſſe reperitur Athanaſius (*c*) Concilium quod collectum erat Alexandriæ ex Epiſcopis Ægypti; in quo inter alia, coram Oſio qui aderat, & aliis Antiſtibus, Colluthi cauſa tractata eſt. In Synodo quoque Carthaginenſi tertia (*d*) nominatur illud Univerſale Concilium anniverſarium, ad quod ſingulis annis ex omnibus Africæ Provinciis Epiſcopi convenire in unum conſueverant. In Gallia vero, ut quolibet triennio celebraretur Univerſalis Synodus, ſtatutum eſt (*e*). Sunt & de his alia complura exempla.

(c) *Athan. Apolog. 2.*

(d) *Concil. Chart. 3. c. 7.*

(e) *Conc. Matiſc. 2. c. 10.*

IX. Unde, & cur dictum Oecumenicum.

Obtinuit tamen poſtea uſus, ut Concilium Univerſale idem diceretur quod Oecumenicum, ab antiquis Magna Synodus, ſive Plenarium Eccleſiæ univerſæ Concilium appellari ſolitum: porro ut Oecumenicum nuncuparetur, provenit a Græca voce, οἰκουμένη, quod eſt Orbis terrarum, & οἰκουμενικός, quod ſpectat ad Orbem terrarum, ob idque Concilium illud collectum ex totius Chriſtiani Orbis Provinciarum Epiſcopis nominari Oecumenicum conſuevit; vel ea ex cauſa, quod, licet non ex omnibus Orbis terrarum Provinciis Antiſtites ſint convocati, tamen cum in eo quæ ad totam Chriſtianam religionem pertinent decernerentur, recte Oecumenicum (ſi vim verbi expendas) dici poſſe videretur, nempe quod ſpectaret ad Orbem terrarum, ipſam univerſalem Eccleſiam. Quod igitur ex Oriente & Occidente ac Septentrione Sardicam accerſiti ſunt Epiſcopi, & præfuit Synodo illi legatio Apoſtolicæ ſedis; his ſaltem ex cauſis Sardicenſe Concilium, Oecumenicum dici debet. Certe quidem nonniſi Oecumenicum eſſe, & appellari oportet, ſecundum recitata nuper Auguſtini verba; in quo Julii Romani Pontificis ſententiam Romæ pro Athanaſio latam, ipſo Julio id volente, contigit iterum examinari, atque probari.

X.

Miſſi ſunt legati Sardicam ad Concilium a Julio Romano Pontifice Archidamus atque Philoxenus presbyteri: teſtatur id Athanaſius (*f*), cui multo magis credendum putamus, quam Gratiano (*g*), qui numerat alios legatos ſedis Apoſtolicæ in Synodo Sardicenſi, nempe Vincentium Capuanum, Januarium Beneventanum, & Calepodium Neapolitanum Epiſcopos: Athanaſio enim, qui interfuit, omniaque vidit, & Synodi pars magna fuit, quis non judicet potius acquieſcendum, quam ſcriptoribus cæteris? Quod ſi quis ſex Epiſcopis, qui interfuerunt Concilio, Apoſtolicæ ſedis legatus putandus eſt; Oſius potius dicendus, cui inter Antiſtites idem Athanaſius primas defert, dum inter illos, quos recenſet, primo loco ponit Oſium Epiſcopum Cordubenſem, & Protogenem Epiſcopum Sardicenſem, ſpectatos ambos in Nicæno Concilio, & Conſtantini Magni litteris (ut ſuperius dictum eſt) commendatos: hos enim principem locum in Synodo tenuiſſe poſt legatos, Sozomenus (*h*) tradit: agebat autem Oſius patronum Synodi, cujus muneris erat definienda proponere, atque ſingulorum rogare ſententias.

(f) *Athan. Apolog. 2.*

(g) *Diſt. 16. cap. 11.*

Legati Apoſtolici qui miſſi ſint.

(h) *Sozom. l. 3. c. 11.*

XI. Celebriores Epiſcopi Concilii Sardicenſis.

Porro inter alios celebres ſanctitate viros, qui eidem Sardicenſi Concilio interfuerunt, numeratur Maximus Hieroſolymitanus, & ipſe olim tempore perſecutionis confeſſor. Ex Ægypto præter Athanaſium omnibus notum, Paphnutius quoque magnus ille confeſſor advenit, qui & in Nicæno Concilio inter primos effulſit: Serapion præterea inſignis ille, & cujus ſuperius facta mentio eſt, ſimul & alii, nempe Apollonius, Ammonius, Paulus, Agathonius, & cæteri, qui ex monachis virtutibus omnibus conſummatiſſimis ad Epiſcopatus functionem (ut ſuo loco patuit) vocati fuerant. Ex Cypro autem inſula eximius ille Spiridion interfuit, qui ſua quoque præſentia Nicænorum Patrum conſeſſum ornarat: adfuit cum eo etiam diſcipulus ipſius Triphyllius jam creatus Epiſcopus; & fortaſſe in hoc Conventu contigit, quod eſt ſuperius enarratum, nempe ipſum Triphyllium orantem in Synodo (celebris enim orator erat) a Spiridione reprehenſum, quod nimia diffluens eloquentia dedignatus eſſet uti ſimplici voce divinæ Scripturæ (*i*). Ex Italia vero lumina clariſſima eamdem Synodum illuſtrarunt, nobiles ſanctitate, & illuſtrium ſedium Epiſcopi, nimirum Protaſius Antiſtes Mediolanenſis, Severus Ravennas, Lucillus Veronenſis, Januarius Beneventanus, diverſus a martyre ejuſdem nominis, & Civitatis Epiſcopo. Ex Galliis vero inter alios celebris nominis ob egregiam ſanctitatem Antiſtites interſuiſſe ponuntur Maximinus Epiſcopus Treverenſis, Servatius Tungrenſis, Simplicius Auguſtodunenſis, & alii ex illis, qui præſto fuerunt Concilio Colonienſi, de quo ſuperiori anno dictum eſt.

(i) *Niceph. l. 9. c. 15.*

XII.

Qui autem ex Arianis ob ſcelus magis famoſi Sardicam venerunt potius, quam

ad

Google

ad Concilium convenerunt, hi numerantur (*a*) in ejuſdem Concilii epiſtola Synodali: *Theodorus Heracleæ, Narciſſus Neroniadis Ciliciæ, Stephanus Antiochiæ, Georgius Laodiceæ, Acacius Cæſareæ Palæſtinæ, Menophantes Epheſi, Urſacius Singidonis Myſiæ, & Valens Murſæ in Pannonia*. Sed quid ſceleſtiſſimi iſti in ipſo itinere, venturi Sardicam, ſecum ſtatuerint, ibidem narratur his verbis: *Dum iter faciunt verſus Sardicam, cogunt inter ipſos ſeparatim Concilium, atque paciſcuntur, cum minis adjectis, ſe, cum venirent Sardicam, nequaquam vel ad judicium acceſſuros, nec intraturos in ſanctum ac celebre Concilium; ſed ſimul, ut eo pervenirent, & ſe accedendo ad eam urbem ſuo perfunctos officio oſtenderent, quamprimum inde fugituros*. Hæc boni illi inter ſe in itinere adhuc poſiti condixere; quod & impleverunt, ut inferius ſuo loco dicetur.

(*a*) *Apud Theod. l. 2. cap. 8.*

Ariani qui Sardicam venerunt.

XIII. Qualis vero fuerit Orthodoxorum, qualiſve Arianorum ingreſſus Sardicam, Athanaſius ipſe ſic deſcribit (*b*): *Conveniunt igitur ab Oriente & Occidente in urbem Sardicam numero plus minus centum * Epiſcopi. Occidentales unum dumtaxat Oſium habuere, ducem ſcilicet: Orientales contra ſtipati pædagogis & advocatis, Muſaniano Comite & Heſychio Caſtrenſi, advecere; eorumque fiducia mixi audacter ſeſe præſentes obtulerunt, ſperantes eorum viribus iterum omnia confici poſſe. Horum enim opera, ſe quibus volebant, oſtendebant terribiles; & inſidias, quibus libitum erat, innectebant*.

(*b*) *Athan. epiſt. ad Solitar.*

* *trecentum.*

Ingreſſus Epiſcoporum Sardicam.

XIV. *Cæterum ubi jam re ipſa experiebantur Eccleſiaſticum morem tantummodo obſervari, & ex ſingulis Eccleſiis civitatibuſque accuſatores ibi præſto eſſe, & documenta rerumque probationes adverſus ſe in promptu eſſe; conſpicatique ibidem Arium * & Aſterium venerabiles Epiſcopos una quidem ſecum ex Oriente profectos, ſed diverſo itinere ingreſſos, nobiſque in veniendo comites factos, eoſdemque memorantes vafriciem ipſorum, & quantopere res ſuas ſuſpectas haberent; judiciumque metuerent, ne a nobis quidem ſycophantiæ, ab accuſatoribus vero ab ipſis ſubornatis omnia per dolum feciſſe convincerentur: hæc, inquam, illi conſpicati, etſi alacriter advenerant, arbitrati nos metu conterritos minime occurſuros: tamen cum animadverterent noſtram fiduciam, intra Palatium ſe recluſerunt, quo in loco domicilium habebant; atque ibi inter ſe ita conſuſurrarunt: Ad alia venimus, & alia conſpicimus; acceſſimus cum Comitibus, & ſine Comitibus res agitur: prorſus futurum eſt ut condemnemur. Noſtis qualia ſint decreta, ordinationeſque; Athanaſio in manu ſunt monumenta omnium Mareotæ Actorum, quibus ille quidem purgatur, nos autem confundimur. Quid igitur hæſitamus? quid moramur? Fingamus aliam cauſationem, & diſcedamus; ne, ſi manſerimus, condemnemur. Melius eſt de fuga erubeſcere, quam convictos de ſycophantia condemnari. Si fugerimus, poterimus aliquo modo hæreſin propugnare; quod ſi nos fugientes condemnaverint; habemus Cæſarem propugnatorem, qui non permiſſurus eſt ut a populis de Eccleſiis ejiciamur. Ad iſtum modum ipſi inter ſe diſceptabant*.

* *Macarium ita Athan. Apolog. 2.*

Quid Ariani cum Sardicam venerunt.

XV. *Oſius autem, cæterique Epiſcopi crebro illis Athanaſii fiduciam renunciabant, & quam promptus ad cauſam dicendam eſſet, & quantopere jactaret ſe eos ſycophantiæ convicturum; & inter cætera dicebat: Si timetis judicium, cur huc veniſtis? Oportebat aut huc non venire, aut huc profectos judicium non ſubterfugere*. Hæc ad eos Oſius; eadam quoque habet Athanaſius (*c*) in ſua Apologia de tribus Comitibus cum illis ad Synodum venientibus, de Concilio ſine militari apparitura cogendo, deque eorum Synodalis judicii diffidentia, & in Palatio manſione, compellationeque Catholicorum Epiſcoporum ad eos, ut ad Synodum convenirent. At quid demum illi? idem ſubdit his verbis (*d*): *Illi cum hæc audirent, & magis magiſque percellerentur, abſurdiore quam Antiochiæ excuſatione uſi ſunt, & ſub eo prætextu, quaſi Imperator ipſis triumphalia de Perſis per litteras ſcripſiſſet, fugam adornarunt, & ſine omni pudore hanc cavillationem per Euſtathium presbyterum Sardicenſis Eccleſiæ renunciarunt*.

Ariani vitant congreſſum.

(*c*) *Athan. Apolog. 2.*

(*d*) *Athan. ad Solitar.*

XVI. *Verum ne ita quidem ipſis fuga ex ſententia ſucceſſit: ſtatim enim Synodus, cujus patronus erat Oſius, illis diſerte ſcripſit, ut aut occurrerent reſponſuri, & de ſuis in alios, aliorumque in ipſos criminibus; aut certo ſcirent, ſe pro reis a Synodo condemnandos, & Athanaſium cum ſuis, ut puros ab omni crimine liberandos. Illi autem majori metu conſcientiæ angebantur; quam ut iſtiuſmodi litteris obtemperarent. Nam cum viderent eos quos injuria affecerant; ne ad reſpondendum quidem auſi ſe reflectere, ſumma intentione fugam rapiebant. Talis igitur & tam fœda fuga illorum fuit*. Hæc Athanaſius: reliqua autem quæ ſubdit de ſui abſolutione, & Euſebianorum damnatione, ponenda erunt inferius ſuo loco.

Citantur a Synodo Ariani.

XVII. Extant litteræ Oſii Epiſcopi poſt multum temporis ad Conſtantium ſcriptæ, in quibus de officiis a ſe erga Arianos, ut Synodo ſe ſiſterent, tum adhibitis, his verbis meminit (*e*): *Fui (inquit) ipſe in Sardicenſi Concilio, cum tu, tuuſque frater beatus Conſtans nos omnes eo convocabat; ipſeque ultro Athanaſii inimicos provocavi, cum ad Eccleſiam, ubi ego morabar, conveniſſent; ut, ſi quid contra eum haberent, ederent: promiſique eis ſecuri-*

Quid Oſius cum Arianis.

(*e*) *Athan. in epiſt. ad Solitar.*

curitatem, neve quicquam aliud expectareat, quam rectum in omnibus judicium, idque non ſemel, ſed bis feci: quod ſi nollent rem ab univerſa Synodo diſceptari, ſaltem me Judice uterentur: promiſique etiam, nos Athanaſium, ſi in noxa reperiretur, omnibus modis ejecturos eſſe. Quod ſi innocens deprehendatur, & vos oſtenderit calumniatores, & aque illum recuſaveritis; ego illi perſuadebo, ut mecum in Hiſpanias veniat. Athanaſius autem his conditionibus obtemperavit, nihil contra oblocutus, illi vero ad omnia diffidentes, receſſerant. In hunc modum ad Conſtantium Auguſtum Oſius de geſtis Sardicenſibus.

XVIII. Athanaſius abſolutus. Quæ vero in ipſa Synodo poſt hæc geſta ſint de abſolutione Athanaſii, & condemnatione Euſebianorum, Athanaſius in epiſtola ad Solitarios nuper citata, rem ſummatim complexus, docet his verbis: *Synodus autem ex pluribus quam trigintaquinque Provinciis coacta, cognita Arianorum malitia, permiſere Athanaſio cum ſuis, ut cauſam diceret tam de calamitatibus ſuis, tum de calumniis quas paſſus eſſet; auditiſque ejus rationibus, hominem innocentem (quemadmodum ſuperius dixi) pronunciarunt, cumque magna admiratione proſecuti ſunt; adeo ut ejus communionem amplecterentur, & litteras paſſim miſſitarent, tum ad cujuſque Diœceſin, tum potiſſimum in Ægyptum, Alexandriam, & Libyam, quibus ſignificabant, Athanaſium cum ſuis puros & extra omnem culpam eſſe; eorumque accuſatores, ſycophantas, & facinoroſos, & quidvis potius quam Chriſtianos appellari debere: eos igitur cum pace dimiſerunt; Stephanum autem, & Menophantem, Acacium, & Georgium qui Laodiceæ pro Epiſcopo fuit, Urſacium, & Valentem, & Theodorum, & Narciſſum depoſuerunt: Gregorii Alexandriam miſſi Epiſcopi nomen ita, cum condemnanda, recitarunt, ut nec umquam eum Epiſcopum, nec dignum qui Chriſtianus appellaretur, cenſerent: reſciderunt enim omnes illius in ordinibus dandis conſtitutiones, interdicentes, ne quiſquam ab eo ordinatus in Eccleſia, vel nomen ſui ordinis obtineret, idque in odium inauditorum ſcelerum Gregorii. Et ita quidem Athanaſius cum ſuis dimiſſus eſt in pace: litteras autem, quæ in hac pace ſcriptæ fuerunt, propter longitudinem omiſimus. Synodus vero ad iſtum modum ſoluta eſt.* Hæc ibi perpaucis Athanaſius complexus eſt, qui & in oratione prima contra Arianos alios quoque recenſet excommunicatos a Synodo, cum ait: *His connumerantur Acacius quoque, & Patrophilus, & Narciſſus ad omnem impietatem audaciſſimi, qui in Magno Concilio Sardicenſi ab Eccleſia rejecti fuere; unaque cum his Euſtathius, qui nunc Sebaſte eſt, & Eudoxius, & Baſilius patrocinio impietatis ad iſtas fortunas ſubvecti.* Hæc (ut diximus) ſummatim Athanaſius de judicio Sardicenſi.

XIX. Cauſa Athanaſii ventilata. Jam vero ſingula quæcumque in Synodo geſta ſunt, hic, quantum ex diverſis ſcriptis Sancti Athanaſii, & aliis colligere licet, ordine proſequamur. Cum Oſius privatim amice (ut vidimus) cum Arianis egiſſet, ut Synodo præſto eſſent, eiſdemque & honeſtam in ea cauſa tranſactionem pollicitus eſſet, nihilque remiſiſſet omnis humanitatis officii, quo eos ad judicium Synodale excipiendum induceret: illi tamen cauſæ cognitionem penitus exhorruerunt, recuſaruntque omnino Patrum Concilio intereſſe, quod & fuga teſtati ſunt. Conſidentibus igitur in unum Patribus, quæ actu antea eſſent in cauſa Athanaſii, Romæ poſtea edita, & a Julio Romano Pontifice cognita fuerant, & judicata, in medium allata ſunt. Reintegratur judicium, & tum Athanaſius, tum alii ab Arianis antea condemnati, ſiſtuntur judicio cauſam dicturi. Produnt inter hæc accuſatores libellos criminum, atque ipſos adverſus eoſdem Arianos Epiſcopos Synodo offerunt. Quamobrem ſecundum rectum judicii ordinem citari juſſi ſunt iidem Epiſcopi Ariani, tum ut accuſatores adverſus Athanaſium dicturi, tum ut rei ad objecta crimina reſponſuri. Sed illis omnino recuſantibus ad Concilium ſe conferre; placuit eidem ſacro Conventui, quæ contra Athanaſium confecta olim ab Euſebianis Acta fuiſſent, accurate cognoſcere: quibus exacte perſpectis, & illorum calumniis, dolis, fallaciiſque aperte detectis; calculo omnium Patrum, ſecundum Julii ſententiam antea Romæ latam, Athanaſium abſolvi; ſimulque omnes ab Euſebianis ab Alexandrina Eccleſia ejectos atque damnatos, poſtliminio in priſtinam ſtatum S. Synodus reſtituendos eſſe decrevit:

PAGIUS II. *Marcellus Ancyræ Epiſc. ab aliquibus defenſus.* A num. XVIII. ad XLIII. Cum abſolutus per Synodum Serdicenſem *Marcellus* Ancyræ Epiſcopus fuerit, non levis difficultas oritur de Auctoritate Antiocheni Concilii, quod eum damnavit, ejuſque hæreſim anathemati ſubjecit. Augetur difficultas ex Athanaſio in epiſtola ad Solitarios, in qua ait: *De Marcello autem Epiſcopo Galatia, ſupervacuum fuerit fortaſſe mentionem facere, cum nulli non conſtet, Euſebianos ab eo de hæreſi reprehenſos, hæreſeos recriminationem pro ſalione illi viciſſim impegiſſe, ſeneinque hominem in exilium ejeciſſe. Ille autem Romam profectus ſeſe innocentem docuit, & ut juſſus ab illis fuerat, ſcripto ſuam Fidem, quam Sardica Synodus amplexa eſt, edidit.* Scripſit hanc epiſtolam poſt Sardicenſe Concilium Athanaſius, & quantumvis Antiochiæ damnatus fuiſſet Marcellus, id nonniſi Euſebianorum dolo adſcribere videtur, innuens & Romani & Sardicenſis Concilii Auctoritatem prævalere. Idem in epiſtola ad Orientales Antiochiæ adhuc congregatos ſcribit Julius primus, refertque, edito per

ipſum

Digitized by Google

vit: Gregorium vero in ſedem Alexandrinam ab eiſdem Euſebianis per vim militarem intruſum non tantum depoſuit, ſed & execrata eſt, omniaque ab eo in ſede Alexandrina geſta, ordines collatos, & alia, irrita prorſus habenda eſſe conſtituit.

XX. Cauſa Marcelli Ancyrani, & Aſclepæ Gazenſis. Abſoluto autem judicio Athanaſii, & his quæ ſpectabant ad Eccleſiam Alexandrinam, cauſa Marcelli Epiſcopi Ancyrani & Aſclepæ Epiſcopi Gazæ Synodo expoſita eſt: ambo enim ut hæretici ob Euſebianis damnati fuerant, & ſedibus expoliati, qui Catholicæ fidei, profeſſione Romæ apud Julium Papam edita, ab eodem abſoluti, recepti in communionem fuerant. Cauſa igitur ex ſcriptis prodita examinata, cum nihil præterea accuſatores, qui aberant, atque citati venire recuſarant, objicerent contra eos; paribus omnium Epiſcoporum ſuffragiis ſunt abſoluti, atque ſedibus quibus privati fuerant, ſententia Synodi reſtituti; damnatis jam atque depoſitis iis qui ab Euſebianis in locum ipſorum fuerant ſubrogati, Baſilio Ancyræ, & Quintiano Gazæ.

XXI. Querelæ adverſus Arianos. His igitur innocentibus judicatis, datus eſt accuſatoribus locus adverſus Euſebianos eoſdemque Arianos; quorum immenſa copia extitit, Antiſtitum in primis, qui ab eiſdem in exilium acti fuerant, & multa dira paſſi; itemque affinium & amicorum cujuſque ordinis ac ſtatus hominum exclamantium ſuorum cædes, exilia, & carceres, contumeliaſque ab Arianis crudeliſſime perpetratas: oſtentatæ ſunt ab eiſdem catenæ, & dira vincula, quibus ſanctiſſimi Epiſcopi ab iiſdem vincti fuerant. Perlatæ quoque & perlectæ ſunt litteræ Theognidis Nicæni Epiſcopi adverſus Athanaſium, Marcellum, & Aſclepam, ad Imperatorem, ad eum concitandum commentæ: expoſtulationes de ſedium aliorum Epiſcoporum inverſione ordinationibuſque perperam factis, & aliis innumeris immanibuſque ab eiſdem in Catholicam Eccleſiam commiſſis: hiſque additæ & auditæ ſunt relationes duorum illorum Epiſcoporum Arii * & Aſterii,
* *Macarii*, qui ab ipſis Arianis Epiſcopis fugientes, ſe Synodo dederant.

XXII. Auditis itaque & examinatis omnibus his, veriſque in omnibus comprobatis, & Arianis Epiſcopis ſæpe vocatis venire renuentibus, ab eadem ſacroſancta Synodo lata eſt adverſus nominatos Antiſtites damnationis ſententia, qua ſede depoſiti, & Catholica communione privati eſſent. His Sententia Synodi in Arianos. igitur ſecundum Eccleſiaſticos canones rite geſtis, de omnibus, quæ hactenus in Concilio de cauſa inter Arianos & Catholicos geſta eſſent, ſcribuntur a ſacroſancta Synodo litteræ ad Julium Romanum Pontificem, & ad Imperatores Conſtantium atque Conſtantem, quibus Patres rogarunt eos, ut, qui hactenus ab Arianis vincti tenerentur & exules, quamprimum ſolvi ac liberari juberent, omneſque Catholici injuriam paſſi, & e ſedibus ejecti, in ſtatum priſtinum vindicarentur; monentes eoſdem, ne in poſterum judiciis ſe Eccleſiaſticis immiſcerent, ſed ſinerent cuncta peragi ex Eccleſiaſticarum legum præſcripto. Mentio habetur literarum ad Imperatores in ejuſdem Magni Concilii epiſtola Synodali data ad Julium Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum: accepimus eam ex Collectionis Creſcentianæ codice Caſſinate pervetuſto, ſed mendis obſitam ac maxime depravatam, detruncatamque; quam, ut licuit, ſumma induſtria reſtitutam hic edendam curavimus: ſi emendatior erit, quam Pariſiis mittendam expectamus, deſcribemus hic eam in ſecunda Tomi hujus editione: interim autem hac, ut ſe habet, fruere lector antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſe.

Incipit exemplar epiſtolæ Synodi Sardi- XXIII. Epiſtola Synodi Sardicenſis ad Julium Papam.
cenſis factæ ad Julium urbis Romæ Epiſcopum.

Quod ſemper credidimus, etiam ſenſimus, ut experientia probat & confirmat, quæ quiſque auditione audivit: verum eſt enim quod beatiſſimus magiſter Gentium Paulus Apoſtolus de ſe locutus eſt (a): (a) 2. Cor. 13.
An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Chriſtus? Quamquam utique, quia in ipſo Dominus Chriſtus habitavit, dubitari non poſſit ſpiritum per animum etiam locutum, & organum corporis perſonaſſe. Sic itaque, dilectiſſime frater corpore ſeparatus, mente, concordia, voluntate affuiſti: ſed honeſta fuit & neceſſaria excuſatio de abſentia, ne lupi ſchiſmatici, aut cauti hæretici rabido furore excitati inſani oblatrarent, aut certe ſerpens Diabolus blaſphemiarum venenum effunderet. Hoc enim optimum, & valde congrueatiſſi-

PAGIUS ipſum Fidei libello, neminem non percipere, *eum nihil a veritate profiteri alienum, ſed eadem cum pietate, qua Eccleſia, de Domino ac Salvatore noſtro ſentire.* Quod Julius primus ex Fidei libello, hoc ipſe Marcellus probare contendit in eodem a ſe edito. Ex cujus teſtimonio cum Athanaſii & Julii teſtimoniis conjuncto, concludunt aliqui Viri doctiſſimi, *Marcellum* integerrimæ Fidei Epiſcopum fuiſſe, & in ejus abſolutione Synodum Sardicenſem non erraſſe. Præterea Sanctus Epiphanius hæreſi 72. narrat, olim gravem ortam controverſiam de mente Marcelli: *A nonnullis eo nomine inceſſitur, quaſi ad Sabellianorum cavillationes partim adhæſerit; verum alii eidem patrocinantes verum id eſſe negant, e contrario vero præclare illum venisse, ac recte ſenſiſſe confirmant. Unde magna de eo controverſia conſtata eſt.* Scribit hæc Epiphanius duobus poſt Marcelli obitum annis. Ex quibus apparet, tunc diſputatum fuiſſe de hæreſi Marcelli, quæ nonniſi poſt multos annos poſtea innotuit, ut obſervat Schelſtratius in Diſſert. 3. de ſacro

Digitized by Google

tiſſimum eſſe videbitur, ſi ad caput, ideſt ad Petri Apoſtoli ſedem de ſingulis quibuſcumque Provinciis Domini referant ſacerdotes. Quoniam ergo univerſa quæ geſta ſunt, quæ acta, quæ conſtituta, & chartæ continent, & vivæ voces cariſſimorum fratrum & compresbyterorum noſtrorum Archidami & Philoxeni, & cariſſimi filii noſtri Leonis diaconi veriſſime & fideliter exponere potuerunt; pene ſupervacuum videatur, eadem his inferri litteris, quæ patuerunt apud omnes, qui convenerant ex partibus Orientis, qui ſe appellant Epiſcopos: quamquam ſint ex his certi auctores, quorum ſacrilegas mentes Ariana hæreſis peſtifero tinxit veneno, diu tergiverſatos propter diffidentiam, ad judicium venire noluiſſe, tuamque & noſtram reprehendiſſe communionem, quæ nullam habebat culpam; quia non ſolum octuaginta Epiſcopis teſtantibus de innocentia Athanaſii pariter credidimus, ſed & * convenis per presbyteros tuos & per epiſtolam, ad Synodum, qua eorum * . . . . venire voluerant: ſatis erat iniquum, illic confitentibus, ſacerdotibus teſtimonium perhibentibus, Marcello & Athanaſio denegare ſocietatem . . . . fuerunt quanta . . . . & ipſi religioſiſſimi Imperatores permiſerant, ut de integro univerſa diſcuſſa diſputarentur: & ante omnia de ſanctæ fidei integritate veritatis, quam violaverunt: ſecunda de perſonis, quas dicebant eſſe dejectas, de iniquo judicio, vel ſi potuiſſent probare, juſta fieret confirmatio. Tertia vera quæſtio appellanda * eſt, quod graves & acerbas injurias, intolerabiles etiam & nefarias contumelias Eccleſiis feciſſent, cum raperent Epiſcopos, presbyteros, diaconos, & omnes clericos in exilium mitterent, ad deſerta loca tranſducerent, & fame, ſiti, nuditate, & omni egeſtate necarent, nonnullos ferreis vinculis . . . . vicies * eis arctiſſimis circulis . . . . . . denique ex ipſis quidam vincti in eadem injuſte defecerunt pœna; quorum ambigi non poteſt martyrii glorioſam mortem extitiſſe. Adhuc quoque audeat quoſdam retinere; nec cauſa ulla fuit criminis, niſi quod repugnarent, & clamarent, quodque execrarentur Arianam, & Euſebianam hæreſin, & nollent habere cum talibus communionem. Iis autem qui ſecum ſentire maluerunt, prodeſſe; & qui ante fuerant dejecti, non ſolum recepti ſunt, ſed etiam ad clericalem dignitatem promoti, & acceperunt præmium falſitatis. Quid autem de impiis, & de imperitis . . . . Urſacio & Valente ſtatutum fuit, accipe beatiſſime frater . . . . quia manifeſtum erat eos non ceſſare adulterinæ doctrinæ in Italia ſemina ſpargere, & quod Valens relicta Eccleſia, aliam invadere voluiſſet, & eo tempore, quo ſeditionem commovit, unus ex fratribus noſtris, qui fugere non potuit, viator * obrutus & conculcatus in eadem Aquilejenſium Civitate tertia die defecit (cauſam utique mortis præbuit, qui ſolicitavit) ſed ea quæ beatiſſimis Auguſtis ſignificavimus cum legeritis, facile pervidebitis nihil nos prætermiſiſſe, quantum ratio patiebatur, & ne moleſta eſſet longa narratio, quæ feciſſent inſinuavimus: tua autem excellens prudentia diſponere debet, ut per tua ſcripta, qui in Sicilia, qui in Sardinia, * in Italia ſunt fratres noſtri, quæ acta ſunt, & quæ definita, cognoſcant, & ne ignorantes eorum accipiant litteras communicatorias, quos extra Epiſcopatum juſta ſententia declaravit. Perſeverent autem Marcellus, Athanaſius, & Aſclepius in noſtra communione, quia obeſſe eis non poterat iniquum judicium: de fuga & tergiverſatione eorum, qui ad judicium omnium Epiſcoporum, quo venimus, venire noluerunt, plena relatio fratrum, quos ſincera charitas tua miſit, immunitatem * tuam perdocebunt. Eorum autem nomina, qui pro facinoribus ſuis dejecti ſunt, ſubjicere curavimus, ut ſciret eximia gravitas tua qui eſſent communione privati, uti ante prolocuti ſumus. Omnes fratres & Coepiſcopos noſtros litteris tuis admonere digneris, ne epiſtolas inde allatas communicatorias eorum accipiant. Item * nomina hæreticorum, Acacius a Cæſarea, Urſacius a Syngidone, Menophantes ab Epheſo, Valens a Marſia, Georgius a Laodicea, Narciſſus a Neronopoli, Stephanus ab Antiochia . . . . reliqua deſunt in exemplari.

Margin notes: * quod. * cauſa tractabatur. * appellanda. * vinciens eos. * Victor. * &. * humanitatem. * iſta.

XXIV. ☞ Accidit vero tandem his diebus, ut eam diu expectatam numquam acceptam, cuſam viderimus in nuper edito

PAGIUS

fuerat Concilio Antiocheno cap. 5. ex quo ſequentia exſcribemus.

III. *Marcellus Hæreticus a D. Athanaſio creditus.* *Marcello* recenter per Sardicenſe Concilium abſoluto, & Sedi ſuæ reſtituto, magis exaſperata Euſebianorum factio, eodem tempore *Philippopoli* congregata voluit Orbi univerſo oſtendere, ſubdolis *Marcelli* fraudibus in facto erratum eſſe. Plures abſoluti erant in ſacroſancto Sardicenſi Concilio, quos omnes factio Ariana inſectabatur, quoſque in ſua Synodica enumerat. Licet vero cauſam *Aſclepa* Gazæ, *Pauli* Conſtantinopoleos, & *Athanaſii* Alexandriæ Epiſcoporum ibidem pertractet; omnium tamen primo exaggerat cauſam *Marcelli* Ancyrani, quia in ea ſe putabat maxime fundatam. Affert, ipſum in Concilio Conſtantinopolitano damnatum fuiſſe etiam ab illis, qui eum nunc admittebant, adduntque, tunc apud Orientales omnes habitum fuiſſe ut Hæreticum. Id ubique ſpargebant *Euſebiani*, ut ad omnium Catholicorum aures perveniret; Baron n. XX. & ſeq. & num. LVI. & ſeqq.

to Pariſiis libello, ſub titulo Hilarii Fragmentorum, depromptam ex bibliotheca Petri Pithoei, editamque ſtudio Nicolai Fabri viri ornatiſſimi ac diſertiſſimi, quæ ſic ſe habet (a):

(b) Hilar. frag. l. 2. Pag. 15. 16. 17.

Incipit exemplum epiſtolæ factæ ad Julium Urbis Romæ Epiſcopum; Julio Epiſcopo a Synodo directa.

Epiſtola Synodalis ad Julium Papam.

Quod ſemper credidimus, etiam nunc ſentimus; experientia enim probat & confirmat, quæ quiſque auditione audivit. Verum eſt enim quod beatiſſimus magiſter Gentium Paulus Apoſtolus de ſe locutus eſt; quamquam utique, quia in ipſo Dominus Chriſtus habitavit, dubitari non poſſit Spiritum ſanctum per animam ejus locutum, & organum corporis perſonaſſe. Et tu itaque, dilectiſſime frater, corpore ſeparatus, mente, concordi ac voluntate adfuiſti; & honeſta fuit & neceſſaria excuſatio abſentiæ, ne aut lupi ſchiſmatici furtum facerent, & raperent per inſidias, aut canes hæretici rabida furore exciti inſane oblatrarent, aut certe ſerpens Diabolus blaſphemiarum venenum effunderet. Hoc enim optimum, & valde congruentiſſimum eſſe videbitur, ſi ad caput, id eſt, ad Petri Apoſtoli ſedem de ſingulis quibuſcumque Provinciis Domini referant ſacerdotes.

XXV. *Quoniam ergo univerſa quæ geſta ſunt, quæ acta, quæ conſtituta, & chartæ continent, & viva voce chariſſimorum fratrum & compresbyterorum noſtrorum Archydami & Philoxeni, & cariſſimi filii noſtri Leonis diaconi veriſſime & fideliter exponere potuerunt, pene ſupervacuum videatur, eadem his inſerere litteris. Patuit apud omnes, qui convenerunt ex partibus Orientis, qui ſe appellant Epiſcopos (quamquam ſint ex his certe auctores, quorum ſacrilegas mentes Arianæ hæreſis peſtifero tinxit veneno) diu tergiverſatos propter diffidentiam, ad Judicium venire noluiſſe, tuamque & noſtram reprehendere communionem, quæ nullam habebat culpam, quia non ſolum octoginta Epiſcopis teſtantibus de innocentia Athanaſii pariter credidimus, ſed & conventi per presbyteros tuos, & per epiſtolam a Synodo quæ futura erat in urbe Roma, venire noluerunt; & ſatis erat iniquum, illis contemnentibus, tot ſacerdotibus teſtimonium perhibentibus, Marcello & Athanaſio denegare ſocietatem.*

XXVI. *Tria fuerunt quæ tractanda erant. Nam & ipſi religioſiſſimi Imperatores permiſerunt, ut de integro univerſa diſcuſſa diſputarentur: & ante omnia de ſancta fide & de integritate veritatis quam violaverunt. Secunda de perſonis, quos dicebant eſſe dejectos, de iniquo judicio, ut ſi potuiſſent probare, juſta fieret confirmatio. Tertia vero quæſtio, quæ vere quæſtio appellanda eſt, quod graves & acerbas injurias, intolerabiles etiam, & nefarias contumelias Eccleſiis feciſſent, cum raperent Epiſcopos, presbyteros, diacones, & omnes clericos in exilium mitterent, ad deſerta loca traducerent, fame, ſiti, nuditate, & omni egeſtate necarant: alios clauſos carcere, & ſqualore & putore conficerent: nonnullos ferreis vinculis ita, ut cervices eis arctiſſimis circulis ſtrangularentur: denique ex ipſis quidam vincti in eadem injuſte defecerunt pœna; quorum ambigi non poteſt martyrii glorioſam mortem extitiſſe; adhuc quoque audent quoſdam retinere; nec ulli cauſa fuit criminis, niſi quod repugnarent, & clamarent, quod execrarentur Arianam, & Euſebii hæreſim, & nollent habere cum talibus communionem, qui autem ſeculo ſervire noluerunt, * prodeſſe, & qui ante fuerant dejecti, non ſolum recepti ſunt, ſed etiam ad clericam dignitatem promoti, & receperunt præmium falſitatis.*

XXVII. *Quid autem de impiis, & de imperitis adoleſcentibus Urſacio & Valente ſtatutum ſit, accipe beatiſſime frater: Quia manifeſtum erat hos non ceſſare adulterinæ doctrinæ lethalia ſemina ſpargere, & quod Valens relicta Eccleſia, aliam invadere voluiſſet eo tempore, quo ſeditionem commovit, unus ex fratribus noſtris, qui fugere non potuit Viator obrutus & conculcatus in eadem Aquilejenſium Civitate die tertia defecit. Cauſa utique mortis Valens qui perturbavit, qui ſollicitavit. Sed ea quæ beatiſſimis Auguſtis ſignificavimus cum legeritis, facile pervidebitis nihil nos prætermiſiſſe, quantum ratio patiebatur: & ne moleſta eſſet longa narratio, qui feciſſent & commiſiſſent, inſinuavimus.*

XXVIII. *Tua autem excellens prudentia diſponere debet, ut per tua ſcripta qui in Sicilia, qui in Sardinia, qui in Italia ſunt fratres noſtri, quæ acta ſunt, & quæ definita, cognoſcant, & ne ignorantes eorum accipiant litteras communicatorias, id eſt, epiſtolia, quos juſta ſententia redarguit. Perſeverent autem Marcellus, Atha-*

PAGIUS niret; quod adegit Epiphanium ad exquirendam Divi Athanaſii de Marcello mentem: *De quo*, inquit Epiphanius hæreſi 72. *cum aliquando beatum Papam Athanaſium interrogaſſem, cujuſmodi eum fuiſſe arbitraretur, ille neque purgavit hominem, neque vero aſperius notavit: ſed leniter arridens, non multum ab improbitate abhorruiſſe ſignificavit, & in eorum loco, qui ſe purgaſſent, habuit.* Quibus ex verbis colligere licet, jam tum Athanaſium non amplius habuiſſe Marcellum tanquam ab omni hæreſeos macula alienum, *neque purgavit hominem*, inquit Epiphanius, cum tamen purgare debuiſſet juxta Julii primi & Sardicenſis Concilii ſententiam, ſi nullus tunc ſcrupulus fuiſſet, ne circumveniretur. Quod poſtea ipſe Athanaſius Marcellum habuerit ut Hæreticum, docet Hilarius Pictavienſis in Fragmentis, dum de Sirmienſi Synodo agit: *Photinus Hæreticus deprehenſus, nec tunc quidem per factionem populi potuit ex Epiſcopatu amoveri, ſed*

Athanaſius, & Aſclepius noſtra communione, quia obeſſe eis non poterat iniquum judicium, & fuga & tergiverſatio eorum, qui ad judicium omnium Epiſcoporum qui convenimus, venire noluerunt. Cætera ſicuti ſuperius commemoravimus, plena relatio fratrum, quos ſincera charitas tua miſit, unanimitatem tuam perdocebit. Eorum autem nomina, qui pro facinoribus dejecti ſunt, ſubjicere curavimus, ut ſciret eximia gravitas tua qui eſſent communione privati, uti ante prælocuti ſumus. Omnes fratres & Coepiſcopos noſtros litteris tuis admonere digneris, ne epiſtolia, ideſt litteras communicatorias eorum accipiant.

NOMINA HÆRETICORUM:

Urſacius a Singiduna
Valens a Murſa
Narciſſus ab Jerapoli
Stephanus ab Antiochia
Acacius a Cæſarea
Menofantus ab Efeſo
Georgius a Laodicia.

Sequitur in libro edito ſeries Epiſcoporum Orthodoxorum, in qua undeſexaginta tantum recenſiti numerantur, cum tamen longe numeroſiorem fuiſſe eum Conventum, ſuperius haud dubiis aſſertionibus ſit demonſtratum ☞.

XXX. Addiderunt hi Patres litteras ad Ægypti Eccleſiam de abſolutione Epiſcopi Athanaſii, & condemnatione Gregorii. Scripſerunt & Circularem epiſtolam ad omnes ubique poſitas Catholicorum per Orbem Eccleſias, quibus de iis, quæ hactenus geſta eſſent & definita a ſacroſancto Concilio, omnes certiores redderentur. Exciderunt vero litteræ datæ ad Imperatores, quarum tantum notum eſt argumentum ex aliis ejuſdem Synodi litteris: quæ autem ad Ægyptios ſcriptæ fuerunt, extant integræ, licet ob perperam factam ſcriptionem & tranſlationem mendia aliquot illapſis ſint expurgandæ. Habetur etiam illa univerſalis Encyclica ad omnes Eccleſias data: recitat ambas Athanaſius, & primo loco eam, quæ ad Ægyptios miſſa eſt, epiſtolam: quam, quod epiſtolarem complectatur hiſtoriam de iis quæ in cauſa Athanaſii in eadem Synodo geſta ſunt, hic integram deſcribere dignum putamus ſic ſe habentem:

Sacra (a) Synodus per gratiam Dei Sardicæ congregata e Roma, Hiſpaniis, Galliis, Campania, Calabria, Apulia, Africa, Sardinia, Pannoniis, Daciis, Norico, Sciſcia, Dardania, & Secunda Dacia, Macedonia, Theſſalia, Achaja, Epiro, Thracia, Rhodope, Palæſtina, Arabia, Creta &c. Deſunt nomina complurium aliarum provinciarum, quæ in poſterioribus litteris poſtea ab eadem Synodo datis reperiuntur inſcripta: ad quos autem eædem ſcriberentur litteræ, ſic mox ibi ſubditur: *Ægypto, presbyteris, & diaconis, & univerſæ Ec-* XXXI.

(a) *Athan. Apolog.* 2.

Epiſtola Synodalis ad Ægyptios.

PAGIUS *ſed Athanaſius Marcellum, qui poſt recitationem libri, quem ſcriptum ediderat, ſententia Synodi Sardicenſis Epiſcopatui erat redditus, ubi quadam alia nova miſcere ſenſit, & ambiguis prædicationibus ejus, in quam Photinus erupit, doctrinæ viam quærere, a communione ſua ſeparat: anteriore tempore quam Photinus arguitur, præventum judicia meditationem corrupta voluntatis oſtendens, & non ex libri editione condemnans.* Et infra: *Negata ſibi ab Athanaſio communione, ingreſſu ſeſe Eccleſiæ Marcellus abſtinuit*; quod & teſtatur Sulpicius lib. 2. Hiſtoriæ ſuæ.

[1] Euſebiani, poſt damnatum ab Athanaſio Marcellum, ipſum Athanaſium adoriuntur, rati, tam illum quam alium male a Synodo Sardicenſi abſolutum, ut ſcribit Sulpicius citatus: *Nacti ergo Ariani hujuſmodi occaſionem, conſpirant penitus Sardicenſis Synodi decreta ſubvertere. Etenim eis color quidam ſuppetere videbatur, quod tam injuſte fuiſſet pro Athanaſio judicatum, quam*

IV. *Marcellus ut Hæreticus ab omnibus agnitus.*

NOTÆ [1] Poſt obitum Pagii prodiit in nova Collectione veterum Græcorum Patrum P. Mont faucon ſcriptum quoddam e Bibliothecæ Ambroſianæ pluteis, quo orthodoxia Marcelli non ambigue probatur. Eſt autem fidei Confeſſio quam Clerici Galatiæ cum Marcello Ancyrano per Eugenium Diaconum alioſque ablegatos ſuos mittunt ad Athanaſium; in ea vero tenere ſe Filii & Spiritus Sancti cum Patre conſubſtantialitatem, & ὁμοούσιον perinde ac Nicæni Patres definierunt, profitentur. Quin & Photini deliramenta *quod Filius Dei principium a nativitate ſecundum carnem habuerit*, expreſſo etiam Photini nomine damnant. Ipſum pariter Sabellium, ejus nomine, & hæreſi expreſſa, rejiciunt atque condemnant: *Anathemate ferimus nominatim ipſiſſimum Sabellium, & cum ipſo quotquot ejus doctrinæ adſtipulantur & dicunt, ipſum Patrem eſſe Filium, ipſumque, quando Filius efficitur, non ulterius eſſe Patrem.* Hæc autem fidei confeſſio ſubſcribitur a nonnullis Epiſcopis, quorum nomina vetuſtas nobis invidit; ſed ſupereſt nomen *Pleni Epiſcopi Hermethi* ſive Hermeti, qui ab Arianis exilium paſſus fuit anno 336. & *Iſebyronis Epiſcopi Leontopolis*, ejuſdem forte qui in Synodo Tyria Athanaſii cauſam defendit. Hos ſane alioſque Epiſcopos numquam ſubſcripturos fuiſſe probabile eſt, niſi primus omnium Athanaſius eamdem fidei formulam & probaſſet, & ſua ſubſcriptione (quæ modo intercidit) confirmaſſet. Hanc vero fidei Confeſſionem poſt annum 370. & ante annum 373. quo S. Baſilius Magnus obiit, ſcriptam fuiſſe, ex eo arguit P. Montfaucon, quod S. Athanaſius ad damnandum Marcellum incitatus fuerit a S. Baſilio Cæſarienſi jam tum Epiſcopo, ut patet ea poſtrema ejus Epiſtola ad S. Athanaſium data, quam in annum 371. idem vir doctus conferendam cenſet. Hac facile occaſione Marcellus Eugenium ad Athanaſium ablegavit. Hæc ſi admittantur Marcellus, fidei Confeſſionem iſtam edidit anno ipſo ſuo emortuali vel circiter, cum enim, teſte S. Epiphanio hæreſi 72. biennio circiter antequam ipſe Panarium ſuum ſcriberet, Marcellus obierit; & S. Doctor Opus illud confecerit anno 374. ut Pagius ad annum 375. 10. adnotat, fit inde ut Marcellus anno 372. obierit.

Eccleſiæ Dei per Alexandrinam parœciam dilectis in Chriſto fratribus ſalutem.

Etiam antequam acciperemus litteras veſtræ religionis, non ignotum id nobis, ſed prorſus compertum fuit, anteſignanos infelicium Arianorum multa & gravia, ſed magis in exitium ſuarum animarum, quam in Eccleſiam, molitos eſſe. Ea enim eorum ars & vafricies fuit, ſemperque ejus peſtiferi propoſiti fuere, ut omnes ubique Orthodoxæ fidei homines, & Catholicæ Eccleſiæ doctrinam a Patribus traditam ſervantes, exagitarent & perſequerentur: quorum nonnullos falſis criminibus circumvenerunt, alios extra fines ſuos relegarunt, alios in ipſis ſuppliciis abſumpſerunt: certe fratris noſtri & Coepiſcopi Athanaſii innocentiam vi & tyrannide circumvenire & opprimere conati ſunt, nulla in ejus judicio neque ſedulitate, neque fide, neque juſtitia adhibita. Jam ergo diffiſi ſuis fabulis & vanis rumoribus, ac coram intuentes, quam non poſſent de his rebus juſta documenta afferre, cum eſſent in urbe Sardica, non auſi ſunt in Concilium ſanctorum Epiſcoporum apparere. Qua ex re æquitas judicii fratris & Coepiſcopi noſtri Julii liquidiſſime apparuit: qui non temerario conſilio, ſed cum matura deliberatione ſententiam tulit: adeo ut nihil relinquatur dubii de communione fratris noſtri Athanaſii adducentis octoginta Epiſcopos veros teſtes pro ſe in judicium; atque eo potiore jure nitentis, quod per dilectos fratres noſtros presbyteros ſuos, & per litteras, Euſebianos non jure, ſed vi graſſantes, ſapienter eluſerit. Quapropter omnes undique Epiſcopi communionem viri ob ejus innocentiam confirmarunt.

XXXII. Ariani perfugæ. *Illud quoque veſtra charitas conſpiciat, poſt Athanaſii ad ſacram Synodum Sardicam congregatam adventum, Orientales litteris mandatiſque citatos fuiſſe, ut ſe judicio ſiſterent, verum illos ſua conſcientia prædamnatos inhoneſtis cauſationibus tergiverſari cœpiſſe, poſcentes interim ut innocentem quaſi nocentem a noſtra communione ſubmoveremus, nihil ſpectantes quam indecentia vel potius impoſſibilia poſtularent. Atque adeo commentaria Actaque Mareote nonniſi a ſceleratis & perditiſſimis quibuſdam novitiis, quibus ne vulgarem quidem gradum clericatus committas, per abſentiam alterius partis confecta eſſe: neque enim frater noſter Athanaſius Epiſcopus, & Macarius presbyter, quem accuſabant, præſentes adeſſe voluerunt, quamquam alioqui illorum inquiſitio ſeu potius inſidiatio nullo non probro ſcaturiebat, cum nunc Ethnici, nunc cathecumeni interrogarentur, non ut quæ ſcirent, dicerent, ſed, quæ ab illis didicerant, mentirentur: nulla enim veſtri ratio habita eſt, qui eſtis compresbyteri Athanaſii, & curam ejus abſentiæ ſuſceperatis, cupientes intereſſe quæſtioni, & veritatem oſtendere, & falſa redarguere: tantum enim abeſt ut vos præſentes eſſe voluerint, ut etiam contumelioſe ejecerint. Ex iſtis rebus quamquam ſycophantiam eſſe clariſſime conſtaret: tamen, dum evolvimus Acta, deprehendimus ipſum ſceleratum Iſchyram titulo Epiſcopi in mercedem calumniæ remuneratum ſuam ſycophantiam ſuis verbis prodere. Ipſe enim Iſchyras in monumentis Actorum diſerte teſtatus eſt, ſe ea ipſa hora, qua Macarius in ſuam cellam venerat, ægrotum jacuiſſe, Euſebianis contra ſcribentibus eum tum ſtetiſſe, & oblationes feciſſe, cum Macarius ſuperveniret.*

Quin & illa calumnia, quæ poſtea uſi ſunt manifeſta apparuit, cum vociferarentur & XXXIII. Calomniæ Arianorum patefactæ. *miſere deplangerent, cædem Athanaſium feciſſe, & Arſenium Meletianum Epiſcopum ejus opera emedio ſublatum: quam rem fictitio gemitu & falſis lacrymis, ut vera videretur, deplorabant, juſſeruntque ejus qui viveret, quaſi qui extinctus eſſet, cadaver exhiberi. Sed figmenta eorum non latuerunt: notum enim erat omnibus, hominem incolumem eſſe, & inter vivos recenſeri. Verum nec ſic quidem, cum vidiſſent figmenta ſua revinci, ipſo Arſenio ſe vivum & minime interfectum aut mortuum exhibente, quieſcere potuerunt; ſed novas ſycophantias veteribus cumulantes, omnibus machinis id egere, ut hominem calumniis involverent. Quid igitur, dilecti? Non hic quidem frater noſter Athanaſius animum deſpondit, ſed magna cum fiducia eos etiam in hac cauſa ad judicium provocavit, quod & nobis in voto fuit; ac proinde eos citavimus, ut judicio ſe ſiſterent, & ſi poſſent, reum certis documentis peeurgerent. Sed o magnam improbitatem! o gravem ſuperbiam! vel potius, ſi verum dicendum eſt, o malum & obnoxiam conſcientiam! ac rem ita eſſe, nulli non clariſſime innotuit.*

Quo circa, dilectiſſimi fratres, commo- XXXIV.

PAGIUS *quam Marcellus fuerat abſolutus, qui nunc etiam Athanaſii judicio Hereticus eſſe probaretur. Namque Marcellus Sabelliana hæreſis aſſertor extiterat; Photinus vero novam hæreſim jam ante protulerat, a Sabellio quidem in unione diſſentiens, ſed initium Chriſti ex Maria prædicabat. Igitur Ariani aſtuto conſilio, miſcent innoxium criminoſis, damnationem Photini & Marcelli & Athanaſii eadem ſententia comprehendunt: illud nimirum apud Imperatorum animos præſtruentes, ut non putarentur de Athanaſio perperam judicaſſe, qui de Marcello atque Photino vera ſenſiſſent.* Quæ ratio fuit, cur Occidentales non adeo libenter de Marcelli cauſa poſt apertum ejus animi dolum tractarint. Qua de re queritur Baſilius epiſtola 10. ad Sanctum Gregorium Nazianzenum: *Quale nobis auxilium ab Occidentalium ſupercilio & faſtu aderit! Qui veritatem neque norunt, neque diſcere ſuſtinent, verum falſis opinionibus præpediti, illa nunc faciunt, quæ prius in Marcello patrarunt;*

Cohortatio Synodalis. *nitos vos cupimus, & diligenter adhortamur ut præ omnibus fidem Catholicæ Eccleſiæ retineatis. Multa certe & gravia & acerba perpeſſi eſtis: multas viciſſim contumelias & injurias ſuſtinuit Catholica Eccleſia: ſed qui* (a) *perſeveraverit uſque ad finem, ſalvus erit. Quapropter ſi denuo auſerint aliquid facere contra vos, tribulatio illa vobis pro gaudio eſto: nam iſtiuſmodi paſſiones pars aliqua martyrii haberi debent; & iſtiuſmodi veſtræ confeſſiones & tormenta non carebunt ſua mercede, cum præmia a Deo recepturi ſitis. Qua de re in primis decertate pro ſana fide, & pro innocentia Athanaſii Epiſcopi & in ſacris noſtri comminiſtri: nam neque ſilentio ſuppreſſimus, aut negleſſimus ea quæ ad veſtram ſecuritatem pertinebant, ſed ejus rei curam præcipuam habuimus, eaque egimus, quæ dilectionis ratio poſtulabat. Compatimur enim fratribus noſtris patientibus; & eorum paſſiones, noſtras proprias arbitramur, & noſtras lacrymas cum veſtris commiſcuimus: neque vos ſoli dumtaxat paſſi eſtis; ſed eadem alii complures comminiſtri noſtri, cum huc veniſſent, deplorarunt. Quamobrem preces noſtras ad religioſiſſimos & amantiſſimos Dei Imperatores retulimus, ut illorum humanitas eos, qui adhuc gravantur & affliguntur, ſolvi jubeat, conſtituatque ne quis Judicum, quorum munus eſt publica curare, de clericis ſententiam ferat, aut ulla ratione in poſterum ſub prætextu Eccleſiarum quicquam contra fratres moliatur; ſed ut quiſquis citra perſecutionem, aut vim, aut avaritiam, prout optat & cupit, vitam inſtituat, & cum quiete & pace Catholicam & Apoſtolicam fidem ſequatur.*

(a) Matth. 10. & 24.

XXXV. De Gregorio Ariano Epiſcopo damnato. *Gregorium igitur illegitime ab hæreticis Epiſcopum conſtitutum, & in veſtram civitatem ab illis deductum, ab univerſa ſancta Synodo ab Epiſcopatu, tametſi re vera numquam Epiſcopus fuerit, depoſitum eſſe, veſtram unanimitatem ſcire volumus. Valete igitur, & recipite veſtrum Epiſcopum Athanaſium, quem ob id ipſum cum pace dimiſimus. Unde admonemus omnes, qui vel per metum, vel per dolum circumventi, cum Gregorio communicarent, ut nunc noſtra admonitione reſipiſcentes, deinceps ab illius nefaria communione abſtineant, & ſeſe Catholicæ Eccleſiæ adglutinent. Cæterum quia cognovimus & Aphthonium, & Athanaſium Capitonis filium, & Plautum, & Plutionem compresbyteros veſtros eamdem fraudem ab Euſebianis perpeſſos eſſe, & quoſdam eorum in exilium ejectos, quoſdam metu mortiſque interminationibus profugos eſſe: ſcire vos cupimus, etiam iſtos a nobis receptos eſſe, & ut innocentes crimine liberatos; cum non ignari ſitis, omnia ab Euſebianis contra Orthodoxos per fraudem & libidinem acta eſſe. Æquum ergo fuerat, ipſum Athanaſium vos de iſtis rebus, ut ſuis ac propriis, certiores facere: ſed tamen quia ſacra Synodus ea potius vobis ad certius teſtimonium ſcribere voluit; ideo nos quoque non ſuperſedendum putavimus, ſed ſtatim ſignificare ſtuduimus, ut quemadmodum nos, ita vos quoque hos viros recipiatis, qui & ipſi quoque laudem merentur, quod ob pietatem in Chriſtum digni habiti ſunt, qui ab hæreticis contumeliam paterentur. Quæ autem decreta ſunt a ſancta Synodo in Theodorum, Narciſſum, Stephanum, Acacium, Menophantem, Urſacium, Valentem, & Gregorium, anteſignanos Arianæ hæreſeos, qui & in vos & in Eccleſiam peccaverunt, ex iis, quæ ſubjuncta ſunt, cognoſcetis: quæ ideo ad vos miſimus, ut veſtra in Deum pia religio ſuffragetur ſententiis a nobis latis: ſimul intelligat Eccleſiam Catholicam nequaquam diſſimulanter cum iis agere qui ipſam offendunt.* Hactenus Synodalis epiſtola ad Ægyptios data.

XXXVI. Corrigitur error titulorum. Quæ autem poſt ſequitur, ad univerſas Eccleſias miſſa eſt: ſed accidit, ut librariorum vitio inſcriptiones immutatæ ſint, atque hæc quam retulimus ad Ægyptios miſſa, loco illius ad univerſos ubique terrarum Epiſcopos ſcriptæ poſita habeatur, illa vero Univerſalis & Circularis ſub titulo ejus quæ data eſt ad Ægyptios & Africanos errore ſit collocata; quod ex ipſarum argumento nemo non intelliget. Subjiciemus hic ipſam Synodalem epiſtolam Encyclicam ab Athanaſio (b) recitatam, qua pariter quæ in Synodo Sardicenſi, uſque in eam horam qua ſcribebat, geſta erant, exacte ſunt enarrata, habet eamdem Theodoretus (c): deſcribemus nos hic illam ex Athanaſii textu, ex quo prior quoque accepta eſt, multa prætermittentes, quæ de cauſa ejuſdem Athanaſii in Synodo judicata, in litteris ad Ægyptios ſuperius recenſuimus. Apud Theodoretum inſcriptio ponitur, quæ in Athanaſio deſideratur, in qua numerantur

(b) Athan. Apolog. 2.

(c) Theod. l. 2. c. 8.

PAGIUS Dicebat Baſilius quod ſicut Marcellus deceperat doloſa Fidei Confeſſione Occidentales; ita & nunc Vitalis Apollinariſtarum Epiſcopus Damaſum. Ad quod cum Divus Gregorius reſpondiſſet, de duplici ſenſu, & quod de malo Formulæ ſenſu ipſe Apollinaris jam detectus, reprobatuſque eſſet ab ipſo Damaſo, ſcripſit de miſſis a Romana Eccleſia in Orientis ſubſidium Legatis, epiſt. 51. ad Athanaſium: *Quæritur & hoc a nonnullis illic, ut & nobis ipſis videtur neceſſario, ut Marcelli hæreſim illi cum venerint, tanquam malam & noxiam, & a ſana Fide alienam exterminent. Quoniam ad hunc uſque diem, in omnibus, quas ſcribunt litteris peſſime quidem audientem Arium ſurſum ac deorſum verſantes, anathematizare, atque ex Eccleſiæ eliminare non ceſſant; Marcellum autem, qui ex diametro reſpondentem Ario impietatem attulit atque contra eamdem Unigeniti, Divinitatiſque eſſentiam impie egit, Verbique appellationem male uſurpavit,* ne

tur diligenter provinciæ omnes, ex quibus Epiſcopi ad Synodum convenere; ſic enim ſe habet:

XXXVII. Epiſtola Synodalis Encyclica. *Sanctum Concilium ab Epiſcopis Romæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Campaniæ, Calabriæ, Africæ, Sardiniæ, Pannoniæ, Myſiæ, Daciæ, Dardaniæ, & Daciæ Inferioris, Macedoniæ, Theſſaliæ, Achajæ, Epiri, Thraciæ, Rhodopæ, Aſiæ, Cariæ, Bithyniæ, Helleſponti, Phrygiæ, Piſidiæ, Cappadociæ, Ponti, Phrygiæ Minoris, Ciliciæ, Pamphiliæ, Lydiæ, inſularum Cycladum, Ægypti, Thebaidis, Libyæ, Galatiæ, Palæſtinæ, Arabiæ per Dei gratiam Sardicæ celebratum; omnibus ubique Epiſcopis & miniſtris Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ dilectis fratribus in Domino S.*

Sæpe multumque in ſervos Dei rectæ fidei cultores audaciam ſuam exercuerunt Ariani, &c. Poſt aliqua vero, hæc ab exordio Actorum Sardicenſium (*a*) de Arianis:

De rebus geſtis in Synodo Sardicenſi. *Cum ad Sardorum civitatem acceſſiſſent, conſpectis ibi Athanaſio, Marcello, Aſclepa, aliiſque nonnullis, veriti ſunt in judicium prodire: & cum non ſemel aut bis, ſed iterum atque iterum citati eſſent, citationibus non obtemperaverunt, tametſi omnes Epiſcopi ſimul congregati eſſent, & in primis graviſſima ætate Oſius, homo & ob ævi longitudinem, & confeſſionem ſuam, & ob tantos ſuos labores omni reverentia dignus. Expectavimus igitur eos, & cohortati ſumus, ut in judicium prodirent, & ea, quæ rumoribus & litteris de comminiſtris noſtris abſentibus jactaverant, præſentes juſtis rationibus comprobarent. Verum illi, quantumcumque citati, prodire noluerunt.* Et paulo poſt: *Fugerunt autem, non ſolum quod ſycophantiam ſuam agnoſcerent, ſed quod præſto viderent qui ipſos de variis criminibus inceſſerent, qui vincula & ferrum promebant, quæ ſecum ab exilio extulerant. Cognati autem eorum, qui illic adhuc vincti aſſervantur, ibi quoque præſentes eorum oculis apparebant, unaque cum iis amici eorum quos ipſi trucidaverant: &, quod maximum eſt, aderant Epiſcopi, quorum aliqui ferrum & catenas ſibi ab ipſis inditas circumferebant, aliqui mortes illorum calumniis illatas deteſtabantur: eo enim furoris proceſſerant, ut etiam Epiſcopos interficere conarentur: & interfeciſſent, niſi eorum manibus erepti fuiſſent. Certe comminiſter noſter beatus Theodulus per calumniam eorum juſſus interfici, fuga ſalutem ſibi quæſivit: alii ictus gladiorum oſtentabant: alii famem toleratam conquerebantur, neque harum rerum vulgares homines, ſed integræ Eccleſiæ teſtes erant, quarum nomine legati, qui huc venerant, de militum gladiis, turbarum inſtigationibus, Judicum minis, adulteriis, & ſubornatis falſis litteris, certa documenta afferebant; lectæ enim ſunt litteræ, quas Theognis in fraudem Athanaſii, Marcelli, & Aſclepæ adulteraverat, ut Imperatores in hos viros concitaret: & hoc ita eſſe, hi qui Theognidi per id temporis diaconi fuere, commonſtrarunt; ut interim omittamus virginum denudationes, Eccleſiarum incendia, carceres eorum qui in ſacris miniſtri erant. Quæ ſcelera, nulla alia de cauſa, quam ob infauſtam abominandamque Arianorum hæreſin, commiſerunt. Omnia enim iſta mala coacti ſunt experiri, qui eorum communionem recuſabant. His igitur inſpectis, in arctum cogebantur eorum conſilia, cum & facta perpuderet confiteri, nec diſſimulandi ſpes eſſet.*

XXXVIII. De Arianis fugam arripientibus. *Venerant illi quidem in Sardorum civitatem, ut adventu ſuo exiſtimationem, quaſi non peccaſſent, excitarent. Ceterum cum eos accuſatores ſuos futuros eſſe conſpicerent, quos vel calumniis, vel calamitatibus affixerant, & inhærerent oculis, & ſub conſpectu eſſent rerum, quæ abjicerentur documenta: noluerunt ad citationem in judicio comparere, quamvis magna fiducia, & libertate a comminiſtris noſtris Athanaſio, Marcello, & Aſclepa inceſſerentur, querelas ſuas proponentibus, ac nulla non ratione provocantibus, cum denunciarent ſe eſſe paratos, non ſolum calumnias eorum refellere, ſed oſtendere quoque quæ contra Eccleſiam publice deliquiſſent. Igitur tanto metu correpti ſunt, ut ſe fugæ mandarent, & fugiendo calumnias ſuas patefecerint; &, quæ peccaverant, curſu illo confeſſi ſint. Et quamquam eorum pravitas non modo ex ſuperioribus, ſed ex iſtis quoque innoteſceret; tamen, ne de fuga ſua novum aliquod ſcelus machinarentur, decretum fuit, ut ſecundum veritatis rationem illorum fictæ fabulæ examinarentur.* Subditur ibi de Actis eorum contra Athanaſium confectis, de quibus ſatis ex eorumdem epiſtola ad Alexandrinos ſuperius dictum eſt, quibus recenſitis, hæc habentur de Marcello, ac ſubinde de Aſclepa:

XXXIX. De Marcello, & Aſclepa. *Recitata quoque ſunt ſcripta collegæ noſtri in ſacris Marcelli, & deprehenſa eſt Euſebii doloſa vafricies. Quæ enim Marcellus per modum quæſtionis tractaverat, ea tamquam ita eſſe profiteretur, calumniati ſunt. Recitata quoque ſunt in his quæſtionibus quæ intercederent, & ſubſequerentur, & inventa eſt bona, & recta fides iſtius viri; non enim ex Maria (ut ipſi aſſeverabant) Verbo Dei initium attribuit, neque finem ejus regno conſtituit, ſed regnum ejus initio, & fine carere*

(a) Athan. Apolog. 2.

ne ſemel quidem accuſare videntur. Occidentales, qui cauſam Marcelli aliquandiu ſilentio obvolverant, eum tandem damnarunt, ut patet ex Paulino Trevirenſi & Liberio Papa, poſt cujus ſententiam Marcellus ab omni ſub cœlo Eccleſia rejectus fuit.

ſcriptis prodidit. Hæc in præſens fuit Synodi ſententia, & antea Julii Romani Pontificis de Marcello, ſecundum ea quæ in publicum judicium allata erant: ſin autem ille aliter corde ſentiret (ut poſtea ex patefactis convictus eſt) nequaquam vertitur infamiæ Synodo ſecundum Acta edita judicanti. At mox ſubditur de Aſclepa in eadem epiſtola: *Aſclepas autem comminiſter noſter in ſacris prolatis Actorum monumentis Antiochiæ confectis, docuit eum ibi ſimul, & accuſatores, & ipſe Euſebius Cæſarienſis adeſſent, judiciis Epiſcoporum, qui huic cauſæ præſidebant, ſe innocentem pronunciatum eſſe*. Hæc ibi. Quod vero ad eumdem Aſclepam Gazæ Epiſcopum ſpectat, coivit aliquando hic cum Arianis ante Nicænum Concilium: ubi vero illud eſt celebratum, Catholicam fidem una cum Orthodoxis profeſſus eſt: quamobrem Euſebiani in eum exacerbati in Conventiculo Tyrio (ut Theodoretus (a) teſtatur) pravæ doctrinæ illum accuſarunt: ſed in Conventu Antiocheno (quinam hic fuerit, ignoratur) cauſa cognita, innocens ab Epiſcopis inventus eſt; verum ab eiſdem Euſebianis exagitatus, ſedeque ſpoliatus, Romam confugit ad Julium Romanum Pontificem: qui Actis contra eum diligenter inſpectis atque adverſariorum calumniis perſpicue patefactis, ipſum innoxium, ac dignum communione Catholica declaravit. Sed rurſum epiſtola:

(a) Theod. l. 2. c. 24. in fin.

XL. *Non igitur ſine cauſa, eſt dilectiſſimi, quod citati ſæpius non obtemperarint, ſed fugere maluerint; & conſcientia ad fugam propulſi, crimen ſuæ ſycophantiæ confirmaverint; & cauſam dederint, ut quæ accuſatores eorum præſentes objicerent, & demonſtrarent, pro veris haberentur: immo præter hæc omnia, depoſitos olim & ejectos ob Arianam hæreſin, non ſolum receperint, ſed ad majores gradus evexerint, ex diaconis presbyteros, ex presbyteris Epiſcopos facientes, non in alium uſum, quam ut impietatem diſſeminarent, latiuſque diffunderent, & piam fidem corrumperent. Quo in negotio poſt Euſebium facile principes ſunt Theodorus ab Heraclea, Narciſſus a Neroniade Ciliciæ, Stephanus ab Antiochia, Georgius a Laodicea, Acacius a Cæſarea Palæſtinæ, Menophantes ab Epheſo quæ eſt Aſiæ, Urſacius a Singidone Myſiæ, Valens a Murſis in Pannonia: nam & iſti eos qui ſecum ab Oriente deſcendebant Sardicam, non permiſerunt in ſacroſanctam Synodum introire, aut ullo modo ad Dei Eccleſiam appellere; & in itinere Sardicam verſus certis in locis Conciliabula in morem Synodi per ſe habuerunt, & fœdera cum interminationibus conflaverunt. Quapropter cum Sardicam perveniſſent, minime omnium judicio ſteterunt, aut in eumdem locum cum ſacra Synodo convenire voluerunt; ſed mox ubi eo perveniſſent, & pro perfunctoria ſpecie purgationis adventum ſuum oſtentaſſent, raptim inde aufugerunt.*

Anteſignani Arianorum.

XLI. *Rem ita actam eſſe, per comminiſtros noſtros Macarium * Palæſtinum & Aſterium Arabem, qui una cum ipſis in itinere fuerunt, & ab eorum infidelitate receſſerunt, reſciſcere licuit: qui cum ad ſacram Synodum veniſſent, ſimul & de vi, quam paſſi eſſent conqueſti ſunt; & quanta pravitate in rebus agendis uſi eſſent Euſebiani, indicarunt. Id quoque ab eis auditum, eſſe illic multos rectæ fidei cultores, quos iſti prohibuerunt ne huc venirent, pericula, minaſque ſi quis ab ipſis recederet, denunciantes: ac propterea curaſſe, ut omnes in itinere eodem domicilio uterentur, ne vel tantillum quiſpiam ab illis ſeorſum agere poſſet. Sed quia eorum ſycophantiæ, vincula, cædes, verbera, falſæ epiſtolæ, contumeliæ, virginum denudationes, exterminationes, evaſtationes, incendia eccleſiarum, tranſultuſque a minoribus civitatibus ad majores parœcias, &, quod eſt graviſſimum, denuo per eoſdem excitata contra rectam fidem infeliciſſima Arianorum hæreſis reticenda non ſit.*

* Arium.

De Macario ſive Ario & Aſterio.

XLII. *Ideo nos dilectas fratres & comminiſtros noſtros Athanaſium, Marcellum, Aſclepam, cum cæteris comminiſtris noſtris, innocentes & puros pronunciamus, litteris ad ſingulas parœcias miſſis, ut populi cujuſque Eccleſia cognoſcant ſui Epiſcopi ſinceritatem, eumque pro Epiſcopo & habeant, & expectent: iſtos autem more luporum in bonum Eccleſias invadentes, Gregorium, inquam, in Alexandriam, Baſilium in Ancyram, Quintianum in Gazam, eos neque Epiſcopos appellent, neque ullam cum eis communionem habeant, aut eorum litteras recipiant, aut viciſſim mittant. Theodorum autem, Narciſſum, Acacium, Stephanum, Urſacium, Valentem, Menophantem, & Georgium, metus cauſa huc ab Oriente non audentem venire, ſed tamen a beato Alexandro depoſitum, tum quia iſte & cæteri illi ſectatores ſunt Arianæ rabiei, tum ob reatum criminum, omnes ſacroſancta Synodus communi calculo exauctoratos omnino ab officio Epiſcopatus ſubmovet. Decrevimuſque eos non modo Epiſcopos non eſſe, ſed ne dignos quidem Fidelium communione: immo quia ſeparant Filium a Patre, & Verbum a ſuo Patre abalienant; æquum eſſe, eos ab Eccleſia Catholica ſeparari, & alienos indignoſque haberi Chriſtiano nomine. Sint vobis igitur anathema, eo quod verbum veritatis adulteraverunt: præceptum ſiquidem Apoſtolicum eſt: Si quis evangelizaverit vobis præter id quod accepiſtis, anathema ſit: cum his quidem ne quis communionem habeat, præcipite. Nihil commune luci cum tenebris: hos procul a vobis arcete, cum nulla ſit concordia Chriſto cum Belial: cavete interim, dilecti, ne vel ſcribatis ad eos vel*

Abſolvuntur a Synodo antea damnati ab Arianis.

eo-

Digitized by Google

eorum ſcripta recipiatis. Quin & vos quoque ſtudete, fratres & comminiſtri noſtri in ſacris obeundis, ut ſpiritu præſentes in noſtra Synodo idem ſuffragium conferatis per veſtras ſubſcriptiones, quo ab omnibus ubique ſacrorum miniſtris concordia ſervetur. Divina providentia ſanctos & lætos vos conſervet, dilecti fratres. Sequuntur poſt hæc nomina Epiſcoporum qui ſubſcripſerunt, de quibus ſuperius egimus.

XLIII. Appendix commentitia. Cæterum quæ eſt hic deſcripta ex Athanaſio epiſtola Synodalis Concilii Sardicenſis, apud Theodoretum aucta reperitur appendice, nempe tractatione ſeu regula Catholicæ fidei, quam quidem ab aliquo ſuperadditam eſſe, ex his quæ dicemus, facile quiſque perſuaderi poteſt. Cum enim Valentem & Urſacium ambæ ſuperius recitatæ Synodales epiſtolæ declarent fuiſſe Arianos, & ut ejus ſectæ homines ſententia omnium Epiſcoporum una cum aliis nominatis ſuperius Arianis eſſe damnatos: quomodo verum eſſe poteſt quod
(a) Theod. l.2. c.9. legitur in eadem appendice (a), eoſdem Urſacium & Valentem ejus fuiſſe ſententiæ, ut dicerent & Verbum Dei, & Spiritum ſanctum crucifixum eſſe, occiſum, mortuum, & a mortuis excitatum? procul namque aberat ab Arianorum ſententia ejuſmodi de paſſione Spiritus ſancti una cum Verbo poſitio, quorum hæreſis tres in Trinitate perſonas ſic ab invicem dividebat, ut non pateretur dici eaſdem eſſe ſubſtantia una conjunctas: ſed Sabellianis potius, qui Arianis ex adverſo pugnabant, affinis videri poterat ea ſententia, qui ſic prædicarent unam in Trinitate reperiri ſubſtantiam, ut tamen omnem perſonarum diſtinctionem adimerent: ex qua quidem aſſertione ſicut Filius, ita Pater & Spiritus ſanctus impie dicendi erant in carne paſſi. At contra de Arianis ibidem in eadem appendice mox ſubditur: *Porro iſta conjurata hæreticorum turba contendit varias Patris & Filii & Spiritus ſancti ſubſiſtentias eſſe, eaſque ſeparatas.* Subſiſtentiam pro ſubſtantia poni ibidem declaratur. Tantum igitur eſt dicere, Urſacium & Valentem ea ſenſiſſe de Spiritus ſancti paſſione una cum Verbo, quantum negare ipſos fuiſſe Arianos, cum tamen iidem cum ſociis Ariani dogmatis anteſignani eadem epiſtola ſuperius nominentur, & ſemper ſint Arianæ hæreſeos accuſati. Sed & cum iidem in Synodo & apud Julium Romanum Pontificem recantarunt palinodiam, oblatis ipſi libellis pœnitentiæ, ſeſe Arianam hæreſin deteſtari atque damnare profeſſi ſunt: at de hæreſi qua dicerent Spiritum ſanctum paſſum una cum Verbo, nulla prorſus eſt mentio in eorum libellis, quos inferius ſuo loco deſcribemus.

Atqui eadem facilitate qua Theodoretus, Sozomenus videtur errore lapſus, ut XLIV. Commentum de fide latius explicata.
appendicem illam vere eſſe putarit Concilii Sardicenſis, cum ita ait (b): *Eadem tempore quoque aliam fidei formulam ediderunt pluribus quidem verbis ſcriptam,* (b) Sozom. l.3. c.12.
quam quæ in Concilio Nicæno edita fuiſſet, ſed tamen eamdem complectentem ſententiam, & verbis non multum ab illa diſcrepantem. Ad extremum Oſius & Protogenes, qui principem locum inter Epiſcopos Occidentis, qui Sardicæ convenerant, obtinebant, veriti ne quibuſdam viderentur decreta Concilii Nicæni innovare, ſcripſere ad Julium, & teſtati ſunt ſe illa quidem rata habere; ſed quo facilius intelligerentur, eamdem pluribus verbis explicaſſe, eo conſilio, ne Ariani, qui brevitate formulæ fidei in eo Concilio editæ abutebantur, facultas ex verbis daretur imperitos in abſurdam aliquam opinionem rapiendi. Hæc Sozomenus: ſed plane nugæ ſunt iſtæ, & ab eo ſic ſcripta, vel quod putarit appendicem illam vere eſſe, ſicut epiſtolam, Concilii Sardicenſis, vel fortaſſe, quod inciderit in profeſſionem Arianorum latam nomine Synodi Sardicenſis, de qua paulo poſt dicturi ſumus: ea, inquam, cum ipſe legeret, illa addidit de excuſatione Oſii atque Protogenis apud Julium.

Verum in Concilio Sardicenſi nullam prorſus editam eſſe Catholicæ fidei regulam, nec priorem illam Nicænam vel uno verbo aut apice auctam, aut quovis prætextu explanatam, locupletiſſimus teſtis eſt Athanaſius (c), cum hæc diſertis verbis affir- XLV. Nulla edita fidei formula nova in Concilio Sardicenſi. (c) Athan. ad Antioch.

PAGIUS V. Photinus ſæpius damnatus. Ad num. XLIII. Petavius in Diſſert. de Photino Hæretico, ejuſque damnatione cap. 1. ſcribit *Photinum* in Synodo Sardicenſi damnatum auctore Epiphanio hæreſi 71. ubi Photinum narrat, *in Sardicenſi Occidentali Synodo depoſitum*. Ac ne ambiguum foret, quia ſecedentibus apud Sardicam Arianis, Synodus bifariam diviſa eſt, ab utra parte damnatum intelligeremus, a Catholicis damnatum affirmat, „ & hoc addit ipſe de ſuo. Sed itane, inquit „ Sirmondus in Diatriba ſecunda de Photino „ Hæretico, ut damnatum a Catholicis eo judicio Photinum credamus, in quo an Catho„ licorum quiſquam ſederit, incertum. Hære„ ticus omnium conſenſu præfuit, & primas „ partes egit Semiarianorum princeps Baſilius „ Ancyranus? Credet hoc affirmanti, qui vo„ let, nobis non perſuadebit. Porro cum da„ mnati Epiſcopatuque dejecti Photini nulla in „ Sardicenſibus Actis fiat mentio, & quæ de „ Photini exauctoratione, deque Baſilii cum „ Photino diſputatione ab Epiphanio tanquam „ Sardicæ geſta memorantur, eadem omnia Sir„ mienſem ad Synodum pertinere, Scriptores „ alii fidem faciant, parum perſpicacem videri „ oportet eum, qui Epiphanium, quod alii pri„ dem monuerunt, memoria lapſum hoc loco, „ Synodo Sardicenſi tribuere, quod Sirmienſi „ congruebat, caſſamque & inanem Auctoris ob„ ſervationem jacere non videat. Hæc Sirmondus, idque juxta Baronii ſententiam; qui uterque etiam recte docent primam Photini damna- tio-

affirmat, ſcribens ex Synodo Alexandrina ad legatos Apoſtolicæ ſedis Euſebium & Luciferum & alios Epiſcopos Antiochiæ conſidentes: *Tabellas* (inquit) *nonnulli jactant, quaſi ex Sardicenſi Synodo de fide conſcriptas: ne legi quidem ſemel, aut proferri ſinatis: nihil enim tale Concilium definivit. Quamvis enim certi homines nonnulla, quaſi quæ deeſſent Nicæno Concilio, adſcribere vellent, idque acriter contenderent; ſancta tamen Synodus, quæ Sardicæ convenit, indigne id tulit, decretoque ſancivit, ne quid ulterius de fide ſcriberetur; & ſeſe contentos eſſe Nicæna fide declararunt, ut cui nihil deeſſet, & in qua integra & ſolida pietas contineretur: neque edendam eſſe ullam profeſſionem fidei; ne illa quæ Nicææ ſcripta eſt, ſuos numeros non habere videretur; neve illis, quibus libido eſt, ſemper nova ſtatuere, occaſio hujuſmodi ſuppeditaretur, ut iterum atque iterum de fide definiant. Quapropter ſi quis hæc, aut aliud quidpiam cavillabitur; compeſcite illos, & ad ſtudium pacis inducite: nihil enim in iſtis cognoſcere poſſumus, niſi contendendi libidinem.* Hæc Athanaſius, qui & poſt multa, ſic prope epiſtolæ finem:

XLVI. Euſebii Vercellenſis ſubſcriptio. *His* (inquit) *etiam Euſebius Latine ſubſcripſit, quorum hæc interpretatio: Ego Euſebius Epiſcopus ſecundum exactam veſtram utrinſque partis confeſſionem, &c.* Ubi poſt nonnulla idem Euſebius Vercellenſis Epiſcopus ita ſubdit: *Deinde quia fama apud exteros increbuit de tabella Sardinianі Concilii; ne ea ultra Nicænam Fidem decreta eſſe putetur, meo ſuffragio denuntio, quo nihil luxamenti aut noxæ Nicænæ fidei inde oboriatur; neque eam ea de cauſa proferendam cenſeo.* Iſta Euſebius. Sic igitur utriuſque Orbis Orientalis & Occidentalis Epiſcoporum aſſertione, & Synodalibus quoque decretis teſtatum, firmatum, ſtabilitumque eſt, nihil ad ipſam fidem Nicænam additum quoquo modo a Concilio Sardicenſi fuiſſe. Ex quibus pariter erroris convincitur Vigilius (*a*) Epiſcopus Tridentinus, dum agens contra Eutychen, affirmat ſeptem capitula ad fidem ſpectantia, poſt illa quæ Nicææ ſtatuta eſſent, a Patribus Catholicæ profeſſionis in Sardicenſi Concilio fuiſſe addita; cum & ejus profeſſionis fidei illa verba plane adulterina recitat, quibus dicitur: *Hanc* (inquiunt) *expoſuimus fidem, in qua reperiuntur ſeptem definitionum capitula Nicænæ expoſitioni addidiſſe, quæ illi negabant, contra quos Concilium fuerat congregatum*: Hæc ibi.

(*a*) *Vigil. contra Eutych. l. 5.*

XLVII. Deſideratur Canon citatus ab Athanaſio. Vides ex his pariter ſuperius recitatis, inter alia decreta Concilii Sardicenſis deſiderari canonem illum, quo ait Athanaſius, qui præſens fuit, ſtatutum fuiſſe ne quid ulterius de fide tunc ſcriberetur: contentoſque ſe eſſe Nicænæ fidei Symbolo, Patres declaraſſe. Rurſum vero in dialogo Liberii Papæ cum Imperatore Conſtantio, qui recitatur a Theodoreto (*b*), de Mari Epiſcopo Chalcedonenſi, Urſacio & Valente hæc habentur: *Iidem in eodem Concilio Sardicenſi libellos ſupplices dederunt, poſtulaveruntque veniam pro eo, quod commentarios unius partis ſuffragiis per calumniam contra Athanaſium in Mareoto confecerant; quos libellos jam habemus in manibus.* Ita Liberius Papa coram Conſtantio Imperatore de Actis Sardicenſibus ore libero locutus eſt. Sed hæc cum non extarent in binis ſuperius ſacræ Synodi recenſitis epiſtolis, in quibus omnia quæ in cauſa Athanaſii hactenus eſſent geſta narrantur: in eam imus ſententiam, ut poſt datas illas epiſtolas ea de libellis dictorum Arianorum Epiſcoporum contigerint: multa quidem poſt ſcriptas eaſdem litteras facta eſſe Sardicæ ab Epiſcopis in Synodo commorantibus, quorum nulla fit mentio in eis; tum quæ dicta ſunt de Nicænæ fidei decreto, tum quæ ſubduntur, certam exploratamque fidem faciunt. Potuit autem perfacile contigiſſe, ut iidem Ariani Epiſcopi ſimul cum aliis diſſidentes, libellum illum ad Synodum Sardicam miſerint: cum alioqui de Valente atque Urſacio liqueat id genus alias (ut ſuo loco dicemus) Romano Pontifici obtuliſſe libellos, ſæpe pœnitentes, & in errorem iterum relabentes.

(*b*) *Theod. l. 2. c. 16.*

XLVIII. Rurſum vero ex S. Hilario (*c*) illud compertum haberi videtur, Conſtantium Imperatorem ad Synodum Sardicenſem litteras dediſſe, quibus profiteretur Filium

(*c*) *Hilar. cont. Conſt.*

Dei

PAGIUS tionem pertinere ad Synodum Antiochenam, quam anno CCCXLV. celebratam docuimus: in hujus enim Synodi Fidei Formula, quæ refertur ab Athanaſio Apologia 2. pag. 691. damnantur *diſcipuli Marcelli & Scotini ab Ancyra Galatiæ*, ubi Photinus *Scotinus* appellatus. Petavius in Diſſertatione laudata exiſtimat, *Photinum* primo damnatum in Synodo Conſtantinopolitana ab Hæreticis celebrata anno CCCXXXVI. fultus auctoritate Severi Sulpicii lib. 2. qui tradit, ipſum una cum *Marcello* præceptore ſuo Synodi judicio condemnatum eſſe etiam ante Sardicenſem. Quam Synodum Petavius præfatam Conſtantinopolitanam interpretatur. Sed jam certum eſt, Severum eo in loco errare, quam dum ſcribit, Sardicenſe Concilium ante Conſtantini Magni obitum congregatum fuiſſe. Prima itaque *Photini* damnatio contigit in Secunda Synodo Antiochena memorata; altera ad Concilium Sardicenſe, & tertia ad Concilium Mediolanenſe præſenti anno celebratum pertinet, ut mox videbitur. Quæ diverſæ *Photini* damnationes ſedulo obſervandæ ob controverſias poſt Baronii mortem exortas de variis hujus Hæretici damnationibus, Conciliiſque, in quibus illæ contigere.

VI. Ad *num.* XLVIII. Jus appellationum ad Sedem Romanam a Synodo Sardicenſi non inſtitutum, ſed confirmatum. Hoc enim ipſo, quo Romanus Pontifex eſt jure Divino omnium Epiſcoporum

pri-

Dei ejuſdem eſſe cum Patre ſubſtantiæ: ait unim in eum ſcribens: *Damnas quoque & ſubſtantiæ nomen, quo te in Sardicenſi Synodo & Sirmienſi pium eſſe, Occidentalibus mentiebaris.* Hæc Hilarius. Sed & Epiphanius (*a*) auctor eſt, in eodem Concilio Sardicenſi damnatum fuiſſe Photinum Epiſcopum Sirmienſem hæreſiarcham, de quo ſic ſcribit: *Photinus, ex quo ſunt Photiniani, hoc tempore vixit, & Epiſcopus ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ fuit: qui inſania non minima elatus & ſupra omnes ante ſe furioſus factus, ſimilia his quæ Paulus Samoſatenus docuit, de Filio Dei ſenſit, & verba maledicentia neutiquam conſiſtere valentia evomuit. Hic originem a Sirmio duxit, & quando zizanium in mundum invexit, quod temporibus Conſtantis * factum eſt, usque huc in vita ſuperfuit, a Synoda Occidentali in Sardica congregata ſubverſus ob eam quam evomuit blaſphemiam.*

(*a*) Epiph. hæreſi 71.
Photinus damnatus in Concil. Sardicenſi.
* al. Conſtantini.

XLIX. Photini blaſphemia.
Aſſerit autem hic, ab initio Chriſtum non eſſe, verum a Maria, & hucuſque ipſum exiſtere, ex quo Spiritus ſanctus (inquit) *ſupervenit in ipſum, & genitus eſt ex Spiritu ſancto. Spiritum autem ſanctum dicit veluti temerarius architectus, & velut inenarrabilium rerum cæli dimenſor, ſe putare Chriſti eſſe. Fuit hic Photinus loquax & acutæ linguæ, & qui multos poſſet ſermones pronunciare, & diſceptandi promptitudine decipere: ſæpe enim a multis confutatus, & poſt illam defenſionem ipſius tunc in Sardica factam, quando ab Epiſcopis vocatus fuit ad reddendum rationem de maligna a ſe propoſita fide, impetravit a Conſtantio Rege, veluti qui fruſtra depoſitus eſſet, ut rurſum acciperet auditores, coram quibus demonſtraret ſe fruſtra depoſitum eſſe.* At hæc poſtea. Sed putatur Epiphanius errore lapſus, & loco Sirmienſia poſuiſſe Synodum Sardicenſem; ſicut & Severus (*b*), qui de Photino cum agit, tradit eum ante Sardicenſem Synodum hæreſeos condemnatum, ejus quoque cauſam perductam eſſe ad eamdem Synodum, ibique confirmatum fuiſſe hæreticum, roboratamque ſententiam in eum antea promulgatam.

(*b*) Sever. l. 2. hiſtor.

L. Quod rurſum ſpectat ad Synodum Sardicenſem: præter illa etiam quæ ſuperius recitata ſunt, Socrates (*c*) atque Sozomenus (*d*) affirmant Paulum Epiſcopum Conſtantinopolitanum una cum Athanaſio eidem Synodo interfuiſſe: Arianos vero Epiſcopos fuiſſe hos adeo deteſtatos, ut, his in communionem ſuſceptis, noluerint Concilio cum aliis præſentes eſſe. Theodoretus (*e*) autem tradit de Paulo, vetitum ipſum fuiſſe a Catholico populo Conſtantinopolitano ad idem Concilium Sardicam progredi, quod ſciret paratas illi eſſe inſidias ab Arianis; quod & verius putamus; cum in duabus illis epiſtolis, ubi agitur de cauſa Epiſcoporum qui ab Arianis fuerunt calumniis & aliis diris exagitati, & de eorumdem facta in Synodo abſolutione, nullum penitus de Paulo verbum habeatur. Quomodo autem idem rurſus in exilium actus ſit, dicemus inferius.

(*c*) Socrat. l. 2. c. 20.
(*d*) Sozom. l. 3. c. 10.
De Paulo Epiſcopo Conſtantinopolit.
(*e*) Theod. l. 2. c. 5.

LI. Canones Concilii Sardicenſis.
Poſtquam igitur cauſæ diverſorum Antiſtitum tractatæ ſunt, & alia complura, quorum ſigna quædam tantum relicta eſſe meminimus: ultimo loco, ex more, ad ea quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectare viderentur tractanda, Patres iteratis ſacris Comitiis ſe converterunt: atque ſecundum diverſas Epiſcoporum ſuggeſtiones, rogante Oſio Synodi patrono ſententias Patrum, canones viginti & unus ab eiſdem ſanciti ſunt. Prima igitur ea Oſii Epiſcopi rogatio (*f*) fuit de prava conſuetudine, quæ irrepſerat in Eccleſiam, de Epiſcopis, qui humanæ gloriæ libidine incitati, e minoribus ad majores ſedes provehi laborarent; unde fiebat, ut, qui eſſent ejuſmodi, negotium faceſſerent iis qui majoribus præeſſent Antiſtites civitatibus. Recens erat exemplum Euſebii Nicomedienſis, qui poſt duas ſedes mutatas, Conſtantinopolim ſe transferri curavit, eum & ejectis ex ſuis ſedibus aliis Orthodoxis Epiſcopis, alii itidem Antiſtites, ſed minorum ſedium, ab Arianis provehebantur, quod facinus ſacra Synodus auſterius ſtatuit puniendum, nimirum, ut nedum hi inter Epiſcopos adnumerari non deberent, ſed ab omni penitus ordinis Eccleſiaſtici gradu dejecti, inter laicos commorarentur, immo ne laica quidem vel in fine vitæ communione impartirentur; adverſus quos tamen mitius olim egerat Nicæna Synodus (*g*), jubens eoſdem licet invitos in priſtinam ſedem debere reduci.

(*f*) Concil. Sard. c. 1.
(*g*) Concil. Nic. c. 15.

LII. Secunda (*h*) ea rogatio fuit, de Epiſcopis in alias provincias tranſeuntibus; quod

(*h*) Concil. Sard. c. 2.

PAGIUS

Jus appellationum Pontifici Romano aſſertum.

primus, & cæteris juriſdictione ſuperior, ac Eccleſiæ caput, conſequens eſt, ut ad ipſum, Epiſcopi, cum injuriam patiuntur, appellare poſſint. Quare jus appellationum Epiſcopalium ad Romanam Sedem Pontificii Primatus appendix eſt. Et revera, inquit Perronius Cardinalis in Replica ad Reſponſionem Magnæ Britanniæ Regis cap. 3. Si jus illud a Concilio Sardicenſi inſtitutum eſſet, qua ratione Julius Romanus Pontifex pluribus ante Concilium illud annis ad Euſebianos hæc ſcripſiſſet? *Oportuit ſecundum Canonem & non iſto modo, judicium fieri; oportuit ſcribere omnibus nobis, ut ita ab omnibus quod juſtum eſſet, decerneretur. Epiſcopi enim erant, & non vulgares Eccleſiæ, qui iſta patiebantur, ſed quas ipſi Apoſtoli ad Fidem inſtruxerunt. Cur igitur & inprimis de Alexandrina civitate nihil nobis ſcribere voluiſtis? An ignari eſtis hanc conſuetudinem eſſe, ut primum nobis ſcribatur, ut hinc quod juſtum eſt, definiri poſſit? Quapropter ſi iſtic hujuſmodi ſuſpicio in Epiſcopum concepta fuerat, id huc ad noſtram Eccleſiam referri oportuit.*

Petrus de Marca lib. 7. de Concordia cap. 3.

Digitized by Google

Cohibentur vagantes per diverſas ſedes.

quod non licere, niſi invitati fuerint ab aliis Epiſcopis ejus provinciæ, ſtatuit ſancta Synodus: & id quidem decretum ob Euſebianos, eoſdemque Arianos errores, qui longe a ſedibus ſuis per diverſas provincias ex animi ſententia vagarentur: inter quos Urſacius & Valens erant, qui cum in Myſia & Pannonia ſedes haberent, ſemper extra provinciam cum impietatis ſociis inventi ſunt. Sed quod ad hæc ſpectat; ambitioſis quoque illis Epiſcopis obviatum eſt (*a*), qui, alienæ ſedis cupidine, ad Epiſcopos aliarum Eccleſiarum ſe conferrent, in quibus diuturniores moras nectentes, oſtentantes ſcientiam, frequentes ad populum conciones haberent, ut ſic ſibi omnem gratiam conciliarent, a quibus expetendi eſſeot Epiſcopi, contemptui habito qui tunc eis præeſſet. Vetuit itaque ſancta Synodus, ne Epiſcopo, niſi gravis urgeret neceſſitas, ultra tres hebdomadas abeſſe liceret ab Eccleſia, cui præfectus eſſet Antiſtes: ſed ſi fundos in aliena diœceſi haberet, in illis liceret poſt tres hebdomadas commorari, ſi neceſſitas illic eum detineret.

(*a*) *Concil. Sard. c. 24. 25.*

LIII. Horum quoque cauſa illud videtur adjectum (*b*); ut, ſi quis in judicio comprovincialium Epiſcoporum ſe injuſte damnatum putet, liberum ſit ei ad Romanum Pontificem provocare: qui, ut libuerit, vel judicata confirmet, vel denuo eamdem cauſam cognoſcat. Quis enim non intelligat hæc occaſione eorumdem Arianorum renovata fuiſſe; qui adeo indigne ferebant, condemnatos a ſe Epiſcopos Marcellum, Aſclepam, Athanaſium, Paulum, & alios, eoſdemque ſe de depoſitos, per Julium abſolutos eſſe, & ſedi priſtinæ reſtitutos? Sed & quod pendente Athanaſii cauſa coram Julio Romano Pontifice, Euſebiani, qui eum condemnaverant, in ejus locum, non expectata ſententia ipſius Julii, Gregorium Epiſcopum ſubrogaverunt; inde factum eſt, ut Gaudentius (*c*) Antiſtes ſuggereret, addendum eſſe decretum, ne liceret aliquem ſufficere in locum damnati Epiſcopi, dum ille, qui Romanum Pontificem appellaſſet, ejus expectaret ſententiam.

(*b*) *Eod. Conc. c. 3.* De appellatione ad Rom. Pont.

(*c*) *Ibid. c. 4.*

LIV. Ex Oſii quoque rogatione ſtatutum (*d*), ut vicinioris provinciæ Epiſcopi supplerent Antiſtitum ordinationem, quos comprovinciales ordinare neglexerint. His etiam additum, ne fas eſſet in vicis & modicis civitatibus, quibus ſatis unus presbyter eſſe poſſit, Epiſcopum ordinari: quod decretum ea de cauſa ſancitum eſt, quod Ariani Iſchyram Epiſcopatu ad calumnias in Athanaſium extruendas redemptum ab iiſdem (ut ſuperius diximus) Epiſcopum ſui ipſius vici crearunt. Rurſum per Oſium (*e*) inculcatum eſt de Epiſcopis depoſitis appellantibus ad Romanum Pontificem, ut liberum ſit eidem vel cauſam delegare finitimis Epiſcopis; aut, ſi velit, e latere presbyteros in provinciam mittere.

(*d*) *Concil. Sard. c. 5. 6.*

Ne Epiſcopi dentur parvis civitatibus.

(*e*) *Ibid. c. 7.*

LV. Suggerente quoque Grato Epiſcopo Carthaginenſi, qui primus nominatus reperitur ejus civitatis Antiſtes poſt Rufum qui ſucceſſit Cæciliano, illud etiam in ſancta Synodo definitum (*f*), ne liceret Epiſcopis ad Comitatum proficiſci, ad Curiam ſcilicet ubi ageret Imperator, niſi ab eodem Imperatore vocatis. Cum autem miſerabilium perſonarum auxilium ab Eccleſia expoſcentium incubuerit neceſſitas ab Imperatore indulgentiam, vel, quod æquum eſt, obtinendi; harum preces ab Epiſcopo non eſſe deſpiciendas, ſed ut per diaconum agat, qui acceptis quoque a Primate commendatitiis litteris, ad Imperatorem accedat, monuit S. Synodus: & ſi in Urbem venire contingat, Romano Pontifici libellos precum aperiendos eſſe definiit; quæ cuncta prius examinet, & curet, ſi digna ſibi viſa fuerint, ut ad Comitatum magna diligentia perferantur. Additumque his eſt ex ſuggeſtione Gaudentii, ne Epiſcopi qui in Canalio ſunt, recipiant Antiſtites ad communionem, quos non vocatos ab Imperatore, vel abſque litteris Primatis contigerit proficiſci ad Comitatum, carituros honore & dignitate, qui eo modo ad Imperatorem contenderent. Dicebantur autem Epiſcopi illi in Canalio conſtituti, qui ſedes haberent in curſu publico, via ſcilicet qua equi publici per ſtationes ſingulas diſpoſiti eſſent ad iter agendum, ut Imperatorum (*g*) reſcripta declarant. Epiſcopi igitur peregrinos Antiſtites monitos litteris commendatitiis cum ſuſciperent; legitimis illis inventis eiſdem ſubſcribere ſe ſoliti erant, & ſic reli-

(*f*) *Concil. Sard. c. 8. 9. 10. 11. 12.*

De proficiſcentibus ad comitatum.

(*g*) *l. 15. de cauſa publ. C. Theod.*

PAGIUS

Refellitur ſententia Petri de Marca circa appellationes ad Papam.

exiſtimat, jus in Synodo Sardicenſi quæſitum Epiſcopo Romano, diverſum prorſus eſſe a judicio appellationis, nihilque aliud ei conceſſum, quam ut decernere poſſet cauſæ retractationem. Quippe, inquit, Synodus ſtatuit, ut ſi Epiſcopus damnatus Romanum Pontificem appellarit, in poteſtate ejus ſit, appellationem reſpuere, quo pacto ſententia Epiſcoporum Provinciæ confirmabitur, aut eam admittere. Quo caſu debet Epiſcopus Romanus judicium integrum remittere ad Epiſcopos Provinciæ, & ad finitimos, ut illi cauſæ cognitionem ſuſcipiant, præſente Legato Summi Pontificis, ſi lis exiſtimaverit mittendum eſſe. Hæc ille. Verum, ut jam Viris doctis obſervatum, Synodus hæc non ſolum jus concedendi reviſionem, ſed poteſtatem judicandi appellationes ab Epiſcopis depoſitis factas ad Romanam Sedem, Romano Pontifici aſſeruit & confirmavit. Quod ex eo conſtat, quod Romano Pontifici Concilium hoc auctoritatem attribuit, non ſolum dandi novos judices, Epiſcopos nimirum ex viciniori Provincia, ſed etiam diſcutiendi ſententiam ab eis latam, & de ea judicandi, ſi Epiſcopus depoſitus, ab eis provo-
ca-

by Google

reliqui omnes penes quos in itinere hoſpitari contingeret. Cæterum ne eos reciperent, neque eorum ſubſcriberent litteris, ad communionemve admitterent, qui carerent litteris primæ ſedis Epiſcopi, admonuit ſancta Synodus.

LVI. (a) Concil. Sard. c. 13. De his quæ ſpectant ad ordines. (b) Ibid. c. 16. 27. (c) Ibid. c. 18. 19. (d) Ibid. c. 20. 21.

De ordinatione (*a*) quoque Epiſcoporum ſuggeſſit Oſius, ne laicus poſtulatus Epiſcopus ordinari deberet, niſi in ſingulis Eccleſiaſticis ordinibus prolixo tempore exercitatus atque probatus foret. Illud etiam ſuggeſſit (*b*) Oſius, non debere clericum excommunicatum recipi ab alio Epiſcopo: injuſte autem ab Epiſcopo ſuo communione privatus permittitur finitimorum Epiſcoporum judicium implorare. Sed (*c*) & ne Antiſtes alienum clericum ordinet, & ſuis locis præficiat, fuit ſuggeſtio Januarii; horumque ordinationem eſſe irritam, S. Synodus confirmavit. Ab Ætio (*d*) Epiſcopo Theſſalonicæ de clericis diutius extra ſuas Eccleſias commorantibus exhibita querela eſt: de quibus Patres illud decreverunt, ne iidem, ſicut Epiſcopi, ultra tres hebdomadas a ſuis Eccleſiis abeſſe deberent: *Niſi (quod Olympius Epiſcopus addidit) contingeret clericum ob fidei Catholicæ confeſſionem pati perſecutionem, & ea cauſa expelli, vel extorrem fieri.* Hactenus de iis, quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectare viſa ſunt, Patres in Concilio Sardicenſi. Quod autem in Latina editione habetur, eidem ſubſcripſiſſe Epiſcopos centum viginti unum, deſideratur in Græcis exemplaribus, quæ extant apud Theodorum (*e*) ejuſdem Synodi canonum interpretem, qui trecentos quadraginta & unum Epiſcopos Sardicæ conveniſſe, atque hæc decreviſſe, teſtatur: deeſt tamen in Græcis exemplaribus canon decimus-octavus.

(e) Theod. Balſ. apud Nomoc. Phot. in præfat. ad Conc. Sar.

LVII. Concilium Sardicenſe Latine editum.

Auctor eſt Dionyſius cognomento Exiguus in epiſtola ad Stephanum Papam, quæ extat in Collectione Creſconiana, ipſum Sardicenſe Concilium a principio inter Latinos Latine editum eſſe: ſed & Græce quoque ſcriptum a Græcis, teſtatur Nicolaus Romanus Pontifex in epiſtola ad Photium, cujus exordium eſt, *Innumerabilium*, dum ait: *Quomodo autem non eſſe apud vos Sardicenſes canones, ita ſolus aſtruere poteris, cum non ſolum Latina, verum etiam cum aliis a Græca lingua hominibus ſtatuti ſint & promulgati? quia de re credibile non eſt, quod ibi definitum eſt, unumquemque ipſorum minime propria lingua tradidiſſe.* Hæc ipſe.

LVIII. Photii turpis tergiverſatio.

Quæ enim in ſacroſancto Oecumenico Sardicenſi Concilio ſive in cauſis Epiſcoporum definita ſunt, ſive ad diſciplinam Eccleſiaſticam componendam a Patribus conſtituta, eademque ab univerſa Catholica Eccleſia accepta, atque obſervationis uſu probata, ab uno Photio ignorari callide ſimulari, indigno paſſus eſt animo idem Romanus Pontifex, cujus juſtiſſima extitit illa querela ſcribentis ad eumdem Photium Epiſcopum Conſtantinopolitanum: eſt ejus epiſtolæ exordium: *Poſtquam beato Petro, &c.* Cum ex præſcripto canonis Sardicenſis ejus ordinationem illegitimam fuiſſe demonſtraret; quando ille ad eundem Pontificem Romam reſcribens, non reperiri apud ſe canones, turpiter mentitus eſt; quem rurſum idem Nicolaus his quoque verbis compellat (*f*): *Quod vero dicitis, neque Sardicenſe Concilium, neque decreta alia vos habere ſanctorum Pontificum, vel recipere; non facile nobis facultas credendi tribuitur; maxime cum Sardicenſe Concilium, quod penes vos in veſtris regionibus actum eſt, & omnis Eccleſia recepit: qua ratione convenerat, ut hoc ſancta Conſtantinopolitana Eccleſia abjiceret, & (ut dignum eſt) non retineret? Decretalia autem quæ a ſanctis Pontificibus primæ ſedis Romanæ Eccleſiæ ſunt inſtituta, cujus auctoritate atque ſanctione omnes Synodi & ſancta Concilia roborantur, & ſtabilitatem ſumunt, cur vos non habere, vel obſervare dicitis, niſi quia veſtræ ordinationi contradicunt, & ex laico ſubito ad culmen Patriarchatus tranſvolare reſiſtunt?*

(f) Nicol. Pont. epiſt. 4. in vet. edit.

LIX. Photii dolus malus.

Quod igitur ſentiret Photius ſuam ipſius ordinationem ex canone decimotertio Sardicenſis Concilii labefactari, ac penitus deſtrui, prohibente ne quis ex laico ad Epiſcopalem ſedem abſque diuturna in quolibet inferiore gradu exercitatione promoveretur; negabat veteratorie penes ſe reperiri canones Sardicenſes. Mira plane calliditas hominis verſipellis, & pudenda tergiverſatio, negantis eſſe Conſtantinopoli dictos canones, quos ipſemet in ſuo Nomocanone honoris cauſa crebro inter primos intexuit; & illius canonis Con-

PAGIUS caverit. Canon enim IV. ſic habet: *Cum aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit, eorum Epiſcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum ſibi negotium in urbe Roma, alter Epiſcopus in ejus Cathedra, qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur, niſi cauſa fuerit in judicio Epiſcopi Romani determinata.* Ita hunc Canonem intellexere Græci Interpretes Zonaras, & Balſamon, qui ſecundam appellationem a Romano Pontifice judicari poſſe, ſecundum iſtius Canonis ſenſum agnoſcunt, eam nimirum quam ab Epiſcopis viciniorum Provinciarum, & ab earum ſententia Epiſcopi depoſiti interjecerint. Quæ contra hæc Vir doctiſſimus affert, jam ab aliis confutata, oſtenſumque, appellationum uſum, cum in Eccleſia Orientali, tum in Occidentali poſt Concilium Sardicenſe frequentem fuiſſe; ejuſque initia perperam detrudi ab eodem doctiſſimo Præſule ad Concilii Trullani tempora in Eccleſia Græca, & ad octavum ſæculum in Latina. Canones in hoc Concilio ſancitos explicat Chriſtianus Lupus in parte I. Decretorum & Canonum Synodorum Generalium & Provincialium.

cilii Sardicenſis de his qui perperam ex laicis fiunt Epiſcopi (*a*), idem ipſe meminit, cum alioqui & cæterorum ejuſdem Concilii canonum ſit apud eum in eodem ſuo ipſius commentario frequentiſſima mentio (*b*).

(*a*) *Phot. Nomoc. tit. 9. c. 11.*

LX. Duo naufragia Concilii Sardicenſis.

Sed & de Sardicenſi Synodo illud non omittendum, duplicí ex cauſa haud levem paſſam eſſe jacturam: ac primum quidem quod Marcellum Epiſcopum Ancyranum abſolverit, qui compertus poſtea fuit eſſe hæreticus Sabellianus: unde non parva occaſio patuit Arianis obloquendi in idem Concilium, in quo abſolutus fuiſſet, qui ab ipſis antea hæreſis damnatus eſſet, ac poſtea, qualis re vera exiſteret, fuiſſet compertus hæreticus, condemnatus quoque deinde ſententia Athanaſii; de quo hæc Severus (*c*): *Interjecto deinde tempore Athanaſius, cum Marcellum parum ſanæ fidei eſſe, penitus comperiſſet, a communione ſuſpendit. Cæterum antea innocens, poſtea depravatus, videri poterat etiam tum nocens fuiſſe, cum de eo fuerat judicatum. Nacti igitur Ariani iſtiuſmodi occaſionem, conſpirant penitus Sardicenſis Concilii decreta ſubvertere: etenim eis color quidam ſuppetere videbatur, quod tam injuſte fuiſſet pro Athanaſio judicatum, quam Marcellus fuerat abſolutus, qui nunc etiam Athanaſii judicio hæreticus eſſe probaretur: namque Marcellus Sabellianæ hæreſis aſſertor extiterat.* Hucuſque Severus.

(*b*) *Tit. 1. c. 5. 6. 12. 26. Tit. 2. c. 11. Tit. 8. c. 2. 3. 4. 5. 7. Tit. 9. c. 5. 6. 10. 14. Tit. 10. c. 6. Tit. 13. c. 8.*
(*c*) *Sever. hiſtor. ſacr. lib. 2.*

LXI. Baſilius Magnus quid de Marcello.

At non tantum penes Arianos fuit querela iſta de Synodo Sardicenſi, ſed & viri Catholici magni nominis ea de re conqueſti ſunt, quod Marcellus ſcilicet aliquando fuiſſet in communionem acceptus. Siquidem Baſilius (*d*) hæc de ipſo ſcripſit ad Athanaſium, cum libros ab eodem Marcello conſcriptos legiſſet: *Quæritur* (inquit) *& hoc a nonnullis illic* (*ut & a nobis ipſis videtur acceſſario*) *ut Marcelli hæreſis illi, cum venerint*, legati ſcilicet a Romano Pontifice in Orientem miſſi, *tamquam malam ac nocivam & a ſana fide alienam exterminent. Quoniam ad hunc uſque diem in omnibus quas ſcribunt litteris, peſſime audientem quidem Arium ſurſum & deorſum verſantes, anathematizare, atque ex Eccleſiis eliminare non ceſſant: Marcellum vero, qui ex diametro reſpondentem Ario impietatem attulit, atque contra eamdem Unigeniti, divinitatiſque eſſentiam impie egit, Verbique appellationem male uſurpavit, ne ſemel quidem accuſare videntur: quod Verbum quidem Unigenitum vocari tradit ratione miniſterii & diſpenſationis, & quatenus in tempore natus prodiit; cæterum ad eam, unde egreſſus erat, reverſum, nec ante egreſſum fuiſſe, nec poſt regreſſum ſubſiſtere. Et hujus experimentum ac demonſtrationem reconditi apud me iniquæ illius ſyngraphæ libri continent. Attamen iſtum nequaquam reprobare viſi ſunt: & per hæc culpandi veniant, ut qui ab initio illum per ignorantiam veritatis in Eccleſiaſticam etiam communionem receperint. Igitur & illius, ut decet, fieri mentionem, præſentia negotia expoſcunt. Itaque ne occaſionem habeant qui occaſionem quærunt, ex eo quod ſanctitati tuæ conjunguntur qui fide ſani ſunt, manifeſtandi ſunt omnibus, qui ad veram fidem claudicant; & ut poſthac cognoſcamus conſentientes; & non perinde atque in nocturna pugna, inter amicos & inimicos ſine diſcrimine verſemur.* Hæc Baſilius.

(*d*) *Baſil. epiſt. 52.*

LXII. Marcellus ſero cognitus ab Athanaſio.

His plane declaratur, nondum Marcellum eo tempore damnatum, ſed, quod ait Severus (*e*), poſtea ipſum ab Athanaſio fuiſſe a communione ſuſpenſum, qui antehac inter Catholicos glorioſe profitebatur; quippe qui, cum urgeretur ab aliquo, munitum ſe ajebat communicatione Julii Romani Pontificis & Athanaſii: teſtatur enim id S. Hieronymus, dum de eodem ait (*f*): *Marcellus Ancyranus Epiſcopus ſub Conſtantio & Conſtante Principibus floruit, multaque diverſarum* uno-

(*e*) *Sever. l. 2.*
(*f*) *Hieron. de Scrip. Eccl. in Marcello.*

bitur

PAGIUS VIII. *Secunda Synodus Mediolanenſis adverſus Photinum coacta.*

Celebrata hoc anno ſecunda *Synodus Mediolanenſis* conflata ex Epiſcopis Catholicis, in qua damnatus *Photinus*, & *Valens* ac *Urſacius* in communionem recepti. Hanc Synodum Baronius anno CCCL. coactam credidit, & Petavius in Diſſert. de Photino Hæretico cap. I. perperam cum priori Mediolanenſi anno præterito coacta confudit, ſed hoc anno habitam agnovit. Contra vero Sirmondus in Diatriba ſecunda adverſus eam Petavii Diſſertationem, priorem Synodum Mediolanenſem accurate ſuo anno reddidit, ſed male hanc ſecundam commentitiam exiſtimavit. Petrus de Marca Eruditiſſimus Pariſienſium Præſul in Diatriba de tempore Synodi Sirmienſis Plenariæ; & de Valentis & Urſacii venia, a numero X. ad XX. hanc ſecundam Synodum Mediolanenſem ſedulo explicat, ex quo hæc a nobis mutuata. Biennio præceſſit Romanam, de qua infra. Hæc Synodus habita, ut in *Photini* cauſam inquireretur, quemadmodum diſerte docet Hilarius in Fragmento de Synodis. Numeroſiorem eſſe Synodum oportebat, cum de ſtatu Metropolitani Epiſcopi, & de cauſa Fidei ageretur. Itaque & Italicæ Diœceſis, cujus caput erat Mediolanum, & Illyricianæ, ex qua erat Photinus, & Urbicariæ ſeu Romanæ Diœceſeos affuiſſe Epiſcopos non eſt dubium; cum Eccleſiæ Romanæ Legatos huic Synodo Mediolanenſi aſtitiſſe teſtetur Hilarius, & celebratam fuiſſe præſentibus Romanæ Eccleſiæ Presbyteris doceat epiſtola Concilii Ariminenſis, in qua habetur: *Ea de cauſa Urſacius & Valens a noſtra communione ſegregati fuere, quam ut denuo recuperarent, de peccatis ſuis, in quibus ſe conſcios cognoſcebant, pœnitentiam veniamque poſtularunt, ut eorum ſyngrapha teſtantur: & ob id illis venia gratiaque facta eſt. Hæc autem per id temporis facta ſunt, cum Mediolani Synodus in conſeſſum ibat, præſentibus ibidem Romanæ Eccleſiæ Presbyteris.* Præſentibus, inquam, Romanæ Eccleſiæ Legatis, non autem Conſtantino præſente, ut ſe habet lectio epiſtolæ Concilii Ariminenſis apud Hi-

Baron. an. 350. n. XVIII. & ſeqq.

la-

libros ſcripſit volumina, & maxime adverſus Arianos. Feruntur contra hunc Aſterii & Apollinarii libri, Sabellianæ eum hæreſis arguentes: ſed & Hilarius in ſeptimo adverſus Arianos libro, nominis ejus, quaſi hæretici, meminit. Porro ille defendit, ſe non eſſe ejus dogmatis, cujus accuſatur, ſed communione Julii & Athanaſii, Romanæ & Alexandrinæ urbis Pontificum, ſe eſſe munitum. Hactenus Hieronymus.

LXIII. Marcellus diu ſub Catholico pallio latuit. Sic igitur Marcellus ſemper inter Orthodoxos Catholicam fidem profiteri conatus eſt; quippe qui primum omnium (ut diximus) in Concilio Niceno vehementiſſime Arii hæreſin oppugnavit: rurſum Romæ (ut vidimus) apud Julium cauſam dicens, id ipſum præſtitit, cum edita fidei profeſſione, ſe courraria illis ſentire ab his, quibus impugnabatur, cum Julio, tum omni Eccleſiæ demonſtravit; quemadmodum poſtea in Sardicenſi Concilio: In quo, inquiunr Patres in Synodali tunc ſcripta epiſtola (a): (ut hæc nunc neceſſario repetamua) *Recitata ſunt quoque ſcripta collegæ noſtri in ſacris Marcelli, & deprehenſa eſt Euſebii doloſa vafricies. Quæ enim Marcellus per modum quæſtionis tractaverat, ea tamquam ita eſſe profiteretur, calumniati ſunt. Recitata quoque ſunt in his quæſtionibus quæ intercederent & ſubſequerentur, & inventa eſt bona & recta fides viri. Non enim ex Maria (ut ipſi aſſeverabant) Verbo Dei initium attribuit, neque finem ejus regno conſtituit; ſed regnum ejus initio & fine carere ſcriptis prodidit.* Hæc de Marcelli cauſa in Synodo perveſtigata Patres Concilii Sardicenſis: quæ quidem cum ex adverſo pugnent his quæ ex ſcriptis ejuſdem Marcelli ſanctus Baſilius ad ſanctum Athanaſium ſcripſit; manifeſtum redditur, alia a Marcello ſcripta eſſe, quibus ea tam abſurda liquido explicarentur: ut nullum plane faciendum ſit negotium Synodo Sardicenſi, ſi quid poſt ipſam Marcellus impie delliravit, vel, quod impie antea crediidiſſet occultavit: ſicut

(a) Ad Apud Athanaſ. Apolog. 2.

nec adſcribendum eſt Niceno Concilio; cum Arium & Arianos vel hæreſin occultantes, vel palinodiam recantantes, vel Catholicam fidem profitentes ſuſcepit: cum iidem poſtea ad vomitum reverſi ſunt. Porro ex illa ipſius Marcelli fidei profeſſione Romæ facta coram Julio, quam ſcripto edidit, & in orbem vulgari petiit (recitatur ipſa integra ab Epiphanio *b*) (b) Epiph. hæreſ. 72.
de his quæ cum ab Acacio Ariano, tum a Baſilio in eum ſcripta habentur, Marcellus immunis redditur: atque ob eam cauſam injuſta eſt expoſtulatio de Julio, Athanaſio, & Sardicenſi Concilio, quod Marcellum omni labe purgatum ex illa confeſſione ad communionem admiſerint.

Cæterum qui cuncta Marcelli accuratiſſime perſcrutatus eſt Epiphanius, & quando de eo ſcripſit (ut ipſe teſtatur) idem Marcellus nonniſi ante biennium e vita exceſſerat, affirmat de ipſo varias fuiſſe diverſorum ſententias: nam ait (c): *A quibuſdam inceſſitur ex parte (veluti dixi) tamquam qui Sabellianorum nugas habuerit: quidam vero pro ipſo rationem reddiderunt, non ſic rem habere, ſed recte ipſum vixiſſe, & recte ipſum quoque ſenſiſſe affirmarunt; quare multa de hoc quæſtio fuit: & occulta quidem mentis Deo nota ſunt.* Hæc Epiphanius; quibus plane declarat, ex prioribus Marcelli ſcriptis, ipſum hæreticum fuiſſe, convinci minime potuiſſe; ſecus autem ex his quæ poſtea edidit; ſic enim ſubdit: *Hic vero cum voluerit quædam diffuſius apud quoſdam dicere, declaravit ſe cum Sabellio ſentire: quapropter etiam ipſe inter hæreticos adnumeratus, ac confutatus eſt.* Ita ipſe; qui & rurſus inferius, iſta ab eo fuiſſe emendata, Athanaſii teſtimonio demonſtrare videtur, cum ait: *Interrogavi aliquando ipſa beatum Papam Athanaſium de hoc Marcello, quo modo de eo ſentiret: ille neque ipſum defendit, neque rurſum graviter adverſus eum invectus eſt; verum ſolum eiſi levi edito, oſtendit, flagitium non magnum ipſum*

LXIV. Qualis cauſa Marcelli.

(c) Epiphan. hæreſ. 72.

PAGIUS

larium, quæ laborat interpunctione. Itaque ſenſus reſtituetur, inquit Petrus de Marca, ut idem cum eadem epiſtola ab Athanaſio & Socrate relata ſignificet, ſi interpunctio ponatur poſt hæc verba, *Eccleſia Romana. Conſtantino præſente in hoc, cum magno examine fuiſſet conſcriptum, quod tenens, baptizatus ad quietem Dei commigravit, nefas putamus inde aliquid mutilare.* In hoc, id eſt, in Niceno tractata, cujus meminit ſuperius.

IX. Epiſcoporum Catholicorum fuit. Sane Conventum iſtum Mediolanenſem Catholicorum Epiſcoporum fuiſſe, recte probat Petavius, tum ex Legatorum Romanæ Eccleſiæ præſentia, tum ex verbis Hilarii, qui docet tam liquido, in ea Synodo Arianam hæreſim fuiſſe proſcriptam; tam præcipue quod Urſacius & Valens, qui a Sardicenſi Synodo abſtenti fuerant, rogata venia in gratiam recepti ſunt, ut docet epiſtola Synodi Ariminenſis, & ipſe libellus oblatus Julio ab Urſacio & Valente apud

Hilarium. Itaque cum apertiſſime conſtet, Mediolanenſem hanc Synodum & Romanam habitas eſſe poſt Synodum Sardicenſem, & ante obitum Conſtantis, id eſt, ab anno CCCXLVII. ad initium anni CCCL. & Mediolanenſis biennio Romanam præcedat, neceſſario ſequitur, primam cadere ſub finem currentis anni, aut exordium ſequentis, Romanam vero in annum CCCXLIX.

Sed hic gravis quæſtio, quæ Viros doctiſſimos exercuit, non diſſimulanda. Sirmondus enim loco citato fultus Hilarii teſtimonio, & ipſo libelli ſupplicis ab Urſacio & Valente porrecti exemplo, veniam & Eccleſiæ pacem a *Julio Papa* impetraſſe ambos illos Hæreticorum duces ab errore reſipiſcentes docet. Unde robuſte colligere ſe putat, eos non fuiſſe reſtitutos in Synodo Mediolanenſi, quæ biennio præceſſerit pacem illis a *Julio* datam. Quare ſibi perſuadet, per errorem hujus reconciliationis Mediolani peractæ X. Urſacius & Valens in Concilio Mediolanenſi ad communionem fu[..]ſſe.

ſum eſſe: ſed habebat eum velut qui ſe purgaſſet. Ita Epiphanius; qui & inferius, qualis eſſe ſoleret Marcelli profeſſio & diſcipulorum ejus, quibus confeſſores & alii non immerito communionem impartirentur, & Athanaſius quoque cum eiſdem communicaret, declarat ex eorum epiſtola ad Epiſcopos confeſſores ſcripta, quam recitat, eſtque hujuſmodi (a) hac notata inſcriptione: *Fides Marcelli conſcripta*:

(a) Epiphan. hæreſ. 72.

LXV. Epiſtola diſcipulorum Marcelli.

Reverendiſſimis ac ſanctiſſimis Epiſcopis in Diocæſarea exulantibus propter Orthodoxam in Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum fidem, Eulogio, Adelphio, Alexandro, Ammonio, Harpocrationi, Iſaac, Iſidoro, Annubioni, Piteno, Euphratio, Aaroni, presbyteri in Ancyra Galatiæ Photinus, Euſtathius, alius Photinus, Sigerius, & diaconus Hyginus, & hypodiaconus Heracides, & lector Elpidius, & Præſes Cyriacus in Domino gaudium.

Cum nos profecti fuerimus ad veſtram pietatem a prædicta noſtra patria debitam viſitationem facientes; & cum nos interrogati ſimus a veſtra ſanctitate de fide noſtra, quomodo hac parte habeamus; & ſuſceperimus veſtram ejuſmodi ſolicitam interrogationem, quam maxime feciſtis propter eos qui vane de nobis falſa divulgare volunt: neceſſarium duximus, vos de hoc certiores facere non ſolum ex oſtenſis veſtræ ſanctitati a nobis litteris, quas ad nos beatiſſimus Papa Athanaſius ſocialiter ac familiariter ſcripſit, ſed etiam ex hac noſtra conſcripta confeſſione, quod neque ſentimus neque ſenſimus umquam aliquid extra decretam in Nicæa univerſalem & Eccleſiaſticam fidem, quam ſane confitemur nos potenter ſentire, deteſtantes eos qui audent creaturam dicere Spiritum ſanctum, & hæreſin Arianam, Sabelliique, ac Photini & Pauli Samoſateni, & eos qui non dicunt ſanctam Trinitatem tres perſonas incircumſcriptas, & in ſubſtantia exiſtentes, & coeſſentiales, ac conſempiternas, & perfectas; deteſtantes item eos qui dilatationem & contractionem, aut operationem Patris Filium dicunt, & eos qui Deum Verbum Filium Dei ante ſæcula, & conſempiternum Patri & in ſubſtantia, & perfectum Filium non confitentur. Si quis eumdem Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum dicit, anathema ſit. Si quis principium aut finem Filio Dei & Verbo, aut regno ipſius tribuit, anathema ſit. Si quis partem Patris dicit Filium, aut Spiritum ſanctum, & non confiteatur Filium Dei ex exiſtentia Patris ante omne conſilium genitum eſſe, anathema ſit. Haſtenus eorum fidei profeſſio in his quibus Marcellus impugnabatur, cui & ſubjecerunt Nicænum Symbolum, hiſque omnibus ſinguli ſubſcripſerunt,

LXVI. Abſque culpa ſuſcepta communicatio Marcelli.

Cum hac igitur prodita ab eo ac ſuis ipſius diſcipulis fide, cum Athanaſius tum Julius & Patres omnes in Sardicenſi Concilio eis communicaſſent, nulla horum potuit eſſe culpa, quam Ariani ad explodendum idem Concilium jactabant. Verum non modicam Marcello inuſſit notam Photini ejus diſcipuli execranda impietas, nec non vulgata ab Arianis in deteriorem partem accepta ſcripta Marcelli, & quod ejuſdem diſcipuli poſtea (ut idem teſtatur Epiphanius b) tres in Trinitate ſubſiſtentias confiteri minime voluerunt: nam ait: *Verum qui ab ipſo facti ſunt & inſtructi, qui illius mentem ignorant, & non veritatem illius recenſent, neque tres ſubſiſtentias confiteri voluerunt, quemadmodum habet veritas*. Sic igitur & ex his factum eſt, ut Marcelli quoque nomen apud poſteros peſſime audiret, cum præſertim in eum tum Baſilius, tum Hilarius viſi ſint ſæpius declamaſſe, & S. Johannes Chryſoſtomus (c) conjungat eum Photino atque Sophronio, qui Verbum ab humanitate Chriſti ſeparabat. Sed & Theodoretus (d) eamdem ipſi impingit hæreſin, & alii omnes recentiores. Ariani igitur eadem de Marcello diffamantes, in Sardicenſem Sy-

(b) Epiph. hæreſ. 73.

(c) Chryſoſt. homil. 6. in epiſt. Pauli ad Philippenſ.

(d) Theodor. hæret. fab. lib. 2.

PAGIUS

mentionem factam in epiſtola Synodica Concilii Ariminenſis. Petavius excipit, fruſtra injici ſuſpicionem mendi in ea epiſtola, quæ totidem verbis deſcripta ſit ab Athanaſio, Socrate, Theodoreto, Sozomeno, & cujus ſynopſis referatur in Fragmentis Hilarii, ubi Patres teſtantur, *Urſacium* & *Valentem* veniam ſcripto petiiſſe, & impetraſſe; ea vero geſta fuiſſe, cum Mediolani Conventus Synodi haberetur præſentibus Romanæ Eccleſiæ Presbyteris. Cur autem repetita fuerit illa reconciliatio, rationes a Scriptoribus non eſſe memoriæ proditas, ut nec multorum eventuum, de quibus dubitare ſit nefas.

XI. *Urſacius & Valens ſæpius Eccleſiæ reconciliati.*

Sed quia vim facit Sirmondus, in hoc quod biennio poſt Concilium iſtud *Valens* & *Urſacius* in integrum reſtituti ſunt, quod factum non fuiſſe videtur, ſi hoc anno cum Eccleſia Catholica in gratiam rediiſſent, oſtendit Petrus de Marca, nihil novum aut inſolens in reſtitutione communionis *Urſacii* & *Valentis* accidiſſe, ſed omnia rite & ſecundum Canones peracta. Duo iſti adoleſcentes imperiti, ut loquitur Concilium Sardicenſe, degebant in Occidentis Imperio ſub Principatu Conſtantis Principis. Occidentalium Epiſcoporum ſententia dejecti erant, non ſolum a communione Eccleſiæ, ſed etiam a Sedibus ſuis. Relatio Synodi ad Conſtantem facta fuerat, ut executioni mandanda curaret, quæ decreta fuerant Sardicæ. Quid agerent *Urſacius* & *Valens*, ut periculo Sedium amittendarum defungerentur, quam ut ſtatim reſtitui in communionem poſtularent, depoſita hæreſi? Id vero conſequi non poterant alibi, quam in numeroſa Epiſcoporum Synodo, ex præſcripto Canonum. Ideoque Synodi Mediolanenſis opportunitatem nacti, libello ſuo Arianam hæreſim abjurant, Ariumque & ejus ſatellites anathematizant, ut ipſimet fatentur in libello, quem deinde obtulerunt Julio. Synodus eis pacem Eccleſiæ indulſit, & ſententiæ adverſus eos in Sardicenſi Concilio latæ gratiam fecit, ut docet epiſtola Synodica Concilii Ariminenſis. Reſtitutio illa communionis accepta fuit

Synodum, a qua fuerat abſolutus, labem criminis converterunt, ut eam redderent omnibus contemptibilem.

LXVII. Ariani uſurpant nomen Concilii Sardicenſis.

Acceſſit & ad Sardicenſe Concilium illud quoque damnum, quo mira Arianorum calliditate factum eſt, ut illud Orthodoxis execrabile fieret; cum ſcilicet iidem ipſi Sardica fuga lapſi, ſeorſum cum ſuis egerunt Conciliabulum, quod & Sardicenſis Concilii nomine honeſtarunt, talique indito titulo per Chriſtiani Orbis provincias vulgaverunt: additæ ſunt vires mendacio, cum ſecuta Conſtantis morte, & Conſtantio Arianorum patrono ubique regnante, veritas depreſſa, & impoſtura eſt potentia Principis roborata: adeo ut illud tantum Sardicenſe Concilium omnibus in locis pervulgaretur, quod confectum conſtaret ab Arianis: multique neſcientes duplicis eſſe generis Concilium Sardicenſe, audientes illud collectum ea Arianis, nec in aures admitterent, ſed penitus ipſum refertum impietate putantes execrarentur; ut accidiſſe novimus S. Auguſtino, quod ſuo loco proxime dicturi ſumus.

LXVIII. Conciliabulum dictum Sardicenſe.

Nunc autem quæ ab antiquioribus de ejuſmodi Conventiculo hoc eodem anno ab Arianis celebrato ſcripta habentur, in medium adducamus, atque in primis quæ paucis complexus eſt Socrates (*a*) ſic dicens: *Epiſcopi Orientales confeſtim decedunt: cumque ventum eſſet ad urbem Philippi quæ eſt in Thracia, privatim inter ipſos Concilium conſtituere: de cætero aperte verbum* CONSUBSTANTIALE *anathemate damnare; opinionemque quod Filius Patris diſſimilis eſſet, per litteras ſcriptas ubique diſſeminare cœperant.* Additque Sozomenus (*b*) de iiſdem hæc etiam: *Separatim* (inquit) *per ſe ſolum coacti Acta contraria ſanxerunt. Quare Epiſcopi Orientis, decretis ſuis, quæ de Athanaſio, Paulo, Marcello, & Aſclepa ediderant, ſtabilitis; primum omnium Julium Epiſcopum Romanum, quod primus omnium cum iſtis communicaverat, deinde Oſium confeſſorem cum propter eandem cauſam, tum propterea quod amicus fuerat Paulino & Euſtathio, qui Eccleſiæ Antiochenæ Antiſtites fuiſſent, deinceps Maximum * Treveris epiſcopum, quod primus cum Paulo communicaverat, & ejus Conſtantinopolim reverſionis auctor extiterat, & Epiſcopis ex Oriente in Galliam profectis Eccleſiæ communione interdixerat, abdicarunt.*

(*a*) Socr. l. 2. c. 16.

(*b*) Sozom. l. 3. c. 10.

* Maximinum.

LXIX. Protogenes & Gaudentius abdicati.

Præter iſtos abdicarant etiam Protogenem Epiſcopum Sardicenſem, & Gaudentium: alterum quidem, quod Marcelli ſuſceperat patrocinium, quem ante ſuffragio condemnaverat: Gaudentium autem, quod contrario ſtudio ducebatur, quam Cyriacus, cui ſucceſſerat, & magnifaciebat eos quos ille abdicaverat. Hæc cum decreviſſent; omnibus epiſcopis per litteras ſignificarunt ad eum finem: ut iſtos neque in communionem admitterent, neque ſcriberent ad eos, neque litteras ab illis ſcriptas reciperent. De Deo autem eo modo ſentire jubebant, quo formula fidei epiſtolæ ſubjuncta præſcriberet: quæ ut nullam verbi CONSUBSTANTIALIS *fecit mentionem, ſic illos communione Eccleſiæ interdicit, qui dicerent tres Deos eſſe, aut Chriſtum non eſſe Deum, aut Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum eamdem eſſe, aut Filium ingenitum, aut tempus ſæculumve fuiſſe, quando non erat.* Hucuſque de Arianorum decretis in pſeudoſynodo ab illis habita.

LXX. Ariani primum auſi excommunicare Romanum Pontificem.

Hic primum furor hæreticæ pravitatis terminos omnes præſumptæ ab aliis temeritatis exceſſit. Auſa enim eſt Ariana procacia illud nefas, quod vel attingere quælibet execranda hæreſis hactenus ſibi inconceſſum putavit. Quævis namque claſſes ſceleratorum & factioſorum hæreticorum per omnia retro ſæcula præceſſerunt, quantumlibet laceſſitæ atque exagitatæ ſibi viſæ eſſent a primæ ſedis Epiſcopo, Romanæ, inquam, Eccle-

PAGIUS

fuit *Julio Papa*, qui hac de re certior factus, juxta Synodi Mediolanenſis decretum communionem ſuam illis impertivit. Quod fatentur his verbis in libello oblato Julio: *Maxime cum Sanctitas tua, pro inſita ſibi benevolentia, errori noſtro veniam fuerit dare dignata.*

XII. *Urſacius & Valens juſſi ſeſe cum Athanaſio reconciliare.*

Veruntamen id unum videtur *Julius* ab iis exegiſſe, ut *Athanaſii* communionem amplecterentur, de quo judicium tuliſſet Sardicenſis Synodus, & ut omnibus ſcripto teſtarentur, ſe per calumniam accuſationes in Athanaſium intendiſſe. Ægrum illis erat ſcripto ſibi calumniæ notam inurere. Itaque literis ſuis eos convenit *Julius*, ut ſtarent promiſſis: quod illi ſe proxima quaque die impleturos epiſtola ſua ſignificarunt. Cum autem tempus traherent, & in eas anguſtias ſe redactos viderent, ut a communione Eccleſiæ projiciendi forent, ſi longiores moras necterent, occaſione Synodi Romanæ oſi, *Julium* adeunt, & ſcripto profitentur ſibi falſo ſuggeſta fuiſſe ea criminis, quorum reum Athanaſium fuiſſe docuerant; itaque ſe Athanaſii communionem amplecti. Hæc eſt libelli Julio oblati ſententia, ut patebit, ſi quis verba recte perpenderit: *Quoniam conſtat nos antehac multa gravia de nomine Athanaſii Epiſcopi literis noſtris inſinuaſſe, atque literis Sanctitatis tuæ conventi* (lege, *conventos*) *ejus rei, de qua ſignificavimus, non præſtitiſſe rationem, profitemur apud Sanctitatem tuam cunctis præſentibus Presbyteris fratribus noſtris, omnia quæ antehac ad aures noſtras pervenerunt de nomine prædicti, falſa nobis eſſe inſinuata, atque omnibus viribus carere, atque ideo nos libentiſſime amplecti communionem prædicti Athanaſii; maxime cum Sanctitas tua, pro inſita ſibi benevolentia, errori noſtro veniam fuerit dare dignata.*

XIII.

Tamen non eſt prætermittendum, a verſione Athanaſii, apud quem libellus iſte Græce perſcriptus habetur in Apologia ſecunda pag. 776. alium

cleſiæ Pontifice; nullus umquam ex ipſis licet perditiſſimus habitus hæreticus fuerit, eo pervenit audaciæ, ut quantumlibet provocatus, & (ut ſibi videbatur) injuriam paſſus, quod ab eo damnatus atque depoſitus eſſet, in ipſum Romanum Pontificem auſus ſit ferre ſententiam: quod impudens & execrandum facinus Ariani, omne vaſtitatis, & æquitatis aſylum furioſo impetu irrumpentes, modo aggreſſi ſunt pertentare, dum in Julium Papam æque ac alios Catholicæ communionis Epiſcopos ſententiam excommunicationis procaciter intulerunt; & quibus juſte percuſſi ſunt jaculis anathematis, eadem ipſi violenti in percuſſores petulanter intorſerunt, dum inſtar canum furunt in petram, eamque dentibus fruſtra corrodunt, cujus ictu ſe eſſe læſos oblatrant.

LXXI. Nova fidei profeſſio ab Arianis edita. Sed quod alia furore inſanientes, alia vero dolo fallentes in ſuo ipſorum Conventiculo perpetrarunt; novam ibi poſt quatuor alias ante ab eis editas cuderunt fidei regulam, deformeque monſtrum honeſto Sardicenſis Concilii nomine decorarunt: id quidem primum demonſtratum eſt ſuperius ad Antiochenos ſcribentis Athanaſii teſtimonio, atque teſtantis non aſſe omnino Sardicenſis Concilii, quæ ejuſdem Sardicenſis Synodi nomine circumferrentur tabellæ de fide conſcriptæ. Quod & impudenter profeſſi ſunt iidem Ariani in congregato ab ipſis Concilio Ancyrano, cum in epiſtola Synodali ex eo Conventu ab eis tunc ſcripta, recenſentes Synodos a ſe diverſis in locis ac temporibus actas, hæc habent (a): *Sancta Synodus Ancyrana*: Ac paulo poſt: *Optamus quidem poſt tentationes Eccleſiaſticæ fidei tormentum, quod velut in igne factum eſt iis, qui pro fide in medio fuerunt* (taxare videntur Nicænum Concilium) *& poſt ea quæ Conſtantinopoli facta ſunt propter Marcellum, & poſt editionem fidei in Synodo congregata ob feſtum dedicationis eccleſiæ Antiochiæ, & poſt ea quæ facta ſunt in Sardicenſi Synodo, & fidem quæ illic effloruit, & amplius poſt ea quæ Sirmii propter Photinum facta ſunt in his recantationibus, quas ob ſingula de fide capita interrogati de iis, qui in Sardica adverſus Orientem diſſenſerunt, expoſuimus, de cætero conquieſcere, &c.*

(a) *Apud Epiph. hær.* 73.

LXXII. Auctores perfidiæ Pſeudoſardicenſis Concilii. Vides igitur, ab eiſdem auctoribus jactari eſſe conſcriptam fidem Sardicenſem, qui convenerant Conſtantinopoli, a quibus actus eſt in exilium Athanaſius, & damnatus Marcellus, & qui interfuerunt Synodo Antiochenæ in Encæniis celebratæ, ex qua miſſus eſt Gregorius Epiſcopus in locum Athanaſii Alexandriam, necnon ab his qui poſtea Sirmii adverſus Photinum convenerunt: de quo Arianorum Conventu plura ſuo loco dicturi ſumus: ſed & cum in eadem ab ipſis ſcripta epiſtola inferius dicatur, eumdem eſſe receptum in eadem Synodo Sirmienſi, ſatis perſpicue demonſtratur, quorumdam & a quibus conſcripta & edita fuerit fidei profeſſio Sardicenſis: ut de his nulla dubitatio eſſe poſſit, impoſtores, qui Philippis hoc anno convenerunt Ariani, eamquam ſcripſerunt fidei formulam edidiſſe nomine Concilii Sardicenſis. Extat eadem ipſa fidei formula, Sardicenſis Synodi nomine inſignita, qua iidem Ariani licet a profeſſione Nicæna deſlexerint, non recipientes nomen Conſubſtantialitatis in Dei Filio; tamen q o ſe abhorrere ab hæreſi Ariana monſtrarent, poſitiones quaſdam Arii damnaverunt; ex quo id lucri apud nonnullos conſecuti ſunt, ut Semiariani fuerint nominati (b). Ex argumento autem eorumdem tunc ſcriptæ fidei e Sozomeno nuper recitam, plane eadem ipſa eſſe conſpicitur, quæ a S. Hilario recenſetur his verbis (c):

(b) *Epiph. hæreſ.* 73.

(c) *Hilar. lib. de Synod.*

LXXIII. Sardicenſis Concilii nomine edita nova fidei formula. *Sancta Synodus in Sardica congregata ex diverſis provinciis Orientalium partium, Thebaide, Ægypto, Palæſtina, Arabia, Phœnice, Syria, Cœle, Meſopotamia, Cilicia, Cappadocia, Ponto, Paphlagonia, Galatia, Bithynia, Helleſponto, Aſia, Phrygiis duabus, Piſidia, Cycladum*

PAGIUS

Urſacio & Valenti venia ſub conditione conceſſa. alium ſenſum educi poſſe, ſcilicet *Valentem & Urſacium* pacem quidem adeptos *Mediolani*, Ario anathematizato, ſed ab Athanaſii communione ſeſe ſuſpendiſſe intra certum tempus, quo ſidem facerent eorum criminum, quæ Athanaſio objecta fuerant; conventos autem a Julio, non potuiſſe implere probationem, cui ſe adſtrinxerant; ideoque cum viderent, aut cædendum a communione Eccleſiæ, aut communicandum Athanaſio, Profeſſionem ſuam obtuliſſe Julio, qua teſtantur falſo ſibi ſuggeſtum fuiſſe contra Athanaſium, & ejus ſe communioni adhærere velle: τῦ πράγματος χάριν περὶ οὗ ἐδιελέγομεν, ὧν οὐδυνήθημεν λόγον ἀποδοῦναι, id eſt, ut vertit interpres Athanaſii, *ut crimina probaremus, numquam earum rerum documenta afferre potuiſſe*. Sed parum intereſt, quo pacto iſta explicentur, cum ex utraque interpretatione id liquido conſtet, veniam illis conceſſam fuiſſe Mediolani ea conditione, ut aut *Athanaſium* reum peragerent, aut calumniam paſſum eſſe faterentur, & hoc caſu communionem ejus amplecterentur delatores. Quod ultimum cum feciſſent ſcripto, calumniæ ſuæ pœnitentes, plena illis, pura & integra reſtitutio abſque conditione eſt indulta. Hoc eſt quod urget Hilarius, dum ſcribit in Fragmentis, eis reditum ad Catholicam fidem cum communione donatum. Si enim hæc verba rigide acciperentur, quaſi tunc primum in Eccleſiam recepti fuiſſent, pugnarent non ſolum cum epiſtola Synodi Ariminenſis, quæ veniam & pacem conceſſam Mediolani fatetur; ſed etiam cum hoc libello, quo nulla venia nunc de novo petitur, ſed jam fuiſſe ante hunc libellum conceſſa oſtenditur. Quod etiam verſio Græca liquido exprimit: ἡ εὐσέβειά σου κατὰ τὴν ἔμφυτον αὐτῆς καλοκαγαθίαν τῇ πλάνῃ ἡμῶν κατηξίωσε συγγνώμην δοῦναι. id eſt, ut vertit Interpres Athanaſii: *Tua in Deum pietas veniam ſecundum genuinam ſuam probitatem noſtro errori impartiri dignata eſt*. Itaque non eſt cur Sirmondus citatus dicat, non liquere, cur venia ſemel

dum Inſularum, Pamphilia, Caria, Lydia, Europa, Thracia, Emmunto, Maſſilia, cum Myſia, Pannoniis duabus, banc expoſuimus fidem. Hæc illius inſcriptio. Vides ex his plane Arianam cum dolo jactantiam: qui enim ſemel mentiendo unius civitatis ſuffurati ſunt nomen, ut diceretur ab eis ſcripta fides, profeſſio Sardicenſis, non ſunt veriti provinciarum quoque ſibi tot nomina vendicare, & plures nominare provincias, quam eſſent Epiſcopi. Porro eorum profeſſio melle illita ſic ſe habet, ab eodem S. Hilario recitata.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, creatorem & factorem univerſorum, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Credimus & in unigenitum ejus Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui ante omnia ſæcula ex Patre genitus eſt, Deum ex Deo, Lumen ex Lumine: per quem facta ſunt omnia & quæ in cælis, & quæ in terra, viſibilia & inviſibilia: qui eſt Verbum, & Sapientia, & Virtus, & Vita, & Lumen verum. Et qui in noviſſimis diebus propter nos incarnatus eſt, natus ex ſancta Virgine: qui crucifixus, & mortuus, & ſepultus eſt: reſurrexit ex mortuis tertia die, & receptus eſt in cælo, & ſedet in dextera Patris, venturus judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique ſecundum opera ejus; cujus regnum ſine ceſſatione permanet per immenſa ſæcula: ſedet enim in dextera Patris non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Credimus & in Spiritum ſanctum, hoc eſt, Paracletum, quem promittens Apoſtolis poſt reditum in cælos, miſit docere eos, ac memorari omnia: per quem & ſanctificantur ſinceriter in eum credentium animæ. Eos autem qui credunt de non extantibus eſſe Filium Dei, vel ex alia ſubſtantia, & non ex Deo; & quod erat aliquando tempus, aut ſæculum, quando non erat; alienos novit ſancta & Catholica Eccleſia. Similiter & eos qui dicunt tres eſſe Deos, vel Chriſtum non eſſe Deum; & ante ſæcula neque Chriſtum neque Filium eum eſſe Dei, vel eum ipſum eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, vel innaſcibilem Filium, vel quod neque conſilio neque voluntate Pater genuerit Filium, anathematizat ſancta & Catholica Eccleſia. Hactenus eorum profeſſio Sardicenſis, ac plane vera, ut eam interpretatus demonſtrat S. Hilarius: ſed quæ tamen rejiciens nomen Conſubſtantialitatis imperfecta cenſeretur.

LXXIV. Semiarianos enim ſe eſſentialem Filium cum Patre, non autem coeſſentialem eſſe profiteri velle teſtatos eſſe, S. Epiphanius (*a*) tradit; de quibus ait, eos tamquam ludiones in ſcena decipere conatos fuiſſe Fideles, ſuperinducentes alinm ſuo ipſorum vultui perſonam, qua ſe Arii præſeferrent hoſtes, & fidei Catholicæ profeſſores, cum tamen intus Arium haberent incluſum, & deformius monſtrum concepiſſent, quod poſtea pepererunt, cum negarunt palam Spiritum ſanctum eſſe Deum. Quales igitur eſſent eorum fidei profeſſiones, quibus cum Antiochiæ ſæpe, tum hic Filio Dei tribuerunt divinam ſubſtantiam, exitus comprobavit: quidvis enim potius dicere parati erant, dummodo prætermitterent Conſubſtantialitatem Filii cum patre, optime ſcientes (quod ſuperius ex Athanaſio eſt pluribus demonſtratum) hoc uno relicto ad invadendam Nicænam fidem foramine, ad omnem protinus ſuperinducendam impietatem fore ſibi aditum patefactum. Hujus autem ſtrophæ architectos fuiſſe Georgium Laodicenſem, & Baſilium Ancyranum, idem qui ſupra Epiphanius tradit, extitiſſeque eorum illas voces: *Nos non dicimus Coeſſentialem Filium, ſed eſſentialem.* Horum quoque Semiarianorum fuiſſe Synodos, Antiochenam in Encæniis, Sirminnam, Ancyranam, & quam Philippopoli Thraciæ congregarunt, necnon Sardicenſem, de qua egimus, nominatam, idem auctor inferius docet.

(*a*) *Epiph. hæreſ.* 73.

Semiarianorum ſubdola profeſſio.

LXXV. Hic autem obiter, antequam ulterius pro-

PAGIUS mel indulta) Valenti & Urſacio in Synodo Mediolanenſi, iterum indulgeatur in Synodo Romana; cum ea, quæ ſub conditione conceſſa ſunt, eveniente conditione poſſint & debeant iterum pure concedi, vel ſi mavis, confirmari.

XIV. Si cui autem hæreat ſcrupulus, cur non longo tempore a Synodo Sardicenſi altera Synodus *Mediolani* indicatur, poterit eximi facili negotio, ſi perpendamus, tribus de cauſis eum Conventum neceſſarium fuiſſe. Prima eſt, ut decreta Synodi Plenariæ nota fierent Synodis particularibus cura & ſtudio Metropolitarum & Exarchorum, præcipueque Romani Epiſcopi diligentia. In eum itaque finem ſtatim poſt Concilium Oecumenicum Provinciales Synodi cogebantur. Secunda cauſa, quæ nunc copioſiorem ſolito Synodum requirebat, fuit diſſidium illud Orientalium Epiſcoporum, qui Sardica diſceſſerunt, & Sardicenſis Synodi nomine ad Imperatores Conſtantium & Conſtantem, & ad univerſas Eccleſias literas dederunt. Itaque, ut huic vulneri mederentur Epiſcopi Occidentales, opus illis fuit auctoritate Conſtantis Imperatoris, qui Mediolani reſidebat, quo noſtri ſe tranſtulerunt, & Synodum habuerunt in eadem urbe, ut turbis excitatis ad impediendum reditum *Athanaſii* præſto eſſet auxilium & conſilium Occidentalium.

Cauſa celebrationis Synodi Mediolanenſis II.

XV. Tertia cauſa, eaque graviſſima, fuit damnatio *Photini*, quæ non poterat peragi niſi in majore & numeroſiore Epiſcoporum Synodo. Hæc eſt enim prima *Photini* damnatio ut diſerte docet Hilarius in Fragmentis, dum ait, *Marcellum* communione Athanaſii privatum poſt Synodum Sardicenſem, *anteriore tempore quam Photinus arguitur*. Ut hinc pateat, & paulo poſt Synodum Sardicenſem, Athanaſium (qui caput iſtud admiſſi in communionem Marcelli valde urgeri videbat ab Orientalibus, qui Sardica diſceſſerant) a ſua communione ſeparaſſe *Marcel-*

Photini damnatio.

lum

S. Hilarii inſtituti ratio. progrediamur, admonendum lectorem putamus, non ſic quidem, ſive Antiochenam ſive Sardicenſem, vel alias ab Arianis conſcriptas fidei profeſſiones ab Hilario probari, ut neget eas ab eiſdem Arianis eſſe confectas, vel illas ipſas Catholicæ Eccleſiæ utendas proponat: nam quæ ejus inſtituti ratio fuerit, ipſo prope exordio ſui de Synodis commentarii, idem monet his verbis reſcribens ad Gallos (a): *Obſequor igitur charitatis veſtræ impatientiſſimæ voluntati: & omnes fides, quæ poſt ſanctam Synodum Nicænam diverſis temporibus & locis editæ ſunt, cum ſententiarum omnium atque etiam verborum additis per me expoſitionibus, deſtinavi. In quibus ſi quid vitioſum ineſſe intelligetur, nemo mihi vitium poteſt aſſignare dictorum: internuncius enim, (ut voluiſtis) ſum ipſe & non conditor. Si quid vero rectum atque ex doctrinis Apoſtolicis deprehendetur; nemo ambigit, non interpretantis in eo eſſe gloriam, ſed aucteris. Ego tamen, quæ geſta ſunt, fideliter tranſmiſi: vos, an Catholica an hæretica ſint, fidei veſtræ judicio comprobate.* Hæc Hilarius, qui tamen nihil diſputat a quibus eædem ſingulæ editæ ſint, vel qua occaſione quave mente compoſitæ fuerint; nec niſi quæ aperte adverſaria ſenſit eſſe Catholicæ fidei, voluit redarguere.

(a) Hilar. de Synodis.

LXXVI. Athanaſii inſtituti ratio. Fortaſſe eo quoque conſilio illas non damnat fidei profeſſiones, in quibus una Filii cum patre ſubſtantia prædicatur, licet ſciverit ab Arianis eſſe conſcriptas; ut eoſdem in deterius declinantes, ad ea quæ prius edidiſſet, reducere poſſet. Quod & S. Athanaſius feciſſe videtur, qui & ipſe ſcribens librum de Synodis, quas ſciret ab Arianis diverſis temporibus & locis ſcriptas, refert: dum eos in Concilio Seleuciæ rejicientes nomen CONSUBSTANTIALIS, & ſimilis ſubſtantiæ Filii cum Patre, idem provocat ad eam quam ſcripſiſſent ipſimet fidem in Concilio Antiocheno in Encæniis celebrato, ubi tum ingenue confeſſi fuiſſent Filium ejuſdem cum patre eſſe ſubſtantiæ. Cæterum non ipſe tantum Athanaſius novit ſuſpectum eſſe ſubſtantiæ nomen in hæreticorum profeſſionibus, ac proinde haud illis acquieſcendum, niſi & conſubſtantialitatem Filii cum Patre profiterentur: verum eodem quoque modo Hilarius de iiſdem ſentit dicto libro de Synodis, cum inferius ait (b): *Multi ex nobis, fratres cariſſimi, ita unam ſubſtantiam Patris & Filii prædicant, ut videri poſſint non magis id pie quam impie prædicare: habet enim hoc verbum in ſe fidei conſcientiam, & fraudem paratam, &c.* At quonam modo id accidat, pluribus docet. Hæc igitur voluimus inculcaſſe, ut quiſque intelligat Hilarii conſilium de interpretatione fidei Sardicenſis: nam quantumlibet vera eſſe demonſtrari potuiſſet; ex eo tamen quod vocem Conſubſtantialitatis non admitteret, ut minus integra, ac proinde doloſa, ab Eccleſia Catholica reſpuenda eſſet.

(b) Hilar. de Synodis.

LXXVII. Ariani conjungunt ſibi Donatiſtas. At non iidem tantum Ariani Epiſcopi ſeorſum conventiculum Philippopoli (ut dictum eſt) agentes, ſuæ ipſorum fidei profeſſioni indiderunt nomen Concilii Sardicenſis: ſed etiam ſcriptis ab eis ad diverſos Synodalibus epiſtolis, eaſdem a Conventu Sardicenſi datas eſſe, ipſa inſcriptione profitebantur: exciderunt ipſæ litteræ: extat tamen memoria, eoſdem tunc dediſſe litteras ad Donatum Carthaginenſem Epiſcopum Donatiſtarum ſchiſmaticorum. Quod enim ſciſſent ex parte Catholicorum Antiſtitum Afrorum interfuiſſe Concilio Sardicenſi Gratum Carthaginenſem Epiſcopum Catholicæ communicationis: ipſi Ariani adverſariam partem, nempe ſchiſmaticos Donatiſtas ſcriptis ex ea Synodo epiſtolis ſibi conciliare conati ſunt. Unde Creſconius Donatiſta, cum probare niteretur, ipſos cum Orientalibus communione fuiſſe conjunctos, litteras prodidit Concilii Sardicenſis ad Donatum conſcriptas: in quem S. Auguſtinus illud jure objicit, Concilium illud ab Arianis fuiſſe collectum, cum hæc in Creſconium ait (c): *Sed*

(c) Auguſt. contr. Creſcon. lib. 3. c. 34.

PAGIUS *lum* ante reditum in Orientem, & in Synodo Mediolanenſi damnatum primo fuiſſe Photinum; etſi repetito judicio, in Romana Synodo, & poſtea in Sirmienſi ſit confectus Photinus. Et ſic Athanaſius exemplo communionis a ſe denegatæ Marcello, præbuit auctoritatem iis, quæ gerenda erant in Photinum, ut loquitur Hilarius, cujus mentem breviter expreſſimus. Itaque menſes aliquot neceſſe eſt interceſſiſſe inter Sardicenſe & Mediolanenſe Concilium. Neque enim biennium illud Hilarii per momenta eſt computandum, ſed benignius, ut partem utriuſque anni, primi & ſecundi, complectatur.

XVI. Epocha ſecundi Concilii Mediolanenſis. Denique laudanda eſt Sirmondi obſervatio, qua poſita dejicitur e præſidio Petavius, quod ad Synodi iſtius aſſertionem validum exiſtimabat. Petitum illud erat ex epiſtola Liberii Papæ ad Conſtantium, qua Pontifex teſtatur, Demophylum, Macedonium, Eudoxium & Martyrium Epiſcopos ante annos octo Mediolani ſententiam Arii noluiſſe damnare, & iratis animis e Concilio exiviſſe. Etenim ſi ſcripta ponatur epiſtola anno CCCLIV. ut cenſuit Baronius, non autem CCCLV. ut putabat Petavius, demtis annis octo incidet Conventus ille Mediolanenſis in annum CCCXLVI. qui Synodum Sardicenſem antecesſit cujus Concilii epiſtolæ Synodicæ ab Arianis editæ Demophylus ille, Macedonius & Eudoxius ſubſcripſerunt poſt diſceſſum ex urbe Mediolanenſi, quo ſe contulerant ab Orientalibus Epiſcopis ad Conſtantem miſſi, ut Athanaſii damnationem mererentur. Tamen non eſt omittendum, Sirmondum in ſua Diatriba alienam ſententiam affingere *Hilario*, cum exiſtimat, damnationem Photini in Concilio Mediolanenſi ab Hilario commemoratam, trahendam ad Concilium illud Mediolanenſe, quod con-

by Google

Sed Orientales, quos modo noſtros eſſe concedis, non latuiſſe hoc facinus dicis; atque ut hoc probes, inſeris principium epiſtolæ Concilii Sardicenſis, ubi Donati Carthaginis Epiſcopi veſtri nomen inveniiur adſcriptum. Quod ideo factum putas & affirmas, quod videlicet Orientalibus, qui de Concilio ſuo hæc ſcripta miſerunt, facinus diſplicuerit Traditorum, & ab eorum ſe communione retraxerint, & propterea Donato veſtro communicabant. Diſce ergo quod neſcis: Sardicenſe Concilium Arianorum fuit, quod notum jamdiu eſt, ut habemus in manibus intractum, maxime contra Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum Catholicum, qui eorum errorem ex ipſa civitate ortum præ cæteris acriter arguebat & refellebat. Non igitur mirum, ſi illi hæretici Donatum ſibi adſciſcere tentaverunt, quos per totum Orbem Catholica damnabat Eccleſia; quamquam nos ſine civitatum nominibus Epiſcopos, ad quos hæ litteræ datæ ſunt, habeamus.

LXXVIII. Idem alibi ſcribens ad Eleuſium & ſocios, hæc eodem habet argumento fuſius enarrata his verbis (a): *Tunc protulit quoddam volumen, ubi volebat oſtendere, Sardicenſe Concilium ad Epiſcopos Afros, qui erant communionis Donati, dediſſe litteras. Quod cum legeretur, audivimus Donati nomen inter cæteros Epiſcopos, quibus illi ſcripſerant. Itaque flagitare cœpimus, ut doceretur, utrum ipſe eſſet Donatus, de cujus parte iſti cognominantur: fieri enim potuiſſe, ut alicui Donato alterius hæreſis Epiſcopo ſcripſerint, cum maxime in illis nominibus nec Africæ mentio facta fuerit.* Et paulo poſt: *Sane quoniam meſcio quando audieramus, Arianos cum a communione Catholica diſcrepaſſent, Donatiſtas in Africa ſibi ſociare tentaſſe; id autem mihi hoc ipſum frater Alypius ſuggeſſit. Tunc accepto ipſo volumine, ejuſdem Concilii ſtatuta conſideravi, lego Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum Catholicum, cujus maxime adverſus Arianos acerrimarum diſputationum conflictus eminuit, & Julium Eccleſiæ Romanæ Epiſcopum, nihilominus Catholicum, illo Concilio Sardicenſi fuiſſe improbatos. Unde apud nos conſtitit, Arianorum fuiſſe Concilium, quibus iſti Epiſcopi Catholici vehementiſſime reſiſtebant. Itaque ad diligentio-*

(a) Auguſt. epiſt. 263.

rem etiam temporum diſcuſſionem voluimus ipſum volumen accipere, atque auferre nobiſcum; qui noluit dare, &c. At non fefellit Auguſtinum, illum ipſum, ex quo littere datæ erant, fuiſſe Arianum Conventum, Sardicenſem ab ipſis nuncupatum: ac jure quidem excepit, Sardicenſe quod citabatur, extitiſſe Arianorum Concilium.

Cæterum ſatis liquet, ipſum Auguſtinum præteriiſſe legitimum ac verum Sardicenſe Concilium; nec ipſum tantum, ſed & collegam Alypium, aliosque Catholicos, qui in eodem conſeſſu erant Epiſcopi, illud ipſum ignoraſſe: cum nemo ex eis, quodnam germanum, quodve ſpurium & mentitum nomine fuerit Concilium Sardicenſe, neceſſariam adhibuerit diſtinctionem, & ex canonibus atque ſubſcriptione cæteriſque Actis legitimis Concilii Sardicenſis vendicare ſtuduerint ſibi certam communicationem totius Catholici Orbis, quam Donatiſtæ nominatione tantum Donati ex commentitio titulo litterarum Arianorum ſibi adſciſcere ſatagebant. Sed opportune accidit, ut ex antiquitatum promptuario Petri Pithœi reperta ſit ipſa integra epiſtola Pſeudoſynodi Sardicenſis, cujus ſæpe meminit (ut vidiſti) S. Auguſtinus; ineſt poſteriori libro, velut appendix ad ſcriptum a S. Hilario librum de Synodo Ariminenſi, quem fideliſſimus ejus contubernalis Nicolaus Faber, nuper edidit. Quod igitur ejus epiſtolæ, quam ut ab hæreticis factam S. Auguſtinus damnat, Eccleſiaſticæ antiquitatis ſtudioſis plenius cognoſcendæ ſemper fuerit deſiderium: hic tibi eam deſcribendam curavimus. At licet vel ex tranſlatione facta ab inerudito homine Latinarum litterarum, vel a deſcribentibus eam librariis dormitantibus; atque etiam ex nimia vetuſtate ipſa mendis obſita videatur: erit plane ut ex ipſa vel eam capias utilitatem, ut conſuetum morem cognoſcas hæreticorum, qui quo minus veritate pollent, eo amplius calumniis atque mendaciis nituntur, ut non mireris ſi tantas in Romanos Pontifices coacervant calumnias Novatores, cum videris hos in magnum Athanaſium, S. Prothogenem, S. Julium Romanum Pontificem, S. Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, Oſium tum temporis probatiſſimum, & ſanctum Maximum E-

LXXIX. S. Auguſtinum præterit Concilium Sardiceoſe, legitimum.

Hæretici calumniis & mendaciis niti ſolent.

PAGIUS. conflatum fuit anno trecenteſimo quinquageſimo quinto. Certum quidem eſt ex Epiſtola ipſius Synodi prolata a Baronio damnatos ibi fuiſſe Marcellum, Photinum & Athanaſium. Sed hic Conventus Arianorum fuit, ut omnes fatentur, & docet ipſa Athanaſii damnatio. At vero Conventus Mediolanenſis, de quo Hilarius, conflatus erat ex Epiſcopis Catholicis, & habitus

XVII. fuit currenti anno, ut ſuperius eſt demonſtratum.

Itaque duplex Synodus Mediolanenſis ſtatuenda eſt, in qua Photinus damnationem exceperit. Prima eſt Hilario dicta, ex Epiſcopis Catholicis compoſita, & coacta anno trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo. Altera eſt Arianorum Synodus anno trecenteſimo quinquageſimo quinto, qui damnationem Athanaſii cum Photino conjungunt. Quod Hilarius ſine exprobratione non prætermiſiſſet, ſi ejus feciſſet mentionem. Quæ omnia a Petro de Marca laudato diligenter obſervata.

Duplex Synodus Mediolanenſis ſtatuenda.

piſcopum Treverenſem calumniarum plauſtra vexiſſe, & mendaciorum ſarcinis oneraſſe navigia, adeo ut & quæ ipſi ſenſiſſent, adſcribere Catholicis non ſint veriti. Sed accipe eam, cujus ſic ſe habet inſcriptio (a):

(a) Hilar. frag. 1. 2. pag. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Incipit Decretum Synodi Orientalium apud Sardicam Epiſcoporum a parte Arianorum, quod miſerant ad Africam.

LXXX. Epiſtola pſeudo-Synodi Sardicenſis.

Gregorio Alexandriæ Epiſcopo, Auſtoni Nicomediæ Epiſcopo, Donato Carthaginis Epiſcopo, Deſiderio Campaniæ Epiſcopo, Fortunato Neapolis Campaniæ Epiſcopo, Euticio Ariminiadeno Campaniæ Epiſcopo, Maximo Salonarum Dalmatiæ Epiſcopo, Sinferunti, & omnibus per orbem terrarum conſacerdotibus noſtris, presbyteris & diaconibus, & omnibus qui ſub cælo ſunt in Eccleſia ſancta Catholica Epiſcopis, qui a diverſis Orientalium provinciis, ideſt provincia Thebaida, & provincia Palæſtina, Arabia, Fenice, Syria, Meſopotamia, Cilicia, Iſauria, Cappadocia, Gallacia, Ponto, Bithinia, Pamphilio, Paflagonia, Caria, Frigia, Piſidia, & ex inſulis Cycladum, Lydiæ, Aſia, Europa, Helleſponto, Thraciæ, Hæmimontu, ad civitatem Serdicam congregati Concilium celebravimus, in Domino æterna ſalus.

*Eſt quidem nobis omnibus indeficiens oratio, dilectiſſimi fratres, primo ut ſancta Domini & Catholica Eccleſia diſſenſionibus omnibus & ſchiſmatibus carens unitatem ſpiritus & vinculum charitatis ubique conſervet per fidem rectam: ſed & vitam immaculatam quoque tenere, amplecti, cuſtodire, ſervare omnibus invocantibus Dominum eſt quidem juſtum, præcipue Epiſcopis, qui Eccleſiis ſanctis præſumus. Secundum, ut Eccleſiæ regula ſanctaque parentum traditio atque judicia in perpetuum firma ſolidaque permaneant, nec nobis ſemper * gentibus, ſectis, traditionibuſque perverſis, maxime in conſtituendis Epiſcopis, vel in exponendis, aliquando turbetur, quominus teneat Evangelica ſanctaque præcepta: & quæ ſanctis & beatiſſimis Apoſtolis juſſa ſunt, & a majoribus noſtris atque a nobis ipſis in hodiernum uſque ſervata ſunt, & ſerventur.*

LXXXI. Contra Marcellum Ancyranum.

*Extitit namque temporibus noſtris Marcellus quidam Galatiæ hæreticorum omnium execrabilior peſtis, quique ſacrilega mente, ore profano perditoque argumento velit Chriſti Domini regnum perpetuum, æternum & ſine tempore diſterminaſſe, initium regnandi accepiſſe Dominum dicens ante quadringentos annos, finemque ei venturum ſimul cum mundi occaſu. Et jam hoc aſſerere cæpit temeritate conatur, quod in corporis conceptione tunc factus ſit imago inviſibilis Dei, tuncque & panis, & janua, & vita effectus; eadem hæc non ſolum verbis nec loquacitatis aſſertione confirmat, ſed totum quicquid fuerat ſterilega mente conceptum blaſphemoque ore prolatum, concupiſcentia * nitenti, libro blaſphemiis & execrationibus pleno indens, etiam alia multo pejora, calumniam in ipſis faciens divinis ſcripturis cum ſua interpretatione & ſcelerata mente, quæ contra illis ex ſuo peſtifero ſenſu applicabat; quibus ex rebus aperte manifeſteque conſtitit hæreticus: quique aſſertiones ſuas quibuſdam ſqualoribus miſcens nunc falſitatibus Sabellii, nunc malitia Pauli Samoſatenſis, nunc blaſphemiis Montani hæreticorum omnium ducis aperte permiſcens, unamque confuſionem de ſupradictis faciens, ut impudens Galata in aliud Evangelium declinavit, quod non eſt aliud, ſecundum quod B. Paulus tales condemnavit: Et ſi Angelus de cælo aliter annunciaverit vobis, quam quod accepiſtis, anathema ſit.*

LXXXII. *Magna autem fuit parentibus atque majoribus noſtris ſollicitudo de ſupradicta prædicatione ſacrilega. Condicitur namque in Conſtantinopolim civitatem ſub præſentia beatiſſimæ memoriæ Conſtantini Imperatoris, Concilium Epiſcoporum, qui ex multis Orientalium provinciis advenerunt, ut hominem malis rebus imbutum ſalubri conſilio reformarent: & ille admonitione ſanctiſſima correptus a prædicatione ſacrilega diſcederet: quique increpantes illum & exprobrantes, necnon charitatis affecta poſtulantes multo tempore nec quicquam proficiebant. Namque poſt unam & ſecundam multaſque correptiones, cum nihil proficere potuiſſent (perdurabat enim & contradicebat rectæ fidei, & contentione maligna Eccleſiæ Catholicæ reſiſtebat) exinde illum omnes horrere ac vitare cæperunt: & videntes quoniam ſubverſus eſt a peccato, & eſt a ſemetipſo damnatus: actis eum Eccleſiaſticis damnaverunt, ne ulterius oves Chriſti peſtiferis contactibus magis macularet. Tunc namque etiam ejus aliquos praviſſimos ſenſus contra fidem rectam Eccleſiamque ſanctiſſimam, propter memoriam poſterorum cautelamque, ſuis ſanctiſſimis ſcripturis in archivo Eccleſiæ condiderunt.*

LXXXIII. *Sed hæc quidem ſecundum impietatem Marcelli hæretici prima fuerunt: pejora ſunt deinde ſubſecuta. Nam quis fidelium credat aut patiatur ea, quæ ab ipſo male geſta atque conſcripta ſunt, quæque digne anathematizata ſunt? Nam cum ipſo Marcello a parentibus noſtris in Conſtantinopolim civitatem. * Namque liber ſententiarum extat in ipſum ab Epiſcopis conſcriptus, in quo libro etiam iſti, qui nunc cum ipſo ſunt Marcello atque illi favent, ideſt Protogenes Sardicæ civitatis Epiſcopus & * Siracuſanus in ipſa ſententia manu propria conſcripſerunt, quorum manus valens teſtatur fidem ſanctiſſimam nullo genere*

nere mutandam, nec Eccleſiam ſanctam prædicatione falſa ſubvertendam, ne hoc modo peſtes ac lues animalium omnibus graviſſima importetur, Paulo dicente: Sive nos, ſive Angelus de cælo aliter annunciaverit vobis, quam quod accepiſtis, anathema ſit. Vehementer autem admirati ſumus, quatenus eum qui aliter quam in vero eſt, audet Evangelium prædicare, quidam qui ſe Eccleſiaſticos eſſe volunt, facile ad communionem recipiunt, nec blaſphemias ejus quæ in ipſius libro ſignatæ ſunt, inquirentes, nec illis qui ſollicite cuncta inveſtigaverunt, & invenientes juſte damnaverunt, conſenſum accommodare voluerunt. Etenim Marcellus cum apud ſuos hæreticus haberetur, peregrinationis auxilia requiſivit, ſcilicet ut & illos falleret qui & ipſum & ejus ſcripta peſtifera ignorarent. Sed quidquid apud illos agit, impia ſua ſcripta ſenſuſque profanos occultat, falſa pro veris opponens, quæſtum ſibi de ſimplicibus atque innocentibus fecit.

LXXXIV. *Quique ſub prætextu Eccleſiaſticæ regulæ multos Eccleſiæ paſtores induxit, eoſque in ſuam redigens poteſtatem, Sabellii hæretici ſectam inducens callida fraude decepit, reſtaurans Pauli Samoſatenſis & artes, & dolos. Mixta enim eſt omnium hæreticorum ſectis Marcelli extranea traditio, ſicut ſupra memoratum eſt. Unde conveneràt omnes Eccleſiæ ſanctæ præpoſitos memores dictorum Domini Chriſti dicentis: Cavete vos a pſeudoprophetis, qui veniunt ad vos in veſtitu ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoſcetis eos, vitare ab hujuſmodi & horrere, nec illis facile communicare, agnoſcere illos ex actibus ſuis, atque ex eorum ſcriptis ſacrilegis prædamnare. Nunc vero vehementer metuimus, ne noſtris temporibus compleatur quod ſcriptum eſt: Cum dormiunt homines, venit inimicus & ſpargit zizania inter frumentum. Cum enim non vigilant hi, quos vigilare oportet in cuſtodia Eccleſiæ, falſa verba mutantia, funditus id quod rectum eſt, vertunt.*

LXXXV. *Quapropter nos qui plene ex libro Marcelli, ejus ſectam ſceleraque cognovimus, ſcripſimus vobis, dilectiſſimi fratres, ut neque Marcellum, neque eos qui illi junguntur ad communionem ſanctæ Eccleſiæ admittatis: memores quoque ſitis Prophetæ David dicentis: Dixi eis qui faciunt facinus, ne feceritis facinus, & delinquentibus, ne exaltaveritis cornu. Nolite in altum tollere cornu veſtrum: ne loquamini adverſus Dominum iniqua. Et credite Salomoni dicenti: Nolite transferre terminos æternos, quos conſtituerunt patres veſtri. Quæ cum ita ſint, nolite ſupradicti Marcelli praviſſimi ſequi errores, & ea quæ ab ipſo injuſta prædicatione contra Dominum Chriſtum inventa traditaque ſunt, prædamnate, ne blaſphemiis ſceleribuſque etiam ipſi participes ſitis. Sed propter compendium, & hactenus de Marcello.*

LXXXVI. *Verum de Athanaſio quondam Alexandriæ Epiſcopo accipite, quæ geſta ſunt. Accuſatus & graviter juxta Deum ſacrilegus, & juxta myſteria Eccleſiæ ſanctæ prophanus, quique propriis manibus comminuit poculum Deo & Chriſto dicatum, ipſumque altare venerandum confregit, ſedemque ſacerdotalem ſubvertit ipſe, atque ipſam baſilicam, Dei domum, Eccleſiam Chriſti demolitus uſque ad ſolum eſt. Preſbyterum vero ipſum virum gravem & juſtum, nomine Narchen tradidit cuſtodiæ militari. Accuſatus præterea eſt de injuriis, violentia, cæde, atque ipſa Epiſcopi internicione, quique etiam diebus ſacratiſſimis Paſchæ tyrannico more ſæviens, Ducibus atque Comitibus junctus: quique propter ipſum aliquos in cuſtodiam recludebant, aliquos vero verberibus flagelliſque vexabant, cæteros diverſis tormentis ad communionem ejus ſacrilegam adigebant (nec actus commiſſi unquam ab innocentibus fuerant) ſperans hoc modo ſuos ſuamque prævalere poſſe factionem, ut per Duces & Judices, perque carceres ipſos, verbera diverſaque tormenta invitos ad communionem ſuam cogeret, nolentes adigeret, repugnantes atque reſiſtentes ſibi tyrannico more terreret. Erant quidem illa gravia & acerba ab accuſatoribus objecta.*

LXXXVII. *Nam propter hæc neceſſario Concilium apud Cæſaream Palæſtinam primo videtur eſſe condictum: & cum minime ab ipſo vel ab ſatellitibus ad ſupradictum Concilium occurreretur, poſt alterum annum in Tyro, propter ejus facinora neceſſario iterum celebratur. Advenerunt Epiſcopi de Macedonia, & de Pannonia, Bithynia, & omnibus partibus Orientis, Imperatoris juſſione conſtricti, quique * Actis Athanaſii flagitia crimineque cognoſcentes, non paſſim nec temere accuſatoribus credunt, ſed ſuo de Concilio inluſtres & laudabiles Epiſcopos eligunt, atque in rem præſentem ubi res geſtæ erant, de quibus arguebatur Athanaſius, mittunt: quique oculata fide cuncta aſpicientes atque vera cognoſcentes ad Concilium redeunt, ejuſque crimina, quæ ab accuſatoribus objiciebantur, ſuo teſtimonio vera confirmant. Unde in præſentem Athanaſium dignam pro criminibus ſententiam dicunt. Propter quod Tyro fugiens, Imperatorem appellat. Audit etiam Imperator, quique interrogatione habita, omnia ejus flagitia recognoſcens, ſua illum ſententia in exilium deportavit. His ergo ita cedentibus rebus, cum Athanaſius damnatus digne, in exilio haberetur ob meritum facinorum ſuorum, ſacrilegus in Deum, in myſteria ſacra prophanus, in baſilicæ demolitione violentus, in Epiſcoporum exitiis innocentiumque fratrum perſecu-*

ſecutor horrendus, ab omnibus Epiſcopis in rejiciendis malis ſervatur auctoritas legis, canon Eccleſiæ, & Apoſtolorum ſancta traditio.

LXXXVIII. Sed dum Athanaſius poſt damnationem ſuam reditum ſibi de exilio compararet, de Gallia ad Alexandriam poſt plurimum tempus advenit: quique præterita in nihilum ducens, acrius in nequitia prævalebat. Nam comparatione ſequentium, levia ſunt quæ ab ipſo prima commiſſa ſunt. Etenim per omnem viam reditus ſui Eccleſiam ſubvertebat, damnatos Epiſcopos aliquos reſtaurabat, aliquibus ſpem ad Epiſcopatus reditum promittebat: aliquos ex infidelibus conſtituebat Epiſcopos, ſalvis & permanentibus integris ſacerdotibus per pugnas & cædes Gentilium nihil reſpiciens leges, deſperationi tribuens totum: unde per vim, per cædem, per bellum, Alexandrinorum baſilicas deprædatur. Conſtituto jam in ejus locum ex judicio Concilii ſancto, & integro ſacerdote, ut barbarus hoſtis, ut peſtis ſacrilega, adductis Gentilium populis Dei templum incendit, altare comminuit, & clam exit de civitate, occulteque profugit.

LXXXIX. Sed de Paulo Conſtantinopolitanæ civitatis quondam Epiſcopo poſt reditum exilii ſui ſi quis audierit, perhorreſcet. Fuere namque & in Ancyra provinciæ Galatiæ poſt reditum Marcelli hæretici, domorum incendia & genera diverſa bellorum: nudi ab ipſo ad forum trahebantur presbyteri, & (quod cum lacrymis luctuque eſt dicendum) conſecratum Domini corpus ad ſacerdotum colla ſuſpenſum palam publiceque profanabat, virginesque ſanctiſſimas Deo Chriſtoque dicatas publice in foro, mediaque in civitate, concurrentibus populis, abſtractis veſtibus, horrenda fœditate nudabat. Sed in civitate Gaza provinciæ Palæſtinæ, poſt reditum ſuum Aſclepas altare comminuit, multaſque ſeditiones effecit. Præterea Adrianopoli Lucius poſt reditum ſuum, ſacrificium a ſanctis & integris ſacerdotibus confectum (ſi fas eſt dicere) canibus projiciendum jubebat. Igitur cum hæc ita ſint, numquid nam lupis tantis ac talibus oves Chriſti adhucuſque credimus, & membra Chriſti, membra fornicatoriæ faciemus? abſit.

XC. Nam poſtea Athanaſius perageans per diverſas partes orbis terrarum, ſcilicet ſeducens aliquos, per ſuam fallaciam adulationemque peſtiferam decipiens innocentes Epiſcopos qui ejus facinora ignorabant, vel Ægyptios aliquos ejus actus ignorantes, ſcripta a ſingulis emendicando, Eccleſias pacificas perturbabat, aut ipſe ſibi novas pro ſua voluntate * Nihil tamen hoc valere potuit ad judicium jamdudum a ſanctiſſimis & illuſtribus Epiſcopis conſecratum. Non enim commendatio eorum, qui nec in Concilio Judices fuerunt, nec Concilii judicium habuerunt aliquando, nec præſentes eum ſupradicta Athanaſius audiretur, fuiſſe noſcuntur, aut valere illi potuit, aut prodeſſe. Denique cum ſibi huc incaſſum proveniſſe cognoſceret, ad Julium Romam perrexit, ſed & ad Italiæ quoſdam ipſius partis Epiſcopos, quos ſeducens per epiſtolarum falſitatem, ab eiſdem perfacile in communione receptus eſt. Deinde cœpere illi non tam pro ipſo, quam pro ſuis actibus laborare, quod illi pertemere credendo communicaverant. Etenim ſi fuerant illæ litteræ aliquorum, non tamen eorum qui Judices fuerant, aut in Concilio adſederant: quæ quidem etiam ſi eſſent aliquorum; temere illi fidem * proferunt credere noluerunt: Ideo quia & alii quique * in prætorium pro ſuis facinoribus detecti ſunt, nunc cum Marcello & Athanaſio conjuncti ſunt.

XCI. Decimus autem Aſclepas ante decem & ſeptem annos Epiſcopatus honore deſtinctus eſt: deinde Paulum & Lucium & quotquot talibus conjuncti ſunt, circumeuntes ſimul cæteras regiones, perſuadebant Judicibus non eſſe credendum illis qui in eos digne ſententiam protulerunt, ut hoc genere commercii ſibi quemdam ad Epiſcopatus reditum procurarent. Nec in ipſis locis in quibus peccaverant, nec in proximis, vel ubi accuſatores habebant, ſe defendebant, ſed juxta peregrinos & longe a regionibus ſuis poſitos, ignorantes geſtorum fidem, juſtam ſententiam conabantur perfringere, ad illos referentes actus ſuos qui illos per omnia neſciebant. Aſtute hoc faciunt. Scientes enim de Judicibus, de accuſatoribus, de teſtibus multos deceſſiſſe, poſt tot tantaſque ſententias, putaverunt aliud reſtaurare Judicium, volentes apud nos cauſam dicere, qui neque illos excuſavimus, neque judicavimus. Qui enim judicaverunt, jam ad Dominum perrexere. Voluerunt autem etiam Orientalibus Epiſcopis * & venimus pro judicibus defenſares, pro defenſoribus rei, eo tempore enim eorum defenſio non valebat: maxime cum tunc defendi minime potuerunt, quando illos accuſatores ſui faciem ad faciem arguebant, novam legem introducere putaverunt, ut Orientales Epiſcopi ab Occidentalibus judicarentur. Et volebant Eccleſiæ judicium per eos poſſe conſtare, qui non tam illorum miſerebantur, quam actibus ſuis. *

XCII. Hoc itaque nefas quoniam numquam recepit Eccleſiaſtica diſciplina: quæſumus, dilectiſſimi fratres, ut ſceleratam perniciem conatuſque mortiferos perditorum, nobiſcum etiam ipſi damnetis. Etenim cum adhuc eſſet Epiſcopus Athanaſius, Aſclepam depoſitum ſua ſententia ipſe damnavit: ſed & Marcellus ſimiliter illi numquam communicavit: Paulus vero Athanaſii expoſitioni interfuit, manuque propria ſententiam ſcribens, cum cæteris eum etiam

ipſe

ipſe damnavit: & quandiu quiſque eorum Epiſcopus fuit, ſua judicia confirmavit, ſed cum diverſis ex cauſis diverſiſque temporibus ſinguli eorum digne de Eccleſia, ſuis pro meritis pellerentur, majorem concordiam una conſpiratione fecerunt, donantes ſibi quiſque delicta, quæ cum Epiſcopi eſſent, pro auctoritate divina damnarunt. Namque quando Athanaſius in Italiam & Galliam pergens ſibi judicium comparavit, poſt mortem aliquorum accuſatorum, teſtium, Judicumque, & credidit poſſe ſe denuo tempore audiri quod ejus flagitia vetuſtas temporis obſcuraret, cui conſenſum commodantes, non recte, Julius urbis Romæ Epiſcopus, Maximus, & Oſſius ceterique complures ipſorum Concilium apud Serdicam fieri ex Imperatoris benignitate ſumpſerunt, occurrimus ad Serdicam litteris Imperatoris convocati; quo cum veniſſemus, didicimus in media Eccleſia Athanaſium, Marcellum omnes ſceleratos Concilii ſententia pulſos, & merito ſingulos pro ſuis facinoribus prædamnatos, cum Oſſio & Protbogene ſedere ſimul & diſputare, & quod eſt deterius, divina myſteria celebrare. Nec confundebatur Protbogenes Serdicæ Epiſcopus communicare Marcello hæretico, cujus & ſectam & reprobum ſenſum in Concilio quater ſententiis Epiſcoporum ſubſcribens, propria voce ipſe damnaverat. Unde manifeſtum eſt quia ſeſe ipſe ſua ſententia condemnavit, cum ſe illi communicando participem fecit.

XCIII. *Verum nos tenentes Eccleſiaſticæ regulæ diſciplinam, & volentes miſeros in aliquantulum vivere, mandavimus illis qui cum Protbogene & Oſſio fuerunt, ut de ſuo cœtu damnatos excluderent: neque peccatoribus communicarent; deinde una nobiſcum audirent ea quæ a patribus noſtris contra ipſos in præteritum fuerant judicata; (nam liber Marcelli non expectabat accuſationem, per ſe enim aperte hæreticus noſcebatur;) & ne falſis ſuggeſtionibus crederent,*
* ** non eorum quiſquam praviſſimam mentem*
* *propter locum Epiſcopatus obſcurant *. At illi contra hæc reſiſtebant, qua ratione, neſcimus: nec ſe volnerunt ab ipſorum communione ſecernere, confirmantes Marcelli hæretici ſectam, & facinora Athanaſii ceterorumque ſcelera fidei Eccleſiaſticæ paceque præponebant.*

His itaque cognitis nos octoginta Epiſco-
XCIV. *pi, qui propter pacem confirmandam Eccleſiæ ex diverſis longinquiſque provinciis cum ingenti exitu & labore ad Serdicam veneramus, videntes hæc non ſine lacrymis ferebamus. Leve enim non erat quod a ſe eos dimittere omnino negabant, quos Patres noſtri merito ſuis pro criminibus ante damnarunt. His itaque communicare nefas duximus, neque cum profanis voluimus ſancta Domini ſacramenta miſcere, ſervantes & tenentes regulam Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Nam ut ſupradictos Oſſium a ſe Protbogenemque non dimitterent, conſcientia forte mala quam ſibi eorum unuſquiſque debebat * nudari aliquo quamad palam fieri magnopere pertimeſcebant: nec ſic incis audebat eorum aliquis ſententiam dicere, ne & ſe ipſe damnaret quod illis contra interdictum communicaſſent, quibus communicare nullo genere oporteret. Verum nos iterum illos atque iterum rogabamus, ne firma ſolidaque concuterent, ne ſubverterent legem, nec jura divina turbarent, ne cuncta confunderent, atque traditionem Eccleſiæ, ut quidem modica pace, fruſtrarent; ſed nec novam ſectam inducerent, aut Orientalibus Epiſcopis Conciliiſque ſanctiſſimis de Occidente venientes aliqua in parte præponerent. At illi contra deſpicientes hæc, nobis minabantur, & ſe Athanaſium & ceteros ſceleratos vindicaturos pollicebantur: quaſi vero aliud facere aut dicere poſſint, qui ſceleratos omnes ac perditos in ſuum conſortium reciperent. Præterea ingenti hoc tumore proponunt, audacia potius ac temeritate, quam legitima ratione poſſeſſi. Videntes enim quod ii qui damnatos recipiunt, in offenſam criminque occurrunt, ut violatores cæleſtium legum, tali auctoritate judicium conſtituere conabantur, ut ſeſe Judices Judicum dicere vellent, atque eorum qui jam cum Deo ſunt, ſi fas eſt, ſententiam refricare. Nos vero rogabamus illos per plurimos dies, ut a ſe damnatos abjicerent, & ſe Eccleſiæ ſanctæ conjungerent, atque Patribus vera dicentibus conſenſum accommodarent. Sed illi ſe hoc facturos omnino negabant.*

Altercantibus igitur nobis emerſerunt XCV.
quinque Epiſcopi ex partibus noſtris, qui ſuperſtites de ſexto numero eorum qui ad Mareotam directi fuerant, remanſerant, & talem illis optionem proponunt: mittendos eſſe ex utroque Concilio Epiſcopos aliquot ad loca in quibus Athanaſius ſcelera flagitiaque commiſit, ut ſub teſtificatione Dei, cuncta fideliter ſcriberent; & ſi falſa inventa fuerint quæ Concilio nunciavimus, ipſi damnemur, nec Imperatoribus, nec Concilio, nec cuiquam Epiſcopo conqueramur. Quod ſi verum conſtiterit, quod ante diximus, ad numerum noſtrum ex vobis quod delegiſtis, id eſt, qui Athanaſio poſt damnationem communicaverunt, ſed & eos qui Athanaſio, & Marcello fautores defenſoreſque ſunt exponamus, nec Imperatoribus, nec Concilio, nec cuiquam Epiſcopo aliqui veſtrum conquerantur. Hanc optionem a noſtris propoſitam Oſſius & Protbogenes omneſque eorum ſocii ſuſcipere timuerunt. Immenſa autem confluxerat ad Serdicam multitudo ſceleratorum omnium ac perditorum adventantium de Conſtantinopoli, de Alexandria, qui rei homicidiorum, rei ſanguinis, rei cædis, rei latro-

cinio-

Digitized by Google

cinioꝛum, rei prædarum, rei ſpoliorum nefandorumque omnium ſacrilegiorum, criminum rei, qui altaria confregerunt, Eccleſias incenderunt, domoſque privatorum compilaverunt, prophanatores myſteriorum Dei, proditoreſque ſacramentorum Chriſti, qui impiam ſceleratamque hæreticorum doctrinam contra Eccleſiæ fidem adſerentes, ſapientiſſimos presbyteros Dei, diacones, ſacerdotes atrociter demactaverant; & eos omnes ſecum collectos in ſuo conventiculo habuerunt Oſſius & Prothogenes, eoſque honorantes, nos omnes diacones & ſacerdotes Dei deſpiciebant, quia nec ipſi volebamus talibus, aliquando conjungi, itque vulgo omnibuſque gentibus, id quod inter nos fuerat, referebant, pro veris falſa fingentes, nec diſcordiam inter nos ex cauſa Dei ortam, ſed ex humana præſumptione narrabant, divinis humana miſcentes, & Eccleſiaſticis rebus privatas adjungentes, Civitatis nobis concentum ſeditionemque conflarunt, dicentes nos gravem ſchiſmate Civitati importaſſe injuriam, niſi illis (quod nefas erat) communicaremus: & hæc frequenter acclamabant. Nos enim omnino illis communicare noluimus, niſi eos quos damnavimus projeciſſent, & dignum honorem Concilio Orientis tribuerent.

XCVI. *Quæ vero ipſi egerint, vel quale Concilium habuerint, hinc addiſcere poteritis. Nam Prothogenes (ſicut ſupra diximus) apud Acta anathematizans Marcellum & Paulum, poſtea eos in communionem ſuſcepit. Dionyſium vero ab Edica Provinciæ Achaiæ quem ipſi expoſuerant, in Concilio habuerunt ſimul ſecum & exponentes & expoſitc, Judices & rei communicantes myſteria divina pertractant. Baſſum autem de Diocletiana Civitate in flagitiis ſceleribuſque deſectum, & merito de Syria deportatum, ordinaverunt Epiſcopum, quique apud ipſos ſceleratius vivens detectus, & ab ipſis damnatus, cum ipſis hodie videtur eſſe conjunctus. Et quia Joannes Theſſalonicenſis Prothogeni frequenter probra multa criminaque objecit, quod diceret illum concubas & habuiſſe & habere, cui communicare numquam voluit, nunc vero in amicitiam receptus quaſi pejorum conſortio expurgatus, apud ipſos habetur ut juſtus. Aſclepas autem cum ad Conſtantinopolim Civitatem propter Paulum veniſſet, poſt immanitatem rerum atrocitatemque, commiſit quæ media in Eccleſia Conſtantinopolitana geſta ſunt, poſt mille homicidia quæ altaria ipſa humano ſanguine coinquinaverant, poſt interfectiones fratrum extinctioneſque Gentilium, hodieque cum Paulo, cujus cauſa hæc geſta ſunt, communicare non ceſſat: ſed & illi qui per Aſclepam Paulo communicant, accipientes ab eodem ſcripta atque ad illum mittentes.*

XCVII. *Ex hac igitur coagulatione atque ex perditorum congregatione quale potuerit celebrari Concilium, in quo flagitia ſua non tam puniebant, quam agnoſcebant? Non enim ſecundum nos qui Eccleſiis ſanctiſſimis præſidemus populiſque rectores ſumus, donantes, & dimittentes, quæ ab ipſis nec dimitti umquam poſſunt, nec donari: quique etiam Marcello, & Athanaſio cæteriſque ſceleratis flagitia, blaſphemia, quæ nefas fuerit dimittere, condonarunt, cum ſcriptum ſit: Si peccaverit homo in hominem, orabunt pro eo ad Dominum: Si autem in Deum peccaverit homo, quis orabit pro eo? Nos autem talem conſuetudinem non habemus, nec Eccleſia Dei. Sed nec hoc docere aliquos patimur, nec novas traditiones inducere, ne proditores fidei traditoreſque ſcripturarum divinarum (quod nefas eſt) dicamur, ne a Domino, & ab hominibus condemnemur. Verum illi ſupradicti etiam hæc adverſus nos machinabantur; & quoniam ſciebant nos non poſſe ſibi ſceleſtorum beneficio communicare; ex ſceptris nos Imperatorum terrere putabant, ut invitos ad ſuam communionem traherent, & * ſpectabunt dividi totius mundi profundum Eccleſiæ, æternamque pacem propter Athanaſium & Marcellum, propter quos nomen Domini blaſphematur in Gentibus, quos oportebat, ſi in ſe aliquid timoris Dei habuiſſent, ne turbo iſte qui per ipſos natus eſt, permaneret, a ſua praviſſima præſumptione, vel ſero diſcedere, ne ipſorum cauſa contra ſeſe ſcinderetur Eccleſia: aut ſi in iis qui pro ipſis certant, metus Dei eſſet, etiamſi nihil eſſe damnabile apud ipſos inveniretur, tamen quod propter ipſos unitas Eccleſiæ ſcinditur, & proptee infamiam, rabiem, cupiditatemque honoris pax profunda ſubvertitur, execrari eos ac perhorrere deberent.*

Cum ita res currere videremus, ad ſuam patriam regredi noſtrum unuſquiſque decrevit: placuitque nobis de Serdica ſcribere, & ea quæ geſta ſunt nunciare, noſtramque ſententiam declarare. Nos enim Athanaſium, & Marcellum, qui in Dominum impie blaſphemantes ſcelerati vixerunt, expoſitos olim atque damnatos, non poſſumus iterum in Epiſcopatus honorem ſuſcipere, quique crucifigentes verum filium Dei atque illum denuo publicantes, acerbis ictibus confixerunt. Alter enim ipſorum blaſphemando in filium Dei atque in ejus regnum, æterna morte mortuus eſt ſemel: Alter in corpus Domini myſteria ejus prophano more atrociter peccans, cæteraque flagitia immaniter gerens, Epiſcoporum ſententia ejectus eſt atque damnatus. Quamobrem quoniam a parentum traditione diſcedere non poſſumus, quia nec talem auctoritatem ſumpſit Eccleſia, nec talem poteſtatem a Deo accepit, ſupradictos ad honorem dignitatemque Eccleſiæ, nec ipſi ſuſci- XCVIII.

ſcipimus, & ſuſcipientes, digne damnamus. Sed nec alios qui aut olim, aut poſtea merito damnati ſunt, in Eccleſiis recipimus, adhærentes legibus Dei traditionibuſque paternis atque Eccleſiaſticis diſciplinis, credentes Prophetæ dicenti: Noli tranſgredi terminos æternos quos poſuerunt patres tui. Quare nos nunquam fixa ſolidaque concutimus, ſed magis ea quæ ſunt a parentibus conſtituta ſervamus.

XCIX. Poſt multa igitur, dilectiſſimi fratres, hæc, vobis ex aperto mandamus, ne quis veſtrum ab aliquo circumventus aliquando communicet, id eſt Oſſio Protbogeni, Athanaſio, Marcello, Aſclepæ, Paulo, Julio: ſed nec cuiquam damnatorum de Eccleſia ſancta rejectis, neque ſociis ipſorum qui illis ſive per ſe, ſive per ſcripta communicant. Quare nec vos ad illos ſcribere unquam debetis, nec ab ipſis ſcripta ſuſcipere.

C. Jam quod ſupereſt, oramus vos dilectiſſimi fratres, ut unitati Eccleſiæ conſulatis, & paci perpetuæ, ſanctos Epiſcopos eligatis, in quibus & fides integra & ſancta ſit vita, abhorrentes eos qui pro criminibus ſuis ab Epiſcopatus honore diſtincti ſunt, voluntque iterum recipere locum, quem digne pro ſuis facinoribus amiſerunt, magiſque hos execramini quos poſt facinus videtis pejora committere, nec Dominum audire dicentem: Peccaſti, quieſce: inhibere neſciunt enim, & fortiores de ſceleribus efficiuntur, & quanto plus in gurgitem vitiorum mergunt, tanto plus orbem ſubvertunt, ſeditionibus vacantes, bella perſecutioneſque acerrimas ſanctis Eccleſiis ingerunt, & tyrannico more populos Domini in ſuum dominium captivare contendunt. Namque ex his rebus peſſimos eorum conatus agnoſcite, quando talem mundo tempeſtatis procellam induxerunt, ut Orientem prope totum Occidentemque turbarent, ut relinquentes ſinguli Eccleſiaſticas curas, populoſque Dei deſerentes, atque ipſam Evangelii doctrinam poſtponentes, de longinquo adveniremus ſenes ætate graves, corpore debiles, ægritudine infirmi, trahebamurque per diverſa, noſtroſque ægrotantes in itineribus deſerebamus propter perpaucos ſceleſtos olim digne damnatos, primatus Eccleſiæ contra fas appetentes: * geratque curam de nobis Imperium atque religioſi Imperatores, Tribuni & Duces diriſſima republica de Epiſcoporum vita ſtatuque exercerentur. Sed nec populi ſilent. Omnis enim fraternitas omnibus in Provinciis ſuſpenſa ac ſollicita expectat, in quem finem hæc malorum procella ſuccedat, curſuſque ipſe publicus attritus ad nihilum deducitur. Et quid pluribus? Ortus, Occaſuſque mundi propter unum, vel duos paucoſque ſceleratos, impie ſentientes, & turpiter viventes funditus ſubvertitur, & dura ſævaque tempeſtate turbatur, in quibus nulla religionis ſemina ceſſederunt, quæ ſi habuiſſent, imitarentur Prophetam dicentem: Tollite & mittite me in mare, & tranquillabit mare a vobis, quando hæc tempeſtas propter me facta. Sed ideo hæc non imitantur, quia nec juſtos ſequuntur, ita autem ſceleratorum omnium duces quærunt Eccleſiæ Principatum quaſi aliquod tyrannidis regnum: nec hoc propter bonum quoque juſtitiæ inquirunt. Non enim Eccleſiis conſulunt, qui leges juraque divina, cæterorum decreta diſſolvere perconantur. Propterea hanc novitatem moliebantur inducere, quam horret vetus conſuetudo Eccleſiæ, ut in Concilio Orientales Epiſcopi quicquid forte ſtatuiſſent, ab Epiſcopis Occidentalibus refricaretur: ſimiliter quicquid Occidentalium partium Epiſcopi, ab Orientalibus ſolveretur. Sed hoc ex illo ſuo praviſſimo ſenſu tractabant. Verum omnium Conciliorum juſte legitimeque actorum decreta firmanda, majorum noſtrorum geſta conſignant. Nam in Urbe Roma ſub Novato & Sabellio & Valentino hæreticis factum Concilium ab Orientalibus confirmatum eſt: & iterum in Oriente ſub Paulo * Aſonus ait quod ſtatutum eſt, ab omnibus eſt ſignatum. * Samoſateno.

CI. Ob quam rem hortamur vos, dilectiſſimi fratres, conſiderantes ordinem Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & paci totius orbis conſulentes, corripiatis eos qui ſceleratis communicant, & malos de Eccleſiis radicitus amputetis, ut tempeſtate ruente ipſorum cauſa innatans Chriſtus Dominus omnibus imperet ventis procelliſque maritimis diſcedere, & tribuat Eccleſiæ ſanctæ pacem perpetuam & quietem. Nos vero nulli injuriam fecimus, ſed legis præcepta ſervamus. Nam injurianti graviter & male tractati ſumus, ab iis qui volebant Eccleſiæ Catholicæ regulam ſua pravitate turbare: ſed ante oculos habentes timorem Dei, judicium Chriſti, verum & juſtum conſiderantes nullius perſonam accepimus, neque alicui pepercimus quominus Eccleſiaſticam diſciplinam ſervaremus. Unde Julium Urbis Romæ, Oſſium, & Protbogenem, & Gaudentium, & Maximinum a Treviris damnavit omne Concilium ſecundum antiquiſſimam legem, ut auctores communionis Marcelli & Athanaſii cæterorumque ſceleratorum, quique etiam homicidiis Pauli Conſtantinopolitani, & cruentis actibus ejus communicaverunt. Protbogenem namque eſſe anathematizatum una cum Marcello, ſubſcribendo frequenter ſententiæ in ipſum, vel in ejus librum illatæ, quique etiam in Paulum Conſtantinopolitanum ſententiam dederunt, & illi poſtea communicaverunt: Gaudentium autem ut immemorem deceſſoris Cyriaci ſubſcribentis ſententiis in ſceleratos digne inlatis, commixtumque criminibus Pauli, quem etiam impudenter defendebat. Julium vero urbis Romæ, ut

prin-

Digitized by Google

principem & ducem malorum, qui primus januam communionis ſceleratis atque damnatis aperuit, cæteriſque aditum fecit ad ſolvenda jura divina, defendebatque Athanaſium præſumenter atque audaciter, hominem, cujus nec teſtes noverat, nec accuſatores. Sed Oſſium propter ſupradictam cauſam, & propter beatiſſimæ memoriæ Marcum, cui graves ſemper injurias inrogavit; ſed & quod malos omnes pro criminibus ſuis digne damnatos totis viribus defendebat, & quod convixerit in Oriente cum ſceleratis ac perditis. Turpiter namque Paulino quondam Epiſcopo Daciæ individuus amicus fuit, homini qui primo maleficus fuerit accuſatus, & de Eccleſia pulſus, uſque in hodiernum diem in apoſtaſia permanens cum concubinis publice, & meretricibus fornicetur, cujus maleficiorum libros Macedonius Epiſcopus atque confeſſor a Mopſo, combuſſit: ſed & Euſtaſio & Quimaſſio adhærebat peſſime & charus fuit, de quorum vitæ infamia turpi dicendum nihil eſt: exitus enim illorum eos omnibus declaravit.

CII. *His itaque ac talibus junctus ab initio Oſſius ſceleratis ſemper favens, contra Eccleſiam veniebat, & inimicis Dei ſemper ferebat auxilium. Maximinum vero a Treviris propter quod collegas noſtros Epiſcopos, quos ad Gallias miſeramus, noluerit ſuſcipere, & quoniam Paulo Conſtantino * nefario homini ac perdito primus ipſe communicavit, & quod ipſe tantæ cladis cauſa fuit, ut Paulus ad Conſtantinopolim Civitatem revocaretur, propter quod homicidia multa facta ſunt. Cauſa igitur homicidiorum tantorum ipſe fuit, qui Paulum olim damnatum ad Conſtantinopolim revocavit. Propter has igitur cauſas juſtum duxit Concilium, ut Julium urbis Romæ, & Oſſium cæteroſque ſupra memoratos diſtringeret atque damnaret.*

*Conſtantinopolitano

CIII. *Quæ cum ita ſint, cuſtodire vos ab ipſis, & abſtinere debetis, dilectiſſimi fratres, nec eos aliquando ad communionem admittere: ſed nec ipſorum litteras accipere, nec ad illos litteras dominicas dare. Et quoniam Catholicam & Apoſtolicam fidem voluerunt infringere ii, qui cum Oſſio erant, inducenteſque novam ſectam * indeo croniti Marcelli miata Sabellio & Paulo, Iude * artem neceſſario ordinavimus Catholicæ Eccleſiæ fidem, quam negaverunt ſupradicti qui cum Oſſio ſunt & Marcello hæretici induxerunt, conſequens eſt, ut acceptis litteris noſtris ſinguli conſenſum huic ſententiæ commodantes, decreta noſtra propria ſubſcriptione ſignetis. Eſt autem fides noſtra talis.*

CIV. *Credimus unum Deum Patrem omnipotentem, inſtitutorem & creatorem omnium, ex quo omnis creatura in cælo & in terra nominatur. Et in unum genitum filium ejus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui ante ævum ex Patre generatus eſt, & ex Deo Deus, ex luce lux, per quem facta ſunt omnia, quæ in cælis & quæ in terra viſibilia & inviſibilia, ſermo qui ſit & ſapientia, virtus, & vita, & lux vera, qui in noviſſimis temporibus propter nos induerit hominem, & natus ſit de Sancta virgine Maria, & crucifixus, & mortuus, & ſepultus ſit: tertia die reſurrexit a mortuis, & adſumptus in cælum, ſedet in dextra Patris, venturus in fine mundi judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique ſecundum opera ſua: cujus regnum inceſſabile permanet in æterna ſæcula. Eſt enim ſedens in dextera Patris, non ſolum in iſto ſæculo, ſed & in futuro. Credimus in Spiritum ſanctum, hoc eſt in paracletum quem mittens Apoſtolis poſt aſſumptionem ſuam in cælum, miſit docens illos & inſtruens de omnibus, per quem ſanctificantur animæ in ipſum fideliter credentes. Credimus & in ſanctam Eccleſiam, in remiſſionem peccatorum, in carnis reſurrectionem, in vitam æternam. Illos vero qui dicunt, * id quod non fuit filius Dei: aut ex alia ſubſtantia & non ex Deo; aut qui dicunt, fuiſſe aliquando tempus, vel ſæculum quando non fuit filius, hæreticos damnat ſancta, & Catholica Eccleſia. Similiter & illos qui dicunt tres eſſe Deos, aut Chriſtum non eſſe Deum, aut ante ea unum non fuiſſe Chriſtum, neque Filium Dei, aut ipſum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, aut non unum Filium, aut non ſententia neque voluntate Deum Patrem genuiſſe Filium; hos omnes anathematizat & execratur ſancta & Catholica Eccleſia. Opto vos in Domino bene valere.*

* de non extantibus eſſe Filium Dei, ita apud Hilarium.

CV. *Stephanus Epiſcopus Antiochiæ Provinciæ Syriæ opto vos in Domino bene valere.*
Olympius Epiſcopus Doliceus opto vos in Domino bene valere.
Gerontius Epiſcopus Lamphaniæ.
Menophantus Epiſcopus ab Efeſo opto vos in Domino bene valere.
*Paulus Epiſcopus * opto vos in Domino bene valere.*
Eulalius Epiſcopus ab Amantias opto vos in Domino bene valere.
Macedonius Epiſcopus ab Amarquetias opto vos in Domino bene valere.
Telaphius Epiſcopus a Chalcedonia opto vos in Domino bene valere.
Acacius Epiſcopus a Cæſarea opto vos in Domino bene valere.
Theodorus Epiſcopus ab Heraclia opto vos in Domino bene valere.
Quintianus Epiſcopus a Taxe opto vos in Domino bene valere.

Mar-

* Aretusa *Marcus Epiſcopus ab Aretiis* * *opto vos in Domino bene valere.*
Cyrotus Epiſcopus a Roco opto vos in Domino bene valere.
Eugeus Epiſcopus a Liſicia opto vos in Domino bene valere.
Antonius Epiſcopus a Zeumate opto vos in Domino bene valere.
Antonius Epiſcopus a Docimo opto vos in Domino bene valere.
Dion Epiſcopus a Cæſarea opto vos in Domino bene valere.
Vitalis Epiſcopus a Tyro opto vos in Domino bene valere.
Endoſius Epiſcopus a Germania * *opto vos in Domino bene valere.*
* Germanicia *Dionyſius Epiſcopus ab Alexandria* * *Provincia opto vos in Domino bene valere.*
Macedonius Epiſcopus a Jurito opto vos in Domino bene valere.
Euſenius Epiſcopus ab Dorlani opto vos in Domino bene valere.
Baſilius Epiſcopus ab Anquira opto vos in Domino bene valere.
Proareſius Epiſcopus a Sinopa opto vos in Domino bene valere.
Euſtacius Epiſcopus ab Epiphania opto vos in Domino bene valero.
Pancratius Epiſcopus a Pernaſo opto vos in Domino bene valere.
Euſemius Epiſcopus a Pengu›o opto vos in Domino bene valere.
Sabinianus Epſcopus a Chatimera opto vos in Domino bene valere.
Bitinicus Epiſcopus a Zelon opto vos in Domino bene valere.
Dominus Epiſcopus a Palladiano upto vos in Domino bene valere.
Piſon Epiſcopus a Troada opto vos in Domino bene volere.
Carthersus Epiſcopus ab Aſpona opto vos in Domino bene valere.
Filetus Epiſcopus a Juliopoli opto vos in Domino bene valere.
Quirius Epiſcopus a Marcota opto vos in Domino bene valere.
Feletus Epiſcopus a Cratia opto vos in Domino bene valere.
Thimaſarcus epiſcopus * *opto vos in Domino bene valere.*
Euſemius Epiſcopus a Mignenia opto vos in Domino bene valere.
Quirius Epiſcopus a Philadelſia opto vos in Domino bene valere.
Piſon Epiſcopus a Vanis opto vos in Domino bene valere.
Timotheus Epiſcopus * *opto vos in Domino bene valere.*
Euthemon Epiſcopus a Thaneos opto vos in Domino bene valere.
Callenicus Epiſcopus a Peluſio opto vos in Domino bene valere.
Euſebius Epiſcopus a Pergamo opto vos in Domino bene valere.
Leucadas Epiſcopus ab Ilio opto vos in Domino bene valere.
Noconius Epiſcopus a Troade opto vos in Domino bene valere.
Adamantius Epiſcopus a Cio opto vos in Domino bene valere.
Eddeſius Epiſcopus a Coo opto vos in Domino bene valere.
Theodolus Epiſcopus a Neocæſaria opto vos in Domino bene valere.
Sion Epiſcopus * *opto vos in Domino bene valere.*
Theogenes Epiſcopus a Lizia opto vos in Domino bene valere.
Florentius Epiſcopus ab Anchara opto vos in Domino bene valere.
Iſaac Epiſcopus a Lueto opto vos in Domino bene valere.
Eudemon Epiſcopus * *ſubſcripſi pro ipſo, opto vos in Domino bene valere.*
Agapius Epiſcopus a Therico opto vos in Domino bene valere.
Baſſus Epiſcopus a Car opto vos in Domino bene valere.
Narciſſus Epiſcopus ab Anapoli opto vos in Domino bene valere.
Embracius Epiſcopus a Niſilecto opto vos in Domino bene valere.
Lucius Epiſcopus a Baptino opto vos in Domino bene valere.
Nonnius Epiſcopus a Laudocia opto vos in Domino bene valere.
Pantagatus Epiſcopus a Gallia opto vos in Domino bene valere.
Flaccus Epiſcopus ab Jeropoli opto vos in Domino bene valere.
Syſimius Epiſcopus a Perge opto vos in Domino bene valere.
Diogenes Epiſcopus * *opto vos in Domino beus valere.*
Creſconius Epiſcopus * *opto vos in Domino beno valere.*
Neſtorius Epiſcopus * *opto vos in Domino bene valere.*
Emmonius Epiſcopus * *opto vos in Domino beno valere.*
Eugenius Epiſcopus * *opto vos in Domino bene valero.*
Antonius Epiſcopas a Guſia opto vos in Domino bene valere.
Demoſilus Epiſcopus ab Cooc opto vos ia Domino bene valere.
Euticius Epiſcopus a Philopopoli opto vos in Domino bene valere.
Severus Epiſcopus a Cabula opto vas in Domino bene volere.
Timotheus Epiſcopus ab Anquilo opto vos in Domino bene valere.
Valens Epiſcopus a Murſa opto vos in Domino bene valere.

Explicit decretum Synodi Orientalium apud Serdicam Epiſcoporum a parte Arianorum, quod miſerunt ad Africam. Quo accepto Donatiſtæ; gloriabantur Concilium Sardicenſe cum Donato Carthaginenſi eorum Epiſcopo communicaſſe: ad quod refellendum, (ut vidiſti ſuperius) laborarunt Catholici, quod neſcirent legitimum quodnam fuerit Concilium Sardicenſe quaſi nonniſi illud ſpurium in Africam perveniſſet, cum germani Sardicenſis nulla ad poſteros memoria dimanarit ☞. Iſtud ipſum eſt, quod admirari non deſino: quonam pacto accidiſſe potuerit, ut verum atque ſincerum Concilium Sardicenſe Catholicos Africanæ Eccleſiæ Epiſcopos præterierit, eodem ferme ſæculo quo fuerat celebratum, cui interfuiſſet Gratus Epiſcopus Carthaginenſis, ille ipſe cujus eſt frequens mentio in primo Concilio Carthaginenſi anno ſequenti coacto: cum & Athanaſii teſtificatione exploratum habeatur (a), una cum Grato trigintaquinque ejuſdem Africanæ Eccleſiæ Epiſcopos eidem Synodo Sardicenſi præſto fuiſſe, ac pariter eam ſuo ipſorum chirographo muniviſſe, quorum ſingulorum nomina ab eodem Athanaſio recenſentur. Nec eſt quod quis vel fingere ſaltem poſſit, omnes Epiſcopos illos in reditu naufragio periiſſe, & una cum eis Acta Sardicenſia pariter interiiſſe: nam in nuper citato Concilio primo Carthaginenſi mentio habetur ejuſdem Synodi Sardicenſis, ex ipſius Grati ſuggeſtione: ibi enim ſic legitur (b): *Gratus Epiſcopus dixit: Hæc obſervantia pacem cuſtodit: nam & memini in ſanctiſſimo Concilio Sardicenſi ſtatutum, ut nemo alterius plebis hominem uſurpet; ſed ſi forte erit neceſſarius, petat a collega ſuo, & per conſenſum habeat.*

(a) *Athan. Apolog. 2.*

(b) Conc. 1. Carth. c. 5. Tom. 1. Conc.

CVI. Quomodo præterlapſa memoria Concil. Sard.

Cum igitur ex ipſis publicis Eccleſiæ Africanæ monumentis ſatis compertum habeatur, innotuiſſe Afris Catholicæ communionis Epiſcopis germanum legitimumque Concilium Sardicenſe: quomodo accidit, ut memoriam poſterorum illud ipſum penitus fugerit, cujus ſaltem nomen in ejuſdem Eccleſiæ chartis publicis, in ipſorum, inquam, primo Concilio Carthaginenſi diſertis notis reperiretur expreſſum? Quomodo, inquam, id ipſum tunc S. Auguſtinum præteriit, vel forte diſſimulandum putavit? Et quonam pacto, quæſo, tam libere atque ſecure, abſque diſtinctione aliqua interpoſita, abſolute dixit Concilium Sardicenſe ab Arianis fuiſſe collectum, quod & ex ejus Actis niſus eſt accurate probare; ſi in primo Conventu Carthaginenſi citatum haberetur a Grato, totius Africanæ Eccleſiæ, Catholicæ communionis Primate Epiſcopo, Concilium Sardicenſe? Frequenter hic per eamdem lineam admirabunda noſtra (ut ſenſorio) ſæpe recurrit oratio, hæret in ſalebris, & quo tandem evadat, ignorat: cum plane nefas ſit, tantum Eccleſiæ magiſtrum ignoraſſe Eccleſiaſticos canones, ſuſpicari. Quamvis enim ipſe teſtetur de ſuo tyrocinio, cum fuit ab Aurelio adhuc vivente inſtitutus Epiſcopus (c), ſe ignoraſſe Nicænos canones: jam vero factum ſenem, & in controverſiis de rebus atque dogmatibus Eccleſiaſticis ſemper verſatum, omnia oportuit Concilia ſcripta evolviſſe, & archiva reſeraſſe.

(c) *Auguſt. epiſt. 110.*

CVII. Concilium Sardicenſe paſſum jacturam in Africa.

Quamobrem nihil eſt quod in hac tanta rerum ambage æquius exiſtimare poſſimus, niſi ex tot tantiſque invaſionibus atque graſſationibus a Donatiſtis adverſus Catholicos ſæpe conflatis, factam eſſe jacturam Sardicenſium canonum, vel aliquo alio caſu nobis incomperta eoſdem penitus excidiſſe, ipſumque primum Carthaginenſe Concilium eo tempore latuiſſe. Quod quidem maxime deplorandum fuit: nam eorum ignoratione diſcordiæ illæ Africanorum Epiſcoporum cum Zoſimo & Bonifacio Romanis Pontificibus ſemel exortæ, & magno ſcandalo in immenſum auctæ, eorundem Sardicenſium canonum certa ſcientia componi atque prorſus ſedari protinus valuiſſent: quomodo enim refragari eſſent canonibus Oecumenici Sardicenſis Concilii, Nicæno hac ex parte nihil minus habentis? Immo, ſi numero tantum res agenda fuiſſet, hoc illi præſtaret, cui & ex Africa præſertim plures Epiſcopi ſubſcripſiſſent: illi enim unus Cæcilianus Antiſtes Carthaginenſis præſens fuiſſe legitur: Sardicenſi vero una cum Grato Epiſcopo Carthaginenſi Antiſtites numero trigintaſex reperiuntur ſubſcripti. Unde illud accidit infortunium, ut Sardicenſium canonum jactura, univerſa propemodum Eccleſia Africana in maximum illud fuerit diſcrimen adducta, parumque abfuerit quin diro ſchiſmate ab ipſa Romana Eccleſia ſcinderetur. Inter immenſas porro illas diſſenſiones, numquam abruptum inter eas fuiſſe vinculum Catholicæ communionis, ſuo loco dicemus.

CVIII.

At quod nos in majorem admirationem ac plane ſtuporem adducit, illud eſt: Quomodo acciderit (d), ut Zoſimus & Bonifacius Romani Pontifices per legatos a ſe in Africam miſſos in cauſa Apiarii presbyteri, canones Oecumenici Concilii Sardicenſis citaverint nomine Nicænæ Synodi, ut conſtat ex litteris Concilii Africani ad eumdem Bonifacium redditis (e)? Nulla equidem in primis in his de dolo malo & impoſtura poteſt eſſe ſuſpicio, cum æqui ponderis eſſent canones Concilii Sardicenſis, atque Nicæni: nam utrumque Concilium (ut diximus) Oecumenicum fuit, & æque ex hoc atque illo convincendi neceſſario fuiſſent Africani Epiſcopi; qui

(d) *Conc. Carth. 6. c. 3.*

(e) *Conc. African. c. 101.*

tunc

Quomodo confuſi Canones Nicæni cum Sardicenſibus.

tunc ſane reſilierunt, cum ex Nicæno Concilio citatos canones, inter eos qui extarent minime repererunt. Cum igitur omnis prorſus ratio ceſſet ſuſpicionis de impoſtura: alterum de duobus contigiſſe oportuit: vel, ſicut plures alios, Nicæni Concilii canones repetitos eſſe in Sardicenſi Conventu (quod ſuperius eſt demonſtratum) & ab ipſo Niceno Concilio, ſicut alios multos, excidiſſe, in Romano autem codice integros conſervatos fuiſſe: vel quod in vulgato eodem codice, qui Romanæ Eccleſiæ uſui eſſat, ab aliquo canonum collectore, quod ſciret nomen Concilii Sardicenſis ab Arianis eſſe magnopere infamatum, abſque titulo Synodi Sardicenſis, eoſdem canones Concilii æque Oecumenici collocatos fuiſſe dixerimus ſub canonibus Nicænæ Synodi: ſicque accidiſſe, eoſdem citari ſub nomine Nicæni Concilii, quod veroſimilius contigiſſe videtur. At de Sardicenſis Concilii canonibus hactenus. Miſit demum ſancta Synodus legationem Antiochiam ad Conſtantium Imperatorem ibi agentem, quæ peteret ut abſoluti a Synodo Epiſcopi exules ſuam ipſorum ſedem ſinguli abſque Arianorum impedimento recipere poſſent. Quid autem ea legatione actum ſit, dicendum anno ſequenti, quo perveniſſe legati videntur.

JESU CHRISTI ANNUS 348.	JULII PAP. ANNUS 12.	CONSTANTII CONSTANTIS IMPP. 12.

I. Legatio ex Concilio Sardicenſi ad Conſtantium Imp.

QUi ſequitur annus Chriſti trecenteſimus quadrageſimusoctavus, Flavio Philippo & Flavio Sallea Conſulibus annotatur: quo legatio a Concilio Sardicenſi ad Imperatorem Conſtantium Antiochiæ tunc degentem pervenit prope Paſchale tempus, ut ex iis quæ dicemus inferius ex Athanaſio, demonſtrabitur; cir-

Ann. Eccl. Tom. IV.

PAGIUS SÆC.IV. Anno Urbis 1101. Olymp. 281. an.4. A.C.348.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5841.

☉ 21. CB. ☽ 7. P.3. April. Indict.6.

JESU CHRISTI 348.

JULII PAPÆ 12.

CONSTANTII ET CONSTANTIS 12.

I. Conſules.

[1] ANum. I. ad XII. Coſſ. *Fl. Philippus*, & *Fl. Salia*.

Gre.

NOTÆ [1] *Coſ. Fl. Philippus*, & *Fl. Salia*. Graterus pag. MCLXII. 8.

FLAVIO. PHILIPPO. ET. FLAVIO
SALLEA. CONSULIBUS.

Reineſius, cl. XX. pag. 902.

REQUEU. VI. NON. JUL.
FILIPPO. ET. SALLIA. CONSS.

Ibid. pag. 968.

FILIPPO. ET SALLIA.
CONS.
FL. SEVERINE. CO. SUAE. D. VIIII.
K. AUG.

Ibid. pag. 932.

DEP. IN. PACE. PHILIPPO. ET
SALIA. COSS.

Inſcriptio chriſtiana, eruta Romæ in baſilica S. Pauli, C. A. D. 1725. Sic

MIRI BONITATIS. ATQ. SANCTITATI
L. SUBIAE. JANUARIAE. CONIUGI. QUE.
VIXIT. MECUM. ANNOS. XVIII. M. V.
D. XXV. ARADIUS. MELISSUS. MARITUS
ET. SIBI. FECIT.
DEPOSITA. IN PACE. III. KAL. APRIL.
FILIPPO. ET. SALLIA. COSS.

Prudentius Præfat. in Cathemerinon, verſ. 24. *Oblitum veteris me Salia conſulis arguunt; Sub quo prima dies mihi*. Hinc Relandus unico L. *Saliam* ſcribendum cenſet. At Lapides fere omnes geminato L. ſcribunt. Vulgati Faſti: *Philippo & Salia*.

ad finem enim anni ſuperioris, antequam Synodus ſolveretur, eam fuiſſe decretam, ipſos vero legatos, tranſacta hieme, mox una Antiochiam ad Imperatorem navigaſſe, apparet. Delecti ad hoc munus fuerunt legati Vincentius Epiſcopus Capuæ in Campania, vir clariſſimus, & in Concilio Nicæno ob perfunctam tum Apoſtolicæ ſedis legationem magna laude verſatus, & Euphratas Epiſcopus Coloniæ Agrippinæ, de quo plura ſuperius. Antequam vero Sardicenſem legationem narratione proſequamur; quæ interim & poſtea perpetrata ſint ſcelera ab Arianis Epiſcopis, poſtquam dimiſſo Conventiculo ad propria remearunt, hic rerum ordine ſunt enarranda ex Athanaſii Epiſtola, qui accurate, licet ſummatim, res ab eis geſtas perſecutus eſt, his ſcilicet verbis (a):

(a) Athan. epiſt. ad Solitar.

II. Arianorum ſcelera poſt Concil. Sard.

II. *Qui autem exauctorati erant* (nempe a ſancta Synodo Sardicenſi nominati ſuperius Epiſcopi Ariani) *cum æquum eſſet, ut ſic quieſcerent; una cum iis, qui tam fœda fuga receſſerant, ea in abeundo deſignarunt, ut priora omnia facinora pro minimis æſtimes. Cum enim eorum communionem, ut fugientium a Synodo & noxiorum, Hadrianopolitani averſarentur, rem detulerunt ad Imperatorem Conſtantium; effecereque, ut illi e loco, Fabrica cognomine, more laicorum, capitibus truncarentur, adminiſtro in iſtis rebus Philagrio, præſente quoque & ibi Comite. Hujus rei monumenta ante urbem conſiſtunt, quæ nos inter prætereundum vidimus: idque ideo fecere, quod eo modo fugam ſuam ſe, ne ſycophantæ haberentur, corrigere poſſe exiſtimarent. Imperatore vero prompto ad omnia quæ ipſi vellent, effecere, ut ab Alexandria in Armeniam duo presbyteri, & tres diaconi relegarentur. Arium* * *porro & Aſterium, alterum in Petra Palæſtinæ, alterum in Petra Arabiæ Epiſcopum, qui ab ipſis deſciverant, non ſolum in Superiorem Africam relegarunt, ſed ut contumelius paterentur, operam dedere. Lucii porro Hadrianopoleos Epiſcopi manus, cervicemque plurima adverſus ipſos animoſitate utentis, & impietatem redarguentis, iterum, uti prius, ferro vinxerunt, vinctumque in exilium deportarunt: ibique (quod ipſos minime latet) extinctus eſt.*

* Macarium.

III. Porro cum Lucii, tum reliquorum Hadrianopolitanorum martyrum tunc paſſorum natalis dies anniverſaria commemoratione tertio Idus Februarii in Eccleſia Catholica celebratur (b); ſed & Macarii, qui alias Arius dictus reperitur Epiſcopus Petræ in Palæſtina, natalis dies (c) annua memoria duodecimo Kalendas Julii in Eccleſia colitur: itemque Aſterii Epiſcopi Petræ in Arabia quarto Idus Junii natalis dies recurrit anniverſaria, Eccleſiaſticis monumentis adſcripta. Verum, & de aliis Catholicis Epiſcopis tunc ab Arianis dire exagitatis ſubdit hæc Athanaſius: *Diodorum quoque Epiſcopum ſua ſede expulerunt: Olympium item ex Æniis, & Theophilum ex Trajanopoli, ambos Epiſcopos Thraciæ, bonos & Orthodoxos viros, infenſos hæreſi, calumniis appetiverunt, ſemel quidem cum ad Euſebianorum calumnias Conſtantius Imperator edictum miſit: iterum autem, cum iſtius rei memoria ab Euſebianis refricata eſt. Habebat autem edictum, ut non ſolum e Civitatibus & Eccleſiis ejicerentur, ſed & capitali pœna ubicumque inventi eſſent, plecterentur: mirum quidem faciunt, ſed non alienum ab ipſorum moribus: ſiquidem non aliter quam Euſebii diſcipulos, Euſebianæque ferociæ ſucceſſores decuit, ſeſe geſſere; adeo ut æque terribiles ſe in Thracia exhiberent, ac patres ipſorum Alexandriæ ſeſe geſſerunt.*

Epiſcopi martyres & Confeſſores.

(b) Martyrol. Rom. die 12. Febr.

(c) Idem Rom. Martyrolog. dictis diebus.

IV. *Curavere igitur edicta fieri, quibus portus & introitus Civitatum obſervari juberentur, ne, quibus a Synodo conceſſum erat, reditus ad Eccleſias ſuas pateret; ſimulque diplomata ad Judices Alexandrinos nominatim de Athanaſio & presbyteris certis impetraverunt, ut ſive Athanaſius, ſive quiſquam ſuorum urbes aut fines illos ingredi deprehenderetur, capite id lueret. Ad eum modum Judaica iſta hæreſis non ſolum Chriſtum inficiari, ſed etiam cædes facere condidicit. Verum ne hoc quidem ſatis fuit, ut quietem vellent: nam velut ipſorum hæreſeos pater* [ ]*t leo circuit, quærens quem devoret; ita iſti publici curſus facultatem nacti, ac proinde circumcurſitantes in quoſcumque incidunt, qui vel fugam eorum carpunt, vel hæreſin averſantur, eos dignis modis nunc flagris concidunt, nunc vinculis conſtringunt, nunc e natali ſolo exterminant. Tantus certe terror eorum hominum fuit, ut multos coegerint ad hæreſeos ſimulationem; multoſque eo metu affecere, ut maluerint in eremum*

IV. Prohibiti Epiſcopi Catholici redire ad ſuas ſedes.

PAGIUS II. *Gregorii Sedis Alexandrinæ invaſoris obitus.* Baron. n. v. & ſeqq.

Gregorius, qui ſedem Alexandrinam poſt dejectum *Athanaſium* occupabat, initio tantum ſequentis anni mortuus eſt. Athanaſius enim in epiſtola ad Solitarios narrat, *Stephanum* Antiochenum Epiſcopum Arianum tragœdiam adornaſſe adverſus *Euphratem* Colonienſem Epiſcopum, unum ex Legatis a Synodo Sardicenſi ad Conſtantium miſſis, & illius conſilio conductam publicam meretricem, immiſſamque ad Euphratem, *ipſis ſanctiſſimæ Paſchæ diebus*. Deinde *poſt menſes decem defuncto Gregorio* Conſtantium acceſſiſſe Athanaſium. Feſtum Paſchatis currenti anno in diem tertium Aprilis incidit, ideoque initio anni ſequentis, poſt menſes nempe decem Gregorius obiit, & Stephanus Epiſcopatu dejectus, ac *Leontius*, etiam Arianus, in ejus locum ſubrogatus.

Digitized by Google

num fugere, quam vel ſemel in illos incidere: hæc ſunt poſt fugam eorum audacia & inſaniæ facinora. Hæc ipſe.

V. Legati ex Synodo quid Antiochiæ paſſi.

His vero recenſitis ab Arianis poſt receſſum Sardica perpetratis; idem Athanaſius de his, quæ Antiochiæ acciderunt legatis a Synodo Sardicenſi miſſis, hujuſcemodi narrationem inſtituit: *Quin & novum quiddam mirumque deſignant, quod ut probe eorum hæreſim detegit, ita numquam prius auditum eſt; & tale, quod fortaſſe ne apud Gentiles quidem protervieres, nedum apud Chriſtianos futurum putes. Miſſis enim a ſancto Concilio in legationem Epiſcopis, Vincentio Capuæ, quæ metropolis eſt Campaniæ, & Euphrate Agrippinæ, quæ eſt metropolis Superioris Galliæ, ut pro Synodi decretis Imperator Conſtantius Epiſcopos, quos ipſe ejecerat, in ſuas adee reverti pateretur; & in eam ſententiam a Conſtante pientiſſimo ad fratrem ſuum litteris datis, quibus Epiſcopos illi commendabat: viri iſti mirifici ad quodvis facinus prompti, cum legatos iſtos Antiochiæ vidiſſent, in commune quidem conſilium ineunt, ſed ita tamen ut Stephanus* (hic erat Epiſcopus Antiochiæ Arianus) *fabulam inventi conſilii peragendam ſuſciperet, utpote ad ejuſmodi res longe aptiſſimus. Suſcepto negotio, conducit ille publicam meretricem in ipſis feriis ſanctiſſimi Paſchatis, eamque nudam per tenebras immittunt in ædes Euphratæ Epiſcopi.*

VI. *Meretrix autem principio quia credebat juvenem eſſe, a quo accerſeretur, promptè ſequebatur. Poſtquam autem ita deſtituta ab illis, hominem dormientem, ignarum omnium intueretur, diligentiuſque conſiderans ſenis vultum, & Epiſcopi ſpeciem animadverteret, ſtatim clamorem edit, ac vim queritatur. Illi contra, eam orare, ut taceret, & falſum crimen Epiſcopo concinnaret. Die igitur illuceſcente, vulgatur facinus, & univerſa civitas concurrit: & qui in Palatio erant, rei admiratione commovebantur, neque eam ſilentio tradi volebant. Itur ad judicium: leno prodit eos qui meretricem accerſierant: illique deinde auctorem iſtius rei Stephanum eſſe oſtendunt: erant enim ejus clerici, qui cum lenone convenerant. Stephanus igitur Epiſcopali dignitate exuitur, & in locum ejus ſufficitur Leontius ille caſtratus, non ob aliud, quam ut non deeſſet hæreſeos propugnator. Imperator vero Conſtantius paulisper compunctus, ad ſe redit: conjecturaque ex iis, quæ adverſus Euphratem deſignaverant, facta, conſimiles eſſe eorum in alios calumnias arbitratus, relegatos ex Alexandria Armeniæ presbyteros & diaconos eveſtigio redire jubet, & diſerte Alexandriam ſcribit, ne ulterius Athanaſii aut clericos aut laicos perſequerentur. Deinde poſt menſes decem defuncto Gregorio, accerſit & Athanaſium, &c.* Hæc Athanaſius. At de ejus accerſione litteris ejuſdem Conſtantii facta, ſuo loco dicendum pluribus.

VII. Legatio Conſtantis Imp.

Quod autem ſpectat ad legationem ad Conſtantium miſſam a Concilio Sardicenſi: cum eadem a multis recenſeatur; qui ipſam pluribus proſecutus eſt Theodoretus, ex his quæ recitavimus ex Athanaſio corrigendus eſt, dum ait, eam miſſam eſſe a Conſtante Imperatore, additumque duobus legatis Epiſcopis Salianum Prætorem. Qua in re illud eveniſſe putandum eſt, ut a ſancta Synodo (quod decebat) duo illi Epiſcopi legati fuerint, ab Imperatore autem Conſtante poſtea Salianus. Quæ vero ab eis geſta ſint de ſuſcepto apud Conſtantium negotio, quæve ab impio Stephano Epiſcopo Antiocheno tum in Catholicos omnes, tum in legatos perpetrata fuerint, quod ea Athanaſius brevi compendio proſecutus ſit, prolixiorem rei geſtæ narrationem ingerimus cupido lectori rem exactius cognoſcendi ex Theodoreto, qui ab initio miſſæ legationis ſic exorditur (a):

(a) Theod. l. 2. c. 8. in fin. 9. & 10.

VIII. Legationis Sardicenſis plenior narratio.

Conſtans itaque Imperator duos Epiſcopos, quos ex eorum numero, qui Sardicæ convenerant, ad eam rem delegerat, cum litteris ad fratrem una cum Saliano Prætore, viro & pietatis & juſtitiæ inſignibus eximie ornato, miſit. Quæ litteræ non exhortationem ſolum & conſilium, verum etiam minas dignas ſane pio Imperatore complexæ ſunt. Nam ſcripſit primum, ut duobus illis Epiſcopis aures attentas præberet, & iniqua facinora a Stephano & aliis admiſſa diligenter cognoſceret: deinde gregi ſuo reſtitueret Athanaſium; quippe cum & calumnia accuſatorum, & iniqua eorum, qui dudum de eo judicaverant, ſententia, atque adeo acerbum in eum odium perſpicue deprehenſum eſſet. Poſtremo iſta adjecit: Se, niſi his conditionibus obtemperaret, & quod æquitas poſtulat exequeretur, Alexandriam profecturum; oviibus, a quibus tantopere expectabatur, reſtituturum Athanaſium, & hoſtium turbam inde exturbaturum. Conſtantius igitur, his litteris Antiochiæ, ubi tum commorabatur, acceptis, pollicetur ſe facturum, quod ſocius Imperii, & communis de Republica curæ particeps ipſi per litteras ſignificaras. Verum Ariani veritatis oppugnatores, his rebus graviter commoti, perditum atque impium plane facinus edere moliuntur. Interim duo illi Epiſcopi ad domum quamdam in clivo poſitam divertunt: Prætor autem aliud capeſſit diverſorium. Stephanus, qui id temporis ſuſceptis Eccleſiæ Antiochenæ gubernaculis naufragium in ea facere conſtituebat, cum alios habuit ſuorum tyrannicorum ſcelerum adjutores, quorum uſus opera, veræ doctrinæ patronos variis affecit incommodis, tum juvenem quemdam animo ad audaciam projecto

ℓo, vita impia ac ſcelerata, qui iſtorum dux fuit, quique non homines ſolum e foro abducere, contumeliis vexare, verberibus cedere, verum etiam facta in ædes irruptione, tum homines, tum mulieres gravitate inſignes impudenter extrahere non veritus eſt. Sed ne longus ſim in iſtius nequitia deſcribenda, unum ſolum facinus ab eo contra viros facile præſtantiſſimos admiſſum exponam, ex quo de reliquis ejus nefariis maleficiis adverſus optimos viros patratis ſatis conjecturæ capere poterimus.

IX. Calumnia ſtruitur SS. Epiſcopis. *Iſte primum ad quamdam meretricem accedens, dixit peregrinos quoſdam nuper veniſſe, qui noctu ejus operam requirebant, deinde quindecim hominibus ſeditioſis collectis, hos circa ſepes clivum ambientes occultat. Venit eo cum meretrice, & ſigno ſeditioſis, quod præſcripſerat, dato, ubi intellexit facinoris ſocios adeſſe, pergit ad triclinium januam diverſorii, in quo duo Epiſcopi pernoctabant. Quam apertam offendens (unum namque e ſervis ad id faciendum pecunia conduxerat) introducit meretricem: cui oſtio oſtenſo cubiculi, in quo alter Epiſcopus forte dormiebat, ingredi jubet: ipſe et interea ſeditioſos ſuos accerſitum: Euphratas vero (hoc enim Epiſcopo provectiori ætate nomen fuit) in cubiculo exteriore dormivit. Vincentius autem (ſic namque alter appellabatur) in interiore cubiculo quieti ſe dederat. Dum meretrix intrat cubiculi limen, Euphratas ſentiens pedum ſtrepitum, percunctatur quis ſit qui introiret. Reſpondente autem meretrice, Euphratas graviter animo conturbatur, ratus ſane Dæmonem eſſe qui vocem muliebrem effinxerat; ac ſtatim Chriſti ſalvatoris implorat auxilium. Onager vero (ita enim dux illius improbæ & ſeditioſæ turbæ vocabatur) qui præter manuum pedumque vim, armis præterea ad pios oppugnandos uſus eſt, cum factioſorum turba in domum ingreditur; Epiſcopos iniquos appellat, propterea, quod ipſis in animo eſſet iniquum exercere judicium. Multo igitur ſublato clamore, ſervi accurrunt: ſurgit e lecto Vincentius, atque occluſa atrii janua, ſeptem ex ſeditioſis illis prehenduntur. Onager cum reliquis aufugiebat. Cum illis autem una, qui comprehenſi erant, cuſtoditur meretrix.*

X. Stephanus Arianus Epiſc. ſceleris auctor. *Ubi illuxit dies, Epiſcopi Prætorem, qui cum ipſis venerat, excitant: una adeunt Palatium, graviter contra audacia Stephani facinora vociferantur: dicunt iſtius ſcelera non judicium neque quæſtionem requirere. Prætor autem maxime omnium cœpit adverſum Stephanum clamare; orare Imperatorem, ut de iniquo indignoque ejus facinore non Epiſcoporum conſilio, ſed pro tribunali judicium quæratur: ſeque pollicetur primum Epiſcoporum clericos, qui facinoris conſcii erant, ſupplicio coercendos traditurum: Stephani quoque miniſtros ait eodem modo puniendos eſſe. At cum Stephanus petulanti ore illis contradiceret, affirmaretque plagas clericis non infligendas eſſe: placuit Imperatori, & magiſtratibus, ut quæſtio de facto in Regia haberetur. Itaque primum interrogatur meretrix, quis eam ad Epiſcoporum diverſorium deduxiſſet. Tum illa, Juvenis quidam, inquit, ad me accedens, dixit, & peregrinos veniſſe in urbem, & meam operam poſtulare: ſub veſperum igitur redit ad me, & ad diverſorium recta deduxit: deinde cum turbam hominum, quam quæſierat, paratam offendiſſet, eam per januam atrii in ædes introducit, & in cubiculum exterius intrare jubet. Narrabat præterea meretrix, quid Epiſcopus rogaſſet; & quo pacto, metu perculſus, Dei opem precibus imploraſſet, & quemadmodum denique ſeditioſi illi in ædem irruiſſent.*

His rebus cognitis, Judices minimum natu eorum qui comprehenſi erant, in medium adduci jubent; qui non uſque eo expectat, quoad verberibus rem fateri cogeretur: ſed facinus factum illico aperit; & Onagrum illius auctorem fuiſſe, plane fatetur. Qui coram adductus, impellente atque adeo jubente Stephano, illud ipſum ſe aggreſſum fuiſſe, affirmat. Ad hunc modum ergo intellecta Stephani improbitate; primum Epiſcopis, qui tunc aderant, mandatum dant, ut hominem abdicent Epiſcopatu, deinde illi ipſi eum Eccleſia penitus expellant. Non tamen propterea Eccleſia Antiochena labe Ariana omnino liberata eſt: nam ei ſucceſſit in adminiſtrationem Epiſcopatus illius Leontius genere Phryx, animo verſutus, & ſaxis in undis maris latentibus ſimilis: ſed de iſto quidem paulo poſt dicam plura. Per id temporis Conſtantius cum pro certo comperiſſet fraudulentos adverſum Epiſcopos conatus, ſcripſit ad Magnum Athanaſium ſemel, iterum, ac tertio, quo illum, ut de Occidente reverteretur Alexandriam, impelleret. XI. Quæſtio habita de patrato ſcelere. Hactenus Theodoretus. Cæterum cum conſtet ex ipſo Athanaſio, nonniſi poſt decem menſes ab hac legatione perfuncta, a Conſtantio litteras ad eum conſcriptas, poſt ſcilicet Gregorii obitum, qui Alexandrinam Eccleſiam violentus invaſerat: non alio quam ſequenti anno ea accidiſſe apparet; agemus igitur de his ſuo loco.

XII. Athanaſii itinera. Ubinam vero hoc anno & ſequenti, uſque dum ex occidente digreſſus eſt, Athanaſium manere, vel alio proficiſci contigerit, idem ipſe ſignificat his verbis ad eumdem Conſtantium ſcribens (a): *Poſt vero Concilium Sardicenſe Naiſſi mihi commoranti denuo ab eodem Conſtante Auguſto ſcribitur. Confecto igitur itinere, per reliquum tempus Aquilejæ haſi, ubi me litteræ tuæ pietatis deprehenderunt: inde rurſus a beatæ memoriæ viro Con-*

(a) Athan. Apolog. ad Conſtantium.

ſtanto

Digitized by Google

ſtante Imperatore ſcilicet, evocatus in Gallias profectus ſum, atque ita perveni ad tuam majeſtatem. At de his ſuo tempore dicendum. Quod vero decem menſium moras traxerit Conſtantius ſcribendi ad Athanaſium, ut Alexandriam rediret; plane arguit, minacea illas litteras, quas dicit Theodoretus miſſas hac legatione per Salianum Prætorem, non ſtatim poſt Sardicenſe Concilium, ſed poſt Conſtantii has prolixas moras eſſe conſcriptas: quibus ille tandem impulſus, acres eas, quod contemni videretur, ad Conſtantium fratrem litteras dedit, licet Socrates (a) confeſtim ipſas datas eſſe demonſtret, dum ait: *Statim vero* (poſt abſolutum ſcilicet Sardicenſe Concilium) *Imperator, qui partium ad Occidentem vergentium dominabatur, ea quæ in Concilio Sardicenſi facta erant, fratri ſuo Conſtantio ſignificat, hortaturque, ut Paulum, & Athanaſium ad proprias ſedes reſtituendos curet. Verum ubi Conſtantius fratris poſtulata de die in diem differebat; ille* (*Imperatorem dico Occidentis*) *optionem fratri dat, vel Paulum & Athanaſium ad ſuas ipſorum ſedes & Eccleſias reſtituendi; vel, ſi hoc minus præſtaret, ipſum ſibi hoſtem reddendi, nihilque aliud quam bellum expectandi. Litteræ autem, quas ad fratrem ſcripſit, ita ſe habent.*

(a) Socrat. lib. 2. c. 18.

XIII. Epiſt. Conſtantis ad Conſtantium. *Sunt hic apud me Athanaſius & Paulus, quos auditione accepi pietatis cauſa perſecutionem paſſos eſſe. Quod ſi pollicearis, te illis ſuas ipſorum ſedes redditurum, inque eos a quibus ſine cauſa injuria affecti ſunt, animadverſurum; viros ipſos ad te mittam: ſin autem recuſes iſta hoc modo perficere; pro certo velim cognoſcas, me eo venturum, & te invito, illis ſuas ipſorum ſedes reſtituturum.* Hactenus litteræ ad Conſtantium; ſubdit Socrates:

XIV. *Quæ cum intellexiſſet Orientis Imperator, non mediocrem animo concepit ægritudinem. Accerſitis igitur non paucis Orientis Epiſcopis, optionem ſibi datam illis exponit; rogat, quid faciendum ſit. Illi melius eſſe reſpondent, ut Athanaſio Eccleſiæ ſuæ concederet adminiſtrationem, quam ut bellum inteſtinum ſuſciperet. Unde Imperator neceſſitate adductus Athanaſium ad ſe accerſit.* Sed id anno ſequenti: decem quippe menſes (ut dictum eſt) his ultro citroque geſtis rebus inſumpti ſunt. Quod vero ad nomen Saliani legati ſpectat, non levis eſt conjectura, hunc eumdem eſſe cum Sallea hoc anno Conſulatum agente, ſequenti vero Prætura fungente, eumdemque miſſum fuiſſe legatum ad Imperatorem Conſtantium in re maximi momenti, nimirum ad indicendum Conſtantio bellum, niſi Athanaſium & alios Orthodoxos exules Epiſcopos reſtitueret. Subdit autem ad ea, quæ ſuperius dicta ſunt, Socrates (b): *Interea temporis Conſtans Occidentis Imperator Paulum cum duobus Epiſcopis cum litteris ſuis, cumque etiam litteris Concilii, quo tutior eſſet, honorifice Conſtantinopolim mittit. Cum Athanaſius adhuc extimeſceret; animoque, ad Conſtantium necne proficiſceretur, hæſitaret* (*metuebat namque falſas calumniarum criminationes*) *Conſtantius Orientis Imperator illum non ſemel modo, verum etiam eum iterum ac tertio ad ſe accivit.* At hæc anno ſequenti.

(b) Socrat. lib. 2. c. 18.

XV. Conſtans curat reſtitutionem Pauli. Quod autem ait Socrates, litteris a Concilio acceptis, ſuas addidiſſe pro Pauli reſtitutione Conſtantem; non ſic quidem accidit, ut hoc quoque anno Sardicenſis Synodus perdurarit; ſed pro cæteris aliis ſede pulſis a Synodo litteris antea datis, ſuis poſtea additis, Conſtantem hoc anno Paulum reſtituendum curaſſe: quod cum factum fuiſſet perſuaſione Maximini Trevirorum Epiſcopi, conqueſti fuerint Ariani, & ea de cauſa tradat Sozomenus (c) illum ab eis fuiſſe excommunicatum; dictum Arianorum Conciliabulum in præſentem potius annum referendum, quam in ſuperiorem, foret. Athanaſius certe, eamdem illorum fugam ex Concilio Sardicenſi recenſens, de conventu ab eis tunc celebrato ne leviter quidem meminit.

(c) Sozom. lib. 3. c. 10.

XVI. Timet Conſtantius Conſtantem. Quod vero Conſtantius, invitus licet, oblatam optionem de Athanaſio Alexandriam reſtituendo acceperit potius, & id ſuaſerint ei Epiſcopi Ariani; hoc non eorum animi liberalitate accidit; ſed quod vigente jugi bello Perſico cum Sapore Rege, jam actum eſſe videri poſſet de Conſtantii Imperio, ſi & Conſtans bellum moveret in eum, cum vix ſatis reſiſtere Perſis poſſet, a quibus (ut dictum eſt) complures clades acceperat; & ſuperiori proxi-

PAGIUS III. Paulus Cp. Concilio Sardicenſi non adfuit. Ad num. XIV. *Paulus Conſtantinopolitanus* Epiſcopus Sardicenſis Synodi ſententia non videtur reſtitutus, cum in epiſtola Sardicenſis Concilii nulla ejus mentio ſit. Imo Theodoretus lib. 2. cap. 5. diſerte affirmat, Paulum Sardicenſi Synodo minime interfuiſſe. Quod Valeſius in Obſervat. Eccleſiaſt. ad Socratem & Sozomenum lib. 2. cap. 7. contigiſſe exiſtimat, quia cives urbis Conſtantinopolitanæ noluerint illuc Paulum proficiſci, veriti ſcilicet ne ab Arianis in itinere per inſidias interficeretur. Jam itaque ante Synodum Sardicenſem *Paulus* Epiſcopatus ſui locum receperat a Conſtantio, vel in gratiam Conſtantinopolitanorum, qui eum præcipuo quodam amore proſequebantur, vel ob metum Conſtantis Auguſti, qui frequentibus literis ad Conſtantium miſſis, ut Paulus, Athanaſius, & reliqui Orientis Epiſcopi ſuas in Sedes reſtituerentur, poſtulaverat. Hinc videtur Paulus a Singarenſi & Emeſeno exilio ſolutus, reverſus eſſe Conſtantinopolim. Unde cum ad Sardicenſe Concilium proficiſci vellet, a Conſtantinopolitanis civibus detentus eſt, ut docet Theodoretus loco laudato.

Ad

ximo anno, nempe undecimo ejus Imperio (ut habet Hieronymi Chronicon) ab eodem Sapore Niſibis iterum obſeſſa, & Bizabda atque Amida captæ fuiſſent. Poſt tantum itaque rerum diſcrimen, in quo verſabatur Orientale Imperium, jam deploratus videri poterat ſtatus Conſtantii, ſi preſſus mole belli Perſici, majoris ponderis prælium inſerendum a Conſtante fratre ſubire coactus fuiſſet: præſtabat namque Conſtans Conſtantio viribus, utpote auctus tertia Imperii parte, quam Conſtantinus Minor Auguſtorum trium natu major, ex patris teſtamento poſſidebat: cum igitur Imperii tripartiti duarum partium Conſtans dominus eſſet, merito factus eſt Conſtantio metuendus.

XVII. Synodus Carthaginenſis dicta prima.

Hoc eodem anno, vel ſequenti, habita eſt Synodus Carthaginenſis, occaſione legationis a Conſtante imperatore in Africam miſſæ per Paulum, & Macarium clariſſimos viros, ad uniendos diviſos ſchiſmate Donatiſtas Eccleſiæ Catholicæ. Sunt hæc illa tempora dicta Macariana, ſic denominata ab altero legatorum Macario, quorum frequens fit mentio tum apud Optatum Milevitanum & S. Auguſtinum, tum etiam apud ipſos Donatiſtas. Sed antequam rerum geſtarum narrationem aggrediamur, de veritate & certitudine temporis, ex more, diſſerendum putamus. In quo quidem illud primum occurrit; perperam poni ejuſmodi Concilium tempore Silveſtri, vel Marci Papæ; itemque mendoſe legi in ejuſdem Synodi præfatione Conſtantinum, loco Conſtantis Imperatoris, cum legationem Macarii atque collegæ, ipſaque Macariana tempora contigiſſe ſub Conſtante Auguſto, frequentius Optatus & Auguſtinus inculcent; ut nihil ſit quod hac de re in controverſiam deduci poſſit: quod & e citandis inferius locis perſpicue apparebit.

XVIII. Paulus & Macarius quando legati miſſi in Africam.

Cum autem ſatis aperte liqueat eorumdem legationem miſſam fuiſſe a Conſtante Imperatore, cur potius hoc anno, vel ſequenti ejus Imperii, quam alio aliquo, ponendam eſſe ducamus, nunc aperiendum eſt. Conſtat in primis ex præfatione indita eidem primo Concilio Carthaginenſi, eodem anno, quo ipſa Synodus eſt habita, ad conciliandos diſſidentes in unam Eccleſiam, miſſos eſſe dictos legatos Paulum atque Macarium. Rurſum vero & illud ex eadem Synodo exploratum habetur, ipſam celebratam fuiſſe non ante, ſed poſt Concilium Sardicenſe, ſiquidem in ejus quinto canone citatur decretum ejuſdem Concilii Sardicenſis ex Grati Epiſcopi Carthaginenſis rogatione ad præſentes tunc Epiſcopos: ſed & cum illud certum exploratumque ſit, ipſum Conſtantem Imperatorem poſt annum ſequentem, ipſo ejus exordio, necatum eſſe; neceſſe eſt affirmare, dictum Concilium poſt Sardicenſem Conventum, & vivente Conſtante Imperatore, hoc vel ſequenti anno fuiſſe collectum: ſic & Macariana tempora iiſdem limitibus terminanda.

XIX. Occaſio legationis Africanæ ex Grati Epiſc. ſuggeſtione.

Quoniam autem prius contigit, eoſdem legatos ab ipſo Conſtante Imperatore in Africam mitti, ac poſtea cogi Synodum Carthaginenſem: hac ratione de legatione primum, deinde vero de Synodo nobis agendum proponimus. Quantum igitur conjectura conſequi licet; qui anno ſuperiori una cum ☞ trigintaquinque ☜ collegis Africanis Epiſcopis venit ad Sardicenſe Concilium Gratus Antiſtes Carthaginenſis, ipſum quoque Conſtantem Imperatorem conveniſſe, eumque & de ſtatu deploratiſſimo Africanæ Eccleſiæ, jam a temporibus perſecutionis Diocletiani Imperatoris diro & implacabili ſchiſmate ſciſſæ, certiorem reddidiſſe, atque obortis lacrymis inculcaſſe Donati tyrannidem, exiſtimamus, ad cujus nutum graſſarentur ubique in Catholicorum ruinam prædones, quos ipſi Donatiſtæ nominarent Sanctorum duces, revera Circumcelliones proprio nomine nuncupatos: interpellaſſeque his aliiſque ſuggeſtis eumdem Imperatorem magna inſtantia, ut ſuppetias ferret, ac revocaſſe in memoriam impenſos ad eamrem a Magno Conſtantino ejus parente labores: ſuggeſſiſſe pariter opinamur ad hæc præſtanda magno opus eſſe remedio. Quod ſi quorumdam ex ipſis, qui cæteris præeſſent, Donatiſtarum curatio præ ipſorum animorum obſtinatione videri poſſet

PAGIUS IV.

Concilium Carthaginenſe ſub Grato, in Collectione Canonum Africanorum non memoratur.

Ad num. XVI. & ſeqq. Poſt tempora Cypriani, primum, quod deprehenditur Concilium *Carthaginenſe*, illud eſt quod *Gratus* Epiſcopus e Concilio Sardicenſi redux, ſatis frequens coegit, poſt Legationem Pauli & Macarii miſſam a Conſtante Imperatore in Africam ad molliendos Schiſmaticorum animos, hoc vel ſequenti anno, ut Baronius annotavit. In eo Concilio quatuordecim Canones editi ſunt: fuerat hactenus corruptiſſimum, ſed illud poſt Baronii mortem Holſtenius ex vetuſto Codice Vaticano emendavit. Præcipuos ejus canones explicavit Schelſtratius in Diſſert.3. de Eccleſia Africana cap.3. Sciendum porro, præſente Fauſtino Legato Romanæ Sedis habitam fuiſſe Synodum univerſalem totius Africæ, quæ *ſexta* dicitur, ſub *Aurelio* Carthaginis Epiſcopo: in qua relecti ſunt canones illi omnes, qui diverſis in Conciliis editi fuerant tempore Aurelii, & nova definitione, conſentiente *Fauſtino*, approbati ſunt. Horum Conciliorum geſta & canones *Fauſtinus* Romam cum detuliſſet, Apoſtolicæ ſedis conſenſu adeo probata ſunt, ut partem deinde fecerint Collectionis noſtræ veteris, quæ incipit a tertio Carthaginenſi Concilio, & cætera ex ordine complectitur, quæ habita ſunt ſub Aurelio uſque ad ſeptimum Carthaginenſe, & præterea Milevitanum ſub Aurelio. Primum Carthaginenſe Concilium ſub *Grato* hoc vel ſequenti anno celebratum, & ſecundum ſub *Genethlio*, licet canones aliquot conſtituerint, non deſcribuntur in Collectione Canonum Africanorum: quæ propria Re-

Google

ſet penitus deſperata; tamen populi illis ſubditi fore perſacilem ad pacem & Catholicam unitatem acceſſionem, ſi legatione ab Imperatore miſſa invitarentur ad pacem, & collatis in eos beneficiis iidem ab eodem Conſtante demeriti allicerentur ad concordiam, & provocarentur ad unitatem. His auditis Conſtans Auguſtus, cujus ſtudium & cura omnis invigilabat, ut toto terrarum Orbe Chriſtiana religio ab hæreſibus atque ſchiſmatibus vindicata, una omnium fide atque concordia ſimul coagmentata conſiſteret atque floreſceret, libenter annuit: qui enim propenſiore ſolicitudine, ut ſub fratris Imperatoris ditione in Oriente Eccleſiæ poſitæ ſuos ipſarum Epiſcopos ab Arianis ejectos recipientes in pace agerent (ut vidimus) procuravit, haud negligendam putavit Eccleſiam Africanam, ob ſui amplitudinem atque nobilitatem totius Occidentalis Imperii ſibi ſubjecti decus ingens & ornamentum.

XX. Quid in mandatis legatis datum.

Quamobrem ſelectos ex multis maxime pios atque ampliſſimos viros ad tanti muneris obeundam provinciam, Paulum atque Macarium in Africam legatos decernit, eo quidem titulo, ut munificentia Imperatoris pauperum omnium ſublevarent inopiam; ita forinſecus apparebat: re vera tamen ut populum ſic beneficentia Conſtantis Auguſti demeritum, & ab imbuta ferocia his officiis delinitum, ad ineundam cum fratribus concordiam provocarent. Quid autem ab iiſdem legatis Paulo atque Macario, cum ventum eſt in Africa, actum ſit: Optatus Milevitanus in primis, interpolata licet oratione, commemorat, cum his antea verbis Parmenianum, adverſus quem ſcribit, compellat

(a) Optat. l. 3.

(a): *Quem enim latet præter te, quia peregrinus es, & potuerunt tibi falſa narrari? aut quis negare poteſt rem, cui tota Carthago principaliter teſtis eſt, Imperatorem Conſtantem & Paulum & Macarium primitus non ad faciendam unitatem miſiſſe, ſed cum eleemoſynis, quibus ſublevata per Eccleſias ſingulas poſſit reſpirare, veſtiri, paſci, gaudere paupertas?* Hæc ipſe,

XXI.

Quod vero ait, hæc primitus non ad faciendam unitatem eſſe miſſa; ſic intelligas (ut dictum eſt) quod extrinſecus non aliud titulo ipſo legationis obtenderetur, niſi effuſa largitio in pauperes, cum tamen eo prætextu ipſorum conciliatio quæreretur: nam idem inferius ſubdit (b): *Veniebant Paulus & Macarius, qui pauperes ubique diſpungerent, & ad unitatem ſingulos hortarentur.* Certe ſuperius Optatus declarat, hos operarios unitatis eſſe nominatos, cum ait: *Ab operariis unitatis multa quidem aſpera geſta ſunt; ſed ea ad quid imputatis Leontio, Macario, vel Taurino? imputate majoribus veſtris, qui (ſicut in Propheta ſcriptum eſt) ut vobis ſtupeſcerent dentes, ipſi uvas acidas comederunt: illis primo qui populum Dei diviſerunt, & baſilicas fecerunt non neceſſarias: deinde Donato Carthaginis, qui provocavit ut unitas proximo tempore fieri tentaretur.* Sic enim dicitur Donatus provocaſſe unitatem, non quod ipſe id expoſceret; ſed potius quod ob ſuum ipſius in ſchiſmate ſtudium atque tyrannidem, ad id efflagitandum ab Imperatore Epiſcopos Catholicos impulerit, & ad præſtandum traduxerit ipſum Conſtantem Auguſtum.

Unitas quæſita eleemoſynis.

(b) Optat. l. 3.

XXII. Donatus ſpernit Præfectos & Imperatorem

Quantum autem creviſſet in Donato de Præfectis, atque etiam de ipſo Imperatore contemptus; idem Optatus, de iiſdem legatis agens, hæc ſubdit: *Qui cum ad Donatum patrem tuum* (Hic erat Epiſcopus Donatiſtarum Carthagine) *venirent; & quare venerant, indicarent: ille ſolito furore ſuccenſus, in hæc verba prorupit: Quid eſt Imperatori cum Eccleſia? Et de fonte levitatis ſuæ multa maledicta effudit, non minus quam in Gregorium aliquando, ad quem ſic ſcribere minime dubitavit: Gregori macula Senatus, & dedecus Præfectorum, & cætera talia.* Sed de his ſuperius. Rurſum & de eadem Conſtantis Imperatoris erga Africanas Eccleſias munificentia, in quam Donatus Judæ inſtar infremuit: *Miſerat* (inquit Optatus) *ornamenta domibus Dei, miſerat pauperibus eleemoſynam, nihil Donato. Cur ergo inſanivit? cur iratus eſt? cur, quod miſſum fuerat, repudiavit? Et cum illi qui miſſi fuerant, dicerent ſe ire per provincias ſingulas, & volentibus accipere, ſe daturos: ille dixit, ubique ſe litte-*

PAGIUS Romanæ Eccleſiæ cum eſſet nefas, erat, ut aliis iſta Legibus uteretur, quam iis, de quibus ad eam relatio facta fuerat, aut quas præſentia Legatorum ſuorum probando, ſuas fecerat. Concilia ſub Grato & Genethlio, quemadmodum & Telenſe, Septimicenſe & Macrianenſe, quorum meminit Ferrandus in Breviario, Eccleſiæ Africanæ ordinandæ deſtinata erant, ejuſque erant, decreta ſpecialia. Sed Concilia habita ſub Aurelio, ad Romana Scrinia delata primum, publicæ legis vim tandem obtinuerunt in Occidente univerſo in conſequentiam Collectionis, in qua Canones ſingulorum Conciliorum Africanorum deſcribuntur. Hæc Petrus de Marca in Diſſertatione de veteribus Collectionibus Canonum cap. 4. quod eſt *de Canonibus Africanis.*

V. *Ludi Seculares non celebrat.*

Victor de Cæſaribus loquens de Ludis Secularibus a Philippo Imperatore celebratis ait, Noſtra *quoque ætate poſt mille centeſimus*, (nempe annus) *Conſule Philippo, exceſſit, nullis, uti ſolet, ſolennibus frequentatus, adeo in dies cura minima Romanæ urbis.* Geſſit hoc anno Conſulatum Philippus, Salia Collega. Quare cum annus urbis milleſimus centeſimus anno CCCXLVIII. abſolutus fuerit, annus ejuſdem Urbis milleſimus cum anno Chriſti ducenteſimo quadrageſimo octavo

Digitized by Google

rat præmiſiſſe, ne id, quod allatum fuerat, pauperibus alicubi diſpenſaretur. O conſulere miſeris! o providere fuerat pauperibus! o peccatoribus ſubvenire! Ita ipſe, quod prohiberet Donatus ſuos eleemoſynam accipere a Conſtante, ea ratione videlicet, quod Catholicæ & a ſua alienæ communicationis eſſet; illud eos admonens, a peccatore eleemoſynam minime accipiendam eſſe.

XXIII. (a) Optat. l. 3. contra Parmen. Donati arrogantia.

In quem ſubdit Optatus: *Clamat Deus dicens (a): Ego ſum qui feci pauperem & divitem: non quia non potuit pauperi dare; ſed ſi ambobus daret, peccator, qua ſibi ſuccurreret, invenire non poſſet. Denique ſic ſcriptum eſt: Quemadmodum aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccatum. Certe jam apud Deum ſunt ambo, & qui dare voluit, & qui obſtitit ne daretur. Quid ſi jam Deus dicat Donato: Quid tibi fuiſſe Conſtantem? Si innocentem, quare ab innocente accipere noluiſti? Si peccatorem, quare non permiſiſti dare propter quem fecit pauperem? Sub hac interrogatione qualis futurus eſt, qui de levitate & furore laboravit tantis pauperibus impedire*? Carthagine principatum ſe tenuiſſe crediderat: & cum ſuper Imperatorem non ſit niſi ſolus Deus, qui fecit Imperatorem; dum ſe donatus ſuper Imperatorem extollit, jam quaſi hominum exceſſerat metas, ut ſe ut Deum, non hominem æſtimaret.*

* impertiri?

XXIV. Donatus divinos affectat honores.

Hæc jure quidem Optatus de Donati ſuperbia, qua cum primo ſe ab Apoſtolicæ ſedis Antiſtite jam diu ante ſchiſmate diviſiſſet, nec ſæculari dignitati ſibi parendum putaret, ſed uni ſe æqualem Deo comparandum exiſtimaret: haud enim proſus ab ejuſmodi inſania viſus eſt procax ſchiſmaticus temperaſſe, cum (ut diximus) per ſuum ipſius nomen, tamquam numen, ſuos jurare docuiſſet. Unde poſt multa ex Ezechielis oraculo de Principe Tyri, quod concinne aptat Donato, mox ſubdit: *Hoc modo exaltatum eſt cor ejus, ut ſibi jam non homo, ſed Deus fuiſſe videretur. Denique in ore populi raro eſt appellatus Epiſcopus, ſed Donatus Carthaginis dicebatur:* Et inferius: *Deinde cum ante ipſius ſuperbiam, omnes qui in Chriſtum crediderant, Chriſtiani vocarentur: auſus eſt populum cum Deo dividere; ut, qui illum ſecuti ſunt, jam non Chriſtiani vocarentur, ſed Donatiſtæ: & ſi quando ad eum aliqui ex aliqua Africana provincia veniebant, non quærebat illud, quod humana ſemper exigit conſuetudo, de pluviis, de pace, de proventu anni aliquid interrogare; ſed illico ad ſingulos quoſque venientes hæc erant verba: Quid apud vos agitur de parte mea? quaſi jam vere populum cum Deo diviſerat, ut intrepide ſuam diceret partem. Nam a temporibus ejus & uſque in hodiernum, ſi quando de rebus Eccleſiaſticis in judiciis publicis aliqua celebrata eſt actio; interrogati ſinguli, ſic apud Acta locuti ſunt, ut dicerent ſe de parte eſſe Donati, de Chriſto tacuerunt.*

XXV. Donatus contumelioſus in Imp.

Rurſus vero de eodem Donato jaciente in Imperatorem convicia, & ſuis pariter obſiſtente ne quid acciperent ex illius largitute, hæc addit: *Merito & bene ejus ſapientia humiliata eſt, qua putavit ſe Daniele eſſe ſapientiorem in repudiandis muneribus Regis, dum accipere noluit quod ab Imperatore Chriſtiano miſſum eſſe videbatur; & viſus eſt ſibi aut Daniel novus, vel ſapientior Daniele; quia & ipſe Daniel, aliquando a Balthaſar Rege cum cogeretur accipere munera, ideſt annulum, torquem, & cætera, dixiſſe legitur: Tua dona tecum ſint, Rex; & ſapienter reſpondit, & convicia Regi non fecit; & quod offerebatur, non damnavit, ſed diſtulit. Non quomodo Donatus, qui & convicia Conſtanti, quanta potuit, dixit; & quod ab eo pauperibus miſſum fuerat, repudiavit.* Et poſt aliqua adverſus eoſdem Donatiſtas, qui dicerent Catholicos fuiſſe malorum omnium cauſam, quæ poſt hæc ex Donatiſtarum incurſionibus accidiſſent, idem auctor ſic deſcribit, oſtendens omnem culpam in unum Donatum obſiſtentem Imperatoris munificentiæ rejiciendam eſſe (b): (b) Optat. eod. l. 3.

XXVI. Donatus malorum cauſa.

Donatus qui increpari meruit, Conſtanti Imperatori Chriſtiano, ne miſericors eſſet, obſtitit: ideo increpatur, quod eum ſapientes non docuerunt ſapientiam ſuam. Quicquid a Rege miſſum fuerat, per ſe dari paſſus non eſt. Unde conſtat, Donatum omnium malorum fontem fuiſſe cauſarum. Quicquid itaque in unitate facienda aſpere potuit geri, vides, frater Parmeniane, cui debeat imputari. A nobis Catholicis petitum militem eſſe dicitis. Si ita eſt, quare in provincia Proconſulari tunc nullus armatum militem vidit? Veniebant Paulus & Macarius, qui pauperes ubique diſpungerent, & ad unitatem ſingulos hortarentur: & cum Bagajenſem civitatem proximarent; tunc alter Donatus (ſicut ſupra diximus) ejuſdem civitatis Epiſcopus impedimentum unitati, & obicem venientibus ſupra memoratis opponere cupiens, præcones per vicina loca, & per omnes nundi-

nae

PAGIUS ctavo expiravit. Hincque manifeſtum fit, Baronii Chronologiam ante Diocletiani tempora depravatam eſſe: vult enim annum Urbis milleſimum anno Chriſti CCL. abſolutum eſſe, ut videre eſt in Annalibus. Quod ſi verum eſſet, Conſulatus Philippi & Saliæ non cum anno Chriſti CCCXLVIII. ſed cum anno CCCL. omnino copulandus eſſet; quod nullus dixerit. Nihil itaque verius, quam Baronium ante Diocletiani Imperium Conſulatus duos reſecaſſe, ut Æram Dionyſianam aſſequeretur, quod eam biennio citius inchoaſſet.

nas miſit Circumcelliones, Agoniſticos nuncupans, ad prædictum locum, ubi concurrerent, invitavit; & eorum illo tempore concurſus eſt flagitatus, quorum dementia paulo ante ab ipſis Epiſcopis impie videbatur eſſe ſuccenſa.

XXVII. Circumcellionum graſſatio. *Nam cum hujuſmodi hominum genus ante unitatem per loca ſingula vagaretur, cum Maxido & Faſir ab ipſis inſanientibus Sanctorum duces appellarentur: nulli licuit ſecurum eſſe in poſſeſſionibus ſuis: debitorum chirographa amiſerunt vires: nullus creditor illo tempore exigendi habuit libertatem: terrebantur omnes litteris eorum, qui ſe Sanctorum duces fuiſſe jactabant. Et ſi obtemperando eorum juſſionibus tardaretur, advolabat ſubito multitudo inſana, & præcedente terrore, creditores periculis vallabantur; ut qui pro præſtitis ſuis rogari meruerant, metu mortis humiles impellerentur in preces. Feſtinabat unuſquiſque debita etiam maxima perdere; & lucrum computabatur, evaſiſſe ab eorum injuriis. Etiam itinera non poterant eſſe tutiſſima. Quod domini de vehiculis ſuis excuſſi ante mancipia ſua, dominorum locis ſedentia, ſerviliter cucurrerunt? Illorum judicio & imperio inter dominos & ſervos conditio mutabatur.*

XXVIII. Circumcelliones necati reputati martyres. *Unde cum veſtræ partis Epiſcopis tunc invidia fieret; Taurino tunc Comiti ſcripſiſſe dicuntur, hujuſmodi homines corrigi in Eccleſia non poſſe: mandaverunt ut a ſupra dicto Comite acciperent diſciplinam. Tunc Taurinus ad eorum litteras ire militem juſſit armatum per mnndinas, ubi Circumcellionum furor vagari conſueverat. In loco Octavenſi occiſi ſunt plurimi, detruncati multi; quorum corpora uſque in hodiernum per dealbatas aras aut menſas poterunt numerari. Ex quorum numero cum aliqui in baſilicis ſepeliri cœpiſſent; Clarius presbyter in loco Subbulenſi ab Epiſcopo ſuo coactus eſt, ut inſepultam faceret ſepulturam: unde proditum eſt, mandatum fuiſſe fieri quod factum eſt, quando nec ſepultura in domo Dei exhiberi conceſſa eſt; eorum poſtea convaluerat multitudo. Sic invenit Donatus Bagajenſis unde contra Macarium furioſam conduceret turbam. Ex ipſo genere fuerunt qui ſibi percuſſores ſub cupiditate falſi martyrii in ſuam perniciem conducebant; inde etiam illi, qui ex altorum montium cacuminibus viles animas projicientes, ſeſe præcipites dabant. Ecce ex quali numero ſibi Epiſcopos alter Donatus cohortes effecerat.*

XXIX. Milites pro defenſione quæſiti. *Hoc metu deterriti illi*, nempe Paulus & Macarius, *qui prope theſauros ferrent, quos pauperibus erogarent; invenerunt in tanta neceſſitate conſilium, ut a Silveſtro Comite armatum militem poſtularent, non per quem alicui vim facerent, ſed ut vim a Donato ſupra memorato Epiſcopo diſpoſitum prohiberent; hac ratione factum eſt, ut miles videretur armatus. Jam quicquid ſubſecutum eſt, videte cui debeat ac poſſit adſcribi. Furebant illic vocatorum infinita millia populorum, pro quibus & annonam competentem conſtat fuiſſe præparatam; de baſilica quaſi publica fecerunt horrea, expectantes ut venirent, in quos furorem ſuum exercere potuiſſent, & facerent quicquid illis dementia ſua dictaſſet, niſi præſentia armati militis obſtitiſſet. Nam cum ante venturos milites, metatores (ut fieri ſolet) mitterentur; contra Apoſtoli præcepta competenter ſuſcepti non ſunt, qui ait: Cui honorem, honorem; cui vectigal, vectigal; cui tributum, tributum; nemini quicquam debueritis.*

Qui miſſi fuerant, cum equis ſuis præoccupati ſunt ab iis quorum nomina flabello invidiæ ventilaſti; ipſi magiſtri fuerant injuriæ ſuæ; & quid pati poſſent, ipſi prærogatis injuriis docuerunt. Reverſi ſunt vexati milites ad numeros ſuos; & quod duo vel tres paſſi fuerant, univerſi doluerunt. Commoti ſunt omnes; iratos milites retinere nec eorum Præpoſiti valuerunt: ſic admiſſum eſt, quod invidiam unitati factam eſſe memoraſti: hæc & cætera geſta & ſuas cauſas habent, & quas oſtendi perſonas obnoxias. Hoc nos ne vidimus quidem, ſed vobiſcum audivimus. Si auditus facit reos, tenemus vos ſocios; quia ſimiliter audivimus. Si a facto auditus immunis eſt; quod ab aliis, vobis provocantibus, factum eſt, nobis non debet imputari. XXX. Miles iratus in Donatiſtas.

Querolam per ordinem depoſitis, ſub Leontio, ſub Urſacio injuriatos eſſe quamplurimos, ſub Paulo & Macario aliquos necatos a ſequentibus, neſcio quos ad tempus eſſe proſcriptos. Quid hoc ad nos? quid ad Eccleſiam Catholicam pertinet? Quicquid objeciſtis, vos feciſtis. A Deo commendatam noluiſtis libenter accipere unitatem, cariorem æſtimantes hæreditatem ſchiſmatis, quam præcepta præpoſiti Salvatoris. Arguiſtis operarios unitatis; ipſam unitatem improbate, ſi poteſtis: nam æſtimo vos non negare, unitatem ſummum bonum eſſe. Quid noſtra, quales fuerint operarii, dummodo, quod operatum eſt, bonum eſſe conſtet? nam & vinum a peccatoribus operariis & calcatur, & premitur; & ſic inde Deo ſacrificium offertur. Oſeum quoque a ſordidis & nonnullis male viventibus & immunda loquentibus conficitur: & tamen in ſapore & lumine, etiam in ſancto chriſmate ſimpliciter erogatur. Operarios unitatis malos fuiſſe dicitis; fortaſſe cum voluntate Dei, cui nonnumquam placet etiam quod ab ipſo potuit prohiberi. Nam quædam mala male fiunt: quædam mala bene fiunt. Malum male latro facit; malum bene Judex facit, &c. Cum autem hæc pluribus demonſtraſſet, ſubdit: XXXI. Injuſta Donatiſtarum querela.

Invitus cogor hoc loco etiam illorum, quo- XXXII.

Marcellus & Donatus juſte occiſi. *quorum nolo, hominum facere mentionem; quos vos inter martyres ponitis; per quos, tamquam per unicam religionem, veſtræ communionis homines jurant. Quos quidem vellem ſilentio præterire; ſed ratio veritatis ſe ſileri non patitur. Et ex ipſis nominibus contra unitatem inconſiderate latrat invidia: & aſpernantes aliqui, accuſandam, aut fugiendam æſtimant unitatem, quod Marculus & Donatus dicantur occiſi & mortui; quaſi omnino in vindictam Dei nullus mereatur occidi. Nemo erat lædendus ab operariis unitatis; ſed nec ab Epiſcopis mandata divina contemni debuerant, quibus præceptum eſt: Quære pacem, & conſequaris eam, &c.* Subditque ex divina Scriptura exempla de ſanctiſſimis viris, qui zelo pietatis gladium in impios exeruerunt. Hæc autem Optatus pluribus proſecutus eſt, quod illi qui tunc vivebant, ad concitandam invidiam atque odium adverſus Catholicos, jactarent in vulgus, ſe ſub Pauli atque Macarii legatione diram perſecutionem paſſos eſſe, & duos iſtos a militibus cæſos Circumcelliones martyrii palmam conſecutos fuiſſe.

XXXIII. Qui vere perſecutores dicendi. Ad eludendam porro omnem eorum de his cum oſtentatione calumniam, eleganti collatione adhibita inter noviſſimum perſecutorem Florum Eccleſiam in Numidia poſitam vexantem, atque Macarium, hæc addit (a): *Sub perſecutore Floro Chriſtiani idolorum cogebantur ad templa: ſub Macario pigri compellebantur ad baſilicam. Sub Floro dicebatur, ut negaretur Chriſtus, & idola rogarentur: contra ſub Macario commonebantur omnes, ut Deus unus pariter in Eccleſia ab omnibus rogaretur. Si ſupra memoratos videre martyres vultis; probate illos amaſſe pacem, in qua prima ſunt fundamenta martyrii, aut dilexiſſe Deo placitam unitatem, aut habuiſſe cum fratribus charitatem.* Sed & inferius, quibuſnam coloribus Donatiſtæ hanc ad unitatem legationem fuiſſe perſecutionem inumbraſſent, declarat his verbis (b):

(a) Optat. eod. lib. 3.

(b) Eod. lib. 3.

XXXIV. Calumnia de perſecutione. *Dum dicitis, auditum eſſe ex ore eorum, qui jamdudum in veſtro collegio fuerant: Quod qui guſtarent, aut acciperent de ſacrificio adventantis unitatis, de ſacro* (nempe idolothyto) *guſtare viderentur: Non negamus ab aliquibus eſſe hæc dicta; quos conſtat poſtea tota ſecuritate feciſſe, unde paulo ante populos deterrebant; ſed alia ratio exegit has voces, alia invitavit in factum. Nam ut hæc dicerent, qui feruntur iſta dixiſſe, opinio falſa eorum aures & omnium populorum oppleverat. Dicebatur enim illo tempore venturos eſſe Paulum & Macarium, qui intereſſent ſacrificio, ut cum altaria ſolemniter aptarentur, proferrent illi imaginem, quam primo in altari ponerent; ſic ſacrificium offerretur.* Alludebant plane illi hæc dicentes ad Gentilium ſacra, dum propoſita Imperatoris imagine, thus adolerent, vel ſacrificium offerrent.

XXXV. Abſque Idololatria colebantur imagines Impp. Cæterum illationes imaginum Chriſtianorum Imperatorum conſueverunt eſſe puræ, abſque aliquo ſuſpicionis contagio: unde Gratiani conſtitutio (c): *Si ſacros vultus imbuentibus forte populis inferimus; hoc ſine immodico pretio nunciari, excipique ſancimus; actum jubemus eſſe caſtiſſimum; indigentibus, non muneraris eſſe prabendum.* Et Theodoſius Imperator ad Cæſarium PP. (d): *Si quando*, inquit, *noſtræ ſtatuæ vel imagines eriguntur, ſeu diebus (ut aſſolet) feſtis, ſive communibus, adſit Judex ſine adorationis ambitioſo faſtigio*: & in fine: *Excedens cultura hominum dignitatem ſuperno Numini reſervetur.* Merito igitur perculit omnium animos, quod diceretur ab illis id genus imaginis, nempe effigiem Conſtantis Imperatoris ſtatuendam eſſe, dum ſacrificaretur, ſuper altare: nam quonam pacto id tolerabile videri poterat, ſi nec ad latus templi paſſus eſt S. Joannes Chryſoſtomus Eudoxiæ Auguſtæ ſtatuam (e) collocari? Sed rurſum Optatus (f):

(c) l. unic. public. lætitia C. l. 12.

(d) l. unic. de imagi. Imp. C. Theod.

(e) Sozom. lib. 8. c. 20.

(f) Optat. l. 3.

XXXVI. Falſus rumor de Idololatria. *Hoc cum acciperent aures, perculſi ſunt & animi, & uniuſcujuſque lingua in hæc verba commota eſt, ut omnis qui hoc audierat, diceret: Qui inde guſtat, de ſacro guſtat: & recte dictum erat, ſi talem famam ſimilis veritas ſequeretur. A ubi ventum eſt a ſupradictis; nihil tale viſum eſt ex eo, quod fuerat paulo ante mentita fama: nihil viderunt oculi Chriſtiani, quod horrerent: nihil probavit aſpectus ex his, quibus perturbatus erat auditus. Viſa eſt puritas, & ritu ſolito ſolemnis conſuetudo perſpecta eſt; cum viderent divinis ſacrificiis nec mutatum quicquam, nec additum, nec ablatum. Pax a Deo commendata volentibus placuit. Quare nullus eorum debet argui, qui de collegio veſtro ad pacem tranſitum fecit; qui fuerant ſiniſtra opinione turbati, ſimplici ac pura veritate firmati ſunt.* Hæc Optatus.

XXXVII. Pax & non perſecutio nunciata. Idemque adverſus omnes illos qui reſilierunt, & oblatam pacem atque unitatem contempſerunt, ſic ſuperius (g): *Nunciata unitate, fugiſtis omnes. Nulli dictum eſt: Nega Deum. Nulli dictum eſt: Incende teſtamentum. Nulli dictum eſt: Aut thus pone, aut baſilicas dirue. Iſtæ enim res ſolent martyria generare. Renunciata eſt unitas ſola; fuerant hortamenta, ut Deus & Chriſtus ejus a populo in unum conveniente pariter rogaretur; nullus erat primitus terror; nemo vidit virgam, nemo cuſtodium; ſola (ut ſupra diximus) fuerant hortamenta. Timuiſtis omnes, fugiſtis, trepidaſtis ut pro certo de*

(g) Optat. lib. 3.

vo-

Google

vobis dictum ſit quod in Pſalmo ſcriptum eſt: Trepidaverunt ubi non erat timor. Fugerunt igitur omnes Epiſcopi cum clericis ſuis; aliqui mortui ſunt, qui fortiores fuerant, capti longe relegati ſunt. Et tamen horum omnium nihil actum eſt cum voto noſtro, nihil cum conſilio, nihil cum conſcientia, nihil cum opere. Hactenus Optatus.

XXXVIII. Macariani invidioſe dicti Catholici.

Porro Donatiſtæ hæc geſta per Paulum atque Macarium, in Orthodoxorum perpetuam invidiam publicis monumentis conſignata ſuis poſteris tradiderunt, quæ in Catholicos ab illis frequenter objectari ſolerent: ut inter alios Petilianum feciſſe conſtat, qui eam ob cauſam Catholicos conſuevit nuncupare Macarianos; adverſus quem inter alia S. Auguſtinus (a): *Macarium, inquam, iſtum, de cujus parte nos dicitis, omnino non novimus.* Ac deinde: *Vos per ſacramentum, quod in vobis eſt, ſicut Caiphas Domini perſecutor, neſcientes prophetatis: quod enim Græce μακάριος, Latine beatus eſt; ita plane de parte Macarii ſumus*. Hæc Auguſtinus, penes quem frequens mentio eſt de hiſce Macarianis temporibus, quibus ſe a noſtris diram perſecutionem paſſos eſſe Donatiſtæ ad concitandum populi odium contra Catholicos jactitabant, inculcantes inſuper Transmarinas Eccleſias tam diu conſervatas fuiſſe innocentes atque Catholicas, donec conſenſerint in eorum ſanguinem, quos (ut dicebant) perſecutio Macariana ſuſtuliſſet (b).

(a) Auguſt. contra lit. Petilian. lib. 2. c. 39.

(b) Auguſt. epiſtol. 203.

XXXIX. Catholici a Donatiſtis nominati Pagani.

Sed inuſta ſemel Catholicis hoc tempore de illata perſecutione calumnia, ſic fuit in eorum poſteros propagata, ut Catholicos perditos eſſe homines, nequaquam Fideles dicerent & Chriſtianos, ſed eoſdem ſolerent nominare Paganos. Unde Optatus (c): *Quid eſt, inquit, quod dicitis: Redimite animas veſtras? Jum illud quale eſt, quod hominibus Chriſtianis etiam clericis dicitis: Eſtote Chriſtiani? & cum admiraculo quodam unicuique dicere: Cai, Sei, aut Caja, Seja, adhuc Paganus es, aut Pagana*. Quomodo autem per Paganum intelligat idololatram, deque origine hujus in hoc ſenſu vocis & uſu dicturi ſumus ſuo loco poſtea. Rurſum vero Donatiſtarum querelis, & de illata in eos a Catholicis perſecutione clamoribus, vires & quidem ingentes addidit ipſorum communionis Vitellius Afer, de quo hæc habet Gennadius (d): *Vitellius Afer Donatianorum ſchiſma defendens, ſcripſit de eo, Quod odio ſint mundo ſervi Dei; in quo ſi tacuiſſet de noſtro veluti perſecutorum nomine egregiam doctrinam ediderat. Scripſit adverſum Gentes, & adverſum nos, veluti Traditores in perſecutione divinarum Scripturarum, & ad regulam Eccleſiaſticam pertinentia multa diſſeruit. Claruit ſub Conſtante filio Conſtantini Principis*. Ita ipſe, cujus auctoritate Catholici habiti ſunt perſecutores.

(c) Optat. lib. 3.

(d) Gennadius de viris illuſtribus cap. 4.

Cæterum quamtumlibet Donati illi duo Donatiſtarum Epiſcoporum factioſiſſimi (Carthaginenſem dico & Bagajenſem Epiſcopos) ſanctæ pacis legationi magno conatu reſtiterint, ut etiam ipſi Imperatori Conſtanti alter illorum contumelias irrogarit, blaſphemiiſque præſciderit, præmiſeritque per totam Africam ad homines ſuarum ipſius partium præcurſores, quibus tam piam ſanctamque anteverteret unitatem; alter vero armatis quoque Circumcellionibus reſiſtere obniſus eſſet; tamen, etſi non in ipſis Donatiſtarum Epiſcopis, qui primi ad concordiam invitati fuerunt, in populo ſaltem illis ſubjecto optatum finem eſt legatio conſecuta: quod tum Optatus annuit verbis illis, quibus ait (e): *Nullus eorum debet argui, qui de collegio veſtro ad pacem tranſitum fecit. Qui fuerant ſiniſtra opinione turbati ſimplici ac pura veritate, firmati ſunt*. Tum etiam Carthaginenſe (f) Concilium, de quo proxime dicturi ſumus, non obſcure ſignificat. Ipſos autem Donatiſtas una cum clericis fugam arripuiſſe, & ex eis aliquos eſſe defunctos: fortiores vero captos & procul relegatos, idem Optatus tradit (g): quam tunc ſententiam cum in alios, tum in Donatum omnium Donatiſtarum Principem, Carthaginenſem Epiſcopum, fuiſſe potiſſimum irrogatam, quem malorum omnium auctorem & fontem nominat, nemo jure poterit dubitare. Meminit S. Hieronymus in Chronico, ſed Conſtantii Imperatoris anno vigeſimo, eumdem Donatum Carthagine expulſum eſſe: at plane ineſt error in tempore, cum conſtet ex his quæ mox ex Optato dicturi ſumus, Donatiſtas Epiſcopos a Conſtante relegatos, & numquam niſi per Julianum Apoſtatam eſſe reſtitutos.

XL. Duo Donati Epiſcopi factioſi.

(e) Optat. lib. 3. in fine.

(f) Concil. Carth. 1. in præfat.

(g) Optat. lib. 3. juxta princ.

XLI. Carthagin. Concil. unu ſub Grato Epiſcopo.

Sic igitur ſchiſmaticis Epiſcopis exturbatis, & qui illis parebant populis ad Catholicæ Eccleſiæ unitatem compaginatis, mox per Gratum Catholicæ communionis Epiſcopum Carthaginenſem Carthagine Concilium convocatum eſt, in quo ipſe de pace & unitate confecta hæc coram Epiſcopis in Synodo conſidentibus præfatus eſt (h): *Gratias Deo omnipotenti & Chriſto ejus, qui dedit malis ſchiſmaticis finem, & reſpexit Eccleſiam ſuam, ut in ejus gremium erigeret univerſa membra diſperſa: qui imperavit religioſiſſimo Conſtanti * Imperatori, ut votum gereret unitatis, & mitteret miniſtros ſancti operis, famulos Dei Paulum & Macarium. Dei nutu ergo congregati ad unitatem, ut per diverſas Provincias Concilia celebremus, & univerſa provincia Africa hodierna die ad Concilium gratia Dei Carthaginem venirent. Unde conſiderantibus vobis cum mea mediocritate tractentur ti-*

(h) Conc. 1. Carth. in princ. t. 1. Conc.

* Conſtantino.

tuli

tuli neceſſarii, de quibus neceſſe eſt, vos memores præceptorum divinorum & magiſterii divinarum Scripturarum, contemplantes unitatis tempus, id de ſingulis definire, quod nec Carthago vigorem legis infringat, nec tamen tempore unitatis aliquid duriſſimum ſtatuamus. Hactenus in Synodo præfatus eſt Gratus: qui mox eam coram Patribus rogationem propoſuit de iis quæ ſpectare viderentur ad religionis Chriſtianæ principium, quod a Donatiſtis labefactatum in Africa eſſe ſciebat, cum nimirum baptizatos a Catholicis iterum baptizarent. An autem ferendus eſſet amplius in Africa anabaptiſmus, rogante Grato ſententias ſingulorum, (a) Conc. 1. Carthag. c. 1. una omnium fuit illa reſponſio (*a*): *Abſit, abſit. Illicitas eſſe ſancimus rebaptizationes, & ſatis eſſe alienum a ſincera fide & Catholica diſciplina*.

XLII. Falſum martyrium cohibitum. Evulſa igitur primum de rebaptizatione antiquitus fixa radice, quæ Donatiſtarum cultura infelicibus aucta fruticibus univerſam prope Africanam Eccleſiam occuparat: cætera quæ ab eiſdem fuerant in Chriſtiana diſciplina corrupta, iidem Catholici Epiſcopi Africani ad Catholicæ Eccleſiæ uſum priſtinum reſtituere laborarunt. Quoniam vero opera Donatiſtarum, execrandum illud atque nefandum ſcelus inter ipſos ſchiſmaticos coaluerat, ut ipſorum ſectæ homines, qui illecti gloria martyrum, ſe ipſos, vel præcipitio necaſſent, vel aliter ab aliis illatam, ad hoc illos ipſis cogentibus, mortem voluntariam oppetiiſſent (ut nuper ex Optato vidimus) apud eos titulo martyrum & honore illis congruo frequentarentur: ne id amplius ageretur pœnis tam laicis, quam clericis indictis, ſi ſecus facerent, (b) Concil. 1. Carth. c. 2. eadem ſancta Synodus edito decreto (*b*) ſancivit, cujus eſt exordium: *Martyrum dignitatem nemo profanus infamet &c.* Fuerunt & alii canones ibi, Patrum omnium ſententia rogata, conſcripti omneſque numero quatuordecim, ſed ſatis modo horum meminiſſe, qui rebus geſtis ex Optato nuper recitatis conſentientes eſſe noſcuntur.

XLIII. Concilium hoc Carthag. cur primum dictum. Cæterum quod inter Concilia Carthaginenſia hoc primum ordine ponatur & nominetur; non ſic quidem accipiendum eſt, ut nullum aliud hoc ipſum præceſſerit, cum multa antea fuerint celebrata: adeo ut (quod ſuperius ex S. Cypriano demonſtravimus) nec ſub Ethnicis & perſecutoribus imperatoribus deſierint frequenter ejuſmodi ſancta in Eccleſiis ex provincialibus ſaltem Epiſcopis haberi Concilia; ſed ideo primum dictum ac poſitum ordine, quod alia perierint, & illorum quæ extarent poſt Conſtantinum, hoc ipſum antiquiſſimum probaretur. Hoc igitur ſtatu Africana Eccleſia, unitate Catholica populo fœderata permanſit uſque ad Conſtantii Imperatoris obitum: cui cum ſuccederet Julianus Apoſtata, iidem Donatiſtæ infrenata licentia in Catholicam Eccleſiam furentius ſævierunt.

XLIV. Porro hæc felicia Africanæ Eccleſiæ pacis tempora uſque ad Julianum cum ab Optato Milevitano deſcribuntur (*c*), Con- (c) Optat. lib. 2. ſtantem pro Conſtantino puto legendum; Pax reddita in Africana Eccl. ſub Conſtante. cum nulla unitas & concordia in Africana Eccleſia, de quibus auctor agit, contigerit ſub Conſtantino eam fruſtra tentante, ſed potius ſub Conſtante; ſunt hæc ejus verba: *Redeat in memoriam Conſtantinus * Imperator Chriſtianus, quem famulatum exhibuerit Deo, quæ habuerit vota, ut remotis ſchiſmatibus, intermortua omni diſſenſione, ſub toto cœlo filios ſuos gaudens in unum videret ſancta mater Eccleſia. Reddiderat unam communionem, maritis uxores, parentibus filios, fratribus fratres: quibus rebus Deus ſe lætari teſtatur, dum dicit: Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Etenim cum Africanos populos, & Orientales, & cæteros Tranſmarinos pax una conjungeret; & ipſa unitas, repræſentatis omnibus membris, corpus Eccleſiæ coagularet: dolebat hoc Diabolus, qui ſemper de fratrum pace torquetur.*

* Conſtans

XLV. Donatiſtæ ſub Conſtante exulant. *Illo tempore ſub Imperatore Chriſtiano deſertus in idolis, tanquam incluſus latebat in templis. Hoc eodem tempore duces, & principes veſtros merita relegaverant ſua. In Eccleſia nulla fuerant ſchiſmata, nec Paganis licebat exercere ſacra ſacrilega. Pax Deo placita apud omnes Chriſtianos populos habitabat: Diabolus mœrebat in templis, vos in regionibus alienis. Deinde alter (ut omnibus notum eſt) ſecutus eſt Imperator, vobiſcum vota ſiniſtra concipiens, ex famulo Dei factus eſt miniſter Inimici: Apoſtatam ſe edictis ſuis teſtatus eſt. Quem precibus rogaſtis, ut reverti poſſetis.* Hucuſque Optatus, ſignificans eoſdem hoc tempore a Conſtante factos exules, ſic ad Julianum uſque manſiſſe. Quod autem ait, tunc temporis unam pacem uniſſe populos Africanos, Orientales, & Tranſmarinos; non ita accipiendum eſt, ut toto Orbe terrarum una pace Eccleſia Catholica his temporibus potiretur: quæ tota & ubique erat ab Arianis hæreticis lancinata; ſed de pace Africanæ Eccleſiæ, de qua agit, intelligenda ſunt, utpote quod non Eccleſia tantum Africana inita pace atque concordia potiretur, verum eadem unitate conjungeretur Orientalibus & Tranſmarinis Catholicæ communionis Eccleſiis. Sed jam ad res anni ſequentis progrediamur.

Annua

JESU CHRISTI ANNUS 349.	JULII PAP. ANNUS 13.	CONSTANTII CONSTANTIS IMPP. 13.

I. Obitus Gregorii, & Athanaſii reſtitutio.

ANnus ſequitur Chriſti trecenteſimus undequinquageſimus, Ulpio Limenio, & Catullino Philoniano Conſulibus: quo, Gregorio Ariano Epiſcopo Alexandrino defuncto, S. Athanaſius a Conſtantio Imperatore ſæpe litteris Conſtantis fratris admonito, ut ad ſuam rediret Eccleſiam, crebris litteris invitatur. Poſt decem enim menſes a legatione ad Conſtantium miſſæ ex Concilio Sardicenſi (ut diximus) Gregorium invaſorem Alexandrinæ ſedis mortuum eſſe, Athanaſius ipſe teſtatur (a): illum vero ab Orthodoxis Alexandrinis occiſum, auctor eſt Theodoretus, dum ait (b): *Jam occubuerat Gregorius ab ipſis Alexandrinis cæſus*. Sed & quod Georgius quoque poſtea miſſus, cum iterum exturbatus eſt Athanaſius ab Alexandrinis, ſub Juliano Apoſtata pariter necatus ſit: inde etiam oborta eſt occaſio Gregorii cum Georgio confundendi; at de his alias. Sane exiſtimo aliquos e Catholicis Alexandrinis pertæſos longas Athanaſii moras Alexandriam revertendi, ubi mox expectabatur jam abſolutus a Concilio Sardicenſi, & ægro atque infenſo animo ferentes ipſum Gregorium in eodem Concilio condemnatum, atque depoſitum, adhuc tamen obſtinato animo alienæ Eccleſiæ incubare, in ejus necem impulſos eſſe.

(a) Athan. epi. ad Solitar.
(b) Theod. lib. 2. c. 12.

II. Non igitur ante, ſed, cum Gregorius ipſe ex hac vita ſublatus eſt, Conſtantius ad Athanaſium de reditu litteras dedit, ſiquidem ſic ait (c): *Deinde poſt menſes decem defuncto Gregorio, acceſſit & Athanaſium cum omni honore, non ſemel aut iterum, ſed tertio ad illum amiciſſimas litteras ſcribens, quibus illum animabat, & ad veniendum hortabatur; miſitque ad illum presbyterum & diaconum, ut majore cum fiducia ad ſe rediret. Affirmabat enim totum ſe annum Athanaſium expectaſſe, nec permiſiſſe umquam quicquam novi fieri, aut quempiam in ejus locum Epiſcopum creari, ut ſervaret Athanaſio ſuas Eccleſias, ita ſcribente eo, & plurium cohortatione ad eam rem utente: nam & Comites ſuos, Polemium, Ducianum, Bardionem, Thalaſſum, Taurum, Florentium, quibus etiam magis fidendum erat, in eamdem ſententiam ſcribere juſſit*. Litteras autem ſcriptas a Conſtantio ad Athanaſium recitat ipſe in ſua Apologia (d) in hæc verba: — Conſtantius accerſit Athanaſium.

(c) Athan. epiſ. ad Solitar.
(d) Athan. Apolog. 2.

Conſtantius Victor Auguſtus Athanaſio.

III. Conſtantii litteræ ad Athanaſium.

Diu te jactari vexarique immanibus undarum procellis noſtræ clementiæ humanitas non permiſit: nudatum ſiquidem paternis ſedibus, boniſque tuis ſpoliatum, & in inviis feralibuſque locis errabundum noſtra indefatigabilis pietas non deſeruit. Nam tametſi jampridem ſuperſedi mentis meæ propoſitum ad te ſcribere, eo quod te ultro adventurum expectarem, & poſtulaturum malorum tuorum remedium: tamen, quia fortaſſe voluntatem propoſiti tui metus impedivit; ideo litteras munificentiæ noſtræ pleniſſimas ad tuum conſtantium miſimus, ut ſecure conſpectui noſtro quamprimum tuam præſentiam offeras, ut voti particeps, noſtramque humanitatem expertus, tuis reſtituaris. Hac enim de cauſa dominum meum & fratrem Conſtantem Victorem Auguſtum pro te adhortationibus conveni, ut tibi veniendi facultatem daret, quo utriuſque nutu patriæ reſtituaris, & hoc.

PAGIUS SÆC. IV. Olymp. 282. an. 1. Anno Urbis 1102. ſecundum Baronium, 1100. A. C. 349.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5842.

☉ 22. C. ☽ 8. P. 23. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 349.

JULII PAPÆ 13.

CONSTANTII ET CONSTANTIS 13.

I. Conſules.

[r] AD num. I. & ſeqq. Coſſ. *Ulpius Limenius, & Aco Fabius Catullinus*, ut oſtendit Onuphrius in Faſtis.

II. Athanaſius Alexandriam redit.

Mortuo anni hujus initio Gregorio Sedis Alexandrinæ invaſore, *Athanaſius* in eam reſtitutus eſt, currentique anno glorioſus ejus Alexandriam reditus contigit, non vero ſequenti, quod credidit Baronius, quodque anno ſequenti confutabimus.

NOTÆ [r] COſſ. *Ulpius Limenius, & Aco Fabius Catullinus*. Relandus extremis tantum nominibus: *Limenius, & Catullinus*, ut in Vulgatis Faſtis. Ad Catullinum referunt inſcriptionem inter marmora Felſinea, pag. 278.

FABIAE. ACONIAE. PAULLINAE
C. F. FILIAE. ACONIS. CATULLINI
V. C. EX. PRAEF. ET. CONSULIS
ORDIN. &c.

Boldettus lib. 2. cap. XIX. n. 13.

LIMENIO. ET. CATULLINO.
CONS. III. IDUS. IANUARIAS.

& hoc pro pignore noſtræ gratiæ habeas. Hactenus prima epiſtola; ſequitur ſecunda:

IV. Conſtantii Epiſt. ſecunda ad Athanaſium.

Et ſi ſuperioribus litteris ſignificavimus, ut ſecuro ad noſtrum Comitatum accederes, eo quod maxime cupiamus te ad tuos remittere: tamen etiam has litteras nunc ad tuam ſoliditatem miſimus, quibus adhortamur, ut ſine omni diffidentia aut metu publica vehicula aſcendas, & properes ad nos, ut, quæ concupiſcis, aſſequare. Ita ſecunda; tertia vero epiſtola ſic ſe habet:

V. Tertia Conſtantii Epiſt. ad Athanaſium.

Cum Edeſſæ commoraremur, præſentibus tuis presbyteris; placuit, ut miſſo ad te presbytero, feſtinares ad noſtrum Comitatum venire; ut, ubi noſtrum vidiſſes conſpectum, ſtatim Alexandriam tranſires. Sed quia plurimum temporis interceſſit, ex quo litteris noſtris acceptis non veniſti; ideo te nunc denuo admonitum volumus, ut vel nunc ſaltem quam celerrime ad nos te conferas; quo tu ita patriæ tuæ reſtituaris, & nos tuis precibus frui poſſimus. Ad pleniorem autem cognitionem Achitum diaconum ad te miſimus, a quo diſcere licebit & mentis noſtræ voluntatem, & te aſſequi poſſe, quæ votis optas. Hactenus tres epiſtolæ Conſtantii Imperatoris ad Athanaſium, quæ a Socrate etiam recitantur (a).

(a) Socrat. l.2.c.18.

VI. Conſtantius ad Conſtantem de reditu Athanaſii.

Porro idem quoque Athanaſius auctor eſt, ſcripſiſſe ea de re eumdem Conſtantium ad germanum ſuum Conſtantem Imperatorem; nam ait (b): *Seorſum autem ad fratrem ſuum beatum Conſtantem ſcripſit: ad nos quoque ſemel atque tertio litteras miſit.* Cujus autem fuerint argumenti, hæc idem alibi (c): *Scribit quoque fratri ſuo Conſtanti, ut ipſe quoque me ad reditum hortaretur.* Erat tunc Athanaſius Aquilejæ, cum has a Conſtantio litteras accepit: inde rurſus a Conſtante (ut ait d) evocatur in Gallias; poſtea vero paululum (ut apparet) illic moratus, venturus in Orientem ad Conſtantium, in Italiam rediit, Romamque venit ad Julium Romanum Pontificem: teſtatur id quidem ipſe Athanaſius, cum poſt recitatas Conſtantii dictas litteras, ſubdit (e): *Imperator igitur iſtas litteras miſit; quibus acceptis, Romam aſcendi, Eccleſiam & Epiſcopum adituru.* Hic primum attende, lector (ne ipſe ſibi auctor contrarius videatur) non Aquileja Romam, ſed in Galliam vocatum a Conſtante profectum eſſe, prout in Apologia ad Conſtantium (ut dictum eſt) ipſe teſtatur; niſi potius dicendum quis putet, Aquileja Romam, & inde in Gallias ad Conſtantem, ac poſtea in Orientem ad Conſtantium eſſe profectum.

(b) Athan. Apolog. 2.
(c) Athan. ep. ad Solitar.
(d) Athan. Apolog. ad Conſtantium.
(e) Athan. Apolog. 2.

VII. Eccleſia antonomaſtice dicta Romana.

Sed & ipſa quoque verba Athanaſii attentius contemplare, dum eam cauſam adventus ſui Romam, antequam proficiſceretur ad Conſtantium in Orientem, fuiſſe tradit, nimirum (quod ait) *ut adiret Eccleſiam, & Epiſcopum*: Significans, illam quæ Romæ eſt, antonomaſtice dictam eſſe Eccleſiam, ex qua & in qua omnes unitate Catholica conjungantur, ipſumque unum eſſe Epiſcopum antonomaſticum, ex quo omnes, & in quo, & per quem qui ſunt, eſſe intelligantur Epiſcopi: hæc igitur fuit majorum nomenclatura, ut per Eccleſiam & Epiſcopum, Romanam Eccleſiam, atque ejus Pontificem ſignificarent. De adventu vero ſuo Romam ſic idem Athanaſius ſubdit (f): *Ingens igitur gaudium in Eccleſia; Pontifexque Julius, ut gratularetur noſtræ reſtitutioni, litteras ad Eccleſiam miſit Alexandrinam; nos autem, quacumque tranſivimus, cum pace ab omnibus Epiſcopis deducti ſumus; litteræ autem iſtiuſmodi fuerunt:*

(f) Athan. dicta Apolog. 2.

JULIUS presbyteris, diaconis & populo in parœcia Alexandriæ.

VIII. Litteræ Julii Pap. ad Alexandrinos.

Gratulor vobis, dilectiſſimi fratres, quod fructum fidei veſtræ ante oculos videatis, id enim ita eſſe, liquidiſſime apparet in fratre, & Coepiſcopo noſtro Athanaſio, quem Deus & ob vitæ ſanctitatem, & orationes veſtras vobis reſtituit. Ex qua re ſpectare licet, quam puras ſemper preces & charitatis plenas ad Deum extuleritis. Memores quippe cæleſtium promiſſorum & cæleſtis converſationis, quam ex doctrina prædicti patris veſtri didiciſtis, certo vereque cognitum habuiſtis, & pro veſtra recta fide apprehendiſtis, numquam illum perpetuo a vobis diremptum iri, quem in piis pectoribus veſtris, tamquam præſentem retinebatis. Non mihi igitur ad vos ſcribenti multis verbis opus eſt: quæcumque enim a me dici poterint, ea fides veſtra jam anticipavit, & implevit ſecundum Dei gratiam quicquid a nobis optari poſſit. Gratulor igitur vobis; rurſum enim dicam gratulor, quod animas veſtras in tuenda fide inexpugnabiles conſervaſtis. Sed interim fratri meo Athanaſio non minus gratulor, quod, quamquam multa acerba pateretur, nulla tamen hora veſtræ charitatis veſtrique deſiderii oblivionem induxerit: nam tametſi corpore ad tempus videretur a vobis ſeparari, ſpiritu tamen perpetuo vobiſcum agebat.

IX. Athanaſii laudes a Julio Pap. prædicatæ.

Redit igitur ad vos ſplendidior nunc, quam cum a vobis diſcederet. Quod ſi res pretioſas aurum & argentum ad puritatem ignis explorat; quid, quæſo, dignum eloquaris tanto viro, qui ex tantis malorum periculis purus innocenſque vobis reſtituitur, taliſque non noſtro dumtaxat judicio, ſed ab univerſa Synodo judicatus eſt? Excipite igitur, dilecti fratres, cum omni ſecundum Deum gloria & lætitia Epiſcopum veſtrum Athanaſium, & cum eo quotquot ſocii tantarum ærumnarum fuere; lætique ſitis de fructu orationum veſtrarum, qui paſtorem veſtrum (ut ſic dicam) deſiderantem & ſitientem veſtram pietatem ſaluta-

lutaribus ſcriptis aluiſtis, potumque ei dediſtis: nam peregre illi commoranti conſolationi fuiſtis, eumque perſecutiones tolerantem fideliſſimis animis & mentibus veſtris refocillaſtis. Mihi certe voluptati eſt, contemplanti & jam animo perſpicienti uniuſcujuſque in ejus reditu lætitiam, & multitudinis religioſiſſimæ occurſus, & celebrem convenientium feſtivitatem.

X.

Agit apud Deum precibus Julius.

Quis, putas, aut qualis erit vobis ille dies, cum & frater noſter revertetur, & mala ſuperiora finem accipient? cumque pretioſus & optabilis illius reditus omnes alacritate pleniſſimi gaudii in unum cooptabit? Tale gaudium maxima ex parte etiam ad nos uſque pertingit, quibus divinitus tanti viri notitia conceſſa eſt: in preces igitur epiſtolam deſinere oportet. Deus omnipotens & ejus filius Dominus & ſalvator noſter Jeſus Chriſtus perpetuam vobis gratiam præbeat, referens præmia veſtræ admirabilis fidei, quam claro martyrio erga Athanaſium Epiſcopum veſtrum exhibuiſtis, ut vobis veſtriſque poſteris & hic & in futuro optima impertiat, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem omnipotenti Deo gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. Valere vos omnes in Domino exopto, fratres dilecti. Hæc Julius ad Alexandrinos: recitat & Socrates eaſdem litteras (*a*), extantque Latine redditæ alia verſione.

(a) Socrat. l. 2. c. 18.

XI.

Athanaſius venit Antiochiam.

His acceptis a Romano Pontifice litteris Athanaſius recedens ab Urbe, terreſtri ne itinere via Appia Brunduſium uſque pervenerit, an vero in Portu Romano navim conſcenderit, incertum eſt: illud autem habetur exploratiſſimum, Romæ recedentem, non Alexandriam ad ſuam Eccleſiam, ſed Antiochiam conceſſiſſe. Pervenit igitur Athanaſius Antiochiam, ubi tum erat Conſtantius Imperator, a quo benigne excipi viſus eſt; id quidem ipſe de ſe teſtatur, cum ait (*b*): *Venit igitur tandem Athanaſius, venientemque ſincero ſerenoque vultu intuetur, eique liberum facit, ut in patriam & ſuas Eccleſias rediret, litteris ad ejus loci Judices datis (quia priore edicto aditus ſervari juſſum erat) ut nunc eum inoffenſe tranſire permitterent. Epiſcopo autem ſuas calamitates, calumniaſque deplorante, & admonente ne denuo, ſe abſente, calumniæ reciperentur: ut jam nunc accuſatores evocaret; ſiquidem ſe non intercedere, quo minus illi ſeſe apud Cæſarem ſiſtant, ut eos ita convincere poſſet. Hæc quidem Cæſar facere noluit; ſed tamen omnia, quæ contra ipſum per calumniam ſcripta eſſent, tolli & aboleri juſſit, jurans ſe in poſterum nullas calumnias admiſſurum, ſummque in hac re propoſitum firmum & inconcuſſum fore: neque id ſimpliciter dixit, ſed & jurejurando, Deo in teſtimonium voto, obſignavit.* Hæc ipſe.

(b) Athan. ad Solit.

XII.

Quid Athanaſius Antiochiæ cum Conſtantio.

Meminit hujus quoque congreſſus Athanaſii cum Conſtantio Oſius Cordubenſis Epiſcopus in litteris, quas multo poſt dedit ad eumdem Conſtantium, redarguens ipſum de perſecutione in Athanaſium iterum excitata, cum ait (*c*): *Athanaſius deinde tuis litteris accerſitus venit in caſtra tua; omneſque inimicos ſuos, qui Antiochiæ præſto erant, ſigillatim vocari juſſit, ut aut redarguerent, aut redarguerentur, & aut ſe præſente commonſtrarent ea feciſſe quæ objecerant, aut ne abſentem calumniarentur: ſed ne te quidem hæc ipſis denunciantem ſuſtinuerunt, minime iſtiuſmodi conditiones admittentes.* Hæc Oſius.

(c) Apud Athanaſ. epiſt. ad Solit.

XIII.

Conſtantii juramentum.

Meminit & Lucifer Calaritanus (*d*) de juramento Conſtantii ſcriptis etiam præſtito, de non laceſſendo amplius Athanaſio: quod tradit fuiſſe pollicitum Alexandrinis; ſunt hæc ejus verba: *Litteris tuis juraſti Alexandrinis, nihil mali facturum te deinceps Athanaſio; & nunc quæris eum interficere.* Fuit congreſſus hic Athanaſii cum Conſtantio Imperatore tertius, cum bis jam antea, dum eſſet idem Athanaſius in Oriente, ab eodem diverſis fuiſſet locis & temporibus convocatus: in quibus omnibus quam ſe modeſte habuerit etiam erga adverſarios, idem ipſe, ad eumdem Conſtantium ſcribens, tradit his verbis (*e*): *Obſecro te (novi vim memoriæ tuæ) reminiſcere eorum verborum, quæ tecum habui, cum dignatus eſſes me ſub tuum conſpectum venire, primum Viminaci, iterum Cæſareæ quæ eſt in Cappadocia, tertio Antiochiæ: an vel tum de Euſebio, quamquam vexatore meo acerbiſſimo, quicquam ſiniſtri dixerim: an cuiquam eorum, qui mihi injurias fecere, aſperius locutus ſim. Si igitur contra quos mihi pro defenſione dicendum erat, non maledixerim; quæ illa fuiſſet mea inſania, Imperatori apud Imperatorem obtrectare & fratrem cum fratre collidere?* Hæc Athanaſius, apud Conſtantium ſe excuſans, dum quereretur de ipſo, quod adverſus ſe Conſtantem Imperatorem concitaſſet.

(d) Lucif. pro Athan. ad Conſt. l. 1.

(e) Athan. Apolog. ad Conſtantium.

XIV.

Athanaſius cum Euſtathianis convenit.

Quod autem Antiochenæ Eccleſiæ præeſſet Leontius Arianus Epiſcopus, abſtinuit Athanaſius ab ejus communicatione, atque (ut inquit Sozomenus *f*) cum illis qui Euſtathiani vocabantur, nempe Catholicæ communionis hominibus, magni illius Euſtathii Arianorum oppugnatoris Epiſcopi Antiocheni ſobole, conventus in ædibus privatis agebat; nulla enim illis erat Eccleſia, ab Arianis omnibus vendicatis. Subdit Sozomenus: *Ubi autem Conſtantium Imperatorem Athanaſius erga ſe benevolum & facilem expertus eſt, & putavit ſuam ſibi Eccleſiam reſtitutam fore;*

(f) Sozom. l. 3. c. 19.

Imperator admonitus ab Ariana ſecta præſidibus: Sum equidem (inquit) paratus ad promiſſa præſtanda, quibus impulſus te accerſivi. Quare ipſe beneficium, quod ego abs te petam, jure debes mihi concedere. Id quidem eſt, ut ex multis Eccleſiis, quæ tuæ ditioni ſubjiciuntur, unam habeant illi, qui tecum communicare detrectant.

XV. Athanaſius Conſtantii petitionem eludit.

Id accipiens Athanaſius, egregia reſponſione Conſtantii petitionem, dum non negaret, eluſit, ſic dicens: *Maxime*, (inquit) *o Imperator, quandoquidem æquum, immo neceſſe eſt, tuis mandatis obtemperare (neque tibi equidem contradicam) verum cum Antiochia quoque ſint qui communionem eorum, qui uliter atque nos de religione ſentiunt, omnino refugiant; idcirco ſimile beneficium abs te mihi tribui poſtulo, ut videlicet iſti itidem in hac urbe unam habeant Eccleſiam, in qua libere & ſine metu in unum conveniant. Poſtulatione igitur Athanaſii ab Imperatore velut æqua probata, commodum viſum eſt Arianis rem ſilentio præterire: quippe exiſtimarunt, ſuam opinionem propter Athanaſium nullam omnino apud Alexandrinos progreſſionem facturam, præſertim cum ille non modo ad ſuæ doctrinæ fautores in eadem firme continendos, verum etiam ad pelliciendos adverſarios, ſatis haberet virium & facultatis. Apud Antiochenos autem ſi iſtud fieret, primum Euſtathianos, qui multi erant numero conventus facturos: deinde uti ſimile veri erat, novas res molituros, cum impune ſuos in unum cogere poſſent, quandoquidem Arianis etiam Eccleſias occupantibus, totus clerus & populus Antiochenus eorum opinionibus minime obſequerentur; ſed in cœtus pro more, dum Deum hymnis collaudabant, diſtributi, ſub finem hymnorum ſinguli ſuam opinionem declararent: & alii non Patrem modo ſed Filium etiam, utpote Patri honore æqualem, gloria efferrent, alii, nempe Ariani, Patrem in Filio eſſe dicerent, atque per hanc præpoſitionem, In, Filium Patre inferiorem oſtendere conarentur.*

XVI. Leontius Arianos patitur Euſtathianos.

Tandem his rebus ita comparatis, Leontius qui ſectæ Arianæ deditus illo tempore ſedem epiſcopalem Antiochenam gubernaret, incertus animi quid ageret, tametſi non aggrederetur eos, qui hymnis fidei Concilii Nicæni conſentientibus Deum laudarent, prohibere; metuebat enim ne populus ſeditionem conflaret; tamen manu ad caput, quod jam valde caneſcebat, admota dixiſſe fertur: Hac nive liquefacta, multum erit luti; quo ſignificare voluit, ſe mortuo, diſpares illorum hymnorum modos tandem in populi ſeditionem recaſuros: quando Epiſcopi, qui ei ſuccederent, nullo modo paſſuri eſſent, eiſdem ſe populi arbitrio in omnes partes circumferri. Hactenus de rebus geſtis Athanaſii cum Conſtantio Antiochiæ, Sozomenus: Socrates (*a*) vero reciprocam illam petitionem Athanaſii ampliorem fuiſſe tradit, nempe ut liceret Catholicis non tantum Antiochiæ, ſed in omnibus Civitatibus, quibus præerant Epiſcopi Ariani, Eccleſiam habere.

(*a*) *Socrat. l. 2. c. 18.*

XVII. Reſtitutio Epiſcoporum exulum.

Poſthæc autem tum de Athanaſii, tum aliorum Epiſcoporum exulum reſtitutione facta per Conſtantium, hæc ſubdit Socrates (*b*): *Quapropter Imperator Athanaſio, Paulo & Marcello, quinetiam Aſclepa Gazæ Epiſcopo, & Lucio Epiſcopo Hadrianopolis proprias ſuas ipſorum ſedes reſtituit. Iſti duo poſteriores etiam a Concilio Sardicenſi admiſſi erant: Aſclepas quidem quod commentarios oſtenderat, ex quibus conſtabat, Euſebium Pamphilum cum aliis nonnullis ejus cauſam diligenter cognoviſſe, tum ei proprium dignitatis gradum reddidiſſe.* Magna quippe illa probata eſſe videbatur innocentia, quæ etiam adverſariorum animos perſuadere & erga eumdem Aſclepam inflectere potuiſſet. Lucius autem, quod accuſatores aufugiſſet, ibidem fuerat innocens comprobatus; proſequitur Socrates: *Mandata igitur Imperatoris ad proprias cujuſque illorum civitates exiverunt: quibus erat imperatum, ut illos prompto & parato animo reciperent. Ancyræ igitur quoniam Baſilius erat exturbatus, Marcelluſque in ejus locum venerat, non exiguus tumultus concitatus eſt: qui quidem illis qui adverſariam opinionem tuebantur, anſam præbuit ad Marcello obtrectandum. Cives Gazæ Aſclepam libenter exceperunt. Conſtantinopoli autem Macedonius Paulo ad tempus locum conceſſit, & in Eccleſia quadam civitatis ſeparatim conventus fecit. Pro Athanaſio vero Imperator ad Epiſcopos & clericos & populum Alexandrinum ſcripſit litteras, ut illum lubentibus animis exciperent.* Porro litteras tunc a Conſtantio Alexandriam ſcriptas Athanaſius ſingulas recitat, hancque primam ordine (*c*):

(*b*) *Socrat. ibid.*

Victor Conſtantius Maximus Auguſtus Epiſcopis & presbyteris Catholicæ Eccleſiæ S.

(*c*) *Athan. Apolog. 2.*

XVIII. Conſtantii literæ pro Athanaſio.

Non eſt derelictus a Dei gratia reverendiſſimus Athanaſius; tametſi ad breve tempus humanæ probationi ſubjectus fuerit: juſtum enim debitumque jam ab omnia ſervante & ſuſtinente providentia calculum retulit, eo quod & voluntate Optimi, Dei ſcilicet, *& judicio noſtro, patriam, & Eccleſiam, quam antea divino nutu poſſedit, recipiat, ad quem congruentia etiam a noſtra humanitate perferri oportet; adeo ut omnia, quæ antea contra eos, qui cum eo communionem celebrarunt, decreta fuere, oblivioni tradi velim; omniſque deinceps ſuſpicio contra aboleatur: & immunitas, quam olim habuere ipſius clerici, firma*

firmæ illis & rata (prout decet) conſerventur. Quin & hoc quoque ejus gratiæ adjici, æquum arbitrati ſumus, ut apud univerſos ſacri ordinis viros promulgetur: cunctis qui Athanaſio adhæſere, datum eſſe ſecuritatem, ſive Epiſcopi, ſive clerici ſint. Abunde enim argumenti eſt, unumquemque eorum probi animi eſſe, vel eo ſolo, quod Athanaſio conſociati fuere. Quicumque enim meliori, & judicio, & factione hujus communionem elegerunt, hos omnes juſſimus ad exemplar ſuperioris providentiæ, & ſecundum noſtram voluntatem, ut gratia ab optimo Deo tributa ſecuriter perfruantur. Deus vos ſervet.
Secunda vero epiſtola ſic ſe habet:

XIX. Aliæ Conſtantii litteræ pro Athanaſio.

Victor Conſtantius Maximus Auguſtus populo Alexandriæ Catholicæ Eccleſiæ S.

Cum ante oculos habeamus veſtram in omnibus diſciplinam, & nequaquam inſcii ſimus, vos jampridem Epiſcopali providentia deſtitutos: decrevimus Athanaſium Epiſcopum, virum apud omnes rectitudine morumque probitate clarum, ad vos remittere. Hunc igitur ſi lubenter & decenter receperitis, eumque veſtris precibus opitulatorem adhibueritis; concordiam & vobis decoram & nobis gratiſſimam ſimul, pacemque perpetuam, & Eccleſiæ legem conſervabitis. Abſurdum enim eſt diſcordiam aut ſeditionem inter vos agitari, & alienum hoc ipſum eſt a noſtrorum temporum integritate. Volumus igitur, & hoc vitium prorſus a vobis abeſſe, & vos in veſtris precibus perpetim illo (ut dixi) præſide & opitulatore apud Deum uti, & in eo ſtudio ſolito more perſeverare; ut tali propoſito, veſtro omnium ore celebrato, Gentiles, qui etiamnum idolorum erroribus inhærent, ad ſacræ religionis cognitionem promptiſſime decurrant.

XX. Rogat ſuſcipi Athanaſium.

Quapropter denuo vos admonemus, ut, ſuperioribus dictis acquieſcentes, Epiſcopum ſuffragio Optimi, & noſtra voluntate, huc remiſſum libenter ſuſcipiatis, eumque ab animis ſententiiſque veſtris indiſſolubilem putetis: id enim vos decet, & noſtræ manſuetudini congruum eſt. Ad omnem ſiquidem conturbationis & ſeditionis materiam extirpandam, qua cupidi malorum libenter utuntur, noſtris apud vos Judicibus per litteras injunximus, ut, quotquot ſeditioſos invenerint, pœnis ſuppliciiſque legum coerceant. Omnia igitur iſta præ oculis habentes, & noſtram cum optimo Deo conjunctam ſententiam, curamque veſtrum ſimul & concordiæ, pœnamque in immodeſtos conſtitutam, congrua decentiaque ſacræ religionis legibus ſervantes, prædictum Athanaſium cum omni reverentia, & honore colite, veſtraſque preces cum eo & pro veſtra & pro cujuſque vita ſanctitate ad omnium parentem Deum offerte.
Hæc ad Catholicum populum Conſtantius Imperator, multis inculcans pacem & concordiam: quod vereretur, ne qui ab Arianis, Gentilibus, ac Judæis tot tantaque paſſi erant (ut dictum eſt ſuo loco ſuperius) cum Gregorius Arianus in ſedem Alexandrinam intruderetur, illorum memores, hac temporis proſperitate abuſi, in illos inſurgentes vices redderent: qui enim paulo ante nondum Athanaſio reſtituto (ut e Theodoreto dictum eſt) ipſum Gregorium Epiſcopum Arianum necaſſent; haud temperaturos eſſe a cæde eorum qui cum eo adverſus Orthodoxos conniverant, juſtus metus Conſtantii eſſe potuit.

XXI. Hiſce litteris recitatis, hæc Athanaſius ſubdit: *His ſcriptis, juſſit ea, quæ prius adverſum me decreta erant per calumnias Euſebii, abrogari, tollique de tabulis Ducis & Præfecti Ægypti; miſſuſque ea de cauſa Euſebius Decurio ſuſtulit ea de tabulis: ſcripta autem ſeſe hunc in modum habent.*

Aliæ rurſum litteræ pro Athanaſio.

Victor Conſtantius Auguſtus Neſtorio S. Et eadem forma Auguſtamnicæ, Thebaidis, & Africæ Præfectis.

Si quid umquam ad noxam contumeliamve eorum, qui Athanaſio communicarunt, decretum invenitur, id omnino deleri volumus. Nam & officium quod antea habuerunt ejus clerici, iterum eoſdem habere volumus. Hoc enim decretum obſervari jubemus, ut reſtituto Athanaſio ſuæ Eccleſiæ, communicatores illius idem habeant officium, quod antea poſſederunt, quo & ipſi ſe gaudeant prorſus reſtitutos eſſe.
Hæc ad Neſtorium, cujus mentio habetur in Actis perſecutionis Arianorum in Eccleſiam Alexandrinam: erat etiam hic idem tum in magiſtratu, opemque ferens Arianis. Quæ vero ibi ſequuntur de Concilio Hieroſolymis habito, deque litteris ex eo ſcriptis ad Ægypti, & Libyæ Eccleſiam, dicentur anno ſequenti, quo peracta eſſe noſcuntur.

XXII. Athanaſii adventus Laodiceam Syriæ.

Recedens Athanaſius Antiochia, Hieroſolymam venturus tranſiit Laodicea, ubi cum Apollinare ejus Eccleſiæ lectore familiarem congreſſum habuit; quam ob cauſam idem Apollinaris a Georgio ejus loci Epiſcopo Ariano expulſus ab Eccleſia fuit, rem geſtam Sozomenus narrat his verbis (a): *Cum Athanaſius Epiſcopus Eccleſiæ Alexandrinæ poſt exilium quod fuerat regnante Conſtantio perpeſſus, redire in Ægyptum juſſus eſſet: et iter forte per Laodiceam faciens Apollinaris familiaris & amicus in primis factus eſt. Et quoniam communicare cum Athanaſio execrabile quiddam videbatur Arianis, e quorum numero fuit Georgius illius urbis Epiſcopus: idcirco Apollinaris Eccleſia per contumeliam expellitur, perinde ac ſi contra canones & leges ſacerdotum in congreſſum cum Athanaſio veniſſet. Atque*

(a) Sozom. l.6. c.25.

eum Georgius non de his rebus ſolum accuſavit, verum etiam peccata, quæ jam olim pœnitentia deleverat, criminis loco objecit. Nam dum Theodotus, cui Georgius ſucceſſit, Laodicenſem Eccleſiam adhuc regebat, Epiphanius illius ætatis ſophiſta, inſignit hymnum in Bacchi laudem ediderat; quo præceptore uſus Apollinaris (adhuc enim adoleſcens erat) una cum patre eodem ipſi nomine vocato, grammatico ſane haud obſcuro, ad hymnum illum audiendum proficiſcebatur. Ubi autem hymnum recitare orſus eſt Epiphanius, eos qui myſteriis Bacchi haud initiati, quique profani erant (uti conſuetudo fert eorum qui talia dicendo ſe oſtentare ſolent) foras exire jubet. At neque Apollinarem adoleſcentem, neque ejus patrem ſenem, neque quemquam alium Chriſtianum, qui forte aderat, ab ſe audiendo excludit.

XXIII. Apollinares excommunicati a Theodoto. *Qua re cognita, Theodotus Epiſcopus iniquo animo & graviter tulit, & ut laicis aliquantum objurgatis veniam tribuit, ſic ambos Apollinares palam delicti criminatos, ab Eccleſia ſegregavit: erat enim uterque ex clero, pater quidem presbyter, filius autem etiam tum litterarum ſanctarum lector. Quodam autem temporis ſpatio intermiſſo, Theodotus eos, cum lacrymis, & jejuniis debitam pro peccatis pœnitentiam egiſſent, in Eccleſiam denuo recepit. At Georgius ubi eum eſt conſecutus Epiſcopatum, & Apollinaris in conſuetudinem & familiaritatem Athanaſii (ut dictum eſt) venerat; eum a communione excludit, & ab Eccleſia alienum pronuntiat. Quem dicunt ab eo ſæpe petiiſſe, ut ſe in communionem reciperet. Verum cum illud impetrare non poſſet, gravi quadam animi offenſione pulſus, Eccleſiam turbare & doctrinæ novitatem, quam diximus, nempe quod veram Chriſti negabat humanitatem, aſſerens divinitatem pro anima corpori illi conjunctam, introducere cœpit: & quantum in ipſo ſitum erat, arte dicendi adverſarium ulciſci atque vehementer arguere, quod, cum doctrina ſacrarum litterarum inferior eſſet, præſtantiorem ſe non vereretur abdicare.*

Apollinaris hæreſis ortus.

XXIV. *Iſta ſane privata inter clericos variis temporibus ſuſcepta inimicitiæ maximo detrimento Eccleſiæ fuerunt, & religionem in varias ſectas diſtraxerunt; cujus rei hoc ſatis eſt argumenti: nam ſi Georgius pari ratione atque Theodotus Apollinarem, cum eum pœnituiſſet culpæ commiſſæ, ad Eccleſiam recepiſſet, non arbitror hanc hæreſim ejus nomine nuncupatam, ortam aliquando fuiſſe. Ea enim eſt humana natura, ut cum deſpecta ſit, obſtinate inſoleſcat, & cum contentionis, tum rerum novandarum ſtudio flagrare incipiat: at cum æquales partes ferat, ſoleat ſe moderate gerere, & intra eoſdem rationis velut cancellos manere.* Hactenus Sozomenus de congreſſione Athanaſii cum Apollinare amice pieque facta, cujus tamen occaſione Georgius Laodicenus Epiſcopus Arianus Apollinarem Juniorem ad tantum ſcelus impulit. Eadem ferme de Apollinariam hæreſis origine habet Socrates (*a*); qui & genus Senioris Apollinaris recenſens, ait, fuiſſe Alexandrinum, ac primum Berythi, inde vero Laodiceæ ludum aperuiſſe litterarium, ac docuiſſe grammaticas facultates: Juniorem vero Apollinarem excultum rhetoricis diſciplinis: Alios autem eſſe, qui de ambobus referant, ſponte illos ab Eccleſia receſſiſſe, quod eorum Epiſcopus Arianus conſtantiſſimus eſſet, cum iidem Nicænæ fidei profeſſores exiſterent.

(*a*) *Socrat. l. 2. c. 36.*

XXV. At certe quidem nulla potuit eſſe eis ignominia, ab Eccleſia, cui præſideret Arianorum anteſignanus, fuiſſe ejectos: in qua vel manere tantum, videri poterat extra Catholicam Eccleſiam poſitos eſſe; & ab illa recedere, eſſe univerſali Fidelium cœtui incorporari; ac proinde ſtultam fuiſſe hujuſcemodi Apollinarium vindictam, in odium Georgii, adverſus Eccleſiam Catholicam pugnantem hæreſin excogitaſſe, & illam quidem, cujus (ut auctor eſt Epiphanius in Nicæno ſecundo Concilio (*b*) differens) ipſimet Ariani auctores fuere, quod & teſte Gregorio Nazianzeno confirmat, nam de Arianis ait: *Opinantur enim extra animam rationalem Dominum noſtrum factum hominem, & pro anima Deitatem habuiſſe, at affectiones quoque illi aſſignant, quemadmodum Gregorius Theologus teſtificatur.* Hæc ipſe. Cæterum Socrates & alii ponunt auctorem hujus hæreſis Apollinarem Juniorem, qua a Chriſto animam rationalem ademit: Divinitatem dicens, nempe Verbum, corpus ipſum animaſſe; deinde inconſtans, a priore ſententia correctus, protinus diſcedens, Chriſti humanitati animam ita tribuerit ipſe amens, ut ea mente caruerit, cujus loco diceret inditum eſſe Verbum, iſta ex Socrate: verum alia complura ad hæc ipſorum errois principia ſuperaddita eſſe deliramenta, dicemus inferius. Hæc modo ſatis attigiſſe occaſione congreſſus Apollinaris Junioris cum Athanaſio Laodicea tranſeunte, dum Alexandriam reverſurus pergeret Hieroſolymam, cujus reliqua itineris pro ratione temporis aſſectabimur anno ſequenti.

(*b*) *Concil. Nican. 2. Act. 6.*

Arianorum & Apollinarianorum Hæreſis:

XXVI. Cæterum non ſic præſenti anno recenſuiſſe voluimus duorum Apollinarium lapſum, ut hoc ipſo anno ille acciderit, & eorum hæreſis innotuerit, quam longe poſt diffamatam eſſe in Eccleſia conſtat, ſed occaſione congreſſus hoc anno initi cum Athanaſio: cum tamen liqueat Epiphanii (*c*) teſtificatione, dum hæc Conſtantii tempore de Ariana hæreſi vigerent diſ-

(*c*) *Epiph. hæreſ. 76.*

Digitized by Google

Apollinaris hæreſis diu latuit. diſcrimina, ambos Apollinares magna cum laude in Eccleſia vixiſſe, & in medio nationis pravæ eluxiſſe confeſſione Nicænæ fidei, tamquam lucernas ardentes in caliginoſo loco, cui princeps tenebrarum dominabatur, Athanaſio ac cæteris Catholicæ fidei defenſoribus addictiſſimos: adeo ut cum de hujuſmodi hæretica eorum ſententia per ipſorum diſcipulos poſtea rumor increbuiſſet, apud Orthodoxos eorumdem ſtudioſos fidem non inveniret, unde & Epiphanius ait (a): *Primum quidem cum audiſſemus a quibuſdam ipſius diſcipulis; fidem non habebamus, quod talis vir* (nempe Junior Apollinaris) *hanc ſententiam invexiſſet; amplius in expectatione rei longanimes, donec rei certitudinem cognoſceremus. Dicebamus enim, eos, qui ad nos ab ipſo venerant, non intelligere profunditatem eorum quæ a tam docto & prudente doctore dicerentur, & a ſe ipſis hæc eos dicere, quæ ab ipſo non didiciſſent.* Hæc Epiphanius de primordiis Apollinaris; qui tamen ſemel in præceps actus, cum tantum antea abhorreret ab hæreſi Ariana, poſtea infelix illi ſe affinitate conjunxit; nam ſic de ipſo Gregorius (b) Nazianzenus: *Illud ſcire neceſſe eſt; Apollinarem, quamvis Divinitatis nomen Spiritui ſancto dederit, vim tamen divinitatis minime retinuiſſe. Etenim ex magno, majori & maximo, hoc eſt, ex Spiritu ſancto, & Filio, & Patre; tamquam ex ſplendore, radio, ac Sole Trinitatem conſtituere* (*quod quidem in libris ejus diſertis verbis ſcriptum eſt*) *Divinitatis ſcala eſt non in cœlum ſubvehens, ſed e cœlo dejiciens.* Hæc Nazianzenus. At de propulſatione hæreſis Apollinaris ſuo loco dicendum eſt.

(a) Epiph. ibid.

(b) Greg. Naz. epiſt. ad Cledonium prope fin.

His de rebus Eccleſiaſticis perſcenſitis: XXVII. haud prætermittendum, quod hoc eodem anno etiam ſub iiſdem Conſulibus extat datum Imperatorum reſcriptum (c) adverſus ſepulcrorum demolitores. Adeo enim Chriſtianis creverat (ut dictum eſt) conceptum ſemel odium in idola, ut pati non poſſent in eorum agris diis ma-

(c) l. 2. de ſepul. viol. C. Theod.

PAGIUS III. *Varia reſcripta hoc anno data.* Ad num. XXVII. & ſeq. Sub hujus anni Conſulibus data a Conſtante Imperatore Lex 2. Codicis Theodoſiani *De ſepulcris violatis*, qua iis qui ſepulcra hactenus violaverant, unius auri libræ mulctam imponit, capitali ſeu ſanguinis pœna ſublata. Quod poſtea Patres Concilii Toletani quarti c. 45. imitati ſunt: *Quia facinus hoc pro ſacrilegio legibus publicis ſanguine vix vindicatur.* Deſignat tempus Imperator, ex *Conſulatu ſcilicet Dalmatii & Zenophili*, qui in annum CCCXXXIII. incidit, quo Conſtantinus Magnus aras, idola, templaque everti juſſit, ut ibidem diximus. Ubi & oſtendimus, ab eo tempore, ut in templa, ita & in ſepulcra ſævitum eſſe. Plura Gothofredus in illius Legis Commentario. Data & a Conſtante Lex 2. ejuſdem Codicis *De raptu virginum & viduarum*. Anno CCCXX. Conſtantinus Magnus Legem priorem ejuſdem Codicis *De raptu virginum vel viduarum*, emiſerat, & Raptoribus atrociſſimam pœnam, & quidem indefinite impoſuerat; quam Legem Conſtans hac ſua temperat; capitis pœna, id eſt, gladii liberis indicta, ſervis vero ignis ſupplicio impoſito. Licet porro Conſtantii Lex aliqua hac de re non occurrat ſub eodem titulo, non dubium tamen, quin ejuſdem ſententiæ fuerit. Sane extat Libanii locus in Baſilico ad Conſtantium & Conſtantem, qui hoc anno compoſitus videtur pag. 148. & 147. de munita conjugii ſanctitate a Conſtantio adverſus Raptores conjugum alienarum, & quidem militares. Ejuſdem alioquin Conſtantii adverſus Raptores viduarum & virginum Sanctimonialium eſt Lex I. ejuſdem Codicis *De raptu, vel matrimonio Sanctimonialium virginum vel viduarum*, data anno CCCLIV. Denique Conſtantius hoc anno emiſit Legem 9. *De Epiſcopis*, quæ eſt de immunitate Clericorum a civilibus muneribus, ac civilibus functionibus, quam Gothofredus in Commentario eo pertinere credit, quod *Conſtantius* hoc ipſo tempore immunitatem Clericis, qui cum Athanaſio communicabant, paulo ante ademtam, hoc ipſomet anno poſt Concilium Sardicenſe reſtituit duabus epiſtolis, quas ipſemet refert in Apologia 2. pag. 600. & 601. in quarum poſteriore Interpres ἀλειτουργησίας contrario ſenſu *officium* reddidit, cum ea voce ſignificetur *immunitas a muneribus*, pariter ut voce ἀτελείας in priore uſus fuerat.

IV. *Synodus Romana in cauſa Valentis & Urſacii.* Baron. an. 350. n. 12. & ſeqq. Congregata hoc anno Synodus *Romana*, in qua Valens & Urſacius communionem Athanaſii amplexi ſunt, & de *Photini* expulſione actum eſt. De qua antequam diſſeramus, obſervandum, eatam noſtro ſæculo magnam controverſiam de anno Synodi Sirmienſis, in qua Photinus damnatus eſt. Socrates & Sozomenus eam convocatam tradidere poſt Sergii & Nigriniani Conſulatum, qui geſtus fuit anno Chriſti CCCLI. At Baronius toto ſexennio ab utroque diſſert, celebratam docens anno CCCLVII. Socrati & Sozomeno adſtipulatur Petavius in Animadv. ad Epiphanium 306. Baronio vero Sirmondus in Diſſertatione de anno Synodi Sirmienſis, ubi putat, Baronii ſententiam juvari manifeſto teſtimonio Hilarii in Fragmentis, qui biennio anteriorem facit Synodum Mediolanenſem ipſa Synodo Sirmienſi. Aliunde vero conſtare ait, Synodum illam *Mediolani* habitam incidere in annum CCCLV. Petavius in Diſſert. de Photino Hæretico, ut ſe his nodis eximat, hæc Hilarii verba, quæ leguntur apud Hilarium poſt libellum Valentis & Urſacii: *Hæc epiſtola poſt biennium miſſa eſt, quam hæreſis Photini a Romanis damnata eſt;* interpretatur de Mediolanenſi Synodo, & ex iis probare nititur, Mediolanenſem Synodum, quæ biennio Sirmienſem præceſſit, e Catholicis Epiſcopis fuiſſe conflatam, & aſſignandam anno CCCXLVII. aliquot menſibus poſt Sardicenſe Concilium, non autem ea Epiſcopis Arianis fuiſſe compoſitam; cujuſmodi erant illi, qui Mediolanenſem alteram Synodum conſtituebant; quæ a Conſtantio indicta eſt anno CCCLV. Porro non in eo hæret; ſed ex laudato Hilarii loco novam Synodum profert Sirmienſem, quæ Mediolanenſi anno CCCXLVII. congregata ſit biennio poſterior, & ideo collocanda currenti Chriſti anno, quam ſecuta fuerit altera Synodus Sirmienſis, de qua eſt controverſia, an competat anno CCCLI. an vero CCCLVII. Verum illam Sirmienſem Synodum a Peta-

Digitized by Google

Leges adverſus demolitores ſepulcrorum.

manibus dicatus memorias defunctorum integre conſervari, quas, ut antea cœperant, evertere, ac demoliri, licet vetiti (ut vidimus) legibus eorumdem Imperatorum, minime abſtinerent: quamobrem iidem ſeveriores de his ſanxere leges, quibus non tantum qui poſt hæc talia auderent, indicta pœna mulctari voluerunt, ſed illos pariter qui a Conſulatu Dalmatii atque Zenophili ſimilia præſumpſiſſent. Sed quod nec ita eos coercere his terroribus valuerint, aliæ rurſum poſtea hac de re editæ ſanctiones ſunt eodem argumento.

XXVIII. Reſcripſere hoc ipſo anno iidem Principes adverſus raptores virginum (a), ut

(a) l. 2. de rapt. virgin. C. Theod.

PAGIUS

tavio in medium adductam, commentitiam eſſe, & currenti anno ſeu biennio poſt Synodum Mediolanenſem, non Sirmienſem, ſed Romanam coactam fuiſſe, oſtendam ex Petro de Marca in Diatriba de tempore Synodi Sirmienſis Plenariæ, cujus verba fere exſcribam.

V. *Biennio poſt Mediolanenſem habita.*

Photinus itaque Epiſcopus Sirmii damnatus fuit in ſecundo Concilio Mediolanenſi, a quo etiam *Valens & Urſacius* Pannoniæ & Mœſiæ Epiſcopi, qui ſententia Synodi Sardicenſis a communione Eccleſiæ Catholicæ abſciſſi fuerant, pacem & veniam exorarunt. Biennio elapſo poſt Conventum Mediolanenſem, iterum altera Synodus cogitur ad pellendum Epiſcopatu Photinum. Hæc Hilarii in Fragmentis verba: *Igitur ad tollendum ex Epiſcopatu Photinum, qui ante biennium jam in Mediolanenſi Synodo erat Hæreticus damnatus, ex plurimis Provinciis congregantur Sacerdotes*, &c. Qui Conventus Romæ habitus eſt, non vero Sirmii, ut ſibi perſuaſit Petavius citatus. Conventus hujus & loci opportunitatem nacti Valens & Urſacius, communionem, quam Mediolani obtinuerant, quamque Julius Epiſcopus Romanus approbaverat, ea conditione, ut Athanaſii communionem amplecterentur, & conflatas in eum calumnias detegerent, Profeſſione data, ratam haberi libello ſupplici rogant, *Athanaſium* ſuſcipiunt, & præterea Arianos damnant, prout altero libello, quem Mediolani porrexerant, ſe feciſſe profitentur. Damnati Photini *a Romanis*, id eſt, a Synodo Romana, decretum ab Occidentalibus, *ſicut mos poſcebat*, ad Orientales mittitur, *non injuriæ extorquendi, ut nunc agitur, adſenſum*, inquit Hilarius, *ſed inſtruenda univerſorum ſcientia conſuetudine*. Libellus autem Valentis & Urſacii oblatus Julio non ſtatim ad Orientem eſt delatus, ſed biennio poſt damnationem Photini a Romanis decretam, ut teſtatur Hilarius loco numero præcedenti citato; licet poſt aliquantum temporis, *poſteaquam ſuperiorem epiſtolam Romæ emiſerant* Valens & Urſacius, ut loquitur Hilarius, *ab Aquileia ad Athanaſium*, epiſtolam alteram miſerint, qua locum eum illo, & Eccleſiaſticam communionem ſe habere ſignificarint. Enimvero epiſtola Julio data miſſa non eſt, niſi poſt biennium.

VI. *Synodus Sirmienſis poſt Romanam habita.*

Itaque *ſuperioribus literis* (Julio Epiſcopo oblatis,) *venia indulgetur, orantibus redditur ad Catholicam Fidem cum communione donatur; maxime cum Sardicenſis Synodi veritatem ipſa orantium veniam litera continerent. Verum inter hæc Sirmium convenitur*, inquit diſerte Hilarius, ſcilicet anno CCCLI. poſt Romanam Synodum, interim dum libellus ſupplex Valentis & Urſacii ad Orientem mittitur. Ita enim hunc locum accipiendum ipſa narrationis ſeries omnino cogit, ut patebit iſta ſerio perpendenti. Quid autem Sirmii geſtum fuerit, docet Hilarius, nempe *Photinum* olim reum pronuntiatum, & a communione unitatis abſciſſum, ne tum quidem per factionem populi Epiſcopatu amoveri potuiſſe. Porro Orientales, ad quos relatio miſſa fuerat a Romana Synodo de damnatione Photini, reſcriptis ſuis inde occaſionem arripiunt, judicium, quod de Athanaſio & Marcello latum fuerat in Synodo Sardicenſi, callide ſubvertendi: quod tandem obtinuere in Synodis Arelatenſi anno CCCLIII. & Mediolanenſi anno CCCLV. coactis. Color inde quæſitus fuit, Marcelli magiſterio *Photinum* perfidiam ſuam didiciſſe; in ea autem cauſa Marcellum nunc eſſe, poſt ipſum Sardicenſe judicium, ut Athanaſius ab ejus communione ſibi temperandum eſſe duxerit: itaque locum eſſe, etiam ipſius Athanaſii exemplo, rem Sardicæ judicatam retractandi.

VII. *Photinus non in Sirmienſi, ſed in Romana Synodo damnatus.*

Porro duplici argumento oſtendit Petrus de Marca, *Photinum* iterum in Romana Synodo, non vero in Sirmienſi a Petavio excogitata, poſt Mediolanenſem fuiſſe damnatum. Unum eſt, quod Urſacius & Valens referantur ab Hilario *hujus Synodi opportunitatem* nacti, Romanæ plebis Epiſcopum audiviſſe, & deprecatos eſſe, ut per veniam in communionem admitterentur, Julium ex Concilio veniam, quam orabant, impertiviſſe. Hæc Hilarii verba: *Igitur ad tollendum ex Epiſcopatu Photinum, qui ante biennium jam in Mediolanenſi Synodo erat Hæreticus damnatus, ex plurimis Provinciis congregantur Sacerdotes*, &c. *Quam opportunitatem nacti Urſacius & Valens Romanæ plebis Epiſcopum adeunt, recipi ſe in Eccleſiam deprecantur, & in communionem per veniam admitti rogant. Julius ex conſilio veniam, quam orabant, impertit.* Nempe fruſtra commemoraretur captata Synodi opportunitas, ut Julius audiretur, niſi Romæ coactam interpretemur; maxime ſi tanto intervallo a Romana urbe coacta fuiſſet, videlicet Sirmii in Pannonia, ut vult Petavius. Julium vero illos communioni reſtituiſſe *ex Concilio*, id eſt, de Concilii ſententia, ſcribit Marca juxta hunc Hilarii locum: *Julius ex conſilio, veniam, quam orabant, impertit, ut cum in Catholica Eccleſia, vires quoque detraheret Arianis*: ubi loco *ex conſilio*, legendum vult, *ex Concilio*. Verum hæc emendatio, textus depravatio eſt, nihil aliud enim Hilarius ſignificat; quam id *Julium* conſulto ſeu de induſtria feciſſe, ut vires demeret Arianis. Ex Theſauro enim Roberti Stephani verbo *conſilium*, aliquot exemplis conſtat, hanc loquendi formulam, *conſilio* in ablativo, ſæpe uſurpari pro *arte* vel *de induſtria*; ac aliquid ex *conſilio* alicujus facere phraſim Ciceronianam eſſe. Secundum argumentum deſumitur ex iſtis Hilarii verbis: *Hæc epiſtola poſt biennium miſſa eſt, quam hæreſis Photini a Romanis damnata eſt.* Cum enim Photini hæreſim a Romanis damnatam fuiſſe dicit, intelligit de Synodo Romana, de qua agebat, præſertim cum ad Synodum Mediolanenſem, niſi per vim apertam, referri non poſſint: quod tamen Petavius ſibi perſuaſit, eo prætextu quod Legati Eccleſiæ Romanæ ei Synodo Mediolanenſi interfuiſſent, quia ſola Legatorum præſentia id obtinere non poteſt, ut damnatio Photini profecta a Romanis eſſe videatur.

VIII. *Liberius*, inquit Petrus de Marca, in Colloquio apud Theodoretum lib. 2. cap. XVI. docens, *Valentem & Urſacium* libellos in Synodo dediſſe, quibus veniam rogabant, ob ea, quæ in Ma-

Aliæ Conſtantii leges. ut capitali ſententia ferirentur; ſecundum quam, refert Ammianus (a), Petrum Valvomerem, raptorem virginum, facinus ſupplicio capitis luiſſe.

(a) Ammi. lib. 15.

Iiſdem quoque Coſſ. ad Severianum Achaiæ Proconſulem de immunitate clericorum Conſtantius Imperator in hæc verba reſcripſit (b): *Curialibus muneribus, atque omni inquietudine civilium actionum extorres cunctos clericos eſſe oportet: filios tamen eorum, ſi Curiis obnoxii non tenentur, in Eccleſia perſeverare... Dat. III. Id. April. Limenio, & Catullino Coſſ.* Contingebat (ut dictum eſt, auctore Hieronymo adverſus Jovinianum agente) frequenter ordinari conjugatos, quorum filii jam aſtricti muneribus publicis, vetiti ſunt in Eccleſia clerici ordinari.

(b) L. 9. de Epiſc. & cler. C. Theod.

Chri-

PAGIUS

Urſacius & Valens Julium PP. in in Concilio adeunt.

Mareote Provinciæ per calumniam eremodicio judicio, ſeu ex una parte *in μονομερείᾳ* confecta fuerant, non debet accipi de Synodo Mediolanenſi, ut perperam Petavius in Diſſert. de Damnatione Photini, ſed de Synodo Romana, ubi calumniam criminum *Athanaſio* objectorum nunc primum profitentur: cum in Synodo Mediolanenſi ſolum Arianæ hæreſi renuntiaſſent, ut patet ex lectione libelli Julio oblati, ſub finem. Liberius autem falſitatem accuſationis delatæ adverſus Athanaſium explicat, non iis verbis generalibus, quæ concepta ſunt libello, ſed ἐξαιρέτως potiori capite illius accuſationis indicato, nempe fabula Mareotica. Valeſius in Notis ad eum Theodoreti locum, ubi ir habet: *Qui poſtea in Synodo libellos obtulerunt, veniam poſcentes ob acta, quæ per calumniam, altera duntaxat parte præſente, adverſus Athanaſium in Mareote confecerant*, ibidem de Synodo Romana agi etiam obſervavit; ait enim: *Intellige libellum ſatisfactionis, quem Urſacius & Valens Julio obtulerunt, orantes ut in communionem reciperentur. Cave autem intelligas, libellum hunc oblatum eſſe in Synodo Sardicenſi. Oblatus eſt enim Romæ Julio Papæ, ut docet Athanaſius in ſecundo Apologetico contra Arianos, Hilarius in Fragmentis, & Socrates atque Sozomenus, biennio poſt Synodum Sardicenſem, id eſt, anno Chriſti CCCXLIX. Quare Synodi nomine hic intelligenda eſt Synodus Romana*; cujus tamen nulla neque apud Baronium, neque in collectione Labbeana Conciliorum mentio habetur.

IX. Denique eam *Synodum Romanam* ad currentem annum referendam eſſe, non videtur in dubium revocari poſſe. Sub Julio enim habitam teſtatur libellus ab Urſacio & Valente illi oblatus, & certiſſimum eſt, ſuperſtite Conſtante, ambos illos reſipuiſſe, ac libellos dediſſe; quod probat Petavius in diſſert. de Photino Hæretico cap. I. ex eo quod Athanaſius in epiſtola ad Solitarios pag. 818. ſcribat, *Valentem & Urſacium* poſt Conſtantis obitum ab Arianis adductos eſſe, ut ad vomitum redirent, & ab Athanaſii pariter atque Eccleſiæ Catholicæ communione deſciſcerent, cauſantes, metu ſe Conſtantis & ingratiis ad ſimulandam hanc pœnitentiam eſſe compulſos. Hoc vero falſo illos allegaſſe dicit Athanaſius, quod neque tum ullus Palatinus, aut Notarius ad eos miſſus ſit, qui illos cogeret, quemadmodum ipſi deinceps inſtituerunt facere, ſed nec Imperator quidem adfuiſſet, verum ſponte ipſi Romam advolaſſent, & in medio Eccleſiæ cœtu pœnitentiæ libellos palam protuliſſent. Hæc Athanaſius. Ex quibus perſpicuum eſt, Conſtante adhuc vivo, Valentem & Urſacium Julio pariter & Athanaſio ſupplicaſſe, ideoque ante annum CCCL. quo XV. Kalendas Februarii Conſtans Imperator occiſus eſt. Quare omnino dicendum, *Romanam Synodum* hoc anno coactam fuiſſe, biennio poſt Mediolanenſem Synodum & ante obitum Conſtantis; & Sirmienſem, quam eodem anno Petavius collocandam voluit, commentitiam eſſe. Baronius alio loco ex Athanaſio deſumto, probat, Valentis & Urſacii pœnitentiam ante Conſtantis mortem factam; & ex laudato Athanaſii loco habemus Urſacium & Valentem non *Sirmii*, ſed *Romæ* pœnitentiam egiſſe, ac ſignaſſe, idque paulo ante *Magnentii* tyrannidem, & Athanaſii Alexandriam reditum, ut Athanaſium legenti liquet.

Epocha Synodi Romanæ.

Baron. an. 350. n. XX.

I. Conſtans Imp. occiditur.

(a) Socr. lib. 2. c. 9. & 10. in fine.

(b) Sozomen. l. 4. c. 1.

(c) Aurel. Victor. Epitom. hiſt. in Annibal. Conſt. & Conſtant.

* applicuit.

* lectiſſimis

CHriſti anno trecenteſimo quinquageſimo, Sergio & Nigriniano Conſulibus, Conſtans Imperator menſe Martii occiditur a Magnentio ſibi Imperium vendicante: id his Conſulibus factum, Socrates (a) auctor eſt, qui una cum Sozomeno (b) alia quoque chronographia hoc ipſum tempus conſignat necis Conſtantis, quam accidiſſe tradunt quarto poſt Concilium Sardicenſe, hoc nempe, anno. Rem geſtam Aurelius Victor ſic narrat (c): *Conſtans vero venandi cupidine dum per ſilvas ſaltuſque erraret; conſpiravere aliquanti militares in ejus necem, auctoribus Chreſtio, & Marcellino, ſimulque Magnentio. Qui ubi patrandi negotii dies placuit *: Marcellinus natalem filii ſimulans, pleroſque ad cœnam rogat. Itaque in multam noctem convivio celebrato, Magnentius, quaſi ad ventris ſecreta ſecedens, habitum venerabilem* (nempe purpuram Imperatoriam) *capit. Ea re cognita, Conſtans fugere conatus apud Helenam oppidum Pirenæo proximum, a Gaiſone cum ſelectiſſimis * miſſo interficitur anno decimotertio Auguſtæ dominationis* (*nam Cæſar triennio fuerat*) *ævi ſeptimo vigeſimoque. Hic fuit debilis pedibus manibuſque articulorum dolore, fortunatus cœli temperie, fructuum proventu, nulla a barbaris formidine: quæ profecto majora fuerint, ſi provinciarum Rectores non pretio, ſed judicio proveniſſet.* Hucuſque de Conſtante Victor.

Quod vero Eutropius tribuat regno illius annos decem & ſeptem; numerat cum eo tempus quoque, quo Cæſar cum patre regnavit.

II. De obitu Conſtantis eadem etiam Zoſimus (d), qui & Auguſtoduni a Magnentio ſumptam purpuram tradit, eumque præfectum fuiſſe Legatum militibus Jovianis, & Herculianis: erant horum legiones a Diocletiano atque Maximiano Imperatoribus inſtitutæ, & ſuo ipſorum cognomine inſignitæ, eoque honoris provectæ, ut Imperatorem comitari ſolerent, quod Prætorianorum militum muneris erat: eædemque non amplius ex Ethnicis, ſed Chriſtianis conſtantes militibus; quippo quæ ſub Chriſti ſigni vexillio militarent expreſſo nempe ſub Labaro, & Chriſtiano inſervirent Imperatori, cujus cuſtodia haud erat adverſariæ religionis militibus committenda: ob quam quoque cauſam iiſdem præfecti Tribuni Duceſque deligebantur Chriſtianæ religionis cultores homines, quales fuiſſe ipſum Magnentium Legatum exercitus, atque Decentium ejus germanum, quem mox Cæſarem dixit, numiſmata Chriſti nomine conſignata expreſſe declarant (e), quæ hic reddenda curavimus, ac primum ipſius tyranni Magnentii, in Chriſti nomine ſpem ſalutis ſe ſimulantis habere, ut ſigna ac litteræ ex adverſa parte numiſmatis poſita præſeferunt.

(d) Zoſim. lib. 2.

Magnentius Tyrannus Occidentale invadit Imperium.

(e) Extant plura id genus, hoc accepimus a D. Angelo Breventano Papienſi. Alia his ſimilia ponuntur ab Adolph. Occ.

Pa-

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5843.

SÆC. IV. Anno Urbis 1103. Olymp. 282. an. 2. A. C. 350.

☉ 23. G. ☽ 9. P. 8. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 350.

JULII PAPÆ 14.

CONSTANTII IMP. 14.

I. Conſules.

II. Conſtans Aug. occiditur.

[1] ANum. I. ad IX. Coſſ. *Sergius* & *Nigrinianus*.

Idacius in Faſtis ſub hujus anni Conſulibus ait: *His Conſſ. Conſtans occiſus eſt in Galliis a Magnentio: & levatus eſt Magnentius die XV. Kal. Februar. & Vetranio apud Sirmium Kal. Mai. eo anno, & Nepotianus Roma III. Non. Junias, & pugna magna fuit cum Romanis & Magnentianis.* Idem narrat Auctor Chronici Alexandrini, ſed loco non ſuo, ſub Conſulibus nempe anni præcedentis. Recte tamen loco *Kal. Mai.* habet *Kal. Martiis*: ideoque littera *i* pro *r* per errorem in Faſtos Idacii irrepſit. Et ratio eſt, quia *Vetranio* menſe Decembri, Imperii decimo, depoſitus eſt, ut infra dicemus, ideoque non menſe Maio, ſed Martio Auguſtus dictus fuerat. Eutropius lib. 10. ait, Conſtantem occiſum *anno Imperii XVII.* ideoque errorem Baronii indicat, qui eum Cæſarem nuncupatum ait anno CCCXXXV. Quare Cæſar dictus fuerat anno CCCXXXIII. a quo ideo Imperium ejus Cæſareum inchoandum.

NOTÆ [1] COſſ. *Sergius* & *Nigrinianus*. Fabrettus, pag. 665. n. 520.

TAUROBOLIO. CONFECTO. III.
KAL. MAI. FL. ANICIO. ET. NI
GRINIANO. CONS. ARAM. FELICITER
CONSECRAVIT.

Notat ibi Fabrettus, inter plura hujus *Anicii* nomina, *Sergium* quoque eſſe potuiſſe. Vulgares Faſti: *Sergio* & *Nigriniano*.

Digitized by Google





Magnentii ſigna

III. Parem quoque pietatis cultum quod ſubjicitur Decentii numiſma declarat, dum pro victoriis vota publica nuncupata Chriſti nominis ſigno pariter conſecrata noſcuntur.

Decentii ſigna.





IV. Proditio recta religione. Vides feralia monſtra ex pulchris nominis Chriſti ſignis diram aucupari tyrannidem, iiſdemque ſacris titulis proditorie uti ad invadendum Imperium, ſanctiſque Chriſti notis Chriſtianiſſimo Imperatori machinari necem. Agebat ſecurus Conſtans, qui ſciret Legatum dediſſe exercitui Chriſtianum: nec timebat aliquid in Imperium moliri poſſe a deorum cultoribus, ad quos continuo reprimendos noſſet ſe habere duces ac milites Chriſtianos. Hic primum (proh dolor) dira perciti regnandi libidine Chriſtiani duces in Chriſtianum conſpirant Imperatorem, cum olim ne gregarius quidem miles (teſte Tertulliano *a*) inveniri poſſet, qui adverſus Imperatores, licet Ethnicos, & Chriſtianorum quoque perſecutores, a partibus aliquando ſteterit inſurgentium tyrannorum. Cæterum ſimulate fic̄teque potius, quam vere Chriſtianam religionem Magnentium coluiſſe (quod & ad tempus feciſſe ſcimus Julianum Apoſtatam) magno quidem eſt argumento, quod ſimulac liberas nactus eſt habenas Imperii, proſcripta deorum ſacrificia lege Conſtantis, reſtituit Idololatris, prout ex reſcripto (*b*) Conſtantii Imperatoris dato poſt eumdem Magnentium tyrannum extinctum apparet, quod ſuo loco ponetur inferius.

(a) Tert. ad Scapul. in Apolog.

(b) l. 5. de Pagan. C. Theod.

V. Quod vero ſpectat ad necem innocentiſſimi Principis; S. Athanaſius, cum proſequitur immenſo luctu tantam Chriſtianæ religioni illatam cladem, ipſum Conſtantem a nefando perditoque Magnentio occiſum, Martyrem nominat; ipſumque Magnentium, diabolum, incantatorem, perfidum perjurum atque monſtrum appellat: nam ad Conſtantium Imperatorem ſcribens, inter alia de Conſtantis fratris ejus nece hæc habet (*c*) per ironiam: *Credo, magnam ſcilicet & multam illi gratiam debebam, quod piæ memoriæ tuum fratrem, cujus donariis eccleſiæ plenæ ſunt, ipſe Magnentius ejus Legatus occiderit, nihil eam neceſſitudinem, cum ante oculos verſaretur, reveritus, nihilque gratiam beato tuo fratri in baptiſmate donatam reſpiciens, veluti dæmon & furia infernalis in eum inſiluit. Atque ita ſanctiſſimus ille vir martyrium aſſecutus eſt.* Hactenus Athanaſius.

Magnentius qualis habitus.

(c) Athan. Apolog. ad Conſtantium.

VI. Sint hæc epitaphium & dignus titulus ſepulcralis Chriſtianiſſimi Imperatoris, Magni Conſtantini digniſſimi filii, qui & parentis pietatem in his viſus eſt plurimum ſuperaſſe (haud enim invidioſa hujuſmodi erit comparatio. Nam gloria (*d*) patris eſt filius ſapiens) dum adeo coluit officiis Athanaſium exulem, etiam adverſus Conſtantium fratrem, paratus pro uno Athanaſio illi bellum inferre; nec deſtitit totum Orientem & Occidentem com-

Conſtantis Aug. dignæ laudes.

(d) Prov. 15.

commovere, donec, Oecumenico Sardicenſi coacto Concilio, Arianorum violentos retuderit impetus; & Orthodoxos calumniam paſſos, ab ſuiſque ipſorum ſedibus ejectos Epiſcopos, ſententia abſolutos, in poprias Eccleſias, invito & moras nectente Conſtantio, adverſantibus & reclamantibus Arianis, poſtliminio reſtituerit: quos olim primo pater Conſtantinus imprudens deceptus ab Euſebianis ejecerat, & deinde eorumdem inſtigatione perfidorum Conſtantius frater majore ignominia atque jactura proſcripſerat. At quantam ſibi Conſtans inde etiam apud Deum gratiam, & apud Chriſtianos homines in Eccleſia Catholica laudem & gloriam comparavit, dum quod pater ejus fruſtra tentavit, ipſe perfecit: cum quaſſatam fractamque diro & diuturno ſchiſmate Africanam Eccleſiam, ipſe Imperatoria munificentia populum ſibi devinciens, & militari terrore exagitans reſtagantes obſtinatos Epiſcopos, fidei & pacis unitate compaginarit?

VII. Quid Epiſcopi de Conſtante.

Accipe & ex ſacro Conventu Orthodoxorum Epiſcoporum præclarum de eodem Conſtante præconium, ea epiſtola, quam iidem ſcripſerunt ad Imperatorem Conſtantium, ubi poſt habitam mentionem de Mediolanenſi Synodo, in quam admiſſi ſunt Urſacius atque Valens Ariani Epiſcopi pœnitentes, hæc ſubſequuntur de promulgata fide Catholica a Conſtante: *Fuit* (inquiunt a) *proinde nobis perſuaſiſſimum, iniquum eſſe, cum Imperator Conſtans ab obitu ſuo dignus omni memoria hanc fidem omni cura & diligentia conſcriptam promulgarit; tum demum, ex quo ille baptizatus, ex hominibus in requiem ſibi debitam tranſlatus eſt, aliquid novi in ea fide moliri velle.* Hæc de Conſtante Patres illi ſanctiſſimi; licet apud Theodoretum perperam legi Conſtantinum loco Conſtantis ex germana Athanaſii lectione ſuperius demonſtraverimus; conſentientiaque eſſe his quæ ex eodem Athanaſio de Conſtante jam ante baptizato, modo ſunt recenſita. Vides igitur, prudens lector, quam calumnioſe eum infament ſcriptores Ethnici, & ex noſtris qui nimis facile iiſdem fidem præſtiterunt, dum ipſum obſcœnæ voluptatis & avaritiæ ſugillant: quem Athanaſius cum illo verſatus, & cunctarum rerum ipſius optime conſcius (vitia enim Principum haud occulta eſſe ſinuntur, ſed majora quoque veris ob illorum amplitudinem ſuſpicio fingit atque diffamat) homo alioqui ab adulatione procul abhorrens, celebrat ſcriptorum publicis monumentis, quem & non unus, aut alter, ſed Orthodoxorum Concilium, prævia recta fide & dignis operibus, in beatam requiem tranſlatum affirmat. At de Conſtante hactenus.

(a) *Apud Athan. lib. de Synod.*

VIII. Vetranio tyrannus & Nepotianus Imperium ſumunt.

Eodem ferme tempore, quo nunciatum eſt Magnentium in Galliis Imperium arripuiſſe, Vetranio in Pannonia exercitus Dux, eadem ambitione percitus, apud Murſum legionum ſuffragio acclamatur Imperator. Quamobrem & Romæ audita Conſtantis nece, Nepotianus Conſtantini Magni ſororis Eutropiæ filius, Auguſti nomen aſſumpſit, id ſibi ſanguinis jure vendicans, cum præter Conſtantium qui imperabat in Oriente, qui Conſtanti ſuccederet, nullus eſſet propinquior. Verum haud felix fuit ejus progreſſus; nam vigeſimooctavo a ſuſcepto imperio die per Anicetum Præfectum Romæ a Magnentio conſtitutum occiditur. Hæc pluribus Zoſimus (b), Victor (c), & alii. Sed & occiſa pariter eſt ipſa Eutropia, & alii eorumdem perneceſſarii, Romæ hoſpites Athanaſii; qui de his agens Apologia ſua ad Conſtantium poſtea ſcripta, cum illam recentem in ſe illatam dimovet calumniam, quod adverſus ipſum Conſtantium ſcripſiſſet ad Magnentium tyrannum, inter alia multa, hæc de horum nece ſubinfert (d): *Quæ igitur cauſa me incognitum ad ignotum propulit, aut qua denique occaſio pertraxit, ut ad talem hominem litteras mitterem? Quod initium epiſtolæ, ſi ei ſcribere libuiſſet, ſumendum fuerat? Illud ne ſcilicet, bene eum & recte feciſſe, quod virum, apud quem in honore & pretio eram, cujuſque beneficiorum numquam obliviſci poteram, occidiſſet, neque proinde quod notos meos, Chriſtianoſque homines & fideliſſimos, hac luce ſpoliaſſet? An quod hoſpites meos Romæ, qui me multa & vera benevolentia tractaverant, occidit? An quod beatam materteram tuam, jure meritoque a bonis moribus Eutropiam dictam, & Abutreonem ſinceriſſimum hominem, & Sperantium fideliſſimum, aliosque complures peremiſſet?* Sic ipſe.

(b) *Zoſim. lib. 2.*
(c) *Victor. Epit.*
(d) *Athan. Apolog. ad Conſtantium.*

IX. Ariani rurſum in Athanaſium.

Inter hæc autem cum idem Athanaſius Alexandriam reverſurus adhuc in itinere eſſet, litteras Conſtantii Imperatoris re-

ceens

PAGIUS III. *Athanaſius Alexandriam redit.*

Ad num. IX. & ſeqq. Adventus *Athanaſii* tam Hieroſolymam, quam Alexandriam contigit anno præcedenti; quo, menſe circiter Januario, *Gregorius*, qui Sedem Alexandrinam invaſerat, mortuus eſt. Nam Athanaſius in Apologia ad Conſtantium teſtatur, ſe poſt Gregorii mortem a Conſtantio acceſitum. Dum autem per Palæſtinam iter faceret, Synodus Hieroſolymis coacta, ſcripſit literas gratulatorias ad Alexandrinos, in quibus ait: *Veſtrum eſt orare pro pietate religioſiſſimorum Imperatorum, qui ipſum* (ſcilicet Athanaſium) *cum omni honore dignati ſunt reſtituere.* Unde Conſtans, qui hoc anno menſe Januario peremtus eſt, adhuc in vivis erat, quando Concilium Hieroſolymitanum celebratum. Ejus reſtitutionem anno ſuperiori factam eſſe probari etiam poteſt ex Lege Codicis Theodoſiani 39. *De Decurionibus*, quæ menſe Aprili a Conſtantio data dicitur. Ibi enim Athanaſium jam reducem cum illo congreſſum eſſe, teſtatur ipſe-

met

Digitized by Google

cens ſcriptas accepit de ſui ſecuritate, ea nimirum occaſione; quod Ariani, audita in Ægypto morte Conſtantis, quem ſciſſent ejuſdem Athanaſii fuiſſe patronum, in cujus gratiam viſus eſſet Conſtantius annuiſſe, ut ipſe in ſuam reverteretur Eccleſiam, magnopere exultarent, eumdemque Athanaſium territarent, quod eodem abrepto morte Conſtante, interceptus pariter eſſe videretur ejus reditus Alexandriam; hoc namque eſt quod ait Socrates

(a) Socrat. lib. 3. cap. 21. (b) Athan. epiſt. ad Solitar. (a): *Cum nondum Alexandriam adveniſſet, graviſſima crimina de integro confingunt, &c.* Hæc vero audiens Conſtantius Imperator, ſcriptis ad eum denuo litteris, jubet bono animo eſſe: recitat eas idem Athanaſius, quæ ſunt hujuſmodi (b):

Victor Conſtantius Auguſtus Athanaſio S.

X. Conſtantii litteræ ad Athanaſium. *Votum meum fuiſſe, ut omnia ex ſententia fratri meo Conſtanti procederent, neque vel tuam conſcientiam latet. In quanto autem mœrore fuerim, cum didiciſſem eum a quibuſdam impiis ſublatum eſſe, facile iterum tua providentia divinaverit. Cæterum quia nonnulli ſunt in hoc luctuoſo tempore, qui te terrere ſatagunt; ideo has litteras tuæ firmitudini porrigendas cenſuimus: quibus tibi auctor ſum, ut quemadmodum Epiſcopum decet, ea quæ ad ſacram religionem pertinent, populos doceas, tuiſque conſuetis precibus vaces, neque vanis rumorem ferentibus credas, quicumque etiam fuerint. In noſtro autem animo fixum eſt, ut ſecundum noſtram voluntatem perpetuo in ſede tua Epiſcopus maneas. Divina providentia te plurimis annis conſervet, parens cariſſime.* Sic ipſe. Allatæ ſunt hæ Conſtantii litteræ ad Athanaſium a Palladio Palatii Magiſtro, & ab Aſterio Armeniæ Duce, ut ipſemet in Apologia ad eumdem Conſtantium teſtatur, ubi eaſdem quoque recitat litteras, quibus hæc mox ſubdit:

XI. *Rebus igitur ad iſtum modum actis & conſtitutis; Athanaſium cum ſuis iter carpentem, amici quidem amicum intuentes, gratulari; alii vero ad conſpectum ejus pudeſcere; alii, quibus nulla erat fiducia ſeſe abdere; alii pœnitentiam de his, quæ contra Epiſcopum ſcripſerant, agere. Certe Palæſtini omnes Epiſcopi, exceptis duobus, aut ad ſummum tribus, iiſque ſuſpectis (erant hi Acacius Cæſarea, & Patrophilus Scythopolis Epiſcopi inter Arianos ob inſignem impietatem notiſſimi) ita Athanaſium exceperunt, & communionem ejus amplexi ſunt, ut & ſcriptis, & verbis pro ſatisfactione proteſtarentur, omnia quæ prius ſcripſerant, ea ſe non voluntate, ſed vi coactos feciſſe.* Athanaſius rediens a Palæſtinis digne excipitur.

XII. Concilium Hieroſolymitanum. Sed haud leve id viſum eſt eſſe negotium, cujus cauſa Maximus Epiſcopus Hieroſolymitanus coegit Hieroſolymis Synodum, in qua Epiſcopi illi, qui olim ſententiæ in Athanaſium ſubſcripſerant, facti pœnitentes, illudque deteſtantes, eidem communione conſociari enixius poſtularunt. Præſens fuit eidem Synodo Athanaſius, cujus honoris cauſa fuerat congregata: ubi ipſe iis, qui olim contra ſe deliquiſſent, pepercit, eoſdemque ad pacem communionemque benignus accepit. Meminit hujus Concilii Hieroſolymitani ipſe Athanaſius; cum ſic res ſuas narrare pergit (c): *Deductus igitur cum ſuis ad iſtum modum Athanaſius in peragranda Syria, Syros & Palæſtinos convenit; qui, Synodo Hieroſolymis coacta, ſinceriter eum cum ſuis exceperunt, & cum pace deduxerunt, ſimulque ſcripſerunt has litteras ad Epiſcopos:* (c) Athan. Apolog. 2.

XIII. *Sancta Synodus Hieroſolymitana omnibus ſacrorum in Africa & in Ægypto comminiſtris noſtris, presbyteris item Alexandrinis, diaconis, populoque dilectiſſimis fratribus in Chriſto ſalutem.*

Litteræ ex Synodo Hieroſolymitana. *Pro dignitate rerum omnium Domino gratias agere non ſufficimus de miraculis, quæ ubique, & potiſſimum erga veſtram Eccleſiam operatur: cum vobis reſtituat paſtorem veſtrum & dominum comminiſtrum noſtrum Athanaſium. Quis enim ſperavit unquam ea ſe oculis viſurum, quæ nunc re ipſa experimini? Certe preces veſtræ exauditæ ſunt ab omnium rerum Domino, qui pro tanta Eccleſia curam gerit, veſtraſque lacrymas & lamentationes intue-*

tur

PAGIUS met Athanaſius in Apologia ad Conſtantium pag. 527. & in epiſtola ad Solitarios, Sozomenus lib. 3. cap. 20. Theodoretus lib. 2. cap. 12. & Socrates lib. 2. cap. 23. Præſenti vero anno Conſtantius non Antiochiæ in Syria fuit, ut ſcribit Julianus Orat. 1. pag. 47. & 48. ſed in Meſopotamia, & quidem Edeſſæ propter bellum Perſicum, ut tradit Philoſtorgius lib. 3. cap. 22. & mox motu Perſico compoſito, *Conſtantinopoli*, unde poſtea in Pannoniam adverſus Tyrannos movit.

Epiphanius in hæreſi 68. poſtquam retulit,

IV. Athanaſii exilium magis explicatum. Athanaſium a Conſtantino Magno in Gallias relegatum fuiſſe, addit: *Duodecim itaque vel tredecim annis in Gallia manſit.* Petavius in Notis ait: *Neque illud verum eſt, tot omne in Galliis haſiſſe.* Verum Epiphanius eos annos exorditur ab anno CCCXXXVI. quo Athanaſius in exilium miſſus, a quo anno ad CCCXLIX. anni tredecim fluxere, vel duodecim, ſi ultimum, in quo Alexandriam Athanaſius rediit, excludas. Epiphanium enim eo modo intelligendum, ipſemet oſtendit, quando paulo poſt ſcribit, Athanaſium *poſt Conſtantini obitum* a Conſtante & Conſtantino (id eſt, Conſtantio, familiari errore Græcorum, qui hæc nomina ſæpe confundent) hujus filiis in Ægyptum remiſſum eſſe, ſubjungitque: *Ita ille Sedi ſuæ reſtitutus eſt poſt Gregorium, quem exulanti Athanaſio Ariani ſuffecerant.* Ubi vides, Epiphanium Athanaſii exilium ab anno Chriſti CCCXXXVI. auſpicari, eumdemque anno CCCXLIX. reſtitutum inſinuare.

Julianus Orat. 2. teſtatur, allato nuntio de Conſtantis nece, & Magnentii ac Vetranionis V.

ty-

tur, ac proinde veſtras obſecrationes ratas voluit. Eratis tamquam oves abjectæ, diſſipatæque ſine paſtore; propterea ad vos cælitus reſpexit verus Paſtor ovium ſuarum mire ſolicitus, eumque vobis reſtituit, quem deſiderabatis. Ecce enim nos omnia pro Eccleſiaſtica pace agentes, & cum veſtra dilectione conſpirantes, priores illum complexi ſumus, & communione cum eo inita, has ſalutationes vobis mittimus, & hæc noſtra gratulantia vota, ut cognoſcatis, nos copula communionis illi conjunctos eſſe. Veſtrum autem eſt pro pietate religioſiſſimorum Imperatorum orare; qui & ipſi in gratiam veſtri deſiderii, illiuſque innocentiæ, quam jam cognitam habent, eum cum omni honore reſtituere voluerunt. Pronis igitur manibus eum excipientes, gratulatorias preces (ut par eſt) Deo qui hæc tribuit, offerre ſtudete, ut ſemper in Deo gaudeatis, & glorificetis Deum in Jeſu Chriſto Domino noſtro, per quem Patri ſuo gloria in ſæcula ſæculorum. Hactenus litteræ ex Synodo. Subdit his Athanaſius: *Horum ſubſcribentium nomina etſi antea ſignificavi; tamen eadem iterum edenda arbitratus ſum. Sunt enim iſti, Maximus, Ætius, Arius, Theodorus, Germanus, Siloanus, Paulus, Patricius, Elpidius, Germanus, Euſebius, Zenobius, Paulus, Macrinus, Petrus, Claudius.* Hæc Athanaſius.

XIV. His de Hieroſolymitana Synodo recitatis, refellendus eſt Socrates (*a*), dum ait, Maximum Epiſcopum Hieroſolymitanum, quod antea ſuo calculo Athanaſium abdicaſſet, facti pœnitentem eidem fuiſſe reconciliatum, Catholica cum eo inita communicatione. Hallucinatur plane: nam quid opus fuit, etiamſi Maximus in eum olim deliquiſſet, hoc coacto Concilio eidem communione conſociari, qui in Oecumenica Synodo Sardicenſi una cum Epiſcopis omnibus Orthodoxis Athanaſii & cæterorum damnatorum abſolutionis ſententiæ ſubſcripſiſſet, atque iiſdem, ſicut & univerſa Synodus, communicaſſet? Recitat ſane Athanaſius (*b*) tum Maximi, tum quatuordecim collegarum Palæſtinæ Epiſcoporum Sardicenſis Concilii ſubſcriptionem, ſingulorum nomina recenſens; qui plane iidem eſſe noſcuntur cum iis, qui litteris hujus Synodi ſubſcripſerunt, uno excepto Macrino, qui non legitur inter alios ſubſcriptos Concilio Sardicenſi, quorum omnium par erat cauſa cum Maximo, cum & ipſi ſententiæ pro Athanaſio antea in Magna Synodo Sardicenſi ſubſcripſiſſent.

(*a*) Socr. lib. 2. c. 20.

Maximus Epiſc. Hieroſol. ſemper favit Athanaſio.

(*b*) Athan. Apolog. 2.

XV. Sed nec eſt quod dici poſſit Maximus umquam antea Athanaſii damnationi ab Euſebianis in Conciliabulo Tyrio latæ conſenſiſſe: qui (ut ſuo loco dictum eſt ſuperius) a Potamone confeſſore & ipſe confeſſor manu apprehenſus, cum ferenda eſſet in Athanaſium ſententia, e loco ſubductus eſt. Quamobrem aliorum potius Palæſtinorum Epiſcoporum eam oportuit eſſe de conſpiratione una cum Arianis initam adverſus Athanaſium pœnitentiam: etenim cum omnes Palæſtinæ Epiſcopi eo Conventu Athanaſium exceperint, duobus tantum (ut ait) vel tribus exceptis; certe plures eos fuiſſe par eſt, quam qui ibi nominantur; nam ſicut unus Macrinus his litteris ſubſcripſiſſe reperitur, qui deeſt nominatis in Sardicenſi Synodo; ita fortaſſe & alii (ut accidit in prolixa nominum ſerie) fuerunt a librario prætermiſſi.

Excuſatur Maximus.

XVI. At proſequamur Athanaſium Alexandriam redeuntem, qui, narratis his quæ in itinere Hieroſolymis geſta ſunt, de communione ſcilicet omnium fere Palæſtinorum Epiſcoporum ſibi collata, mox hæc de aliis in occurſum ſibi venientibus ſubdit (*c*): *Nam de Ægyptiis & Libycis Epiſcopis, earumque provinciarum, & Alexandriæ populis, ſupervacaneum eſt verba facere; cum & omnes occurrerint, & ineffabili gaudio imbuti fuerint, non ſolummodo quod ſuos præter ſpem incolumes reciperent; ſed quia ab hæreticis, veluti a tyrannis & rabidis canibus, in libertatem vindicarentur.* Addit his Theodoretus (*d*): *Viſo ſuo paſtore Alexandrini, publica convivia celebrare, feſtos dies agere ſplendidiſſimos, eum magno honore afficere; & Deum denique laudibus extollere cœperunt.* Subdit autem ipſe Athanaſius (*e*):

(*c*) Athan. epiſt. ad Solitar.

Reditus Athanaſii Alexandr.

(*d*) Theod. lib. 2. c. 12. in fin.

(*e*) Athanaſ. epiſt. ad Solitar.

XVII. *Magna igitur lætitia populorum fuit, in ſacris Synaxibus mutuo ſe ad virtutem cohortantium. Quot, putas, innuptæ quidem, ſed tamen hactenus ad nuptias promptæ, virgines in Chriſto remanſerunt? Quot item juvenes, aliorum exempla intuentes, monaſticam vitam amplexi ſunt?*

Fructuoſus Athanaſii reditus.

Quot

PAGIUS

Secunda obſidio Niſibis.

tyrannide, Conſtantium, munitis Syriæ oppidis, *etiamſi abſens foret*, in Occidentem eſſe profectum: *Perſas* vero in eam occaſionem intentos, occupato civilibus & Occidentalibus bellis Imperatore, *Niſibim* aggreſſos eſſe, in qua quatuor menſes exegerunt. Quæ obſidio egregie ibidem pag. 47. & ſequentibus deſcripta, quemadmodum a Theodoreto lib. 2. cap. 30. & a Theophane in Chronico. De ea ſub hujus anni Conſulibus loquitur auctor Chronici Alexandrini, & Philoſtorgius lib. 3. cap. 23. narrata Magnentii tyrannide de illa obſidione ſermonem inſtituit.

VI. *Synodus Mediolanenſis*, quam hoc anno Baronius in Annalibus celebratam dicit, & in qua Valens & Urſacius in communionem recepti ſunt, pertinet ad annum trecenteſimum quadrageſimum ſeptimum, ut ibidem fuſe oſtendimus. Libellus vero oblatus eſt ab utroque, Julio Papæ, anno præcedenti & quidem in Concilio Romano biennio poſt Mediolanenſe celebrato, ut eo anno num. V. & ſequentibus demonſtratum eſt. Utraque autem Synodus ideo accurate a nobis tractata, quia a paucis annis cognita.

Epocha Synodorum Mediolanenſis & Romanæ.

Baron. n. xix.

Digitized by Google

Quot parentes liberas, liberi invicem parentes ſuos obteſtati, ne ſe a ſtudio pietatis in Chriſtum revocarent? Quot mulieres viris perſuaſerunt, quot item a viris perſuaſæ ſunt, ut orationibus vacarent, quemadmodum dixit Apoſtolus? Quot viduæ, quot orphani, antea famelici & nudi, ingenti populorum ad eleemoſynam alacritate, poſtmodum neque eſurierunt, & veſtiti prodierunt? In ſumma, tanta æmulatio fuit ad virtutem; ut ſingulas familias, ſingulas domos, eccleſiam eſſe, ob probitatem incolentium & preces ad Deum, exiſtimares. Eratque in Eccleſia profunda & admirabilis pax, invicem undecumque Athanaſio ſcribentibus, iiſdemque ab Athanaſio conſuetas pacis & tranquillitatis litteras accipientibus.

XVIII. De pœnitentia Urſacii & Valentis. *Quin Urſacius & Valens, quaſi a ſua ipſorum conſcientia flagellati, pœnitentiam profeſſi ſunt; litteraſque amicas & pacatas ad Epiſcopum, quas nullas ab eo acceperant, miſere; Romamque abeuntes pœnitentiam egere; confitentes, omnia quæ vel dixiſſent, vel feciſſent contra Athanaſium, falſa eſſe, & nihil aliud quam calumniam: neque id ſimpliciter egere, ſed ita ut anathemate execrarentur Arianam hæreſim, & pœnitentiam ſuam ſcripto promulgarent.* Hucuſque Athanaſius; qui mox ſubdit litteras, ſeu libellum pœnitentiæ ad Julium Papam ſcriptum. Verum antequam hic ipſum deſcribamus, quæ hæc præceſſerunt de iiſdem enarranda ſunt.

XIX. Valentis & Urſacii pœnitentia. Priuſquam enim Romam iidem ſe conferrent, Mediolanum perrexerunt, ubi Epiſcoporum Conventus celebris agebatur; nam Concilio intererant Romanæ quoque Eccleſiæ presbyteri. Mentio hujus Synodi Mediolanenſis hoc anno celebratæ habetur in epiſtola Synodali ſanctorum Patrum, qui ex parte Catholica interfuerunt Concilio Ariminenſi, ubi hæc ſcripta leguntur (a): *Ea de cauſa Urſacius & Valens, jampridem ſocii & adſtipulatores Ariani dogmatis, a noſtra communione, ſententia data, ſegregati fuere: quam ut denuo recuperarent, de peccatis ſuis, in quibus ſe conſcios cognoſcebant, pœnitentiam veniamque poſtularunt, ut eorum ſyngraphæ teſtantur: & ob id illis venia gratiaque facta eſt. Hæc autem per id temporis facta ſunt, cum Mediolani Synodus in conſeſſum ibat, præſentibus ibidem Romanæ Eccleſiæ presbyteris.* Hæc ibi.

(a) *Apud Athan. lib. de Synod.*

XX. De Synodi tempore. Porro hanc Synodum celebratam eſſe hoc anno, cum adhuc Conſtans Imperator in humanis eſſet, non tamen ipſum præſentem fuiſſe, Oſius Epiſcopus Cordubenſis teſtatur in epiſtola ad Conſtantium Auguſtum, quam recitat Athanaſius ſcribens ad ſolitariam vitam agentes. Nam cum iidem Valens & Urſacius dicerent, ſe vi compulſos eſſe recantare palinodiam: *Non vi*, inquit Oſius, *adacti, ut ipſi cauſantur, cum nulli ibi milites incumberent, & tuus frater neſciret; nihil enim tale ſub ipſo agebatur, qualia nunc fiunt: ſed illi ultro Romam venerunt, & coram Epiſcopo presbyteriſque ibi præſentibus confeſſionem ſuam ſcripto ediderunt, cum prius pacatas litteras & amicas ad Athanaſium dediſſent.* Hæc & alia de his Oſius. Verum litteras tum ad Julium Romanum pontificem, tum ad Athanaſium ab iiſdem Urſacio atque Valente Epiſcopis ſcriptas idem recitat Athanaſius; quarum exemplaria tranſmiſſa ſibi Romæ a Paolino Tiburis Epiſcopo teſtatur (b). Epiſtola autem, ſeu potius libellus pœnitentiæ ab iiſdem Julio Papæ datus, ſic ſe habet Latino ſermone tranſlatus:

(b) *Athan. Apolog. 2.*

XXI. Libellus pœnitentiæ Urſacii & Valentis. *Quandoquidem ſatis conſtat, & nos ſuperioribus temporibus multa gravia de Athanaſio per epiſtolas criminatos eſſe, & tuæ humanitatis litteris admonitos ut crimina probaremus, numquam eorum rerum documenta afferre potuiſſe: ideo confitemur tuæ humanitati coram univerſis noſtris fratribus presbyteris, omnia quæ antehac ad veſtras aures de Athanaſio perlata fuere, falſa & ficta eſſe, & omnibus modis ab eo aliena. Ac proinde recipimus ejus communionem, maxime quia tua ergo Deum pietas veniam ſecundum genuinam ſuam bonitatem noſtro errori impartiri dignata eſt. Quin & hoc promittimus, numquam, ſi aliquando Orientales, atque adeo ipſe Euſebius velit malitioſe eum ad judicium vocare, nos citra tuam ſententiam eo abituros. Hæreticum porro Arium, ejuſque propugnatores, qui dicunt: Erat, quando non erat Filius: aut eum ex non ente ad eſſentiam emerſiſſe; aut qui neget Chriſtum Deum eſſe Dei Filium ante ſæcula, quemadmodum in priore noſtro libello Mediolani edidimus; & nunc & ſemper anathemate damnamus. Noſtraque manu denuo proteſtamur, nos Arianam hæreſim, ejuſque auctores in æternum damnare. Ego Urſacius, cum præſens meæ confeſſioni intereſſem, ſubſcripſi: quod itidem & Valens fecit.* Recitat eaſdem quoque litteras Sozomenus (c), in quibus nulla ſane de Euſebio mentio habetur, cujus nomen apud Athanaſium irrepſiſſe videtur: ſiquidem nemo illorum Euſebiorum, Cæſarienſis, Nicomedienſis, atque Emeſeni ſuperſtes erat, qui omnes longe ante præſentem annum defuncti ſunt. Subiicit his Athanaſius epiſtolam ab iiſdem ad ſe ſcriptam his verbis.

(c) *Sozom. lib. 3. c. 23.*

Domino & fratri Athanaſio Epiſcopo Urſacius & Valens Epiſcopi S.

XXII. Litteræ Urſacii & Valentis ad Athanaſium. *Nacti occaſionem per fratrem & compresbyterum noſtrum Muſeum iſtuc ad tuam dilectionem euntem, caro frater, ejus opera admodum te ex Aquileja ſalutatum voluimus: optamuſque te ſalvum noſtras epiſtolas perlegere: cujus rei fiduciam nobis*

da-

daturus es, ſi tu quoque in ſcribendo vices obſervaris. Scire enim te volumus, pacem tibi nobiſcum eſſe, & communionem Eccleſiaſticam intercedere; cujus rei fidem eſſe volumus noſtram iſtis litteris inſcriptam ſalutationem. Divina providentia te conſervet, dilecte frater. Hactenus Urſacius & Valens.

XXIII. Porro tam grave negotium, nempe duorum Epiſcoporum pœnitentiam, qui (ut Athanaſius teſtatur *a*) antiquiſſimi fuere Arii diſcipuli, ab ipſo nimirum Ario Alexandriæ olim catechizati, haud ejuſmodi eſſe exiſtimarunt Patres, qui in ea Mediolanenſi Synodo convenerunt, ut, licet præſentibus Romanis presbyteris, illud ipſi abſolverent: ſed miſerunt eos ad Julium Romanum Pontificem, ut coram ipſo, ſpectante Romana Eccleſia, exomologeſin agerent. Ex quibus plane vides, lector, veterem illum morem in Eccleſia Catholica coalitum, ſemperque ſervari ſolitum, compluribus exemplis ſuperius demonſtratum: nimirum hæreticos recantaturos palinodiam, Romam abire, & pœnitentiæ libellum ſcribere ad Romanum Pontificem conſueviſſe; nam conſtat, Marcionem, Praxeam, Origenem, Natalium, & alios olim id feciſſe, quod modo egerunt Urſacius atque Valens, ut ſupplices cum pœnitentiæ libello adirent Romanum Pontificem, cujus muneris erat de ipſorum fide cognoſcere, & communicationem, ſi videretur, Catholicam impartire: haud enim ſibi ſatisfactum penitus videbatur, ſi in Synodo coram Apoſtolicæ quoque ſedis legatis iidem deteſtati eſſent quod docuiſſent atque geſſiſſent, niſi ſpeciatim libellum pœnitentiæ offerrent Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo. At de eorumdem pœnitentiæ libellis Julio Papæ oblatis S. Epiphanius (*b*) etiam meminit, atque Severus (*c*), & alii. Porro hanc Synodum Mediolani, & exomologeſin Romæ hoc anno putamus contigiſſe, cum adhuc ipſe Julius ſupereſſet, quem anno ſequenti, ipſo veris initio, ex hac vita migraſſe dicemus.

(a) *Athan. orat. 1. contra Arian.*

Hæretici coram Rom. Pont. pœnitentiam agunt.

(b) *Epiphan. hæreſ. 68.*

(c) *Sever. hiſt. l. 2.*

XXIV. Rurſum vero quod ad eoſdem Urſacium atque Valentem ſpectat, ſubſcripſerunt iidem pacificis ſeu communicatoriis Encyclicis Athanaſii litteris, cum eas ferentes nacti opportune eſſent ipſius legatos. Sed quænam hæ fuerint, dicendum eſt. Cum enim ad ſuam Eccleſiam Athanaſius Alexandriam perveniſſet, ſicut in itinere fecerat, Palæſtinorum Epiſcoporum communionem ſuis ipſorum litteris teſtatam accepit, atque ex Libyæ & cæteris proximarum regionum Epiſcopis datis & acceptis mutuo litteris, eamdem (ut vidimus) conſecutus eſt: ut autem eodem communicationis ſymbolo reliquas longe poſitas Eccleſias ſibi conjunctas redderet, elaboravit.

Urſacius & Valens ſubſcribunt litteris Athanaſii.

XXV. Sed cur hæc ageret Athanaſius (cum plus quam ſatis ei eſſe poterat ſententia promulgata in Concilio Sardicenſi, omnium qui interfuerant ſubſcriptione firmata) illud mihi quidem facile perſuadeo, ipſum vel divino Spiritu admonitum, prænoviſſe acriorem, quæ inſtabat, venturam perſecutionem, vel fortaſſe eamdem ex obitu Conſtantis conjectura aſſequi potuiſſe: atque eam ob cauſam, ut ſua ipſorum ſubſcriptione obligatos in officio continere poſſet Epiſcopos, ne rurſum ingruente Arianorum toto Orbe procella quaterentur, hac jacta anchora, Catholica communione (ſi tamen ſatis eſſet) voluit confirmaſſe. Qui autem ab eodem Athanaſio ad hoc opus legati fuerint, & qui ſubſcripſerint, ipſe inſtitutam proſecutus orationem de rebus geſtis Alexandriæ, cum rediiſſet, deque Urſacii & Valentis pœnitentia Romæ peracta, hæc ſubdit (*d*):

Athanaſius ſubſcriptiones præoccupat Epiſcoporum.

(d) *Athan. epiſt. ad Solitar.*

XXVI. *Has cum dediſſent litteras Urſacius & Valens, ultro ſubſcripſerunt epiſtolis pacificis, quas Athanaſii presbyteri Petrus, Irenæus, & Ammonius laicus, ad id circumeuntes, colligebant: cum tamen Athanaſius nihil tale ab Urſacio & Valente poſtulaſſet. Quis igitur iſta & tantam Eccleſiæ pacem non admiratus eſt? Quis non gaviſus de tanta & tot Epiſcoporum inter ſe concordia? Quis Deum non glorificavit, conſpecta in Synaxibus tanta populi lætitia? Quot igitur inimici ſimultatem depoſuerunt? Quot prius calumniam paſſi, calumnias ſuas damnaverunt? Quot prius odio infeſti, Athanaſium poſtea dilexerunt? Quot palinodiam ſuorum in eum ſcriptorum cecinerunt? Multi, qui vi, non voluntate apud Arianos agebant, noctu ad Athanaſium venientes, ſeſe ei purgabant, hæreſinque ſimul anathemate execrabantur, & veniam de inſidiis & calumniis ſuis poſtulabant: corporibus quidem ſe apud illos apparere, animo autem cum Athanaſio Synaxin facere, & ſemper cum eo eſſe, poſtulantes hac in re ſibi fidem haberi.*

Legati ab Athanaſio miſſi.

XXVII. *Hæc cum audirent & conſpicerent ſententiæ Euſebianæ hæreſeoſque ſucceſſores, inter quos Leontius ille caſtratus, quem ne ſub laici quidem ſpecie ad communionem admitti oportuit, eo quod ſe ipſum abſcidit, ut libere cum Euſtolio dormiret, re vera quidem muliere, ſed quam ille virginem prædicaret; Georgius item, & Acacius, Theodorus, Narciſſus, qui in Synodo depoſiti exauctoratique erant; magno pudore ſuffundebantur. Deinde cum videretur tantum cum Athanaſio animorum conſenſum & pacem agitari: erant enim plures in hoc numero, quam quadringenti tum e magna Roma, atque univerſa Italia, Calabria, Apulia, Campania, Brutio, Sicilia, Sardinia, Corſica, tum ex univerſa Africa, Galliis, Britannia, Hiſpaniis una cum magno illo confeſſore Oſio, è Pannoniis item, & No-*

Invidia exagitat Arianos.

& Norico, Sciſcia, Dalmatia, Sardica, Dacia, Myſia, Macedonia, Theſſalia, & univerſa Acaja, Creta item & Lycia, plurimique item ex Palæſtina, Iſauria, Ægypto, Thebaide, & univerſa Libya, & Pentapoli: hæc (inquam) cum viderent, metu invidiaque anxii fuere; & quod tot Epiſcopi cum Athanaſio communionem foverent; & quod formidarent, ne, quos ipſi deceperant, a ſe deficerent, & huic unanimitati communionique ſeſe adjungerent; neve, quod futurum videbatur, de eorum hæreſi jam ubique famoſa, triumphus ageretur, & trophæa excitarentur. At quid illi hæc intuentes, rurſum in Athanaſium moliti ſint, ſuo loco narrabitur.

XXVIII. Legatio Magnentii ad Conſtantium Imp. Hoc eodem tempore miſſa eſt a Magnentio tyranno ad Conſtantium Imperatorem legatio: fuerunt autem ad hoc opus delecti qui majoris nominis eſſe in Galliis videbantur Epiſcopi, nempe Servatius, & Maximinus, ille Tungrenſis, iſte Treverenſis Civitatis Antiſtes, quibus additi ſunt Comites duo, Clemens & Valens. Appulerunt hi Alexandriam; Epiſcopi vero legati, antea Athanaſio in Galliis & in Sardicenſi Concilio cogniti, quique & de eodem Athanaſio a ſua Eccleſia ejecto fuerant optime meriti, ab eo (ut par erat) in Eccleſiaſticam communionem ſunt accepti; qua quidem ex re adverſariis novas in Athanaſium ipſum ſtruendi calumnias anſa ſubminiſtrata eſt, quaſi Athanaſius per eoſdem legatos ſcripſiſſet ad Magnentium tyrannum adverſus Conſtantium Imperatorem; de quibus ſane & aliis hiſce conjunctis recentibus in eum accuſationibus ſuo loco dicendum: nunc autem tantummodo attingemus, quæ ad eamdem legationem ſpectare noſcuntur; de quibus idem Athanaſius (a), cum ſe ipſum ab omni crimine liberum apud Conſtantium nititur demonſtrare, hæc inter alia habet:

(a) *Athan. Apolog. ad Conſtantium.*

XXIX. Unde nova calumnia in Athan. comparata. *Ego igitur admiratione, prodigioque calumniæ perculſus hæſito, quid oporteat reſpondere; neque in mille mortes condemno, ſi vel ſuſpicio talis de me uſpiam fuerit; tibique, veritatis ſtudioſiſſime Imperator, bona cum fiducia meæ innocentiæ auctor adhortatorque ſum, quemadmodum jam dixi, ut rem exquiras; maxime cum eorum teſtimonio uti poſſis, qui a Magnentio aliquando pro legatis ad te miſſi fuere. Sunt autem illi Servatius & Maximinus* * *Epiſcopi una cum ſuis, & Clemens, & Valens. Sciſcitare, quæſo, num ad me litteras deportarint: hæ enim mihi occaſionem dediſſent ad eum reſcribendi. Quod ſi nec ille mihi ſcripſit, nec me cognitum habebat; quid cauſæ fuit ut ad eum ſcriberem, quæ ignorabam? Quære item, viſis comitibus Clementis, quam mentionem fecerim de beatæ memoriæ Conſtante; & quantopere (ut ſcriptum eſt) lacrymis meis veſtimenta mea laverim, dum animo meo ſuccurrebat humanitas viri, & quantopere mentem ſuam Chriſti amori addixerat. Sciſcitare inſuper quantopere ego certior de illius belluæ immanitate factus, cum Valentem per Libyam decurſantem viderem, exhorruerim, ne eadem ſcelera moliretur, & ut latro trucidaret quotquot beatum Conſtantem amore memoriaque complecterentur; qua in re me nemini ſecundum facio:* & inferius: *Hujus rei teſtis eſt in primis Dominus, qui exaudivit te, & largitus eſt tibi integrum a majoribus tuis relictum Imperium; teſteſque ſunt, qui tum adfuerunt, Feliciſſimus Dux Ægypti, Ruffinus item & Stephanus, quorum ille Catholicus, iſte autem ibidem Magiſter erat, & Aſterius Comes, & Palladius tum Palatii Magiſter, Antiochus & Evagrius Præfecti Scricorum. Nihil enim aliud dixi, quam: Precemur pro ſalute religioſiſſimi Imperatoris Conſtantii. Et ſtatim univerſus populus una voce acclamavit: Chriſte, auxiliare Conſtantio; & magna cum perſeverantia has preces continuavit. Me igitur neque illis litteras dediſſe, aut ab eo accepiſſe, Deum & ejus Verbum unicum Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in teſtem voco.* Hæc Athanaſius.

* Maximus

Quando autem iſthæc & alia crimina in eumdem Athanaſium objecta fuerint, ſuo loco dicemus: longe enim errant, qui putant ipſum mox ut Alexandriam pervenit, exturbatum eſſe, quem etiam Alexandriæ commorantem iteratis litteris idem Conſtantius animo hærentem nixus eſt confirmare: quod idem ipſe Athanaſius teſtatur, cum ait (b): *Jam de eo quod dicit, ſe propter fratrem ſuum pacem cum Athanaſio ſimulaſſe; in hoc verum non dicit. Nam poſt fratris mortem, non ſemel, ſed iterum, immo tertio ad Athanaſium ſcripſit, promiſitque ſe numquam mutatum iri, eumdemque bono animo eſſe debere, nec permiſſurum ut a quoquam perturbaretur, ſed eum in Eccleſia ſua cum omni ſecuritate manſurum. Præterea Aſterium Comitem, & Palladium cum mandatis ad Feliciſſimum tunc temporis Ducem, & Neſtorium Præfectum cum his mandatis miſit, ut curæ ipſis eſſet, ne Philippus, aut quivis alius Athanaſio inſidias moliatur.* Hæc ipſe. Erat iſte Philippus, de quo timebat Conſtantius, ne quid negotii Athanaſio faceſſeret, Arianorum omnium Præfectorum ſæviſſimus, qui Paulum Epiſcopum Conſtantinopolitanum (ut inferius dicetur) in exilio poſitum in carcere ſtrangulari juſſit. XXX.

(b) *Athan. epiſt. ad Solitar.* Conſtantius etiam poſt Conſtantis mortem fovit Athan.

His igitur Conſtantii litteris Athanaſius communitus, ad triennium in ſua Eccleſia perſeverat; quo tempore totus erat in ſacris Synaxibus celebrandis: additque his Socrates (c), eumdem multum fuiſſe in congregandis Epiſcoporum Conciliis, in quibus, tum decretis Epiſcoporum qui Sardicæ convenerant, tum Concilio Hieroſo- XXXI. Quid Athanaſius Alexandriæ.

(c) *Socr. l. 2. c. 21.*

Digitized by Google

ſolymis a Maximo coacto congruentia ſancivit. Sed plane memorabile eſt, adeo auctam eſſa Aleaandriæ ejus adventu & commoratione Fidelium multitudinem, ut populum Eccleſiæ antea erectæ non caperent: ita ut opus fuerit, ſollamnitate Paſchali recens a Conſtantio extructum templum petere, eum nondum tamen eſſet dedicatum. Hoc permovit vehementer animos Arianorum, ut inda elia in eum ab iiſdem adverſariis calumnie fuerit comparata, quod auſus aſſet abſqua Conſtantii juſſu in ea baſilica ſacra facere, & (ut dicebant) ejuſdem encænia ipſo inſcio celebrare.

XXXII. Verum de frequenti populo quæ alia quadam occaſione dicat ipſemet Athanaſius, audiamus: ſed primum de ipſa Magna eccleſia, cujus occaſione conflata eſt calumnia eidem Athanaſio, quid de ejus origine Epiphanius tradat, hic deſcribamus

(a) Epiph. hæreſi 69. (a): *Sunt* (inquit) *plures numero Alexandriæ eccleſiæ, cum ea quæ nunc extructa eſt, Cæſarea appellata, quæ prius Hadrianum fuit, poſtea Licinianum gymnaſium, ſive Regia; poſtea vero temporibus Conſtantii viſum eſt, ipſam ædificare Eccleſiam.* Hæc Epiphanius. At de Synaxi in eadem Magna Eccleſia a ſe celebrata, ita

Frequentiſſimus populus Alexandrinus.

(b) Athan. Apolog. ad Conſtantium. Athanaſius (b): *Cæterum quia de Magna Eccleſia crimen concinnant, quod ibi Synaxis habita ſit priuſquam dedicaretur: age etiam de ea re tuæ pietati reſponſum demus: eo enim nos trahunt illi, qui in nos odia congerunt. Factum eſt: agnoſco. Nam cum prima dixerim ſine mendacio; non hic quod verum eſt inficiabor; ſed longe aliter, quam ipſi criminantur, res geſta eſt. Age quæſo, accipe quæ dicam. Non Encæniorum feſtum celebravimus, religioſiſſime Auguſte: id enim celebrare ante tuum decretum prorſus nefarium fuiſſet: neque induſtria eo devenimus, neque Epiſcopus quiſpiam, aut ullus clericus eo nomine evocatus eſt, neque ulla denunciatione ad Synaxin coitum eſt, ut iſti inde aliquam occaſionem rapiant detrahendi. Sed quid actum eſt, noſcunt omnes: tu autem, quæſo, pro tua manſuetudine & longanimitate, auſculta.*

XXXIII. Paſchatis feſto ubi celebrata Synaxis. *Feſtum erat Paſcha, & tanta vis populorum aderat, quantum Chriſtianorum in urbe eſſe Chriſticolæ Principes optarint. Cum igitur & Eccleſiæ paucæ parvæque eſſent, magnoque tumultu poſceretur, ut in Magna Eccleſia conventus celebrarentur, atque ibi preces pro tua ſalute fierent, quod & factum eſt; egoque retinerer adhortationibus, ut rem aliquo uſque differrent, & potius quomodocumque liceret, etiam cum compreſſione & afflictione, in aliis Eccleſiis cœtus agerent: mihi neutiquam obtemperatum eſt. Quin potius urbem egredi parati erant, ut in deſertis locis & ſub dio conventus facerent: melius eſſe laborem itineris ferre, quam cum luctu feſtum celebrare. Crede mihi, Imperator, & in eam rem Veritatem ipſam teſtem accipe: in Synaxibus Pentecoſtes ob multitudinem populorum, & in locis anguſtis plurimos pueros, nec paucas puellas, & aniculas complures, & adoleſcentes multos afflictos jacuiſſe, ac domum delatos, ſed tamen ne nemo eorum, benevolentia numinis, perierit. Multa igitur omnium murmuratio in hunc uſum Magnam Eccleſiam depoſcentium; atque immerito: ſi enim prius tanta compreſſio acciderat, quid timendum fuit in tali feſto? omnibus certe modis acerbiora multo, luctuoſiora que accidiſſent. Nec fas erat aut honeſtum, triſtitiam pro gaudio, luctam pro lætitia in feſto die populis inferre; præſertim cum non ignorarem, iſtiuſmodi exempla apud Patres ſupereſſe.*

Beatæ ſiquidem memoriæ Alexander, XXXIV. Exemplum Alexandri Epiſc. Alex.
cum alia loca anguſta eſſent, in Eccleſia Majore Theonæ, quam ædificabat, Synaxes celebrare voluit; id enim jubebat hominum frequentia; nec in cogendo populo reſpexit, cum nondum exædificatum eſſe. Quinimo frater tuus bonæ memoriæ Conſtans, ut hujuſmodi templo tum Aquilejæ Synaxis haberetur, ipſe quoque eo ſe contulit. Ita nimirum & ego quoque feci: nec tamen celebrata ſunt a nobis Encænia, ſed tantummodo precationum Synaxis habita eſt. Tu igitur, ſat ſcio pro tuo in Deum ſtudio, approbaſſes populorum alacritatem, & devotionem, mihique veniam dediſſes non impedienti tantorum populorum preces.

Ego autem obtrectatorem meum libens iterum interrogarim: Utrobinam rectum erat XXXV. In Eccleſia non dedicata licere Synaxin agere.
populum ſuis orationibus vacare; in deſertis ne, an in oratorio non ad plenum exædificato? Ubi conveniens erat & ſanctum, ut populus audiret acclamationem hanc, Amen; in ſolitudine, an in templo, quod jam Dominicum appellabatur? Tu autem, religioſiſſime Imperator, ubinam malles populum manus extendere, & pro te orare; ibi ne ubi Ethnici oberrabant, an in loco tuum nomen, & titulum præſeferente, quem jam in præſentia, immo etiam tunc temporis cum prima fundamenta jacerentur, Dominicum univerſi appellabant? Sentio tibi tuum locum magis probari; reticendo enim hoc ipſum ſignificas. At hoc ipſum (inquit adverſarius) in Eccleſiis faciendum erat. Verum (ut dixi) parvæ nimis & anguſtæ erant pro tanta multitudine populorum. Deinde preces faciendæ erant.

Quid ergo rectius potat, particulatim XXXVI. Populi commoditati conſulendum.
& diviſe una cum periculo eliſionis populum Synaxes facere, an potius, ut in locum omnium bene capacem conveniat, & unum eumdemque ſine diſſonantia vocem reddat? certe rectius eſt, cum id concordiam unanimis multitudinis oſtendat, & Deum ad exaudiendum promptiorem habeat. Nam ſi pro ipſius Salvatoris pacto in conſenſu

duo-

duorum quodcumque petierint, fiet; quid igitur futurum, ubi ex tot tantiſque populis in unum congregatis una vox reſpondeatur, acclamantium, Amen? *Quis hoc ipſum non admiratione proſequatur, aut non inter felicia prædicet, cum videat, tantam multitudinem in unum locum convenire? Quid gaudii ibi ex mutuo invicem conſpectu, antea ſolitis in diverſa loca diſpertiri? Omnibus certe, præter unum calumniatorem hoc ipſum dolentem, incredibili lætitia fuit.* Hactenus Athanaſius; quæ prolixa licet non piguit recenſuiſſe, quod in his multa prodantur de antiqui ritus Eccleſiaſtici diſciplina.

XXXVII. Conſtantius cur bene habuit Athanaſium.

Conſtantius igitur, quod gravioribus Romani imperii periculis urgeretur, contempſit omnia quæ in Athanaſium ab adverſariis inferrentur; immo, (ut diximus) iteratis tertio litteris, eum ab omnibus tutum redditum in omnibus voluit: haud puto quidem pietatis ergo, utpote qui numquam ſe a conſuetudine Arianorum Epiſcoporum abſtulit; ſed potius, quod haud videretur tempus oportunum adverſus Athanaſium inire certamen, & reddere ſibi Ægypti populum Chriſtianum infenſum, qui erga Athanaſium propenſior eſſet. Haud enim leve periculum videri poterat, Athanaſio inferendo negotio, populum in ſe Ægyptium concitare, quem (ut demonſtratum eſt) a Magnentio miſſa legatio Valentis atque Clementis Comitum permoviſſet.

XXXVIII. Ægyptii quales.

Iidem plane, quales olim ſemper fuiſſe diximus, moribus eſſe perſeverabant Ægyptii, ut Ammianus (*a*) horum temporum ſcriptor ait: *Ad ſingulos motus excandeſcentes, controverſi & repoſcones acerrimi. Erubeſcit apud eos, ſi quis non inficiando tributa, plurimas in corpore vibices oſtentat: & nulla tormentorum vis invenire adhuc potuit, quæ obduratum illius pectus latrocinii invitum elicere potuit, ut nomen proprium dicat.* Hos, inquam, modo laceſſere, nihil aliud videri poterat, quam novum gignere bellum, tunc præſertim, cum tam bello Perſarum in Oriente, quam duobus tyrannis in Occidente recens exortis, univerſum quod reliquum erat, Romanum Imperium ſub dubia alea verſaretur.

(*a*) *Ammian. l. 22. in fin.*

XXXIX. Conſtantius totus in expeditione.

Contempſit igitur Conſtantius cætera, qui in colligendis copiis ad novum exercitum comparandum totus erat. Cujus rei cauſa in primis illud reperitur hoc anno ſanciviſſe decretum, ut qui ex indulgentia Principis militiæ vacationem acceperant ante tempus legitimum abſolutum, ad militiam denuo revocari deberent. Extat de his reſcriptum ad Cretionem Comitem his verbis (*b*): *Quamvis omni tempore opera dari debuerit, ne ſacramentis militaribus ſeparatio traderentur* qui nec ſtipendiorum numero, nec contraria corporis valetudine quiete frui debent: tamen prudentiæ tuæ proſecutione admiſſa, quæ apud nos verbis facta eſt, præcepimus, ut qui ante ſtipendia emenſa vel integra corporis valetudine otio mancipati ſunt, reſtituantur priſtinis numeris. Dat. V. Kalend. Julii, Sergio, & Nigriano Coſſ.*

(*b*) *l. 4. de re milit. C. Theod.*

* ſeparati otio traderentur.

XL. Conſtantius creare Gallum Cæſarem cogitat.

Quod vero imminente prælio ex tyrannis, & bello Perſico inſtante, totum videretur Romanum Imperium eſſe in diſcrimen adductum: Conſtantius aggreditur inire nova conſilia; cum enim maſcula prole careret, nec ſpes reliqua propinqua videretur liberorum deinceps ſuſcipiendorum; de creando Cæſare Gallo ex Conſtantio fratre Magni Conſtantini & Galla matre genito conſilium iniit, eique in matrimonium collocare Conſtantinam ſororem ſuam, filiam ejuſdem Conſtantini, decrevit; quo profecturus ipſe in Occidentem cum exercitu adverſus tyrannos, eidem adminiſtrationem cederet Orientalis Imperii. Agebat Gallus hoc tempore ætatem annorum vigintiquinque; qui mortuo Conſtantino, natus erat annos duodecim. Sed & eadem ex cauſa etiam Juliano, quem ſub diſciplina diutius continuerat, latiores laxat habenas. Quamdiu enim de ſuſcipienda ex conjuge prole ſpes reſedit in animo, uterque tam Gallus, quam Julianus, ne quid umquam novi moliri poſſent, arctiori ſunt vallati cuſtodia, nec publicus aliquis illis eſt traditus magiſtratus, ſed ne inter ſuffectos quidem Conſules vel alios honores umbratiles quiſquam illorum adſcitus eſt.

XLI. Quando Gallus creatus ſit Cæſar.

At quotonam anno, præſenti ne, an ſequenti potius Gallus creatus ſit Cæſar, cum diverſæ de his ſententiæ reperiantur; in eam magis deſcendimus, quod ſequenti anno eam Gallus a Conſtantio dignitatem fuerit conſecutus, ipſis nempe Conſtantii Quinquennalibus tertio repetitis, quibus ſolemnibus Cæſares dici ſolere, compluribus exemplis ſuperius eſt demonſtratum. His accedit etiam, quod cum, Ammiano Marcellino auctore, liqueat, ipſum Gallum quarto ſui Imperii occiſum fuiſſe, plane ſequenti potius illud ipſum auſpicatum eſſe, dicendum eſt. Cæterum interverſum in hoc eſſe Hieronymi Chronicon, nullus poterit dubitare, quo Galli Cæſaris creatio recenſetur anno decimoſeptimo Conſtantii Imperatoris, poſt occiſum quoque Magnentium. Commendata vero extitit pietas Galli, etiam martyris teſtimonio: & quidem de egregia ejus animi indole & ſincera religione ſigna plura edita ſunt, quæ tamen poſtea mores incompoſiti macularunt. Sed de eo ſæpe inferius agendum erit, cum ſingulis quibus vixit annis, res ab eodem præclare geſtas ordine temporis recenſebimus.

JESU CHRISTI ANNUS 351.	JULII PAP. ANNUS 15.	CONSTANTII IMP. ANNUS 15.

I. QUi ſequitur ordine annus Domini trecenteſimus quinquageſimus primus, ob tyrannicos motus, abſque novis Conſulibus tranſactus, nota Conſulum anni ſuperioris Faſtis adſcribitur poſt Conſulatum ſcilicet Sergii & Nigriani: quo Flavius Conſtantius Gallus creatus eſt Cæſar a Conſtantio Imperatore, cum ageret Antiochiæ, ubi tunc egregium illud ſpecimen Chriſtianæ ſibi inſitæ pietatis edidit, quod a Sozomeno (a) ita deſcribitur: *Ubi vero Gallus frater Juliani Cæſar a Conſtantio deſignatus, Antiochiæ ætatem degit; quoniam Chriſtianus erat, & quia in primis eos, qui pro religione Chriſtiana martyrium obierant, colebat: conſtituit hunc locum,* nempe nemut Daphnes in ſuburbiis poſitum, *purgare tum ſuperſtitione Gentilium, tum intemperantium hominum contumelia. Atque cum perſuaſum haberet, ſe facile hoc perfecturum, ſi modo Eccleſiam ibi in delubri loco extrueret: tranſtulit in Daphnem loculum Babylæ martyris, qui Eccleſiam Antiochenam præclare admodum rexiſſet, martyrioque occubuiſſet.*

Gallus creatur Cæſar.

(a) Sozom. l.5. c.18.

Transfertur corpus Babylæ in Daphnem.

II. *Ex quo quidem tempore dicitur, Dæmonium nullum oraculum, uti conſueverat, edidiſſe. Videbatur quidem primo id propterea accidiſſe, quod victimis jam carebat, & cultu illo, quo ante deſignatus fuerat: ſed poſtea tamen ab eo ipſo patefactum eſt, quod martyr, cujus corpus in proximo repoſitum erat, impedimento fuit quo minus iſtud, ut ſolet, præſtaret.* At id de quærelis Idoli adverſus Babylam, quod ſub Imperio Juliani contigerit, & prolixiore indigeat oratione, ad illud ipſum tempus rejicimus. Collocaverat ibi olim, (ut dictum eſt) Conſtantinus ſtatuam Helenæ matris ſuæ; locumque illum, mutato Daphnis nomine, Auguſtale apppellaſſe, ex Suida (b) ſuperius in obitu Helenæ matris diximus. Conatus illud quidem Conſtantinus fuiſſe videtur, ut, abolito Apollinis nomine, Daphne ex ſuperſtitione in religionem tranſiret.

(b) Suid. ver. Auguſtalo.

III. At dicet aliquis: Cur ſicut compluribus aliis in locis fecit, Conſtantinus non eſt demolitus templum illud famoſiſſimum Apollinis in Daphne poſitum, ſed nec Conſtantius, vel Gallus ipſe, qui locum expurgare, & reliquiis martyris ſanctificare contendit, id ipſum præſtitit? Dicam, quod & ſuperius attigi: illud tam de Conſtantino, quam de filiis imperantibus obſervatum, ut quæ in ampliſſimis urbibus erant auguſtiſſima templa, iidem minime demoliti fuerint; quod ſcirent, Gentiles cives, quibus eædem Civitates confertæ eſſent, pro defenſione deorum patriorum atque templorum uſque ad vitæ exitum certaturos. Ex hoc videas, Romæ capitolium, & Alexandriæ Serapium illæſa penitus remanſiſſe, pariterque templum Apollinis Daphnes in Antiocheno ſuburbio collocatum, de quo agimus ab omni injuria liberum eſſe relictum, necnon nobiliſſimum ſtructura & antiquitate Marnæ templum Gazæ, & alia his ſimilia, pro quibus tuendis cives vitam profunderent: demolitis nonnullis aliis quæ eſſent in minoribus Civitatibus collocata, pro quorum defenſione haud facile colligerentur, qui certamen inirent ex Gentilibus cives, cæteris redditis Chriſtianis.

Conatus Conſtantini in demoliendis templis quouſque progreſſus.

IV. Cæterum de antiquanda memoria Apollinis in Daphne, niſus eſt magno ſtudio Conſtantinus, ut locus ille non amplius diceretur Apollinis, ſed ſui ipſius nomi-

nis

Daphne Conſtantiniana dicta.

PAGIUS SÆC. IV. Olymp. 282, an. 3. *ſecundum Baronium.* Olymp. 282. Anno Urbis 1104. A.C. 351.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5844.

☉ 24. F. ☽ 10. P. 31. Mart. Indict. 9.

JESU CHRISTI 351.

JULII PAPÆ 15.

CONSTANTII IMP. 15.

I. *Quindecennalia Conſtantii Aug.*

[1] A Num. I. ad XV. Alii Conſules in Orbe Romano, alii in Galliis, Italia, Africa & aliis Provinciis quæ Magnentio parebant, Faſtis nomen dedere. In Imperio Romano nulli Conſules creati, ſed uſurpata hæc formula: *Poſt Conſulatum Sergii & Nigriniani.* In Imperio Magnentiano *Magnentius* & *Gaiſo* Conſules proceſſere, ut liquet ex libello de Præfectis Urbi, in quo Conſules qui Romæ agniti ſunt, de more notati. Imperii Auguſtei Conſtantii Quindecennalia in hunc annum incidunt.

II. Idacius in Faſtis hoc anno habet: *His Conſſ. bellum Magnentii fuit Murſa die IV. Octob. & eo anno depoſitus Vetranio VIII. Kal. Januar. & levatus eſt Conſtantius Cæſar Id. Mart. & apparuit in Oriente ſignum Salvatoris die III. Kal. Februar. Luna XXVIII.* Auctor vero Chronici Alexandrini hoc anno ſcribit: *Conſtantius Auguſtus ſine Collega Imperator, Gallum patruelem conſortem Imperii Idibus Martiis Cæſarem declaravit,* ☛

Magnentius a Conſtantio Aug. victus. Baron. ann. 350. num. XL. & ſeqq.

NOTÆ [1] COſſ. *Poſt conſulatum Sergii & Nigriniani.* In Imperio Magnentiano: *Magnentius, & Gaiſo.* Socrates, lib. II. cap. XXIX. *Poſt conſulatum Sergii & Nigriniani, quo anno ob tumultus bellicos nemo conſul conſulatum ſolemnem iniit.* Faſti Idatii & Vindebonenſes: *Poſt conſulatum Sergii & Nigriniani.*

Libellus de Præf. Urb. *Magnentio, & Gaiſone*; nempe in Galliis, Africa, & Italia.

nis Conſtantini: quod non tantum quæ ſunt ex Suida recitata declarant, verum etiam antiqua numiſmata id egregie præſeferunt, quorum unius exemplar hic tibi accurate formis reddere laboravimus:

Conſtantini ſignum.

(a) Extant apud R. D. Lalium Paſqualinum Can. S. Mariæ Majoris, & D. Angelum Breventanum Papienſ. Fulvium Urſinum, & alios.



(a)



(b) Goltz. in Theſauro, & Occo de nummis.

cujus generis nummi multi (b) meminere, licet de ejus interpretatione germana ſimulque legitima lectione certaverint: dum alii, quod habet a tergo numiſma, CONSTANTINI ANADAFNE, ut ponuntur, ab invicem ſeparatas eas dictiones eſſe voluerint: alii rurſum illud, ANA, cum litteris illis, CONSTANTINI, jungendum exiſtiment, ut ſit verborum illa connexio, CONSTANTINIANA DAFNE; quod ut magis probem, quæ recitavimus ex Suida, ſuadent. Quibus accedit, quod idem Conſtantinus vigeſimæ-tertiæ legioni, quam recens ſcribendam curavit, nomen indidit, ut diceretur Conſtantiniana Daphnenſis, ut ex antiquis inſcriptionibus (c) apparet: cui vincenti, & de ſuperatis hoſtibus triumphanti, jam non ex Apollinis, ſed Conſtantini Daphne, nempe Laureto (quod proprie δαφνών eſt) laureas ad triumphum Victoria miniſtraret.

(c) Habet Theſa. Hubert. Goltz.

V. Porro locum illum peramœnum ſibi injuſte Apollinem proprium vendicaſſe, nonniſi ex fabula a poetis confictа S. Johannes Chryſoſtomus, & ipſe civis Antiochenus, affirmat (d); quem injuſtum poſſeſſorem Conſtantinus ſpoliaſſe videri poterat, titulo in eo Imperatoris affixo; niſi in idolo vocali, immo loquaci, Apolline reclamante, omne Conſtantini ſtudium irritum penitus redditum eſſet. Deridet quippe Dæmon (quod eſt in Job e) vibrantem haſtam, nec (quod ſuperius ait) fugabit eum vir ſagittarius: in ſtipula enim verſi ſunt ei lapides fundæ. Quamobrem qui (f) infirma eligit Deus, ut fortia quæque confundat, contumax idolum Imperatori, martyris oſſibus expugnandum duxit, cum in Galli Cæſaris animum ſalubre illud immittit conſilium, ut Babylæ martyris (quod diximus) illuc reliquias opportune transferret, quas in Apolline latens dæmon horreſceret: ſicque innoteſceret omnibus non eſſe Dominatoris Imperii Romani roboris violentum invaſorem a poſſeſſione dejicere, atque humanarum virium facultatem, protervum ſuperbumque compeſcere Dæmonem, ſed divinæ id tantum eſſe potentiæ, quæ in reliquiis martyris eluceſceret. De hac enim Babylæ martyris in Daphnem facta per Gallum Cæſarem tranſlatione cum fuſius agit idem Chryſoſtomus, poſt multa (g), hæc denique habet de idolo reddito prorſus muto, obſtruente martyre ejus os, nonniſi ad gloriam Dei hactenus apertum relictum:

(d) Chryſo. contr. Gen.

Dæmon invito Conſtantino obſidet locum.

(e) Job. 41.

(f) 1. Cor. 1.

(g) Chry. l. contra Gent.

PAGIUS

& Conſtantii cognomentum indidit. Perſiſque ingruentibus Antiochiam, in Orientem amandavit. Signum Crucis Chriſti Hieroſolymis hoc ipſo tempore ſub horam tertiam ipſa die Pentecoſtes, Nonis Maii, in cœlo velut lumen apparuit a monte Oliveti uſque ad Golgotha, in quo loco Dominus crucifixus eſt, extenſum verſus Orientem, unde Dominus in cœlum aſſumtus eſt, corona, quæ Iridis ſpeciem referebat, Crucem pretioſam, quæ apparuit, in orbem ambiente. Eademque hora etiam Conſtantio Auguſto in Pannonia & copiis ipſius viſa eſt, cum in prælio contra Magnentium cupiſſet vincere, & Magnentius cum Conſtantio conſtrigeret, ad urbem Murſam. Magnentius victus, cum paucis in Galliam evaſit. Conſtantius Gallus jam ante dictus Cæſar in Oriente Antiochia verſabatur. Verum, cum ejuſdem Chronici Alexandrini Auctor anno præcedenti tradat, Vetranionem poſt decimum menſem quam imperaverat, Pruſias Bithyniæ civitatem a Conſtantio amandatum fuiſſe, vel cis menſem decimum, ut inquit Victor de Cæſaribus, qui hoc tempore vivebat, uti & Theophanes, quod ſcribit de eo Idacius citatus: Eo anno depoſitus Vetranio VIII. Kal. Januar. pertinet ad annum præcedentem, quo juxta Idacium Kalendis Martiis Vetranio Auguſtus renuntiatus fuerat: ſic enim omnia recte in eodem Chronico procedent. Baronius Vetranionis depoſitionem in annum ſequentem male diſtulit, quemadmodum & Crucis apparitionem in annum CCCLIII. quam, currenti contigiſſe demonſtrabimus.

II. Superſunt Conſtantini Magni Numiſmata, in quorum poſtica legitur: CONSTANTINIANA DAPHNE CONS. Viſitur in iis Victoria ſedens, dextra ramum, ſiniſtra palmam habens; ad pedes ejus captivus ſtratus & trophæum. In aliis eadem eſt inſcriptio cum Victoria


Varia Daphnes numiſmata perſpicua.

VI. Martyris reliquiarum potentia adverſus Dæmonem.

At quomodo (inquit) *idem Babylas, & Dæmonis poteſtatem extinxit? Primum quidem tum Dæmones inibi habitantes obſidionem, tum fabulæ noxam in res ipſis, quas dixi rebus inefficacem reddidit; deinde & Dæmonem ipſum exegit. Verum antequam ad exactionis modum veniam, illud vos annotare poſtulo, Babylam, non ſtatim ubi advenit, Dæmonem ejeciſſe: ſed manentem eum otioſum, inertem agendiſque rebus ineptum reddidiſſe. Illi enim os ita obſtruxit, ut vel lapidibus ipſis magis mutus redderetur. Et quidem manentem inibi Dæmonem ſuperaviſſe non minus fuit, quam ſi eum de loco exegiſſet: cum, qui loci illius accolis omnibus fucum prius fecerat, ne extincti quidem Babylæ cineres contueri ſuſtineret. Ea enim eſt ſanctorum poteſtas, ut illorum ſuperſtitum Dæmones ne umbras quidem aut veſtes ferre poſſint, vita autem functorum & loculos quoque reformident. Itaque ſi quis quæ ab Apoſtolis facta fuiſſe prædicantur, fidem non habet: is tamen, memoria hujus miracula intuitus, ab impudentia ſua deſiſtat. Nam qui de omnibus olim Gentilibus victoriam reportabat, a martyre tamquam ab hero increpitus, ſuppreſſa voce, latrare deſiit.* Hæc & alia de his Chryſoſtomus. Quomodo autem ſub Juliano Apoſtata, (ui ipſius adeo diuturni ſilentii cauſam Babylam eſſe Apollo confeſſus fuerit, atque ictus fulmine conflagrarit, ſuo loco dicturi ſumus: at iterum ad laureas Daphnis.

VII. De Corona nomine Chriſti aucta.

Quod igitur non amplius ab Apolline Imperatores ipſi, atque milites cum iis triumphantes, coronas acciperent, ſed a Chriſto qui victoriæ auctor fuerat; inde accidit, ut cum laureas exercitus victor in corona geſtaret, ad omnem ſuperſtitionis memoriam abolendam, eamdem Chriſti nomine inſigniret: verum id quonam modo fieri contingeret, ut aſſequi lector poſſis, egregium hic tibi exemplum, ex prototypo ut ſe habet, reddendum curavimus ex ærea antiqua corona, quæ extat Romæ apud R. D. Lælium Paſqualinum Canonicum S. Mariæ Majoris, quo ob morum ſuavitatem atque peritiam familiariſſime utor, egregium plane antiquitatis monumentum, quod in ſuo rerum antiquarum theſauro aſſervatum cuſtodit: quam quidem coronam ex Chriſti nomi-



ne, quod expreſſum elucet in fronte, non niſi Chriſtiani hominis geſtamen fuiſſe, abſque controverſia omnes intelligent.

At de his modo ſatis. Jam quæ anni hujus reliqua ſunt, proſequamur.

VIII. Evecto in ſortem Imperii Gallo creato

jam

PAGIUS

Baron. n. 111. & 1v.

cia inſidente ſpoliis. Baronius inde deducit, apud Antiochiam ad Daphnidis lucum, celebrem memoriam Helenæ fuiſſe, dictam *Auguſtale*, ibique Conſtantinum Magnum matris ſuæ ſtatuam collocaſſe. Sed Cuperus Vir eruditiſſimus *in Numiſmatis antiquis explicatis* pag. 156. recte oſtendit, Daphnen hanc fuiſſe prope Conſtantinopolim, uti conſtat ex Heſychio Mileſio, Auctore Chronici Alexandrini & Suida, qui narrant inſuper, Conſtantinum Magnum matris ſuæ ſtatuam columnæ impoſuiſſe, & locum *Auguſteum* appellaſſe. Fuit itaque *Daphne* ſuburbium Conſtantinopoleos, cujus etiam Stephanus meminit; ideoque in hujuſmodi Numiſmatis hæc vox,

CONS.

Digitized by Google

Julianus totus in conſulendis Magis. jam Cæſare, invidia animum Juliani pupugit, qui & ipſe (ut dictum eſt) Conſtantii Auguſti fratre erat natus; atque progreſſu feliciſſimo Galli in eam ſpem erigitur, ut ipſe quoque aliquando eſſet potiturus Imperio: quam conceptam ſpem vatum arcanis reſponſis in dies magis aluit atque nutrivit; in his enim conſulendis & clandeſtinis oraculis ſciſcitandis, hoc potiſſimum tempore multus fuit: nam de eo in primis Theodoretus hæc tradit (a) *Theod. l. 3. c. 3.* (a): *Poſtea vero quam Conſtantius venit in Occidentem, quo bellum adverſus Magnentium gerendum cum pertraxerat, & Gallum Cæſarem Orientis renunciavit, qui & vir pius fuit, & ad extremum vitæ diem pietatem excolere non deſtitit: Julianus metum, qui ei perutiles & neceſſarius fuerat, ejecit ex animo, & jam armare ſe audacia, & præterquam debuerat Imperii cupiditate exardeſcere cœpit. Proinde perluſtrare Græciam, conquirere vates & ariolos, ſciſcitaturus ab illis voti ne compos futurus eſſet? atque incidit in hominem qui ei hoc prædicere pollicitus ſit.*

IX. Signo crucis Dæmon abigitur. *Qui quidem, deducto eo in fanum ſimulacrorum, & intra ejus adyta collocato, fraudulentos Dæmones invocat. Quibus, ſpecie qua ſolent, apparentibus; metus coegit Julianum ſigno Crucis frontem ſuam ſignare. Dæmones igitur Dominici trophæi conſpicati figuram, & ſuæ ipſorum cladis recordati, confeſtim evanuerunt. Tum præſtigiator, cauſa, cur fugerent, intellecta, Julianum objurgat: qui tum timorem, in quo erat, declaravit, & ſe virtutem Crucis vehementer admiratum dixit: nam Dæmones, quoniam ejus figuram ferre non poterant, aufugiſſe. Cui præſtigiator: Ne (inquit) amabo te, ſic exiſtimes; ſiquidem non ob eam cauſam, quam tu affers, formidabant; ſed tuum factum deteſtati, ſe ab oculis noſtris removerunt. Ita miſer ab eo in fraudem impulſus, tum impiis initiatur myſteriis, tum pectus ejus ſcelere completur, & infelix propter Imperii cupiditatem pietate omnino ſpoliatur.* Huc uſque Theodoretus.

X. (b) *Greg. Nazianz. in Jul. orat. 1.* Quæ quidem dum pluribus a Gregorio Nazianzeno (b) narrantur, junguntur rebus ab eo geſtis cum jam Imperator eſſet. Porro Eunapio quoque auctore ſcimus, hiſce eum hominum conſuetudinibus delectatum: ſiquidem præter Maximum illum magum, de quo plura ſuperius, familiariter quoque uſus eſt Ædeſio illo famoſiſſimo, ſummo totius Gentilitiæ ſuperſtitionis antiſtite, & huic non imparibus Cryſantio Sardiano, Euſebio, Priſco, & aliis illorum temporum magiæ ejus, quæ fit per invocationem Dæmonum, peritiſſimis: quam quidem Deo execrandam & hominibus deteſtandam profeſſionem honeſto philoſophiæ pallio contegebant: quo deceptus Conſtantius, Maximum illi in addiſcendis philoſophicis facultatibus magiſtrum dederat; qui ſane in præſtigiis edendis quam ſolers artifex eſſet, exemplum unum a Sardiano (c) conſcriptum ſatis ſuperque poterit demonſtrare, cum hæc de illo ait: Juliani familiares Magi. (c) *Eunap. Sard. Vit. Philoſoph.*

XI. Maximi præſtigiæ. *Aliquos e nobis, qui ſimul eramus, ad Hecates ædem Maximus convocavit, multoſque ſtultitiæ ſuæ citavit teſtes: nam cum eo ventum eſſet, deamque ſalutaſſemus; ille ad nos converſus: Deſidete, ait, cariſſimi ſodales, & quod venturum eſt contemplamini, ut & intelligatis ecquid ego vulgo hominum promiſcuo præſtem. A quibus verbis cum huc conſediſſemus omnes: ipſe emundata thuris mica, admurmuratoque apud ſe ad finem uſque hymno neſcio quo, eo oſtentationis proceſſit, ut deæ ſimulacrum ridere cœperit, ſi quidem is riſus fuit. Jamque perturbatis nobis omnibus ob ſpectrum: Neminem, inquit, veſtrum iſtam ob rem commoveri volo; mox enim faces etiam, quas dea manibus tenet, inflammabuntur. Antevertit verborum finem luminis ſplendor, qui faces accendit.* Iſta ex Euſebio recitat Sardianus.

XII. Julianus ſtudioſiſſimus Jamblichi. Quantum etiam idem Julianus fuerit Jamblichi ſtudioſus (quem ex his, quæ auctore Sardiano dicta ſunt, magum omnium præſtantiſſimum fuiſſe liquet) cum recitata ſuperius ex ipſius Juliani litteris manifeſtant, tum quæ habet in alia ad eum epiſtola ſcripta declarant his verbis: *At ego* (inquit Julianus) *ne me hominem quidem eſſe, dicere auſim (ut eſt in proverbio) quamdiu abſum a Jamblicho.* Et rurſum in fine epiſtolæ: *Certe cum veteres pro Homero, Platone, Socrate, & ſi quis alius in Orbem hunc incidit, juſta vota feliciter atque ex animi ſententia fecerint, vitamque illorum hoc modo produxerint; non erit incommodum, hominem noſtra ætate viris illis & vita & oratione parem ſimilibus votis ad ſummam ſenectutem cum omnium felicitate tranſ-*

PAGIUS CONS. *Conſtantinopolim* denotat. Alius Conſtantini Nummus inſcribitur, CONSTANTIANA DAFNE, in quo ſedet Victoria alata ramos tenens utraque manu; & ante eam fixum eſt trophæum cum captivo, cujus manus poſt tergum revinctæ ſunt. Cuperus cum Valeſio & Spanhemio putat eſſe caſtrum Daphne, quod Conſtantinus Magnus ad ripam Danubii extruxit in Mœſia, a quo milites in Notitia Imperii, CONSTANTINI DAFNENSES, & BALISTARII DAFNENSES nominati ſunt. Victoria ſedet in eo Nummo quia Gothos & Sarmatas Thraciam depopulantes profligavit. Quo ſpectat hæc Inſcriptio, SARMATIA DEVICTA, uti in aliis Conſtantini Magni Nummis legitur. Utraque igitur Daphne nihil commune habet cum tertia Daphne in ſuburbiis Antiochiæ poſita, quo *Gallus Cæſar* Sanctæ Babylæ Martyris Reliquias *transferri* juſſit.

tranſmittere. Hæc Julianus, magiæ Jamblichi ſtudioſus. Quanta vero hiſce præceptoribus fuerit imbutus impietate, & quam maxime ſub talibus artificibus fuerit excultus ad præſtigias atque magias, & ſub ejuſmodi educatoribus imbiberit odium Chriſti, declaravit eventus. Quomodo autem poſt hæc in ſuſpicionem addactus affectatæ tyrannidis inſtar Protei in alium ſe mutaverit, Athenaſque contulerit, ſuo loco dicturi ſumus.

XIII. Hæc plane ſunt illa Juliani tempora, quæ a S. Gregorio Nazianzeno ſic deſcribuntur (a): *At vero poſtquam fratre Gallo ab humaniſſimo Principe ad Imperii ſocietatem adſcito, parteque Orbis terrarum haud parva in adminiſtrationem accepta, pro animi libidine, ac, ſine ullo metu pernicioſiſſimis ſtudiis, & præceptoribus operam dare licuit; ipſi porro Aſia (Pergamum nempe, ut dictum eſt) impietatis ſchola erat, tam quæ circa ſiderum ſcientiam, & nativitates, inanemque præſcientiæ imaginationem vaniſſime occupatur, quam quæ circa præſtigiarum artem earum aſſeclam verſatur; unum hoc jam reſtabat, ut ad impietatem vis & poteſtas accederet. Non multum temporis interfluxit, cum hanc quoque illi adverſum nos concedit exundans multorum iniquitas*, &c. Quibus omnibus facile declaratur, uſque ad præſentem annum, quo Gallus creatus eſt Cæſar, Julianum in clericali vita, qua fuerat initiatus, perſeveraſſe, hancque ſecundam illius fuiſſe apoſtaſiam.

(a) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

Julianus Magiæ intentus.

XIV. Siquidem prior illa adnumeranda eſt, cum clam culturæ Dæmonum ſe addicens, Chriſtianam religionem penitus deteſtatur; quod immane ſcelus inanis illa ab eo ſæpe tentata ædificatio, & divinitus ſecuta demolitio templi martyris patefecit. Secunda vero præſens apoſtaſia cenſenda eſt, cum exuit, quod induerat, clericum ſive monachum. Tertia autem illa ſolemnior, cum quod ſpecie tenus ac ſimulate Chriſtianum nomen præſeferebat, ad id quod moliebatur tunc ſibi proficuum, jam adeptus Imperium, aperte procul abjicit, ac deteſtatur. Sic videas in Juliano novum Proteum diverſas pro temporibus mutare formas: nam & qui hoc tempore, ſolutis timoris habenis, quod vult facit, & liber incedit, paulo poſt (ut dicemus) affectati Imperii apud Conſtantium ſuſpicione laborans, ut ea ſe liberaret, pallium induens philoſophicum, profeſſurus philoſophiam, Athenas profectus eſt: ſed de his ſuo loco inferius.

Juliani plures Apoſtaſiæ.

XV. Hoc eodem anno Conſtantius Imperator adverſus Magnentium tyrannum, necnon Vetranionem expeditionem futuram cogitans, ſalubre conſilium iniit, ut omnes quos in tyrannum armavit milites, Chriſtiana religione imbuti & ſacro baptiſmo initiati eſſent: quod ſi quis facere detrectaret, exui mox cingulo militari, & ad propria reverti præcepit. Theodoretus enim de his hæc tradit (b): *In bello namque contra Magnentium ſuſcepto, toto ſuo exercitu coacto in unum, omnes cohortatus eſt, ut divina percipiant myſteria: quippe exitum vitæ tum alias ſemper, tum in bello potiſſimum incertum eſſe; præſertim cum in eo infinita tela, jacula, haſtæ, utrinque mittantur, quinetiam intententur gladii, ſicæ, & alia inſtrumenta bellica, quibus violenta infertur mors. Proinde oportere ſingulos ſtolam illam pretioſam induere, quæ in illa altera vita nobis omnibus cum primis neceſſaria eſt. Quod ſi quiſquam eam veſtem accipere recuſet, eum inde jam domum abire jubet: nam ſe nolle cum hominibus myſteriis minime initiatis bellum gerere*. Hæc Theodoretus.

Expeditio religioſa Conſtantii.

(b) Theod. l. 3. c. 3.

XVI. Cum igitur tantummodo Chriſtianos bapti-

PAGIUS

IV. Ad ann. XV. & ſeq. *Magnentius* Tyrannus e Gallia, Italiaque in Noricum, dein in Pannoniam profectus, a *Conſtantio Auguſto* in Pannonia Murſenſi prælio ad Dravum fluvium ſuperatus eſt, ſub autumni exitum, ut Julianus Orat. 1. pag. 121. & 118. & Orat. 3. pag. 298. 308. & 445. habet. De qua Conſtantii victoria legendi etiam Socrates lib. 2. cap. 27. Sozomenus lib. 4. cap. 6. Victor de Cæſaribus, Auctor Chronici Alexandrini & Severus Sulpicius lib. 2. Quam hoc anno reportatam Auctor Chronici Alexandrini & Idacius in Faſtis teſtantur. Imo is diem notavit, ſcilicet *IV. Kal. Octobris*. Utriuſque Scriptoris verba numero ſecundo recitavimus.

Prælium ad Murſam.

V. Gothofredus in Notis ad titulum 10. libri 16. Codicis Theodoſiani ait, incertum eſſe ſub quo Imperatore Chriſtiano *Paganorum* nomen Gentilibus tradi cœperit. Antiquior *Paganorum* mentio repetitur ex Mario Victorino in lib. *de ὁμοουσίῳ recipienda*, ubi inquit, *Græci, quos Ἕλληνας, vel Paganos vocant, multos Deos dicunt*. Opus illud nihil aliud eſt, quam Epitome librorum de Trinitate, quod ſcriptum eſt poſt libros ipſos de Trinitate adverſus Arianos; in quo cum dicat Marius, *ante quadrageſimum annum* celebratum eſſe Concilium Nicænum, nomen illud circa annum CCCLXV. inoleſcere cœpit, cum Synodus Nicæna anno CCCXXV. habita fuerit. Gothofredus, recitatis variis ſententiis circa hujus nominis rationem, tandem veriſſimam exiſtimat eam, ad quam accedit Baronius, *Paganos* dici cœpiſſe ſub Chriſtianis Imperatoribus, eo modo quo dicitur etiam *Lex Pagana* apud Plinium lib. 18. cap. 3. quæ ſcilicet in pagis obtinebat, & *Paganalia ſacra*, quorum peculiaris etiam ratio fuit, & de quibus Halicarnaſſeus lib. 4. nempe ut prima & antiquiſſima, antequam in urbes populi contributi eſſent, templa Deorum pagatim ſacrata habebantur, teſte Livio Decade 4. lib. 1. duobus in locis, frequentiſſimaque per vicos & pagos ea erant: ita ultima in his ſtetit Gentilium hoc ævo ſuperſtitio, ſacrificiis per urbes jam interdictis. Quare quod ſacrificiis in urbibus profligatis, templis Paganorum aliquandiu ſuperſtitio relicta fuerit, inde *Pagani* omnino dicti fuere. Hinc Oroſius in Præfatione libri primi *Paganos* vocatos ſcribit

Pagani unde ſic dicti.

ſe

Pagani cur dici cœpti Gentiles.

ptizatos militiæ Conſtantius adſcribi præceperit: inde accidit, ut Gentiles, qui id facere recuſarent, exuti militia, ad paganitatem redacti, Pagani pariter, hoc eſt, non milites, dicerentur: indeque etiam poſtea uſu venit, ut Ethnici omnes a Chriſtianis Pagani ſint nominati, qui multos deos colerent; unde Marius Victorinus (*a*): *Græci*, inquit, *quos* ἕλληνας, *vel Paganos vocant, multos deos dicunt*. At de hac quidem voce conſule quæ ſunt a nobis pluribus diſputata in noſtris ad Romanum Martyrologium Notis: ut autem iidem dicerentur Gentiles, id acceptum eſt ex Judæis; unde Paulus (*b*): *Sive Judæus, ſive Gentilis*. Apud Romanos vero, Barbari tantum hoc tempore dicebantur Gentiles, ut conſtat ex Impp. reſcripto (*c*). Ex hoc ergo tempore cum tantum Chriſtianis militare liceret, nonniſi unum eſſe cœpit militum juramentum in militari profeſſione, quod ita ponitur a Vegetio (*d*): *Jurant* (inquit) *per Deum & Chriſtum & Spiritum ſanctum, & per majeſtatem Imperatoris, quæ ſecundum Deum generi humano diligenda eſt, & colenda*. Sic Vegetius, qui ſcripſit Valentiniani temporibus.

(*a*) Marius Vict. de Homouſio recip.

(*b*) 1. Cor. 12.

(*c*) Tit. de nupt. Gent. C. Theod.

(*d*) Vege. de re milit. l. 2. c. 5.

Militare juramentum.

XVII. Hæc igitur lex, qua factum eſt, ut omnes militaturi imbuerentur ſacro baptiſmo, pariter effecit, ut, qui in exercitu erant cathecumeni, ſacro baptiſmate initiarentur: cum Sanctus Martinus adhuc cathecumenus, & ipſe pariter fuit baptizatus, annum agens ſuæ ætatis (ut auctor eſt Gregorius Turonenſis (*e*), qui eum undecimo anno Conſtantini Magni natam affirmat) trigeſimumquintum: qui enim dicto anno undecimo Conſtantini genitus eſt, Sabino & Ruffino Conſulibus, anno Domini ſcilicet trecenteſimo decimoſexto, uſque in hunc annum oportuit ipſum propagaſſe dictam trigintaquinque annorum ætatem. Sane quidem abhorrerem penitus a Gregorii ſententia, ☞ ut abhorruimus in Notis ad Martyrologium Romanum, quas corrigas ex his quæ dicturi ſumus ☜, at quæ a Severo (*f*), qui res geſtas S. Martini ſcripſit, tantopere diſcrepat, niſi ejuſdem Severi ſcirem eſſe confirmatam auctoritate. Quam enim a Gregorio de ætate S. Martini Severus diſcrepare videatur, ex his accipe, quæ ipſe in Vita ejuſdem S. Martini habet his verbis: *Cum edictum eſſet a Regibus, ut veteranorum filii ad militiam adſcriberentur; prodente patre, qui felicibus ejus actibus invidebat, cum eſſet annorum quindecim, raptus & catenatus, ſacramentis militaribus implicatus eſt*. Et paulo poſt: *Triennium fere ante baptiſmum in armis fuit*. Ac proinde ipſum anno decimooctavo ſuæ ætatis baptizatum eſſe, affirmare videtur; & quod ſequitur, tantam biennio poſtquam baptizatus eſt, militaſſe.

S. Martini ætas & Baptiſmus.

(*e*) Greg. Turon. hiſt. Franc. l. 1. c. 36.

(*f*) Sever. Vit. S. Martini c. 2.

XVIII. Cum, inquam, tantopere diſcrepent quæ de ætate Martini Gregorius tradit, ab his quæ ex Severo recitavimus; plane ea rejicienda putarem: cum, omnium ſententia, major ſit præſtanda fides Severo, quam Gregorio; cum ille eodem cum Martino ſæculo vixerit, quo & uſus eſt familiariſſime, iſte vero poſt annos ferme ducentos ab obitu S. Martini claruerit: niſi ſententiæ Gregorii alio in loco (ut dictum eſt) eumdem Severum (*g*) haberemus auctorem: etenim in Dialogis ait, S. Martinum ſeptuagenarium tunc fuiſſe, cum Maximum Imp. convenit; quod ejuſdem conſtat auctoritate (*h*) eo anno contigiſſe, quo Evodius Conſulatum gerebat: eſt is annus Domini trecenteſimus octogeſimus ſextus; qui igitur dicto anno ſeptuagenarius erat, neceſſe eſt affirmare ipſum natum fuiſſe anno Domini trecenteſimo decimoſexto; ipſe eſt annus undecimus Conſtantini, quo ponitur a Gregorio S. Martini natalis: qua etiam ratione conſentit Severus, hoc anno egiſſe Martinum annum ætatis trigeſimumquintum, & ſub Juliano, cum dimiſſus eſt e militia, attigiſſe annum quadrageſimum. Sed cum adeo deformiter ipſe ſibi contrarius videatur, qui (ut dictum eſt alibi) ait non exceſſiſſe ætatem annorum viginti, cum miſſionem a militia poſtulavit a Juliano: nihil eſt plane quod putemus, niſi ipſum exordium Vitæ S. Martini librariorum vitio eſſe depravatam, cum & alia ibidem inſint Severo prorſus indigna; qui cum ſuorum temporum res geſtas, & amici intimi, quo cum magnam habuit conſuetudinem, ſcripſerit; haud poſſumus ſuaderi, ipſum adeo contraria inter ſe litteris commendaſſe, & tam turpiter hallucinatum eſſe, his præſertim in rebus, de quibus a plurimis tum viventibus mendacii redargui facile potuiſſet.

Severi textus inſigniter depravatus.

(*g*) Sever. Dialo. l. 2. c. 7.

(*h*) Sever. Vit. S. Martini c. 23.

Attende, amabo te, pie lector, quibuſnam XIX.

PAGIUS

ex locorum agreſtium compitis & pagis. Plura hac de re Gothofredus.

VI. Ad num. XVII. & ſeqq. Baronii tanta auctoritas fuit, ut omnibus perſuaſerit in Chronologia annorum Sancti Martini Epiſcopi Turonenſis Gregorium unum ex hujus Sancti ſucceſſoribus Severo Sulpicio, qui ejus Vitam ſcripſit, præferendum eſſe, hancque adeo a poſterioribus depravatam, ut in ea Auctor a ſemetipſo diſſentiat. Verum Gregorii Turonenſis Operibus, & Vita illa in ſedulum examen a me revocatis, comperi communem hanc perſuaſionem falſam eſſe, Vitam illam ad nos ſinceram & germanam perveniſſe, Gregoriumque fabuloſis quibuſdam Sancti Martini Actis deceptum, & ubicumque a Severo diſcrepat minime audiendum eſſe. Quæ res cum magni momenti ſit, peculiari Diſſertatione *de anno & die Mortis Sancti Martini* a me explicabuntur, ad quam ideo Lectorem remitto.

Chronotaxis S. Martini ex Severo Sulpicio deducenda.

nam aliis argumentis ex eodem Severo hæc vera eſſe de annis S. Martini monſtrentur, unde menda in Severum illapſa facilius cognoſcantur, ac pariter corrigantur: habet (*a*) enim tunc Martinum adſcriptum fuiſſe militiæ, cum promulgatum fuit edictum, quo juberentur filii veteranorum ad militiam ſcribi. Extat ipſum edictum (*b*) a Conſtantino Imperatore ſancitum Conſulibus Pacatiano & Hilariano, habens relationem ad aliud reſcriptum (*c*) ad Severum de filiis veteranorum, ut ad militiam cogerentur: reperiuntur ambo in Codice Theodoſiano: quorum poſteriore pariter ſignificatur, adſcribendos eſſe filios veteranorum caſtrenſi militiæ poſt exactum ipſorum ætatis annum decimumſextum, nempe decimoſeptimo, idque more majorum, ut Gellius (*d*) docet. Cujus quidem poſterioris edicti tempore cum inveniatur S. Martinus fuiſſe annorum ſeptemdecim (tot enim numerantur a Conſulatu Sabini atque Ruffini, quo natus ponitur, uſque ad Pacatiani atque Hilariani Conſulatum, nempe ab ipſo anno Domini trecenteſimo decimoſexto, uſque ad annum ejuſdem trecenteſimum trigeſimum ſecundum, quo idem Pacatianus & Hilarianus Conſulatum geſſerunt) illud plane ipſum tempus eſſe cognoſcitur, quod a Severo deſcribitur, Martinum edicto Imperatoris coactum fuiſſe nomen dare militiæ, ipſo nimirum exordio anni ætatis ſuæ decimiſeptimi.

(*a*) *Sever. Vit. S. Martini c. 1.* Militiæ leges. (*b*) *l. 4. de filiis milit. C. Theod.* (*c*) *l. 2. eod. tit. Cod. Theod.* (*d*) *Gell. l. 10. c. 18.*

XX. Severi textus depravatus.

Ex quibus quoque illapſum errorem in Severum emendes, quo ibidem dicitur Martinus natus annos quindecim militare coactus; cum id plane adverſetur tum antiquis militiæ legibus, tum etiam recentioribus ab ipſo Conſtantino tunc editis. In reliquis vero mira quadam concinnatione concordare videas quæ ſcribit Severus. At indecens plane eſt in his errorem adſcribi Severo, quæ de ætate deſcribendorum tyronum ex frequenti uſu ſaltem, ſi non ex legibus, omnibus nota eſſent: nam exceptis annorum numeris in omnibus depravatis, cætera ab eo conſcripta egregie cum duobus illis edictis eo tempore promulgatis concordant: nempe non tantum (quod diximus) tum adſcriptum fuiſſe Martinum militiæ, cum ad hoc præſtandum recens edictum impelleret; ſed & quod ab eodem auctore ſuperius (*e*) traditum eſt, ipſum tyronem inter ſcholares alas militaſſe (erat hæc equeſtris militia) quod quidem priore Conſtantini edicto filiis veteranorum indultum erat; nam inter alia hæc ibi leguntur (*f*): *Si autem veteranorum filii, qui equeſtrem militiam toleraverunt, inter equites probari voluerint; habeant facultatem.* Hanc plane apparet ex Severo Martinum militiam delegiſſe, cujus pater primariis dignatus militiæ honoribus militabat Tribunus.

(*e*) *Sever. Vit. S. Martini c. 1.* (*f*) *l. 2. de filiis milit. C. Theod.*

XXI. Rurſus vero quod idem Severus (*g*) ait, Martinum poſtulaſſe a Juliano Cæſare miſſionem, cum ille militans in Galliis, eſſet adverſus barbaros pugnaturus: conſentit hoc militaribus legibus eorum temporum, quibus Ripenſes milites, poſt vigintiquatuor ſtipendia honeſtam miſſionem auctam privilegiis accipere ſoliti erant, quod ex ejuſdem Imperatoris reſcripto ad Maximum habetur expreſſum (*h*); talis namque eſſe militia Martini atque parentis ejus videri poterat, utpote in Pannonia militum. Cum igitur Julianum, Ammiano auctore, & aliis, conſtet fuiſſe ſub Conſulatu Arbetionis & Lolliani, qui eſt annus Domini trecenteſimus quinquageſimus quintus, octavo Idus Novembris creatum Cæſarem, atque ſequenti anno in Gallias miſſum ad barbaros coercendos, nempe anno Domini trecenteſimo quinquageſimoſexto, Conſulibus Conſtantio octavum & Juliano: ſi numeres ab anno Domini trecenteſimotrigeſimoſecundo, quo Martinum fuiſſe adſcriptum militiæ demonſtravimus, uſque ad dictum annum trecenteſimum quinquageſimumſextum; invenies eum vigintiquatuor ſtipendia meruiſſe, ac proinde honeſtam a Juliano, non autem cauſariam quam dicunt, miſſionem militiæ poſtulaſſe: cum cauſaria nulla eſſe poſſet, quæ tantum ægrotantibus & corpore invalidis dari ſoleret; nec niſi emeritis ſtipendiis omnibus honeſta miſſio impertitetur.

(*g*) *Sever. Vit. S. Martini c. 3.* Elucidantur loca Severi depravata. (*h*) *l. 4. de Veter. C. Theod.*

XXII. Vides igitur, quam abſurda, ac plane dixerim portentoſa apud Severum in annorum numeros illapſa ſint menda, dum ibi dicitur Martinus ante baptiſmum, triennio militaſſe, biennio vero poſt baptiſmum, ac ſic quinquennii temporis perfunctum militia a Juliano miſſionem rogaſſe, quem liquet ex his, quæ dicta ſunt, ante baptiſmum annosviginti militaſſe, & quatuor poſt baptiſmum expleſſe, ac ſubinde miſſionem legitimam poſtulaſſe. At vero procul abhorret, ut Martinus, quod Chriſtianus eſſet miſſionem petierit, quaſi Chriſtiano homini militare minime liceret (quod una cum in aliis Severo eſt emendandum) cum nonniſi qui Chriſtiani eſſent, decreto Conſtantii (ut nuper demonſtravimus) militare deberent. Sed de miſſione Martini pluribus ſuo loco dicendum eſt: hic autem occaſione baptiſmi ejuſdem S. Martini, & expeditionis exercitus Chriſtiani, hæc oportuit diſſeruiſſe de ejus ætate. Sic igitur qui his Conſulibus initiatus eſt ſacro baptiſmo, anno ſuæ ætatis trigeſimoquinto, recte (quod ait Severus) tempore congreſſus cum Maximo Imperatore, ſeptuagenarius erat; ſed & qui ab eodem Severo (*i*) dicitur ab eo tempore ſupervixiſſe annos ſexdecim, conſtat perveniſſe ad annum ætatis octogeſimumſextum; in quibus tamen corrigendus eſt

Falſa cauſa miſſionis Martini. Anni S. Martini. (*i*) *Sever. Dial. l. 3.*

Gre-

Google

Gregorius qui eum obiiſſe tradit Cæſario & Attico Conſulibus, annos natum octoginta & unum; vel alii qui diverſam ab his ex Severo ſtabilitam de Martini ætate chronographim ſtatuiſſe noſcuntur: in qua quidem ſi errare contingat, haud ſiet abſque magno diſpendio hiſtoricæ veritatis rerum Francorum, cum ab obitu S. Martini apud eos olim ſolerent tempora numerari.

XXIII. Statui Romani Imperii. Scriptis igitur a Conſtantio (ut dictum eſt) hoc anno militibus, in ſequentem annum adverſus Vetranionem tyrannum agentem in Pannoniis cum exercitu primum profectionem inſtituit, inde vero adverſus Magnentium (ſi daretur) victrices copias perducturus. Res enim eo ſtatu eſſe poſitæ videbantur, ut qui Vetranionem ſuperaret, vel icto fœdere ſibi conjungeret, totius Romani Imperii ſummam foret conſequturus. Quamobrem cum ipſe Conſtantius, tum Magnentius demulcere virum; atque officiis demereri certabat, quo adſciſceret quiſque ſibi eum adverſus alterum in pugna ſocium; promittens uterque, eumdem & collegam Imperii ſe aſſumpturum. At quomodo ſequenti anno Magnentium Conſtantius anteverterit, & copias Vetranionis, illo exuto militia, ſibi opportune conjunxerit, ſuo loco dicturi ſumus in fine ſequentis anni: modo autem ad res Eccleſiaſticas redeamus, ipſas nempe diſſenſiones obortas in Palæſtina non inter Catholicos tantum & Arianos, ſed inter ipſos quoque Arianos & alios ex eadem Arii radice pullulantes hæreticos, Semiarianos nomine nuncupatos, eaque omnia occaſione Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, Maximi obitu, ſucceſſore vacantis, ſtudiiſque diverſorum erga diverſos (ut fieri ſolet) inclinantibus.

XXIV. Maximi Epiſcop. Hieroſol. obitus. Hoc igitur anno Domini trecenteſimo quinquageſimoprimo ponitur a S. Hieronymo in Chronico obitus Maximi Epiſcopi Hieroſolymitani: ſed perperam ſub eodem laterculo notatus habetur Conſtantii Imperatoris annus undecimus; cum (ut vidimus) idem Maximus reperiatur anno ſuperiore, qui eſt Conſtantii decimuſquartus, una cum Athanaſio Hieroſolymis Synodum habuiſſe: qui igitur ſedere cœpit anno Domini trecenteſimo trigeſimoprimo, & hoc anno defunctus eſt, annos viginti ſediſſe dicendus eſt. Ex quibus deformis erroris arguitur Nicephori Chronicon, in quo annis ſex tantum Maximus ſedi præfuiſſe ponitur.

XXV. Confuſa ſucceſſio Epiſcoporum Hieroſolym. *Poſt obitum vero Maximi* (ſubdit idem Hieronymus) *Eccleſiam Ariani invadunt, primum Cyrillus Eutychius, rurſum Cyrillus Irenæus, tertio Cyrillus Hilarius, quarto Cyrillus. Quorum Cyrillus cum a Maximo fuiſſet presbyter ordinatus, & poſt mortem ei ab Acacio Epiſcopo Cæſarienſi & cæteris Arianis Epiſcopis Epiſcopatus promitteretur, ſi ordinationem Maximi repudiaſſet; diaconus in eccleſia miniſtravit: ob quam impietatem, ſacerdotii mercede penſatus, in Heraclium, quem moriens Maximus in ſuum locum ſubſtituerat, varia fraude ſollicitans, de Epiſcopo in presbyterum regradavit. Quo in exilium ob fidem truſo, omnes clerici juraverunt, ut nullum alium ſuſciperent.* Hæc de ſucceſſione Epiſcoporum ſedis Hieroſolymitanæ Hieronymus; ſed, ut puto, mendoſe multa leguntur. Acacius itaque Epiſcopus Cæſareæ, Palæſtinæ totius metropolis, inter Arianos Epiſcopos facile princeps, & apud Conſtantium plurimum valens, atque ab eo præ cæteris in honore habitus, cum alias multas Eccleſias, tum etiam Hieroſolymitanam invaſit; totiſque incubuit viribus, ut, exploſo Orthodoxo Epiſcopo a Maximo vivente probato, Cyrillum hunc a Hieronymo recenſitum, malis redemptum artibus, hominem Arianum, Eccleſiæ illi præficeret.

XXVI. Cyrilli plures. Cæterum ſucceſſio Epiſcoporum poſt Maximum nonnihil interverſa putatur, & iiſdem confuſa nominibus: quatuor enim Cyrilli cum ponantur a S. Hieronymo, ab Epiphanio (a) noniſi duo cogniti ſunt, atque hoc ordine recenſiti: *Poſt Macarium Maximus, qui hoc anno obiit; poſt* Ma-

(a) Epiph. hæreſ. 66.

PAGIUS VII. *Maximo Hieroſolymitano ſuccedit Cyrillus.* Ad num. XXIV. & ſeqq. Hieronymus in Chronico anno Abrahami 2366. juxta editionem Pontaci, qui cum menſe Septembri anni Chriſti CCCI. abſolvitur, ait: *Maximus quadrageſimus poſt Macarium Hieroſolymorum Epiſcopus moritur, poſt quem Eccleſiam Ariani invadunt, primum Cyrillus, Eutychius*, &c. Theodoretus etiam lib. 2. cap. 26. ait: *Maximo ad immortalem vitam tranſlato, Cyrillum Epiſcopalem gratiam promeruiſſe.* Maximum tamen Epiſcopatu ab Arianis dejectum fuiſſe, certum videtur. Libellus enim Synodicus ſcribit, Athanaſio & Paulo ad ſua ovilia proficiſcentibus, impietatis anteſignanos Synodum Hieroſolymis Hæreticam coegiſſe, & Maximum abjeciſſe, ac Cyrillum tanquam Arianum elegiſſe. Addit libellus: *Acacius Cæſareæ Philippi propter Primatum Sedis hæc exegit*, nempe Cyrillum Catacheten. Quod factum exiſtimo, quia Maximus vicinos Epiſcopos ad Synodum evocarat, cum Athanaſius anno CCCXLIX. Alexandriam pergebat, abſque permiſſu ejuſdem Acacii, cum *Maximus* Metropolitanus non eſſet. Sozomenus lib. 4. cap. 20. & Theophanes in Chronico libelli Synodici Auctori ſuffragantur, licet eam depoſitionem in Synodo factam non memorent: de quo tamen minime dubitandum; cum Epiſcopi noniſi in Synodis deponi ſoliti eſſent. *Acacius* Cyrillum poſtea depoſuit, quod de jure Metropolitano adverſus ſe controverſiam moviſſet, ut teſtatur Sozomenus lib. 4. cap. 25. Jus autem Metropolitani in eo præcipue conſiſtit, ut Epiſcopi omnes ad ipſius Concilium vocati venire cogantur.

VIII. *Idque anno præcedenti.* Cyrillus itaque *Maximo* adhuc viventi ſubrogatus, idque anno præcedenti, ut ex Hieronymo laudato conſtat. Præterea Auctor libelli Synodici factum id dicit, cum Athanaſius Alexandriam properaret, & Synodum Hieroſolymitanam Arianorum ante Sirmienſem, quæ hoc anno celebrata eſt, recitat. Verum eſt, Theopha-

Maximum Cyrillus, inde Irenæus, quem Hieronymus Cyrillum cognomine appellat; poſt hunc Cyrillus alius, quem puto Cyrillum Eutychium ab eodem Hieronymo nominatum; quarto demum loco Hilarionem, quem Cyrillum Hilarium idem Hieronymus appellat, qui (inquit Epiphanius) *nunc detinet Eccleſiam, cui objicitur quod ſit Arianorum ſectæ*. Hæc Epiphanius. Ruffinus vero unum tantum ſediſſe Cyrillum
(a) Ruffin. l.1. c.23. demonſtrat, cum ait (a): *Hieroſolymis vero Cyrillus, poſt Maximum ſacerdotio, confuſa jam ordinatione, ſuſcepto: aliquando in fide, ſæpius in communione variabat*. Sed & Nicephorus in Chronico unum tantum & ipſe Cyrillum ponit, eumdemque Catholicum, de quo ait: *Cyrillus ſuccedens Maximo, expulſus ab Arianis; in ejus locum conſtituuntur tres, Arſenius, Heraclius, & Hilarius; & rurſum revocatus tempore Gratiani, in ſecunda Synodo inventus eſt Conſtantinopoli*. Ac proculdubio hic ille Cyrillus, de quo S. Hieronymus meminit iiſdem ferme ver-
(b) Hieron. de Script. Eccleſ. in Cyrillo. bis, cum inquit (b): *Cyrillus Hieroſolymorum Epiſcopus ſæpe Eccleſia pulſus, & receptus, ad extremum ſub Theodoſio Principe octo annis inconcuſſum Epiſcopatum tenuit*. Hæc ipſe.

XXVII. Hieroſolymitana Eccleſia agitata turbis. Quod igitur Eccleſiæ Hieroſolymorum ſucceſſiones adeo inter ſe confuſæ & involutæ habeantur, non Acacius tantum Arianorum ſignifer, ſed & alii Epiſcopi, qui Semiariani ſunt nominati, in cauſa fuerunt: erant hi Baſilius Epiſcopus Ancyræ, Theodorus Heracleæ, & alii, quorum ſæpe ſuperius mentio facta eſt: accidit enim ut Ariani & Semiariani inter ſe conflictantes, cum & res Orthodoxorum collapſæ penitus eſſent in Oriente, quaſi qui Arii ſe hoſtes eſſe profiterentur, Baſilio & aliis inhærerent, illique horum ſuſciperent patrocinium, in quorum invidiam alii non ob dogma, ſed ut ab eo defenderentur, Acacio accederent: hæc quidem ita ſe habuiſſe, quæ S. Epiphanius tradit de controverſiis inter Eutychium & Cyrillum Hieroſolymorum Epiſcopos, ſatis aperte ſignificant; qui iſta de Eutychio
(c) Epiph. hæreſ. 73. in primis habet (c): *Eutychius enim Eleutheropolita, nimirum ut qui a beato Maximo Hieroſolymitano confeſſore & Epiſcopo fidem haberet manifeſte Orthodoxam, propter inimicitias adverſus Cyrillum, non admixtus fuit Acacio, Orthodoxam quidem fidem habens uſque ad tempus, ſimulans autem ob proprium thronum. Et alii plures Palæſtini* (*propter quos Acacius cum ſuis inſtructus erat*) *eamdem rabiem habentes & inſaniam, malumque fidem, tamen ad tempus nihil cogitabant de his, neque confitebantur, neque negabant*. Hactenus Epiphanius.

XXVIII. Diſſenſiones inter Eutychium & Cyrillum. Qui & ex his quæ ſuperius de eodem Eutychio ſcribit, communionem ipſum cum Acacio iniiſſe demonſtrat in odium Cyrilli; ait enim: *Acacius Palæſtinæ Cæſareæ Epiſcopus cum Meletio & Uranio Tyrio & Eutychio Eleutheropolita, propter æmulationem & odium adverſus Cyrillum, reſtitit Baſilio, & Georgio Laodiceno, & aliis Semiarianis Epiſcopis*. A quorum parte ſtetiſſe Cyrillum, idem auctor inferius quoque ſignificat, cum ſic
(d) Epiph. hæreſ. 73. ait (d): *Verum ad ſciſſuras inter ſe diſſecti ſunt, aut ob invidiam, aut propter odium quoddam mutuum, eo quod Cyrillus Hieroſolymitanus adverſus Eutychium iram haberet, & hic rurſum adverſus illum, & quod Cyrillus eſſet cum Baſilio Galata, & Aniano Epiſcopo Antiochiæ, & Georgio Laodiceæ*. At ſicut Eutychius ſic inhæſit Acacio, ut tamen nequaquam cum eo ſectatus ſit Arii ſententiam; ita Cyrillus quoque Baſilio & aliis Semiarianis viſus eſt inhæſiſſe, ut tamen nequaquam eorum fidei profeſſioni conſenſerit; ſiquidem dum recitat Epiphanius horum fidei profeſſionem cum ſubſcriptione Epiſcoporum eiſdem conſentientium, nequaquam inter eos reperitur Cyrillus ſubſcriptus. Cæterum quod duo ſaltem ab Epiphanio tradantur eſſe Cyrilli, auctor ille Catecheſeos, cum ſuis ipſius ſcriptis.

PAGIUS phanem Sancti Maximi depoſitionem refert ad annum Chriſti CCCLV. ſed Theophanis Chronologia per hæc tempora prorſus corrupta: quod ex eo liquet, quod Euſebii Conſtantinopolitani Epiſcopi mors cum anno CCCLVI. in eo Chronico copuletur. Verum Theophanes ex Theophane corrigendus. Is Maximi depoſitione narrata, ait: *Sub id tempus, Cyrillo Epiſcopum agente, vivifica Crucis ſignum luce magna coruſcans, die ſacro Pentecoſtes, apparuit in cælo*. Contigit ea apparitio menſe Maii currentis Chriſti anni, ut anno CCCLIII. oſtendam, idque ſub Cyrilli Epiſcopatus initium. Hic enim in epiſtola, quam de ea apparitione ad Conſtantium Imperatorem Hieroſolymis ſcripſit, ipſo initio ait: *Primas haſce ex Hieroſolymis ad te, Deo dilecte Imperator, mitto literarum primitias*, &c. Recens itaque Epiſcopatum Hieroſolymitanum Cyrillus adeptus erat, quando Chriſti Crux in Oriente hoc anno apparuit; ideoque etiam ex Theophanis ſententia Cyrillus anno præcedenti Epiſcopus Hieroſolymitanus inauguratus. Quare Henſchenius die XVIII. Martii in Vita S. Cyrilli Hieroſolymitani, & Papebrocius in Hiſtoria Chronologica Patriarcharum Hieroſolymitanorum, Sancti Maximi depoſitionem & Cyrilli initium non bene ad annum CCCLV. referunt, licet uterque Cyrillum a ſuſpicione hæreſeos Arianæ jure merito liberent. Hieronymus enim valde juvenis erat quando Chronicon ſuum ſcripſit, in quo Cyrillum inter Epiſcopos Arianos nominat. Sedit *Maximus* annos XVI. utrimque incompletos; ideoque in Chronico Nicephori, ubi annos VI. ſediſſe dicitur, nota numeralis X. Librarii errore videtur omiſſa. Hinc liquet, Maximum anno CCCXXXV. Macario ſucceſſiſſe. Colitur Maximus tam a Latinis quam a Græcis die V. menſis Maii.

Google

ptis, tum teſtificatione Concilii Conſtantinopolitani probatur fuiſſe Catholicus, fideique Nicænæ aſſertor, de quo ſæpe inferius.

XXIX. *Acacius contra Athanaſium inſurgit.* Cum ſic igitur Hieroſolymorum Eccleſia, defuncto Maximo Athanaſii ſtudioſiſſimo, ab Acacio Cæſarienſi Epiſcopo, Arianorum ſucceſſione, perturbata penitus eſſet: rebus proſperis idem Acacius elatus, majora audet, nempe Athanaſium ab Alexandrina Eccleſia exturbare; reque communicata cum ſuis, iidem omnes id ipſum perficere nituntur auxilio Conſtantii Imperatoris. Porro quonam modo ſe res habuerit, S. Athanaſius poſt recenſitos totius fere Chriſtiani Orbis provinciarum Epiſcopos, quos ſuæ communicationi conjunxerat, ob idque acrioribus ſtimulis invidiæ Arianos exagitarat, hæc de illis mox ſubdit (a): *Primum igitur Urſacio & Valenti perſuadent, ut, mutato propoſito, quaſi canes ad proprium vomitum revertantur, & ut ſues in priſtino impietatis luto denuo ſe volvant; cauſantes, pœnitentiam, quam ſimularant, ex metu Conſtantis religioſiſſimi Pιincipis exortam eſſe.* Sed ita reſpondet ad hæc Athanaſius:

XXX. *Quod Urſacii & Val. confeſſio ſpontanea fuerit.* *Jam cum metus nullus fuerit, & merum mendacium ſit quod dicunt; qui, quæſo, non omni probro digni habeantur? Quippe cum nullus ibi neque ſatelles, neque Palatini, neque Notarii affuerint, qui ab illis adhiberi ſolent; immo ne ipſe quidem Imperator ibi præſens fuerit: &, quod majus eſt, ipſi a nemine accerſiti, confeſſionem ſuam ſcriptis prodiderint, Romamque ultro profecti ſint, & in Eccleſia, ubi nullius niſi Dei metus, & ubi liberam quiſque ſententiam proferebat, ſponte pœnitentiam ſuam profeſſi ſint, & ſcripto ediderint. Nihilominus tamen iterum Ariani facti, nihil in tam futili cauſatione fingenda comminiſcendaque erubuerunt; nec ita diu poſtea Ariani, inito conſilio, Imperatorem Conſtantium iſtiuſmodi verbis exacerbaverunt: Etiam tum cum primum deprecaremur, fides nobis habita non fuit: denunciavimus enim jam tunc cum revocares Athanaſium, quod illa ipſa revocatione noſtram hæreſim tolleres, cui ille ab initio ſe adverſarium præbuit, neque unquam eam deſinet anathemate perſequi. Quin jam quicquid terrarum eſt, ſcriptis ſuis, quibus nos impetit, adimplevit; & fere omnes eum eo communione ſociantur. Ex iis autem qui noſtræ factionis eſſe videbantur, alii ſeſe illi adjunxerunt, alii id ipſum jamjam facturi exiſtimantur: nos interim deſtituti deſertique relinquimur; neque leve periculum eſt, ne hæreſis noſtra palam innoteſcat, ac deinde tu nobiſcum hæreticus judiceris: quod ſi ſit, vide ne cum Manichæis in eamdem claſſem computemur. Age igitur, incipe nos perſequi, & ſuſcipe patrocinium tuæ ſectæ; ſiquidem illa ſuum te Imperatorem agnoſcit: hæc erant illorum ſceleratorum verba.*

Ille igitur (nempe Conſtantius) *cum in expeditione iret adverſus Magnentium, videretque Epiſcoporum cum Athanaſio communionem; quaſi ignis ſuccenſus, ſententiam ſuam mutat, nihil jam juriſjurandi memor, & ſuarum litterarum oblitus, gratitudinis officium erga fratrem non retinuit: nam cum illi ſcriberet, & Athanaſium vidiſſet, juramentum conceperat, ſe numquam aliter facturum, quam quod populus vellet, & Epiſcopo gratum eſſet; ſed ſtudium impietatis omnium ſimul illi oblivionem induxit. Neque admirationi eſſe debet, ſi poſt tot epiſtolas, tot juramenta Conſtantius mutatus ſit; ſiquidem & tyrannus Ægypti Pharao ſubinde promittens, atque inde relaxationem mali adeptus, tamdiu ſeſe mutavit, donec prorſus tandem cum ſuis gregalibus periret. Hos igitur ſingulis in urbibus ad ſententiæ mutationem cogebat.* Hucuſque Athanaſius: quæ autem his ſubjungit, poſt devictum Magnentium acciderunt, quo tempore, ſuo loco eadem recenſebimus. XXXI. *Conſtantii Imp. inconſtantia*

His ab Arianis Conſtantius perſuaſus, conceptam in Athanaſium indignationem lento gradu coquebat in ſtomacho: non enim palam aggreſſus eſt eum perſequi; ſiquidem ſuam ipſius inconſtantiam idem Conſtantius erubeſcebat. At moram ejus Ariani ipſius miniſtri pertæſi, litteras ſimulant Athanaſii ad Conſtantium, quibus eum rogaret, ut proficiſcendi in Italiam ſibi facultas impartiretur: cum ad eumdem Conſtantius ipſe reſcripſit, & pro itinere commode conficiendo diploma dedit. Hac igitur arte Ariani tentarunt Athanaſium ab Alexandria dimovere, quaſi a Conſtantio litteris vocatus eſſet. At quid tunc actum ſit per Montanum Palatinum horum omnium miniſtrum ad omne nefas aptiſſimum, idem Athanaſius docet his verbis (b): *Venit Montanus Palatinus cum hujuſmodi epiſtola, quaſi ego ſcriptis meis a te jus in Italiam abeundi poſtulaſſem ad ea inſtituenda, quæ ibi deficere videbantur. Tuæ quidem pietati gratias ago, quod ad ſcripta aliena, quia mea putabas, annueris, curamque itineris mei, ut id commodiſſime fieret, ſuſceperis. Miror tamen interim eos ſine ulla abominatione, & horrore mendacii ita falſa apud tuas præſertim aures* (alloquitur litteris ipſum Conſtantium) *potuiſſe dicere, cum mendacii patrem diabolum habeant; iique qui mentiuntur, alieni ſint ab eo qui dicit, Ego ſum Veritas (c). Nihil enim hujuſmodi ſcripſi, neque unquam talem epiſtolam, quæ quidem mea ſit, adverſarius inveniet, etiam ſi quotidie litteras miſero, ut bonum illum vultum tuum conſpiciam: immo nec fas eſt Eccleſiam relinquere, aut tuæ pietati moleſtum eſſe; maxime cum etiam abſentibus nobis in Eccleſiaſticis poſtulationibus annuas.* XXXII. *Fraus Arianorum in Athanaſium.*

Quæ enim Montanus attulit, ſi jubebis XXXIII.

(a) Ath. ap. ad Solit.

(b) Ath. Apolog. ad Conſtantium.

(c) Joan. 1.

Epiſtola nomine Athanaſii confictâ. *epiſtolam recitari, talia eſſe deprehendes. Unde autem hanc epiſtolam nacti ſint accuſatores, quis illis dederit, libenter cognoſcerem; jube, quæſo, ut tibi reſpondeant; nam plane cognoſces, eos eadem fide hæc finxiſſe, qua calumniam de abominando & diro Magnentio* (nempe quod Athanaſius litteris ſuis ſolicitaſſet eumdem Magnentium in Conſtantium). *Jam enim hic deprehenſi, ad quam nos denuo pertrahent neceſſitatem reſpondendi? Id enim meditantur, & ſtudio habent, ut omnia moveant & perturbent, fortaſſe ea ſpe, quod te, multum obganniendo, adverſum me irritare poſſe credant. Atque eo ipſo digni ſunt, quos averſeris, odioque habeas, quod quales ipſi ſunt, tales etiam ſuos auditores exiſtiment, perſuadeantque ſibi calumnias plurimum valituras, exemplo a Doeg (a) mutuato, cujus inſidiæ contra ſacerdotes plurimum valuere; ſed auditor ibi Saul ille injuſtus fuit:* ac paulo poſt:

(a) 1. Reg. 22.

XXXIV. Juſta excuſatio Athanaſii. *Crede mihi: nam par eſt te id credere, ut falſus ſermo a te procul pellatur. Propterea & ego, quoniam per calumniam epiſtola ſubjecta erat, nec imperabat quicquam de itinere ineundo, ſatis intellexi non fuiſſe tuæ voluntatis, ut ad te profectionem inſtituerem. Non enim ita ſcribebas, tamquam qui venire juberes; ſed ideo mihi profectionem concedebas, quod ego hoc litteris meis poſtulaſſem. Hic etiam ſi omnes rem ſilentio premant; manifeſta tamen res eſt, id ex animi tui ſententia ſcriptum non eſſe, ſed aliena voluntate hoc ipſum petenti indultum; quod & omnes arbitrati ſunt, & ego ſcriptis præ me tuli. Scitque ipſe Montanus, me non detrectaſſe profectionem; ſed inhoneſtum mihi viſum fuiſſe, eo nomine iter arripere, quaſi ego de adventu impetrando litteras miſiſſem: ſimul veritus, ne hic quoque ſycophanta occaſionem inveniret, quo moleſtior eſſem pietati tuæ. Certe me profectioni adornabam: nam & hujus quoque rei conſcius eſt Montanus, ut litteris tuis acceptis, ſi dignatus fuiſſes ſcribere, ſtatim decederem, & promptitudine obſequendi mandatum tuum anteverterem. Non enim ita inſanio, ut ejuſmodi præceptis contradicendum putarim. Cum igitur nihil ſcriptum eſſet a majeſtate tua, mihique nihil injunctum eſſet: ubi, quæſo, mandatis reſtiti? aut qua fronte dicere poſſunt, me non obſecutum imperiis fuiſſe? Porro ſi nihil in mandatis erat; quid cauſa eſt, ut hinc calumnia abeſſe exiſtimetur, præſertim cum id fingant factum eſſe, quod factum non eſt? Vereor ne hoc quoque, quod dignatus ſim reſpondere; ad calumniam detorqueant; tantopere & ego expoſitus ſum detractionibus, & tam prompti ſunt illi ad criminationes texendas, & ad ſacram ſcripturam, quæ ita loquitur, contemnendam: Ne ames obloqui, ne extollaris.* Hæc ipſe uſque ad profectionem Montani Alexandria, quando ad Athanaſium venit Diogenes Notarius. Sed quæ ſequuntur, ſuo loco oportunius, quo geſta ſunt tempore, dicenda ſunt.

Cum igitur in hunc modum Ariani rurſum Conſtantium adverſus Athanaſium concitaſſent, & a priore illo animo, quo erga eum propenſior videbatur, penitus dimoviſſent, novis Athanaſium preſſuris exagitant: ſed quod Conſtantius detinetetur expeditione in Vetranionem atque Magnentium occupatus; haud queunt eodem tempore omnes, quas adverſus eum fabricarant, machinas admovere. Differunt reliqua poſt bellum exactum; nam ex Imperatoris ſententia longe abſentis cuncta ſe agere decreverunt, qui totus in expeditione bellica poſitus iſthæc frigide curare videbatur. Dicemus ergo de his quæ poſt hæc ſubſecuta ſunt, anno ſequenti. XXXV. Coguntur Ariani differre paratos dolos.

Hoc eodem anno, antequam Conſtantius Antiochia recederet (ſequenti enim adverſus Vetranionem profectum in Pannoniam eſſe conſtat) idem Conſtantius Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, quem Conſtans frater reſtituendum curarat, ſolutus jam ejus metu, a ſede pellendum, & Macedonium in ejus locum ſubrogandum eſſe decrevit. Id quidem accidiſſe antequam Conſtantius receſſerit Antiochia, Socrates (b) & Sozomenus (c) teſtantur. Sed & Socrates primum omnium Orthodoxorum Epiſcoporum Conſtantium exilio damnaſſe Paulum affirmat (d). Hallucinati ſunt tamen, dum ultimum Pauli exilium [illegible] per Philippum juſſum [illegible] (quem ſæpius exulaſſe, ſuperius dictum eſt) contigiſſe putant ante Concilium Sardicenſe: nam poſt ipſum liquet Paulum favore Conſtantis fuiſſe reſtitutum. XXXVI. Paulus ſede pellitur, Macedonius ſubrogatur.

(b) Socr. l. 2. c. 12. (c) Sozom. l. 3. c. 3. (d) Socr. l. 2. c. 16.

Nos igitur, quæ de Pauli exilio a Socrate primum atque aliis ſcripta ſunt, hic reddemus, ac demum dicemus quæ de ejus martyrio ab Athanaſio recenſentur. *Conſtantius Imperator* (inquit Socrates e) *Antiochiæ commoratus, ſimulatque acceperat Paulum Epiſcopatus Conſtantinopolitani ſedem denuo occupaſſe, rem acerbe & graviter tulit. Philippo igitur Præfecto, (utpote majorem cæteris provinciarum Præſidibus poteſtatem conſecuto, ſecundus namque ab Imperatore nuncupatus eſt) mandatum ſcriptis proditum mittit, ut Paulum ejiceret Eccleſia, Macedoniumque in ejus locum introduceret. Præfectus vero Philippus, populi tumultum veritus; Paulum aſtute admodum aggreditur, Imperatoris voluntatem tacitus occultat. Atque ſimulata ſpecie publicis civitatis rebus diligenter providendi, ad balneum publicum, quod Zeuxippus dicitur, recta pergit. Mittitque inde quemdam, qui Paulum honorifice accerſeret, diceretque illum ad Præfectum venire debere acceſſario. Poſtquam* XXXVII. Exilium Pauli Epiſc. Conſtantinop.

(e) Socr. l. 2. c. 12.

ille

ille accitus venerat, Præfectus abſque mora Imperatoris mandatum oſtendit. Epiſcopus ſententiam, licet iniquè contra eum pronunciatam, æquo animo fert. Præfectus autem tum eos qui circumſiſtebant, tum multitudinis impetum admodum reformidans (multi namque rumoris ſuſpicione commoti ad publicum illud balneum concurſaverant) unam balnei feneſtram aperiri jubet; Paulus per eam in navigium ad eam rem paratam demiſſus, cum feſtinatione in exilium mittitur. Cui in mandatis dedit Præfectus, ut Theſſalonicam primariam Macedoniæ civitatem (in ea enim a majoribus ſuis oriundus erat) proficiſceretur, inque illa vitam degeret, libereque & ſecuro animo civitates etiam adiret Illyrii: verum ad partes verſus Orientem revertendi nullam omnino ei facere voluit poteſtatem.

XXXVIII. Macedonius oſtenditur Epiſcopus Conſtantinopolit. *Paulus igitur præter expectationem & eccleſia pariter, & civitate ejectus cum celeritate abducitur. Imperatoris Præfectus Philippus ex balneo publico ad eccleſiam maturat. Cum illo, quaſi compoſita factum fuiſſet, aderat Macedonius, inque rheda pariter aſſidens, omnium undique oculis oſtenditur. Militum manus cum gladiis eos ſtipat; inde multitudinis animis terror injectus eſt. Omnes itaque ad eccleſias confluunt; & tam illi qui fidem Conſubſtantialis, quam qui Arii dogma tuebantur, ad eccleſiam ire contendunt. Simul ac Præfectus una cum Macedonio eccleſiæ appropinquabat, ingens certe metus cum multitudinem, tum milites etiam ipſos perculit. Nam quoniam tanta aderat turba, ut nullus tranſitus Præfecto Macedonium deducenti pateret; milites multitudinem violenter trudere cœperunt. Atque cum ita multitudo coarctata eſſet, ut præ anguſtia loci cedere non poſſet; milites illam ex adverſo ſe illis oppoſuiſſe, & ſuapte ſponte tranſitum Præfecto intercluſiſſe arbitrati, diſtrictis gladiis in eam impetum facere, acriterque ad pugnam incumbere cœperant. Circiter tria millia hominum & centum quinquaginta occubuiſſe feruntur, quorum alii a militibus trucidati, alii a multitudine oppreſſi interierunt. Macedonius vero poſt tam præclara facta, perinde ac nihil feciſſet mali, ſed iſtorum ſcelerum integer & innocens fuiſſet, arbitrio potius Præfecti, quam canone Eccleſiaſtico, in ſede Epiſcopali collocatur. Ad hunc modum igitur Macedonius & Ariani per tantam hominum cædem ad Eccleſiæ gubernationem aſcenderunt.* Hactenus Socrates: eadem quoque Sozomenus (a), qui hæc ſubdit de rebus tunc ab impio Macedonio geſtis (b):

(a) Sozom. l. 3. c. 9.
(b) Idem. l. 4. c. 2.

XXXIX. *Macedonius Eccleſia Conſtantinopolitana occupata, præſidiis monaſteriorum complurium, quæ ipſe Conſtantinopoli extruenda curaverat, & fœderibus cum finitimis Epiſcopis percuſſis, ſe ipſum muniens, dicitur Pauli fautores variis affeciſſe incommodis, ac primum Eccleſiis eos exturbaſſe; deinde vim illis ideo intuliſſe, uti cum ipſo communicarent: unde factum eſt, ut multi verberibus graviter cæſi perirent: poſtremo alios fortunis, urbe alios privaſſe, alios in fronte notis ab ipſo compunctos fuiſſe, ut præ cæteris inſignes eſſent. Qua re intellecta, Imperatorem factum condemnaſſe, & in crimen vocaſſe Macedonium. Eodem igitur tempore cum Macedonius hanc ob cauſam eſſet Epiſcopatu Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ abdicatus, malum ad cædem prorupit. Nam cum alii nonnulli, tum Martyrius & Marcianus obtruncati ſunt; quos, utpote Pauli convictores, a Macedonio fertur Præfecto traditos eſſe; & cum accuſarentur tamquam auctores necis Hermogenis & ſeditionis contra eum conflatæ, fortiter mortem oppetiviſſe; quorum alter ſubdiaconus erat; alter, videlicet Marcianus, cantor, & ſanctarum Scripturarum lector.* Perſecutio Macedonii adverſus Catholicos.

XL. Memoria Martyrii & Marciani Martyrum. *Horum quidem inſigne ſepulcrum eſt pro mœnibus Conſtantinopolis extractum, & velut martyrum monumentum templo circumdatum: quod templum ædificare cœpit Joannes quidem,* nempe Chryſoſtomus, *Siſinnius autem abſolvit, perfecitque: qui duo poſtea Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ fuere Antiſtites. Nam indignum cenſuerunt, eos honore martyrum carere, quos Deus ipſe honore affecerat: quandoquidem locus, ad quem adducti, ſecuri percuſſi ſunt, cum ante inacceſſus eſſet, a ſpectris purgatus eſt; inque eo homines dæmonis agitati morbo liberati, atque multa alia miracula præterea ad eorum ſepulcrum edita. Sed de Martyrio & Marciano hæc hactenus. Quod ſi eadem cuiquam minime credibilia videantur; nullius pene negotii erit, ab illis, qui ea explorate cognita habent, accuratius perdiſcere: etenim iſtis multo ſunt fortaſſe admirabiliora narraturi.* Porro eorum nomina inter reliquos Eccleſiæ martyres in Eccleſiaſticis tabulis relata, anniverſaria memoria perſeverant in Eccleſia, die eorum natalitio rediviva (c), qua ipſorum martyrii Acta, quæ extant (d), publice, ex more, recitari conſueverunt.

(c) Martyr. die 25. Oct.
(d) Metap. die 25. Oct.

XLI. Studium Macedonii in propaganda hæreſi. At licet de Macedonii abdicatione Sozomenus hic narrationem inculcet; eam tamen factam eſſe liquet, cum in Orientem Conſtantius reverſus eſt, & cum poſt Synodum Seleucienſem convocavit Concilium Conſtantinopoli, ubi, ſe præſente, ob illas cædes in ordinem redactus eſt, ut ſuo loco dicemus. Sed jam nunc reliqua impie & crudeliter a Macedonio geſta hic proſequamur. Socrates ea recenſet, additque de Novatianis ab eodem dire exagitatis, quod & ipſi Conſubſtantialitatis profeſſores eſſent: ſed & ab ejus ſtudio in hæreſi propaganda ſic exorditur (e): *Ma-*

(e) Socr. l. 2. c. 38.

cedonius autem provincias & urbes Conſtantinopoli finitimas, miniſtris ſui inſtitutè contra Eccleſias ſuffectis, prorſus evertere conatus eſt. Nam Eccleſiæ Cyzicenſis Eleuſium creavit Epiſcopum, Nicomedienſis Marathonium, qui antea diaconus ſub ipſo Macedonio conſtitutus, multum operæ ac ſtudii in rebus ad virorum ac mulierum monaſteria ſpectantibus ſedulo procurandis collocaverat. Cæterum quo pacto Macedonius provincias & urbes Conſtantinopoli vicinas evertere ſtuduerit, jam dicemus.

XLII. Novatiani a Macedonio exagitati. *Iſte (ut ſupra dixi) cum Epiſcopatum acquiſiviſſet, eos qui ipſius opinionem ſequi non in animum inducerent, infinitis fere affecit incommodis. Et non ſolum eos qui in Concilio ab eo diſſentire exiſtimabantur, expulit; verum etiam Novatianos (hos namque fidem Conſubſtantialis amplexari, pro certo agnovit) ejecit, cruciatuſque illis inflixit intolerabiles. Angelius autem illorum Epiſcopus ſalutem fuga quæſivit. Multi præterea viri pietate eximii prehenſi, tormentiſque propterea graviter afflicti, quod cum illo communicare recuſaverant. Quinetiam iſti, poſtquam tormenta illis inflixerant, per vim myſteria cum ipſis participare coegerunt. Nam illorum ora ligno diſtendunt, myſteriaque ingerunt: qui autem hunc cruciatum ſubibant, ipſum aliis tormentis multo putaverunt acerbiorem. Mulieres porro & pueros abripiunt, myſteriorumque cum illis participes fieri compellunt. Quod ſi renueret quiſquam, aut illis contradiceret, ſtatim verberibus cæſus fuit, & poſt verbera in vincula & carcerem conjectus, coactuſque alia acerba cruciamentorum genera ſuſtinere. Ex quibus unum & alterum, quo ſævitia & crudelitas tum Macedonii, tum aliorum qui id temporis fuerunt propter eam rem nobilitati, apud omnes liquida conſtet, in medio ponam. Urbeca mulierum myſteria cum illis participare renuentium inter arcularum labra intruſa ſerris abſciderunt. Eaſdem item partes aliis mulieribus partim ferro candente, partim ovis in igne quam maxime fieri poterat calefactis, exuſſerunt, novum hoc quidem cruciatus genus, etiam apud ipſos Gentiles non aliquando auditum, iſti qui ſe Chriſtianos profitebantur, excogitarunt.*

XLIII. Auxanon aliquando Confeſſor. *Iſta ab Auxanonte, cujus etiam in primo libro a me facta eſt mentio, vitam in longiſſimum tempus protrahente ipſe quidem audivi; qui quamquam presbyter Novatianæ erat Eccleſiæ, tamen non exigua mala ab Arianis, cum nondum ad gradum presbyterii aſcendiſſet, ſe perpeſſum memoravit: nam una cum Alexandro Paphlagone, qui religioſum, & ſeverum vitæ genus cum eo exercebat, in carcerem conjectum eſſe, multas plagas ſuſtinuiſſe, tormenta tolerâſſe: Alexandrum autem propter plagarum acerbitatem in carcere occubuiſſe; qui quidem ad dexteram homini jam in ſinum Byzantinum (quod Ceras, id eſt,* Cornu *vocatur) naviganti prope fluminum ripas ſepultus eſt, ubi etiam Eccleſia eſt Novatianorum, Alexandri nomine nuncupata.*

XLIV. Diruit Macedonius Eccleſias. *Diruerunt autem Macedonii mandato cum alias Eccleſias in aliis Civitatibus, tum etiam Novatianorum in urbe Conſtantinopolitana ſitam, quæ non multum abeſt Pelargo. At cur iſtius ſeparatim mentionem fecerim, jam ſicut ab Auxanonte, viro qui vitam longiſſime propagavit, ipſe accepi, dicturus venio. Lege Imperatoris, & Macedonii violentia mandatum eſt, ut Eccleſiæ eorum, qui fidem complectebantur Conſubſtantialis, prorſus vaſtarentur. Iſta lex una cum violentia Macedonii juncta, etiam ad iſtius Eccleſiæ everſionem impellebat; qui autem ad hoc facinus obeundum erant comparati, illud propere aggrediuntur.* Iſta quidem & alia de Novatianis ſuis (nam & ipſe eidem ſectæ addictus erat) ab Arianis dire vexatis Socrates habet, ac demum cauſam, cur poſtea in Macedonium Conſtantius Imperator fuerit exacerbatus, ſubinfert his verbia (a):

(a) *Socr. l. 2. c. 30.*

XLV. Macedonius transferi corpus Conſtantini. *At tametſi multa fuere vel ejuſmodi a Macedonio Chriſtianæ religionis ergo præclare geſta, in quibus cædes, pugnæ, ſervitus, bella denique inteſtina acciderant: iſtud tamen facinus non ſolum apud eos qui erant ab eo læſi, verum etiam apud ſuos ingentem odii flammam meritiſſimo contra ipſum incendit, Imperatoriſque animus partim hac de re ab eo eſt alienatus, partim alia de cauſa, quæ ejus generis fuit: Templum, ubi loculus in quo corpus Imperatoris Conſtantini erat conditum, ruinam minari: populus qui intus verſabatur, ſeque precibus dicaverat, propterea in magno metu eſſe cœpit. Macedonius igitur habebat in animo, Imperatoris oſſa transferre, ne templi ruina loculus ille penitus obrueretur. Populus, re intellecta, ejus conatum prohibere aggreditur; inquiens, nefas eſſe, Imperatoris oſſa transferre: nam perinde eſſe, ac ſi e ſepulcro effoderentur.*

XLVI. Catholici obſiſtunt Macedonio. *Populus in duas diſpertitur factiones; quarum altera corpus mortuum tranſlatione illa minime læſum iri, altera facinus impium factu affirmabat. Qui autem Conſubſtantialis fidem amplexabantur, communi conſenſu facto, reſtiterunt. At Macedonius eos, qui reluctabantur, parvi ducens, corpus in Eccleſiam, in qua corpus Acacii martyris erat repoſitum, transfert. Quo facto, a multitudine diſſentiente propere in eam Eccleſiam concurritur. Factio adverſatur factioni, & abſque mora manu graviter confligitur. Tanta hominum cædes facta eſt, ut tota Eccleſiæ pars inferior ſanguine redundaret: idemque ab ipſa porticu Eccleſiæ adjuncta ad ipſam plateam*

fa-

factum eſſe cernebatur. Quod factum miſerabile & calumnioſum ubi ad aures Imperatoris pervenit, illum contra Macedonium ad iracundiam provocavit, tum quod tanta hominum occidiſſet multitudo, tum quod patris corpus abſque ipſius conſilio transferre auſus eſſet. Hactenus Socrates de rebus geſtis a Macedonio uſque ad tempus, quo ab ipſo Conſtantio e ſede juſſus eſt dejici, de quo ſuo loco dicturi ſumus.

XLVII. At quid interea Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus a Philippo Præſide paſſus ſit in diverſa tranſlatus exilia, S. Athanaſius docet his verbis, dum periodum ejus in diverſa loca exilio amandati recenſet (a): *Primum quidem per illos in Pontum relegatus eſt, poſtea a Conſtantio ferro vinctus in Singara Meſopotamiæ deportatus eſt, rurſum inde in Emeſam, atque ex Emeſa in Cucuſum Cappadociæ circa deſerta Tauri abreptus eſt; quo in loco (ut ab illis renunciatum eſt qui cum illo fuere) laqueo per Euſebianos ſtrangulatus, vitam finiit. Euſebiani vero, hoc ſcelere commiſſo, ſine* omni

(a) *Athan. epiſt. ad Solitar.*

Pauli Epiſcopi Conſtantinopolitani Martyrium.

PAGIUS IX. *Obitus S. Pauli Conſtantinopolitani.*

Ad num. XLVII. & ſeq. Mors *Sancti Pauli* Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui a Græcis die VI. Septembris, a Latinis vero die VII. Junii colitur, recte hoc anno a Baronio conſignata.

X. *Prior Synodus Sirmienſis.*

Baron. anno 357. n. 1, & ſeqq.

Prior Synodus Sirmienſis, in qua *Photinus* ab Orientalibus damnatus eſt, a Baronio & Sirmondo in Diſſert. de anno Synodi Sirmienſis differtur in annum CCCLVII. propter rationem a nobis indicatam anno CCCXLIX. num. IV. Verum eam præſenti anno coactam recte cenſuit Socrates lib. I. cap. 24. ubi memorat, eam habitam *poſt Conſulatum Sergii & Nigriniani*, qui currenti anno competit. Photinus enim, cum in Synodo Mediolanenſi anno CCCXLVII. damnatus ac depoſitus fuiſſet, adiit Conſtantium, petiitque, ut coram judicibus ab ipſo nominatis de Fide diſputaret, quemadmodum tradit Epiphanius in hæreſi Photinianorum, ubi tamen perperam ſcribit, in Sardicenſi Synodo Photinum depoſitum. Conſtantius quidem *Baſilio Ancyræ Epiſcopo* injunxit, ut contra Photinum diſputationem ſuſciperet: Judices vero ſeu Auditores hujus diſputationis dedit Thalaſſium, Datianum, Cerealem & Taurum Comites. Ex his *Thalaſſius* primas apud Imperatorem obtinebat, ut tradit Zoſimus in lib. 2. & Præfectus Prætorio miſſus in Orientem hoc anno una cum Gallo Cæſare. Mortuus eſt autem anno CCCLIII. Conſtantio Aug. VI. & Gallo Cæſare II. Coſſ. ut habet Ammianus in lib. 14. Proinde Sirmienſis Synodus & diſputatio Baſilii contra Photinum non poteſt cadere in annum CCCLVII. ut contendit Baronius. Huc accedit quod ſcribit Epiphanius in ea diſputatione Baſilii contra Photinum, Notarium fuiſſe *Callicratem*, qui erat Exceptor Rufini Præfecti Prætorio. Fuit autem *Rufinus* Præfectus Prætorio per Gallias Conſulatu Conſtantii VI. & Galli Cæſaris II. ut teſtatur Ammianus in lib. 14. Sed biennio ante Præfectus fuerat Illyrici. Anno autem Chriſti CCCLVII. non Rufinus, ſed *Anatolius* Præfecturam Prætorii gerebat per Illyricum.

XI. *Eam hoc anno coactam magis confirmatur.*

Sed & ex Epiſcopatu *Germinii* manifeſte colligitur, Sirmienſem contra Photinum Synodum, in qua Photinus Epiſcopatu dejectus eſt, non eſſe celebratam anno CCCLVII. Etenim antequam *Georgius*, pulſo Athanaſio, Alexandrinam Sedem invaderet, jam tum *Germinius* Epiſcopus erat Sirmii, ut tradit Athanaſius in Epiſtola Encyclica, quam ſcribit ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ, tunc cum *Georgius* Alexandrinam Eccleſiam occupaſſet. Porro Georgius Alexandrinam Sedem occupavit ineunte anno CCCLVI. Cum ergo ante eum annum *Germinius* Epiſcopus fuerit Sirmii, Photinus quoque, cui ſucceſſit Germinius, ante annum CCCLVI. depoſitus fuerit neceſſe eſt. Certe Athanaſius in epiſtola ad Solitarios pag. 860. ubi ordinationes exterorum hominum a Conſtantio factas recenſet, primam commemorat ordinationem Gregorii, deinde *Germinii & Cecropii*, poſtea *Auxentii*, ac poſtremo *Georgii*. Ex his Gregorius quidem Alexandrinis datus eſt Epiſcopus anno Chriſti CCCXLI. Germinius vero in locum Photini factus eſt Sirmienſis Epiſcopus præſenti anno, cum a Conſtantio Sirmii agente accitus fuiſſet, ut prodit Athanaſius in loco ſupra citato, quem Interpres Latinus perperam vertit. *Cecropius* eodem anno factus eſt Epiſcopus Nicomediæ, ut colligitur ex ſupradicto Athanaſii loco. Auxentius denique ad Mediolanenſem Epiſcopatum promotus eſt anno CCCLV. & ſequenti anno Georgius Sedem Alexandrinam invaſit. Hæc ex Valeſio in Notis ad Socratem lib. 2. cap. 30. excerpta.

XII. *Poſt Synodum Romanam Sirmienſis coacta.*

Photinus, inquit Petrus de Marca in Diſſert. de tempore Synodi *Sirmienſis* Plenariæ numero XX. & ſequentibus, & facundiæ nomine commendabatur, & flagrantiſſima gratia valebat apud Principem. Itaque magno conatu opus erat, ut a Sede pelleretur. Imo vero, ut regulis quæ tunc obtinebant, adhæreamus, cum Fidei cauſa ageretur, neceſſe erat Orientis Epiſcopos in unam ſententiam conſpirare cum Occidente, ut hæreſis profligata cenſeretur. Itaque relatione decreti adverſus Photinum miſſa ab Occidentalibus in Orientem ex more, ut docuit Hilarius, quid erat reliquum, niſi ut juſſu Conſtantii Imperatoris Orientales Sirmium ſe conferrent, ut damnationi *Photini* ſuffragiis tot Epiſcoporum confirmata, hæreſis confoderetur? Sane Concilium illud *Sirmienſe* ex Orientalibus Epiſcopis conflatum fuit, ut ſcripſit Hilarius, ſeu, ſi mavis loqui cum Vigilio, ex toto Oriente. Ex ea ſane ſatis eleganti conjectura ſequitur, non longo intervallo temporis abfuiſſe Synodum Sirmienſem a Synodo Romana, unde profecta fuerat relatio ad Orientales.

XIII. *Contraria opinio refellitur.*

Hoc etiam aperte docet Hilarius in Fragmentis, dum ait: *Verum inter hæc Sirmii convenitur*, ſcilicet dum libellus Urſacii & Valentis mittitur in Orientem, & Orientales literis ſuis res Sardicæ judicatas per inſidias refricare conantur ſub prætextu damnationis Photini, & communionis Marcello denegatæ ab Athanaſio. Conſtituatur ergo Romana Synodus in anno trecenteſimo quadrageſimo nono, poterit haberi Synodus Sirmienſis, ex mente Hilarii, currenti anno: quæ eſt Socratis & Petavii Diſſert. de Photino Hæretico aſſertio. Reclamat tamen Sirmondus in Diatriba de anno Synodi Sirmienſis, & Synodum Sirmienſem Hilarii, aliam a Sirmienſi Synodo Orientalium omnino eſſe contendit; hac præcipue ratione quod in iſta Photinus exauctoratus eſt, ut docent Sozomenus & ceteri Hiſtorici: in illa vero teſtatur Hilarius populi tumultu id effectum, ut Epiſcopatu amoveri non poſſet. Verum certum eſt ex Epiphanio & Socrate, damnatum Photinum, ex more illius ſæculi, a Synodo ad Imperatorem provocaſſe. *Conſtantius* dedit Judices ex aula. In eo

au-

bomni pudore, ut ubique mendacet, hominis extincti aliam cauſam finxere, tamquam ex morbo periiſſet, cum longe aliud conſtet omnibus ejus loci incolis. Siquidem Philagrius per id tempus eorum locorum Vicarius, omniumque quæ ipſi vellent miniſtro, ſed tamen ſuper hoc ſcelere ſtupens & mœrens (credo, quod alius, ac non ipſe potius ejus necis auctor eſſet) plurimis rem prodidit, & inter reliquos mihi notos Serapioni Epiſcopo: Paulum ab Euſebianis in arctiſſimo, & obſcuriſſimo loco recluſum fuiſſe, relictumque ibi, ut fame periret: deinde poſt ſex dies, cum eo ingreſſi Euſebiani hominem adhuc ſpirantem inveniſſent, per eum Epiſcopum ſtrangulaſſe, utque eo genere finis vitam clauſiſſe; & diaconum dixiſſe, inferendæ necis miniſtrum Philippum Præfectum fuiſſe.

XLVIII. Philippus Præfectus dat pœnas ſceleris. *Verum ad hoc ſcelus vindicta divina connivendum ſibi non putavit. Philippus enim, nondum everſo anno, Præfectura ſua, magna cum ignominia, ſpoliatus eſt: ac jam inde privatus, iis, quibus minime volebat, ludibrio fuit: mœſtus igitur mirum in modum, & quemadmodum Cain gemens, & tremens, & quotidie percuſſorem expectans, longe a ſuis ac patria ſua veluti attonitus, quod minime volebat, morte extinctus eſt.* Hæc Athanaſius, qui & de nece Pauli per Philippum Præſidem perpetrata meminit in Apologia de fuga ſua; quem locum, de his agens, citat Theodoretus (*a*). Eſt & hujus Philippi mentio apud Zoſimum (*b*), unumque ex illis fuiſſe tradit, qui in magnis dignitatibus conſtituti erant, prudentiaque præſtantem; qui in bello Murſenſi, quo Magnentius tyrannus victus fuit, ad eum legatus a Conſtantio miſſus eſt; cujus ſane cum nulla deinceps extet memoria, neque apud Zoſimum, neque Ammianum; facile perſuademur, ipſum haud diu poſtea vixiſſe, ſed, quam Athanaſius narrat, Dei vindictam expertum eſſe. Jam vero ad res geſtas anni ſequentis progrediamus, quo Conſtantius recedens ex Oriente adverſus Vetranionem tyrannum venit cum copiis in Pannoniam.

(*a*) Theod. l. 2. c. 5.
(*b*) Zoſim. l. 2.

Chri-

PAGIUS autem Magiſtratuum conſeſſo Baſilius Ancyranus a Synodo delectus, ut cauſam communem ageret, poſtquam diu cum Photino verbis conflixiſſet, hominem diſputatione oppugnavit, qui victus in exilium eſt actus. Itaque ſupereſt locus conciliandi Hilarii cum Sozomeno, hac ratione. Photinus damnatus eſt in Synodo Sirmienſi; ſed populo per ſeditionem intercedente, & Epiſcopo damnato ad Principem provocante, judicium non eſt executioni demandatum. Tamen Judicum a Principe datorum ſententia Photinus meritas hæreſeos & impudentiæ pœnas dedit, in exilium actus.

XIV. *Hoſii Formula ad ſecundam Sirmienſem Synodum pertinet.* Hoc jacto fundamento profligata eſt quæſtio de Fidei Formula ab *Hoſio* ſubſcripta, terrore, minis & verberibus coacto, ut ipſe moriens profeſſus eſt, teſte Athanaſio; qua ut concordiæ inter diſſidentes Epiſcopos ratio iniretur, οὐσία, ὁμοούσιον, & ὁμοιούσιον recitentur, tanquam vocabula a Scripturis non deprompta. Tempus hujus Formulæ cadit in annum CCCLVII. ut conſentiunt omnes. Ergo non fuit edita in Synodo Sirmienſi, quæ coacta fuit contra Photinum præſenti anno. Petavius in laudata Diſſertatione de Photino Hæretico, nobili & eleganti obſervatione evincit, in hac Synodo Sirmienſi Plenaria Orientalium Epiſcoporum non fuiſſe conceptam Hoſii Formulam, ex eo quod Baſilius Ancyranus, ejus Synodi fere princeps, non paſſus fuiſſet ejus Formulæ interpolationem, (quæ illum latere non potuiſſet, utpote quæ Conſtantii minis ſit extorta) cum tantis animis eam Formulam a Conſtantio revocari, coacta eam in rem Synodo Ancyrana, petiverit, ſtatim atque in Orientem Ecthefeos illius Noſianæ cognitio penetravit. Imo vero non adeo obnixe poſtulabat ea, quæ Sirmii decreta fuiſſent, confirmari, nulla habita exceptione, ſi eodem tempore perfidiæ Hoſianæ Formula Sirmii fuiſſet ab Epiſcopis concepta.

XV. *Formulæ Fidei in prima Synodo Sirmienſi edita.* Tres Formulæ *Sirmii* urbis conſcriptæ nomine leguntur, quæ in tribus diverſis Synodis Sirmienſibus editæ ſunt. Prima Græce concepta eſt cum anathematiſmis XXV. In ea damnantur anathemate, qui dicunt Filium *de non extantibus, aut ex altera hypoſtaſi eſſe, vel fuiſſe tempus aut ſeculum quando non erat*. Hæc Formula in Concilio Sirmienſi contra Photinum hoc anno celebrato conſcripta eſt. Hilarius quidem in libro de Synodis, ut Catholicam commendat: Athanaſius vero in libro de Synodis eam condemnat & rejicit, perinde ac reliquas ab Arianis exaratas. Neque vero de hac ſola Fidei Formula Hilarius & Athanaſius inter ſe diſſentiunt, verum etiam de aliis, v. g. de Antiochena. Nam Hilarius quidem fatetur, Orientales merito novas Fidei Formulas condidiſſe, cum novæ hæreſes adverſus Eccleſiam ſurrexiſſent. Athanaſius vero novas illas Fidei Formulas callide ab Arianis compoſitas eſſe contendit, ad deſtructionem Nicænæ. Hanc Formulam præter Socratem referunt Athanaſius & Hilarius in libro de Synodis. Socrates lib. 2. cap. 30. & Sozomenus lib. 4. cap. 6. præfatam Formulam a Marco Arethuſio dictatam eſſe aſſerunt; quam opinionem amplexus eſt Baronius. At *Marcus Arethuſius* non hanc dictavit, ſed aliam, cui præfixa erant Conſulum nomina, & quæ poſtea Arimini recitata eſt, ut ex *Germinii* epiſtola jam pridem obſervavit Nicolaus Faber in Præfatione, quam ſcripſit ad Fragmenta Hilarii. De aliis duabus Fidei Formulis Sirmienſibus & duabus Synodis, in quibus eæ editæ annis CCCLVII. & CCCLIX. agetur.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS	JULII PAP. ANNUS	CONSTANTII IMP. ANNUS
352.	16.	16.

I. Julii PP. obitus.

CHriſti anno trecenteſimo quinquageſimoſecundo, Conſtantius Imperator quintum adiit Conſulatum, adſcivitque ſibi collegam Gallum Cæſarem: Quo anno pridie Idus Aprilis, Julius Romanus Pontifex ex hac vita migravit, cum ſediſſet annos quindecim, menſes quinque & dies decem ac ſeptem. De annis quibus idem Julius ſederit, conſentiunt, quos ſæpe citavimus, Indices Vaticani: de menſibus & diebus licet diverſa inveniatur diverſorum aſſertio, ex eo tamen quod habetur Julium ſedere cœpiſſe vigeſimaſexta menſis Octobris, ac deſiiſſe duodecima Aprilis; totidem plane menſes & dies ſupra decimumquintum annum, eum Romanæ præfuiſſe Eccleſiæ, opus eſt affirmare. Sententia quoque S. Hieronymi ponentis in Chronico ingreſſum Liberii Papæ hoc ipſo anno Domini trecenteſimo quinquageſimoſecundo; idem Julius hoc itidem anno ex hac vita migraſſe ſignificatur, licet id neque reſpondeat annis Imperii Conſtantii, cum hoc anno ponatur ibi ejuſdem duodecimus, qui numerandus eſt decimusſextus.

II. Corrigenda de Julio Papa mendaciter ſcripta.

De Julio rurſum expendamus, quæ habentur in libro de Romanis Pontificibus errore (quod ſæpe dictum eſt) a nonnullis citato nomine Damaſi: leguntur enim hæc ibi de eo: *Hic poſt multas tribulationes in exilio fuit menſibus decem, & poſt hujus Conſtantii mortem cum gloria eſt reverſus ad ſedem beati Petri Apoſtoli.* Julii tribulationem cauſa fidei illatam nullam ſcimus, niſi quam ipſe ſponte aliorum cauſa ſuſcepit, ſecundum illud Apoſtoli: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non uror?* quippe qui non tantum Epiſcopos exules ab Arianis ejectos, Romam ad ſe confugientes excepit; ſed quod vidimus ut ipſos ad ſuas ipſorum ſedes reſtitueret, magnopere laboravit, atque tandem ſummo inſumpto labore perfecit. Quod autem ad Julii exilium ſpectat, & reſtitutionem factam poſt Conſtantii Auguſti obitum; adeo hæc abhorrent a veritate, ut nec conjici, vel fingi ſaltem aliquo modo poſſint. Quis enim ignorat, vivente adhuc Conſtantio, Liberium Romanum Pontificem ad multos annos ſediſſe, & ab ipſo Conſtantio exilium paſſum eſſe? id quidem cum omnes noſtri tum ex Ethnicis Ammianus quoque teſtatur; conſentiuntque pariter univerſi, nullam antea vexationem illatam fuiſſe a Conſtantio adverſus Occidentalem Eccleſiam, niſi poſtquam expugnatus eſt tyrannus, Magnentius; & uſque ad illud tempus res cunctas Occidentalis Imperii in tuto collocatas eſſe, cum jam Julius de quo agimus, ex humanis deſiiſſet, & Liberius Papa Eccleſiæ Romanæ præeſſet.

Certe quidem ſi elapſa ſuperiora tempora conſideres, nec locum nec tempus invenies, quibus Julii exilium ponas; nam vivente adhuc Conſtante, integerrimæ fidei Principe, Arianorum hoſte, exulum ex Oriente Epiſcoporum vindice atque patrono dicere Julium exulaſſe, nihil ineptius poteſt excogitari; cum teſtificatio- III. Refellitur commentum de Julii PP. exilio.

PAGIUS. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5845.

SÆC. IV. Anno Urbis 1105. Olymp. 282. an. 4. An. Chr. 352.

☉ 25. ED. ☽ 12. P. 19. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 352.

LIBERII PAPÆ 1.

CONSTANTII 16.

I. Conſules.

[1] ANum. I. ad IX. *Decentius* & *Paulus* in regionibus, quæ Magnentio Tyranno parebant, Conſules fuere, ut teſtatur libellus de Præfectis Urbi. Erat *Decentius* Magnentii frater, quem is poſt aliquas victorias Cæſarem nuncupavit, ut docet Zoſimus lib. 2. quod anno præcedenti factum, ejus Conſulatus hoc anno geſtus inſinuat. In reliquo Orbe Romano ut ex Faſtis Cæſareis, aliiſque liquet, *Conſtantius Aug. V.* & *Conſtantius Gallus Cæſar* Conſules agniti: hic juxta primam, ille juxta tertiam regulam.

II. Obitus Julii PP.

In Catalogo Damaſi legitur: *Julius annos quindecim, menſes duos, dies ſex. Fuit temporibus Conſtantis, a Conſulatu Feliciani & Titiani, ex die VIII. Idus Februarii, in diem pridie Idus Apriles Conſtantio V. & Conſtantio Cæſare Coſſ.* Julius itaque, qui die ſexta Februarii anni trecenteſimi triceſimi ſeptimi ordinatus fuerat, ſedit annos quindecim, menſes duos, dies ſex, obiitque hoc anno die duodecima Aprilis, qua colitur. Baronius præter annos quindecim, ſcribit, eum ſediſſe menſes quinque, dies ſeptemdecim; quia nempe hujus Pontificis initium non bene collocavit. Porro eum ſediſſe annos quindecim, notatur in Anaſtaſianis MSS. Barberino, Mazarino, duplici Thuano, in Catalogo Palatino & in utroque Corbeienſi.

NOTÆ [1] COſſ. *Decentius & Paulus.* In Oriente conſules hoc anno fuere: *Fl. Conſtantius Aug. V. & Fl. Conſtantius Gallus Cæſar.* In Gallia, Africa, & Italia, at ubi Magnentius imperabat: *Decentius, & Paulus.* Fragmentum veteris lapidis in ædibus Capitolinis, n. XII.

D E P O S I T U S. I...

.... V A N N E N T I O. E T. D E C E N

..., O C O S S.

Ubi *Magnentius* ipſe una cum *Decentio* conſul fuiſſe videtur.

Faſti Idatii, Proſperi Chronicon, & Bucherii laterculi: *Conſtantio V, & Conſtantio juniore, ſeu Conſtantio Cæſare.* Libellus de Præf. Urb. *Decentio, & Paulo,*

Digitized by Google

ne tam Athanaſii, quam cæterorum veterum ſcriptorum exploratiſſimum ſit, Julium Romæ agentem pro exulum reſtitutione aſſidue laboraſſe. Mortuo vero Conſtante, nec id liberum fuit Conſtantio, Julium ex Urbe dimovere; cum non ipſe, ſed Magnentius tyrannus cum Urbe toto potiretur Imperio Occidentali, a quo quidem ullum factum eſſe negotium Julio, a nemine traditur? Sed nec, vivente Magnentio a Conſtantio quiſpiam ex Orientalis Eccleſiæ Epiſcopis, excepto Paulo, de quo anno ſuperiori dictum eſt, ab Eccleſia ſua expulſus eſt: Athanaſius tantum abire, falſarum litterarum obtentu, Alexandria fuit tentatus: ille tamen, cognito (ut vidimus) dolo, nequaquam inde voluit proficiſci: qui quidem cum ſæpe in Arianos exprobrans, recenſeat Epiſcopos diverſarum Eccleſiarum ab Arianis per Conſtantium ex ipſorum ſedibus pulſos; de Julio qui prior cæteris fuerat nominandus, ne verbum quidem. Exploſis igitur his, quæ de Julii exilio perperam ſunt in librum illum illata; quæ illic habentur reliqua de eodem Julio deſcribamus.

IV. De Baſilicis Julii. *Fecit Baſilicas duas, unam juxta Forum, & alteram via Flaminia; & cœmeteria, tria unum via Flaminia, aliud via Aurelia, & aliud via Portuenſi.* Porro has ab eodem Julio egregia pictura ſanctarum imaginum exornatas, Hadrianus Papa teſtatur. Sed ſubditur: *Hic conſtitutum fecit, ut nullus clericus cauſam quamlibet in publico ageret, niſi in Eccleſia per Notarios colligeretur; & ut omnium monumentorum in Eccleſia confectio per Primicerium Notariorum celebraretur; ſive quod cautiones, vel inſtrumenta, vel donationes, vel commutationes, vel traditiones, aut teſtamenta, vel colligationes *, aut manumiſſiones clericorum per ſcrinium * ſanctum celebrarentur. Hic fecit ordinationes tres in urbe Roma per menſem Decembrem, presbyteros octodecim, diacones tres, Epiſcopos per diverſa loca novem.* Hæc ibi de Julii Papæ rebus geſtis.

* obligationes.

* ſcrutinium.

V. Julii PP. ſcripta. At quid de ſcriptis ejus Gennadius (a) tradat, his addamus: *Julius* (inquit ille) *urbis Romæ Epiſcopus ſcripſit ad Dionyſium quemdam de incarnatione Domini epiſtolam unam, quæ illo quidem tempore utilis viſa eſt adverſus eos, qui ita duas per incarnationem aſſerebant in Chriſto perſonas, ſicut & naturas. Nunc autem pernicioſa probatur: fomentum enim eſt Eutychianæ, & Timotheanæ impietatis.* Hæc Gennadius. Sed optaſſem, rem tantam ab eo accuratius eſſe perſpectam, & auctorem ejus epiſtolæ ſolertius indagatum, prout Evagrius atque Leontius Græci ſcriptores feciſſe noſcuntur. Evagrius (b) enim ait de Neſtorianis hæreticis: *Sanctorum Patrum libros ſæpe depravarunt, multoſque Apollinaris libros Athanaſio, Gregorio Thaumaturgo, & Julio, inſcriptionibus commutatis attribuerunt: quibus quidem libris plurimos in ſuum impium errorem induxerunt.* In hunc modum Evagrius.

(a) Genna. de Script. Eccl. c. 2.

(b) Evagr. l. 3. c. 31.

VI. At audiamus iſta a Leontio accuratius perveſtigata, atque prolixius pertractata: ipſe enim in commentario, quem ſcripſit de Sectis, hæc habet (c): *Afferunt* (inquit) *aliud quoque dictum velut a beato Julio prolatum, quod extat in epiſtola ſcripta ad Dionyſium Corinthi Epiſcopum, cujus initium eſt: Miror de quibuſdam audiens, &c. eſtque dictum hujuſmodi: Neceſſe eſt eos, cum duas naturas dicunt, unam adorare, alteram non adorare; ac in divinam quidem baptizari, at in humanam non baptizari. Aliaque plura eſthæc epiſtola continet.* At ex his quidem quæ Leontius ex ipſa epiſtola ad Dionyſium recitat, qui & eam optime perſpectam habuit, ſatis detegitur Gennadius illam tantum nomine audiſſe, nequaquam tamen legiſſe. Nam quomodo, quæſo dicere potuiſſet ejuſmodi epiſtolam his temporibus fuiſſe utilem adverſus eos qui duas dicerent per incarnationem eſſe in Chriſto perſonas, cum adeo immanes manifeſtaſque blaſphemias contineret, quibus Neſtoriana hæreſis penitus confirmaretur?

(c) Leont. de Sectis Act. 8. t. 9. Bibl. San.

Ab hæreticis ſuppoſita ſcripta nomine Julii.

VII. Detegitur impoſtura hæreticorum. Sed audiamus Leontium impoſturam hæreticorum aperientem; ſubdit enim: *Sed nos pluribus argumentis convincimus, illam epiſtolam non eſſe beati illius Julii, ſed Apollinaris. Primum ex eo, quod ſi quis eam ſubtiliter conſideret, nihil Juliano dignum nomine habeat. Quin & ſeptem illæ epiſtolæ, quas ejus eſſe dicunt, Apollinaris ſunt. Deinde quod in eadem epiſtola, corporis mentione facta, nuſquam id mente præditum, vel animatum dixerit: erat autem in more Patribus illius ſæculi ut ſicubi corporis mentionem facerent, id ipſum mente præditum, animatumque dicerent, quod quidem uſque adeo verum eſt, ut ſeformidantibus eis hoc crimen, ideoque deinceps illas voces* Mente præditum, & Animatum *adjicientibus, nulli poſteriorum libri reperiantur, qui hanc veterum appendicem non habeant.*

VIII. Apollinaris Hæreſis ex Ario. Verum & in his addimus ad Leontium hoc idcirco factum a Patribus, non tantum propter hæreſin Apollinaris; qui poſt Julium vixit, & hæreſin eam docuit, ſed propter Arium, quem ejuſmodi quoque blaſphemiam ſcriptis ſuis effutiiſſe tradunt, primumque auctorem fuiſſe, qui diceret, corpus Chriſti caruiſſe anima, fuiſſeque illi Verbum loco mentis: id quidem de Arianis habetur expreſſum in Synodo Nicæna ſecunda his verbis alibi repetitis (d): *Cum hac autem abominanda hæreſi inſani iſti Ariani & unam naturam in unitione hypoſtaſis eſſe dicunt.* Opinantur ac-

(d) Concil. Nicæn. 2. Act. 6.

autem, Chriſtum Dominum noſtrum carnem ſine anima aſſumpſiſſe; addentes in ſalutari illius diſpenſatione Divinitatem implevisse animæ conſilia, motioneſque, &c. Hæc ibi. Hujus autem erroris complicem fuiſſe Euſebium Cæſarienſem, ibidem affirmatur.

IX. Raſum Leontii Apologia pro Julio. At revertamur ad Leontium adverſus hæreticos de impoſtura in Julium diſſerentem, atque ſuperius dictis addentem hæc ipſa: *Præterea, de hoc quoque non beati Julii, ſed Apollinaris eſſe redarguitur, quod Nyſſenus ille Gregorius in opere contra Apollinarem aperte multa recitet, quæ hac epiſtola continentur, eaque ceu prava refutet. Poteſt & aliunde convinci, quod beati Julii non ſit. Ajunt enim Actis Synodi Epheſinæ ſub beato Cyrillo inſertam: quod quidem aperte mentiuntur, nam nihil ibi in textu tale reperitur, ſed alia quædam inſerta eſt epiſtola velut a Julio ſcripta, nec ipſa Julii, ſed Timothei, quemadmodum ex multis exemplaribus intelligi poteſt: enim vero cum nihil nobis illa adverſetur, quod eum Julii dicunt, flocci ſcilicet faciendum.* Hactenus Leontius pro Julii defenſione, qui & aliam huic annexam de cæteris hæreticorum ſcriptis Gregorio Thaumaturgo ſuppoſitis detegit impoſturam; at de his ſatis. De ſepultura vero Julii, & ceſſatione ſedis ejus, hæc in eodem libro de Romanis Pontificibus in fine leguntur: *Sepultus eſt via Aurelia in cæmeterio Calepodii, pridie Idus Aprilis. Ceſſavit Epiſcopatus ejus dies viginti quinque.* Hucuſque ibi. Hac quidem ratione dicendum eſt, Liberium, qui in locum ipſius Julii ſubrogatus eſt Romanus Epiſcopus, ſedere cœpiſſe die octava Maji: fuit hic Romanus civis: quantum autem ſederit, dicemus in ejus obitu.

Liberius Papa.

X. Qualis vero ante ſedem in minoribus Eccleſiaſticis functionibus Liberius vixerit, & quomodo invitus electus ſit Romanæ Eccleſiæ Pontifex, ipſemet in conteſtatione illa ad Conſtantium facta, jurejurando quoque adhibito, declarat his verbis (*a*): *Teſtis autem eſt mihi Deus, teſtis eſt tota cum ſuis membris Eccleſia, me fidelem *, & me in Deum meum cuncta mundana (ita ut Evangelica, & Apoſtolica ratio præcepit) calcare, atque calcaſſe, non furore temerario, ſed conſtituto atque obſervato jure divino; atque in alio miniſterio Eccleſiaſticus vivens, nihil per gloriæ cupiditatem, quod ad legem pertinebat, implevi; atque ad iſtud officium (teſtis eſt mihi Deus meus) invitus acceſſi; in quo cupio quidem ſine offenſa Dei, quamdiu in ſæculo fuero, permanere.* Hæc ipſe.

a) Epiſt. Liberii ad Conſtantium extat apud Lucif. Calarit. in fin. & l. 9. Eccl. ſanct. ſi de.

XI. Ariani quid ad Liberium. Cum autem Orientales Epiſcopi Ariani cognoviſſent de morte Julii Papæ, quem ſibi adverſantem in omnibus vehementer experti erant; rurſumque accepiſſent nuncium de ſubrogatione Liberii; collectis ſuæ communionis Epiſcopis, Concilium habent, ex quo dant litteras ad eumdem Liberium, quibus Catholicæ ab eo unitatis communionem expoſcunt, atque iisdem quoque Athanaſium accuſant. Verum eodem ferme tempore redditæ ſunt eidem Liberio Romæ litteræ ex Synodo ſeptuagintaquinque Ægyptiorum Epiſcoporum pro Athanaſii defenſione. Quibus ipſe acceptis ex utraque parte epiſtolis, iiſdemque recitatis in Concilio tunc Romæ collecto, negatum eſt Arianis quod a Liberio poſtulabant. Ne tamen ejuſmodi occaſione Conſtantius Imperator, cujus voluntate cuncta iſta fieri ſentiebant omnes qui in eadem Synodo cum Liberio erant, in Romanam Eccleſiam graſſandi anſam arriperet, illud ibi tunc ab iis decretum fuit, ut legatio ad ipſum Conſtantium mitteretur de cogendo Concilio. Verum Magnentianum bellum impedimento fuit, quo minus hæc potuerint pertractari: dilata eſt ergo legatio ad annum ſequentem poſt expugnatum tyrannum; habentur iſthæc omnia in eadem epiſtola Liberii Papæ ad Conſtantium poſtea ſcripta.

Decernitur legatio ad Conſtant.

XII. ☞ Quoniam autem poſt ſecundam Romæ cauſam Annalium editionem, editus eſt Pariſiis liber ſub titulo S. Hilarii de rebus geſtis in Concilio Ariminenſi, a doctiſſimo Nicolao Fabro (de quo etiam ſuperius mentio facta eſt) in quo diverſa fragmenta collecta leguntur, & inter alia epiſtola Liberii Papæ nomine, ipſo ferme ſuæ ſedis ingreſſu conſcripta, qua ſignificat, Athanaſium a ſua communione, quod Romam vocatus venire noluiſſet, redditum alienum, quæ plane contraria ſunt iis, quæ modo ſunt dicta: reddenda hic eadem eſt epiſtola, & de veritate quam exactiſſima erit habenda diſcuſſio. Sic enim ipſa ſe habet (*b*); ejuſmodi affixo titulo.

b) Hilar. frag. l. 1. pag. 36.

PAGIUS III. *Julio Liberius ſuccedit.* Ad num. IX. Poſt *Julii* mortem Sedes vacavit menſibus duobus ac diebus aliquot. In Catalogo enim Damaſi legitur: *Liberius fuit temporibus Conſtantii ex die XI. Kalendas Junias, in diem .... a Conſulibus Conſtantio V. & Conſtantio Caſare.* Sed cum dies undecimus Kalendas Junias, ſeu viceſimus ſecundus menſis Maii hoc anno cum feria ſexta, non vero cum die Dominica, quo ordinationes Pontificum fieri ſolitæ, concurrat, videtur legendum, *ex die XI. Kalendas Julias*, id eſt, die viceſima prima Junii, quæ hoc anno Dominicalis fuit. [1] Hic nos de-

NOTÆ [1] AN correctio iſta Chronici Damaſi contra fidem omnium MM. SS. attendenda ſit viderint Eruditi. Mihi quidem non ſatis probaretur eam legem de ordinationibus die dominica agendis jam nunc in Eccleſia cœpiſſe, cum præſertim Pagius ipſe id neglectum fuiſſe ante redditam Eccleſiæ pacem, contra Papebrochium, arbitretur.

XIII. Falſa aut ſubdititia Liberii Papæ de Athanaſii damnatione epiſtola.

Incipit exemplum epiſtolæ Liberii Epiſcopi Urbis Romæ ad Orientales Epiſcopos.

Dilectiſſimis fratribus & Coepiſcopis noſtris univerſis per Orientem conſtitutis, Liberius Urbis Romæ Epiſcopus Salutem.

*Studens paci & concordiæ Eccleſiarum, poſtea quam litteras charitatis veſtræ de nomine Athanaſii & cæterorum factas ad nomen Julii bonæ memoriæ Epiſcopi accepi, ſecutus traditionem majorum, presbyteros urbis Romæ Lucium, Paulum, & Helianum, e latere meo ad Alexandriam ad ſupradictum Athanaſium direxi, ut ad urbem Romam veniret, ut in præſenti, id quod Eccleſiæ diſciplina exigit, in eum ſtatueretur. Litteras etiam ad eumdem per ſupradictos presbyteros dedi, quibus continebatur, quod ſi non veniret, ſciret ſe alienum eſſe ab Eccleſia Romana communione. Reverſi ergo presbyteri nunciaverunt eum venire noluiſſe. Secutus denique litteras charitatis veſtræ, quas de nomine dicti Athanaſii ad nos dediſtis, ſciatis his litteris quas ad unanimitatem noſtram * me cum omnibus vobis, & cum univerſis Epiſcopis Eccleſiæ Catholicæ pacem habere; ſupradictum autem Athanaſium alienum eſſe a communione mea ſive Eccleſiæ Romanæ, & conſortio litterarum Eccleſiaſticarum.* Hactenus Liberii Papæ nomine ſcripta epiſtola, cui mox iſta ſubjiciuntur in edito codice, ex eodem volumine titulo Hilarii inſcripto.

XIV. *Quid in his litteris non ſanctitatis, quid non ex metu Dei veniens eſt? &c.* Ex his certe intelligas non eſſe Hilarii verba iſta, quibus probatur Athanaſii condemnatio per Liberium facta, ſed potius Ariani alicujus, Athanaſii damnationem præ cæteris omnibus aliis rebus optantis. Ne tu igitur cum audis hanc contineri epiſtolam ſub Sancti Hilarii libello ſcripto de Synodo Ariminenſi, putes ab Hilario intextam in commentario illo: audi Fabrum, de eodem libro undique decurtato, quid ſcribat, dum in eumdem quam doctiſſimam præfationem præmiſit, cum inter iteratas ſæpe querelas de mutilato ſæpe invento volumine, iſta habet (*a*):

(a) Eodem tom. in Præfat. [illegible]

XV. *Idem etiam perſpicere eſt pagina vigeſimaquinta, in qua cum B. Hilarius lucem narrationi ſuæ allaturam dixiſſet illam orationem, quam eadem Sardicenſis Synodus per Vincentium Capuæ, & Euphratem Coloniæ Agrippinæ Epiſcopos, Antiochiam uſque ad Conſtantium miſſos habuit, magno tamen hiſtoriæ detrimento nulla hic extat, ſed ejus loco quædam Liberii Papæ Romani, & aliorum epiſtolæ nullo tempore, vel rerum ordine ſervato veluti in faſciculum congeſtæ leguntur.* Quod igitur nullam cum ſuperioribus, quæ ex Hilario ſunt recitata, cohærentiam cum his habere vides, neque ea quæ poſt eam ſequuntur, Hilarii eſſe poſſint; quam procul abeſt, ut nomen Hilarii, ex libro illo Hilarii aliquam ei tribuere quis poſſit auctoritatem?

Sed idem noſter Faber quaſi eadem epiſtola eſſet Liberii, iſta mox ſubjicit: *Nam quæ prima occurrit, a Liberio circa ſui Pontificatus initium, quod in annum ſalutis trecenteſimum quinquageſimumtertium incidit, ſcripta videtur. Par eſt enim ipſum accuſationem contra Julio prædeceſſore ſuo inchoatam non diu protraxiſſe, ſed ſtatim ut Pontifex renunciatus eſt, legatos illos ſuos ad Athanaſium miſiſſe Alexandriam, detrectantemque judicium condemnaſſe.* Hæc ipſe. Qui quod ſciret multa his adverſari, meum hac in re appellat judicium, & laudibus plus ſatis ornans iſta ſubjicit: *In quo tamen nodus, Deo vindice, id eſt, ornatiſſimo illo doctiſſimoque Annalium Eccleſiaſticorum ſcriptore dignus ſubeſt. Cum enim auctorum omnium ſcriptis conſtet, Athanaſium jam olim ante Liberium adverſariorum artes verſutiaſque detexiſſe, manifeſtoque mendacio traduxiſſe: quis potuit eſſe tot Synodis confixorum accuſationi, aut tot ſententiis abſoluti condemnationi locus? Aut quomodo communione ſua potuit Athanaſio Liberius interdicere, cujus condemnationem ab Orientalibus aliquot Epiſcopis factam, & ad ſe Pontificatus ſui initio miſſam, ſi ratam eam haberet, quemadmodum idem ipſe Liberius in epiſtola ad Conſtantium, quæ hic edita habetur teſtis eſt, accepta eodem tempore ſeptuagintaquinque Epiſcoporum Ægyptiorum Athanaſii innocentiam teſtante ſententia, comprobare noluit? Omitto quod hujuſce condemnationis nec Athanaſius ipſe, qui res ſuas diligentiſſime non uno libro complexus eſt, nec quiſquam alius, quod ſciam veterum uſquam meminit.* Hæc ipſe, quam diſertiſſime diſputans, tandem epiſtolam reddit omni auctoritate vacuam & inanem. Sed ſubdit de falſitate ſubdubitans: *Falſam autem aut ſubdititiam eſſe ſtylus negat; & præterea cui bono? Adeo verum eſt illud Tragici.*

Ἅπανθ' ὁ μακρὸς ϗ ἀναρίθμητος χρόνος
Φύει τ' ἄδηλα, ϗ φανέντα κρύπτεται.

hæc ipſe quidem & modeſte admodum, cum nobis relinquit nodum ſolvendum, quem ipſe ex his quæ præmiſit, & aliis addendis ſolvere facile potuiſſet, etſi non ali-

XVI.

PAGIUS deſtituit Chronicon Damaſi, quod ante *Liberii* mortem exaratum oſtendit ſpatium vacuum relictum, ad diei numerum, quando *Liberius* moreretur, notandum. Ex omnibus Julii Scriptis ſuperſunt duæ tantum epiſtolæ ab Athanaſio relatæ; quarum altera ad *Euſebianos*, altera ad *Eccleſiam Alexandrinam* miſſa. Nam Decretales duæ, quæ Julii nomine circumferuntur, commentitiæ ſunt.

Ad

Digitized by Google

aliter, eo certe modo, quo Alexander Gordiani nodum præcidendo diſſolvit, nimirum negando omnino neceſſariis argumentis eam epiſtolam eſſe poſſe Liberii, & oſtendere impoſturam. Quod cum nos certis demonſtrationibus reddiderimus manifeſtum, erit ut nodus iſte infita falſitate pateſcens, ſponte ſolvatur, ut nec indigeat gladio Alexandri.

XVII. *Epiſtolæ falſitas multis argumentis comprobatur.* Atque in primis ad id quod noſter Faber ait: *Falſam autem aut ſubdititiam eſſe, ſtylus negat;* id ſignificare volens ipſum ſtylum redolere antiquitatem, ut longe abeſſe videatur de impoſtura ſuſpicio. Sentio id ipſum, contendoque (ſi quis & hoc velit) Liberii tempore ſcriptam: ſed quod Liberii ſit, nihil eſt quod affirmare cogat, & plurima ſunt quæ omnino negare compellant. Atque illud primum, quod qui eam illis ſcriptis inſeruit, non ſolum Hilarius non fuiſſe (uti diximus) demonſtretur, ſed plane ex Arianis aliquis eſſe neceſſario convincatur, utpote qui poſt recitatam ipſam epiſtolam eam laudet, quæ plurima execratione digna eſſet: ea enim ſignificat ipſe Liberius, ſe habere pacem cum omnibus Orientalibus, nempe Arianis, Athanaſium vero pronunciaſſe ab omni communicatione alienum. Iſta quidem de Liberio, neque ab Hilario, neque ab aliquo quovis Catholico potuerunt ullatenus commendari. Nam Hilarius, cum hæc revera poſtea contigiſſe novit, non ita locutus eſt: Sed quid tunc ipſe in Conſtantium ſcribens? *Vertiſti*, inquit, *uſque ad Romam bellum tuum, eripuiſti illinc Epiſcopum. O te miſerum, qui neſcio utrum majore impietate relegaveris, quam remiſeris, cum videlicet compulit Liberium communicare cum Arianis, & Athanaſium condemnare.* Hæc Hilarius adeo facinora iſta deteſtatus, ut plane nonniſi Arianus eſſe potuiſſe demonſtretur, qui in Liberio iſta laudarit. Si ergo eſſe Arianus, qui recitat eam epiſtolam perſpicue auctor oſtenditur; quid non falſitatis & impoſturæ ineſſe poſſe negarit? Moris fuiſſe Arianis, falſas in cauſa ejuſdem Athanaſii ſcribere, immo & nomine ipſius Athanaſii ad Imperatorem fictas litteras dare, juſta querela eſt ejuſdem Athanaſii in Apologia ad Conſtantium ſcripta.

XVIII. Sed de falſitate manifeſta ejuſdem epiſtolæ, illa erit adhuc perſpicua demonſtratio, ſi oſtendatur fieri non potuiſſe, ut iſta hoc tempore a Liberio ſcriberentur; idque in primis ipſius Athanaſii aſſertione, qui in Apologia ſecunda, ubi agit de Liberio Papa & Oſio Cordubenſi, antequam in exilium mitterentur, hæc ait: *Hi cum viderent ea quæ contra nos agerentur, omnia pati maluerunt, quam aut veritatem, aut cauſam noſtram prodere; idque bono & ſancto conſilio fecerunt.* Ac rurſum de eodem Liberio, de his quæ poſt exilium acciderunt, hæc ait idem Athanaſius in epiſtola ad Solitarios: *Liberius deinde poſt exactum in exilio biennium inflexus eſt, minisque mortis ad ſubſcriptionem inductus eſt: verum id ipſum quoque & eorum violentiam, & Liberii in hæreſim odium, & ſuum pro Athanaſio ſuffragium, cum liberos affectus habebat, ſatis coarguit. Quæ enim per tormenta contra priorem ſententiam extorta ſunt, ea jam non metuentium, ſed cogentium voluntates habendæ ſunt.* Intelligis qualis ſemper uſque ad finem exilii Liberius perſeveravit? tantum abeſſe demonſtrans ut ipſo ſuæ ſedis initio de damnatione Athanaſii & communione cum Arianis litteras ad Orientales dederit. Quin etiam teſte eodem Athanaſio liquet Liberium pro Athanaſio adverſus Arianos antea fortiſſimas ad Conſtantium Imp. dediſſe litteras, per Eutropium presbyterum, & Hilarium diaconum, quarum cauſa perturbatus ipſe Conſtantius, presbyterum in exilium miſit, diaconum flagellis cæſum fecit extorrem. Hæc quidem & alia ex Athanaſio ſumpta plane declarant, numquam eſſe potuiſſe, ut ipſo ſedis ſuæ exordio Liberius communicaverit cum Orientalibus Arianis, & Athanaſium anathemate condemnarit.

Equidem ſufficere iſta poſſent ad redarguendam tam evidenti demonſtratione eamdem epiſtolam falſitatis. Sed & pro ſua cauſa ipſe Liberius defenſionem patet. Extat ipſius epiſtola, poſt annum ſequentem ad Conſtantium ſcripta, tam in defenſionem Athanaſii, quam in deteſtationem Arianæ communionis, leges eam inferius ſuo loco. Quomodo, rogo, potuit iſta tam libere Liberius profiteri ad Conſtantium ſcribens, ſi ſuis litteris iiſdemque publicis ad Orientales omnes ſcriptis, redargui potuiſſet, & Athanaſium damnaſſe, & pacem cum Orientalibus iniiſſe? ſed & audi quæ de ipſius teſtificatione Liberii, ingerat Athanaſius in epiſtola ad ſolitarios: *Profectus igitur Romam Spado, primum incitabat Liberium, ut contra Athanaſium ſubſcriberet, & cum Arianis communicaret: id enim Imperatorem velle & pro imperio jubere. Deinde munera oſtentans, verbis inſta-* XIX.

PAGIUS IV. *Magnentii clades.* Ad num. XIX. & ſeq. *Vetranio* non hoc anno, ut credidit Baronius, ſed anno CCCL. in ordinem redactus eſt, poſtquam menſes decem imperaſſet, ut anno præcedenti num. II. demonſtravimus. Hoc vero anno *Magnentius*, qui a Conſtantio in Pannonia profligatus fuerat, & e Pannonia in Italiam, orbemque Romam ſeſe contulerat, a *Conſtantio* perrupta Aquileia, ut teſtatur Julianus Orat. 1. pag. 130. 131. & Orat. 3. pag. 550. & a Ducibus Conſtantii imminentibus, Urbe, Italiaque fugere coactus eſt.

Digitized by Google

ſtabat, manuque Liberii apprehenſa, ita locutus eſt: Obtempera Regi & iſta accipe. Epiſcopus contra verbis quærebat, quomodo hoc contra Athanaſium poſſet fieri: Quem enim (inquiens) non una, ſed jam altera Synodus probe ab omni crimine liberum pronunciavit, & Romana Eccleſia cum pace dimiſit, quomodo poterimus condemnare? Aut quis nos probaret, ſi quem præſentem diliximus, & habuimus in noſtra communione, eumdem abſentem averſemur? Non ſic ſe habet Eccleſiaſticus canon, neque unquam accepimus talem a Patribus traditionem, quam ipſi a beato & magno Apoſtolo Petro acceperunt, &c. Potuiſſent ne, rogo, iſta a Liberio dici, ſi jam, ſuæ ſedis initio abſentem Athanaſium condemnaſſet? At tantum abeſt, ut vel fingi poſſet, ipſum adverſus Athanaſium ſcripſiſſe, ut ibidem paulo poſt teſtetur, pro Athanaſio ſe ſcripſiſſe, ubi ait: *Si ſcripta a nobis pro Athanaſio deleri jubet, deleantur quoque ea, quæ contra illum ſcripta ſunt, fiatque deinde Eccleſiaſtica Synodus longe a Palatio.* Porro hæc eadem, & his potiora idem Liberius coram Imperatore Conſtantio locutus eſt, quæ ipſe lector ſi vult aſpiciat, ubi etiam Conſtantii ipſius teſtificationem haud dubiam leget de Liberii pro Athanaſio perſeverante jugiter in illud tempus defenſione, ut etiam hoſtium habeat teſtimonio demonſtratum, mendacem, atque falſam omnino eſſe dictam Liberii nomine ſcriptam epiſtolam: nec omnino fingi quomodolibet poſſe, ut vera ſit, & Liberio adſcribi aliquo modo valeat.

XX. Sed audi rurſum ejuſdem Liberii aſſertionem de Athanaſii ſemper poſt obitum Julii, uſque ad ultimum exilii annum a ſe habita defenſione: ea enim quam tunc vere ſcripſit ad Orientales de ipſius Athanaſii damnatione hæc habet ipſo exordio: *Ego Athanaſium non defendo, ſed quia ſuſceperat illum bonæ memoriæ Julius deceſſor meus; verebar ne forte in aliquo prævaricator judicarer. At ubi cognovi quando placuit Deo, juſte vos illum condemnaſſe, mox conſenſum commodavi ſententiis veſtris, &c.* Sed quando hoc? ſexto anno ipſius Liberii Pontificatus, qui & ſecundus fuit annus ejus exilii, ad quod uſque tempus (ut ipſe teſtatur) de Athanaſii abſolutione ſecutum ſe tradit Julii Papæ ſui prædeceſſoris Judicium, ut plane nullus locus ſit, ut fingi poſſit veram eam eſſe Liberii epiſtolam, qua ipſius ſuæ ſedis initio Athanaſius communione Eccleſiæ Romanæ privatur. Quibus his omnibus & aliis nuper ex Athanaſio ipſo, Liberio, & Conſtantio dictis, redarguas pariter epiſtolam ejuſdem nomine ſcriptam ad Urſacium, Valentem, & Germinium, qua dicitur Athanaſius Romæ damnatus antequam ad Comitatum traheretur ipſe Liberius, cum non ob aliam cauſam abductus ipſe fuerit Roma, & ad Conſtantium ductus, & in exilium inde miſſus, niſi quod Athanaſium damnare noluiſſet. Una plane eademque fuit manus Scorpii, quæ utramque ſcripſit epiſtolam nomine Liberii, ea nimirum occaſione, quod diceretur Liberius vi coactus contra Athanaſium ſcripſiſſe, atque eum damnaſſe: ne id igitur dici poſſet, fictæ ſunt epiſtolæ, quibus aſſereretur jam ipſo ſuæ ſedis exordio damnatum fuiſſe Athanaſium a Liberio, & Romæ id factum coram Romanæ Eccleſiæ Preſbyterio: hæc de his ſatis ſunto. Sed erit ut & inferius quoque aperta luce monſtretur, alia adhuc eſſe, quæ in eodem volumine Hilarii eſſe dicantur, quæ ejus eſſe non poſſint.

Sed jam res Conſtantii proſequamur: *Hic cum veniſſet in Pannoniam, ſimulans cum Vetranione tyranno amicitiam, quaſi accepturus eum in collegam Imperii, magnis pollicitationibus ipſum primo a Magnentio, a quo magnopere ſollicitabatur, retraxit; ac demum habens ad ejus milites concionem, id effecit, ut ab iiſdem purpura exueretur, & ſolio detractus privatus vivere cogeretur.* Hæc Zoſimus. (a) Factum eſt iſtud in Pannonia apud Murſum * Civitatem. Hallucinatur autem idem Zoſimus, dum poſt ejectum ab Imperio Vetranionem, Gallum Cæſarem creatum tradit. Conſtantius igitur, redacto in ordinem Vetranione, ejuſque copiis ſibi adjunctis, in Magnentium parat gravius bellum, quod confectum eſt anno ſequenti. XXI. Vetranio dolo ſubjicitur. (a) Zoſim. l. 2. * Murſiam

Hoc quoque anno ſub Conſulatu quinto Conſtantii, licet perperam addatur ei collega Conſtans (irrepſit enim error, ut pro Gallo poſitus ſit Conſtans) extat ejuſdem Conſtantii reſcriptum (b) datum Sirmii in Pannonia, quo eunuchis faciendi teſtamenti tribuit facultatem; ex quo quidem ſatis intelligitur, ipſum Conſtantium hoc anno in Pannonia egiſſe, ubi in ſequentem uſque manſit, quo bellum initum eſt adverſus Magnentium. Faviſſe nimium, quam par erat, eunuchis Conſtantium Imperatorem, fuit juſta querela Athanaſii, & aliorum quoque ſcriptorum illorum temporum; ſed de his alias Jam vero ad res geſtas anni ſequentis progrediamur. XXIII. Conſtantius favet Eunuchis. (b) l. 5. qui teſtamentum facere poſſunt.

JESU CHRISTI ANNUS.	LIBERII PAP. ANNUS	CONSTANTII IMP. ANNUS
353.	2.	17.

I. Conſtantii expeditio in Magnentium.

PRæſens annus Domini trecenteſimus quinquageſimustertius, Conſtantii Conſulatu ſexto & Galli ſecundo adſcribitur Faſtis, inſignis nobili victoria Conſtantii Imperatoris adverſus Magnentium tyrannum obtenta in Pannonia apud Murſum, ubi & Vetranio fuerat anno ſuperiori (ut vidimus) Imperio cum exercitu ſpoliatus. Adverſus igitur tyrannum crudeliſſimum, Imperii perduellem, Conſtantis Auguſti interſectorem, Conſtantius pugnaturus, quod eo ſciret prælio totius Romani Imperii momentum verti; memor paterni conſilii, quo de tot tyrannis atque barbaris ſuperatis, ſemper divino numine prævio, victor ad propria remeaſſet; illud ſibi propitium reddere omni ſtudio laboravit. Ad hoc namque ſpectabat, quod ſuperius dixiſſe meminimus, omnes in ſuo exercitu præliaturos voluiſſe prius ante diem prœlii initiari ſacro baptiſmate, renuentes vero dimitti: imitatus quodammodo Gedeonem (a) dum aqua prius probaros voluit, quos in hoſtes ducturus eſſet; quo quidem ex facto cuncta illi dextera ac plane feliciſſima contigere.

(a) Jud. 7.

II. Cur Deus faveret Ariano Imperatori.

At licet ex conſortio cum Arianis Epiſcopis, & patrocinio quod eorum hæreſis ſuſcepiſſet, indignus prorſus videri potuiſſet, qui de hoſtibus victoriam conſequi mereretur: quod tamen Deus de Magnentii tyranni immani ſcelere tunc pœnas expoſceret, clamante in eum innocentiſſimo ſanguine, Abelis inſtar, juſtiſſimam ultionem; Conſtantii delicta ad aliud tempus punienda dilata ſunt, atque interim diſſimulata. Diſtulit plane Deus, quam juſte merebatur ille, vindictam; *ne forte* (quod eſt in Moyſis cantico *b*) *ſuperbirent hoſtes eorum*: Cum alioqui idem Conſtantius etſi non de fide Catholica, certe quidem de Chriſtiana religione, idololatriam atque idololatras vehementi odio proſecutus, videri potuerit optime meritus: qua ex parte a Gregorio Nazianzeno, habita ejus cum Juliano Apoſtata collatione, meruit egregio laudum præconio celebrari: quo nomine ut quid temporalium rerum conferret illi divina clementia, haud incongruum penitus haberetur.

(b) Deut. 32.

III. Spes Conſtantii in Deo.

Paterno igitur in tanto rerum diſcrimine Conſtantius uſus exemplo, quem ſciebat fiduciam omnem de victoria conſequenda non in exercitus viribus collocaſſe, ſed in Crucis virtute ac Chriſti nomine, ſecundum illud quod illi cælitus fuerat demonſtratum, IN HOC VINCE: eadem ipſe ſpe munitus, ac fiducia roboratus, totus pendens erat e divino præſidio, e cœlo ſperans ſibi adverſus tyrannum victoriam impetritum iri. Sunt plane ejuſmodi Conſtantii animi in Deo ſpem habentis ab eodem tunc temporis conflata numiſmata iiſdem ſignis, quæ hic videbis expreſſa, & inſcriptione luculenta ſignata, HOC SIGNO VICTOR ERIS, ſuaque imagine militari, tenente dextera Labarum, in quo cum Cruce Chriſti quoque nomen (ut eſt ſuperius declaratum) habetur ex-

PAGIUS	ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5846.
SÆC. IV. Anno Urbis 1106. Olymp. 283. an. 1. A.C. 353.	☉ 26. C. ☽ 12. P. 12. April. Indict. 11.
	JESU CHRISTI 353.
	LIBERII PAPÆ 2.
	CONSTANTII 27.

I. *Conſules.* II. *Tricennalia Conſtantii.*

[1] A Num. I. ad XVI. Coſſ. *Conſtantius Aug. VI. & Conſtantius Gallus Cæſar II.*

Conſtantii Auguſti Conſulatus juxta ſecundam Conſulatuum Cæſareorum regulam; Imperii enim Cæſarei *Tricennalia* celebravit, ut mox ex Ammiano declarabimus: Conſtantii vero Cæſaris Conſulatus juxta tertiam, ut nempe Conſtantii Auguſti Collega eſſet.

III. *Magnentii interitus.*

Ad num. I. & II. *Magnentius* ſub finem ſuperioris anni ex Italia in Galliam profugus, poſtquam triennium & ſex menſes imperaſſet, teſte Zoſimo lib. 2. a Conſtantio Auguſto apud Cottias Alpes devictus eſt, teſte Juliano Orat. 2. pag. 157. *Quem dum Conſtantii Duces acrius inſequuntur, iterum pugna commiſſa eſt in loco, qui dicitur Mons Seleucus. Eo prælio victus Magnentius, cæſis ad internecionem ſuis copiis, ſolus fugam arripuit, Lugdunum contendens urbem Galliæ, quæ a ſupradicto munimento diſtat tridui itinere*, inquit Socrates lib. 2. cap. 32. De illo ad Montem Seleucum prælio mentionem etiam faciunt Sozomenus lib. 4. cap. 6. & Auctor Chronici Alexandrini. Situs eſt Mons ille, vulgo *Monſaleon* dictus, in Provincia Delphinatus, Vapincum inter & Deam Vocontiorum, diſtatque ab urbe Lugdunenſi millium paſſuum CLIII. ut docet Valeſius in Notitia Galliarum, verbo, *Seleucus Mons*. Tandem Magnentius Lugduni ſeſe interfecit, vel *IV. Idus Auguſti*, ut habet Chronicon Alexandrinum, vel *III. Idus Auguſti*, ut habet Idacius in Faſtis, vel *die XV. Auguſti*, ut Socrates loco laudato. *Decentius* Magnentii frater apud Senonas laqueo ſeſe ſuſpendit *XV. Kal. Septemb.* ut ſcribit Idacius in Faſtis.

Sil-

NOTÆ [1] COſſ. *Conſtantius Aug. VI. & Conſtantius Gallus Cæſar II.* Socrates, lib. II. cap. XXXII. Faſti Idatii, Vindebonenſes, & cæteri: *Conſtantio VI. & Conſtantio II.*

Digitized by Google

expreſſum; quo ſigno prævio, ipſum conſecuturum victoriam, imago Victoriæ cum palma a tergo poſita, capiti coronam dextera ponens, haud obſcure ſignificat (a)

(a) Numiſma aureum, quod exhibuit D. Horatius Tygrinus de Mariis Rom.





IV. Numiſmatum majorum uſus.

Ejuſmodi autem grandiora numiſmata (ut obiter hæc modo dicamus) arbitrio Imperatoris efformari ſolita, ab uſualibus nummis diſtincta erant, illaque eadem ipſa, quæ munificentiæ cauſa ab Imperatoribus erogabantur in ſuos, & (quod Herodianus (b) ait) ipſis Kalendis Januariis alter alteri miſſitare ſolebat: cujus quidem antiquiſſimi uſus adhuc penes Chriſtianos remanet quædam imago, dum iiſdem Kalendis Januariis, vel frequentius die Natali Domini, beneficentiæ cauſa nummi ab hominibus dignioris conditioois inferioribus donantur.

(b) Herodian. lib. 2. prope fin.

V. Magnentius iiſdem uſus militaribus ſignis.

Sed ad expeditionem Conſtantii adverſus Magnentium redeamus, & Magnentii in Conſtantium apparatum. Erat iſte (ut diximus) Chriſtianus, ſicut & Decentius frater ipſius; iiſdemque Crucis & Chriſti nomine inſignitis eos uſos eſſe militaribus ſignis, quæ ſuperius reddita ſunt formis eorum numiſmata aperte declarant: ſed & virtute Crucis & nominis Chriſti eumdem Magnentium certam ſibi ipſi pollicitum eſſe victoriam, numiſma (c) illud ipſius demonſtrare videtur, cujus a tergo figura ipſius militaris ſtans, dextera Victoriolam, ſiniſtra Labarum habet, in quo pariter ſalutiferum idem ſignum expreſſum babetur ☧. In hoc primum bello illud (proh ſcelus) velut portentum apparuit, Crucem eontia Crucem in prœlium ferri, Chriſtique nomen adverſus Chriſtum in Labaro oſtentari, & Chriſtianos in Chriſtianos armatos progredi: ſed quorum alterius partis tyrannus dux eſſet, alterius vero hæreticus Imperator: at non aliis plane, quam his auſpicibus tantum decebat ingredi nefas.

(c) Habet Adolph. Occo in l. Rom. Imp numiſm.

VI. Magnentius vincitur.

Quæ autem velitationes prælium, ubi de ſumma rerum concertabatur, ante præceſſerint, quo ordine acies diſpoſitæ fuerint, & ante bellum ipſum internuncia inter ducem utrumque præierint, quove defectu Magnentii exercitus cedere cœperit, ac tandem victus penitus fuerit; ad Zoſimum rem prolixius proſequentem, lectorem amandamus. De ſumma rerum illud tantum pro inſtituto quo tenemur adſtricti, ſatis ſit in præſentiarum admonuiſſe, quod duces ſceleratorum tyrannus ipſe Magnentius, atque Decentius, vindictam de innoxio Conſtantis ſanguine expoſcente numine, miſerrime periere, ille quippe diverſis antea exagitatus prœliis, ultimo tandem certamine, exercitu cæſo ac penitus profligato, deſperatione melioris fortunæ, ſibi ipſi mortem conſcivit, gladio ſe transverberans. Decentius autem ejus frater, quem crearat Cæſarem impacto ſibi laqueo vitam finivit: iſta vero pluribus narrantur a Zoſimo (d): hic finis crudelium tyrannorum, libidine imperandi fas omne juſque calcantium. Acciderunt Magnentio hæc, cum occupaſſet Imperium annos tres & menſes ſex; id ipſe Zoſimus, Victor, Eutropiuſque teſtantur. Contigiſſe horum exitium hoc anno, eiſdemque Conſulibus, decimooctavo Kal. Septembris, Paulus Diaconus habet (e), licet mendoſe anni Imperii Conſulatus loco ponantur. Addit idem auctor, ab ipſo Magnentio fuga lapſo, atque dolore amiſſi Imperii ſuperato, cum ipſius ma-

(d) Zoſim. l.2.

(e) Paul. Diac. Miſcellan. hiſt. l.12.

PAGIUS IV. Silvani rebellio. Spondan. n. 3 1 3.

Silvani rebellio anno tantum trecenteſimo quinquageſimo quinto contigit, quo & eam narrat Ammianus lib. 15. cap. 5. quo etiam anno in Chronico Hieronymi poſt narratum Galli Cæſaris interitum, his verbis memoratur: *Silvanus in Gallia res novas molitus XXIX. die extinctus eſt*, Coloniæ nempe Agrippinæ, ubi eum Imperium invaſiſſe, & interfectum eſſe teſtaint Ammianus citatus. Uterque Victor, ac Eutropius *Silvani* rebellionem, poſtquam de Galli Cæſaris morte, quæ anno ſequenti contigit, egere, recitant; ideoque minime dubitandum, quin illa ad annum CCCLV. referenda ſit. Scaliger in Notis ad Chronicon Hieronymi, hunc Silvani Nummum exhibet; D. N. FL. SILVANUS P. F. AUG. Julianus Imp. de Silvano loquitur pag. 89. & 183.

Digitized by Google

matrem, tum etiam fratrem majorem natu occiſos eſſe.

VII. Cæterum quod ad menſem & diem ſpectat; cum Acta Artemii martyris referant ejuſmodi cladem Magnentii accidiſſe antequam Hieroſolymis inſigne illud de Cruce prodigium appareret, conſtetque ex Cyrilli epiſtola eam viſionem contigiſſe tempore Pentecoſtes, nempe ſeptima menſis Maji, Paulus Diaconus erroris argui poſſe videtur. Agemus autem nos de eadem Crucis apparitione ad finem præſentis anni; quod veriſimilius ſit, hoc anno, veris tempore, exercitus adverſarum partium conflixiſſe.

VIII. At quid de Ariano Epiſcopo Valente apud Conſtantium agente ſcribat Severus (a), hic in medium adducamus: *Eo* (inquit) *tempore quo apud Murſam contra Magnentium armis certatum, Conſtantius deſcendere in conſpectum pugnæ non auſus, in baſilica Martyrum extra oppidum ſita, Valente tum ejus loci Epiſcopo ſolatium aſſumpto diverſatus eſt. Cæterum Valens callide per ſuos diſpoſuerat, ut quis prælii fuiſſet eventus, primus cognoſceret, vel gratiam Regis captans, ſi prior bonum nuncium detuliſſet; vel vitæ conſulens, ante capturus fugiendi ſpatium, ſi quid contra accidiſſet. Itaque paucis, qui circa Regem erant, metu trepidis, Imperatore anxio, primus nunciat hoſtes fugere, cum ille indicem ipſum intromitti poſceret: Valens, ut reverentiam ſui adderet, angelum ſibi nuncium reſpondit. Facilis ad credendam Imperator, palam poſtea dicere eſt ſolitus, ſe Valentis meritis, non virtute exercitus viciſſe. Ab hoc initio illecti Principis, extollere animos Ariani poteſtate Regis uſuri, ubi auctoritate ſua parum valuiſſent.* Hæc Severus.

(a) Sever. hiſt. l. 2. ſacr. Bibl. ſanct.

Valentis Ariani Epiſcopi dolus.

IX. Extincto tyranno, Neratius Generalis Præfectus Urbi in honorem Conſtantii ſtatuam erexit, in cujus baſi ejuſmodi glorioſum incidit inſignis victoriæ monumentum:

eratii inſcriptio.

RESTITVTORI. VRBIS. ROMÆ. ADQVE. ORB...
ET. EXTINCTORI. PESTIFERAE TYRANNIDIS
D. N. F. L. IVL. CONSTANTIO. VICTORI. AC. TRIVMFATORI
SEMPER. AVGVSTO.
NERATIVS. CEREALIS. V. C. PRÆFECTVS. VRBI
VICESACRA. IVDICANS. D. N. M. QVE. EIVS.

Ita ſe habet inſcriptio, quæ errore deſcribentis ad Conſtantini Patris tempora relata, hic ſuo loco redditur.

X. At tanta parta victoria, accidit plane Conſtantio ſecundum illam antiquorum ſententiam, tam Gentilium, quam Chriſtianorum conſenſu receptam, qua dicitur (b): *Nihil infelicius felicitate peccantium. Quippe qui Arianæ impietati (proh nefas!) tantam victoriam, quæ ſibi univerſum Occidentale Imperium vendicavit, acceptam retulit impie; quam in ultionem ſæviſſimi tyranni Deus illi conceſſerat; unde & juxta propheticam illud evenit ipſi, quo dicitur* (c): *Super hoc lætabitur & exultabit; propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo:* Siquidem qui viſus eſt hactenus faviſſe Arianis, poſtea adeo excoluit ipſam hæreſin, cujus cauſa Orientale videbatur Imperium, cui tyrannus inhiabat, liberatum, & Occidentali ſe auctum; ut nihil apud eum antiquius fuerit, quam de ſe ipſa benemereri, & longe lateque in univerſum Romanum Imperium propagare; quod dum vixit, pro viribus præſtitit. Erat illud frequens in ore ejus (quod teſtatur Lucifer Calaritanus (d)) atque glorioſe jactabat; probatam divino calculo ſuam fidem, cum ſibi ſecundum Arium credenti tot tantaque Deus præſtitiſſet, & ea majoribus in dies acceſſionibus cumularet: cujus blaſphemiæ cauſa poſtea permotus eſt ipſe Lucifer, ut librum ad eum ſcriberet, *De Regibus apoſtatis*, quorum exemplis omnem illam ipſius inanem de probatione veræ fidei ex felicitate præſentis vitæ jactantiam reprimit, atque falſum inde argumentum deductum penitus confutat; oſtendens nimirum, ſæpe accidiſſe, ut impii ac ſceleſtiſſimi Principes, & Deo in omnibus adverſarii, ab ipſo nihilominus fuerint diutius tolerati, immo & rebus proſperis atque felicibus ſæpius munerati.

Conſtantius ex proſperis fit deterior.

(b) Senec. l. de Div. provid. c. 3. ex Demetrio. Origenes in periarchon. Hier. epiſt. 33. Aug. epiſt. 5. nec non. Greg. in Moral. & alii.

(c) Habach. c. 1.

(d) Lucif. Calar. de Reg. apoſtat. in princ.

XI. Eſt porro hoc commentarii illius exordium: *Uſitatum quia habere dignaris verbum; quod enim niſi & integre crederes, & hæc, quæ geris contra * nos, Deo eſſent placita, jam fuiſſet extinctus; paucorum tibi in apoſtaſia, & crudelitate æqualium Regum facta deſideravi reſerare, quo poſſit vox illa tua ſepeliri, quæ dicit: Niſi Catholica eſſet fides Arii, hoc eſt, mea; niſi placitum eſſet Deo, quod illam perſequar fidem, quam contra nos ſcripſerunt apud Nicæam; numquam profecto adhuc in Imperio florerem, &c.* Illud ſæpius repetens: *Nolo dicas: Si hæreticus eſſem, numquam tantum imperarem, numquam me permitteret adhuc Deus in regno eſſe; quando videas vigintiquatuor annis regnaſſe Baſam filium Achiæ, de quo ſcriptum inveniſti in Regnorum libro tertio: Et fecit malignum coram Domino, & abiit in viam Hieroboam.* Eadem ſubdit de filio Aſia, qui trigintaquinque annis idololatra regnavit, & aliis. Sed quod hæc ipſe frequenter modo & in ſu-

Conſtantii falſa perſuaſio.

* circa.

Digitized by Google

futurum, cum ejecit Epiſcopos ab Eccleſia, crebro verſarentur in lingua; idem Lucifer ſubdit: *Ne tibi adſcribas ad gloriam, & dicas: Idcirco non aliqua vulneror plaga, idcirco jam non extinctus ſum, ſed adhuc vivo, regnum Romani Imperii poſſidens, quia ſim bene credens, quia Arii recta fides ſit, quia fecerim bene removere Epiſcopos, & alios tales inſtituerim, quales concupierit Arius. Noli, inquam, hinc tibi gloriari, quod, cum hæc ſis faciens, tamen ſuperbias; quando videas iſtum, nempe filium Baſa, Regem trigintaquinque annis tenuiſſe regnum, & in pace fuiſſe exemptum.*

XII. Ex pravo deterior fit Conſtantius.

Sic igitur Conſtantius in Catholicos diriſſimam exercens perſecutionem, inſtar Ehnici Imperatoris, eadem ad ſui excuſationem & quaſi benefacti defenſionem adverſus omnes repetere conſuevit; quod idem auctor indicat, cum ait: *Manu militari pugnaſti contra Eccleſiam Alexandrinam, quamplurimos Epiſcoporum relegaſti in exilia *, in metallis *, conjeciſti in carcerem, certum etiam numerum interfeciſti ex omnibus Dei cultoribus. Cum hæc egeris, tamen dicis: Niſi bene eſſem faciens, & integre eſſem credens, numquam me adhuc Deus regnare permitteret; tamquam idcirco & circa Achab ac cæteros coidololatras tuos fuerit Deus patiens, quia fuerint rectam tenentes viam.* Et rurſus inferius: *Ne dixeris: Niſi bene agerem, numquam tanto tempore imperarem, numquam adhuc vivere fuiſſem permiſſus; quando & Manaſſem cernas filium Ezechiæ Regis, Regem Juda ſexdecim annorum ſuſcepiſſe regnum, & quinquagintaſeptem annis regnaſſe.* Cum tamen fuiſſet omnium ſceleſtiſſimus. Unde hæc idem auctor in eum peregregie quidem: *Vides, Conſtanti, tametſi contingat tibi in ſumma felicitate in hac temporaria verſari vita, tamen magis timere debes, quod Dei reſerveris judicio. Et licet etiam ii qui ſtatim extinguuntur, quibus hic aliqua divinitus irrogantur pœnarum, poſt diſceſſum ſemper torquentur; tamen tu, ſi in ſumma vivens felicitate fueris hinc raptus, adverte qualiter in te vindicta ſit proceſſura, qui in tanta inveniaris ſcelere.* Hæc & alia in impium Regem libero ore Lucifer.

* exilia

* metalla.

XIII. Conſtantius elatus ſuperbia.

Certe quidem poſt debellatum tyrannum, magna ſui placentia atque gloria cum jactantia elatum eſſe Conſtantium, atque inde apertam fuiſſe calumniantibus viam ad optimos quoſque comprimendos, Zoſimus quoque teſtatur, cum ait (a): *Secundum hæc cum univerſa rerum ſumma ſoli Conſtantio ceſſiſſet, arroganter eſſe cœpit, quod eam fortunæ proſperitatem moderate ferre non poſſet. Sumebant & incrementum officinæ calumniarum, quæ circa tales exiſtere conſueverunt, & iis potiſſimum inſidiantur, quorum fortunæ bene conſtituta videntur: nam dum alios felicitate ſua dejiciunt, & dignitates eorum ſe conſecuturos ſperant, ad calumnias adverſus eos inſtruendas ſeſe convertunt.* Iſta quidem Zoſimus; quæ omnia veriora ſunt demonſtrata ex perſecutione illata adverſus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopos, illos præſertim qui majoribus ſedibus præeſſent Antiſtites, quibus (Arianorum calumniis) juſſu Conſtantii exturbatis, ipſorum ſedes iiſdem calumniantibus datæ ab eodem ſunt Arianis; de quibus ſingulis ſuo loco fuſius agendum erit.

(a) Zoſim. l. 2. in fin.

XIV. At non Zoſimo tantum, ſed & Ammiano Marcellino fuit Conſtantii ex debellatis adverſariis conceptus faſtus oſtentui, de quo ait (b): *Quo ille ſtudio blanditiarum exquiſito ſublatus, immanemque ſe deinde fore ab omni mortalitatis incommodo fidenter exiſtimans, confeſtim a juſtitia declinavit ita intemperanter, ut ÆTERNITATEM MEAM, aliquoties ſubſcriberet ipſe dictando; ſcribendoque propria manu, Orbis totius ſe dominum appellaret. Quod dicentibus aliis, indignanter admodum ferre deberet is, qui ad æmulationem civilium Principum vitam formare, moreſque ſuos, ut prædicabat, diligentia laborabat enixa, &c.* Iſta Ammianus. Adulantes vero Ariani hiſce titulis, exornare ne dicam, an potius (quod verius eſt) dehoneſtare conſueverunt eumdem Conſtantium Imperatorem. Unde S. Athanaſius (c) ſic de illis: *Omnia reſpectu ſuæ hæreſis ſcripſerunt; deinde cum ſimularent ſe de Domino ſcribere, alium ſibi dominum, Conſtantium ſcilicet, creaverunt: ille enim ipſis impie agendi facultatem præbuit; ſummque Cæſarem æternum appellaverunt, qui Filium Dei æternum eſſe negant: tantos ſe pro impietate Chriſti hoſtes præbent.* Hæc Athanaſius. In reſcriptis etiam ſæpe eſt reperire, Conſtantium ſe ipſum, Æternum nominare. Tali igitur faſtu inflamavit Chriſtianam religionem hæreticus Imperator, in qua animi ſumma ſummiſſio atque manſuetudo potiſſimum commendatur.

(b) Ammian. lib. 15. in princ.

Inſolens faſtus Conſtantii Imper.

(c) Athan. l. de Synodo

XV. Sed plane tunc contigit quod eſt in Pſalmo (d): *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper.* Etenim cum audiſſet Conſtantius, non ex Arianorum ſententia eveniſſe, ut a Liberio Papa ipſi iidem Ariani in communionem acciperentur, utque Athanaſius damnaretur; in furorem exarſit, & ut ab omnibus Epiſcopis Athanaſius condemnaretur, publico mandavit edicto; id quidem Severus narrat his verbis (e): *Igitur cum ſententiam eorum quam de Athanaſio dederant, noſtri non reciperent; edictum ab Imperatore proponitur, ut, qui in damnationem Athanaſii non ſubſcriberent, in exilium pellerentur.* His ſic ſe habentibus Liberius Papa ex Romano (ut dictum eſt) ad hoc collecto Concilio ad Imperatorem legationem mittit, quo ipſum ab eo concepto furore placare poſſet.

(d) Pſal. 9.

Conſtantii furor in Athanaſium converſus

(e) Sever. hiſt. l. 2.

Hoc

Digitized by Google

XVI. Legati ſedis Apoſtolicæ ad Conſtantium. Hoc igitur anno Arelate cum eſſet Conſtantius, convenerunt eum Apoſtolicæ ſedis legati Vincentius atque collegæ, qui de cogendo Concilio ipſum interpellarunt; eo enim remedio antevertere conatus eſt idem Liberius Papa imminentem non tam adverſus Athanaſium, quam univerſam Eccleſiam Catholicam, ac præſertim in Occidentales Orthodoxos Epiſcopos, perſecutionem; cum (ut diximus anno ſuperiore) id ipſum legatione ſua ad Liberium miſſa tentaſſent Ariani, nempe communicationem Apoſtolicæ ſedis, a qua per Julium Romanum Pontificem abſtenti fuerant, & damnationem Athanaſii, quem idem Julius atque Concilium Sardicenſe abſolverant; cum & novas inſuper in eum accuſationes inſtituiſſent: hæc quidem omnia expreſſa habentur diſertis verbis in Epiſtola ejuſdem Liberii Papæ, quam poſteriore legatione ad eumdem Conſtantium miſit: eam nos ſuo loco integram deſcribemus, ſimulque ejuſdem Liberii ad Oſium Cordobenſem Epiſcopum litteras reddemus, quibus etiam declaratur, inter alios legatos cum Vincentio miſſos, fuiſſe Marcellum æque Epiſcopum in Campania, eoſdemque legatos juſſos eſſe a Liberio apud Conſtantium agere de cogendo Aquilejæ Concilio. Sic igitur Occidentalis Eccleſia hoc anno, cum ejus orbis Imperio Conſtantius potiretur, cœpta eſt graviſſimis ex Arianorum furore turbinibus agitari, atque diris urgeri procellis.

XVII. Quid actum Arelate a legatis Apoſtolicæ ſedis. Cum autem Apoſtolicæ ſedis legati Arelatem ad Imperatorem Conſtantium perveniſſent, invenerunt ibi complures Arianæ factionis Epiſcopos, & aliquos Occidentales, quos iidem per Conſtantium in ſuam ipſorum communicationem pellexerant, nempe ejuſdem Arelatenſis civitatis Epiſcopum Saturnium, & Fortunatianum Aquilejæ Epiſcopum, magni tunc nominis virum, qui pro Athanaſio & fide Catholica cum aliis Orthodoxis ſteterat in Concilio Sardicenſi. Quid autem Ariani Epiſcopi Orientales ab ipſis Apoſtolicæ ſedis legatis importune expetiiſſent, Liberius Papa ex eorumdem litteris ad ſe ſcriptis, his verbis ſignificat in ea epiſtola, quam deinde ad Conſtantium ſcripſit, ubi hæc leguntur (a): *Manent legatorum littera, qui ad clementiam tuam fuerant deſtinati; qua nuper venerunt; quibus ſignificant, propter turbationem quidem omnium Eccleſiarum, ſe quidem ante ſuccumbere ſententiis Orientalium voluiſſe* (nempe de ſubſcribendo contra Athanaſium) *propoſuiſſe tamen conditionem, ſi iidem Arii hæreſin condemnaſſent; hoc genere ſe inclinandos eorum ſententiis obedire. Placitum (ut ipſi ſignificant) ſcriptura teſte firmatur. Itur in Concilium; accipiunt cum deliberatione reſponſa; Arii doctrinam ſe damnare non poſſe; Athanaſium (quod ſolum exigebant) communione eſſe privandum.* Hactenus ex legatorum litteris Liberius.

(a) Extat apud Lucif. ... in fin. & t. 9. Bibl. ſan.

XVIII. Vincentii legati lapſus, & aliorum. Sed poſt hæc illud lugubre accidit, ut Vincentius ipſe primarius Apoſtolicæ ſedis legatus, importunitate Arianorum & Conſtantii victus imperio, tandem ſic deceptus atque coactus ſubſcripſerit Athanaſii damnationi: quod præſtitit etiam idem Fortunatianus Aquilejæ Epiſcopus, & Herminus Theſſalonicæ. Id quidem in primis teſtatur ipſe Athanaſius in Apologia ad Conſtantium, cum ait: *Vincentium Capuæ, & Fortunatianum Aquileiæ, & Herminum Theſſalonicæ, cæteroſque in Occidente Epiſcopos vim non vulgarem, graveſque contumelias paſſos eſſe, donec promitterent ſeſe a noſtra communione abſtinere.* Hæc Athanaſius. Porro lapſus Fortunatiani nequaquam hoc anno contigit, ſed poſt ſequentem: ſiquidem ad eum adhuc ſtantem Liberius (ut ipſe in epiſtola ad Euſebium ſcripta teſtatur) litteras ſcripſit anno ſequenti. Porro perperam factum Vincentii ipſe Liberius Papa magnopere deploravit: qui de eodem ad Oſium Epiſcopum Cordubenſem Epiſtolam ſcribens, hæc habet inter alia (b):

(b) Extat hæc epiſt. in Cod. Vatican. num. 2673. cujus eſt inſcriptio, Concordia canonum.

XIX. Epiſtola Liberii Papæ ad Oſium Epiſcopum Cordubenſem. *Quia in nullo conſcientiam tuam debeo præterire: multi ex Italia Epiſcopi convenerunt, qui mecum religioſiſſimum Imperatorem Conſtantium fuerant deprecati, ut juberet, ſicut ipſi placuerat, dudum Concilium Aquilejenſe congregari. Vincentium Capuenſem cum Marcello æque ex Campania Epiſcopo legationem noſtram ſuſcepiſſe, ſanctitati tuæ inſinuo. De quo cum multa ſperarem, quod & cauſam optime re-*

PAGIUS V. *Conſtantius apud Arelatem Tricennalia celebrat.* Ad num. XVI. & ſeqq. *Conſtantius* bello Magnentiano defunctus Rhodani oſtia occupavit, teſte Juliano Orat. 9. pag. 361. ut & Pyrænei juga, miſſa eo claſſe, ut ibidem Julianus pag. 438. Hinc Arelatem ſe contulit, ut colligitur ex Athanaſio in epiſtola ad Solitarios pag. 819. ubi de Conſtantio, Athanaſio parum æquo, ait: *Cum autem eſſet Arelate & Mediolani, omnia pro Hæreticorum adhortatu ſuggeſtioneque faciebat.* Ea in urbe moratus eſt a menſe Octobri uſque ad ſequentis anni Ver, ut ex Legibus Codicis Theodoſiani conſtat. Arelate dum agit, *VI. Idus Octobris.* Imperii Cæſarei Tricennalia celebravit, ut nos docuit Ammianus lib. 14. cap. 5. *Arelate hiemem agens Conſtantius, poſt Theatrales Ludos atque Circenſes, ambitioſo editos apparatu, die VI. Idus Octobres, qui Imperii ejus* (nempe Cæſarei) *annum triceſimum terminabat, inſolentiæ pondera gravius librans*, &c.

VI. *Ibidem Obeliſcum erigi jubet.* Horum ſolennium occaſione *Obeliſcum* Arelate erigi juſſit, qui noſtris diebus e terra effoſſus gloriæ Ludovici Magni conſecratus eſt, rurſumque in platea publica collocatus. In eo nulla epigraphe, nullique characteres, qui in anni quo elaboratus, aut Principis cui primum dicatus fuerat, notitiam perducere poſſint. Sed quia Obeliſci annis Decennalibus & id genus feſtis addicti in honorem Principum de more in publicis lo-

retineret, & Judex in eadem cauſa cum ſanctitate tua frequenter reſediſſet, credideram Dei Evangelium ſua legatione poſſe ſervari. Non tantum nihil impetravit, ſed & ipſe in illam, ductus eſt ſimulationem. Poſt cujus factum duplici mœrore confectus moriendum magis pro Deo decrevi, ne videar noviſſimus delator exiſtere; nam videtur ſententiis accommodaſſe conſenſum. Hactenus de his Liberius ad Oſium, illud plane ultimis verbis ſignificans, in proditionem Catholicæ fidei converti, adverſus Athanaſium calculum ferre. Verum quod habet ipſe Athanaſius, alios Epiſcopos Occidentales in eandem cum Vincentio iviſſe ſententiam: tentatum quidem id fuiſſe, ſed obſtitiſſe Liberium, miſſa ſequenti anno legatione ad Conſtantium Imperatorem, idem ipſe Liberius aliis explicat litteris ſcriptis anno ſequenti (ut dicemus) ad Euſebium Epiſcopum Vercellenſem; quas tamen acceptas ab archivo Vercellenſis Eccleſiæ, editaſque una cum aliis rebus geſtis ipſius Euſebii, hic inteximus: ſunt autem hujuſmodi:

Liberius fratri Euſebio.

XX. Liberii Papæ Epiſtola ad Euſebium Epiſcopum Vercellenſem. *Me, frater cariſſime, ad ſolatium vitæ præſentis erigit invicta fides tua, qua ſecutus Evangeliorum præcepta, nullo genere a conſortio ſedis Apoſtolicæ diſcreпaſti, quod credo non ſine Dei impulſu, qui digno ſibi in ſacerdotio deſinet, benevolentia compleſſe. Cum igitur poſt legationem Vincentius in illam ductus eſt ſimulationem; reliqui per Italiam Epiſcopi publica conventione coacti fuiſſent ſententiis Orientalium obedire. Deo procurante, frater & coepiſcopus noſter Lucifer de Sardinia ſupervenit. Qui cum latebras cauſæ interioris cognoviſſet, & perveniſſet ad ejus conſcientiam, ſub occaſione nominis Athanaſii, hæreticos hæc velle tentare: pro devotione fidei ſuæ, ſubire voluit juſtum laborem, & ad Comitatum religioſi Principis pergere: ut tandem, expoſito ordine totius cauſæ, impetraret, ut omnia quæ in medium venerunt, in cœtum poſſent ſacerdotum Dei tractari. Ideo, quia ſcio ſanctum fidei tuæ calorem cum ejus anima concordare, prudentiam tuam peto, ut ſi, procurante Deo habuerit te præſentem, per quoſcumque potueris, ſolicite excubare contendas, ut poſſitis univerſa quæ fides Catholica exigit, clementiſſimo Imperatori inſinuare; ut tandem aliquando, depoſita animi indignatione, faciat quod & quieti noſtræ & ſaluti tuæ poſſit in omnibus convenire. Ex ſuperfluo autem credidi, ordinationem cauſæ totius honorificentiæ tuæ litteris inſinuare, cum ſupra dictus frater meus, vel ejus comites in præſenti poſſint omnia relatione ſua referre. Deus te incolumem cuſtodiat, domine frater cariſſime.* Scripta eſt hæc Epiſtola a Liberio (ut diximus) anno ſequenti, cum Lucifer Epiſcopus, Pancratius presbyter, & Hilarius diaconus miſſi ſunt legati ad Conſtantium; quos ſecutus eſt Euſebius Epiſcopus Vercellenſis, ad quem haſce litteras dedit: quas hic voluimus recitaſſe occaſione lapſus Vincentii, de quo agitur.

At quis ejuſmodi Vincentii caſum conſiderans, dolore non ingemiſcat, & ſtupore immobilis hæreat, atque humanæ inconſtantiæ concutiatur horrore? Ecce enim tibi, hic ille Vincentius Epiſc. Capuanus, qui ad Nicænum Magnum Concilium una cum collegis a Silveſtro miſſis legatione honorificentiſſima perfunctus eſt; idemque ipſe (quod exprobrat Liberius) tum Romæ, tum in æque Magno Concilio Sardicenſi ſederat cum aliis Epiſcopis Judex ad cognoſcendam ac judicandam ſæpius judicio ventilatam Athanaſii cauſam, & candidum (ut ajunt) calculum pro ejuſdem abſolutione in urnam ſæpe conjecerat: hic, inquam, ſtipendiis omnibus Chriſtianæ militiæ digniſſime per omne tempus emeritus, in ultimo ſenio conſtitutus, minime conſiderans munus ſuum, quo Romani Pontificis vices ageret, nullam ducens rationem ſuæ jam Angelis & hominibus venerandæ canitiei, nec denique veritus Deum & homines, adeo turpiter inflexus eſt vel precibus, vel minis Arianorum atque Conſtantii, ut in ſummum Catholicæ fidei athletam, innocentiſſimum virum, toto Catholico Orbe ſpectatum, in ipſum, inquam, Magnum Athanaſium adeo ignaviter atque deformiter, quam optabant XXI. Vincentii lugubris caſus.

PAGIUS locis ponebantur, non dubito, quin Arelatenſis præſenti anno in Conſtantii Imperatoris honorem erectus fuerit; eo magis quo anno CCCLVII. in ſeptimia ejus Quinquennalibus alter *Obeliſcus* Romæ *in Circo erectus eſt maximo*, inquit Ammianus lib. 17. cap. 4. qui ultimus Obeliſcus a Sixto V. Pontifice Maximo Chriſto dicatus. Nec dici poteſt *Obeliſcum* Arelatenſem a Conſtantino Magno in Decennalibus ſuis collocatum. Nam præterquam quod certum non ſit, an in ea civitate Conſtantinus Magnus Decennalia ſua exhibuerit, apparet ex Ammiani loco citato, hujuſmodi Obeliſcos ex Ægypto Romam adduci ſolitos, & parte alia Romam columnis, ſtatuis, aliiſque monumentis ab Imperatoribus denudatam non fuiſſe ante Conſtantinopolim conditam. Mediobarbus in Numiſmatis Impp. pag. 493. Nummum Conſtantii Aug. producit in averſa parte inſcriptum: VICT. D. D. N. N. AUG. ET CASS. R. Q. In ea ſunt duæ Victoriæ ſuſtinentes clypeum, in quo VOT. XXX. qui Nummus in his Tricennalibus percuſſus. In eo victoriæ tam a Conſtantio Aug. quam a Gallo Cæſare reportatæ memorantur, non quæ hoc anno relatæ fuerint, ut Mediobarbus pag. 490. & 492. ſimiles Nummos interpretatur; ſed quia annis hujuſmodi ſolenniis deſtinatis, victoriæ ſuperioribus annis ab Imperatore relatæ in Nummis memoriæ ſolitæ eſſent. Quamobrem hæc vox *Victoria* de more cum Decennalibus, & id genus ſo-

Digitized by Google

bant Ariani ſententiam damnationis intulerit, tam fœda ſubſcriptione obliterans tot honeſtis perfunctis laboribus partam gloriam, aſpergenſque tam ſordida macula tantam ſui celebris nominis claritudinem. Verum in lapſu continuit greſſum, ne in profundum præceps deferretur impietatis: nam non ſic ipſe, velut Fortunatianus Epiſcopus Aquilejæ, ſubſcripſit in Athanaſium, ut factus quoque fuerit proditor fidei, &, ſicut ille, perpetuo Arianis adhæſerit; quippe qui poſtea adverſus eoſdem pro tuenda fide Catholica perſeveravit infractus; prout res poſt hæc ab eo geſtæ, inferius ſuis locis juxta ordinem temporum deſcribendæ, declarant; quod utinam & ejus exemplo cæteri præſtitiſſent.

XXII. Quid præterea Arelate in eo Epiſcoporum Conventu factum ſit, Severus ſignificat his verbis (a): *Cæterum a noſtris tum apud Arelatem, ac Byterras, Galliarum oppida, Epiſcoporum Concilia fuere. Petebatur, ut, priuſquam in Athanaſium ſubſcribere cogerentur, de fide potius diſceptarent, & tum demum de re cognoſcendum, cum de perſona judicium conſtitiſſet. Sed Valens, ſociique ejus prius Athanaſii damnationem extorquere cupiebant, de fide certare non auſi. Ab hoc partium conflictu agitur in exilium Paulinus.* Fuit hic clariſſimus confeſſor, Maximino ſuffectus in nobili Eccleſia Treverenſi. Cæterum licet ſimul jungat duo Concilia, Arelatenſe & Byterrenſe; conſtat tamen prius hoc anno eſſe celebratum, poſterius vero poſt annos tres accidiſſe, ut ſuo loco dicemus. Quod autem idem Severus ſubdit de Concilio Mediolanenſi; ſequenti anno liquet fuiſſe collectum: agemus de eo ſuo tempore. Ex eodem quoque Arianorum Conventiculo, una cum Paulo in exilium miſſum eſſe Rodianum * Epiſcopum, necnon Lucium Anneum Epiſcopum Moguntinum relegatum in Phrygiam, & ſecundo anno ſui exilii, nempe ſequenti, fuiſſe Arianorum inſidiis ſtrangulatum, in-

(a) Sever. l. 2. to. 2. Bibl. ſanct.

Acta in Arelatenſi Concil.

* Rodanium.

locumque ejus ab Orthodoxis Maximum eſſe ſubrogatum, Acta (b) ejuſdem Maximi ſæpe teſtantur. Quæ poſt hæc autem his graviora ab Arianis atque Conſtantio tentata ſint, dicemus anno ſequenti.

(b) Collegit Tritbemius, recitat Sur. to. 6. die 18. Novembr.

XXIII. Hoc pariter anno decimoſeptimo Conſtantii Imperatoris prodigium ingens in cœlo viſum ponitur in Chronico a S. Hieronymo his verbis: *Syriæ populis Crucis ſignum, & maximo conſpicientium terrore in Orientali plaga apparuit.* Super ſanctum Golgotham Hieroſolymis viſum. Quod enim ad tempus quoque ſpectat; id contigiſſe hoc anno, poſtquam Magnentius tyrannus victus eſt, declarant Acta (c) Artemii martyris ſub Juliano, ubi hæc verba leguntur: *Quo quidem tempore, cum expugnatus eſſet Magnentius, ſignum Crucis maximum mirifice apparens, adeo ut admirabili ſplendore ſuperaret lucem diei, viſum eſt Hieroſolymis circa tertiam diei horam, cum eſſet dies feſtus qui dicitur Pentecoſte, pertingens a loco qui dicitur Calvaria, uſque ad montem Oliveti.* Hæc ibi. Meminit ejuſdem Crucis Socrates (d), eamque apparuiſſe dicit, cum Gallus hoc anno veniſſet Antiochiam. De eodem quoque prodigio ſic Sozomenus (e):

Crucis ſignum apparens Hieroſol.

(c) Apud Sur. t. 5. die 29. Oct.

(d) Socrat. l. 2. c. 24.

(e) Sozom. lib. 4. c. 4.

XXIV. *Eodem tempore, Cyrillo poſt Maximum Eccleſiam Hieroſolymitanam adminiſtrante, ſignum Crucis in cœlo viſum eſt; quod clare admodum reſplenduit, non ut cometes ſolet diffuſis radiis, ſed luce multa in unum conferta, valde denſo jubare & perlucido emicuit: tantum pertinebat ad longitudinem, quantum eſt intervallum inter Calvariæ locum & montem Olivarum: quindecim autem ſtadia ſupra locum in cælo ſuſpenſum baſis: latitudo vero longitudinis proportione reſpondit. Quo quidem velut inſigni miraculo, omnes obſtupuerunt; ita ut ſinguli, ædibus, foro, & opere, quod quiſque forte habebat in manibus relicto, pariter cum liberis & uxoribus in Eccleſiam convenerint, & uno ore*

Ingens prodigium.

PAGIUS

feſtis in Nummis expreſſi. Præterea Cæſarum quandoque mentio in Nummis Imperatorum Vota Decennalia repræſentantibus: quod obiter dictum ſit.

VII. A num. XXIII. ad XXXII. Apparitio Crucis in Oriente contigit anno Chriſti treceteſimo quinquageſimo primo, teſte Idacio in Faſtis, ubi ait: *Levatus eſt Conſtantius Cæſar Idib. Mart. & apparuit in Oriente ſignum Salvatoris die III. Kal. Februar. Luna XXVIII.* Verum Idacius, quod Chronographis iſtis obvium, Auctores duos inter ſe pugnantes ſequitur. Primus recte Apparitionem Crucis illigabat cum anno CCCLI. alter vero eamdem recitabat anno CCCLII. quo currente aureo numero XI. Luna XXVIII. in diem XXX. Januarii incidebat. Sed iſte tam in die ac menſe quam in anno errabat. Neque alio anno quam CCCLI. hoc prodigium conſignatur in Chronico Hieronymi juxta editionem Pontacanam, quod tamen in Scaligeriana rectius omittitur, cum ipſo Pontaco fatente, de ea in plu-

Apparitio Crucis quo anno contigerit.

ribus MSS. nulla mentio ſit. Præterea Socrates lib. 2. cap. 28. ſcribit, ſignum illud apparuiſſe, *dum Antiochiam ingrederetur* Gallus Cæſar, qui eo anno die XV. Martii Cæſarea dignitate decoratus fuerat, ſtatimque in eam urbem miſſus. Tertio, Philoſtorgius lib. 3. cap. 26. ait, illud ſignum viſum, cum *Conſtantius victoriam de Tyranno* (nempe Magnentio) *reportavit*, & cum *Magnentius a Conſtantio primum victus fuiſſet*; addens, Magnentium poſtea *viribus paulatim reſumtis, ſecundo prælio congreſſum*, penitus debellatum eſſe, tandemque Lugdunum profugiſſe. Quare apparitio illa in primo prælio Magnentium inter & Romanos commiſſo contigit. Unde quando in Actis S. Arthemii Martyris ſub Juliano die XV. Octobris apud Surium legitur: *Cum expugnatus eſſet Magnentius, ſignum Crucis maximum mirifice apparuit*; ea verba de priori victoria ad *Murſam* reportata intelligenda. Quarto, in Chronico Alexandrino ea apparitio cum co-

ore Chriſtum laudibus celebrarint, & Deum lætis animis confeſſi ſint. Quæ res ad noſtram regionem quoque perlata, non mediocriter omnes obſtupefecit. Nam quamquam viſio non admodum diu continuata eſt; tamen quia ex omnibus prope dixerim terræ oris, uti fieri ſolet, homines vel precandi, vel illa loca viſendi cauſa Hieroſolymam advenissent; res quas id temporis aſpexiſſent, ſuis indicarunt. Erat etiam Imperator de hoc viſo certior factus cum per alios complures nuncios, tum per litteras Cyrilli. Dicebatur autem a viris rerum ejus generis peritis, hanc viſionem divina quadam prophetia in ſanctis litteris quoque præſignatam fuiſſe. Quod quidem certe cum ita accidiſſet, multos cum Gentiles tum Judæos ad fidem Chriſtianam deduxit. Hucuſque Sozomenus. Certe quidem ad eam prædictionem Domini Cyrillus, ſcribens ad Conſtantium hanc apparitionem, alluſit, qua de futuro judicio Dominus verba faciens, ait: *Et tunc apparebit ſignum Filii hominis.* Sed quam congrue, ipſe viderit; uſus tamen eſt hac opportuna occaſione ad comprimendam Conſtantii in Eccleſiam inſolentis audaciam, quem & delinire blandis & immeritis laudibus, & gloriæ titulis celebrare, iiſdem ad eumdem Conſtantium datis litteris ſtuduit.

XXV. Quid portenderit Crux apparens. At vero quid portenderit tantum prodigium, quidve cæleſti hoc hieroglyphico voluerit Dominus ſignificaſſe, tempora ipſa declarare videntur. Etenim cum totius Orbis Imperator, bellum geſturus adverſus Catholicam Dei Eccleſiam, vexillum (ut modo vidimus) crexiſſet impietatis, &, quod nonquam antea acciderat, Imperatoria fureret accenſa face impietas Ariana; Chriſtus, adverſus cujus divinitatem bellum juratum eſſet, in cælo regnans, illud ipſum, quo univerſam cum impiis debellaverat impietatem, divinum ſignum ſupra ſanctum montem, immenſa claritate coruſcans, cælitus demonſtravit, quo & illud auribus Fidelium videretur intonuiſſe lingua cæleſti: *Confidite, ego vici mundum.* Rem ſane probavit eventus: cum divina virtute fides Catholica eo effulſerit glorioſior, quo magis exiſtimabatur armis impietatis extincta. Sed reddamus hic opportune Cyrilli epiſtolam, tanta de re ſic ſcribentis ad Conſtantium Imperatorem (a):

(a) *Apud Cyrill. in fin. Catech. myſtag.*

Imperatori Deo dilectiſſimo & pientiſſimo Conſtantio Auguſto Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus in Domino S.

XXVI. Epiſtola Cyrilli ad Conſtantium Imp. *Primas haſce ex Hieroſolymis ad te, Deo dilecte Imperator, mitto litterarum primitias, quas & te deceat accipere, & me dare, non verborum adulatione refertas, ſed cæleſtium divina declarantes prodigia; neque ſermonum oratorio ſplendore perſuaſiones aliquas continentes, ſed ſanctorum Angelorum oſtentis, per rerum eventum teſtantes veritatem. Ac alii quidem, unde habeant honorem, aureas coronas gemmis ſplendidiſſimis exornatas afferentes, caput tuum perſæpe coronant: nos autem non rebus hiſce terrenis (quæ enim de terra ſunt, finem habent terram) ſed cæleſtium rerum divinam virtutem, tempore Deo dilecti regni tui Hieroſolymis apparentem, pietati*

tuæ

PAGIUS eodem anno copulator. Legenda quæ de ea ibidem habentur a nobis eo anno recitata.

VIII. Ea a S. Cyrillo Hieroſol. Epiſc. memorata. Denique S. Cyrillus Hieroſolymitanus Epiſcopus in epiſtola, quam de hac apparitione ad Conſtantium Auguſtum ſcripſit, ait: *Ac alii quidem unde habent honorem, aureas coronas gemmis ſplendidiſſimis exornatas afferentes, caput tuum perſæpe coronant. Nos autem non rebus hiſce terrenis, ſed cæleſtium rerum divinam virtutem, tempore Deo dilecti regni tui, Hieroſolymis apparentem, pietatis tuæ in notitiam ſtudioſe deducimus, ut amplioribus te divinitus coronis cæleſtibus honoratum non ignorans Deo univerſorum Regi gratias agas.* Anno trecenteſimo quinquageſimo primo Conſtantius Imperii Auguſtei *Quindecennalia* celebravit, quibus in feſtivitatibus orbes & Provinciæ coronas Imperatoribus offerebant, ad quas alludebant Oratores in Panegyricis ad eoſdem in ſimilibus ſolenniis dictis, ut oſtendi in ſecunda parte Diſſert. Hypaticæ cap. 2. num. 18. & 19. Quare, cum *Cyrillus* in ſua ad Conſtantium epiſtola de eo prodigio ſcripta, eum loquendi modum uſurpet, manifeſtum eſt, illud anno CCCLI. accidiſſe, eodemque anno ea Quindecennalia Imperatorem exhibuiſſe; quod & nuncupatio Galli Cæſaris eodem anno facta indicat.

IX. Quo die Crux Chriſti in cælo viſa. Non minor de die, quo hoc prodigium viſum, quam de anno controverſia eſt. Cyrillus laudatus ait: *Sanctis hiſce diebus ſancta Pentecoſtes, circiter horam tertiam, omnium maxima Crux ex lumine conſtituta in cælo ſuper ſanctiſſimum montem Golgotham viſa.* In ea epiſtola, a Baronio hoc anno recitata, hæc tantum verba leguntur. Verum tam in Græco, quam in Latino, dies additur hoc modo: *Sanctis hiſce diebus Pentecoſtes; Nonis Maiis*, &c. Philoſtorgius loco laudato ſcribit, eam viſam *circa horam tertiam ejus diei, qui vulgo dicitur Pentecoſtes*. Auctor Chronici Alexandrini: *Ipſo die Pentecoſtes Nonis Maii*. Theophanes in Chronico, *die ſacro Pentecoſtes*. Quæ verba Eruditorum ingenia excruciarunt; cum anno CCCLI. Paſcha die XXXI. Martii, Pentecoſtes die XIX. Maii celebrata fuerit, & nunquam feſtum Pentecoſtes in diem ſeptimam Maii incidere poſſit. Verum totum arcanum in eo ſitum, quod Græci Pentecoſten ſumunt, non ſolum pro die illo, qui a die Paſchali quinquageſimus; ſed etiam pro ſeptem hebdomadis, quæ Paſcha ſubſequuntur. Hujus rei egregium exemplum ſuppeditat Euſebius in Vita Conſtantini Magni lib. 4. ubi poſtquam de ejus ægritudine, quæ feſtis Paſchalibus peractis contigit, de ejus Helenopolim profectione, de illius Baptiſmo, ac de Imperii inter filios diviſione locutus eſt, cap. 64. ait: *Porro hæc omnia gerebantur in maxima illa ſolennitate veneranda & ſacratiſſima Pentecoſtes, quæ ſeptenario hebdomadum numero decorata, unitate obſignatur. In qua & communis Servatoris Aſcenſum in cælos, & Sancti Spiritus in terras Deſcenſum contigiſſe, ſacra Litteræ teſtantur.*

In

Digitized by Google

tua in notitiam ſtudioſe deducimus; non ut nunc primum ex ignorantia pervenias in Dei cognitionem (videris enim ipſe jam alios poſſe docere, in quibus pie agis) ſed ut iſta perſpiciens confirmeris, &, regni a parentibus accepta hæreditate, amplioribus te divinitus coronis cæleſtibus honoratum non ignorans, Deo univerſorum Regi, & nunc eas quas decet, gratias agas, & deinceps majorem animum adverſus hoſtes geras. Re vera enim Imperium tuum amatur a Deo: quandoquidem hoc tempore tua tanta prodigia monſtrare non dubitat. At tempore quidem Deo dilectiſſimi & beatæ memoriæ Conſtantini patris tui, ſalutare Crucis lignum Hieroſolymis repertum eſt; divina gratia concedente ei, qui recte quærebat pietatem, etiam abſtruſam locorum ſanctorum inventionem. Tempore vero tuo, domine omnium pientiſſime Imperator, qui tua erga Deum pietate majori parentes tuos ſuperaſti, non jam amplius de terra, ſed de cælis ſunt prodigia; quoniam Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, unigeniti Filii Dei, mortis devictæ trophæum, beata, inquam, Crux ſplendoribus luminis coruſcans Hieroſolymis apparuit.

XXVII. Tempus apparitionis.

Sanctis enim hiſce diebus ſanctæ Pentecoſtes, circiter horam tertiam, omnium maxima Crux ex lumine conſtituta in cælo ſuper ſanctiſſimum montem Golgotham, & uſque ad ſanctum montem Olivarum extenſa apparuit, non uni aut alteri tantum viſa, ſed & univerſæ civitatis multitudini maniſeſtiſſime oſtenſa; neque, ut aliquis forte putaret, celeriter ſecundum phantaſiam percurrens, ſed compluribus horis ſupra terram aperte conſpecta, coruſcis ſplendoribus radios ſuperans Solares: nam ſi ab illis ſuperaretur, certe offuſcaretur & lateret; adeo excellentiores quam Sol emittebat fulgores, ut illico univerſa civitatis multitudo ad ſanctam Eccleſiam concurreret, metu divini illius prodigii, non ſine lætitia concitata. Juvenum ſimul ac ſenum, virorum & mulierum, & omnis ætatis ad ipſas uſque in thalamis per domos recumbentes puellas, vicinorum hoſpitum Chriſtianorum, & aliunde advenientium Ethnicorum ingens erat ſpectaculum, qui tum concordi & uno ore omnes Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, Filium Dei unigenitum, ejuſmodi mirabilium effectorem laudabant, re ipſa & experientia diſcentes, quod Chriſtianorum pientiſſimum dogma non eſt in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis, non ab hominibus tantum annunciatum, ſed de cælis divinitus teſtificatum.

Cum igitur nos incolæ Hieroſolymitani paradoxum hoc prodigium hiſce oculis percepiſſemus; Deo quidem omnium Regi, & Filio Dei unigenito, ita ut æquum eſt, gratias cum adoratione egimus, & preces pro tua Deo dilecta potentia in his locis ſanctis effudimus. Operæpretium autem putavi, cæleſtes haſce & divinas oſtenſiones ſilentio non præterire: quin potius bonum nuncium tibi, divinamque ex his benignitatem per hos litteras ſtudui afferre; ut in bono fundamento antea parta fidei, ex his quæ ſubito divinituſque demonſtrata ſunt, ampliorem extruens notitiam, firmiorem in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſpem aſſumas; atque confidens, & omni fortitudine repletus, tam- XXVIII. Bonum nuncium crucis apparitio.

quam

PAGIUS *In ea igitur ſolemnitate, Imperator, has divinas gratias conſecutus, ultima tandem die (quam ſi quis omnium feſtivitatum maximam vocet, haud quaquam meo judicio aberraverit) circa meridiem migravit ad Dominum*, die nimirum XXII. Maii, in quem anno CCCXXXVII. Conſtantini Magni emortuali, feſtum Pentecoſtes incidit.

X. *An dici poſſit eam viſam die Pentecoſtes.*

Quare Euſebius, ut recte vidit Valeſius in Notis, feſtum ſeu ſolennitatem Pentecoſtes, eos omnes dies appellat, qui a die Paſchatis ad diem Pentecoſtes incluſive fluxerunt. Unde Baſilius Magnus de Spiritu Sancto ad Amphilochium cap. 27. inquit; *Porro omnis quoque Pentecoſte eſt Reſurrectionis, quæ in ſæculo exſpectatur, monumentum. Unus enim & primus dies, ſepties ſeptuplicatus, ſeptem ſacræ Pentecoſtes hebdomadas efficit. A primo enim incipiens in eundem deſinit per ſimiles* (dies nempe Dominicos) *qui in medio revolvuntur quinquageſies. Quare & ævum ſimilitudine imitatur, tanquam in motu circulari ab iiſdem ſignis incipiens, & in eadem deſinens.* Hinc quemadmodum Græci hebdomadam, quæ feſtum Paſchæ proxime ſequitur, ipſamque diem Dominicam Paſchalem *Diacæneſimæ* nomine vocant, & tanquam unum diem reputant, ut ex illorum Typico diſcimus, eaſdemque ideo Horas recitant; ſic ſeptem hebdomadas, quæ Paſcha ſubſequuntur, Pentecoſtes nomine appellant.

XI. *Quinquaginta dies Pentecoſten præcedentes pro uno habiti.*

Denique Theodorus Balſamon Patriarcha Antiochenus in epiſtola de Jejuniis a Cotelerio in II. tomo Monumentorum Eccleſiæ Græcæ publicata cap. 15. ſcribit: *Sancitum eſt a Deo per Moſem, ut poſt Agni feſtum populus per VII. hebdomadas quiete degeret, atque ita cum jejunio & humilitate perageret celebritatem hebdomadarum. Anima enim, inquit, quæcumque per jejunium humiliata non fuerit ante feſtum, exterminabitur. Oportuit ergo & nos, qui digni habiti ſumus cernere poſt ſeptem hebdomadas adventum ſanctiſſimi Spiritus, ſtatim cum jejunio feſtum diem ducere, loco Typici hebdomadarum feſti, ſanctam Pentecoſten. Sed quadam maxime divina traditio mundo ſalutarem Domini Reſurrectionem magnificans, octamque ex ea lætitiam velut continuans, & jubens hoc quinquaginta dierum curriculum* PRO UNA DIE *haberi, nec genu flectere, nec aliud quid agere, quod gaudii magnitudini adverſetur, cohibuit, quin facer hebdomadarum ritus per hoc lætum feſtum abſolveretur.* Ex quibus omnibus certum redditur, diem ſeptimam Maii inter Pentecoſtes dies connumeratam, licet anno CCCLI. quo Crucis ſignum in cœlo viſum, feſtum Pentecoſtes die XIX. Maii celebratum fuerit; neque hac de re amplius quæſtionem eſſe poſſe. Levit. 23. v.29. & Pſalm. 34. v.13.

a

Ad

Digitized by Google

quam is qui Deum deſuper habet ſocium, Crucis trophæum efferas honorificentiſſime, gloriationem gloriationum, ſignum producens, quod in cælo oſtenſum eſt; cujus effigiem cum oſtenderet hominibus, etiam cælum multum gloriabatur & lætabatur.

XXIX. Prædictiones de apparitione Crucis. *Atque hoc quidem prodigium, Imperator Deo dilectiſſime, Prophetarum teſtimoniis, ac verbis Chriſti quæ ſunt in Evangeliis, prædictum, & nunc jam peractum eſt, & deinceps amplius perficeretur. Nam in Evangelio ſecundum Matthæum, cum Salvator rerum futurarum cognitionem beatis Apoſtolis ſuis traderet, & poſt illos aliis qui cum eo verſabantur, apertiſſime prædixit: Et tunc (inquit) apparebit ſignum Filii hominis in cælo. Quem ſacrum Evangeliorum librum de more in manum accipiens, quæ de iſto ſigno ibi ſunt prædictiones & teſtimonia ſcripta reperies: quibus Evangeliis ut majus adhibeas ſtudium, te domine, admoneo, propter earum, quæ reliqua iſtic deſcripta ſunt, ſeriem veram a Salvatore prædictarum, & magna indigentium obſervatione, ne ſine pietate, ne aliquod ab adverſaria virtute detrimentum patiamur.*

XXX. Profuſa laudatio. *Has tibi, Imperator Deo dilectiſſime, ſermonum meorum affero primitias: has ab Hieroſolymis primas annuntio voces, tibi maxime germano & omnis pietatis ſtudioſo, Chriſti unigeniti Filii Dei & Salvatoris noſtri una nobiſcum adoratori, qui ſecundum divinas Scripturas Hieroſolymis mundi operatus eſt ſalutem: qui mortem quidem hic perpeſſus eſt, proprioque ac pretioſo ſanguine ſuo hominum peccata delevit; vitam vero & incorruptibilitatem ſpiritualem, cæleſtemque gratiam credentibus omnibus præbuit: cujus potentia & gratia te cuſtoditum & lætantem, ſplendidioribuſque ac majoribus in officiis pietatis verſantem, atque filium propriam regiis inſignientem ornamentis, ipſe Rex omnium Deus, totius beneficentiæ exhibitor, multis annorum periodis pacificis ad honorem & gloriam, Chriſtianis, mundoque univerſo ſervet perpetuo, potentioremque te efficiat, & omni ornatum virtute: & pro more ſanctarum Eccleſiarum, Imperiique Romani humanitatem demonſtres, & amplioribus pietatis coronis in multos annorum circulos quietis ſplendeas. Deus univerſorum id nobis concedat, Auguſte Imperator dilectiſſime, laudantibus ſemper ſanctum & ὁμοούσιον, ideſt, CONSUBSTANTIALEM Trinitatem, verum Deum noſtrum, quem decet omnis gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.* Hactenus ad Conſtantium Cyrillus.

Redarguitur porro ex his quæ tum ex Sozomeno, tum Cyrillo narrata ſunt, Nicephorus (a), dum ait, idem ſignum Crucis Romano exercitui in Pannonia militanti factum eſſe perſpicuum; nam haud in ea aeris regione adeo ſublime apparuit, ut in longe remotis regionibus videri potuerit. Porro tantæ rei geſtæ memoria non diverſorum tantum ſcriptorum egregiis monumentis remanſit poſteris conſignata, ſed etiam publicis Eccleſiaſticis tabulis penes Orientales conſcripta eſt, anniverſaria celebritate Chriſtiano populo rediviva (b), die ſeptima menſis Maii, quo idem ſignum ſanctiſſimæ crucis contigit apparere. XXXI.

(a) Niceph. l. 9. c. 32.

Feſtum apparitionis S. Crucis.

(b) Menolog. die 7. Maii.

Hoc

PAGIUS XII. Sacrificia Gentilium prohibita. Ad num. XXXII. & ſeq. Conſtantius *ſacrificia nocturna, Magnentio auctore permiſſa* prohibuit Lege 5. Codicis Theodoſiani *De Paganis*. Nam inter alia, inquit Gothofredus in hujus Legis Commentario, quæ Magnentius etiam Romæ, firmandæ ſcilicet dominationi, invexerat, vel permiſerat, nocturna ſacrificia erant, non auſus forſan diurna permittere. Cui proximum eſt, quod Athanaſius in Apologia ad Conſtantium pag. 518. ait, *Magnentium* Magis, & incantationibus contra Dei juſſa attendiſſe. Sane Libanius Scriptor Gentilis in Oratione funebri ad Julianum pag. 268. etſi alieni Imperii incubatorem commendat, quod imperaret μετὰ φιλανθρωπίας τῶν νόμων quod a Gentili Scriptore dictum ob ſacrificia aliquatenus ſaltem reſtituta, vel permiſſa, quæ Conſtantius nunc aboleri jubet. Quo exemplo Conſtantinus Magnus quoque, victo *Maxentio* Tyranno nocturna Romæ ſacrificia ſuſtuliſſe videtur ex Lege 3. ejuſdem Codicis *De infirmandis his, quæ ſub Tyrannis*. Denique *Valentinianus* poſtea, cum diurna non prohiberet, nocturna ſaltem ſacrificia in quibuſdam Imperii ſui partibus perniciosius invecta prohibere neceſſe habuit, ut liquet ex Lege 7. ejuſdem Codicis *De Maleficis*, & Zoſimo lib. 4 pag. 735.

XIII. Data & hoc anno a *Conſtantio* Lex 10. Codicis Theodoſiani *De Epiſcopis*, qua pleniſſima immunitas omnibus Clericis conceditur, *ut Eccleſiarum cœtus concurſu populorum ingentium frequentetur*, quemadmodum in ea Lege dicitur. Creſcentibus nempe jam ubique Eccleſiis, (ac proficiente in dies Religione Chriſtiana ac nominatim Athanaſio ex exilio reduce, ut ipſe teſtatur in Apologia ad Conſtantium) jam ſolito pluribus etiam immunitatibus homines ad Clericatum invitandi viſi ſunt, præter veteres immunitates jam conceſſas. Prima itaque immunitas eſt a cenſibus, qui poſſeſſionum nomine Fiſco dependuntur. Quæ immunitas a cenſibus & vectigalibus poſtea ſæpius infracta, præſertim ſub *Valente*, ut conſtat ex duabus Gregorii Nazianzeni epiſtolis, puta 159. & 156. Baſilius quoque epiſtola 279. ad Modeſtum Præfectum Prætorio Orientis de eadem immunitate ſub eodem Valente Imperatore conculcata conqueritur, eamque inſtaurari *petit*. Secunda immunitas eſt a muneribus ſordidis, de quibus in Codice Theodoſiano lib. 11. Tertia eſt a *Luſtrali collatione*; nempe Clerici ab ea collatione, quæ a negotiatoribus præſtatur, quæque Luſtralis dicebatur, immunes declarantur. Ultima eſt immunitas *parangariarum*, de quibus videndus Gothofredus in Commentario illius Legis. Hæ porro immunitates *Tricennalium* Conſtantii occaſione conceſſæ.

Immunitas occaſione Tricennalium Clericis conceſſa.

Baron. a. XXXIII.

Google

XXXII. Conſtantii reſcriptum adverſus Gentiles.

Hoc pariter anno Conſtantius Imperator, adverſus Magnentii tyranni indulgentiam, qua nocturnis ſacrificiis juſſerat patere deorum templa, dedit reſcriptum in hæc verba ad Cerealem Urbi Præfectum (*a*):

(*a*) l. 5. de Pagan. & ſacrif. Cod. Theod.

Aboleantur ſacrificia nocturna, Magnentio auctore permiſſa, & nefaria deincepe licentia repellatur, &c. Dat. VIII. Kal. Dec. Conſtantio Aug. VI. & Conſtante Cæſ. II. Coſſ. Hactenus ſanctio decurtata in hunc modum (quam optaſſem integram) poſita in Codice Theodoſiano.

Rurſum vero hæc idem Conſtantius adverſus ea quæ a Magnentio tyranno & ejus magiſtratibus geſta eſſent, eadem irritans, reſcripſit ad univerſos Provinciales & Populum (*b*):

(*b*) l. 5. de infirmandis his quæ ſub tyrannis C. Theod.

Quæ tyrannus, vel ejus Judices contra jus ſtatuerunt, infirmari jubemus, reddita poſſeſſione expulſis; ut, qui vult, ab initio agat. Emancipationes autem, & manumiſſiones, & pacta ſub eo facta, & tranſactiones valere oportet. Dat. III. Non. Novembris, Mediolani, Conſtantio Aug. V. * *& Conſtante Coſſ.* Depravato tamen legitur quintus Conſulatus Conſtantii, loco ſexti, quem geſſit hoc anno: deprehenditur enim ex eo certus error, quod ſatis liqueat, non ante præſentem annum liberum fuiſſe Conſtantio, Mediolanum adire, ubi datum eſt reſcriptum, niſi debellato Magnentio, qui dominabatur toti Imperio Occidentali.

* VI.

Iiſdem quoque Conſulibus ab eodem Imperatore ſanctio promulgata eſt de clericorum immunitate, data ad univerſas provincias atque populos Imperio Romano ſubjectos, his verbis (*c*):

(*c*) l. 10. de Epiſc. & Cleric. Cod. Theod.

XXXIII. De clericorum immunitate.

Ut Eccleſiarum cœtus concurſu populorum ingentium frequentetur; Clericis ac juvenibus præbeatur immunitas; repellaturque ab his exactio munerum ſordidorum, negotiatorumque diſpendiis minime obligentur; cum certum ſit, quæſtus, quos ex tabernaculis atque ergaſteriis colligunt, pauperibus profuturos. Ab hominibus etiam eorum qui mercimoniis ſtudent, cuncta diſpendia eſſe ſancimus: perangariarum quoque parsis modo ceſſet exactio. Quod & conjugibus & liberis eorum, & miniſteriis majoribus pariter ac fœminis indulgemus, quos a cenſibus etiam jubemus perſeverare immunes. Dat. VII. Kal. Junii Conſtantinop. Conſtantio VI. & Conſtante AA. Coſſ. Quod vero uxoribus atque liberis clericorum tribuit Imperator immunitatem; de illis ſane intelligendum eſt, qui cum eſſent matrimonii vinculo obligati, adſciſcerentur in clericos, ſecundum ea quæ ſuperius dicta ſunt.

XXXIV.

Quod inſuper ad politicum ſtatum pertinet; ad Reſtitutum Sardiniæ Præſidem de non infligendis pœnis corporibus debitorum ſic reſcripſit (*d*): *Provinciales pro debitis plumbi verbera & cuſtodiam carceris minime ſuſtinere oportet: cum hos cruciatus non inſontibus, ſed noxiis conſtitutos eſſe, noſcatur. Satis vero ſit debitorem ad ſolvendi neceſſitatem capione pignorum conveniri. Dat. VIII. Id Decemb. Conſtantio VI. & Conſtante III.* * *AA. Coſſ.*

(*d*) l. 7. de exact. C. Theod.

* II.

Conſtantium autem hoc anno in Galliis hiemem egiſſe Arelate, auctor eſt Ammianus (*e*), ibique aſſerit celebraſſe natalem diem ſuum ſexto Idus Octobris, quo ætatis ſuæ annum trigeſimum terminabat: quam quidem celebritatem inſontium idem tradit fuiſſe ſanguine madidam, eorum ſcilicet, qui vel leviſſima qualibet ſuſpicione de amicitia cum Magnentio laboraſſent, vel aliis ex cauſis delatorum calumniis obnoxii fuiſſent. Sed quod ad natalem diem Conſtantii pertinet; cum Idibus Auguſti celebrari ſolitum, ipſius ad Senatum reſcriptum (*f*) datum declarat.

(*e*) Ammian. l. 14.

Arelate celebratus Conſtantii dies Natalis.

(*f*) l. 16. de Prætorib. C. Theod.

XXXV. Status Orientalis Imperii.

Inter hæc autem fluctuabant res Orientales, Iſauricis latronibus longe lateque graſſantibus, aliaque ex parte Saracenis collimitios infeſtantibus, atque etiam Perſis Meſopotamiam invadentibus, cum interim Gallus Cæſar, quod tyrannidem affectaret, in magiſtratus complures, diverſis prætenſis cauſis, immaniter fureret: ſed iſta Ammianus pluribus recenſet, cujus jactura librorum, quæ ab eodem Gallo geſta ſunt adverſus Judæos, deſiderantur: hæc tantum de his a S. Hieronymo in Chronico, hoc ipſo anno Conſtantii decimoſeptimo, breviter adnotantur potius, quam deſcribuntur: *Gallus Judæos, qui interfectis per noctem militibus arma ad rebellandum invaſerant, oppreſſit, cæſis multis hominum millibus uſque ad innoxiam ætatem: & Civitates eorum Diocæſaream, Tiberiadem, & Dioſpolim, plurimaque oppida igni tradidit.* Hæc Hieronymus, eadem quoque Sozomenus (*g*); cætera autem de Gallo anno ſequenti.

Judæi a Gallo compreſſi.

(*g*) Sozom. lib. 4. c. 6.

JESU CHRISTI ANNUS 354.	LIBERII PAP. ANNUS 3.	CONSTANTII IMP. ANNUS 18.

I. Secunda legatio Liberii ad Conſtantium.

COnſulibus Conſtantio Auguſto ſeptimum & Gallo Cæſare tertium, aperitur novus annus, idemque Domini trecenteſimus quinquageſimuſquartus: quo Liberius Papa, auditis iis quæ prioribus a ſe miſſis legatis ad Conſtantium Imperatorem contigiſſent, aliam rurſus legationem ad eumdem Imperatorem mittere feſtinavit. Mox enim poſteriorem hanc legationem priorem ſubſecutam eſſe, nimirum ſimulac litteris legatorum quod geſtum eſſet Liberius accepiſſet, litteræ ipſius hac nova legatione ad eumdem Conſtantium datæ ſignificant illis plane verbis: *Manent litteræ legatorum, qui ad clementiam tuam fuerant deſtinati, quæ nuper venerunt*, &c. Rurſus vero cum in iiſdem litteris ad Conſtantium miſſis idem Liberius numeret annos octo elapſos a tempore, quo legati Arianorum Conſtantem Imperatorem Mediolani convenere, nempe Demophilus, Macedonius, Eudoxius, & Martyrius (quam quidem ipſorum legationem, teſtificatione quoque Athanaſii, miſſam diximus anno Domini trecenteſimo quadrageſimoquarto) plane dicendum eſt, vel in fine anni præteriti, vel præſentis initio, ejuſmodi legationem ad Conſtantium contigiſſe. Legati autem ad tantum opus plane difficillimum delecti ſunt Lucifer Epiſcopus Calaritanus in Sardinia, qui Romam opportune his diebus advenerat; quem fide integrum, conſtantia infractum, zelo pietatis æſtuantem Liberius cognoverat; itemque collegæ, Pancratius Romanæ Eccleſiæ presbyter, & Hilarius ejuſdem Eccleſiæ diaconus: miſſi fuerunt hi ad Conſtantium Imperatorem in Gallia tunc agentem, ad quem hæ datæ ſunt ab eodem Romano Pontifice litteræ (*a*): (*a*) *Extant in append. ad Luciferi Opera.*

Glorioſiſſimo Conſtantio Auguſto Liberius Epiſcopus.

II. Liberii Papæ litteræ ad Conſtantium.

Opto, tranquilliſſime Imperator, ut mihi benignas aures clementia tua tribuat, quo poſſim manſuetudini tuæ mentis meæ propoſitum aperire. De Chriſtiano etenim Imperatore, & ſancta memoria filio Conſtantini, hoc ipſum ſine cunctatione mereor impetrare. Sed in eo me laborare intelligo, qui, repetita ſatisfactione, placabilem etiam circa reor animum tuum in gratiam meam revocare non poſſum. Sermo enim pietatis tuæ jamdudum ad populum miſſus, me quidem, quem patienter omnia ferre neceſſe eſt, plurimum laceraat: ſed animum tuum, qui lenitati ſemper vacat, qui numquam (ut ſcriptum eſt) in occaſum dei iracundiam ſervat, retinere circa me indignationem, miraculo mihi eſt. Ego enim, religioſiſſime Imperator, tecum veram pacem requiro, quæ non ſit verbis compoſita interna diſpoſitione fallaciæ, ſed præceptis Evangeliorum rationabiliter confirmata. Non Athanaſii tantum negotium, ſed multa alia in medium venerunt, propter quæ Concilium fieri manſuetudinem tuam fueram deprecatus: ut ante omnia, quod ſpecialiter optat mentis tuæ erga Deum ſincera devotio, cum fidei cauſa, in qua nobis prima ſpes eſt, ad Deum diligenter fuiſſet tractata: uti eorum qui noſtram circa Deum obſervantiam mirari debent, poſſent finiri . . . . . & dignum fuerat Dei cultore, dignum Imperio tuo, quod Chriſti pietate regitur & augetur, ſpecia-li-

PAGIUS SÆC. IV.

Anno Urbis 1107. Olymp. 283. an. 2. A. C. 354.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5847.

☉ 27. B. ☽ 13. P. 27. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 354.

LIBERII PAPÆ 3.

CONSTANTII IMP. 18.

I. Conſules.

[1] A Num. I. ad X. Coſſ. *Conſtantius Aug VII. & Conſtantius Gallus III.* prior juxta tertiam regulam: poſterior juxta ſecundam, nempe ob Quinquennalia, anno uno anticipata.

II. *Epiſtola Liberii PP. ad Conſtantium.*

Literæ *Liberii* Papæ ad Conſtantium Imp. in quibus ait, Demophilum, Macedonium, Eudoxium & Martyrium *ante annos octo* de Concilio Mediolanenſi *iratis animis* exiiſſe, & Arii ſententiam damnare noluiſſe, hoc anno, ut recte vidit Baronius, ſcriptæ. Nondum enim tum indicta fuerat Synodus Mediolanenſis, quæ anno ſequenti habita, cujus impetrandæ gratia Legati cum epiſtola Liberii miſſi ſunt; & præterea adhuc in Galliis agebat Conſtantius, quem ſub currentis anni exitum in Italiam ad hiberna diſceſſiſſe, teſtatur Ammianus lib. 14. cap. 4. Erravit Ita-

NOTÆ [a] C*Oſſ. Conſtantius Aug. VII. & Conſtantius Gallus III.* Ammianus, lib. XIV. *Conſtantius conſulatu ſuo ſepties, & Cæſaris iterum, egreſſus Arelate, Valentiam petit.* Laterculus Paſchalis in codice vetuſtiſſimo Vaticano Reginæ Suecorum, in quo Gennadii liber de Viris illuſtribus, litteris quadratis exaratus, continetur (fuit autem olim codex Cœnobii S. Andreæ de Valle in Urbe) qui ab hoc anno incipit, hos Conſules ad oram ita exhibet: CONST. VII. ET. CONST. IIII. Errore fortaſſe Librarii una numeralis nota in conſulatu *Conſtantii* adjecta eſt: quamquam & Ammiani locus ſolvendus eſt, qui, ut vidimus, *Conſtantii Aug. ſeptimum Conſulatum cum ſecundo Conſtantii Cæſaris conjungit.*

Faſti vulgati: *Conſtantio VII. & Conſtantio III.*

Digitized by Google

liter hoc ipſum pro reverentia ſanctæ religionis, cui prudenter intentus es, clementiam tuam nobis ad hæc impetranda præſtare.

III. *Sed multi Eccleſiæ membra lacerare feſtinant, qui confinxerunt, me litteras ſuppreſſiſſe, ne crimina ejus, quem dicebant condemnaſſe, apud omnes paterent: quas illas litteras Epiſcoporum Orientalium, & Ægyptiorum, quibus in omnibus eadem in Athanaſium crimina continebantur*. At ſatis omnibus clarum eſt, nec quiſquam negat, nos Orientalium litteras intimaſſe, legiſſe Eccleſiæ, legiſſe Concilio, atque ad hæc etiam Orientalibus reſpondiſſe: qui fidem & ſententiam non commodavimus noſtram, quod eodem tempore ſeptuagintaquinque Epiſcoporum Ægyptiorum de Athanaſio ſententia repugnabat; quam ſimiliter recitavimus atque inſinuavimus Epiſcopis Italis. Unde contra divinam legem viſum eſt etiam, cum Epiſcoporum numerus pro Athanaſio major exiſteret, in parte aliqua commodare conſenſum. Hæc ſcripta, ſi Deo fidem habet Theoſebius*, qui miſſus fuerat feſtinans in Africam, nobis reliquit. Quæ tamen poſt omnia ſcripta ne ad impetrandum forte Concilium deeſſent; Vincentius, qui cum cæteris legatus miſſus fuerat, Arelatum pervenit. Videt igitur prudentia tua nihil animum meum intendiſſe, quod Deo ſervientibus non dignum fuerat cogitare. Teſtis autem eſt mihi Deus, teſtis eſt tota cum ſuis membris Eccleſia; me fide, & me in Deum meum cuncta mundana (ita ut Evangelica, & Apoſtolica ratio præcipit) calcare atque calcaſſe, non furore temerario, ſed conſtituto atque obſervato jure divino: atque in alio miniſterio Eccleſiaſticus vivens, nihil per jactantiam, nihil per gloriæ cupiditatem, quod ad legem pertinebat, implevi; atque ad iſtud officium (teſtis eſt mihi Deus) invitus acceſſi, in quo cupio quidem ſine offenſa Dei, quamdiu in ſæculo*

Excuſat ſe Liberius.

* Theodulius.

fuero, permanere; & numquam mea ſtatuta, ſed Apoſtolica, ut eſſent ſemper firmata & cuſtodita, perfeci: ſecutus morem ordinemque majorum, nihil addi Epiſcopatui urbis Romæ, nihil minui paſſus ſum: & illam fidem ſervans, quæ per ſucceſſionem tantorum Epiſcoporum cucurrit, ex quibus plures martyres extiterunt, illibatam cuſtodiri ſemper exopto; ſed neque perire meam cauſam, pietati tuæ ſolicitudo Eccleſiaſtica atque ipſa devotio perſuadet.

Significant Orientales paci & noſtræ velle conjungi. Quæ eſt pax, clementiſſime Imperator, cum ſint ex partibus ipſis quatuor Epiſcopi, Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, eam apud Mediolanum Arii hæreticam ſententiam noluiſſent damnare, de Concilio irati animis exiere? Horum, ſi fas eſt, ſententiis, quale ſit, aut quid habeat, commodare conſenſum, æquitas & clementia tua poterit æſtimare. Non eſt novum, quod nunc ſubtiliter, & ſub occaſione nominis Athanaſii attentetur. Manent litteræ Alexandri Epiſcopi olim ad Silveſtrum ſanctæ memoriæ deſtinatæ, quibus ſignificat ante ordinationem Athanaſii undecim tam presbyteros, quam etiam diaconos, quod Arii hæreſin ſequerentur, ſe Eccleſia ejeciſſe: ex quibus nunc quidam extra Eccleſiam Catholicam foris poſiti dicuntur ſibi conciliabula inveniſſe, quibus aſſeveratur etiam Georgius in Alexandria per litteras communicare. Quæ ergo poteſt pax eſſe, tranquilliſſime Imperator, ſi Epiſcopi (ut nunc per Italiam factum eſt) coguntur talium ſententiis obedire?* IV.

* Patrophilus.

pacem iniri cum hæreticis non poſſe.

Accipe & aliud (quia tranquillitas tua patienter admittit.) Manent litteræ legatorum, qui ad clementiam tuam fuerant deſtinati, quæ nuper venerunt: quibus ſignificant, propter turbationem omnium Eccleſiarum ſe quidem ante ſuccumbere ſententiis Orientalium voluiſſe; propoſuiſſe tamen conditionem, ſi iidem Arii hæreſin V.

Arianorum perverſitas.

con-

PAGIUS itaque Petavius in Differt. de Photino Hæretico, qui eam epiſtolam anno ſequenti datam arbitratus eſt, quemadmodum & Valeſius in Notis ad lib. 3. Sozomeni cap. 23. qui ex eo quod in iis Liberii literis dicatur, quoſdam extra Catholicam Eccleſiam poſitos Conciliabula habere, *quibus aſſeveratur etiam Georgius in Alexandria per literas communicare*, exiſtimat Georgium Sedis Alexandrinæ invaſorem, Alexandrino Epiſcopatu potitum eſſe cum illa epiſtola ſcripta eſt, ideoque eam pertinere ad annum trecenteſimum quinquageſimum, ſextum, quo Georgius Sedem illam occupare cœpit.

III. Verum Liberius non de *Georgio Alexandrino*, ſed de *Georgio Laodiceno* Epiſcopo Ariano, qui in Concilio Sardicenſi damnatus eſt, cujuſque crebra per hæc tempora mentio, ſermonem habet. De eo Athanaſius ſæpe loquitur, præſertim initio Apologiæ ſuæ de fuga ſua, quam his verbis exorditur: *Audio Leontium, qui nunc eſt Antiochiæ, & Narciſſum Neroniadis Epiſcopum, & Georgium Laodicenſem, reliquoſque cum ipſis Arianos, multa de me obgannire, & crimen timiditatis opprobrare, quod cum ab ipſis ad necem quærerer,* (anno CCCLVI) *non me ipſis in deditionem obtulerim.*

In ea non de Georgio Alex. ſed de Georgio Laodicen. Epiſc. ſermo eſt.

IV. Porro obtentum eſt ea Legatione quod petebatur, nempe ut Concilium Mediolani celebraretur anno ſequenti in cauſa Athanaſii, quod nempe in eum annum *Vicennalia* Imperii Auguſti Conſtantii inciderent, & mos ferret, ut anni hujuſmodi ſolemnis deſtinatis Religioni, & Eccleſiæ conſuleretur. Quæ ratio cum Baronium fugeret, putavit, eam Synodum præſenti anno celebrandam fuiſſe: ſed quod *Conſtantium* adverſus Gundomadum & Vadomarium fratres Alemannorum Reges Galliam invadentes oportuit arma movere, Concilium in annum dilatum fuiſſe. De eo bello legendus Ammianus lib. 14. Verum hæc conjectura ex dictis corruit, liquetque non alio anno quam CCCLV. Synodum illam congregari debuiſſe.

Concilium Mediolanenſe Liberius a Conſtantio imperat.

Baron. n. IX.

*condemnaſſent, hoc genere ſe inclinatos eorum ſententiis obedire. Placitum, ut ipſi ſignificant, ſcriptura teſte firmatur. Itur in Concilium, accipiunt cum deliberatione reſponſa. Arii doctrinam ſe damnare non poſſe; Athanaſium, quod ſolum exigebant, communione eſſe privandum. Hinc jam clementia tua hoc quoque conſideret, recte Catholicæ religionis jure ſervato, an hominis cauſa debeat diligenter excuſſeque tractari. Unde iterum atque iterum manſuetudinem tuam, animum tuum Deo deditum rogo per ejus virtutem; qui ſe in defenſione tua, quantus ſit, univerſis mortalibus approbavit, habens ante oculos ejus beneficia, qui Imperium tuum in omnibus regit: hæc in cœtu Epiſcoporum diligenter faciat omni cum conſideratione tractari *; ut pacatis per te, Deo favente, temporibus, tranquillitate tua conſentiente, ſic omnia diſcutiantur, ut quæ fuerint judicio ſacerdotum Dei confirmata, cum conſtiteris omnes in expoſitione fidei, quæ inter tantos Epiſcopos apud Nicæam, præſente ſanctæ memoriæ patre tuo, confirmata eſt, univerſos conſenſiſſe, cum exemplo poſſent in poſterum cuſtodiri. Ut ipſe Salvator, qui ſuper mentis tuæ propoſitum intuetur, in tanta rerum expeditione lætetur, cauſam fidei & pacis etiam Reipublicæ neceſſitatibus non immerito prapoſuiſſe. Ad exorandam igitur manſuetudinem tuam, ut benevolo animo allegationes noſtras audire digneris, fratrem & Coepiſcopum meum ſanctum virum Luciferum cum Pancratio compresbytero meo, & Hilario diacono placuit proficiſci: quos credimus de clementia tua ad pacem omnium Eccleſiarum Catholicarum non difficulter poſſe Concilium impetrare. Dei omnipotentis clementia te nobis cuſtodiat, clementiſſime ac religioſiſſime Imperator.* Hactenus Liberii litteræ ad Conſtantium, honeſtiſſimis titulis, licet immeritis, eum demulcere conantis.

* teſtari

VI. Iiſdem legatis ad Imperatorem in Galliam proficiſcentibus idem Liberius Papa dedit litteras ad Euſebium Epiſcopum Vercellenſem, quibus illum vehementer rogavit, ut una cum iis ſuſciperet apud Imperatorem fidei patrocinium; eſt vero hujuſmodi earum exordium: *Me frater cariſſime, ad ſolatium vitæ, &c.* Deſcriptæ extant anno ſuperiore, ibi recitatæ occaſione lapſus Vincentii Epiſcopi Capuani. Addidit eodem ferme argumento alias ad eumdem ipſe Liberius paulo poſt datas his verbis (*a*):

(*a*) *Extant apud Acta Vit. Euſeb. Epiſ. Verc.*

Dilectiſſimo fratri Euſebio Liberius Epiſcopus.

*Remeante filio meo Calepio * ad patriam ſuam, optimum credidi per hunc ſanctitatem tuam ſalutare, domine frater cariſſime, orans Dei clementiam, ut ſalvus atque hilaris litteras meas accipiat. Sane quia ſcio invitum animum tuum fideliter agere quæ Deus præcepit, commendo tibi fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Luciferum, ſed & cariſſimos filios meos Pancratium presbyterum & Hilarium diaconum, qui pro ſtatu Eccleſiæ, animo virili, & virtute deifica, tempore tempeſtivo aggreſſi ſunt * contra inimicos Eccleſiæ, quos Deus Spiritu oris ſui deſtruet. Scio enim ferventem Spiritum Dei eſſe in te, ut, ſimul cum iiſdem aggrediaris, ut fides, quæ ab Apoſtolis tradita eſt Eccleſiæ Catholicæ, nullo modo irrumpi poſſit: certe digneris retinere, ſi leges publicæ abſentem non condemnant, ut eorum conſortio jungat ſe fides tua, & ſimilis, ubi fuerit, adſit ſanctitas tua; uno colloquio, uno conſilio id agatis, quod Deo & Angelis ejus placet, & Eccleſiæ Catholicæ expedit. Pro hoc labore præmium cæleſte, coronam immarceſcibilem, hæreditatem regni cælorum Chriſtus Dominus noſter retribuat vobis. Salutamus omnes qui tecum Deo fideliter ſerviunt. Salutate omnem clerum. Deus te incolumem cuſtodiat, domine frater cariſſime.*

* Callepodio.

Liberii Papæ litteræ ad Euſebium Epiſc. Vercellenſem.

* pugnare.

VII. His acceptis litteris, legatiſque (ut par erat) honorifice exceptis, Euſebius una cum illis ad Conſtantium Imperatorem in Gallias profectus eſt; apud quem enixius agens, quicquid ea legatione petebatur, obtinuit, nempe ut Concilium celebraretur, quod ſequenti anno Mediolani collectum eſt. De his autem certior factus Liberius, atque in primis de ſedulo officio quod in ea functione Euſebius impendiſſet, has ad eum litteras dedit (*b*):

(*b*) *Habentur eadem apud Euſebii Acta.*

Liberius Epiſcopus dilectiſſimo fratri Euſebio.

VIII. *Sciebam, domine frater cariſſime, quod Spiritu Dei fervens in cauſa fidei, quæ nos poteſt Domino commendare, fratri & Coepiſcopo noſtro Lucifero, & Pancratio compresbytero noſtro, qui ſimul erat profectus cum Filio meo Hilario diacono, fida diligenter ſolatia exhibere, nec te poſſe hæc denegare, quos ſciebas pro devotione fidei ſuæ tantum laboris itineris ſuſcepiſſe. Magnum itaque levamen animus meus ex lectione litterarum tuarum accepit: immo cauſam ipſam in melius proficere poſſe, Deo favente, quod fratres noſtros deſerere noluiſti, jam jamque confido. Labora itaque bonus miles, qui præmium æternum Imperatoris expectans; & virtutem animi, qua te ſcio mundi hujus illecebras contempſiſſe, adverſus eos qui Eccleſiæ quidem luce orbi ſunt, præbere contende, habens utpote contemptum vitæ iſtius: veridicum te ſacerdotem oſtende, ut laborantibus vobis pro Eccleſiæ ſtatu, Concilium poſſit celebrari; ut omnia quæ in præjudicium fidei ſubtiliter e diverſo venientes machinati ſunt, poſſint in melius reformari. Hunc laborem, quem egregia fides tua melius novit, æter-*

Liberii litteræ ad Euſebium Epiſcop. Vercellenſem.

by Google

terna præmia comitantur: cui quemadmodum inſiſtere debemus, etiam ſi exhortatio frigeſceret, fervens Spiritus Sanctus, qui in te eſt, propter unitatem ſanctæ Eccleſiæ per momenta animum tuum ſtimularet ad majora ſolatia. Etiam ad fratrem & Coepiſcopum noſtrum Fortunatianum, quem ſciebam neque perſonas hominum vereri, & futura magis præmia cogitare, litteras erogavi; ut & ipſe pro ſinceritate pectoris, & pro fide, quam ſe ſeit etiam cum diſcrimine vitæ præſentis cuſtodiſſe, etiam nunc vobiſcum dignaretur excubare: quem quidem ſcio pro ſanctitate pectoris ſui indubitanter & conſilio ſuo prudentiam veſtram firmare: &, ſi ita vobis placuerit, præſentiam ſuam in nullo dilectioni veſtræ negare. Deus te incolumem cuſtodiat, domine frater cariſſime. Iſta Liberius. Porro litteræ ad Fortunatianum deſiderantur: at fefellit Liberium ſpes de Fortunatiano concepta, qui non tantum poſt hæc in Athanaſii damnationem ſubſcripſit, ut dictum eſt, ſed adhæſit penitus Arianis: erat hic Epiſcopus Aquilejæ.

IX. *Conſtantius detinetur in Galliis.* Cæterum quod hoc anno Conſtantium adverſus barbaros oportuit militaſſe, qui in Gallias irruperant; & tantum, hiberno adveniente tempore, conceſſum fuit, ſuperatis Alpibus, ſe Mediolanum conferre; Concilium ibidem celebrandum, dilatum eſt in annum ſequentem. Ammianus (a) enim de rebus Conſtantii hoc anno geſtis cum agit, ſic ait: *Conſtantius Conſulatu ſuo ſepties & Cæſaris iterum* *, *egreſſus Arelate, Valentiam petit, in Gundomadum, & Vadomarium fratres Alemannorum Reges, arma moturus.* Hæc ipſe. Cæterum eoſdem demum pacem per legatos a Conſtantio poſtulaſſe tradit, quam ille conceſſit; nam addit: *Icto poſt hæc fœdere, Gentium ritu, perfectaque ſolemnitate, Imperator Mediolanum ad hiberna diſceſſit; ubi curarum abjectis ponderibus aliis, tamquam nodum & odium difficillimum, Cæſarem*, nempe Gallum, *niſu valido cogitabat.*

(a) *Ammi. lib.* 14.

* tertium.

X. *Gallus Cæſ. necatur.* Quemadmodum autem id in Gallum, & per quos effecerit ipſe Conſtantius, idem Ammianus pluribus narrat, quæ prætermittimus. Sat namque ſcire, hoc ipſo anno hiemis tempore Gallum Polæ in Iſtria oppido circumventum, atque circumdatum a Conſtantianis ſpoliatum Cæſaris ornamentis, in privatam fortunam redactum, ab iiſdem tandem truncari capite juſſum eſſe, anno ætatis ſuæ nono ſupra vigeſimum, cum quadriennio imperaſſet, uxore ejus Conſtantina paulo ante febri abſumpta. Perſeveraſſe autem Gallum Chriſtianam religionem excolere ad exitum uſque, Theodoretus (b) tradit: utinam & fidei quoque manſuetudinem conjunxiſſet. De ejus vero exitu agens S. Gregorius Nazianzenus, in quem rejiciat culpam, num in ipſum, an in Conſtantium, hæret: ſed utrumque deliquiſſe affirmat; ait (c) enim: *Cæſaris quidem & Imperium & vita finem accepit: quæ enim inter ea acciderunt, ſilentio premam, tam ejus gratia qui fecit, quam qui paſſus eſt; quorum utriuſque pietatem honore ac reverentia proſequens, temeritatem haudquaquam laudo: quoniam enim fieri aliter non poterat, quin, cum homines eſſent, peccati aliquid admitterent; hoc illud eſt, quod fortaſſe quis in utroque reprehenderit, niſi tamen hic quoque dum alterum accuſamus, alterum crimine liberemus.* Hæc ipſe.

(b) *Theod. l.* 3. *c.* 3.

(c) *Gregor. Naz. orat.* 2. *in Jul.*

XI. *Conſtantius quid in amicos Galli.* De compluribus autem necatis juſſu Conſtantii, quod ob amicitiam cum Gallo in ſuſpicionem veniſſent, pluribus agit Ammianus (d). Quo etiam tempore Eudoxium & Ætium hæreticos non ob hæreſin, ſed quod Gallo faviſſent, ejectos in exilium fuiſſe, immo & præclarum illum Theophilum, qui apud Indos Chriſtianam fidem propagaſſet, eadem ex cauſa Antiochia Heracleam in Pontum eſſe deportatum, Nicephorus (e) tradit. At reddemus hic modo quæ idem auctor de ejuſdem Theophili ad Indos profectione ac prædicatione tradit; atque num omnia veri-

(d) *Ammian. l.* 15.

(e) *Niceph. l.* 9. *c.* 18. 19.

PAGIUS V. *Galli Cæſaris cædes.* Ad num. X. Conſtantii Galli Cæſaris cædes ſub hujus anni Conſulibus recte a Socrate lib. 2. cap. 34. Sozomeno lib. 4. cap. 7. & Idacio in Faſtis conſignata: *Exceſſit e vita ætatis anno nono atque vigeſimo, cum quadriennio imperaſſet*, inquit Ammianus, in fine lib. 14. Quibus ex verbis etiam liquet, Cæſares Imperii participes fuiſſe, non vero tantum Imperii ſucceſſores deſignatos. Hujus mortis nuntium ad Conſtantium, dum Mediolani eſſet, perlatum, ut ſcribit Ammianus initio lib. 15. Hoc anno ineunte Conſtantius Arelate conſtitit, indeque verno tempore Valentiam petiit, moturus in Gundomadum & Vadomarium fratres Allamannorum Reges; cum quibus mox fœdus pepigit, ut prodit Ammianus lib. 14. cap. 10. qui capite ſequenti ſubdit, *Icto poſt hæc fœdere, Imperator Mediolanum ad hiberna diſceſſit.* Tum Galli Cæſaris cædem recitare incipit, quæ ideo ſub hujus anni finem contigit. De ea legendus Philoſtorgius lib. 4. cap. 1.

VI. *Imperium Rom. penes unum poſt annos LXX. rurſus fuit.* Victor de Cæſaribus, Galli Cæſaris morte narrata, ait: *Ita longo intervallo annum fere poſt ſeptuageſimum, relata ad unum cura Reipublicæ.* Si a præſenti anno per ſeptuaginta retrocedas, pervenies ad annum Chriſti CCLXXXIV. quo Diocletianus imperium iniit, vivente adhuc Carino Auguſto, qui anno inſequenti occiſus eſt. Septuaginta itaque illorum annorum initium videtur repetendum ab anno CCLXXXII. quo Probus, qui ſolus imperaverat, interemtus eſt; cui Carus cum Carino & Numeriano Cæſaribus ſucceſſit. Quare Victor numero rotundo loquitur, demonſtratque, curam Reipublicæ penes Cæſares etiam fuiſſe.

VII. A num. XI. ad XVII. Poſt Baronii mortem Jacobus Gothofredus Excerpta ex Hiſtoria Eccleſiaſtica Philoſtorgii, quæ Photius ex XII. ejus libris collegit, in lucem emiſit; poſtea Valeſius duos eorundem Excerptorum MSS. codices nactus, novam editionem aggreſſus eſt, in qua lo-

ca

ritati conſentiant, expendamus; ait igitur:

XII. Theophili Indi res geſtæ. *Fuit tum etiam propter virtutem & doctrinam magnopere laudatus Theophilus ille, qui cognominatus eſt Indus, non ille quidem hæreſis alicujus auctor, ſed Arianiſmo plurimum addictus; qui ſub Conſtantino ab Adiabenis, admodum adhuc juvenis, obſes in Romanam ditionem fuerat miſſus (Adiabene vero regio eſt Indica, ampla & celebris.) At Theophilus conſuetudine diuturna adeo mores ad Romanorum inſtituta conformavit, ut monaſticam delegerit vitam, & diaconi ſuſceperit dignitatem, Euſebio Nicomedienſi munus ei imponente. Cum autem legatio a Conſtantio propagandæ veræ pietatis & confirmandæ fidei gratia ad Orientales nationes mittenda eſſet, ambitioſa munificentia eam inſtituit; & princeps ejus, quem modo dixi, Theophilus deſignatus eſt. Conſtantius ſane perquam magnifice, ut, quam maxime poſſet, gratioſum eum redderet: ad ducentos generoſos e Cappadocia equos navibus impoſitos, aliaque inſuper dona ad illos perferenda, Theophilo dedit; ut ſcilicet illi ſimul & liberalitatis ejus amplitudinem & animi magnitudinem admirarentur. At Theophilus legationem obiit, eamque ad finem debitam perduxit.*

XIII. Legatio Theophili ad Indos. *Nam qui in regionibus eis regnum obtinebat, a Græca ſuperſtitione ad veræ pietatis religionem deflexit; & eccleſias tres in diverſis locis erexit, non tantum quæ ab Imperatore miſſa acceperat, donis, ſed maxime etiam, quos ipſe addiderat, ſumptibus, per animi alacritatem cum illo concertans. Eccleſiarum iſtarum una in metropoli & principe urbe totius gentis; Tapharum eam nominant: ſecunda in loco ubi Romanorum emporium erat, extrorſum ad Oceanum verſum; regio Adane vocatur: tertia in alia terræ ejus parte, ubi eſt quod Perſicum emporium dicitur, in Perſici maris ore conſtructa. Theophilus porro rebus apud Homeritas ampliter diſpoſitis, templiſque eis conſecratis, atque etiam pro rerum copia exornatis, in Adiabenem, quam patriam ejus eſſe diximus trajecit: ac deinceps in reliquam quoque Indiam tranſivit; multaque apud eos, quæ non rite agebantur, correxit: etenim conſidentes Evangelicum audiebant oraculum, & alia multa faciebant, quæ functiones Eccleſiaſticæ non jubebant: ea omnia pulchre immutans ad Eccleſiæ placitum morem compoſuit; una ſaltem & quidem maxima re incommodans, quod altero τὸ ἑτεροούσιον ſubſtantiale colere docuit. Porro ex India & Arabia Magna ad Auxumitas Æthiopes, progreſſus eſt:* & inferius: *At Theophilus recte conſtitutis Auxumitarum rebus, in Romanorum reverſus eſt ditionem; atque poſt reditum in magno habitus honore, ſuam quidem ille urbem aut Eccleſiam, cui epiſcopus præeſſet, ſortitus non eſt: ubique tamen locorum propter hominis reverentiam, in eum, ut miraculum quoddam, omnium conjecti oculi erant; donec Ætio & Eudoxo in exilium, quod conſilia cum Gallo communicaſſent, ejuſque rebus faviſſent, actis, & ipſe Heracleam in Pontum eſt deportatus, Gallo in intimis habitus.* Hæc ille de Theophilo.

XIV. Homeritæ quando ad fidem converſi. Cæterum cum res ab eo geſtas, ſic ſummatim recenſitas, ſcriptis mandatas eſſe a Philoſtorgio hæreticorum infamiſſimo, tradat; omnia plane de eodem enarrata, in mendacii ſuſpicionem adducit, cum nihil aliud de Theophilo niſus ſit demonſtrare, quam ipſum Arianam hæreſin in Indiam invexiſſe, non autem re vera religionem Chriſtianam propagaſſe: nam Homeritæ, ad quos a Conſtantio legatum miſſum eſſe Theophilum ait, jam antea acceperant Evangelium, necnon alii adjacentes Indorum populi, prædicatione primo Apoſtolorum, Bartholomæi, Thomæ ac Matthæi, qui Æthiopibus prædicavit (*a*), deinde Pantheni (*b*), ac noviſſime Frumentii (*c*) & Ædeſii, qui ſub Conſtantioo Indis Evangelium annunciarunt

(*a*) *Socrat. l. 1. c. 15.* (*b*) *Euſeb. l. 5. c. 10.* (*c*) *Ruffin. l. 1. c. 9.*

PAGIUS

Conſtantius Imp. Arianiſmum in Æthiopia & Arabia Felici diſſeminandum curat. ea plurima. Quæ in editione Gothofredi corrupta erant, reſtituit, novaſque notas addidit. Scribit itaque Photius Philoſtorgium lib. 2. num. 6. hæc habere: *Ait inſuper Philoſtorgius, interiores Indos qui Bartholomæi Apoſtoli prædicatione ad Chriſtum converſi ſunt, diſſimilem Filii ſubſtantiam profiteri. Narratque Theophilum Indum, qui hanc ſententiam amplectebatur, ad illos veniſſe, & ſuam illis opinionem tradidiſſe. Hos autem Indos, olim quidem Sabæos ait eſſe dictos ab urbe Saba, quæ caput eſt totius gentis, nunc vero Homeritas vocari.* Tum lib. 3. num. 4. *Ait Philoſtorgius, Conſtantium Legatos miſiſſe ad eos, qui olim quidem Sabæi, nunc vero Homeritæ vocantur ...... Regionem autem quam incolunt Arabiam magnam & Felicem a Græcis appellari ſcribit, & ad extimum Oceanum pertingere ...... Judæorum quoque non exigua multitudo iis permixta eſt. Ad hos igitur legationem miſit Conſtantius, eo conſilio, ut ad veram pietatem illos traduceret, &c. Poſtulavit etiam ut Romanis illuc navigantibus, & regionis incolis, qui ad Chriſti fidem converti vellent, Eccleſias ædificari liceret. Dedit etiam Legatis magnam vim pecuniæ, quam ædificandis Eccleſiis impenderent.*

VIII. *Theophilus Monachus earum in eam illuc miſſus.* *Hujus porro Legationis princeps erat Theophilus Indus. Qui olim quidem Conſtantino imperium adminiſtrante admodum juvenis, obſes a Divæis miſſus fuerat ad Romanos. Horum regio Diuus inſula eſt. Incolæ vero ipſi quoque Indi cognominantur, &c. Poſtea vero cum Legationem hanc obeundam ſuſcepiſſet, a ſuæ communionis hominibus Epiſcopali dignitate eum ornatum eſſe, &c. Theophilus igitur cum ad Sabæos veniſſet, gentis Principi perſuadere conatus eſt, ut Chriſtum coleret, & a Gentilium errore recederet. Et Judæorum quidem ſolita fraus ac malitia in profundiſſimum ſilentium ſe ſe abdere coacta eſt, cum Theophilus admirandis operibus editis, fidem Chriſti ſutiſſimam eſſe, ſemel atque iterum oſtendiſſet. Legatio vero felicem exitum ſortita eſt, cum Princeps gentis illius ſincero animo ad veram pietatem tranſiiſſet,*

&

Digitized by Google

runt, ut ſuis locis ſuperius demonſtravimus: ſed & ipſos populos Adiabenos jam longe ante hæc tempora Chriſtianos evaſiſſe, ex Sozomeno (*a*) ſuperius dictum eſt; ut de his nulla penitus dubitatio eſſe poſſit.

(*a*) *Sozom. l.2.c.20.*

XV. Thalaſſius ſcriptor Arianus.

Hæc itaque voluimus addidiſſe, ut lectorem admoneremus, caute legenda eſſe quæ ex lutoſo hæreticorum fonte Nicephorus adeo inconſiderate derivat, quæve Suidas ex Thalaſſio prodit ejuſdem farinæ homine: vixit hic hoc eodem tempore, quem Conſtantii delatorem Ammianus (*b*) appellat, cujus eſt quoque mentio apud Athanaſium in epiſtola ad Solitarios. Iſte igitur ſuo Theophilo, cui ſumma erat familiaritate conjunctus tantum tribuit, ut etiam defunctam fœminam Judæam ad vitam revocaſſe, aſſerere non erubuerit; quod Suidas refert, & ipſe minime exacte quidem res Theophili exploratas habens; ſicut & Nicephorus, qui ex ſcriptis hæretici hominis Philoſtorgii ea edidit, quæ antiquiores Græci hiſtorici Theodoretus, Socrates ac Sozomenus, & ſi qui alii horum ſucceſſores fuere, ſunt penitus averſati, utpote referta mendaciis, & omni prorſus fide carentia; atque adeo contempſerunt, ut nullus prorſus illorum hujus Theophili meminiſſe vel leviter ſaltem reperiatur: nam ipſum Philoſtorgii, vel tantum nomen ſic exhorruerunt, ut cuncta ab eo ſcripta execranda duxerint, & digna quæ perpetuo ſilentio damnarentur.

(*b*) *Ammian. l.14.*

XVI. Philoſtorgius hiſtoricus Arianus.

At quoniam auctore Philoſtorgio alia complura producuntur; age, qualis hic fuerit, ut prudentior fias, lector, hic ex Photio recitemus, de quo hæc in ſua Bibliotheca: *Philoſtorgius Arianus librum ſcripſit de Religione, quaſi hiſtoriam texens Eccleſiaſticam: omnes Arianos extollit, & contumelia afficit Catholicos; ut non ſit hiſtoria, ſed Encomium Arianorum. Incipit ab origine Arianæ hæreſis uſque ad Ætii revocationem ab exilio factam per Julianum: Ætium extollit in cælum, & Euſebium Nicomedienſem, & alios ſimiles:* ac demum: *Quamvis* (inquit) *Orthodoxos omnes carpat, non eſt auſus attingere Gregorium Theologum; Baſilio autem non pepercit.* Vixiſſe vero hunc tradit ſub Theodoſio Juniore, ad quod tempus poſterioris libri hiſtoriam perduxit. At de Philoſtorgio Theophili laudatore ſatis: ad hæc enim enarranda de Theophilo digreſſi ſumus occaſione proſcriptionis a Conſtantio factæ in eos qui Gallo Cæſari ſtuduiſſent. Cæterum liquet tum Eudoxium, tum Ætium poſtea exilio relaxatos, ipſum vero Eudoxium creatum deinde Epiſcopum Antiochenum, ac mox Conſtantinopolitanum: tantum valuit apud Conſtantium hæreſis Ariana, ut ejus patroni, quamvis majeſtatis criminis condemnati eſſent, fuerint tamen non ſolum ad propria reſtituti, ſed ampliſſimis honoribus & dignitatibus aucti.

XVII. Athanaſius vexatur Alexandriæ.

Conſtantius igitur his curis de rebus Galli hoc anno detentus, diram illam, quam meditabatur, adverſus Catholicam Eccleſiam perſecutionem, edicto jam de ſubſcribendo in Athanaſii damnationem anno ſuperiori (ut vidimus) promulgato, ad tempus continuit: cum tamen interea veluti præludiis quibuſdam Athanaſius Alexandriæ a magiſtratibus vexaretur, quorum illud opus erat, ut, qualibet excogitata occaſione, primum omnium eum Alexandria dimoverent. Tentaverat id antea (ut dictum eſt) Montanus Palatinus; qui cum a cœptis deſtitiſſet, hoc ipſo anno nempe poſt biennium & duos menſes elapſos a Montani temporibus, idem Athanaſius a Diogene exagitari cœpit: poſt quem Syrianus Dux aperto demum marte eam invaſit Eccleſiam. Teſtatur id ipſe quidem, cum ad Conſtantium ſcribit his verbis (*c*): *Cum igitur alio Montanus profectus eſſet, ſupervenit Diogenes Notarius poſt ſextum decimum & vigeſimum menſem, qui nec ipſe quoque epiſtolam exhibuit* (de proficiſcendo ad Conſtantium ſcilicet) *aut ſub tuum conſpectum venit; neque tamquam mandatum haberet, quicquam mihi præcepit. Quin cum ipſe Syrianus exercitu du-*

(*c*) *Athan. Apolog. ad Conſtantium.*

PAGIUS IX. *Uſque ad veram Indiam Arianus iſte penetravit.*

& tres Eccleſias in ea regione ædificaſſet, &c. At Theophilus cum apud Homeritas ſingula prout poterat, & prout temporis ratio ſinebat, ordinaſſet, & Eccleſias dedicaviſſet, & ornamentis quibus poterat exornaſſet, ad Inſulam Divu, quam ipſi patriam fuiſſe ſuperius indicavimus, navigavit. Atque inde ad alias Indiæ regiones perrexit: multaque quæ apud illos non recte fiebant, emendavit. Nam & lectiones Evangelii audiebant ſedentes, & alia quædam peragebant, quibus divina lex repugnabat. Verum Theophilus cum ſingula apud eos juxta ſanctiorem ritum, Deoque magis acceptum correxiſſet, Eccleſia quoque dogma confirmavit. Neque enim circa divini numinis cultum, ut ait impius iſte, alia agebant emendatione, utpote qui ab ultima antiquitate conſtantiſſime Filium alterius a Patre ſubſtantiæ profitebantur. Ex hac autem Magna Arabia profectus eſt Theophilus ad Æthiopas, qui Auxumitæ vocantur, &c. ſed cum ad Auxumitas veniſſet, & cuncta illic negotia probe ordinaſſet, inde ad Romanorum ditionem redire cœpit.

X. *Situs Homeritarum, Auxumitarum, & Divæorum.*

Narrat hæc Baronius ex Nicephoro lib. 9. cap. 18 & cum eo dicit Theophilum ab Adiabenis obſidem in Romanorum ditionem fuiſſe miſſum, & Adiabenen ejus patriam fuiſſe; cum tamen Philoſtorgius diſerte ſcribat eum a Divæis obſidem miſſum ad Romanos, & inſulam Divu ejus fuiſſe patriam. Sed non dubito quin is error Librariis attribuendus ſit, qui utrumque Nicephori textum Græcum depravarunt. Hæc porro inſula videtur ea quæ Divu vulgo vocatur, eſtque

ad

ductor Alexandriam ingrederetur, & quædam ab Arianis jactarentur, qui ſeſe, quod liberet, acturos denunciabant; quærebam, num iſtiuſmodi litteræ, quales illi jactitarent, allatæ eſſent. Litteras enim mandati tui, fateor, ab illis depoſcebam. Poſtquam ipſi eas ſe habere pernegarent: poſtulabam, ut ſaltem vel ipſe Syrianus, vel Præfectus Ægypti Maximus mihi id ipſum ſuo ſcripto injungeret; poſtulabamque id ea de cauſa, quod tua humanitas in ſuo diplomate vetuerat, ne quis me turbaret; utque ego negligerem aliorum terrores, & ſecure in Eccleſiis permanerem. Qui autem hujuſmodi diplomata ad me detulerunt, Palladius eſt olim Palatii Magiſter, & Aſterius Dux Armeniæ. Exemplar autem litterarum, quod tale eſt, velim mihi liceat cum tua venia recitare: Conſtantius Victor &c. Habes has ſuperius, eo tempore quo allatæ ſunt, deſcriptas. His autem hic ab Athanaſio recitatis, idem mox ſubdit:

XVIII. Athanaſii pugnæ cum Magiſtratibus.

De hac epiſtola & illi cum Judicibus diſceptabant, & cum nos mentibus præferebamus. Quid igitur? an non merito ab illis diplomata poſtulabam? nec illorum ſimplicibus verbis obſequar? Illi igitur cum non ederent, neque proferrent mandatum tuæ pietatis, nonne plane & directe contra juſſa hujus diplomatis agebant? Ego igitur, cum illi litteras nullas exhiberent, probe mecum colligere, & ratiocinari videbar, ipſos nihil niſi verba afferre: præſertim cum tuo diplomate jubebar, ne quid iſtiuſmodi curarem. Jure igitur hoc feci, religioſiſſime Auguſte; ut quemadmodum cum epiſtolis tuis ingreſſus eſſem in patriam, ita acceptis tuis mandatis, e patria diſcederem: quo non ut fugiens Eccleſiam, reus culpabiliſque haberer, ſed ut ex mandato tuo haberem cauſam diſceſſionis. Idemque omnes populi cum presbyteris, & major pars civitatis (ne plures nominem) a Syriano, quem ea de cauſa adierant, poſtulabant: quo tempore illic quoque aderat Maximus Ægypti Præfectus. Poſtulatio autem iſtiuſmodi fuit, ut nihil vel ſcriptis, vel verbis ederent quod vellent, aut ne Eccleſias interea turbarent, dum ipſi populi ea de re legatos ad te mitterent.

XIX. Refelluntur calumniæ.

Iſta cum diu multumque a Syriano, non ignaro quam æqua peterentur, poſtularent: confirmavit id ſe facturum, idque jurejurando cum atteſtatione tuæ ſalutis. Iſtis, dum fierent, ageretuque de ea re ad tuam majeſtatem deferenda, interfuit Hilarius; conſciaque eſt ejus rei cohors Præfecti Ægyptiaci; & verba, quibus res acta eſt, apud Pritanim civitatis conſervantur; unde facile intelliges, nec me, nec quemquam alium tuis juſſis contradixiſſe, ſed omnes tuam voluntatem in tuis ſcriptis voluiſſe videre. Dicta ſcriptaque Imperatoris pari pondere æſtimanda ſunt, cum is qui ea reportat, libere ſe ea in mandatis habere profitetur. Verum cum illi neque injunctum ſibi, manifeſto aſſererent, neque ſcriptis ederent quod imperabant; ſed omnia ita inſtituerent, ut appareret, eos ſuo nomine, & auctoritate id agere; fateor citra omnem diſſimulationem, cœpi eos habere ſuſpectos, & in primis ea de cauſa, quod a multis Arianis ſtiparentur, quodque cum iis & epula, & conſilia inirent, nihilque propalam & ſinceriter agerent, ſed dolos tantum & inſidias necterent, nec quicquam tamquam pro edicto Imperatoris agerent, ſed prout ab inimicis rogarentur: neceſſario me eo contuli, ut diplomata ab iis in rebus ſuſpectis poſtularem. Id quoque angebat animum meum, quod indecorum arbitrabar, cum tot diplomatibus Eccleſiam ingreſſus eſſem, ſine diplomatibus inde diſcederem. Hæc Athanaſius. Quæ vero de graſſatione facta in Alexandrinam Eccleſiam a Syriano Duce ſubinfert, ſuo loco narrabimus; ejuſmodi enim magiſtratuum cum Athanaſio altercationes in ſequentem quoque annum productæ ſunt. Poſt hæc autem ab eodem Athanaſio ad Conſtantium Imperatorem legatio miſſa eſt, cujus his verbis meminit Sozomenus (*a*): (*a*) *Sozom. l. 4. c. 8.*

XX. Legatio Athanaſii ad Conſtantium Imp.

Athanaſius vero quoniam perſuaſum habebat, ſibi in Palatio imperatoris paratas inſidias; ipſe neque ad Imperatorem venire auſus eſt, neque in rem ſuam eſſe exiſtimavit. Itaque quinque Epiſcopis Ægypti ad eam rem delectis (ex quorum numero erat Serapion Thmuetenſis, vir tum vitæ inſtitutione ſanctiſſimus, tum oratione diſertus) eos ad Imperatorem jam tum in ea Imperii parte, quæ ad Solem Occidentem ſpectat, ætatem degentem mittit; quibuſcum una jungit quoque tres ſuæ Eccleſiæ presbyteros; qui tum Imperatoris gratiam ſibi concilient, tum ad calumnias adverſariorum, ſi opus ſit, reſpondeant; tum denique alias res obeant, quas Eccleſiæ & ipſi commodiſſimas fore animadverterent. Non multo autem poſtquam illi Alexandria ſolviſſent, recepit Imperatoris litteras, quæ eum ad aulam vocabant. Quare & ipſe Athanaſius, & populus Eccleſiæ graviter conturbati ſunt, & ancipiti cura & dubia diſtracti. Nam neque Imperatori, qui opinionem a fide alienam tueretur, morem gerere, tutum; neque ei reſiſtere, extra periculum eſſe exiſtimarunt. Attamen Athanaſius manſit Alexandriæ; & qui litteras attulerat, re infecta, reverſit. Sequenti autem æſtate alter Imperatoris mandato cum magiſtratibus ejuſdem gentis accedens ad Athanaſium, coegit eum ex urbe exire, clerumque illius Eccleſiæ graviter exagitavit. At cum primum populum, Eccleſiæ cauſa, magnos ſumere ſpiritus, & ad bellum ſe inſtrue-

re

re videret, iſte quoque, labore fruſtra ſuſcepto, inde receſſit. Hæc Sozomenus.

XXI. Sozomenus erroris arguitur.

Sed talia profecto quæ erroris arguantur ex his quæ nuper ex Athanaſio recitata ſunt: nimirum voces fuiſſe Arianorum, litteras ſcriptas eſſe ab Imperatore, quibus Athanaſius accerſiretur; ſed eas ab ipſo Athanaſio exactas, nec editas eſſe, quod non extarent. Aperte igitur convincitur Sozomenus non legiſſe ea quæ hoc argumento ab eodem Athanaſio in Apologia ad Conſtantium ſcripta tractantur; ſed impegiſſe in Sabinum illum Macedonianum hæreticum, totam rerum geſtarum hiſtoriam horum temporum in odium Orthodoxorum (quod alias dictum eſt) invertentem. Si enim vere adfuiſſent nuncii cum litteris Imperatoris ad Athanaſium; ſe abſque controverſia Alexandria receſſurum fuiſſe, & ad Imperatorem profecturum, ſæpe iiſdem ſcriptis conteſtatus eſt: ſed reſediſſe Alexandriæ, quod quæ ferebantur miſſæ ab eodem Imperatore litteræ, eas numquam, quod non extarent, adverſarii oſtendiſſent. Nec eſt quod dici poſſit, litteras poſtea de profectione ejuſdem Athanaſii ſcriptas eſſe, & Alexandriam ad ipſum allatas: nam ſi ita accidiſſet, neceſſario in dicta Apologia earum idem Athanaſius meminiſſet: alioquin inanis & futilis illa omnis tot rationibus comparata, ad ipſum, qui hæc ſciret, Conſtantium, fuiſſet Apologia. Sed illud Sozomeno concedimus, vere contigiſſe, lentius cum Athanaſio actum eſſe, quod populus Alexandrinus in eum propenſior turbas ciere, atque ſeditionem conflare paratus eſſet: quam autem ad rixas prompti eſſent Ægyptii, & quam periculoſe a Præfectis tentari ſolerent, ſatis ac ſæpe ſuperius dictum eſt. Opus ergo fuit (quod ſubdit Sozomenus) ad exturbandum ab Eccleſia Athanaſium ex reliqua Ægypto & Libya legiones Alexandriam convocare; ſed de his ſuo loco dicendum.

XXII. Inter hæc autem Julianus Galli Cæſaris frater in ſuſpicionem adductus conſpirationis cum eo in Romanum Imperium, ad Conſtantium Auguſtum Mediolani agentem ſe confert: quid vero cum eo tranſactum ſit, Ammianus & ipſe Gentilis illi plurimum addictus ſcribens (a): *Inde*, inquit, *ad Julianum recens perductum calumniarum vertitur machina; memorabilem poſtea Principem gemino crimine (ut iniquitas æſtimabat) implicitum, quod a Marcelli fundo in Cappadocia poſito ad Aſiam demigrarat liberalium deſiderio doctrinarum, & quod per Conſtantinopolim tranſeuntem viderat fratrem, &c.* Prima accuſatio iſta de diſceſſione e fundo Marcelli in Aſiam, id pertigiſſe videtur, quod Julianus e loco illi ſtatuto a Conſtantio (quem alii legunt Marcellum) de quo ſupra, in Aſiam profectus eſſet addiſcendæ magiæ cauſa ad Gentiles philoſophos idololatras ac magiæ ſtudioſos, prout ſuperius vidimus id ab eo eſſe factum: quam tamen accuſationem Ammianus honeſto colore fucat, nomine videlicet addiſcendarum litterarum; ſed ad hæc mox ſubdit de Juliano: *Qui cum objecta dilueret, aſtenderetque neutrum ſine juſſu feciſſe: nefando aſſectatorum cœtu urgentium periiſſet, ni aſpiratione ſuperi numinis, Euſebia ſuffragante Regina, ductus ad Comum oppidum Mediolano vicinum, ibique paulisper moratus, pro eadem ingenti cauſa, ut cupidine flagravit, ad Græciam ire permiſſus eſt;* nempe Athenas. Hæc Ammianus.

Quid Julianus apud Conſtantium.

(a) Ammian. l. 15.

XXIII. Julianus Athenas venit.

Aderat tunc Athenis Gregorius Nazianzenus, cum Julianus illuc ſe contulit, quem conſpicatus, de homine haud falſus conjector extitit: quid autem ex aſpectu ejus vaticinatus ſit, cum illum vidit, idem tradit his verbis (b): *A me autem, quæ poſtea geſſit, procul ante perſpecta quoquo mo-*

(b) Greg. Naz. orat. 2. in Jul.

PAGIUS ad oſtium Indi fluminis, Regi Cambaiæ obnoxia. Quoad Homeritas recte ſcribit Philoſtorgius, eos in Arabia Felice ſitos eſſe; hi enim Arabes erant, Saracenis proximi, gentibus bina inter ſe mari Rubro, ſeu Arabico diſparatis, ut tam Plinius lib. 6. cap. 28. quam Ptolemæus lib. 6. cap. 7. docent. E regione Homeritarum Axumitæ fuere, mari Rubro ab eis ſejuncti. Homeritæ & Axumitæ Conſtantii ævo Romanis fœderati fuere, quod fœdus manſit etiam ſub Juſtiniano, ut ſuo loco explicabimus. Hinc Conſtantius ad Homeritas & Axumitas Legatos miſit, & quidem anno CCCLVI. ut exiſtimat Gothofredus in Comment. leg. 2. Cod. Theod. de Legatis data *XVIII. Kal. Febr. Conſtantio Aug. VIII. & Juliano Caſ. Coſſ.* in qua dicit Imperator; *nullus ad gentem Axumitarum & Homeritarum ire præceptus*, &c. id eſt legatione fungi juſſus, ut explicat Gothofredus, qui dicit Theophilum legationis eo anno ad Axumitas & Homeritas miſſæ principem fuiſſe.

XI. Ad num. XXIII. & ſeqq. Ex locis quibuſdam *ſancti Gregorii Nazianzeni* in Carmine de Vita ſua negligenter Latine redditis deceptus Baronius, exiſtimavit, hunc Sanctum præſenti anno viceſimum tantum ætatis annum attigiſſe, ideoque poſt Concilium Nicænum anno CCCXXV. celebratum in lucem prodiiſſe. Verum, cum nonagenario major ſupremum diem obierit, ut ſuo loco videbitur, natus eſt hujus ſæculi initio, & quando Athenis diſceſſit, annum circiter quinquageſimum quintum agebat. Papebrocius die nona Maii in Vita S. Gregorii Nazianzeni loca omnia explicat, quæ Baronium, alioſque Viros doctiſſimos huc uſque in errorem induxere. Nazianzenus poſtquam dixit, Athenis digrediente Baſilio, ſe ſubſiſtere coactum fuiſſe, ſubjungit: *Etenim longum tempus impenderam eloquentiæ exercendæ: eratque is annus mihi ferme trigeſimus.* Quod cum factum eſſe conſtaret poſt annum Chriſti trecenteſimum quinquageſimum quintum, quo *Julianus* ſtudiorum cauſa Athenas appulit, conſequens eſſe videbatur, ut non niſi poſt Concilium Nicænum Gregorius natus eſſet. Sed, ut Gre-

Naſcitur S. Gregorius Nazianzenus.

Digitized by Google

modo fuerunt, ex quo Athenis cum eo verſatus ſum. Nam illac quoque ſtatim poſtea, quæ adverſus fratrem deſignata ſunt, profectus eſt, Imperatorem hoc ipſum deprecatus. Duplicem enim eo proficiſcendi cauſam habebat, alteram ſpecioſiorem & honeſtiorem, ut Græciam ejuſque ſcholas viſeret; alteram tectiorem, paucisque notam, ut regionis illius ſacrificos & impoſtores de rebus ſuis conſuleret, impietate videlicet nondum plenam libertatem habente. Tunc igitur me non malum hujus viri conjectorem fuiſſe memini, quamquam alioqui ad has res non optime a natura comparatus. Sed me moram ipſius inconſtantia, atque incredibilis quædam mentis emotio vatem efficiebat: ſiquidem ille optimus vates eſt, qui recte conjicere novit. Neque enim mihi boni quicquam ſignificare aut ominari videbantur cervix non ſtata, humeri ſubſaltantes, & ad æquilibrium ſubinde agitati, oculus inſolens, & vagus, furioſeque intuens, pedes inſtabiles & titubantes, naſus contumeliam, & contemptum ſpirans, vultus lineamenta ridicula idem ſignificantia, riſus petulantes & effrenati, nutus & renutus temerarii, ſermo hærens, ſpirituque conciſus, interrogationes ſtultæ, & præcipites, reſponſiones nihilo his meliores, aliæ in alias inſultantes, nec graves & conſtantes, nec eruditionis ordine progredientes.

XXIV. De Juliano quid auguratus eſt Gregorius Nazianzenus. *Quid ſingula deſcribere neceſſe eſt? talem ante opera conſpicatus ſum, qualem in operibus poſtea cognovi. Quod ſi quidam ex iis qui tum ſimul erant, quæque dixerim, audierunt, nunc mihi præſto eſſent; haud ægre teſtarentur; quibus, ut hæc aſpexi, ſtatim prolocutus ſum: Quale malum Romanorum terra nutrit! præfatus licet, ac mihi ut falſus vates eſſem, imprecatus: præſtabilius enim id fuerat, quam talibus malis Orbem terrarum impleri, taleque monſtrum exiſtere, quale nullis ante ſæculis, etiam ſi aliqui diluvia multa ſermone jactentur, & multa inœndia, ebullienteſque terræ quaſſationes & hiatus, ac multi inſuper immaniſſimi homines, belluæque prodigioſæ & compoſitæ, quas natura novo more produxit.*

Hæc Gregorius. Cui, quod dicit adventus Juliani Athenas ſecretiorem illam fuiſſe cauſam, ut ſacrificos & impoſtores de rebus ſuis conſuleret, en quam eleganter adſtipulatur Eunapius (a), dicens: *Iſtic pulchre inſtructus, a Maximo ſcilicet atque Chryſantio, intellecto plus aliquanto latere in Græcia apud Eleuſinarum dearum Antiſtitem, velociter illuc accurrit.* Præſetuliſſe autem hominem illum ſcientiam futura prænunciandi, idem auctor ab eodem & ipſe Antiſtite initiatus ſacrorum arcanis, & inter Eumolpidas relatus poſtea, teſtatur. At de divinatione per Dæmonem fieri ſolita dicemus ſuo loco. (a) *Eunap. Vit. Phil.*

Florentiſſime videbantur hoc tempore eſſe Athenarum ſcholæ, quarum cauſa Julianus ſe eo proficiſci, vehementer cupere demonſtravit. Docuiſſe enim reperitur Athenis Conſtantii temporibus Anatholius clarus orator, eidemque Imperatori percarus, qui ipſum Romam vocavit, atque Præfectura Prætorii inſignivit. Proæreſius etiam ibi docebat, qui ob facultatem dicendi ab eodem Imperatore in Gallias primum, deinde Romam ab ipſo Conſtantio miſſus, ibidem ex ſenatuſconſulto ſtatua donatus eſt, ejuſmodi inſcriptione nobilitata: REGINA RERUM ROMA REGI ELOQUENTIÆ. De eo Sozomenus (b), atque Eunapius (c), qui illum, ut gentilem ſuum, ſibi vendicat hominem; fuiſſe tamen Chriſtianum, eſt aliqua conjectura; cum tradat S. Hieronymus (d), lege lata a Juliano ne Chriſtiani liberalium artium doctores eſſent, permiſſum ab eo illi docere, ipſum vero ſponte ſcholas deſeruiſſe. Sed & Eunapius quoque affirmat, eumdem Proæreſium, ſententia Juliani lectione fuiſſe abdicatum; quod

XXV. Quales Athenæ his temporibus.

(b) *Sozom. lib. 6. c. 17.*
(c) *Eunap. de Vit. Philoſ.*
(d) *Hier. in Chron.*

PAGIUS Gregorius Presbyter in Vita hujus Sancti adverſit, Baſilius Athenis diſceſſit, cum Gregorius *triceſimum annum explevisset in diſciplinarum artibus pertractandis*. Quare erat is annus Gregorio Nazianzeno ferme triceſimus in eo ſtudio, non vero triceſimus a nativitate ejus.

XII. Nazianzenus & Baſilius virtutem amplectuntur. Objicitur præterea quod ſcribit Gregorius Nazianzenus in Oratione ad laudem Baſilii, ubi de ſe, ſuoque Baſilio juxta accuratam Papebrocii verſionem ait: *Ut igitur domum reverſimur, qui aliquando mundo ac ſcenæ ſerviveramus, quantum ſcilicet ſatis erat, ut aliorum plurimo obſequeremur cupiditati, (neque enim ipſimet ad Theatralem oſtentationem propendebamus) continuo facti ſumus juris noſtri; & tanquam ex imberbibus facti viri, ad philoſophandum nos contulimus generoſius.* At ſicut Nazianzenus, quando dicit, ſe & Baſilium tum ſui *juris factos*, non intelligit de legali emancipatione, ſed de figurata, qua mundo ſervire coacti fuerant: ſic nec quod *ex imberbibus* dicat *viros factos*, debet cum reſpectu ad ætatem accipi, ſed referri ad animum, qui tunc primum viriliter agi cœpit ac reſerari; cum ſepoſito aliis placendi ſtudio, quod imperfectorum eſt, ad veram, ſolidamque virtutem, quæ eſt virorum perfectorum, conatum ſuum intenderunt. Tertium locum ex Gregorio deſumtum apud Papebrocium explicatum vide.

XIII. Ætas patris S. Gregorii diſcutitur. Ætas porro Nazianzeni, ut recte idem Papebrocius, cum Gregorii patris ætate comparari debet. Pater, ſicut in Orat. 19. ait filius, obiit, *cum annos ferme centum vixiſſet, ex eiſque egiſſet in Sacerdotio quinque & quadraginta*. Cum itaque *S. Gregorius* Nazianzi Epiſcopus, Gregorii de quo loquimur, pater, e vivis exceſſerit anno trecenteſimo ſeptuageſimo tertio, aut veroſimilius uno anno tardius, (rerum enim deinde ſecutarum ſeries non permittit, ut eum poſtea vixiſſe exiſtimemus) conſequens fit, eum natum circa annum ducenteſimum ſeptuageſimum ter-

Digitized by Google

quod quidem par eſt credere minima contigiſſe, niſi Chriſtianus fuiſſet, cum ipſe Ethnicorum profeſſorum ſtudioſiſſimus fuerit: ſed de his iterum ſuo loco. Docebat hoc eodem tempore Athenis Muſonius, quem etiam idem Julianus ceſſare juſſit; inſuper conſtat ibidem tunc publice profeſſos eſſe Hemerium & Libanium, quibus tradit Sozomenus, Gregoriam Nazianzenum, & Baſilium præceptoribus uſos eſſe; affirmat de Libanio hoc
(a) Baſil. epiſt. 146. ipſum Baſilius (a).

XXVI. Scholæ nobiliores hujus temporis. Erant tunc in Oriente in aliis quoque præclarioribus urbibus diverſarum facultatum gymnaſia, ut Cæſareæ Palæſtinæ, Alexandriæ, & Conſtantinopoli; ſed cæteris omnibus eminebant Athenæ: accidereque ſolebat, ut prius in dictarum civitatum ſcholas imbuendi diverſis ſcientiis ſe conferrent, ac demum Athenas accederent, ubi & penitus conſummarentur. Sic plane factum vidimus a Gregorio Nazianzeno, qui Cæſareæ primum, inde Alexandriæ auditor fuit: poſtremo Athenas profectus, illic primo diſcipulus, deinde doctor publice profeſſus eſt: ſed & poſt cum Baſilius Cæſarienſis Cappadox, cum prius Cæſareæ Palæſtinæ, inde vero Conſtantinopoli egregie litteris excultus eſſet, Athenas conceſſit, litterarum & litteratorum aſylum: ubi illud inter diſcipulos erat in more poſitum, ut quicumque recens advenisset Athenas, quo deprimerent faſtum illius ex ſcientia quam alibi didiciſſet; eum circuire ſolerent qui illic erant diſcipuli, atque cum illo de rebus, quas alibi profeſſus eſſet, diſſerere, ac tandem ludibrio traducere hominem, velati in comœdia ludionem. Libet autem hic eadem recenſere; quo lector jamdiu inter crudelia tyrannorum monſtra, & Arianæ hæreſis ſævas beſtias pertæſus ac mærens incedens, paululum recreetur exhilareturque duorum talium incomparabilium amicorum conſortio, Gregorii atque Baſilii.

Prius igitur Athenas venit Gregorius, XXVII. inde vero Baſilius. Ille quidem antea primo egreſſus domo (ut dictum eſt) Cæſaream Palæſtinæ ſe contulerat, ubi audivit (ut auctor eſt S. Hieronymus b)

(b) Hier. de Script. Eccl. in Euzojo.

Theſpeſium egregium oratorem; teſtatur id ipſe quoque, cum ait (c): *Ego artis oratoriæ amore inflammatus, in Palæſtinæ Academiis tum florentibus pedem fixi, Cæſarius Alexandriam perrexit, urbem tunc & hoc quoque tempore doctrinarum omnium officinam non falſo æſtimatam*. Hæc ipſe. Erat Cæſarius ejus germanus pari ſtudio inflammatus: ſecutus poſtea ipſum Gregorius, Alexandriam eadem ex cauſa profectus eſt: atque ubi tum Cæſarienſium ſcholarum fontes, tum rivos doctrinæ Alexandrini gymnaſii avido pectore exhauſiſſet, ardentiori animi ardore flumina Athenarum ſitivit; atque adeo vehementer, ut nec expectato opportuno anni tempore navigandi, navim conſcendens, in magnum diſcrimen vitam adduxerit, ereptus tamen precibus ſanctæ matris Nonnæ: quod ipſe teſtatur iterum, cum res ſuas accurate deſcripſit (d), ubi de immenſo ſuo deſiderio Athenarum hæc cecinit (e):

(c) Gregor. Nazian. in laud. Cæſarii. Gregorius Nazianzenus, & Baſilius profecti Athenas.

Sola meum ardenti pectus ſtimulavit amore
Doctrina Argolica, quam gloria gentis Athenæ
Quæſivere mihi, Soliſque occaſus & ortus:
In qua multum operæ poſui, multumque laboris
Permultis annis ſubii; ſed & hanc quoque Chriſti
Ante pedes humilem, pronamque jacere coegi.

(d) Gregor. Naz. car. de rebus ſuis, & orat. in funer.
(e) Gregor. Nazianz. carm. de rebus ſuis.

XXVIII. Sed relegamus Baſilii itidem ſcientiarum cunabula atque progreſſus ab eodem quoque concinne deſcriptos (f): *Cæſaream Palæſtinæ ſcilicet, ut ejus urbis ſcholarum particeps eſſet, celeriter contendit; hanc, inquam, eximiam civitatem, & noſtram (nam meorum quoque ſtudiorum dux & magiſter extitit) non minus litterarum atque doctrinæ, quam urbium quibus præeſt & dominatur, metropolim: quam ſi quis doctrinæ palma ſpoliaverit, rem omnium pulcherrimam ipſique maxime propriam eripuerit*. Ac poſt alia: *Hinc Byzantium urbem totius Orientis principatum tenentem*

(f) Gregor. Nazianz. orat. in laud. Baſilii. Baſilii progreſſus.

PAGIUS tertium, & S. Gregorium Theologum filium primogenitum ex Sancta Nonna conjuge & coætanea, ut inquit idem Gregorius Theologus in Carmine de Vita ſua, genuiſſe circa annum Chriſti trecenteſimum primum. Inde Gregorius pater Epiſcopus Nazianzi creatus eſt circa annum trecenteſimum viceſimum nonum, & Gregorius filius anno trecenteſimo quinquageſimo quinto, vel potius inſequenti, Athenis diſceſſit, poſtquam ibidem per annos triginta ſtudiis operam navaſſet, ab anno nempe trecenteſimo viceſimo ſexto. Porro, cum *Julianus* non niſi poſt Galli Cæſaris fratris necem Athenas profectus fuerit, apparet, cum anno tantum ſequenti in eam urbem adventaſſe; nam Socrates lib. 3. cap. 1. ait, *Gallo* interfecto, Julianum juſſum eſſe cuſtodiri. Sed, cum cuſtodes ſuos effugere voluiſſet, mutatis ſubinde latebris, ſibi ſalutem quæſiviſſe: tandem vero *Euſebiam* Imperatoris uxorem, cum eum latitantem deprehendiſſet, perſuaſiſſe viro ſuo, ut nullo malo eum afficeret, ſed potius Athenas ire permitteret, Philoſophiæ operam daturum. Quo fit, ut S. Gregorius Nazianzenus & S. Baſilius anno tantum trecenteſimo quinquageſimo ſexto Athenis diſceſſerint.

XIV. Collecta hoc anno Synodus *Antiochena* adverſus D. Athanaſium, de qua hæc Sozomenus habet lib. 4. cap. 8. *Præcipue vero criminabantur Atha-*

Digitized by Google

(excellentiſſimis cum oratoribus, philoſophiſque florebat, quorum brevi optima quæque ingenii celeritate ac magnitudine collegit) atque inde Athenas, hoc eſt, litterarum domicilium, a Deo, atque inexplebili eademque laudanda doctrinæ cupiditate mittitur; Athenas, inquam, mihi vere aureas, ac, ſi cuiquam alii, bonorum parentes; nam illæ hominem, non illum quidem ante ignotum, ſed tamen notiorem reddiderunt. Cum dicat ipſe, ante noviſſe Baſilium; id accidiſſe puto Cæſareæ Palæſtinæ, quæ fuit prima ipſorum palæſtra ad vires ingenii exercendas. Et inferius.

XXIX. Adventus Gregorii, & Baſilii Athenas. *Habebant nos Athenæ profluvii cujuſdam fluvialis inſtar ex eodem patriæ fonte in diverſas regiones doctrinæ cupiditate diſſectos; rurſumque velut ex compoſito, Deo videlicet ita impellente, coeuntes. Ac me quidem aliquanto ante habebant; illum autem haud multo poſt, & quidem cum mirifica & luculenta ſpe expectatum: etenim in multorum linguis verſabatur, antequam adveniſſet; nec quiſquam erat, qui non præclare agi ſecum putaret, ſi id quod ſummo ſtudio expetebat, prior occuparet.* Subdit quoque hæc de immenſo diſcipulorum ſtudio, ſatagentium quemque diſcendi cauſa Athenas advenientem præoccupando lucrari, & ſuo cuique ipſos (nam in partes diviſi erant) adſciſcere præceptori: *In hoc (inquit) elaborantes, ut & numero creſcant, & illos opera ſua locupletiores efficiant; atque ea res vehementer abſurda eſt; præoccupantur urbes, viæ, portus, ſumma montium, planities, ſolitudines omnes, denique Atticæ & reliquæ Græciæ partes, atque adeo incolarum permulti: nam & illos in partes ac ſtudia diſtractos habet.*

XXX. Ludus diſcipulorum Athenienſium. *Cum autem juvenis quiſpiam acceſſerit, atque vel libens, vel invitus in eorum, a quibus captus eſt, manibus & poteſtate fuerit; tum vero Attica hac illis conſuetudo eſt, luduſque rei ſeriæ admixtus. Primum apud eorum aliquem, qui priores ipſum arripuerint, hoſpitio accipitur, vel amicorum, vel propinquorum, vel qui ejuſdem ſunt patriæ, vel qui artem ſophiſticen apprime callent, & lucra magiſtris conciliant, eoque nomine apud eos ſummo honore atque pretio ſunt; quod quidem illis mercedis loco eſt, habere qui ipſorum commodis ſtudeant. Deinde a quovis volente cavillis laceſſitur: quod quidem, ni fallor, ea de cauſa faciunt, ut novitiorum faſtum & ſuperbiam retundant, atque a principio ipſos in poteſtatem redigant. Laceſſitur autem ab aliis impudentius atque audacius, ab aliis eruditius, prout ille vel ruſticie, vel ineptis moribus, vel urbanitate fuerit præditus. Atque id ignaris quidem terribile atque inhumanum videtur: iis autem perjucundum, ſuavitatiſque plenum, quibus non ignota eſt ea conſuetudo: plus enim terroris habet hæc minarum oſtentatio, quam res ipſa. Tum per forum ad balneum cum pompa deducitur; pompa autem hoc modo ſe habet. Qui deducendi juvenis munere funguntur, ordine diſpoſiti atque æquis ſpatiis diſtincti, bini eum ad balneum antecedunt. Cum autem propius acceſſerint, quaſi fanatico furore correpti, clamorem ingentem tollentes (hic autem clamor jubet, ut ulterius progredi deſinant, ac ſuo loco conſiſtant, tamquam eos balneum minime admittat) ſimulque fores pulſantes, & juvenem ſtrepitu perterrentes, ac deinde introeundi poteſtatem ipſi facientes, ita demum eum in libertatem aſſerunt, atque a balneo redeuntem, deinceps ut æqualem ac ſodalem accipiunt. Atque hoc ipſis eſt totius cærimoniæ jucundiſſimum, nimirum ab his, qui moleſtiam exhibeant, quamprimum liberari.*

Tunc igitur meum magnumque Baſilium non ipſe ſolum venerabar, perſpiciens illius tum in moribus gravitatem atque conſtantiam, tum in ſermone dexteritatem; ſed & aliis etiam quibus perinde cognitus non erat, ut idem facerent, perſuadebam: nam pleriſque ſtatim venerationi erat, ut qui fama & auditione jam eum percepiſſent. Ex quo effectum eſt, ut ſolus fere ex omnibus qui ſtudiorum cauſa Athenas veniebant, communi lege ſolutus ſit; majorem utique honorem, quam novitii conditio ferre XXXI. Baſilius a ludibrio ſervatus illæſus.

re

PAGIUS

Synodus Antiochena adverſus Athanaſium. *Athanaſium, quem tantopere oderant, ut nec Conſtante quidem adhuc ſuperſtite & Conſtantio benevolentiam erga eum ſimulante, hoſtiliter eum perſequi deſierint; ſed Antiochia in unum congregati Narciſſus Cilix, Theodorus Thracia, Eugenius Nicænus, Patrophilus Scythopolites, Menophantus Epheſius, & alii circiter triginta numero ad omnes ubique conſtitutos Epiſcopos literas ſcripſerint, quibus affirmabant, Athanaſium contra leges Eccleſiæ rediiſſe Alexandriam, non in Synodo prius innocentem declaratum, ſed per contentionem eorum, qui idem cum illo ſentiebant; hortatique ſint, ut neque cum illo communicarent, neque ad eum ſcriberent, ſed cum Georgio potius, qui ab ipſis ordinatus fuerat, communionem ſervarent. Athanaſius vero tum quidem nullam eorum rationem duxit. Sed enim multo graviora quam prius, erat perpeſſurus.* Valeſius in Notis ait, Sozomenum perperam aſſerere, eam Synodum Conſtante adhuc ſuperſtite congregatam. Verum id non ſcribit Sozomenus, qui jam de Magnentii interitu, & Julii Papæ morte locutus fuerat, ſed tantum indicat, Arianos, qui Conſtante adhuc ſuperſtite Athanaſium vexarant, poſt hujus Imperatoris mortem hoſtiliter eum perſecutos fuiſſe. Subjungit Valeſius, eam Synodum, anno Chriſti trecenteſimo quinquageſimo ſexto coactam, quo Georgius Epiſcopatum Alexandriæ occupavit, huncque ſtatim ex urbe Antiochena cum militari ſatellitio miſſum eſſe Alexandriam, eodem modo quo ante quindecim annos in Antiochenſi Synodo, ea quæ in Enceniis celebrata eſt, Gregorius ordinatus

fue-

Digitized by Google

re videbatur, conſecutus. Hoc nobis amicitiæ principium, hinc conjunctionis igniculus: ſic mutuo amore ſauciati ſumus. Poſtea hujuſmodi quoque quiddam accidit: nam ne hoc quidem prætermiſſione dignum eſt. Haud ſimplicem apertamque nationem Armenios eſſe invenio, quin potius admodum tectam & ſimulatam. Tum ergo nonnulli jampridem cum ipſo familiaritate & amicitia conjuncti, utpote ex patre & veteri ſodalitio (nam in illius ſchola inſtituti fuerant) ad ipſum per amicitiæ ſpeciem accedentes (invidia autem, non benevolentia ducebantur) contentioſis potius, quam doctis & argutis interrogationibus eum urgebant, ac primo impetu ſibi ſubjicere conabantur; tum quod egregiam ipſius indolem jampridem noſſent; tum quod ipſum tanto in honore haberi, eo tempore, permoleſte ferrent: grave enim, minimeque ferendum eſſe eos qui philoſophica pallia priores induiſſent, atque in ratione ſcite & facunde dicendi elaboraſſent, extero atque novitio nequaquam anteferri.

XXXII. Gregorius præſto Baſilio eſt. *Ego autem ille Athenarum amans ac ſtultus (non enim eorum invidiam ſenſeram, frontis integumento fidem habens) Athenarum gloriam in ipſis convulſam, celerrimeque contemptam indigno animo ferens, ſuccumbentes jam adoleſcentes & terga vertentes, reducta diſputatione ſuffulciebam; atque auxilii mei momentum afferens (in talibus autem rebus vel perexigua acceſſio quidvis poteſt) æqualia (ut ille ait, nempe Homerus) prælii capita conſtitui. At ubi diſputationis arcanum intellexi, quod jam ne contineri quidem poterat, ſed jam perſpicue detegebatur; repente mutato conſilio, remigrationem ad puppim converti, ab illius partibus ſtans, dubiamque victoriam reddidi. Qua in re, ut erat ingenio in primis acuto, magnam ſtatim voluptatem cœpit, atque alacritate perfuſus (ut eum Homericis verbis omnino deſcribam) egregios illos juvenes diſputatione perturbatos inſectabatur, nec ante argumentationibus ferire deſtitit, quam eos in effuſam fugam vertiſſet, victoriamque haud dubiam adeptus fuiſſet. Hæc nobis amicitiæ jam non ſcintilla, ſed fax conſpicua & ſublimis accenditur. Atque illi quidem ſic infecto negotio diſceſſerunt, cum ſuam temeritatem multum incuſantes, tum fraudem noſtram animo uſque adeo iniquo ferentes, ut apertas mihi inimicitias indicerent, ac proditorem criminoſe appellarent, non modo eorum, ſed Athenarum quoque ipſarum: quoniam primo impetu ab uno homine confutati atque ignominia affecti fuerant; idque ab ejuſmodi homine, cui ne fidenti quidem animo eſſe per tempus licebat.*

Subdit autem poſt hæc, eumdem Baſilium eo ſcientiarum eſſe progreſſum, antequam Athenas ſe conferret, ut illuc cum adveniſſet, & explorata complura habuiſſet, magno affectus ſit angore animi, quod non quales putabat, Athenas eruditas adinvenerit: viſæ enim ſunt illi ipſæ jejunæ, cum, quid ibi addiſceret, non reperit. Solabatur tamen eum Gregorius, qui id ipſum ſibi viſum eſſe, cum primum illuc ſe contuliſſet, affirmabat: conſolabatur eum, inquam, ſpe meliorum, quæ hactenus ipſi inexplorata dicebat: hæc & alia de his multa locutus Gregorius; rurſus, quænam fuerint mutua Athenis converſatio atque ſtudia, quibus hiſce principiis exorta amicitia, majoribus in dies adaugebatur acceſſionibus, ſic ipſe deſcribit (*a*): XXXIII. Baſilii excellens eruditio. (*a*) *Greg. Naz. orat. in laud. Baſil.*

XXXIV. Gregorii & Baſilii Athenis converſatio. *Par ſpes doctrinæ, hoc eſt, rei omnium invidioſiſſimæ, nos ducebat: & tamen aberat invidia, ſola æmulatione flagrabamus. Hoc utrique certamen, non uter primas ferret, ſed uter alteri primas cederet: uterque enim alterius gloriam, ſuam exiſtimabat: una utrinque anima videbatur duo corpora ferens. Quod ſi minor fides iis habenda eſt, qui omnia in omnibus poſita eſſe dicunt (quod dicebant Empedocles & Anaxagoras) at nobis certe credendum eſt, quod uterque in altero, & apud alterum poſiti eramus. Unum hoc ab utroque noſtrum agebatur, ut virtutem coleremus, atque ad futuras ſpes vitæ noſtræ rationes accommodaremus, ante mortem e vita migrantes. Quod quidem nobis ob oculos proponentes, vitam, actioneſque omnes noſtras dirigebamus, tum divini præcepti ductum ſequentes, tum alter alteri virtutis ſtudium extimulantes: atque (niſi hoc arrogantius dicere videar) uterque alteri norma & amuſſis eramus,*

qua

PAGIUS fuerat Epiſcopus Alexandriæ, atque inde miſſus Alexandriam, ut *teſtatur* Athanaſius.

XV. *Hoc anno celebrata.* Verum currenti anno exeunte, eam congregatam inſinuat Sozomenus, cum illam recitet proxime ante Concilium Mediolanenſe prioribus anni inſequentis menſibus habitum. Præterea Lucifer Calaritanus, qui Concilio Mediolanenſi interfuit, in Apologia pro Athanaſio lib. 1. teſtatur, Georgium ante Concilium Mediolanenſe ordinatum eſſe, & his verbis Conſtantium alloquitur: *Perſequeris eum, per quem te audire præceperit Dominus, agente eo in rebus humanis, quo Hæreticum tuum Georgium mittis ſucceſſorem, cum tametſi liberatus fuiſſet Athanaſius e corpore, tibi non licuerit mittere*, &c. Paulo poſt: *Numquid poteſt Deus eſſe cum inimico Georgio? Numquid ei quem non ordinaverit, quem non elegerit, poterit eſſe propitius?* &c. Ad hæc Valeſius ait, unum Sozomenum hujus Synodi meminiſſe; cum tamen Nicephorus lib. 9. cap. 35. diſertam ejus mentionem faciat. Denique non ex urbe Antiochena, ut putat Valeſius, ſed ex Cappadocia miſſus fuit Georgius, ut docent Athanaſius in Apologia de fuga ſua, & ex eo Theodoretus lib. 2. cap. 14. quanquam miſſus dici poſſit ex urbe Antiochenſi, cum in ea ordinatus fuerit.

qua rectum a pravo diſcernitur. Nec enim *cum flagitioſiſſimis & petulantiſſimis quibuſque ſodalium noſtrorum conſuetudinem habebamus, ſed cum optimis & honeſtiſſimis; nec cum pugnaciſſimis, ſed cum tranquilliſſimis & pacatiſſimis, eiſque quorum conſuetudo maximos fructus afferebat: illud nimirum exploratum habentes, multo facilius vitium contrahi, quam virtutem communicari; quemadmodum facilius quoque morbus contrahitur, quam ſanitas impartiatur. Diſciplinis porro non tam jucundiſſimis, quam præclariſſimis oblectabamur: nam hinc quoque vel ad virtutem, vel ad vitium juvenes informantur.*

XXXV. Paria Gregorii ac Baſilii pietatis ſtudia. *Duæ nobis viæ notæ erant; altera primaria & præſtantior, quæ videlicet ad ſacras domos noſtras ſacroſque doctores ferebat: altera ſecundaria, nec ejuſdem honoris, nimirum quæ ad externæ doctrinæ profeſſores ducebat. Reliquas omnes, quæ ad feſta & ſpectacula, celebres conventus, Epulas ferebant volentibus relinquebamus. Nihil enim mea quidem ſententia magnifaciendum eſt, quod nihil affert ad recte honeſteque vivendum, nec ſui ſtudioſos meliores reddit. Jam cum aliis alia quædam cognomenta ſint vel a parentibus accepta, vel ex ſe ipſis, hoc eſt, ex propriæ vitæ ſtudiis inſtitutiſque comparata: nobis contra magna res erat, & illuſtre nomen, Chriſtianos, & eſſe, & nominari, atque ea re magis efferebamur,* &c. Paulo vero poſt: *Atque ut rem in pauca contraham, pernicioſa quidem aliis quo ad animæ ſalutem Athenæ ſunt (nec enim a piis viris id temere exiſtimatur: nefariis enim opibus, hoc eſt, ſimulacris magis affluunt, quam reliqua omnis Græcia; difficileque eſt non ſimul cum eorum laudatoribus & patronis in errorem abripi) nobis autem nihil detrimenti ab iis allatum eſt, ut pote animo communitis, firmiſſimeque obſeptis. Quin potius (quod vix credibile eſt) hinc ad fidem confirmati ſumus, ipſorum fraudem & impoſturam cognoſcentes, atque illic dæmones contemnentes, ubi in mirifica laude ſunt dæmones,* &c.

XXXVI. Athenæ aſylum impietatis dirutæ. Jam vidimus ex Eunapio, horum fama pellectum impium Julianum Athenas expetiiſſe, ubi conſuetudinem intimam habuit cum Eleuſiniarum Antiſtite, clam ſacris homines initiante, atque futura prædicente. Porro aſylum illud impietatis poſtea ab Alarico tyranno, illi in hoc faventibus Chriſtianis, fuiſſe dirutum ac penitus diſſipatum, idem auctor, dum illius Antiſtitis recitat prædictiones, narrat his verbis: *Eas Græciæ anguſtias*, nempe Thermophilarum fauces, *Alarico prodidit impia natio fuſcis utens veſtibus, qui, nullo prohibente, ſimul cum eo irruperunt, reſciſſa jam Pontificalium inſtitutorum lege atque vinculo.* Sed hæc poſtea, hic autem obiter recenſita, occaſione cultus idololatriæ Athenis plus quam in reliquis Orbis locis occulte vigentis; ad quæ nefanda opera deſtruenda, quod non ſatis eſſe viderentur leges Imperatoris diverſis temporibus latæ, armavit Deus poſtea tyrannum, qui omnia illa furore bellico atque barbarico peſſumdaret. Profecerunt ex iis quoque iidem Gregorius atque Baſilius, quod majore odio in ea omnia incitati ſint, & ad bellum adverſus idola gerendum magis incenſi, adverſuſque Imperatorem ipſum Julianum Apoſtatam, pro eis omni conatu pugnantem, inire certamen minime veriti. Sed de his ſuo loco dicendum.

XXXVII. Sic igitur bene inſtituta, atque optime ducta, ad omnes numeros attemperata Gregorii atque Baſilii Athenis vita fuit, ut fama percelebres evaſerint, non Athenis tantum vel in Græcia, ſed ubique terrarum: nam hæc de his ipſe Gregorius (a): *Ex quo* (inquit) *id aſſequebamur, ut non ſolum apud præceptores & ſocios, ſed apud totam etiam Græciam, ac præſertim clariſſimos quoſque Græciæ viros, illuſtri fama celebraremur: quinetiam altra Græciæ fines progreſſi ſumus, ſicut multorum ſermone compertum eſt: nam ut quocumque Athenarum fama, eodem quoque præceptorum noſtrorum fama ſeſe proferebat; ita quicumque præceptores, iidem quoque nos cognoſcebant, ſimulque de nobis audiebant & proloquebantur; ac par quoddam non obſcurum & incelebre apud eos & eramus & dicebamur, nec nobiſcum Oreſtes ſuos & Pylades ullo modo comprehenſos putabant,* &c. At de commoratione eorum Athenis, jam ſatis: cætera porro ab eis geſta ſuo loco opportune ſunt referenda. Gregorius & Baſilius orbi innotuerunt.

(a) Greg. orat. in laud. Baſilii.

XXXVIII. Baſilius Athenis diſcedit. Diſceſſit prior Athenis Baſilius, cum Gregorius vix ut remaneret potuerit invitus compelli, cum jam ageret ætatis annum trigeſimum: eum enim ut publice profiteretur oratoriam artem, coegere Athenienſes; id quidem ipſe teſtatur his jambicis verſibus (b):

Nam tempus ingens fluxerat jam in literis,
Triginta & annos pene tunc exegeram:
Hic eſſet in nos quinam amor ſodalium,
Opinioque, comperi certa fide.
Aderat dies jam, magnus & labor ſimul;
Amplexibuſque triſtibuſque in exitu
Verbis opus erat, queis amor flammas capit.
Socio quidem ceſſere, nolentes licet,
Multa afferentis, cogerent quæ excedere.
At mihi etiamnum lacrymæ ex oculis fluunt,
Turbationis illius dum ſum memor.
Namque univerſa me cohors æqualium
Cingens, magiſtri, cogniti, ignoti mihi,
(Precibus, querelis, vi quoque admixta ſimul,
Suadebat id amor) mordicus me detinent,
At-

(b) Gregor. carm. de vita ſua.

Atque exeundi mihi poteſtatem aegaat.
Neqae enim decere, dictitant, aos perdere
Doctas Athenas: ac ſimul facandia
Mihi priacipatum calculis ſpondens ſuis.
Quid multa? flector (ſola nam tot lacrymis
Verbiſque quercas reſtitiſſet) nec tamea
Omnino; nam me patrium coatra ſolum
Trahebat, omnes eminens gentes fide,
(Pulcbrum abi putabam me piis ſtudiis dare)
Anniſque uterque fractus & ſenio parens.
Qaocirca Athenis immoratus paululum,
Subdaco furtim pene me, ac repeto domum.

Hactenus res Gregorii uſque ad diſceſſionem Athenis.

XXXIX. Ea quibus (quod ſpectat ad rerum geſtarum veritatem elucidandam) plane Ruffinus (a) erroris arguitur, dum ait a Gregorio ſubductum Baſilium e doctoris cathedra, manuque injecta ſecum in monaſterium eſſe perductum. In primis enim Baſilium, inde vero Gregorium Athenis receſſiſſe, ipſiuſmet Gregorii teſtificatione exploratum habetur. Qui quidem, quam cœperat una cum Gregorio, reverſus in patriam, ſanctiſſimam vitam excoluit, corporis virginitatem ab omni carnis illecebra ſervans immaculatam: licet non ita mentis puritatem illibatam ſervaſſe, ſcribens ad Chilonem diſcipulum, conqueri videatur, cum ait: *Quin & mulieres ſe meis hiſce oculis viſendas offerebant, quarum præcellenti elegantia & decore ſpectabili mea tentaretur integritas pudicitiæ. Et quidem flagitium vitavi fornicationis, at munditiæ virginalis florem arcana cordis cogitatione fœdavi.* Hæc ſane ipſe, qui veram virginitatem ex animæ perfecta integritate arctiſſimis limitibus circumſcripſit; quo argumento de Vera virginitate ad Lætojum Epiſcopum Melitenſem ſcripſit commentarium. Cæterum Gregorius Nazianzenus in oratione funebri in laudem ejuſdem Baſilii, ipſum perfectiſſimum virginitatis cultorem fuiſſe demonſtrat his verbis: *Quis igitur virginitatem magis honoravit, quam Baſilius, aut carnis puritatem quaſi lege ſancivit non ſolum proprio exemplo, ſed eorum quibus ſuadebat? &c.* Hæc de Baſilio modo ſatis; de Gregorio quoque iſta in præſentiarum dicta ſufficiant, de reditu, inquam, ipſius in patriam poſt Baſilium.

(a) Ruffin. l. 2. c. 9.

Baſilii de ſe confeſſio.

XL. Recedens Athenis Gregorius, Conſtantinopolim venit; quo loci cum eſſet, divina quadam providentia accidit, ut Cæſarius ipſius frater Alexandria, ubi litterarum cauſa eatenus moratus erat, appelleret Conſtantinopolim, jam philoſophicis litteris egregie excultus, & artis medicinæ apprime gnarus; quem celebris fama adeo nobilitaverat, ut a Senatoribus Senatoria dignitas atque inſuper nobile matrimonium eidem, ut his vinculis retineretur in orbe, oblatum fuerit: ſed & id ipſum ab Imperatore per legatos petitum fuit. Verum his omnibus tunc plus apud ipſum valuit fraternus amor, ac pietas erga parentes, quorum viſendorum cauſa ſequi maluit Gregorium redeuntem: alio autem tempore poſtea opportunius in Imperatoris aulam ſe contulit. Quæ omnia pluribus ab eodem Gregorio ſcripta ſunt. Sed jam his relictis, quos ſæpe in progreſſu conveniemus, ad ſequentis anni res tetras ac tragicas, cunctantem, hærentemque, immo & prædenſis horrentem vepribus orationem convertamus.

Gregorii Nazianzeni reditus in patriam.

Tre-

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS	LIBERII PAP. ANNUS	CONSTANTII IMP. ANNUS
355.	4.	19.

I. De Julio Firmicio Materno. TRecenteſimoquinquageſimoquinto Domini nnno Arbetio & Lollianus Conſules creati ſunt. Eſt mentio Conſulatus Lolliani npud Julium Firmicum Materaum, qui librum illum de Matheſi ſeribere aggreſſus eſt anno ſuperiori, eum Lollinnus Conſul deſignntus eſſet, abſolvitque ſequenti nnno poſt Conſulatum ejuſdem, ad quem Proconſulem Ipſum inſeripſit, ut ex ejuſdem præfntionibus conſtnt. Unde & illud intelligere poſſumus, diverſum hunc Julium Maternum ab eo quind Conſtantium atque Conſtantem commentnrlum edidit ndverſus errores profanæ religionis: longe enim abeſſe videtur, ut qui adeo diſerte atque pie de Chriſtiana religione adverſus Gentilium ſuperſtitionem tractatum edidit, idem poſtea de Mntheſi omni ex parte impium ſcripſerit.

II. Concilium Mediolanenſe. Quod vero nd res geſtas anni hujus pertinet; extitit plane ipſe Catholicæ Eccleſiæ eladibus famoſiſſimus, quo indicitur ac celebratur Mediolani Concilium, quod miſſa n Liberio Pnpa anno ſuperiore ad Conſtantium Imperntorem legntione publica fuerat expetitum. Cum enim edicto Imperatoris cogerentur Epiſeopi Occidentales ad ſubſeribendum latæ ab Arianis ſententiæ in Athanaſium, & ingens ea ex re naufragium Catholicæ Eccleſiæ immineret, ut hæc in Concilio Epiſcoporum exnminarentur, Liberius Papa, miſſis anno ſuperiore Lucifero Epiſcopo Calaritano, Pnncrntio presbytero, & Hilario diacono nd eumdem Imperatorem legatis, litteris ad eum ſcriptis poſtularat; ratus fore, ut, cognita ex confictis in Athanaſium calumniis Arinnorum perfidia, tum n ſubſcriptione in ipſum Athanaſium, tum a communicatione cum Arianis, ac multo magis nb eorum hæreſi Occidentales omnes procul abhorrerent Epiſcopi. Atqui aliud fuit Conſtantii Imperatoris hujus cogendi Conventus conſilium; nempe, ut in unum Catholicos omnes, quos poſſet, ita convocaret Epiſcopos, ut ſic in locum unum includeret, ubi ipſe præſens ad ſubſcribendum in Athanaſium, adhibita vi quoque, compelleret; quod & infeliciſſime præſtitit. Hæc nutem cuncta quo geſtn ſunt ordine, ex fragmentis hinc inde mngna induſtria, nec levi ſane labore compntatis, quod ejus Acta perierint, utpote omnibus execrnndn, ac perpetuo digna ſilentio, hic deſcribemus.

Ac primum omnium quod ad tempus ſpectat; Concilium ipſum hoc anno Medio- III.

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1108. Olymp. 283. an 3. ſecundum Baronium. Olymp. 283. A. C. 355.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5848.

⊙ 28. A. ☽ 24. P. 16. April. Indict. 23.

JESU CHRISTI 355.

LIBERII PAPÆ 4.

CONSTANTII IMP. 19.

I. [2] AD num. I. Coſſ. *Arbetio & Lollianus*. Conſtantium Auguſtei Imperii Vicennalis hoc anno celebraſſe oſtendunt tam nuncupatio Juliani, de qua mox, quam Concilium Mediolanenſe a *Conſtantio* coactum, ad Orientis, atque Occidentis Epiſcopos in unam eandemque de Fide ſententiam perducendos. Annis enim hujuſmodi feſtivitatibus addictis Cæſares de more creati, & de Religione actum. *Coſſ. & Vicennalia Conſtantii.*

II. *Concilium Mediolanenſe.* Ad num. II. & ſeqq. Concilium *Mediolanenſe* currentis anni initio celebratum. *Ammo* enim Epiſcopus in epiſtola ad Theophilum Patriarcham Alexandrinum de *Converſatione & particulari Vita Sanctorum Pachomii & Theodori*, cap. 4. ſcribit: *Perſecutiones porro ejus, qua anno ſexto, menſe mono, Athanaſium Papam expulit, Julianus im-*

NOTÆ [1] COſ. *Arbetio, & Lollianus*. Relandus ſcribit: *Mavortius Lollianus*. Gruterus, pag. MLV. & apud Paulum Aringhum, Romæ ſubterraneæ lib. VI. cap. XXXVI. pag. 287.

IN. PACE. D. PRID. KAL. DEC.
ARBETIONE. ET. LOLLIANO.
COSS.

Ibid. pag. CCLXXI. 4.

D. PRIDIE. KAL. IUNIAS.
ARBITRONI (pro ARBITIONE) ET
LOLLIANO. COS.

Inſcriptiones Baſilicæ S. Pauli via oſtienſi, pag. 4. n. 97. *Arbit* IONI. ET. LOLLIANI. CONS. Ammianus, lib. XV. *Hac die octavo Iduum decembris geſta ſunt, quum Arbetionem conſulem annus haberet, & Lollianum*. S. Athanaſius in epiſtola ad Solitarios: *Conſulibus illis, qui poſt Conſulatum Arbitionis & Lolliani* deſignabantur. Q. & Fl. *Meſſii Lolliani* ex gente *mavortia*, quorum alter *Præfectus Urbi*, alter *Prætor Urbanus*, apud Sponium in Miſcellan. pag. 129. & apud Fabrettum pag. 689. occurrunt. De *Mavortio Lolliano* Campaniæ conſulari Julius Firmicius in Præfatione Aſtronom. Faſti Idatii & Proſperi chronicon: *Arbitione & Lolliano*. Laterculus Paſchalis in codice Gennadii, de quo anno ſuperiore: *Arbit. & Juliano*. Vitio Amanuenſis ſcriptum eſt *Juliano*, pro *Lolliano*.

Tempus Concilii & frequentia.

diolani eſſe celebratum, cum ex his quæ anno ſuperiore diximus manifeſtum appareat, & ex iis quæ ſunt hoc eodem anno dicenda exploratum in omnibus habeatur; id ipſum etiam Severus (a) diſertis verbis certum reddit, dum exilia Epiſcoporum ex eodem Concilio irrogata contigiſſe ait hoc anno, Arbetione nimirum & Lolliano Conſulibus. De frequentia vero hujus Synodi hæc habet Sozomenus (b): *Concilio igitur impulſu Imperatoris Conſtantis Mediolani convocato, ex Oriente pauci Epiſcopi illo advenerunt: propterea quod alii morbo (ut eſt veriſimile) præpediti, alii itineris longitudine deterriti, eo accedere recuſabant: at Epiſcoporum Occidentis ibi congregati fuere trecenti & amplius.* Hæc ipſe; eadem quoque Socrates (c).

(a) Sever. l.2.

(b) Sozom. l.4. c.8.

(c) Socrat. l.2. c.29.

IV.

Concil. Mediolan. dicendum factio ſceleratorum.

Verum quantumlibet iſtiuſmodi Epiſcoporum conventus Eccleſiaſtici Concilii nomen præſetulerit; verius tamen dicenda fuit tyrannica conſultatio, conjuratio Ariana, factio ſceleratorum, conſpiratio impiorum, atque (ut proprius dicam) publicorum latronum violenta graſſatio: quippe cui præſideret una cum ſatellitio adhuc cruentus innoxiorum ſanguine hæreticus Imperator: ubi Arianis totum conceſſum, Catholicis Epiſcopis denegata omnia, ſuffragia verita, vel interciſa, vilipenſa: ubi præſto eſſent ſatellites, & parati aſtarent commentarienſes atque expediti lictores: ubi non ſacri ſancirentur canones, ſed Epiſcoporum degradationes, exiliorumque ſcriberentur & ſubſcriberentur ſententiæ: ubi demum nihil non auderet Ariana procacia; & nihil valeret, Imperatoria vi ſuppreſſa, Orthodoxorum conſtantia atque in dicendo libertas.

V.

Adventus legatorum ad Synodum & Euſebii Vercellen. Epiſcopi.

Iſthæc omnia antea odorati Apoſtolicæ ſedis legati Lucifer Epiſcopus atque collegæ, necnon S. Euſebius Epiſcopus Vercellenſis, illo convenire detrectantes, venire tamen poſtea juſſi ſunt: nam de Euſebio hæc habet S. Hilarius (d): *Venio nunc ad id quod recens geſtum eſt, in quo ſe etiam profeſſio ſceleris in ſecreto artis ſuæ dedignata eſt continere. Euſebius Vercellenſis Epiſcopus vir eſt omni vita Deo ſerviens. Iſte poſt Arelatenſem Synodum, cum Paulinus Epiſcopus tantis iſtorum ſceleribus contraiſſet, venire Mediolanum præcipitur, collecta jam illic malignantium ſynagoga. Decem diebus ad Eccleſiam vetitus eſt accedere, dum adverſus tam ſanctum virum militia ſe perverſa conſumit. Soporatis deinde conſiliis omnibus, ubi libitum eſt, advocatur. Adeſt una cum Romanis clericis & Lucifero Sardiniæ Epiſcopo.* Erant vero hi Apoſtolicæ ſedis legati.

(d) Hilar. ad Conſt.

VI.

Antequam autem cogeretur Euſebius Synodo intereſſe, miſſi ſunt ab Arianis Epiſcopi duo ad eumdem Euſebium, quibus ad eum nomine Synodi has dederunt litteras (e):

(e) Ex Archivo Vercell. editæ cum Actis vitæ S. Euſebii.

Litteræ Synodi ad Euſebium Vercellen. Epiſc.

Concilium Mediolanenſe Euſebio fratri in Domino ſalutem.

*Non ignorat cariſſima nobis dilectio tua, quam ſit pretioſum vinculum charitatis & pacis, domine cariſſime frater. Et quia hoc cuſtodire nos qui Eccleſiæ Catholicæ præſumus, divina Domini præcepta docuerunt; ideo plenum ſanctitatis & juſtitiæ arbitrati ſumus, ut cariſſimos Coepiſcopos noſtros Euſtomium * & Germinium, qui ad Concilium convenimus, ut ad dilectionem tuam pergerent, mitteremus, & omnia patenter quæ aguntur inſinuarent & patefacerent; ut nobis conjuncta fides tua pariter atque concordia ea ſequantur, & quæ Deo & unitati placeant, complectantur. Itaque ſinceriſſima prudentia tua (quod ſpecialiter & ſalubriter admonemus) audiat ſupradictos; & communicato pariter cum his conſilio, definiat quod de nomine hæreticorum Marcelli, & Photini, necnon & Athanaſii ſacrilegi, totus prope definivit Orbis: ne non tam veritati, quam intentioni * parere videaris. Multa in litteris nos ſcribere non oportuit: eos enim ad te miſimus, qui, quod litteris nunc neceſſe non fuit comprehendi, ipſi rectius proſequantur. Quod ſi alias, quam optamus, charitas tua putaverit eſſe faciendum; ſcito, juxta Eccleſiaſticam diſciplinam id nos definituros, quod regula Evangelica jubet: nec nobis poſtea imputabis, qui infinitam patientiam retinentes, fratres noſtros memoratos, ad te ut venirent, deprecati ſumus.* Hucuſque Arianorum ad Euſebium epiſtola.

* Eudoxium.

* contentioni.

☞ Vocatus eſt autem idem Euſebius litteris Conſtantii Imperatoris, cui ipſe iſtam reſcripſit epiſtolam, quam accepimus nuper a Johanne Stephano Ferrerio Epiſcopo Vercellenſi, ex Archivo ejus Eccleſiæ, quæ ſic ſe habet:

VII.

Euſebii ad Conſt. litteræ.

Euſebius Conſtantio Imp. Auguſto Sal.

Ego, Clementiſſime Imperator, video animum tuum Deo devotum hoc cupere, quemadmodum per orbem terrarum firma

PAGIUS

imperavit, homo idololatra. Uſurpat Ammo menſes Ægyptiacos, ut duobus in locis epiſtolæ videre eſt. Quare, cum *Pachon* nomis Ægyptiorum menſis incipiat cum die viceſima ſexta Aprilis, & cum die viceſima quinta Maii terminetur, liquet, inter intervallum iſtud, Julianum Auguſtum dictum anno trecenteſimo ſexageſimo, ac ante diem viceſimum quintum Maii præſentis anni Concilium Mediolanenſe, in quo ſubſcripta S. Athanaſii damnatio, celebratum. Alioquin ſi poſt menſem Maium coactum eſſet, *Julianus* non anno ſexto, ſed quinto perſecutionis Athanaſii Auguſtus nuncupatus eſſet. Porro *Conſtantium*, qui Concilio Mediolanenſi interfuit, hoc ferme anno Mediolani conſtitiſſe docet Ammianus lib. 15. cap. 38. & ſeqq. & patet ea ſubſcri-

*pax eccleſiaſtica permaneret; ſatis cum gaudio litteras tuas accepi. Suſcepi etiam litteras fratrum & Coepiſcoporum meorum, quibus hoc intimare dignati ſunt, ut plena mihi relatia per ipſos, quot tua pare*re * *hoc neceſſarium duxi, Mediolanum venire properarem. Quidquid Domine Imperator, cum in præſentiam venero, juſtum fuerit viſum, & Domino placitum, ed me facturum prometto. Deur te cuſtodiat, glorioſiſſime Imperator.* Hucuſque Euſebii Epiſtola. Sed & ipſi legati Apoſtolicæ ſedis optaverunt ipſum Euſebium eidem Synodo ad profligandam Arianorum hæreſim intereſſe, quem fortiſſimum ſciebant eſſe Catholicæ veritatis defenſorem. Epiſtola autem tunc ab eis ad ipſum ſcripta, quam nuper accepimus ex Archivo Eccleſiæ Vercellenſis ſic ſe habet.

* *juſſioni in hoc.*

VIII. *Domino honorificentiſſimo Euſebio Epiſcopo, Lucifer Epiſcopus, Pancratius præsbyter & Hylarius.*

Legatorum Apoſtolicæ ſedis ad Euſebium Epiſc. epiſtola.

Calcato capite diaboli, & ſuggeſtionibus pravis, domine ſancte, gratiam tibi a Domino noſtro conceſſam noli negligere; ſed ut quantocius te invadente effugetur Arianum dogma, jam accelerare dignare. Scit enim Dominus, & Chriſtus ejus, quia ſicut in adventu beatiſſimorum Apoſtolorum glorificatur Dei nomen in ruina Simonis: ita Valente expulſo in adventu tuo, diſſoluta blaſphamantium Arianorum machina penitus deſtruetur. Nos, domine ſanctiſſime, a prima dia qua Vercellas venimus, religionem tuam uſque in hodiernum cupimus, & Dominum rogamus, ut in hac Eccleſia reſtaurationem perpetuam laudent ſancti omnes, tuamque ſpiritualem virtutem debita laude perſequantur. Quod credimus proventurum, quia paſſionem Salvatoris ſuperare non poſſe, confidimus. Chriſtus Dominus te glorioſum conſervet, ſanctiſſime ac beatiſſime. His permotus litteris ſanctus Euſebius acquievit, ſeque illis ad certamen conjunxit.

IX. Qui ubi Mediolanum veniſſet cum legatis Apoſtolicis; *conventus* (ſubdit Hilarius *a*) *idem Euſebius ut in Athanaſium ſubſcriberet, ait, de ſacerdotali fide prius oportere conſtare: compertos ſibi quoſdam ex iis, qui adeſſent, hæretica labe pollutos. Expoſitam fidem apud Nicæam, cujus ſuperius meminimus, poſuit in medio: ſpondens, omnia quæ poſtularent eſſe facturum, ſi pro fidei profeſſione ſcripſiſſent. Dionyſius Mediolanenſis Epiſcopus chartam primus accepit. Ubi profiteri ſcribendo cœpit: Valens calamum & chartam e manibus ejus violenter extorſit; clamans non poſſe fieri, ut aliquid inde gereretur. Res poſt clamorem multum deducta in conſcientiam plebis eſt: gravis omnium dolor ortus eſt: impugnata eſt a ſacerdotibus fides. Verentes igitur illi populi judicium, e Dominico ad Palatium tranſeunt. Cujuſmodi ſententiam in Euſebium, longe antequam Eccleſiam ingrederetur, ſcripſerint; de ſe loquitur ipſa ſententia.* Hucuſque Hilarius.

(a) *Hilar. ubi ſupra ad Conſt.*

Euſebii in Conciliis dicendi libertas.

X. Quid autem tunc in Palatio actum ſit, Severus narrat his verbis (*b*): *Valens & Urſacius, cæterique metu plebis, quæ Catholicam fidem egregio ſtudio conſervabat, non auſi piacula profiteri, intra Palatium congregantur. Illinc epiſtolam ſub Imperatoris nomine emittunt, omni pravitate refertam: eo nimirum conſilio, ut, ſi eam æquis auribus populus recepiſſet, publica auctoritate cupita proferrent, ſin aliter fuiſſet excepta, omnis invidia eſſet in Rege, & ipſa venialis: quia etiam tunc catechumenus ſacramentum fidei merito videretur potuiſſe neſcire. Igitur lectam in Eccleſia Epiſtolam populus averſatur.* Hæc ipſe. At quæ ſequuntur de Dionyſio Mediolanenſi Epiſcopo, dicentur inferius.

(b) *Sever. l. 2.*

Quid in palatium tranſlata Synodus.

XI. Hic, rogo, paululum ſiſte gradum, lector. Quæ neceſſitas Arianos impulit de Eccleſia, ubi legitime collectum videri poterat, ad Palatium transferre Concilium? Dices, ut, quominus illi cauſæ juſtæ fiderent, eo magis (ut omnes teſtantur) pollerent viribus Imperatoris. Probe quidem: hæc enim ea de re eſt omnium una ſententia. Sed cur, quæſo, ipſe Conſtantius Imp. ad conventum congregatum in Eccleſia non acceſſit? Percelebris quidem ille erat, nempe (ut dictum eſt) tantummodo Occidentalium, abſque Orientalibus trecentorum & amplius Epiſcoporum: aderant quoque Apoſtolicæ ſedis legati a Liberio miſſi: adeo ut nihil minus iſta Synodus haberet ab ipſo Magno Nicæno Concilio, cui magna ſui gloria pater ejus Conſtantinus imperator interfuit. Nihil eſt ergo, ut ejuſmodi Concilium in Eccleſia ex more collectum, dicendum omni ex parte pleniſſimum, Nicæno haud impar, a Conſtantio contemni debuerit, quo minus ad illud accederet, ſi licuiſſet.

Celeberrima Synodus.

XII. Eſt plane lector, ut ex iſto diſcrimine Conſtantini atque Conſtantii, patris ac filii, veluti digito tangas Magni Conſtanti-

PAGIUS ſcriptionibus plurium Legum Codicis Theodoſiani, ubi legitur L. 2. *De his qui per metum Judicis*, data *Kal. Jan. Mediolani*. In Codice etiam Juſtinianeo recitatur L. 6. *Qui toſtam. facere poſſ.* data *Mediolani XII. Kalend. Martiis*. Ex quibus manifeſtum fit, epiſtolam *Liberii*, qua Concilium celebrari poſtulavit, anno præcedenti ſcriptam eſſe, ut tunc diximus. Concilii Mediolanenſis Acta, quibus hactenus carebamus, edidit Ughellus in tomo 4. Italiæ Sacræ, & cum Codice Bibliothecæ Colbertinæ contulit Baluzius in nova Collectione Conciliorum pag. 69.

Cur Conſtantius non interfuit Concilio.

tini baptiſmum; nempe (quod pluribus ſuperius demonſtratum eſt) ſic illum interfuiſſe Nicæno Concilio, atque cum Patribus in eo ſediſſe, quod ſacro baptiſmo jam initiatus eſſet; aliter ex Eccleſiaſticis ſanctionibus id ipſi minime conceſſum fuiſſet: Conſtantium vero, quem tum ex Severo (ut diximus) tum ex aliis, catechumenum adhuc Concilii hujus tempore fuiſſe liquet, minime auſum eſſe (quod ſciret catechumeno non licere) ſeſe in ampliſſimum illum conſeſſum inferre. Sed quid Ariana fraus eſt meditata? Ne Imperatoris præſentia deſtituti, tanta multitudine Occidentalium Epiſcoporum oppreſſi ac penitus victi, poſteriores ferrent hæretici, clamoroſo progreſſu ex Eccleſia ſe transferunt in Palatium, & ab Imperatore licet catechumeno illam ad populum extorquent Epiſtolam, quam (ut ait Severus) in Eccleſiam lectam populus jure averſatus eſt, ut catechumeni, cujus haud muneris eſſet de fide decernere, & quod ſciret jam Synodum in ſæculare judicium eſſe mutatam. Enituit quidem tunc magna cum laude ſincera fides atque infracta populi Mediolanenſis conſtantia, poſthabens & nihili faciens etiam epiſtolam Imperatoris, quam ſciret Catholicæ fidei adverſari; perſtititque ſemper in eadem quoque ſententia, licet ſibi ablatus poſtea fuerit Epiſcopus & Arianus ſuffectus.

XIII. Sed ex quo (ut dictum eſt) de Eccleſia in Palatium coram Imperatore tractum ab Arianis judicium fuit; quid etiam actum ſit in cauſa Athanaſii, idem ipſe hunc in modum exacte deſcribit (a), hæc de Conſtantio prolocutus: *Quid igitur hic* (nempe Conſtantius Imperator) *quod Antichriſti non ſit, omiſit? Aut quid ille, ubi venerit, plus committere poterit? Aut quomodo ille in adventu ſuo non repererit ſibi expeditam viam ad dolos ab iſto præparatam? Siquidem jam denuo in locum Eccleſiaſticæ cognitionis ſuum Palatium tribunal earum cauſarum conſtituit, ſeque earum litium ſummum principem & auctorem facit. Et quod mireris, ſi quando viderit criminatores hærere & perplexos eſſe, ipſe eorum vices ſubit, ut nihil ob ejus vim contradicere liceat falſo accuſatis: quod aperte in cauſa Athanaſii oſtendit: ibi enim, cognita Paulini, Luciferi, Euſebii, Dionyſii Epiſcoporum libertate docentium ex pœnitentia Urſacii & Valentis falſos eſſe Athanaſii criminatores, neque ulterius habendam eſſe fidem dictis Urſacii & Valentis, quæ ipſi ſua pœnitentia revocaverant; e veſtigio aſſurgens, ita locutus eſt: Ego ſum Athanaſii accuſator: meo nomine illis credite.*

(a) *Athan. epiſt. ad Solitar.*

Conſtantius Antichriſti ſpeciem gerit.

XIV. *Hic illis viciſſim reſpondentibus: Quonam modo accuſator eſſe poſſis, non præſente reo? eſto ut accuſator ſis; abſentia tamen rei facit, ut is cauſa iudicari non liceat: non enim de re Romana judicium eſt, quo tibi, ut Imperatori, fides adhibeatur; ſed de Epiſcopo agitur; & oportet in hoc judicio pari jure cum reo & accuſatore agi. Quomodo autem accuſabis eum, qui ob longinquitatem loci adeſſe non potuit? Quod ſi quæ objicis, ex auditu habes; æquum eſt, ut iis, quæ pro ſe dicit Athanaſius, fidem quoque habeas. Quod ſi illi non credis, credideris autem iſtis: videbuntur iſti, ea quæ dicunt, propter te, & in gratiam tuam dicere, & Athanaſium accuſare. Hæc cum audiſſet, & recte dicta pro contumelia accepiſſet, illos quidem in exilium ejecit: concitatior autem in Athanaſium factus, atrocius in eum edictum promulgat, nimirum, & eum debere ſuas pœnas luere, & Eccleſias Arianis tradi, iiſque ſe liberum facere, ut agant quod velint.*

Defenſores Athanaſii libere agunt.

XV. *Gravia ſunt iſta, & plus quam gravia; ſed tamen iſtiuſmodi, quæ congruant in eum qui Antichriſti imaginem induerit. Quis enim videns ipſum in decernendo principem ſe facere Epiſcoporum, & præſidere judiciis Eccleſiaſticis, non merito dicat illum eam ipſam abominationem deſolationis eſſe, quæ a Daniele (b) prædicta eſt? Nam cum circumamictus ſit Chriſtianiſmo, & in loca ſancta penetret, & inibi conſiſtens Eccleſias devaſtet, canones abroget, vi cogens ut ſua obtineant: quis unquam dicere audebit, hoc tempus Chriſtianis pacatum eſſe? & non potius perſecutionem, talemque perſecutionem, qualis nec antea fuerit, & qualem fortaſſe nemo unquam fecerit, niſi filius ille iniquitatis?* Hæc Athanaſius; quibus vides, lector, cui a ſanctis Patribus Principes comparentur, qui ſuper Epiſcopos jus ſibi ſacrilege vendicant: & utrinam in his magis auſcultandum putes, Magno ne Athanaſio, cæleſti plane viro, an recentiori putido hæreſiarchæ ſceleſtiſſimo, ne nomine quidem ipſo a me dignando?

Typus Antichriſti.

(b) Dan. 9.

XVI. In hunc modum igitur publico Imperatoris edicto, Athanaſio condemnato, nonnulli Epiſcopi ejuſdem damnationi conſenſerunt, ſperantes ipſius condemnatione conſopitum fore Eccleſiaſticum bellum. Verum non ſatis fuit Arianis, illos Epiſcopos ad ſubſcribendum adverſus eumdem Athanaſium adegiſſe: quin & eoſdem una ſecum communicare pariter ſuadebant, intentantes minas iis qui facere recuſaſſent. Quæ tunc porro fuerint illorum in Synodo verba, Lucifer ipſe (c), qui præſens fuit atque audivit, ſic refert, cum in ipſum Conſtantium Imperatorem invehitur: *Haud tentabis negare eſſe dictum: Deſiderantes ſumus nos Ariani, & vos Chriſtiani, unum effici corpus. Derelinquite fidem, quam apud Nicæam contra nos tenetis conſcriptam; acquieſcite Arii doctrinæ*

Cur aliqui Epiſcopi conſentiunt damnationi Athanaſii.

(c) *Lucif. pro Athan. l. 1.*

alioquin quia nos multum poſſumus (Imperium noſtrum eſt) quibus velimus vos modis gravabimus, & omnes tollemini e veſtris ſedibus. Non poteris, hæc ita ſe habere, negare, cum Deo peroſæ meditationes tuæ rebus geſtis fuerint revelatæ. Cur enim cogebamur, etiam ſi non damnaremus Athanaſium, tamen communioni miſceremur Arianorum; niſi quia tu lenò hæreſis Arianæ cunctos nos cuperes quovis modo fieri conſacrilegos tuos? In hunc modum ipſe.

XVII. ☞ Tunc temporis Conſtantius Imp. ut S. Euſebium ad communicandum cum Arianis induceret, ad eum litteras dedit, cum antea quatuor Epiſcopis Arianis ad eum miſſis nullatenus adhæreſcere voluiſſet: accepimus has Conſtantii litteras erutas ex Archivo Vercellenſis Eccleſiæ, mendis quantum licuit, expurgatas, quæ ſic ſe habent:

Conſtantius Imp. Euſebium Epiſc. ad Arianiſmum conatur inducere.

Conſtantius Victor ac triumphator ſemper Auguſtus, Euſebio Epiſcopo.

*Metiri facile poſſe, rei magnitudine commonente, gravitatem tuam, omnibus ad meam diligentiam pertinentibus præferre me coram religione ſuperna quod præcellat, & in meo animo præminere, confido: tamen id prudentiæ tuæ, documentis etiam frequenter omiſſis compertum, cum perſpicias, id me agere noctibus ac diebus, quod ad venerabilem cultum proficere poſſe confido. Quid enim mihi gratius eſſe, aut utilius, quam Deo animum devoviſſe, neque adeo ad hujuſmodi ſtudio facilitatem * omnem ſententiam eſſe obnixam?*

* facerem

*Itaque Eccleſias venerabiles ex intimo mentis affectu ſemper intueor, earumque unitatem omnibus ſalutarem cupio recuperare, ac firmiter obtinere. Ob quam cauſam, conventum ſanctorum Epiſcoporum in Mediolanenſi placuit fieri Civitate, eorum vel maxime, qui alibi geſta poſſint facile revelare: in diverſis quippe Provinciis Epiſcoporum ſuas contra * coacta Concilia.*

* contraria

*Sed quid per ſingulos concordi unanimitate decreverunt prudentiſſimi Epiſcopi in Synodo Mediolanenſi, perſpicue declaratum eſt. Denique venientes pauci de Provinciis ſingulis voluntate communi unanimes pertulerunt, & juxta venerationem legi debitam firmaverunt. Quod ergo religioni fuerat conſentaneum, eorumdem placito roboratum eſt, & ad ſanctitatem tuam quatuor de conſortio ſuo cenſuerunt eſſe mittendos, pariter commonentes, ſi id ſeque gravitatem tuam, quod * ad utilitatem Eccleſiæ, non abhorret: nos certe, qui eſſe Dei famulos gloriamur, hortamur pariter ac admonemus, ut conſenſus fratrum tuorum adhærere non differas. Confidimus quippe, cum hoc fuerit factum, unitate firmiſſima poſſe Eccleſias gratulari. Deus te ſemper tueatur multos annos, Pater cariſſime atque amantiſſime.* Eædem ad Dionyſium ab Euſebio datæ. Cum autem nihil his litteris Conſtantius profeciſſet, tam in eum, quam in alios Orthodoxos Epiſcopos ejus furor exarſit: ſed hæc poſtea: at qua arte idem Euſebius deluſerit Arianos ante dicendum ☜.

* pertinet.

At cum in alios omnes Arianis reſiſtentes Conſtantii Imperatoris furor exarſerit, in legatos Apoſtolicæ ſedis præcipue converſa eſt ejus indignatio; de quibus ſic habet S. Hieronymus (a): *Lucifer Calaritanus Epiſcopus cum Pancratio & Hilario Romanæ Eccleſiæ clericis ad Conſtantium Imperatorem a Liberio Epiſcopo pro fide legatus miſſus, cum nollet ſub nomine Athanaſii Nicænam damnare fidem, Palæſtinam relegatus, miræ conſtantiæ & præparati animi ad martyrium contra Conſtantium Imperatorem ſcribit librum, eique legendum miſit.* Hæc de Lucifero. Quid autem paſſi ſint alii duo legati Romanæ Eccleſiæ Clerici, Pancratius presbyter, & Hilarius diaconus, S. Athanaſius docet his verbis (b): *Quis enim, qui hæc facinora audierit, non putabit quidvis eos potius, quam Chriſtianos eſſe? miſſis enim a Liberio ad Cæſarem Pancratio presbytero & Hilario diacono; alterum eorum, nempe presbyterum, in exilium miſere; alterius vero terga, detractis veſtibus, flagellis conciderunt; flagellatumque extorrem fecere, inter verbera ipſa diacono verbis inſultantes: Quare Liberio non reſtitiſti, ſed ejus litteras attuliſti? Auctores hujus facinoris Urſacius & Valens cum eunuchis, qui ibi quoque aderant. Diaconus vero inter crepitus ictuſque flagellorum Domino benedicebat, non immemor iſtorum verborum Domini: Dorſum meum dedi percutientibus: Flagellatores autem riſu dicteriiſque virum ſubſannabant, neque ullo pudore tangebantur, quod Levitam ea contumelia afficerent: prorſuſque decorum erat, & ſubſannatores eos animos præſeferre, & diaconum in ſuis benedictionibus perſeverare. Verberari enim, proprium Chriſtianorum eſt: flagellare autem Chriſtianos, Pilati & Caiphæ officia ſunt.* Hæc Athanaſius.

XVII.

(a) Hieron. de Scrip. Eccl. in Lucif.

Legati Apoſtolici male habiti.

(b) Athan. epiſt. ad Solitar.

Quid vero in S. Dionyſium actum ſit, qui magna cum laude Catholici nominis præerat Eccleſiæ Mediolanenſi, modo dicendum. Pellectus eſt & ipſe ſubſcribere in Athanaſium, dummodo in reliquo Catholicæ fidei in omnibus conſultum foret: id accidit antequam Euſebius una cum Apoſtolicæ ſedis legatis ad Synodum ſe conferret: quod cum ipſe intellexiſſet, ægro animo tulit: ſed cum facti jam pœnitentem eum inveniſſet, artem quoque excogitavit, qua ejus ſubſcriptio deleri poſſet. Erat Euſebius Dionyſio longe ætate major, adeo ut ipſe Dionyſius filius videri poſſet: Pater namque Euſebius, præ ætate, & ſedis, cui præerat, temporis diuturnitate, ab eodem nominari conſue- XVIII.

Dionyſii Epiſcopi Mediolanenſis ſubſcriptio in Athanaſium.

ve-

verat. Requiſitus igitur cum eo perveniſſet Euſebius, ut exemplo Dionyſii ipſe damnationem Athanaſii ſuo quoque chirographo communiret: viſus eſt illis annuere, ea tamen lege, ſi (ut dicebat) ſua ſubſcriptio ante Dionyſii ſubſcriptionem in charta perſpicue omnibus poneretur: Indignum plane eſſe affirmans, ſi junior Epiſcopus ſeniori, atque parenti filius in charta, præter Eccleſiæ morem, ab omnibus legeretur.

XIX. Euſebii Epiſcopi dignum facinus.

Illi autem, quibus nihil magis in optatis erat, quam ut fama celebrem toti Occidentali orbi conſpicuum Euſebium in Athanaſium ad ſubſcribendum pellicerent, eveſtigio ex tabella ſententiæ Dionyſii nomen expungunt, atque obliterant penitus, ut ne elementum quidem ſupereſſet, quo vel exiſtimari potuiſſet nomen Dionyſii ibi umquam fuiſſe notatum. Hoc facto, mox Euſebius, omni fictionis larva depoſita, ſubſcribere in hominem innocentem & inauditum (divina id prohibente lege, & adverſantibus Eccleſiaſticis atque etiam ſæculi legibus) nullo pacto ſe poſſe teſtatus eſt: ſicque in hunc modum ab Euſebio deluſa eſt Ariana Impietas. Scimus, in quibuſdam aliis ſermonibus incerto auctore editis, hæc de ſubſcriptione ab Euſebio requiſita, alio diverſoque modo referri, inſuper & perperam narrari, eumdem Dionyſium ab Euſebio ſubrogatum in locum Auxentii: cum potius contrarium appareat, nempe Auxentium, nonniſi poſt Dionyſium damnatum exilio, intruſum eſſe in Mediolanenſem Eccleſiam (a).

(a) Vit. S. Euſeb.

XX.

Hæc enim ſunt quæ in S. Ambroſii, ſeu S. Maximi Taurinenſis potius, ſermone in natali die S. Euſebii habito, ad populum pro concione narrantur his verbis (b): *Illud autem tacendum omnino non arbitror, quod cum Arianorum deteſtanda perfidia totam cum univerſo mundo Italiam perturbaſſet, atque ejuſdem peſtilentia ſacerdotes ſimplicitate S. Dionyſii martyris captivaſſent, ita ut ſubſcriptionis ejus vinculum retinerent: qua illum e manibus eorum ſapientia liberavit. Sicut enim ait S. Paulus (c): Factus ſum Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrifacerem; ita Euſebius hæreticis hæreticum ſe eſſe mentitus eſt, ut de hæreſi filium liberaret. Dixit enim, eorum ſe conſentire perfidiæ, hoc ſibi placere quod illis; ſed quod ſibi filium Dionyſium in ſubſcribendo præponerent, graviter ſe moveri. Vos enim (inquit) qui dicitis Filium Dei Patri Deo æqualem eſſe non poſſe, cur mihi filium prætuliſtis? Qua illi ratione permoti, ſtatim S. Dionyſii chirographum deleverunt, priorem locum deſcribendi beato Euſebio deferentes. Quos ille increpans, & irridens, ait: Neque ego me veſtris ſceleribus polluo, neque filium meum vobiſcum participare permitto. Unde cum dicat Evangelium (d), in hac generatione prudentiores filios tenebrarum eſſe, quam lucis; ecce hic ipſis tenebris prudentior filius lucis inventus eſt.* Hæc ibi.

(b) Apud Ambroſ. ſerm. 69.

Liberatur Dionyſius a ſua ſubſcriptione.

(c) 1. Cor. 9.

(d) Luc. 16.

XXI. Nodus ſolvitur de verbis Maximi.

Offendere lectorem candidæ mentis poſſent verba auctoris illa: *Euſebius hæreticis hæreticum ſe eſſe mentitus eſt*. Cum non liceat hæreſin vel ſpecie tenus per fictionem ſimulare. Sed ſunt hæc intelligenda ſecundum ea quæ ſuperius dicta ſunt, nempe ſimulaſſe Euſebium ſe in eo Arianis aſſentiri velle, in Athanaſio ſcilicet condemnando: nec quidem aliud legati illi Ariani ab Arianis miſſi, ea ad eum data epiſtola, præter id ab ipſo expetierunt, quam ut (quod & alii plures fecerant) Athanaſium condemnaret, necnon Marcellum atque Photinum, qui (ut demonſtratum eſt) hæretici habebantur. Sed nec Dionyſium quidem ipſorum hæreſi ſubſcripſiſſe, verum tantum ſententiæ in Athanaſium ab ipſis latæ, teſtantur omnes: immo nec id in ea Synodo ab Arianis expoſtulabatur; ſed & (quod ait Severus e) ea lege Dionyſius ſubſcripſit in Athanaſii damnationem, ut tamen in deteſtationem Arianæ hæreſis inter Sacerdotes de fide vera exquireretur; ea nimirum ex cauſa, ut qui adverſarii reperti eſſent Catholicæ fidei, damnarentur. Sed & Lucifer (f) Calaritanus hæc de Dionyſio in Conſtantium Imperatorem: *Quomodo* (inquit) *negare poteris cum ſanctiſſimum Dionyſium Mediolanenſem Epiſcopum, qui jam tibi falſa aſſerenti credens damnaverat Athanaſium, quod Arianus eſſe nolueris, miſeris in exilium?* Quod igitur ob intemeratam fidem Catholicam in omnibus cuſtoditam voluerit Dionyſium exilium ſubiiſſe; exulem ibi defunctum eſſe, ac proinde martyrem, ſanctus quoque teſtatur Ambroſius (g).

(e) Sever. lib. 2.

(f) Lucif. pro Athan. l. 2.

(g) Ambr. in Auxent.

XXII.

☞ Extat adhuc in Archivo Eccleſiæ Vercellenſis, cujus tunc S. Euſebius erat Epiſcopus, tabula, in qua ſunt nomina Epiſcoporum qui ſubſcripſerunt in Athanaſium, inter quos Dionyſius adnumeratus legitur, quam hic tibi reddendam putavimus: ſic enim ſe habet poſita poſt epiſtolam Concilii Mediolanenſis ad Euſebium, jam ſuperius recitatam, quæ incipit: *Non ignorat cariſſima dilectio tua, &c.* Nomina autem ibi ſcripta ſunt iſti:

Nomina Epiſcoporum qui ſubſcripſere in Athanaſium.

1 *Cæcilianus*	13 *Gajus*
2 *Valens*	14 *Paulus*
3 *Urſacius*	15 *Germinius*
4 *Saturninus*	16 *Evagrius*
5 *Euthimius*	17 *Epictetus*
6 *Junior*	18 *Leontius*
7 *Proculus*	19 *Olympius*
8 *Marinianus*	20 *Tryphon*
9 *Probus*	21 *Dionyſius*
10 *Gregorius*	22 *Acatius*
11 *Victor*	23 *Euſtaſius*
12 *Vitalianus*	24 *Rotamus* †

† Rodanius.

25 *Olym-*

Digitized by Google

25 *Olympius* 28 *Synedius*

26 *Stratophilus* † 29 *Quintillus*

27 *Florentius* 30 *Cupreus*.

† Patrophilus.

Hæc eſt prima ſubſcriptio quæ poſtea ex aliis ſupervenientibus Epiſcopis aucta eſt. Euſebius vero ſecundum illud Apoſtoli (a): *cum aſtutus eſſem, cæpi vos dolo*. Ea qua vidimus arte, Dionyſii nomen ex eadem ſubſcriptione expungendum curavit ☞.

(a) 2. Cor. 12.

XXIII. At quid in Euſebium tunc ab eo Arlani ſic deluſi, indignatione ſuccenſi, admiſerint, idem Maximus ſubdit his verbis (b): *Tunc illi graviter indignantes ita nequitiam ſuam fuiſſe deluſam, novis eum per Conſtantium Principem paſſionibus vexaverunt. Nam poſt multas injurias Orientis plagæ, illum in exilio relegarunt; in quo tanta paſſus eſt, ut martyris victoriam reportaret*. Sed quæ ſubdit, poſtea acciderunt. Agit S. Athanaſius de exilio Euſebii ac ſociorum, & ſententia tunc adverſus eos a Conſtantio lata, dum ait (c): *Sed cum ſe arbitrantur pluribus inſidiari, non animadvertunt ſe plures facere confeſſores; ex quorum numero clariſſimæ ſunt confeſſionis viri religioſi & Epiſcopi boni, Paulinus Epiſcopus Treverorum, quæ Galliarum metropolis eſt* (hic enim ex Conciliabulo Arelatenſi anno ſuperiore exulaverat) *Lucifer Metropolitanus Epiſcopus Sardiniæ, Euſebius Vercellis Civitate Italiæ, Dionyſius Mediolani, quod & ipſum eſt Italiæ Metropolis*.

(b) Apud Ambroſ. ſerm. 69.

Euſebius & collegæ damnantur in exilium.

(c) Athan. ep. ad Sol.

XXIV. ☞ Quod autem nos Maximi nomine citaverimus ſermonem illum, qui apud S. Ambroſium numeratur ſexageſimus nonus: id Gennadius perſuaſit, qui libro quem ſcripſit de illuſtribus ſcriptoribus Eccleſiaſticis capite quadrageſimo, recenſens S. Maximi Taurinenſis Epiſcopi ſcripta, hæc inter alia habet: *Fecit & duos de Sancti Euſebii Vercellenſis Epiſcopi, & Confeſſoris vita tractatus*. Cumque totidem ſint qui apud S. Ambroſium extant de S. Euſebio ſermones, & nihil ſit, quo S. Ambroſio tribui poſſint, ut ex ipſis apparet, alios ipſe ſecutus, citavi eos nomine Maximi, cum tamen re magis accurate perſpecta, nec eos eſſe Maximi, dici poſſe, inde certum colligitur argumentum. Nam cum citatus ſermo ſcriptus eſſe inveniatur ab auctore qui vixit tempore Exuperantii epiſcopi diſcipuli S. Euſebii, cujus illic honorifica mentio eſt, qui ſubſcriptus habetur una cum S. Ambroſio Concilio Aquilejenſi, celebrato anno Domini CCCLXXXI. plane diverſum a Maximo Taurinenſi conſtituere eum oportet auctorem: nam idem S. Maximus longe poſt hæc vixit tempora, utpote qui ſubſcriptus reperitur Concilio Romano ſub Hilario Papa anno CCCCLXV. Quamobrem quinam duorum illorum ſermonum vere ſit auctor, adhuc querendum remanet ☜:

Sermonum de vita S. Euſebii auctor incertus.

XXV. Sed antequam ulterius progrediamur, hic obſerva, ſic dici Mediolanum Italiæ Metropolim, ſicut Treverim Galliæ; non quod omnes Galliæ ſub Trevere fuerint conſtitutæ, cum plures aliæ Civitates eſſent earumdem Provinciarum metropoles; ſed ſic Mediolanum dici metropolim Italiæ, hoc eſt, metropolim in Italia: eſt enim phraſis hæc conſueta Athanaſio. Ridendi autem ſunt potius, quam confutandi, qui hujus loci Athanaſii auctoritatem Mediolanenſem Eccleſiam, quaſi totius Italiæ metropolim Romanæ Eccleſiæ, magna vecordia, ſeu temeritate potius prætulere. Provoco eos ad quæ idem paulo inferius addit, cum de Liberio Papa agens, hæc de Romana Eccleſia habet: *Nulla reverentia ducti, quod ſedes illa Apoſtolica eſſet, vel quod Roma metropolis eſſet Romanæ ditionis*. Nempe Romanam Eccleſiam eſſe metropolim totius Romani Imperii Eccleſiarum. Sed de amplitudine & limitibus Mediolanenſis Eccleſiæ ſuo loco opportunius, Ambroſii nimirum tempore, agendum inferius. Age nunc cœptam ex Athanaſio narrationem proſequamur.

Mediolanum quomodo Metropolis Italiæ.

XXVI. Hic igitur ad ſe vocatis (d) Epiſcopis juſſit Imperator, ut contra Athanaſium ſubſcriberent, & cum hæreticis communionem inirent. Quibus admirantibus novum ejus ſtudium dicentibuſque id non eſſe Eccleſiaſtici canonis; ſtatim ſubjecit: *At quod ego volo, pro canone ſit: ita enim me loquentem Syriæ Epiſcopi ſuſtinent. Aut igitur obtemperate, aut vos quoque exules eſtote. Id cum audiſſent Epiſcopi, magnopere admirantes, & ad Deum manus tendentes, multa cum libertate illi ſuas rationes propoſuerunt; docentes regnum non ipſius eſſe, ſed Dei, a quo acceperit; eumque metuendum, ne illud quod dederat, derepente adimeret. Denunciabant illi diem Judicii, ſuadebantque ne Eccleſiaſtica corrumperet, neve Romanum Imperium Eccleſiaſticis conſtitutionibus immiſceret, neve Arianam hæreſin introduceret in Eccleſiam Dei. Verum nec ille audit, nec eos plura dicere permiſit. Quin ob hoc ipſum acriter minabundus, & gladium intentans, quoſdum ex eis adduci juſſit, ſententiam ſuam, quam ante profeſſus erat, uti Pharao, revocans*.

(d) Athan. ad Solitar.

Magna Conſtantii temeritas.

XXVII. *Excuſſo igitur ſanctis pulvere, & oculis in Deum conjectis, nec Cæſaris minas verebantur, neque obſtrictos enſes veritatem prodiderunt, & exilium veluti miniſterii ſui officium acceptarunt, pergentes de loco in locum, & de Civitate in Civitatem; & nihilominus, quamquam in vinculis eſſent, evangelizabant, piam quidem fidem prædicantes, Arianam autem hæreſin anathemate damnantes, & pœnitentium Urſacii, & Valentis multa infamia traducentes: reſque illa inſidiatoribus plane in contra-*

Exilium Confeſſorum Epiſcoporum.

trarium abiit. Quanto enim longioris intervalli exilium erat, tanto magis odium adverſus inſidiatores accumulabatur; iſterque ſanctorum, nonniſi prædicatio erat contra Arianam hæreſin. Quis enim eos in itinere conſpectos, non ut confeſſores admiratus eſt? & iſtos non ut impios cum abominatione, vel potius ut carnifices & homicidas averſatus eſt, & quidvis potius quam Chriſtianos nominavit? Meliuſque à principio fuiſſet prorſus non attigiſſe Conſtantium hanc hæreſin; aut ubi attigerat, non tantopere indulgere impietati; aut, ſi iis indulgere vellet, hic ſaltem veſtigium ſiſtere. Hæc Athanaſius.

XXVIII. Sed & B. Ambroſius eoſdem ſanctos Epiſcopos, Euſebium atque Dionyſium exulantes ejuſmodi præconio celebrat, ſcribens ad Vercellenſes (*a*): *Pro fide quoque Euſebius exilii dura præoptavit atque elegit, conjuncto ſibi ſanctæ memoriæ Dionyſio, qui poſthabuit Imperatoris amicitiam exilio voluntario. Itaque memorabiles viri circumdati armis, vallati exercitu, cum raperentur de Eccleſia, majore triumphabant imperio; quia contumelia terreſtri mercabantur mentis fortitudinem, regni potentiam, quibus militaris armorum ſtrepitus extorquere non potuit fidem: ſubegerunt beſtialis animi feritatem, quæ nocere ſanctis nequivit. Ira enim Regis ira leonis, ut in Proverbiis habes. Confeſſus eſt, victum ſe eſſe, qui rogabat ut mutarent ſententiam: ſed illi validiorem calamum ſuum ferreis gladiis arbitrabantur. Denique vulnerata eſt perfidia, ut occideret: non eſt vulnerata ſanctorum fides: non deſiderarunt patrium ſepulcrum, quibus reſervabatur cæleſte domicilium.* Hucuſque Ambroſius. Hunc tandem nactus eſt finem conventus malignantium, & multitudo operantium iniquitatem. De iiſdem item agunt Ruffinus (*b*), Severus (*c*), Socrates (*d*), Sozomenus (*e*), & alii: ſed in quibus inſit aliquid, quod corrigatur; dum Ruffinus atque Severus iiſdem exulibus conjungunt S. Hilarium; qui quidem non ex Concilio Mediolanenſi, ſed Byterrenſi poſtea exulavit anno ſequenti: ſicut & Liberius, qui poſt idem Concilium celebratum tentatus eſt. Sed errat & Socrates, dum damnatis ab hac Synodo adjungit Paulinum Epiſcopum Treverenſem, quem conventiculum Arelatenſe (ut dictum eſt) exturbavit; dumque etiam Epiſcopum Mediolanenſem Dionyſium, Antiſtitem nominat Albæ primariæ civitatis Italiæ: ſed hallucinatur etiam, cum ante hoc tempus Athanaſium ab Eccleſia Alexandrina ejectum teſtatur, ipſomet Athanaſio contrarium afferente. Verum & quod iidem habent poſt hujuſmodi Concilium Mediolanenſe, non ſubſecutum eſſe Ariminenſe, æque errare deprehenduntur: ſiquidem Mediolanenſe ſubſecuta ſunt Concilia Ancyranum, Seleucienſe, & Sirmianum, ac demum celebratum eſt Ariminenſe.

Præconia Euſebii & Dionyſii.

(a) Ambr. epiſt. 52.

(b) Ruffin. lib. 1. c. 20.

(c) Sever. lo2.

(d) Socrat. l. 2. c. 29.

(e) Sozom. l. 4. c. 8.

XXIX. Quæ autem fuerint reliqua Conſtantii opera, his ipſis temporibus, adverſus alios Epiſcopos in ſuis ipſorum Eccleſiis commorantes, S. Athanaſius ſummatim collegit his verbis (*f*) *Cæterum cum eſſet Arelate, & Mediolani Conſtantius, omnia pro hæreticorum hortatu ſuggeſtioneque faciebat; vel potius illi ipſi agebant: inſultabantque in omnes, Cæſaris poteſtate ſuccincti. Statim igitur mandata litteræque ad Præfectum* (Ægypti ſcilicet) *ut frumentum, quod hactenus Athanaſio ac ſuis* (id enim liberalitate, ut dictum eſt, Conſtantini Imperatoris impendebatur) *adimeretur, dareturque illis, qui Ariana ſaperent; & ut liberum eſſet contumeliam inferre in Athanaſii communicatores: minæ etiam denunciatæ Judicibus, niſi cum hæreticis communionem celebrarent. Erant autem iſta præludia eorum quæ poſtea per Syrianum Ducem commiſſa ſunt. Rurſus ad alias partes edicta miſſa. Notariique præſto in ſingulis urbibus, & Palatini minas ſecum ad Epiſcopos & Judices deferentes, ut iſti quidem de cauſa judicarent, illi vero contra Athanaſium ſcriberent, ut aut communionem cum Arianis haberent, aut pœnam exilii ſuſtinerent; populique qui ad communionem cum illis non coirent, vincula, contumelias, bonorumque ſuorum direptionem expectarent: neque negotium negligenter curatum eſt: habebant ſecum in Comitatu Urſacii & Valentis clericos, qui eos incitarent, & negligentiores Judices ad Cæſarem deferrent: aliaſque hæreſes minores ut ſorores ſuas, permittebant blaſphemias in Dominum proferre, & Chriſtianis tantummodo ſuis inſidiis imminebant, non ſuſtinentes ullos pios de Chriſto ſermones.*

(f) Athan. epiſt. ad Solitar.

Conſtantii progreſſus adverſus Catholicos

XXX. *Quot igitur Epiſcopi (prout in ſacris litteris eſt) ad Præſides & Reges abducti ſunt, & a Judicibus hanc ſententiam audierunt: Aut ſubſcribite, aut ab Eccleſiis recedite: detrahi enim vos ab Eccleſiis Imperator juſſit? Quot in ſingulis urbibus palabundi ſeſe ſparſerunt, ne ut Epiſcoporum amici accuſarentur? Nam & magiſtratibus ſcriptum eſt, & mulcta pecuniarum denunciata, niſi quiſque ſuæ Civitatis Epiſcopum ſubſcribere coegiſſet. In ſumma, omnia loca, omnes Civitates implebantur terroribus & tumultibus, cum & Epiſcopi traherentur, & Judices viderent luctus, & ſuſpiria populorum. Hæc quidem a Palatinis in legationem miſſis agebantur: illi vero freti tanta potentia ſua, nihil non moliebantur; & nunc hos Epiſcopos ad Imperatorem citabant, nunc illos litteris circumveniebant, comminiſcentes ad-*

Clades Eccleſiarum.

adverſus eos has & illas cauſas ; ut illi præſentem Imperatorem perhorreſcerent ; iſti vero legatos & minas falſarum criminationum formidantes, de recta & pia ſententia deciderent : eo enim modo Imperator tantum numerum Epiſcoporum coegit, cum partim minis terrerent, partim promiſſis allicerent, ut ſe faterentur non amplius communionem cum Athanaſio habere.

XXXI. Studia Arianorum in propaganda hæreſi. *Quotquot enim ad Imperatorem profecti ſunt, non prius ad ejus conſpectum admiſſi fuere, ne tantillo quidem laxamento indulto, ut vel ex domicilio ipſis prodire liceret, prius quam ſubſcriberent ; aut, ſi recuſarent, in exilium mitterentur : idque ideo faciebat, quod animadverterat ab omnibus hæreſin odio haberi. Quæ res in cauſa fuit, cur tum multos impelleret, ut ſe hæreticorum paucitati adjungerent ; magnopere id ſtudens, ut multorum nomina corrogaret, tum ad invidiam Epiſcoporum, tum ut ſpeciem aliquam dignitatiſque imaginem Arianæ hæreſi conciliaret, cujus iſte propugnator erat ; exiſtimans, quod quemadmodum hominum ſententias, ita quoque veritatem immutare poſſet ; inſcius ignaruſque Sadducæos & Herodianos non ideo validiores factos eſſe ad veritatem opprimendam, quia ſibi Phariſæos aſſociaverant.* Hucuſque Athanaſius.

XXXII. (a) Hilar. contra Conſtant. Quid exprobret Hilarius in Conſtantium. Deplorat hæc itidem S. Hilarius, cum ipſum Conſtantium Imperatorem magno animi robore compellat his verbis (*a*): *At nunc fructus operum tuorum, lupe rapax, audi. Neque alia potius, quam quæ geſta ſunt in Eccleſiam, refero ; ut tyrannidem aliam in Eccleſiam Dei referrem. Non quia cauſam ignoro ; ſed tamen querela famoſa eſt : Juſſos a te Epiſcopos non eſſe, quos condemnare nullus audebat ; etiam unus in Eccleſiaſticis frontibus ſcriptor metallicæ damnationis titulo recenſeri. Adeſt mecum Alexandria tot concuſſa bellis, tantum commotarum expeditionum pavens tumultum. Brevius enim adverſum Perſiam, quam adverſus eam, armis certatum eſt. Mutati Præſides, electi duces, corrupti populi, commotæ legiones, ne ab Athanaſio Chriſtus prædicaretur. Taceo de minoribus populis & Civitatibus, quibus per totum Orientem aut terror, aut bellum eſt. Poſtquam omnia contuliſti arma adverſus fidem Occidentis, & exercitus tuos converiſti in oves Chriſti ; refugere nihil ſub Nerone licuit.*

XXXIII. Quid Conſtantius in Paulinum Trever. Epiſ. *At tu Paulinum, beatæ paſſionis virum, blandimento ſollicitatum relegaſti, & Eccleſiam ſanctam Treverorum tali ſacerdote ſpoliaſti. Edictis fidem terruiſti : ipſum uſque ad mortem demutaſti exiliis, & fatigaſti, extra Chriſtianum quoque nomen relegaſti ; ne panem aut de horreo tuo ſumeret, aut de Montani Maximillaque antro profanatum expectaret.* Hæc idcirco Hilarius de Paulino, quod prius relegatus fuerit in Phrygiam, ubi erant Cataphrygæ hæretici, Montani & Maximillæ ſectarii ; inde vero ad barbaros amandatus. Tum ſubdit : *Mediolanenſem piiſſimam plebem tu furore terroris tui turbaſti : Tribuni tui adierunt ſancta ſanctorum, & viam ſibi omnem per populum crudelitate pandentes, protraxerunt de altario ſacerdotes. Levius te putas, ſcelesſte, Judæorum impietate peccaſſe? Effuderunt quidem illi Zachariæ ſanguinem ; ſed quantum in te eſt, concorporatos Chriſto, a Chriſto diſcidiſti. Vertiſti deinde ad uſque Romam bellum tuum, &c.* At de rebus adverſus Liberium geſtis, ſuo loco inferius pluribus.

XXXIV. Auxentius in locum Dionyſii ſubrogatus. Ejuſmodi autem ab Hilario recenſitam militum in Eccleſiam graſſationem accidiſſe putandum, cum, Dionyſio ejus Civitatis Epiſcopo in exilium relegato, ab eiſdem Arianis, ope Imperatoris, Auxentius Arianorum deterrimus in illius locum ſubrogatus eſt. Sed & Athanaſius (*b*), (b) Athan. ad Solitar. agens de Epiſcopis a Conſtantio in locum Orthodoxorum ſubſtitutis, de Auxentio meminit, dum ab ipſo exordio tragœdiam repetens, rem adeo luctuoſam paucis tamen abſolvit his verbis : *Ipſe omnes, qui ante ipſum fuere, ſceleribus vicit, novo excogitato perſecutionis modo ; & ſtatim, tribus Regibus, Britannione *, Magnentio, & Gallo interfectis, tutelam impiæ religionis ſuſcepit, & ut gigas contra Altiſſimum arrogantia ſeſe efferre auſus eſt, & rationes mutandæ legis excogitavit, diſſolvens Chriſti, & Apoſtolorum inſtituta, moreſque Eccleſiæ invertens ; & ex locis peregrinis cum ſatellitio militari Epiſcopos ad populos invitos ſubmittit, qui pro mutua invicem cum populo notitia minas ſecum deferunt, & diplomata ad Judices. Ita enim Georgium Cappadocem Alexandriam, ita Germinium e Cyzico Sirmium, ita e Laodicea Nicomediam Cecropium miſit ; ita Auxentium, delatorem potius quam Chriſtianum, e Cappadocia Mediolanum amandavit, ut, expulſo inde ob ſuam in Chriſtum pietatem Dionyſio viro religioſo, eum ibi Epiſcopum conſtituat, hominem ne Romanæ quidem linguæ, ſed tantummodo hæreſeos peritum.* Hæc de Auxentii genere, & impietate Athanaſius.

* Vetranione.

XXXV. Auxentii Primordia. Cæterum Auxentii perfidiam pallio Catholici nominis Mediolani contectam cum S. Hilarius aperta luce detegit, ejus inſtitutionem recolit, dicens (*c*): (c) Hilar. contra Auxent. *Negat quoque Auxentius ſe ſcire Arium ; cum in Alexandria, in Ariana Eccleſia, ſub Gregorius præerat, presbyter eſſe cœpiſſet.* Callidus enim ſerpens Auxentius, quod ſciret populo Mediolanenſi peroſam Arianam eſſe doctrinam, & nomen quoque Arii execrabile, aſtute admodum hæreſin diu ſtuduit occultare, ſicque aureo calice Babylonis blaſphemias ejuſdem Arii pro-

Digitized by Google

propinavit; cum tamen vix paucos aliquot ſibi invenerit obſequentes: nam longe major erat numerus eumdem eahorrentium, & deteſtantium: cujus tempore Eccleſia Mediolanenſis diris eſt exagitata turbinibus, & vehementioribus fluctibus agitata, ex flatu auræ Conſtantii in Auxentii gratiam omnia commoventis.

XXXVI. Proſcriptis igitur ex diverſis Provinciis Occidentalis Eccleſiæ ſacerdotibus, miſſiſque in exilium Epiſcopis inſignioribus illis, qui in Athanaſium ſubſcribere recuſaſſent; Liberius Romanus Epiſcopus, cum, quæ in eos geſta fuiſſent, accepiſſet, mox ad eos haſce litteras dedit (a):

(a) Extant inter Acta Euſeb. Epi. Vercellenſ.

Litteræ Liberii Pap. ad Epiſcopos Confeſ.

Quamvis ſub imagine pacis humani generis inimicus vehementer in membra Eccleſiæ videbatur eſſe graſſatus: vos tamen, acceptiſſimi in Domino ſacerdotes, egregia & ſingularis fides & hic probabiles Deo oſtendit, & etiam ad futuram gloriam martyres deſignavit. Quo itaque præconio laudis, qua vocis exultatione merita virtutis veſtræ proferam, poſitus inter mœrorem abſentiæ veſtræ, & gaudium gloriæ? Prorſus invenire non poſſum: niſi quod ſcio, hinc me probabiliora vobis ſolatia exhibere, ſi credatis me vobiſcum in exilium eſſe detruſum. Denique me in ipſa nunc expectatione pendentem, quia conſortio veſtro dura neceſſitas interim diſtrahit, ſatis contriſtor. Optarem enim, fratres cariſſimi, prior pro omnibus vobis impendi, ut exempla gloriæ per me magis veſtra dilectio conſequeretur. Sed fuit hæc palma meritorum veſtrorum, ut priores de perſeverantia fidei ad confeſſionis illuſtrem gloriam veniretis.

XXXVII. *Quæſo igitur dilectionem veſtram, ut me præſentem vobiſcum eſſe credatis; ut intelligatis, dolere ſatis, quod ſim interim a veſtro conſortio ſeparatus. Quantam denique fueritis gloriam conſecuti, hinc magis ſcire poteſtis, quod qui in perſecutione coronati ſunt, ſolius perſecutionis cruentos gladios ſentire potuerunt: contra vos devoti per omnia Dei milites, etiam falſos fratres inimicos experti, victoriam de perfidis pertuliſtis: quorum quanto violentia in ſæculo creſcere potuit, tanto ſanctis ſacerdotibus præmia laudis inveniuntur conferre. Eſtote itaque de promiſſione cæleſti ſecuri. Et quia proximiores eſtis Deo effecti, orationibus me veſtrum conſacerdotem famulum Dei ad Dominum ſublevate; ut ſupervenientes impetus, qui de die in diem, cum annunciantur, graviora vulnera infligunt, tolerabiliter ferre poſſimus; ut inviolata fide, ſalvo ſtatu Eccleſiæ Catholicæ, præmia nobis Dominus dignetur afferre.*

XXXVIII. *Et quia cupio, quæ geſta ſunt in ipſa congregatione * fideliùs ſcire; obſecro ſanctitatem veſtram, ut univerſa litteris intimare dignemini; ut additamentum majus*

* Congreſſione.

vel ipſe animus qui diverſis morbis, vel vires corporis ipſius, quæ jam extenuatæ ſunt, de veſtra exhortatione poſſint ſentire. Et alia manu: *Deus vos incolumes cuſtodiat.* Hactenus Liberii epiſtola ad exules Epiſcopos, & quidem ad confeſſores omnes diverſis in locis exulantes Encyclica pluribus exemplaribus conſcripta: nam apud Acta Euſebii Vercellenſis, ad Euſebium ipſum tantum habetur inſcripta: in codice autem Vaticano, cum ad ipſum, tum ad reliquos Epiſcopos exules, Dionyſium, Luciferum, & alios omnes, data legitur.

At paulo poſt hanc ſcriptam epiſtolam, hoc anno, ipſe Liberius, Conſtantii Imperatoris litteris ad Leontium Præfectum Urbi conſcriptis, Mediolanum mitti præcipitur; id quidem Ammianus Marcellinus ſub hujus anni Conſulibus narrat his verbis (b): *Hoc adminiſtrante Leontio, Liberius Chriſtianæ religionis Antiſtes a Conſtantio ad Comitatum mitti præceptus eſt, tamquam Imperatoris juſſui, & plurimorum ſcitis, per conſortium decretis* (nempe Conciliabulo Arianorum) *obſiſtens, in re, quam brevi textu percurram.* Refert auctor, licet Ethnicus, & rerum noſtrarum ignarus, ac proinde ſecundum vulgi (immo potius Arianorum) rumorem, cauſam cur Liberius Mediolanum juſſus ſit proficiſci: ac propterea haud omnia ita vera ſunt, quæ de Athanaſio narrat, dum ait: XXXIX.

Liberius Papa vexatur a Conſtantio.

(b) Ammian. Marcell. l. 15.

Athanaſium Epiſcopum eo tempore apud Alexandriam ultra poſſeſſionem altius ſe efferentem, ſciſcitariſque conatum externa (ut prodidere rumores aſſidui) cœtus in unum quæſitus ejuſdem loci multorum, Synodus (ut appellant) removit a ſacramento, quod obtinebat. Dicebatur enim fatidicarum ſortium fidem, quæve augurales portenderent alites, ſcientiſſime callens, aliquoties prædixiſſe futura. Super his intendebantur ei alia quoque a propoſito legis abhorrentia, cui præſidebat. Hunc per ſubſcriptionem abjicere ſede ſacerdotali, paria ſentiens cæteris, jubente Principe, Liberius monitus, perſeveranter renitebatur; nec viſum hominem, nec auditum damnare, nefas ultimum ſæpe exclamans, aperte ſcilicet recalcitrans Imperatoris arbitrio. Id enim ille, Athanaſio ſemper infeſtus, licet ſciret impletum; tamen auctoritate, qua potiuntur æternæ Urbis Epiſcopi, firmari deſiderio nitebatur ardenti. Quo non impetrato, Liberius ægre populi metu, qui ejus amore flagrabat, cum magna difficultate, noctis medio potuit aſportari. Et hæc quidem Romæ, ut oſtendit textus ſuperior, agebantur. Hactenus de his Ammianus, breviter quidem, ſed quantum licuit, externo homini noſtra referre. Præſtat autem, ut hanc ipſam de Liberio hiſtoriam ab Athanaſio integre il- XL.

De Athanaſio quid Ammianus.

(a) Athan. ad Solitar.

XLI. Perſecutio in Liberium Papam.

lam proſequente accipiamus, qui ait (a): *Ne Liberio quidem Romano Epiſcopo pepercerunt, nulla reverentia ducti, vel quod ſedes iſta Apoſtolica eſſet, vel quod Roma metropolis eſſet Romanæ ditionis, vel quod eos Apoſtolicos viros in ſuis litteris appellaſſent; ſed omnia ſimul miſcentes, atque omnium obliviſcebantur; neque quicquam illis cura niſi ſola impietas fuit. Nam cum Liberium vidiſſent Orthodoxum, & oſorem quidem Arianæ ſectæ, ſtudioſum vero in hoc, ut cunctos ab ea hæreſi retraheret; iſta ſecum impie cogitarunt: Si Liberium in noſtram ſententiam traxerimus, omnes brevi ſuperabimus. Rem igitur ad Imperatorem deferunt: ille autem ſperans per Liberium ſe poſſe omnes attrahere, mittit eunuchum quemdam Euſebium (hic erat Præfectus cubiculi) cum litteris & donis ad eum, ut donis quidem blandiretur, litteris autem minaretur.*

XLII. Euſebius Eunuchus quid in Liberium.

Profectus igitur Romam ſpado, primum incitabat Liberium, ut contra Athanaſium ſubſcriberet, & cum Arianis communicaret: id enim Imperatorem velle, & pro imperio jubere. Deinde munera oſtentans, verbis inſtabat; manuque Liberii apprehenſa, ita locutus eſt: Obtempera Regi, & iſta accipe. Epiſcopus contra verbis quærebat: Quomodo hoc contra Athanaſium poſſet fieri? Quem enim (inquiens) non una, ſed iam altera Synodus probe ab omni crimine liberum pronunciavit, & Romana Eccleſia cum pace dimiſit datis nempe illi pacificis (litteris, iiſdemque communicatoriis) quomodo poterimus condemnare? Aut quis non probaret, ſi quem præſentem diliximus, & habuimus in noſtra communione, eumdem abſentem averſemur? Non ita ſe habet Eccleſiaſticus canon; neque umquam accepimus talem a Patribus traditionem, quam ipſi a beato & magno Apoſtolo Petro acceperunt.

XLIII. Liberius reſtitit Eunucho.

Quod ſi omnino Imperator curam ſuam pro Eccleſiaſtica pace interponere quærit, aut ſi ſcripta a nobis pro Athanaſio deleri jubet: deleantur quoque ea quæ contra illum ſcripta ſunt; fiatque deinde Eccleſiaſtica Synodus longe a Palatio, ubi nec Imperator præſto eſt, nec Comes ſe ingerit, nec Judex minatur, & ubi ſolus timor Dei ad omnia ſufficit & Apoſtolorum inſtitutio; ut eo in loco ante omnia Eccleſiaſtica fides aſſeratur, quemadmodum a Patribus definitum eſt in Nicæno Concilio; iique qui Arianæ ſententiæ ſunt, ejiciantur, & eorum hæreſis anathemate damnetur; ac deinde judicium de Athanaſio fiat, aut ſi quis alius reus agitur: & quod ab ipſis juſtum eſt; quotquot noxii reperti fuerint, ejiciantur; quotquot autem puri, reatu abſolvantur. Non enim fieri poteſt, ut locum in Synodo habeant, qui fide impii ſunt: neque fas eſt, prius quæſtionem de factis alienjus, quam de fide religionis haberi: primum enim omnis fidei diſcordia reſcindenda eſt, & tum quæſtionem de negotiis fieri oportet. Nam & Dominus noſter Jeſus Chriſtus non prius ſanabat ægrotos, quam ubi oſtendiſſent, & prolocuti fuiſſent, quam fidem in ipſum haberent. Hæc a Patribus didicimus; hæc renuncia Imperatori; ſiquidem ea ipſa & illi utilia ſunt, & Eccleſiam ædificant.

XLIV. Oblationem infert in baſilicam S. Petri Arianus homo.

Eunuchus autem triſtis, non tantopere, quod non ſubſcripſiſſet; quam quod eum hæreſi infeſtum reperiebat, oblitus ſui, quod coram Epiſcopo ſtaret, magnis minarum denunciationibus jactis, cum muneribus ſuis domo egreditur, & facinus deſignat, quod a moribus Chriſtianorum abhorret, & quod audacius eſt quam pro ſpadone: imitatus quidem Saulis prævaricationem, templum Apoſtoli Petri ingreditur, ibique ea ipſa dona conſecravit. Quod cum reſcitum eſſet a Liberio, magnopere increpuit cuſtodem loci, quod id non prohibuiſſet. Ipſe deinde progreſſus, dona illa ut victimam illicitam projecit. Quæ res longe adhuc magis ſpadonis iram commovit. Imperatorem igitur his verbis irritat: Non jam nobis curæ eſſe debet, ut Liberius ſubſcribat, ſed potius quod in hæreſin tam male affectus eſt, ut qui nominatim Arianos anathemate damnet. Eodem & cæteros quoque ſpadones provocat: plerique enim apud Conſtantium, vel potius omnes, eunuchi ſunt, omniaque apud illum poſſunt, & ſine illis nihil ibi rerum agitur.

XLV. Mandatur Liberius abduci Roma ad Imp.

Scribit igitur Imperator Romam; rurſumque Palatini & Comites emittuntur, & litteræ ad Præfectum, ut Liberium aut per dolum e Roma ſubductum in caſtra ad ſe mitterent, aut vim in eo perſequendo adhiberent. Quibus ſcriptis, ſtatim per Urbem ingens terror, & inſidiæ increbreſcebant. Quot igitur familiis minæ denunciatæ ſunt? Quot & ad quot ædes mandata contra Athanaſium data? Quot, iſtis conſpectis, Epiſcopi ſeſe in latebras abdiderunt? Quot liberi homines ruri latuerunt ob calumnias Chriſti perduellium? Quot devotariis inſidiæ factæ ſunt? Quot ibi commorantes, & jam fixum domicilium habentes, in fugam compulſi ſunt? Quoties & quanto ſtudio portus aditusque portarum cuſtodierunt, ne quis Orthodoxus ingreſſus Liberium videret?

XLVI. Eunuchi ſub Conſtantio quanta audeant.

Cœpit tunc Roma experimentum Chriſti perduellium: cognovit tandem quod antea non credebat, quomodo Eccleſias in ſingulis urbibus evaſtaſſent. Eunuchi erant, qui iſta & reliqua in omnes movebant. Et, quod in iſtis inſidiis mireris, Ariana hæreſis abnegans Filium Dei, præſidium ſibi ex eunuchis comparabat, hominibus, ut natura, ita & animo ad gignendum ſterilibus; & qui proinde ægre patiuntur

Digitized by Google

tur, ullam mentionem de ſobole fieri. Atqui Æthiopicus (a) *Eunuchus cum non caperet quæ legebat, credidit Philippo de Salvatore docenti. Conſtantii Eunuchi contra, nec Petri quidem de Filio confeſſionem ſuſtinent, immo quem Pater declarat ſibi eſſe Filium, averſantur; rabiuntque contra eos qui illum dicunt genuinum Filium ex Patre. Ideo lex vetuit eunuchos in Concilium Eccleſiaſticum aſſumi; atqui illi nunc Eccleſiaſticorum judiciorum principes reputantur; &, quod ipſis videtur, Conſtantius judicat; atque iſtiuſmodi rebus, qui nomen Epiſcopi ferunt, inſerviunt. Me miſerum! Quis hanc hiſtoriam deſcribet? Quis iſta renunciabit generationi alteri? Quis iſta narranti fidem habebit? Spadones, quibus domorum gubernacula vix creduntur (voluptuarium enim & nequam hoc genus hominum, quibuſque nihil tam curæ eſt, quam quod ipſis natura negavit) illos nunc Eccleſiis dominari? His ergo deditus & obnoxius Conſtantius, omnibus inſidias molitus eſt, & Liberium in exilium ejecit. Et cum multus eſſet in ſcribendo Romam, multaſque in minis denunciandis, legatis mittendis, inſidiiſque parandis, etiam Alexandriæ perſecutionem movit.* Eodem tempore, quo hæc adverſus Liberium Conſtantius ſcribebat, in Alexandrinam Eccleſiam, diriſſimam perſecutionem præparavit. Sed ſubdit Athanaſius.

(a) Act. 8.

XLVII. Quid Liberius Papa coram Conſtantio.

Trahitur ergo Liberius ad Imperatorem; quo cum perveniſſet, magna quoque, & ibi libertate dicendi uſus eſt: Deſine (inquiens) perſequi Chriſtianos. Ne tentaper nos hæreticam impietatem in Eccleſiam introducere. Ad omnia potius ſuſtinenda parati ſumus, quam nos Chriſtiani eo devenianmus, ut Ariani appellemur. Ne cogat nos fieri Chriſti perduelles. Hoc tibi ſuademus, ne pugnes contra eum, qui tibi hoc Imperium dedit; ne pro gratia impietatem illi referas; ne perſequere illos, qui in eum credunt; ne & tu etiam audias: Durum (b) *eſt tibi contra ſtimulum calcitrare; atque utinam ſic audias, ut & tu quoque, quemadmodum Paulus, credas. Ecce præſto ſumus, venimus antequam cauſam aliquam contra nos fingerent. Ideo enim iter acceleravimus, certi de exilio, in quod a te mittendi ſumus, ut ante objectum crimen, ſupplicium patiamur; quo omnibus evidentius conſtet, reliquos omnes eodem modo, quo nos, afflictos eſſe, cauſaſque ipſis criminis datas fictas fuiſſe ab inimicis, & omnia in illos per ſycophantiam eſſe tentata, nihilque ibi, niſi mendacia verſata fuiſſe. Ita tunc Liberius locutus omnibus admirationi erat.*

(b) Act. 5.

XLVIII. *Caſar contra, pro reſponſione danda, nihil aliud quam imperiis & exiliis utebatur, ſinguloſque a ſe invicem deſtraxit, quod & in aliis prius fecerat; quam formam in exiliis obſervavit, ut ſe in ſupplicits immaniorem ſuperioribus tyrannis, & perſecutoribus oſtenderet. Nam in ſuperiore perſecutione, multos confeſſores in commune ſimul exilium ire, Maximianus juſſit, & ſupplicium levius fecit mutua præſentiæ conſolatione: hic autem illo crudelior, eos qui ſimul libere locuti erant, & confeſſores ſe præſtiterant, unique fide copulati erant, ne vel in morte mutuo aſpectu fruerentur, a ſe invicem divulſit, arbitratus corporum ſeparationem omnino etiam animorum affectus diſtinere, aut ipſos loco disjunctos, & concordiæ mutuæ unanimitatiſque oblituros; ignorans, quamvis ſinguli ab aliis diſtarent, illos tamen ſecum habere, quem in commune, cum ſimul erant, confitebantur, Dominum Jeſum Chriſtum, qui ſingulis longe plures aſſociavit (ut in Propheta Eliſeo fecit) quam milites ſunt circa Conſtantium. Sed revera, cæca res malitia; eo enim ipſo quo putabant vexare confeſſores, cum eos a ſe invicem diremerunt, magnopere ipſi ſeſe læſerunt. Nam plane ſi conſociati fuiſſent, ex uno tantummodo loco impietatis odium promanaſſet; nunc quia eos ſeparaverant, id egere, ut per omnia loca ipſorum impia hæreſis & malitia in notitiam veniret & divulgaretur.* Hactenus de Liberio Athanaſius, quæ autem his ſubdit, antea, quo tempore contigerunt, relata ſunt. Cum vero hac ipſe narratione idem dicat, ad verba Liberii nihil aliud Conſtantium reſpondiſſe, niſi imperia atque exilia: prætermiſſe eum apparet integra illa Acta publica, a *Notariis* tunc excepta, de rebus coram Imperatore, inter ipſum atque Liberium tranſactis, quæ his verbis a Theodoreto (c) fideliter per dialogiſmum, ut geſta ſunt, recitantur:

Conſtantius detejus cæteris perſecutoribus.

(c) Theod. l. 2. c. 16.

XLIX. Dialogus inter Liberium & Conſtantium.

Imperator Conſtantius: *Nos, quoniam Chriſtianus es, & noſtræ civitatis Epiſcopus, idcirco duximus operæpretium te accerſere, hortarique ut communionem nefariæ impii Athanaſii dementiæ repudies: Nam hoc recte ſe habere, cenſet totus terrarum Orbis, & eum ſententia Concilii ab Eccleſiaſtica communione ſegregandum judicavit.* Liberius Epiſcopus: *Judicia quidem Eccleſiaſtica, o Imperator, ſumma cum æquitate fieri debent. Quapropter, ſi tuæ clementiæ ita viſum ſit, judicium haberi jubeto. Et ſi Athanaſius videatur damnationem commeruiſſe; tum ſententia, prout ordinis Eccleſiaſtici formula poſtulat, contra eum pronunciabitur. Nam fieri non poteſt, ut quemquam condemnemus, de quo non factum ſit judicium.* Conſtantius: *Totus terrarum Orbis non de ejus impietate ſolum, verum etiam quod ſemper tempus ludere conatus eſt, ſententiam tulit.* Liberius Epiſcopus: *Qui ejus damnationi ſubſcripſerunt, non res geſtas oculis ipſi aſ-*

aſpexerant : ſed hoc eſt ab aliis factitatum, vel quod gloriam abs te aſſequi, vel quod metu perculſi, vel denique quod infamiam extimeſcere viderentur. Conſtantius: *Quid eſt, quæſo, gloria, quid metus, quid infamia?* Liberius: *Qui gloriam Dei non amplexantur, ſed tua munera ei prætulerunt, hi hominem abſque judicio condemnabant, quem numquam oculis vidiſſent: quod eſt a Chriſtianorum officio plane alieniſſimum.* Conſtantius: *Atqui in Concilio Tyri celebrato, de Athanaſio, cum ipſe præſto adeſſet judicium factum eſt, & omnes Orbis terrarum Epiſcopi, qui in eo Concilio aderant, eum condemnaverunt.* Liberius Epiſcopus: *Numquam ſane de eo præſente judicium exercebatur. Nam Epiſcopi, qui convenerant, illum tum condemnabant, cum e conſeſſu egreſſus fuerat: & certe temere atque inconſulto condemnabant.*

L. Procax Euſebii calumnia & mendacium portentoſum.

Hoc loco Euſebius eunuchus: Athanaſius (inquit) alienus a fide Catholica in Concilio Nicæno declaratus eſt. Inſanit plane homo; & ob eam cauſam, puto, ad hæc non reſpondit Liberius, tam inſigne mendacium reſponſione minime dignum exiſtimans. Potuit fortaſſe petulanti eunucho inde naſci occaſio errandi, ut, quod audiſſet damnatum in Nicæno Concilio Athanaſium Anazarbenum, de Alexandrino putaverit intelligendum: ut ille collega intimus fuit Arii, hic vero acerrimus oppugnator ejuſdem hæreſiarchæ. Sed poſt hæc Liberius: *Quinque tantummodo, qui cum eo una navigarant, in Mareote judicium de eo fecerunt, quos quidem adverſarii ejus eo miſerant, ut contra eum reum factum commentarios contexerent: atque ex illis, qui miſſi erant, duo exierunt e vita, Theognis nimirum & Theodorus; reliqui tres, hoc eſt, Mares, Valens, & Urſacius, etiamnum ſuperſunt: de quibus ad eamdem rem miſſis in Concilio Sardicenſi ſententia de hac controverſia lata eſt: qui etiam in eodem Concilio libellos ſupplices dederant, poſtulaveruntque veniam pro eo, quod commentarios unius partis ſuffragiis per calumniam contra Athanaſium in Mareote confecerant; quos libellos jam habemus in manibus. Utris iſtorum, Imperator, nobis credendum communicandumque eſt? Illis ne, qui primo eos condemnarunt, ſecundo autem veniam petierunt; an his, quorum jam ſunt condemnati ſententiis?*

LI. Epictetus Epiſcopus Arianus quid in Liberium.

Hic tum Epictetus Epiſcopus: Non fidei (inquit) cauſa, Imperator, hodie, neque judiciorum Eccleſiaſticorum faciendorum ſtudio adductus Liberius hunc inſtituit ſermonem; ſed quo poſſit apud Senatores Romanos gloriari, ſe rationibus Imperatorem ſuperaſſe. Conſtantius: *Tanta ne Orbis terræ pars, Liberi, in te reſidet, ut tu ſolus homini impio ſubſidio venire, & pacem Orbis ac mundi totius dirimere audeas?* Liberius: *Eſto quod ego ſolus ſim; non tamen propterea cauſa fidei fit inferior. Nam olim tres ſolum erant reperti qui Regis mandato reſiſterent.* Tunc Euſebius eunuchus: *Tu (inquit) Imperatorem facis alterum Nabuchodonoſor?* Liberius: *Minime ſane; ſed non minus temere tu hominem condemnas, de quo nullum factum ſit judicium, quam ille olim. At ego æquum cenſeo, ut prius proponatur generalis Epiſcoporum ſubſcriptio, qua fides in Concilio Nicæno expoſita confirmatur: deinde ut fratribus noſtris ab exilio revocatis, & ad ſuas ipſorum ſedes reſtitutis; ſi iſti, qui nunc tumultus cient, fidei Apoſtolicæ aſſentire comperiantur; tunc omnes contendamus Alexandriam, ubi reus, ubi accuſatores, & cauſæ eorum patroni ſunt: atque litigantium cauſa diligenter cognita, ſententiam de ea pariter feramus.*

LII. Liberii magnanimitas.

Epictetus: *At ad Epiſcopos eo convehendos equi, jumenta, & rhedæ, quibus curſus publicus confici ſolet, non ſatis erunt.* Liberius: *Negotia Eccleſiaſtica publicam vecturam non deſiderant: quandoquidem Eccleſiæ Epiſcopos ſuos a mari uſque ad mare deducendi ſatis habent facultatem.* Conſtantius Imperator: *Res, de quibus conſtituta eſt formula, infringi nequeunt: ſiquidem plurium Epiſcoporum rata debet eſſe ſententia. Tu ſolus impii illius amicitiam complexaris.* Liberius: *Numquam auditum eſt, Imperator, reo abſente, Judicem de impietate ac ſcelere ſententiam pronunciaſſe, quaſi privatum odium in hominem exerceat.* Conſtantius: *Etſi omnes communiter, me tamen majore quam cæteros affecit injuria; nam non contentus eſt poſt fratris noſtri majoris natu Conſtantini internecionem, ſed beatæ memoriæ Conſtantem minorem natu fratrem numquam ceſſavit ad inimicitias nobiſcum ſuſcipiendas incitare: quod ſane factum fuiſſet, niſi nos æquiore animo & incitantis bilem tuliſſemus. Quare præclaram illam victoriam de Magnentio & Silvano partam non tanti facerem, quanti iſtius ab Eccleſiaſticarum rerum adminiſtratione abdicationem.*

LIII. Detegit Conſtantii animi pravum affectum.

Liberius: *Noli per Epiſcopos tuas ulciſci inimicitias: nam virorum Eccleſiaſticorum manus ſanctificationi vacare debent. Quapropter, ſi placet, jube Epiſcopos ad proprias ſedes reſtitui. Atque ſi videantur cum eo, qui etiam jam rectam veramque fidem in Nicæno Concilio expoſitam tuetur, conſentire: tum in unum convenientes, paci Orbis terræ provideant; perficiantque, ut non compertum ſit aliquando, hominem, qui non deliquerit, damnatum eſſe.* Conſtantius: *Unum eſt quod quæritur: Volo ut cum Eccleſiarum communionem amplectaris, & deinde Romam redeas.*

Pro-

Proinde conſule paci, ſubſcribe, ut Romam revertaris. Liberius: *Jam fratres, qui Romæ ſunt, valere juſſi. Nam leges Eccleſiaſticas obſervare, pluris faciendum cenſeo, quam Romæ habere domicilium.* Conſtantius: *Itaque trium dierum ſpatium tibi ad deliberandum concedimus, utrum ſubſcribere volueris, & ita Romam redire: an tecum conſtitueris, quem ad locum transferri placeat.* Liberius: *Spatium trium dierum, aut menſium, rationem non mutat: quare mitte me quo lubet.* Conſtantius: *Poſt biduum, cum judicium actum fuerit de Liberio, ſi conſilium non mutet, exulet velim uſque Berœam Thraciæ.*

LIV. Reſpuit Ariani Imperatoris munus Liberius.

Liberio inde decedenti Imperator miſit in ſumptum quingentos aureos. Liberius autem ei, qui attulerat, dixit: Abi domum, & iſtos ipſos aureos redde Imperatori; ſiquidem eis opus habet ad militum ſtipendia. Imperatrix itidem miſit ei totidem: quos, cum qui apportaverat, jubet quoque Imperatori tribuere: Sunt enim (inquit) illi ad militarem expeditionem neceſſarii: quod ſi is eorum non indigeat; det Auxentio & Epicteto: nam illi eiſdem egent. Poſtea vero quam iſtos recuſaverat aureos accipere, Euſebius eunuchus alios ei affert. Ad quem Liberius: Tu (inquit) Eccleſias Orbis terræ expilaſti: & jam mihi, ut damnato egentique affere eleemoſynam? Abi primum, & Chriſtianus ipſe fias. Ac triduo confecto, Liberius, nulla accepta pecunia, in exilium mittitur. Hucuſque Acta Liberii cum Conſtantio; ſubdit Theodoretus (*a*): *Iſte ſtrenuus veritatis propugnator & victor illuſtris Liberius, in Thraciam, ſicut erat ei imperatum, recta contendit.* Quæ autem poſtea illi contigerint, ſuo loco dicemus.

(a) Theod. l. 2. c. 17.

LV. Liberio in exilium miſſo Felix diaconus ſubrogatus.

Sed (quod magnæ admirationis eſt) reveriti Ariani & ipſe Conſtantius Romanæ Eccleſiæ majeſtatem; non ſicut in aliis fecerant civitatibus, e quibus Catholicis expulſis Epiſcopis, Arianos in locum ipſorum ſubrogavere, licet e regione remotiſſima accerſitos, ut Gregorium Cappadocem Alexandriæ, & Auxentium pariter Cappadocem Mediolani: ſed amandato in exilium Liberio, Felicem Romanæ Eccleſiæ diaconum in locum ipſius ſufficiunt, id ipſum operante Acacio Epiſcopo Cæſarienſi, de quo ita Hieronymus (*b*): *In tantum autem ſub Conſtantio Imperatore claruit, ut in Liberii locum Romæ Felicem Epiſc. conſtitueret.* Hæc Hieronymus. Quod autem in aliquibus codicibus errore additum Felici reperiatur nomen Arianum; exploditur illa lectio, & redarguitur ex antiquioribus codicibus, & Græco Sophronii textu: quod alii quoque complures obſervarunt: ſecundum quam germanam lectionem, idem S. Hieronymus, ab Arianis ſubſtitutum Felicem, non autem ipſum Arianum fuiſſe, habes in Chronico.

(b) Hieron. de Script. Eccl. in Acacio.

LVI. Felix Catholicus, non Arianus.

Sed & ſententiæ de Orthodoxa fide Felicis adſtipulatur Theodoretus (*c*) dum ait: *Succeſſum eſt Liberio a fideli quodam illius diacono, nomine Felice: qui tametſi fidem in Nicæno Concilio expoſitam ipſe ſervavit integram, tamen cum illis, qui eamdem labefactare ſtudebant, libere communicavit: ac propterea nemo ex Romæ habitatoribus in Eccleſiam, dum ille intus erat, ingredi voluit.* Hæc ipſe: ſed & addit Sozomenus (*d*): *Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatui præficitur Felix illius cleri diaconus, quem ajunt fidei Concilii Nicæni ſemper conſenſiſſe, & omnino, quantum ad religionem pertinebat reprehenſione caruiſſe, atque ob id ſolum in crimen vocatam eſſe, quod non modo Arianos miniſtros Eccleſiæ ordinaret, verum etiam quod eorum communione uteretur.* Iſta Sozomenus. Sic & intelligendum eſt quod ait Socrates (*e*), fuiſſe Felicem Arianæ ſectæ addictum, nimirum, quod illis communicaret, & ex eorum voluntate (quod Liberius facere renuiſſet) in Athanaſium ſententiæ ſubſcripſiſſet. Sed quid ante hos Græcos omnes Ruffinus? *In Liberii locum* (inquit)(*f*): *Felix diaconus ſuus ab hæreticis ſubrogatur; & non tam ſectæ diverſitate, quam communionis & ordinationis conniventia * maculatur.* Atqui repugnare hæc videntur inter ſe, quod ſcilicet Felix fuerit Liberii diaconus, & idem Arianus extiterit: quonam modo enim, quæſo, paſſus fuiſſet Liberius, averſatus ſemper Arianum nomen, miniſtrare ſibi Arianum diaconum? Niſi quis Ruffino, verbis parum recte loquenti illam ſententiam potius accommodandam putarit, ut ſic dicere voluerit; non ita ſectæ diverſitate Felix, ſicut communione cum illis inita, & ordinatione ab eis accepta maculatur.

(c) Theod. l. 2. c. 17.

(d) Sozom. l. 4. c. 10.

(e) Socrat l. 2. c. 19.

(f) Ruffin. l. 1. c. 22.

* convenientia.

LVII. Ordinatio Felicis facta ab Arianis.

Athanaſius vero de ſubrogatione Felicis agens ſic ait (*g*): *Hoc magiſtro* (nempe Epicteto) *usus, incredibile facinus Conſtantius deſignavit, & quod vere refert imaginem Antichriſti, ut qui in locum Eccleſiæ Palatium ſuum ſuccedere voluerit, & pro conventu populi, & jure Comitiorum, tres eunuchos præſentes eſſe juſſerit, tres item* κατασκόπους, *hoc eſt, exploratores (non enim Epiſcopos dixeris) ut ipſi Felicem quemdam Epiſcopum in Palatio crearent, dignum profecto talibus ſuffragatoribus. Cæterum populi omnes, cognita hæreticorum pravitate, non permiſere eos in Eccleſiam intrare, proculque ab eis receſſerunt.* Hæc Athanaſius. Cum vero Felix, etſi fide Catholicus, Arianorum tamen communione pollutus, a tribus Arianis Epiſcopis in ordinatione manus impoſitionem acceperit, vivente adhuc legitimo, eodemque confeſſionis glo-

(g) Ath. ep. ad Sol.

ria

ria celebri, Liberio Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo, fidei cauſa exilium paſſo: nihil eſt quod eſſe vel dici ejus Eccleſiæ potuiſſet Epiſcopus, licet ſic appellatus eſſet a ſuis ſuffragatoribus Arianis; cum alloqui, neque ſi a Catholicis ordinatus eſſet, Pontifex Romanæ Eccleſiæ nominari debuiſſet, ſuperſtite legitimo ejus ſedis Antiſtite; de cujus ordinatione in controverſiam ne ab hoſtibus quidem calumniantibus aliquid adduci potuiſſet. Unius enim Eccleſiæ unum tantum eſſe caput oportet; cui ſi alterum addas, horrendum monſtrum profecto erit.

LVIII. *Felix, exiſtente Liberio Pontifice, non potuit eſſe Romanus Epiſcopus.*

Cum igitur Hieronymi ſententia, conſtet Felicem ab Acacio Arianorum principe electum eſſe: & Athanaſii teſtificatione, Epicteti molitione a tribus Arianis Epiſcopis ordinatum, idque Ruffini quoque aſſertione firmetur; ſed & Socratis auctoritate liqueat, ab Urſacio ad eum dignitatis gradum electum; haud ſubſiſtere poſſe videmur, quæ de Felicis ordinatione habentur in libro de Romanis Pontificibus, titulo Damaſi, falſo adſcripto; nempe Felicem ſubſtitutum in locum Liberii a Concilio ſacerdotum, vel quod aliter legitur, procurante Liberio. Certe quidem his refragantur citati auctores omnes, quos conjectura etiam vehemens illa ſequitur: Quis enim ſibi perſuadeat, tantam rem ab Arianis conceſſam Catholicis ſacerdotibus, vel ipſi Liberio; cum (ut dictum eſt) iidem, quos ſcirent ſibi communione non jungi, ab Eccleſia pellerent, ut ex ſua ipſorum ſententia alios ſubrogarent? Sed utcumque demus id ab Arianis eſſe Catholicis datum, ut e Catholicis aliquis, & e Romanæ Eccleſiæ Clericis, in locum Liberii exulantis, adminiſtraret Romanam Eccleſiam; quonam titulo dicere poſſumus Felicem in locum Liberii ſubſtitutum? Non certe Romanum Epiſcopum, ſuperſtite adhuc, atque Romanum Pontificem agente Liberio, & ampliſſimam dignitatem clariſſimo glorioſæ confeſſionis titulo illuſtrante: quamobrem ſive a Concilio ſacerdotum, ſive procurante Liberio, ſive ſimul ſuffragantibus Concilio atque Liberio, nonniſi Corepiſcopus Romanæ Eccleſiæ potuit Felix eſſe delectus. nec ei a Catholicis valuit titulus Epiſcopatus conferri, vivente adhuc & Epiſcopum agente ejuſdem Eccleſiæ Romanæ ipſo Liberio, ne unius Catholicæ Eccleſiæ duo eſſent Epiſcopi, & unius corporis duo capita turpiter eminerent. Nihil ergo felicius Felici potuit contigiſſe, quam ſi a Catholicis tunc delectus fuerit Romanæ Eccleſiæ Corepiſcopus, cum nullus hoc major titulus eſſet, qui ſuperſtite ipſo Romano Pontifice potuiſſet illi conferri. Quod ſi dixerimus cum S. Athanaſio ſui temporis res accurate ſcribente, cum ad ſuam omnia hæc cauſam ſpectarent, & cum aliis omnibus citatis auctoribus, Felicem in locum Liberii ſubrogatum atque ordinatum Romanum Pontificem ab Arianis Epiſcopis: nullæ prorſus potuerunt ejus ordinationis eſſe vires: hactenus de ordinatione Felicis. At quonam modo mutatæ ſint rerum vices de Felice atque Liberio, ſuo loco opportunius dicturi ſumus.

Quod autem ad Epictetum ſpectat, recens emergentem factioſiſſimum Arianum, quem tam audacter coram Conſtantio adverſus Liberium interlocutum vidimus, & ejus factione ab Arianis Felicem ſubſtitutum fuiſſe, Athanaſius tradit: Fuit hic Epiſcopus Centumcellenſis, de quo mentio eſt apud Marcellinum presbyterum ſchiſmaticum in commentario de ſchiſmate Urſicini, eumque ſæviſſimum Arianorum fuiſſe teſtatur, de quo plura inferius dicturi ſumus; ut plane conſentiat iis quæ ab Athanaſio de eodem narrantur, cum agit de Epiſcopis ordinatis per Conſtantium ab Arianis atque ait (a): *Deinde repertum quemdam Epictetum neophytum hominem, juventute ferocem, audacem, in amoribus Conſtantius habet, eo quod eum ad omnia ſcelera promptum alacremque conſpiceret; ejuſque opera Epiſcopis, quibus velit, inſidias ſtruit. nihil enim eſt, quod ille gravetur facere, modo Imperatori placeat.* Hæc Athanaſius, qui & alibi cum de ipſo, tum de aliis ejus in impietate collegis ſic habet (b): LIX. *Epictetus Epiſcopus Centumcellenſis.*

(a) *Ath. epiſt. ad Solitar.*

(b) *Ath. orat. 1. adverſ. Arian.*

Jam

PAGIUS III. *S. Felix vere fuit Pontifex Romanus.*

Ad num. LVII. Perronius in ſua ad Magnæ Britanniæ Regem Reſponſione, Bellarminus in Defenſione Felicis Papæ, & Henſchenius in Appendice tomo 3. menſis Aprilis ſubjecta oſtendunt, Felicem verum fuiſſe Pontificem, quod antiquus Pontificum Catalogus habeat: *Congregati Sacerdotes & cum conſilio eorum Liberius ordinaverunt in locum ejus Felicem Presbyterum Epiſcopum.* Hinc in inſcriptione ſarcophagi ejuſdem Felicis ab aliquot annis reperta, legitur: *Hic jacet corpus S. Felicis Papæ & Martyris, qui Conſtantium Hæreticum damnavit.* Chriſtianus Lupus in parte quinta ad Dictatum S. Gregorii VII. pag. 794. ubi contrariam ſententiam tuetur, ait: Rem omnem inſigniter exponunt *Fauſtinus*, & *Marcellinus* Romanæ Eccleſiæ Presbyteri in Præfatione precum quas exhibuerunt Theodoſio Imperatori. Sed Henſchenius laudatus reſpondet, memoratos Presbyteros fuiſſe Schiſmaticos, & plura mentiri, ipſo Lupo paulo poſt fatente. Urget Lupus, Athanaſium in epiſtola ad Solitarios pag. 866. & Hieronymum in Chronico omnem fidem mereri. Sed quid mirum, inquit Henſchenius, ſi perturbata rerum Romæ geſtarum notitia in Ægyptum pervenerit ad Athanaſium? Hieronymus Chronicon ſuum in Oriente conſcripſit ex monumentis ibidem repertis. Cæterum utraque opinio ſuos patronos, ſuaſque rationes habet, nihilque certum de hac controverſia dici poteſt.

LX. Defertorea fidei honorantur Epiſcopatu.

Jam de Cecropio (hic erat Epiſcopus Nicomediæ) *Auxentio*, & *Epicteto hypocrita*, *ſuperfluum eſt dicere; cum omnibus liqueat, quo modo, ob quas cauſas, & per quos inimicos Eccleſiæ etiam iſti promoti ſint, nimirum qui ſe calumniarum in Epiſcopos Orthodoxos, quibus inſidiæ parabantur, actores hiſtrioneſque præbuerunt. Hi cum eſſent nonniſi in presbyterii ordine conſtituti, nec vulgo cogniti haberentur; tamen per impietatem ſibi Epiſcopatus titulum procurarunt*. In tanta namque rerum perturbatione patebat quibuſcumque ſceleſtis aditus ad Epiſcopatus: ſimulac enim effecti eſſent Catholicæ militiæ deſertores, & transfugæ ad caſtra impietatis, illic inter primos militiæ ordines cooptati, mox quaſi portentum, ex improviſo apparebant Epiſcopi. Erant hæ ad ſectam illecebræ, & quidem potentes ad alliciendos animos omnium, quorum non eſſet ſolidum inconcuſſumque fidei robur: cum contra Orthodoxi traducerentur infamia, proſcriptione atque exilio damnarentur. At quod rurſum ad Epictetum pertinet: diverſus hic omnino eſt ab illo Corinthiorum Epiſcopo ejuſdem nominis viro, ad quem extat Athanaſii Epiſtola: hunc enim de quo habetur ſermo, Arianum, illum vero Apollinarianum fuiſſe liquet, de quo ſuo loco dicturi ſumus ex ipſo Athanaſio (*a*), & Epiphanio (*b*).

(*a*) *Athan. ad Epictetum.* (*b*) *Epiph. hæreſ. 76.*

LXI. Conſtantius vexat Oſium Epiſcopum Cordubenſem.

Ut autem ad inſtitutam narrationem de Conſtantii perſecutione redeamus: tantum abeſt ut Liberii exilio ipſe fuerit exatiatus, ut majorem inde in cæteros magni nominis Catholicos viros ſæviendi acerbitatem conceperit: utpote indignum ratus audere quemquam vexillum confeſſionis attollere, ſignifero ipſo Catholici nominis in exilium relegato: vehementiore: itaque impetu furorem ſuum convertit in Oſium Epiſcopum Cordubenſem, gloria confeſſionis illuſtrem, & toti Orbi Chriſtiano ob res præclare geſtas fama conſpicuum, de cujus adverſus Conſtantium certamine hæc Athanaſius habet, (*c*): *Tantis & talibus ſceleribus factis, nihil omnino adhuc ſe feciſſe Ariani arbitrabantur, quamdiu magnus ille Oſius eorum malitiam expertus non eſſet: nam in eum talem tantumque virum ſuam rabiem protendere ſtuduerunt: neque quod pater eſſet Epiſcoporum veriti ſunt; neque quod confeſſor erat, pudore moti; neque quod ſexageſimum annum & eo amplius a confeſſione agebat, reſpexerunt: ſed omnia ſimul vilipendentes, ad ſolam ſuam ipſorum hæreſim oculos intentos habuere, homines re vera neque Deum timentes, neque hominem verentes.*

(*c*) *Athan. epiſt. ad Solitar.*

LXII. Oſii Epiſcopi laudes.

Adorti igitur Conſtantium, talibus verbis alloquuntur: Omnia quidem a nobis facta ſunt: profligavimus in exilium Romanum Pontificem, & jam ante eum extorres fecimus quam plurimos Epiſcopos; loca omnia terroribus implevimus; ſed tamen pro nihilo ſunt tanta tua opera, neque quicquam profecimus, quamdiu reliquus eſt Oſius: quamdiu enim ille in ſuis agit, omnes in ſuis Eccleſiis agere videntur: poteſt ille & verbis, & auctoritate fidei ſuæ omnes contra nos inducere. Hic princeps eſt Synodorum; & ſi quid ſcribit, ubique auditur: hic formulam fidei in Nicæna Synodo concepit, & Arianos ubique pro hæreticis traduxit. Quod ſi ille igitur in ſuo ſtatu maneat, ſupervacuum eſt cæterorum exilium: hæreſis enim noſtra ſtudere cogitur. Incipe igitur & hunc perſequi: neque illi ob annos parcendum putes; ſiquidem hæreſis noſtra non novit ſeniorum canitiem. Auditis igitur iſtorum verbis, non cunctandum ſibi ratus Conſtantius, ut qui virum noſſet, & quoniam auctoritatis ſenex ille eſſet; ſcribit, & edicit, ut ad ſe veniat, quemadmodum & Liberium initio tentavit. Venientem igitur rogabat hominem, & ſolitis ſuis verbis, quibus alios circumvenire pro more habebat, excipit; cohortaturque ut in nos ſubſcriberet, & cum Arianis communionem haberet. Senex vero ejus rei vel auditum ægreferens, mæſtuſque quod vel tinnitum eorum verborum ſentiret, Imperatorem magnis rationibus conterritum de ſententia deduxit; atque ita in patriam ſuam atque Eccleſiam rediit.

Verum cum Ariani denuo lamentarentur, Imperatorem irritarent; & eunuchi ſermonibus ſervientes, eum majorem adhuc in modum exacerbarent; ſcribit denuo cum minis ad Oſium. Ille autem contumeliis quidem afficiebatur, ſed tamen ob terrorem illos de ſententia ſua non deſciſſit, & decretum animi conſtanter retinuit; quippe qui ſupra firmam petram fidei domicilium ſuum ædificaverat; & liberrime contra hæreſim, imbres & ventos epiſtolarum minas arbitrans, locutus eſt. Subinde igitur Conſtantio ſcribente, & nunc quidem blandiente, patremque eum appellante, nunc interminante, & relegatos enumerante, & his verbis eum conveniente: Solus ne etiamnum hoſtis hæreſeos manebis? Obſequere, & ſcribe contra Athanaſium; qui enim contra eum ſcribit, ille plane nobiſcum Arianas ſententias amplectitur. Nihil ad iſta expavit Oſius, quin inter contumelias, quas patiebatur, ejuſmodi ſcripſit epiſtolam, quam ipſi legimus, & ad finem adjecimus:

LXIII. Iterum tentatur Oſius.

Oſius Conſtantio Imperatori S. P. D. LXIV.

Oſii ad Conſtantium Epiſtola.

Ego confeſſionis munus explevi, primum cum perſecutio moveretur ab avo tuo Maximiano. Quod ſi tu quoque perſecutionem moves; etiam nunc ad quidvis potius ſuſtinendum paratus ſum, quam ut effundam innocentem ſanguinem, & veritatem prodam. Teque nequaquam probo talia

lia

lia ſcribentem, & iſtiuſmodi minas denunciantem. Deſinas igitur iſtiuſmodi ſcribere, neque ſentias cum Ario, neque audias Orientales, neque Urſacio & Valenti fidem habeas: quæ enim illi dicunt, non ob Athanaſium, ſed ob ſuam hæreſin dicunt. Mihi crede, qui tuus avus ætate eſſe poſſem. Fui ipſe in Sardicenſi Concilio, cum tu, tuuſque frater beatus Conſtans nos omnes eo convocabat; ipſeque ultro Athanaſii inimicos provocavi, cum ad Eccleſiam, ubi ego commorabar, adveniſſent, ut, ſi quid contra eum haberent, ederent; promiſique eis ſecuritatem, neve quicquam aliud expectarent, quam rectum in omnibus judicium; idque non ſemel, ſed bis feci. Quod ſi nollent rem ab univerſa Synodo diſceptari; ſaltem me Judice uterentur: promiſique etiam, nos Athanaſium, ſi in noxa reperiretur, omnibus modis ejecturos eſſe. Quod ſi innocens deprehendatur, & vos oſtenderit calumniatores, & æque illum recuſaveritis: ego illi perſuadebo, ut mecum in Hiſpanias veniat. Athanaſius autem his conditionibus obtemperavit, nihil contra oblocutus: illi vero, ad omnia æque diffidentes, receſſerunt.

LXV.

Oſius defendit Athanaſium.

Athanaſius deinde tuis litteris accerſitus venit in caſtra tua, omneſque inimicos ſuos, qui Antiochiæ præſto erant, ſigillatim accerſiri juſſit, ut aut redarguerent, aut redarguerentur, & aut ſi præſentem commonſtrarent ea feciſſe quæ objecerant; aut ne abſentem calumniarentur. Sed ne te quidem hæc ipſis denunciantem ſuſtinuerunt, minime iſtiuſmodi conditiones admittentes. Cur igitur nunc audis obtrectatores ejus? Aut cur toleras Valentis & Urſacii criminatores, pœnitentia & ſcripto profeſſos, ſe calumniam feciſſe? Confeſſi enim ſunt ſuam ſycophantiam, non vi adacti, ut ipſi cauſantur, cum nulli ibi milites incumberent, & tuus frater neſciret. Nihil enim tale ſub ipſo agebatur, qualia nunc fiunt: ſed illi ultro Romam venerunt, & coram Epiſcopo presbyteriſque ibi præſentibus confeſſionem ſuam ſcripto ediderunt, cum prius pacatas litteras & amicas ad Athanaſium dediſſent. Quod ſi iis libet vim cauſari, idque pro malo habent, nec a te probatur: omitte igitur & tu violentiam tuam, nec litteras ſcribe, nec Comites mitte, ſed relegatos exiliis libera: ne te de vi querente, majorem vim illi ſub tuo nomine exerceant. Quid enim tale a Conſtante actum eſt? aut quis ibi Epiſcopus relegatus? aut quando judiciis Eccleſiaſticis interfuit? aut quis ipſius Palatinus vim adhibuit, ut contra aliquem ſubſcriptio fieret? ut idem Valens cum ſuis aliquid colligat, habeatque quod objiciat.

LXVI.

Deſinet, quæſo, & memineris te mortalem eſſe; reformida diem Judicii; ſerva te in illam diem purum; ne te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis hoc in genere præcipe, ſed, potuit ea a nobis diſco. Tibi Deus Imperium commiſit; nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit. Et quemadmodum qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ; ita & tu cave, ne, quæ ſunt Eccleſiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. Date (ſcriptum eſt a) quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo. Neque enim fas eſt nobis, in terris Imperium tenere; neque tu thymiamatum & ſacrorum poteſtatem habes, Imperator. Hæc quidem ob curam tuæ ſalutis ſcribo; & de iis quæ in Epiſtolis ſcribis, hanc meam ſententiam accipe. Ego neque Arianis aſſideo, neque ſuffragor, ſed eorum hæreſin anathemate damno: neque ita Athanaſium accuſationibus ſubſcribo; quem nos, & Romana Eccleſia, & univerſa Synodus innocentem pronunciavit. Nam & tu quoque cum rem cognitam perſpectamque haberes, Athanaſium accerſiviſti; feciſtique ei copiam, ut cum honore in patriam & in Eccleſiam reverteretur. Quæ igitur cauſa eſt tantæ hujus mutationis, cum iidem inimici ejus ſint, qui antea fuerunt? & quæ nunc ſuſurrant, nihil eorum, cum ille præſens eſſet, hiſcere audebant; ſed ea, antequam accerſeres Athanaſium, obmurmurabant: quo tempore a me conventi (quemadmodum ſuperius dixi) ut ederent criminum documenta, nihil in medium adducere potuerunt: nam ſi quicquam potuiſſent, non ita turpiter aufugiſſent. Quis te igitur induxit, ut poſt tantum temporis, tuarum litterarum & ſermonum obliviſcereris? Inhibe te, quæſo, neque aures præbeas malis hominibus, neque ob mutuas invicem cum illis gratificationes te ipſum reum facias. Quæ enim eis indulſeris, de illis in Judicio ſolus cogeris cauſam reddere: iſti ſuum inimicum per te ſatagunt injuria afficere, teque volunt miniſtrum ſuæ malitiæ eſſe, ut per te deteſtabilem hæreſin in Eccleſia ſeminent. Non eſt prudentis, in gratiam alienæ libidinis ſe ipſum in periculum certum conjicere. Deſine, quæſo, & auſculta mihi, Conſtanti: hoc enim decet & me ſcribere, & te non viliſpendere: Hactenus Epiſtola; ſubdit Athanaſius: *Hæc Abrahamicus ille ſenex, vere Oſius, ideſt ſanctus, & ſenſit, & ſcripſit.*

Oſii conſtans, & pia admonitio.

(a) Matth. 22. Luc. 20.

Ille autem neque inſidias de manibus depoſuit, neque criminandi occaſiones quærere deſiit, ſed gravius ſemper minabatur, ut eum vi oppreſſum in ſuas partes transferret, aut inobſequentem exterminaret. Sed ut occaſionem Duces & Satrapæ Babylonis ſedulo quærentes contra Danielem, non inveniebant, niſi ex cauſa legis Dei; ita nunc quoque Satrapæ impietatis ne fingere quidem quicquam contra ſenem potuerunt. Omnibus enim ille notus erat,

LXVII.

Quid Aulici in Oſium.

at

Digitized by Google

ac verus pro nomine Oſius, hoc eſt, ſanctus, habebatur, vitaque ejus irreprehenſibilis, niſi ex odio ejus contra hæreſin crimen mutarentur. Calumniabantur igitur eum, ſed non ut illi (a) *Danielem apud Darium illibenter talia audientem, ſed ut Jezabel* (b) *contra Naboth, & ut Judæi apud Herodem, his verbis agentes: Non ſolum non ſubſcripſit contra Athanaſium, ſed & nos ob Athanaſium condemnat, & hæreſin tali odio perſequitur, ut aliis ſcribat, melius eſſe mortem perferre, quam proditores fieri veritatis: ob hæreſin deinde ait dilectum fratrem Athanaſium perſecutionem ſuſtinere, & Liberium Romanum Epiſcopum, cæteroſque omnes inſidiis tentari.*

(a) Dan. 6.
(b) 3. Reg. 21.

LXVIII. *Hæc cum audiſſet impietatis propugnator Conſtantius Cæſar, & quod alii eſſent per Hiſpanias ejuſdem cum Oſio ſententia; quos cum ſolicitaſſet ad ſubſcriptionem, impellere nequiviſſet; accerſit Oſium, & pro exilio detinet illum integrum annum Sirmii, nihil veritus impius nec Deum, nec patris ſui, quem erga Oſium habebat, affectum; nec ſenectutem hominis jam centenarii inhumanus ille reſpexit; omnia namque ob amorem hæreſis neglexit hic novus ille Achab, & noſtris temporibus ſecundus Balthaſar.* Hactenus Athanaſius; quæ autem poſt hæc de Oſio ſubdit, ſuo loco dicemus.

Detinetur Oſius ab Imp.

LXIX. At Ariani, qui adeo impie exagitabant tam inſignes ac nobiles Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopos, nequaquam pepercerunt clericis inferioris ordinis, & laicis Catholicæ fidei profeſſoribus. Nam Conſtantius, iiſdem Arianis impellentibus, ad provinciarum Rectores litteras dedit, cum mandatis, ut omnes Orthodoxos compellerent communicare cum Arianis Epiſcopis, quos illi in Catholicorum locum ſubrogaverant: ſciebat enim Orthodoxos clericos & populum eos exhorreſcere, & penitus execrari, nullaque cum illis communicatione fieri velle participes. Hæc ſciens & legens S. Hilarius Pictavienſis haud ita pridem Epiſcopus factus, ſupplicem libellum ad Conſtantium Imperatorem dedit hoc ipſo anno (ut ex ejus contextu apparet) quo ceſſare jam mala hæc, & Epiſcopos recens in exilium ejectos reſtitui, exoravit. Quam vero opportune Deus conſuluit deploratiſſimis hiſce temporibus, ut Eccleſiæ Gallicanæ tam immani turbine perſecutionis exagitatæ, ipſo Imperatore Conſtantio præſentia ſua urgente, & Arianorum antesignanis, ac ſimul primario Epiſcopo Galliarum Arelatenſe Saturnino, in eam ſimul conſpirantibus, Hilarium daret Pictavorum Epiſcopum, qui periclitanti fidei præſto eſſet, labanteſque fratres erigeret, ac ſtantes firmius ſolidaret.

Clerici omnes & laici vexati perſecutione Conſtantii.

LXX. Quando autem ipſum contigerit creari Epiſcopum, haud ſatis exploratum haberi poteſt. Quod vero de eo nulla prorſus mentio habeatur in conciliabulo Arelatenſi, ex quo nominati Epiſcopi exularunt; quodque ipſe teſtetur, nonniſi a tempore Concilii Biterrenſis ſe cum aliis Epiſcopis Gallicanis ſeparaſſe a communione Saturnini: Hilarium poſt illud conventiculum fuiſſe creatum Epiſcopum, opinari quis poteſt. Præcelſa hæc erat in ſilva Gentilium arbor, quam ad magnæ Eccleſiæ uſum ſummus ille architectus aptavit; nam S. Hieronymus propheticum illud oraculum apud Iſaiam (c). *Gloria Libani adveniet in cypariſſo, pinu, & cedro.* Cypriano & Hilario accommodans ait: *Vir ſanctus & eloquentiſſimus martyr Cyprianus, & noſtri temporis confeſſor Hilarius, nonne tibi videntur excelſæ quondam in ſæculo arbores, ædificaſſe Eccleſiam Dei?* Sed & jam provecta prope ætate factum eſſe Chriſtianum, illud perſuadet, quod ipſe teſtatur (d), poſt philoſophos cognitos, ac vanos deprehenſos, divinæ Scripturæ libros perſcrutatum eſſe, atque ex eis veri Dei cultum accepiſſe; veritateque perveſtigata & inventa, ac perfecte cognita, ſe tandem in claſſem Fidelium per lavacri Sacramentum conjeciſſe. Plurimum quidem ad pietatem eidem contuliſſe Heliodorum presbyterum, par eſt credere: nam & eumdem habuit in Græcis litteris monitorem (e).

Hilarius creatus Epiſc. Pictavienſis.

(c) Iſai. 50. ſecundum LXX.
(d) Hilar. De Trinit. lib. 1. circa prin.
(e) Hieron. epiſt. 141.

LXXI. Redditus vero, veluti miraculo magno Fidelium omnium gaudio, Chriſtianus; aliquo temporis ſpatio interlapſo, defuncto Pictavienſis civitatis, cujus & civis erat, Epiſcopo, miro univerſorum conſenſu fuit ejus ſedis electus Antiſtes, quamtumlibet (ut auctor eſt Fortunatus) conjugatus eſſet, & filia una auctus. Cur autem conjugatos contigerit eligi Epiſcopos, rationem reddit S. Hieronymus (f), noſque de his primo tomo Annalium pluribus egimus; ut opus non ſit hic eadem repetere. Cæterum ſic electorum ea ex legibus Eccleſiaſticis conditio erat, ut, quod ad procreationem liberorum ſpectat, deſinerent eſſe mariti. *Certe* (inquit Hieronymus ad Jovinianum) *confiteris non poſſe eſſe Epiſcopum, qui in Epiſcopatu filios faciat; alioqui ſi deprehenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur.* Quod quidem præſtitum eſſe a S. Hilario, quis poterit dubitare? cujus animus virginalis amantiſſimus integritatis, filiam quoque ſuam, quam unice diligebat, virginem conſervare atque Deo dicare quantopere expetierit, quæ ad eam ſcripta ab ipſo extat epiſtola, docet. Videas in ea virum ſanctiſſimum, pariterque eloquentiſſimum, ſtylum ſui natura ſublimem inclinare puellæ, & de induſtria humilem reddere, atque ad perſuaden-

Hilarius conjugatus eſt electus Epiſcopus.

(f) Hieron. contra Jovin. l. 1.

dendum facilem, ſimplicibuſque virginis auribus accommodare.

LXXII. Hilar. inſurgit in Conſtantium. Sic igitur a populo ex inſperato ad ſedem Epiſcopalem evectus Hilarius, divinaque ope ad fortia peragenda forti animo roboratus: oculos in acerbiſſimam Eccleſiæ cladem conjiciens obfirmanſque, ejus miſeratus, mox in occurſum robore ſacerdotali conſurgit, atque auctorem omnium Conſtantium Imperatorem libello ſcripto convenit, eique vel invito ob oculos ponit miſerandum illius temporis ſtatum, lugubremque Eccleſiæ faciem repræſentat. Ac primum omnium efferatum Arianorum ſuggeſtionibus, cruentumque domeſticorum cædibus Imperatoris animum demulcere atque lenire conatus eſt: graviſſima poſt hæc Invectiva inſectatus Arianos Epiſcopos ad mala omnia perpetrata egregie comparatos artifices, ipſum Auguſtum eiſdem faventem, & ad nutum obtemperantem eadem oratione perſtrinxit. Sed ipſum jam hic apponamus libellum, quo primum bellum adverſus Arianos ipſe legitur auſpicatus; ſic enim ſe habet (a):

(a) Hilar. ad Conſt.

LXXIII. Hilarii libellus pro Catholicis. *Benignifica natura tua, domine beatiſſime Auguſte, cum benigna voluntate concordat. Et quoniam de fonte paternæ pietatis tua miſericordia largiter profluit; quod rogamus, facile nos impetrare poſſe confidimus. Non ſolum verbis, ſed etiam lacrymis deprecamur, ne diutius Catholica Eccleſiæ graviſſimis injuriis afficiantur, & intolerabiles ſuſtineant perſecutiones & contumelias; &, quod eſt nefarium, a fratribus noſtris. Provideat & decernat clementia tua, ut omnes ubique Judices, quibus provinciarum adminiſtrationes creditæ ſunt, ad quos ſola cura & ſollicitudo publicorum negotiorum pertinere debet, a religioſa ſe obſervantia abſtineant; neque poſthac præſumant, atque uſurpent; & putent ſe cauſas cognoſcere clericorum, & innocentes homines variis afflictationibus, minis, violentia, terroribus frangere atque vexare.*

LXXIV. Judices ſæculares abſtinent à cauſis Clericorum. *Intelligit ſingularis & admirabilis ſapientia tua, non decere, non oportere cogi & compelli invitos ac repugnantes, ut ſe his ſubjiciant, & addicant vi oppreſſi, qui non ceſſant adulterinæ doctrinæ corrupta ſemina ſpargere. Idcirco laboratis, & ſalutaribus conſiliis Rempublicam regitis, excubatis etiam & vigilatis; ut omnes, quibus imperatis, dulciſſima libertate potiantur. Non alia ratione quæ turbata ſunt, componi; quæ divulſa ſunt, coerceri poſſunt; niſi unuſquiſque, nulla ſervitutis neceſſitate adſtrictus, integrum habeat vivendi arbitrium.*

LXXV. *Certe voces exclamantium a tua manſuetudine exaudiri decet: Catholicus ſum; nolo eſſe hæreticus; Chriſtianus ſum, non Arianus: & melius eſt mihi in hoc ſæculo mori, quam alicujus privati potentia dominante, caſtam veritatis virginitatem corrumpere. Æquumque debet videri ſanctitati tuæ, glorioſiſſime Auguſte, ut qui timent Dominum Deum & divinum judicium, non polluantur aut contaminentur execrandis blaſphemiis; ſed habeant poteſtatem, ut eos ſequantur Epiſcopos & Præpoſitos, qui & inviolata conſervant fœdera charitatis, & cupiunt perpetuam & ſinceram habere pacem. Nec fieri poteſt, nec ratio patitur, ut repugnantia congruant, diſſimilia conglutinentur, vera & falſa miſceantur, lux & tenebræ confundantur, dies quoque & nox habeant aliquam conjunctionem. Si igitur (quod ſine dubitatione & ſperamus & credimus) hæc permovent non inſitam, ſed ingenitam tuam bonitatem: præcipe, ut non ſtudium, non gratiam, non favorem, locorum rectores graviſſimis hæreticis præſtent. Permittat lenitas tua populis, ut quos voluerint, quos putaverint, quos elegerint, audiant docentes, & divina myſteriorum ſolemnia concelebrent, & pro incolumitate & beatitudine tua preces offerant. Non quiſquam perverſus aut invidus maligna loquatur. Nulla quidem ſuſpicio erit non modo ſeditionis, ſed nec aſperæ murmurationis; quieta ſint omnia & verecunda.*

Voces piorum tempore perſecutionis.

LXXVI. Arianorum ſtudia & artes. *At nunc qui Ariana & peſtifera contagione inquinati ſunt, non ceſſant ore impio & ſacrilego animo Evangeliorum ſinceritatem corrumpere, & rectam Apoſtolorum regulam depravare: divinos Prophetas non intelligunt; callidi & aſtuti artificio quodam utuntur; incluſam pernicioſam corruptelam exquiſitorum verborum velamine contegunt: non prius venenatum virus infundunt, quam ſimplices & innocentes ſub prætextu nominis Chriſtiani raptos atque irretitos involvant, ne ſoli pereant, ſed participes horrendi criminis ſui reos faciant. Et hoc obſecramus pietatem tuam, ut eos, qui adhuc, egregii videlicet ſacerdotes, qui tanti nominis præpollent dignitate, aut in exilio, aut in deſertis locis tenentur, jubeas ad ſedes ſuas remeare; ut ubique grata libertas ſit, & jucunda lætitia.*

LXXVII. Novum inventum Arianæ hæreſis. *Quis non videt? quis non intelligit? poſt quadringentos fere annos, poſtquam Dei unigenitus Filius humano generi pereunti ſubvenire dignatus eſt; quaſi ante non Apoſtoli, non poſt eorum martyria & exceſſus, fuerint Chriſtiani; novella nunc & teterrima lues non corrupti aeris, ſed execrandorum blaſphemorum Ariana effuſa eſt. Ita ne illi, qui ante crediderunt, inanem ſpem immortalitatis habuerunt? Nuper didicimus, commenta hæc fuiſſe inventa, & a duobus Euſebiis, & a Narciſſo & Theodoro, ab Stephano, & Acacio, & Menophanto, & imperitis atque improbis duobus adoleſcentibus Urſacio & Valente, quorum epiſtola proferuntur, & idoneis teſtibus etiamnum con-*

vincuntur, qui eos magis oblatrantes, quam diſputantes audierint, quibuſque communionem ſuam imprudentes & ineaute commiſcent; quia fient ſocii ſcelerum, participes criminum, neceſſe eſt etiam, eos qui in hoc ſæculo abjecti ſunt & abdicati, cum advenerit dies Judicii, pati ſupplicia ſempiterna.

LXXVIII. Perſecutorum ſævitia. *Jam nemini dubium eſt, cujuſcemodi curam in abſolutionem Athanaſii, ſancti viri illi receperint, ut poſt Synodi ſententias, quas pro ſacerdotalis judicii reverentia fas fuerat ſacerdotali vel Eccleſiaſtica continentia contineri, ſcribi ad Regem, legationemque inſtrui oportuerit. Sed quid aliud hic litteris, quam libertatem fidei, & contagionem Ariani nominis deprecantur, orantque vincula, carceris tribunalia, & omne illud ferale habitum, novas etiam in reos quæſtiones inhiberi? Deus cognitionem ſui docuit potius quam exegit; & operationum cæleſtium admiratione præceptis ſuis concilians auctoritatem, coactam confitendi ſe aſpernatus eſt voluntatem. Si ad fidem veram iſtiuſmodi vis adhiberetur; Epiſcopalis doctrina obviam pergeret, diceretque: Deus univerſitatis eſt, obſequio non eget neceſſario, non requirit coactam confeſſionem; non fallendus eſt, ſed promerendus; noſtra potius, non ſua cauſa venerandus eſt. Non poſſum niſi volentem recipere, niſi orantem audire, niſi profitentem ſignare; ſimplicitate quærendus eſt; confeſſione diſcendus eſt; charitate amandus eſt; timore venerandus eſt; voluntatis probitate retinendus eſt.*

LXXIX. Arianorum facta. *At vero quid iſtud, quod ſacerdotes timere Deum vinculis coguntur, pœnis jubentur, ſacerdotes carceribus continentur; plebs in cuſtodiam catenati ordinis conſtricta diſponitur, virgines nudantur ad pœnam, ſacrata Deo corpora publico expoſita conſpectui ad fructum ſpectaculi & quæſtionis aptantur? Cogunt nempe, non ut Chriſtiani omnes ſint, ſed ut Ariani; & confeſſam in Deo fidem ad conſortium piaculi ſui ſceleris compellunt: auctoritate etiam nominis ſui, in errorem Imperatorem tranſducunt; rectum affirmantes, ut ſub ſpecie timoris Dei in hac perverſitate ſubditos ſibi tradant: quæſtiones poſcunt, judiciorum ſubſidia deſiderant, auctoritatem regiam implorant; & nec ſic perverſitatem ſceleris ſui erubeſcunt, extorquere conniventiam plebium, nec cogi de jure poterunt.*

LXXX. Damnati Ariani magis inſaniunt. *Hæc ſi de veteribus chartulis prolata ætatis noſtræ tempus inſtruerent; ambigendum (ut opinor) tantis de rebus fuiſſet, & cum ab aliis quibuſque pronunciari poſceretur reus, quæreretur in fidem litterarum, in Judicum vitam, in accuſatorum fidem, in ipſius quoque hominis mores atque actus: moveret enim abſolutionem ejus Arianorum juncta damnatio, magnique periculi eſſet, judicium ſimul cum reatus & innocentiæ non ſuſcepta rurſum inquiſitione diſſolvere; totaque in patrocinium ſuum cum fidei doctrina auctoritas ſibi antiquitatis aſſiſteret. At cum ipſi qui tunc Ariani hæretici damnati ſunt, rem exagitent, turbent omnia, omneſque ex poteſtate, & ambitione corrumpant; & Athanaſius, ſi fuit, eſſe adhuc reus poteſt; teſtes loquantur, videant Judices, fidei doctrina præceptis Evangelicis atque Apoſtolicis eluceat: quæ obtuſio intelligentiæ eſt? quæ cordis hebetudo? quæ oblivio ſpei? quæ ſors ſcelerum? quod odium veritatis? in damnatorum favorem * Dei amorem tranſducunt. Venio nunc ad id quod recens geſtum eſt, &c.* nempe ad exilium Euſebii Vercellenſis, & Dionyſii Mediolanenſis, de quibus ſuperius actum hoc anno eſt: unde apparet, poſt dictorum Epiſcoporum exilium hæc a S. Hilario ad Conſtantium eſſe conſcripta.

* furorem.

Sed dicet aliquis: Unde accidit, ut, exulantibus cæteris Orthodoxis, Hilarius adhuc liber in ſua permitteretur Eccleſia permanere? Dicam ingenue hac in re quid ſentiam. Non enim id ex patientia, vel clementia Conſtantii Imperatoris accidit, cujus furor atque ſævitia ad exturbandum Romanæ ſedis Epiſcopum, & toti Orbi ſpectatum Oſium ex Hiſpania abducendum, præcipiti Arianorum impulſu progreſſa eſſet; ſed quod barbaris in Gallias irrumpentibus, neqoaquam tempus viſum eſt opportunum Gallorum animos exacerbandi, quos ſciebat bene Catholicos, & a majoribus acceptam fidem inviolatam firma conſtantia cuſtodire. De barbarorum enim motibus in Gallias hoc anno ſub dictis Arbetione & Lolliano Conſulibus, Ammianus his verbis meminit (*a*) poſt recenſitam Liberii Papæ ab Urbe exturbationem: *Conſtantium vero exagitabant aſſidui nuncii, deploratas jam Gallias indicantes, nullo renitente, ad internecionem barbaris vaſtantibus univerſa. Æſtuanſque diu, qua vi propulſaret ærumnas, ipſe in Italia reſidens, ut cupiebat, (periculoſum enim exiſtimabat ſe in partem contrudere longe dimotam) reperit tandem conſilium rectum; & Julianum patruelem fratrem, haud ita dudum ab Achaja contractum, ac ritu etiam tum palliatum, in ſocietatem Imperii adſciſcere cogitabat.* Quod (ut dicemus) perfecit. LXXXI. Hilarius cur relictus liber in Eccleſia.

(*a*) *Ammi. Marcell. l. 15.*

His igitur afflictus moleſtiis, & laceſſitus periculis, abſtinuit Conſtantius hoc anno ab Hilario & aliis Epiſcopis Gallicanis: immo ad continendum in officio populum illum titubantem, videri voluit, Hilario, ea petenti, aliquid indulſiſſe. Quoniam, inquam, inter alia a Conſtantio illud Hilarius expetierat eo libello, ne Judices uſurparent ſibi negotia Eccleſiaſtica, neve cauſas cognoſcerent clerico- LXXXII. Quid Hilario indulſerit Conſtantius.

(a) L. 12. de Epiſc. & cleric. C. Theod.

LXXXIII. Reſcriptum Conſtantii de judicio Eccleſ.

rum: idem Conſtantius, in gratiam putamus, Hilarii, hoc anno de his ſic reſcripſit ad Severum (a):

Manſuetudinis noſtræ lege prohibemus in judiciis Epiſcopos accuſari; ne, dum adfutura ipſorum beneficio impunitas æſtimatur, libera ſit ad arguendos eos animis furialibus copia. Si quid eſt igitur querelarum, quod quiſpiam defert; apud alios potiſſimum Epiſcopos convenit explorari, ut opportuna atque commoda cunctorum quæſtionibus audientia commodetur. Data epiſtola VIIII. Kalend. Octob. Acc. Non. Octob. Arbetione & Lolliano Coſſ. Hæc Conſtantius; licet, ubi perſecutio vigeret, omnia (ut vidimus) Officiis Palatinis adverſus clericos licenter permiſerit, atque tyrannice agi, cum tamen ſcripta videri voluerit æqui amantiſſimus. Quomodo autem ſedatis belli tumultibus, & imminentibus ex barbaris cladibus propulſatis, coacto in Gallia Concilio Biterrenſi, Hilarius quoque exilio juſſus ſit ſolum vertere, ſuo loco dicendum erit.

LXXXIV. Concilium Conſtantii de creando Cæſare Juliano.

At ex barbaricis hiſce in Galliis motibus accidit opportuna occaſio Juliano, ut ex pallio philoſophi, Athenis (ut vidimus) accepto, ad imperium aſſumeretur. Quo pacto autem id acciderit, ex Ammiano dicamus, mox ad inſtitutam auctamque perſecutionem adverſus reliquos, qui adhuc ſupererant agentes in ſedibus ſuis, Epiſcopos reverſuri. Fuit itaque Conſtantii Imp. conſilium, ad comprimendos barbaros vexantes Gallias Julianum mittere, eumque creare Cæſarem. De his enim Ammianus (b) agens, hæc ait: *Conſtantius, ad urgente malorum impendentium mole, confeſſus eſt proximis, ſuccumbere tot neceſſitatibus, tamque crebris, unum ſe (quod nunquam fecerat) aperte demonſtrans. Illi in aſſentationem nimiam eruditi, infatuabant hominem, nihil eſſe ita aſperum dictitantes, quod præpotens ejus virtus, fortunaque tum vicina ſideribus non ſuperaret ex more. Addebantque noxarum conſcientia ſtimulante complures, deinceps cavere debere Cæſaris nomen, replicantes geſta ſub Gallo: quibus adultoribus obſtinate, opponebat ſe ſola Regina, incertam migrationem ad longinqua pertimeſcens, ac pro nativa prudentia conſulens in commune, omnibuſque memorans anteponi debere propinquum. Poſt multa quæ per deliberationes ambiguas actitaras, ſtetit fixa ſententia; abjectiſque diſputationibus irritis, ad Imperium placuit Julianum aſſumere.*

(b) Ammian. l. 15.

LXXXV. Julianus creatus Cæſar.

Quomodo autem ipſum accitum induit purpuram, idem auctor pluribus proſecutus eſt, atque in fine addit: *Hæc die octavo Iduum Novembrium geſta ſunt, cum Arbetionem Conſulem annus haberet & Lollianum. Deinde diebus paucis Helena virgine Conſtantii ſorore, eidem Cæſari jugali fœdere copulata, paratiſque univerſis, quæ maturitas proficiſcendi poſcebat, comitatu parvo ſuſcepto, Kalendis Decembris egreſſus eſt; deductiſque ab Auguſto ad uſque locum duabus columnis inſignem, qui Laumellum interjacet & Ticinum, itineribus rectis Taurinum pervenit &c.* Subdit de eodem, cum Viennam perveniſſet, ab anu luminibus orba acclamatum, ipſum deorum templa reparaturum. Viſum eſt hoc admirandum: nam ait Eunapius (c), Julianum in Gallias venientem, ab omnibus ignoratum, quod deorum cultui addictus foret.

(c) Eunap. in Vit. Philoſ.

LXXXVI. Julianus in Gallia favit Catholicis.

At non ipſe tantum prætulit in Galliis Chriſtianum; ſed ut populi illius, quem ſciret eſſe Catholicum, animos ſibi conciliaret, favit quoque Catholicis, & ejuſdem provinciæ Eccleſiæ Epiſcopos officiis pluribus conatus eſt demereri: qui enim Cæſar jam factus plenum imperium affectabat, hac arte ſe piis populis ſtuduit inſinuare, quibus haud ignorabat inviſum atque peroſum eſſe Conſtantium. Præſto quidem fuiſſe Julianum S. Hilario Epiſcopo Pictavienſi, non obſcure ipſe ſignificat in libro ad Conſtantium (d) ab exilio ſcripto, verbis illis: *Nec levem habeo querelæ meæ teſtem, dominum meum religioſum Cæſarem tuum, Julianum, qui plus in exilio meo a malis contumeliæ, quam ego injuriæ, pertulit.* Hæc ipſe.

(d) Hilar. ad Conſtantium.

LXXXVII. Juliani artes ſubdolæ.

Sic itaque Julianus, ut Orthodoxæ fidei ſtudioſos conciliaret ſibi Galliarum populos, non tantum, licet intus idololatra, & impius eſſet, Chriſtianus voluit apparere, ſed & Catholicus, atque favere Catholicis; cujus rei cauſa etiam aliquam contumeliam ab Arianis (ut ait Hi-

PAGIUS IV.

Julianus fit Cæſar.

Ad num. LXXXIV. & ſeq. *Julianus* hoc anno a Conſtantio Cæſar creatus, Galliiſque præpoſitus; quod in Italia factum, teſte Zoſimo initio libri 3. & quidem Mediolani, ut Hieronymus in Chronico ſcribit. *Peracta ea nuncupatio VIII. Idus Novemb.* ut Ammianus lib. 15. & Idacius in Faſtis, non vero VIII. Idus Octob. ut perperam Auctor Chronici Alexandrini. Ammiano & Idacio ſuffragatur Polemius Silvius in fragmento Laterculi anno CCCCXLIX. editi, & a Bollando in Præfatione tomi primi ad menſem Januarii pag. 43. recitati, ubi ad octavum Idus Novembris legitur: NATALIA JULIANI; qui dies natalis Imperii ejus Cæſarei, non vero natalis ejus genuinus, ut credidit Cangius in Familiis Byzantinis Auguſtis. Ex Italia Kal. Decembris *Julianum* in Gallias pergentem media hieme (ut ipſe teſtatur in epiſtola ad Senatum Populumque Athenienſem pag. 510. & Libanius in Juliani Conſulatu pag. 136. & in Necem Juliani pag. 270.) *Conſtantius* deducit ad locum uſque duabus columnis inſignem *inter* Laumellum & Ticinum, unde mox Julianus Taurinos pervenit, teſte Ammiano lib. 15.

Google

Hilarius) paſſus eſſet: cum tamen re vera ipſe, atpote educatus (at dictum eſt) ab Euſebio Nicomedienſi Arianorum anteſignano, Ario addictiſſimus fuiſſet: quod ſane idem ipſe Julianus in una Epiſtolarum, quas ſcripſit ad Alexandrinos (deſcribemus eam ſuo loco) teſtatur, cum ipſum Athanaſium impium, tam etiam impiam ejus doctrinam appellans. At de Juliani rebus in Gallia geſtis, ſequenti anno agemus. Cæterum quod ad ejuſdem Juliani electionem in Cæſarem ſpectat; nihil tam proprium accidit, quam ut impius Imperator duplo impium adſciverit ſibi Cæſarem, a quo juſto atque æquè penſato Dei judicio expelleretur ab Imperio. Cæteram Gregorius Nazianzenus, (a) acriter invehitur in Conſtantium, quod Julianum creans Cæſarem, tamquam facem facemque in Orbem invexerit.

(a) Gregor. Nazian. in Julian. orat. 2.

LXXXVIII. Constantii perſecutionis acerbitas.

Ad hæc de creatione Juliani Cæſaris digreſſa oratio, revocetur ad perſecutionem in Occidentalem Eccleſiam a Conſtantio excitatam; in qua ex iis quæ dicta ſunt de quarumdam Eccleſiarum vexatione, quid cæteræ paſſæ ſint, licet potius exiſtimare, quam ſcribere: ſi enim tot tantaque eſſe monſtrantur, quæ ex diverſorum ſcriptorum temporum illorum fragmentis collecta, nuper recenſuimus; qualianam quantave reliqua fuiſſe putanda ſunt, quæ ſepulta ſilentio remanſerunt? cum ſi vel unius ſaltem Eccleſiæ, cui Catholicus in communione Catholica cleri atque populi præeſſet Epiſcopus, res conſcriptæ fuiſſent, grande volumen ex illatis ab Arianis cladibus procuidubio diligens hiſtoricus confeciſſet.

LXXXIX. Trans mare quoque adverſus Catholicos Africanos Conſtantii furorem progreſſum eſſe, & interjacentes aquas flagrans perſecutionis incendium ſuperaſſe, Athanaſii (b) aſſertione compertum habetur; licet, quid ſpeciatim paſſæ ibi ſint Orthodoxorum Eccleſiæ, nulla prorſus ſcriptorum memoria poſteris traditum ſit. Certe quidem quod de eis Conſtans frater optime meritus fuerit; Conſtantium (cujus illud præcipuum ſtudium fuiſſe viſum eſt, ut a fratre pro Catholicis bene ſtatuta conſcinderet, & illis contraria omnino decerneret) in Africanos Catholicos acrius ſæviiſſe, facile ut credamus, inducimur; inſtigantibus præſertim ad hoc eum, etiam ſi ipſe torpeſceret, Donatiſtis, ab eodem Conſtante Imperatore (ut ſuo loco ſuperius dictum eſt) pro eorum impietate jure vexatis. Sed exciderant de his omnia monumenta, vel ob malorum multiplicitatem atque frequentiam, abſque memoria præteriere.

(b) Athan. Apolog. 2. in fin. Africana Eccleſia vexata a Conſtantio.

JESU CHRISTI ANNUS 356. | LIBERII PAP. ANNUS 5. | CONSTANTII IMP. ANNUS 20.

I. CHriſti ſequitur annus quinquageſimusſextus ſupra trecenteſimum, Conſulatu octavo Conſtantii ac Juliani Cæſaris inchoatus: cujus exordio, nempe octavo Kalen. Februarii, idem Imperator Conſtantius adverſus Aruſpices atque Magos & alios Gentilicia ſuperſtitionis cultores ad populum ſic reſcripſit (c):

Nemo Aruſpicem conſulat, aut Mathematicum, nemo Ariolum. Augurum & Vatum prava confeſſio conticeſcat. Chaldæi, ac Magi, & cæteri, quos maleficos, ob fa-

(c) l. 5. C. de Maleſic. & Mathem.

PAGIUS

SÆC. IV. Anno Urbis 1109. Olymp. 283. an. 4. A. C. 356.

Anno Periodi Græco-Romanæ 5849.

⊙ 2. GF. ☽ 15. P. 7. April. Indict. 24.

Jesu Christi 356.

Liberii Papæ 5.

Constantii Imp. 20.

I. Conſules. II. [1] AD num. I. & ſeqq. *Conſtantius Aug. VIII. & Julianus Cæſar*: hic juxta priorem regulam, ille juxta tertiam.

Conſtantius dedit hoc anno L. 4. Codicis Theod. *De Maleficis & Mathematicis, Mediolani VIII. Kalend. Febr.* qua capite punitur quicumque pro curioſitate futurorum, vel Invocatorem Dæmonum, vel Divinos, quos Ariolos appellant, vel Aruſpicem, qui augutia colligit, conſuluerit. D. Hieronymus Commentario in Daniel. cap. 2. oſtendit, qua nota diſtinguendi ſint omnes illi, qui circa divinandi curioſitatem occupati, hac Lege nominantur: *Quos nos Ariolos, veteri translatio interpretati ſunt, id eſt, incantatores. Ergo videntur mihi Incantatores eſſe, qui verbis rem peragunt: Malefici, qui ſanguine utuntur & victimis, & ſæpe contingunt corpora mortuorum. Porro in Chaldæis γενεθλιαλόγους ſignificari puto, quos vulgus Mathematicos vocat; conſuetudo autem & ſermo communis Magos pro Ma-*

Lex Conſtantii adverſus Maleficos.

Baron. num. 1.

NOTÆ [1] COſ. *Conſtantius Aug. VIII. & Julianus Cæſar.* Ammianus lib. XVI. *Cæſar in collegium faſcium a conſule octies Auguſto adſcitus.* Faſti Idatii & Proſperi chronicon: *Conſtantio VIII. & Juliano Caſ.* Laterculus Paſchalis poſt Gennadium de Viris illuſtribus, in codice Vaticano vetuſtiſſimo: CONSTANT. VIII. ET. JULIANO.

Quid in divinatores & idololatras Conſtantius.

faciaorum magnitudinem, vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo omnis divinandi curioſitas. Etenim ſupplicio capitis ferietur, gladio ultore proſtratus, quicumque juſſis noſtris obſequium denegaverit. Dat. VIII. Kalend. Februarii, Mediolani, Conſtantio A. VIII. * *& Juliano C. Coſſ.*

* VIII.

(a) l. 6. de Pagan. C. Theod.

Idemque ſequenti menſe Februarii adverſus Idololatras ejuſmodi promulgavit (a) edictum: *Pœna capitis ſubjugari præcipimus eos, quos operam ſacrificiis dare, vel colere ſimulacra conſtiterit. Dat. XI. Kalend. Martii, Mediolani, Conſtantio VIII. & Juliano Coſſ.* Has haud dubium veritus eſt ipſe Julianus Cæſar leges; nam de eo Ammianus (b) ſub hoc anno iiſdemque Conſulibus teſtatur, quod noctu ſurgens, occulte ſupplicabat Mercurio. Porro ſanctionem quoque hoc ipſo anno idem Conſtantius (c) edidit adverſus apoſtatas.

(b) Ammian. lib. 16.

(c) l. 1. C. de Apoſtat.

II.

Quid Conſtantius in Eccleſiam Alexandrinam.

Videas ex his omnibus, Imperatorem, ut decebat, Chriſtianæ religionis ſeverum vindicem agere: utinam ſic in Hæreticos, quibus adeo ſævit, ut hæreſis cauſa diram perſecutionem in Eccleſiam concitarit. Nam hoc eodem anno, ipſo exitu menſis Januarii, Alexandrina Eccleſia graviſſima perſecutione ejuſdem Conſtantii Imperatoris juſſu exagitata eſt. Id quidem hoc anno & dicto menſe accidiſſe, litteræ Eccleſiæ Alexandrinæ paulo poſt recitandæ teſtantur: ſed & Athanaſius (d), cum ſcriptis ſuis tradat, ſe de exilio Occidentalium Epiſcoporum tunc accepiſſe nuncium, cum fuga lapſus ad Conſtantium pararet adventum, id pariter affirmare videtur: cum Oſii præſertim exilium, ex iis quæ dicta ſunt, nonniſi in fine anni ſuperioris, vel ſequentis exordio potuerit contigiſſe. At præſtat iſthæc omnia audire ex litteris Alexandrinorum tunc ſcriptis, quibus tragœdiæ totius cataſtrophe in medium, tamquam in ſcena, profertur. Conſtantius enim cum ſubſcriptiones pluimorum Epiſcoporum adverſus Athanaſium extorſiſſet, quaſi jam tot ſuffragationibus ſibi juſtitiam comparaſſet (ne quid tyrannice agere videretur, ſi quem reſtituendum curarat, iterum e ſede pelleret) quaſi juſto adverſus eum bello indicto, mittit Syrianum Ducem cum militum legionibus adverſus Eccleſiam Alexandrinam: quid autem per eum factum ſit, dictæ litteræ Alexandrinorum ſignificant; licet prudenter iidem excuſantes Imperatorem, in Syrianum culpam omnem convertant, eo quod optarent has litteras ad Imperatorem ipſum perferri: cum tamen ex ipſius Conſtantii litteris poſtea datis conſtet, omnia ejus arbitrio facta eſſe. Sunt vero illæ hujuſmodi (e):

(d) Apud Ath. epiſt. ad Solitar.

(e) Apud Athan. poſt epiſt. ad Solitar.

Populus Alexandrinus Catholicæ Eccleſiæ, quæ eſt ſub Athanaſio Reverendiſſimo Epiſcopo.

III.

Epiſtola Alexandrinorum de perſecutione Arianorum.

Jam pridem proteſtati ſumus de nocturna, quam paſſi ſumus tam nos, quam templum Dominicum, invaſione; tametſi ibi teſtimonio opus non fuit, qua univerſa Civitas cognita habet. Occiſorum enim corpora reperta, & in publico expoſita fuere: arma item & arcus in templo Dominico, ſcelera quæ facta ſunt, quaſi vociferantur. Sed tamen quia poſt teſtimonia noſtra clariſſimus Dux Syrianus vi nos omnes compellit, ut nullum tumultum factum fuiſſe, neque quemquam occiſum eſſe, teſtimoniis noſtris ſibi adſtipulemur: quod ipſum non leve argumentum eſt, ea non ex ſententia humaniſſimi Imperatoris Conſtantii acta eſſe: non enim de factis ſuis metum concepiſſet, ſi ex mandato ea feciſſet; qui quidem nos homines Chriſtianos precibus ipſum convenientes, ne vi graſſari, aut facta inficiari vellet, fuſtibus concidi juſſit: qua re abunde declaravit, belli nocturni in Eccleſia ſe auctorem fuiſſe: propter iſta omnia quæ receuſuimus, nunc denuo eadem pro hoc teſtimonio dicimus. Deinde cum quidam ad pientiſſimum Auguſtum iter haberent, adjuravimus eos per ſalutem pientiſſimi Cæſaris Conſtantii, quam

PAGIUS

Maleficis accepta, qui aliter habentur apud gentem ſuam, eo quod ſint Philoſophi Chaldæorum, & ad artis hujus ſcientiam Reges quoque & Principes ejuſdem gentis omnia faciunt. Diſtinctius tamen hæc ita ſeparat Gothofredus in illius Legis Commentario. *Aruſpices* ſunt qui hoſtiis & extis inſpectis, ex iis judicium faciebant: *Mathematici* proprie qui ex ſyderum curſu: *Genethliaci* & Aſtrologi, qui & *Chaldæi*, quorum frequens apud Tacitum mentio: *Arioli*, qui ut Tertullianus loquitur, aris inhalantes, numen de nidore concipiebant, &, ut Iſidorus ait, qui circa aras Idolorum preces emittentes & ſacrificia offerentes, Dæmonum reſponſa accipiebant: *Augures* vero ſunt, qui ex avium garritu, vel volatu conjecturam faciebant: *Vates*, qui, ut Tertullianus quoque ſcribit, de Deo pati exiſtimabantur, *Virgiliana* imitatione, id eſt, *Fanatici*, qui vi Numinis interiori agitari ſe fingebant, quales deſcribit Apuleius octava Mileſia, qui ſe Deo plenos adſimulabant, ut Paulus lib. 5. Sentent. tit. 21. *Magorum* appellatione indicantur Incantatores, qui verbis & ventilationibus rem ferme peragebant. Denique *Malefici* dicuntur *Negromantiæ* artem operati, ut Hieronymus citatus recte indicavit; quamquam & iidem *Magorum* appellatione nonnumquam comprehenduntur. Data & a Conſtantio L. 6. Cod. Theod. *De Paganis*, qua Sacrificia & Simulacrorum cultus ſub capitis pœna rurſus inhibentur: de qua legendus Gothofredus in Commentario.

III. *Athanaſius Alexandria fugere coactus.*

Athanaſium currenti anno, Syriano Duce adverſus eum perſecutionem movente, ex urbe Alexandrina fugiſſe inter omnes convenit. At circa hujus fugæ circumſtantias aliquot graviſſimæ difficultates occurrunt. Et primo quidem, cum *Athanaſium* die nona Februarii ex ea urbe aufugiſſe conſtet, & *Syrianum* poſt dies tres & viginti a promiſſo a ſe facto, quod Eccle-

Baronium::

Digitized by Google

quam Deus omnipotens illi largiatur, obſecravimusque item Ægypti Præfectum Maximum, & Curioſos, & clariſſimos Præfectos, ut omnia Principi enarrarent. Adjuravimus quoque nancleros omnes, ut omnia iſta ubique divulgarent, & ad aures religioſiſſimi Auguſti, cæteroſque Præfectos, & quotquot ſingulis in locis Judices deferrent: ut bellum contra Eccleſiam geſtum ubique innoteſceret, & quod temporibus Conſtantii Syrianus virgines, alioſque complures, martyres feciſſet.

IV. Syriani Ducis graſſatio in Eccleſiam Alexandrinam.

Illuceſcente enim quinto Kalendas Februarias die, hoc eſt, decimoquarto menſis ejus qui Mecher dicitur, vigilantibus nobis in Dominico, & precibus vacantibus, eo quod Synaxis paraſceves die celebranda eſſet; derepente per intempeſtam noctem clariſſimus Dux Syrianus cum multis legionibus militum, ſagittas, ſtrictoſque enſes, aliaque id genus tela geſtantium, non ſine galeis, cæteriſque armis, supervenit. Ibi nobis plane precibus intentis, in ipſis recitationibus ſacrarum lectionum januas fregit: foribuſque vi multitudinis patefactis, ſtatim ex illius edicto alii ſagittas mittere, alii bellicum clamare occœperunt: magnus interea fragor armorum audiri, enſeſque ad lucem candelarum micare; virgines multæ calcibus elidi, & in ſeſe mutuo formidine irruentium militum impingere: viri ſagittis perfoſſi concidere; aliqui militum ad prædam verſi, virgines denudare, quibus formido vel minimi tactus ipſa morte gravior erat. Epiſcopus per id tempus ſedebat in throno, omnes ad preces cohortans. Dux autem militum acies diſponebat, Comitem ſecum trahens Hilarium Scribam, qui illi hanc mentem ufflabat: quod ipſe rerum exitus declaravit.

V. Athanaſius quæ paſſus.

Epiſcopus autem, cum hinc illinc raperetur, minimo minus diſcerptus fuit; & cum in gravi deliquio animi pro mortuo jacuerit, & eorum opera jam nuſquam compareat, neſcimus quid de illo factum ſit: certe illi necem omnibus modis moliti ſunt. Deinde cum viderent tot occiſorum hominum corpora, juſſerunt milites ea in occultis abdere. Sanctiſſimas autem virgines interfectas, ibidemque relictas, in monumentis ſepelierunt, quibus laus martyrii temporibus religioſiſſimi Conſtantii obvenit. Diaconi porro in ipſo Dominico alii plagis concidebantur, alii vinculis conſtringebantur. Nam poſt tanta facinora, quiſque pro libidine ſua, fractis oſtiis, introrumpebat, ſcrutabaturque omnia, ea loca penetrans, in quæ non omnibus Chriſtianis fas eſt introire.

Dux autem civitatis Gorgonius iſta, qui præſens erat, ſuis oculis conſpexit: nec pro levi argumento iſtius hoſtilis incurſionis arma illa haberi debent, quæ in Dominico, ab illis qui irruperant, relicta fuere, quæ etiamnum in Eccleſia pendent, adeo ut ſcelera ſua inficiari nequeant. Sæpe autem ille miſit ordinum militarium carnificem una cum Duce, ut ea tolleret: verum id illi hactenus a nobis, ut res omnibus innoteſceret, negatum fuit. Quod ſi edictum Principis eſt, ut perſecutio in nos fieret; parati ſumus omnes ad martyrium ſubeundum: ſin minus, oramus Ægypti Præfectum Maximum, cæteroſque magiſtratus, ut a Principe poſtulent, ne talia in poſterum committantur; obſecramuſque, ut noſtræ iſtæ preces ad eum perveniant; ut obtineamus, ne illis liberum fiat, alium Epiſcopum introducere. Quod ne fieret, uſque ad mortem reſtitimus, Athanaſium reverendiſſimum deſiderantes, quem Deus ab initio nobis dedit, ſecundum ſucceſſionem Patrum noſtrorum, quem ipſe Conſtantius religioſiſſimus Auguſtus cum litteris juramentiſque huc miſit. Confidimus enim ſi ejus pietas iſta reſciverit, eum rem ipſam indigne laturum, & nihil contra jusjurandum facturum eſſe; ſed juſſurum, ut Epiſcopus Athanaſius nobiſcum maneat. Illuſtriſſimis Conſulibus poſt Conſulatum Arbetionis & Lolliani deſignatis, ſeptimo die men-

VI. Conteſtatio Alexandrinorum.

PAGIUS ſiæ Alexandrinæ non turbarentur, dum Alexandrini Legatos ad Conſtantium mitterent, ut ab eo ſcirent, an juſſiſſet Athanaſium ex urbe Alexandrina diſcedere; conſequens eſt, eam promiſſionem a Syriano factam die decima octava menſis Januarii præſentis anni: ab eo enim die ad nonum Februarii viginti tres illi dies effluxere. Athanaſius autem, qui hæc narrat in Apologia ad Conſtantium pag. 688. & ſeqq. non ſemel teſtatur, *Maximum* tum Ægypti Præfectum fuiſſe, imo & præſentem eo tempore; quo populus & Presbyteri *Syrianum* adiere. Et *tamen* ex ipſomet Athanaſio in Epiſt. ad Orthodoxos hac de fuga ſcripta affirmat, *Philagrium* tunc Ægypti Præfectum fuiſſe, ut videre eſt pag. 945. Ruſumque in epiſt. ad Solitarios pag. 847. de fuga ſua, quæ hoc anno contigit, loquens, dicit, Heraclium Comitem, adjuncto ſibi Ægypti Præfecto *Cataphronio*, Idolorum adoratores concitaſſe, ut ex præcepto Imperatoris invaderent Eccleſias, & populum lapidarent. En tres Ægypti Præfectos eodem ferme tempore eam Provinciam adminiſtrantes; cum tamen certum ſit, eam ab unico gubernatam. Exiſtimo, *Maximi* Præfecturam hujus anni initio poſt menſem Januarium abſolutam, *Philagriumque* in ejus locum ſubrogatum, quem & *Cataphronii* nomine appellatum oportet, ad diſtinctionem forte Philagrii patris. Qui meliora afferet, libenter amplectar.

IV. Montanus & Diogenes ad Athanaſium miſſi. Baron. anno 354. n. XVII. & ſeqq.

Interim corrigendus hic Baronii error, qui anno CCCLIV. recitat ex Athanaſio, quod is ſcribit in Apologia ad Conſtantium pag. 686. veniſſe nempe ad ſe *Montanum* Palatinum cum epiſtola, quaſi ipſemet Athanaſius ab Imperatore petiiſſet jus in Italiam abeundi, quæ cum ficta eſſet ab illius adverſariis, Alexandriam Athanaſius relinquere noluit, ut ipſemet narrat, qui paulo poſt addit: *Cum igitur alio Montanus profectus eſſet, ſupervenit Diogenes Notarius, poſt ſex de-*

Digitized by Google

menſis Mecher, quæ eſt pridie Kalend. Februarii. Hactenus litteræ Alexandrinorum, ſcriptæ tertia die poſt cladem illatam, quando nondum præſentis anni quinam renunciati Conſules eſſent, Alexandriæ adhuc ſciretur: ob idque datas litteras ponunt ſub Conſulibus deſignatis poſt Arbetionem, & Lollianum.

VII. Athanaſius quomodo fuga lapſus. Quonam pacto autem Athanaſius quæſitus ad necem, divino protegente auxilio, fuga ſalutem ſibi quæſiſſet, ipſe docet in Apologia quam ſcripſit de fuga ſua, his verbis: *Nox erat, multique ex populo ad proximam Synaxim in orationibus pervigilabant, cum Dux exercitus Syrianus ingeſſit ſe pluribus quam quinque millibus, quorum alii arma, alii ſtrictos enſes geſtabant, alii arcus, jacula, fuſtes, quemadmodum prius dictum eſt; & Eccleſiam militibus, prope inter ſe conſertis manibus, ne quiſpiam inde exiret, aut elaberetur, cinxit. Ego autem cum in tanta tribulatione populos deſerere, abſurdum putarem; & rectius eſſe, ut pro aliis pericula ſuſciperem; manebam ſedens in cathedra mea, diacono juſſo, ut Pſalmum recitaret (a): Quoniam in ſæculum miſericordia ejus: & poſt recitationem quiſque domum abiret. Ubi cum Dux iſtarum cohortium vi in templum irrupiſſet, militeſque ſacrarium, ad me intercipiendum, obſiderent; quotquot ex clero populoque reſidui erant, clamitare, obſecrare, ut me ſubducerem. Ego contra, niſi omnibus ad unum digreſſis, me receſſurum pernegabam: quapropter relicta cathedra, junctiſque precibus obſecrabam, ut abitum maturarent: melius enim eſſe, ſi ipſe in periculum venirem, quam ſi quiſpiam illorum in diſcrimen veniret.*

(a) Pſalm. 105.

VIII. Monachi ſubducunt Athanaſium. *Digreſſis igitur pleriſque, cæteriſque eos ſubſequentibus, monachi mei & nonnulli ex clericis inter abeundum me ſecum abſtraxerunt. Atque ita (teſtor veritatem) per milites, quorum alii ſanctuarium cingebant, alii per templum oberrabant, inoffenſe tranſivimus, Domino duce & protectore; nihilque ipſis ſentientibus, elapſi ſumus, Deum interim magnifice glorificantes, quod neque populum prodidiſſemus, & quod, iis prius ſine noxa dimiſſis, quærentium manus effugiſſemus. Cum igitur divina providentia nos ita mirabiliter ex hoc periculo eripuerit; quis mihi id jure vitio vertendum putet, quod non ultro me in manus quærentium rejecerim, ac remenſo itinere, me eorum oculis ingeſſerim? Id enim eſſet plane ſe ingratum Deo præſtare, & præter ejus mandatum agere, & cum actis ſanctorum pugnare.* In hunc modum ipſe.

IX. Perfidia Syriani. Sane quidem proditio magna iſta Syriani Ducis fuit, qui Alexandrinis petentibus nihil moliendum adverſus eos, donec legationem mitterent ad Conſtantium Imperatorem, cum jurejurando pollicitus eſſet, ex improviſo tamen eoſdem hoſtiliter invaſit. Queritur enim de his Athanaſius, cum poſtea ad Imperatorem ſcripſit, his verbis (b): *Syriano igitur hanc rerum quietem tranquillitatemque promittente, conventus omnium cum gaudio & ſecuritate in Eccleſiis fiebant: quo tempore cum ſubito Syrianus cum militibus in Eccleſiam irrupit, aſſidui in precibus eramus; in tali enim habitu me, dum irruptio fieret, conſpicati ſunt: & quia ad proximam Synaxim ab omnibus in vigiliis pernoctabatur, ea quæ Ariani voluere, deſignata ſunt. Ii enim & cum Duce exercitus ſemel venerunt; idemque conſuaſores auctoreſque erant illius irruptionis. Neque eſt ut incredibile putes, religioſiſſime Imperator, cum nec ipſi latuerint, & res ubique vulgi ſermone jactata ſit. Ego igitur, viſa hujuſmodi impreſſione, primum admonui populum, ut diſcederet: quibus digreſſis, tum demum, auxiliatore & Duce Domino Deo, quod ab omnibus qui aderant conſpectum eſt, abitionem inde molitus ſum, ac jam inde in ſolitudine verſor.* Hæc Athanaſius qui ſic fuga elapſis

(b) Athan. Apolog. ad Conſtantium.

PAGIUS *demum & viginti menſes, qui ne ipſe quoque epiſtolam exhibuit: neque tanquam mandatum haberet, quidquam mihi præcepit. Quin cum ipſe Syrianus exercitus ductor Alexandriam ingrederetur, quærebam num hujuſmodi litteræ, quales illi jactitarent, allatæ eſſent. Literas enim mandati tui (fateor) ab illis depoſcebam: poſtquam ipſi eas ſe habere pernegarent, poſtulabam, ut ſaltem vel ipſe Syrianus, vel Præfectus Ægypti Maximus mihi ad ipſum ſuo ſcripto injungeret, poſtulabamque id ea de cauſa, quod tua humanitas in ſuo diplomate vetuerat, ne quis me turbaret, utque ego negligerem aliorum terrores, & ſecuriter in Eccleſiis permanerem.* Subdit paulo poſt Athanaſius: *Syriano igitur hanc rerum quietem, tranquillitatemque promittente, conventus omnium cum gaudio & ſecuritate in Eccleſiis fiebat, quo tempore poſt dies tres & viginti a promiſſo, cum ſubito Syrianus cum militibus in Eccleſiam irrupit, &c.* die ſc. nona Februarii, quæ XXIII. erat a die XVIII. Januarii, quo die tranquillitas illa promiſſa. Quare *Montani* ad Athanaſium profectio pertinet ad annum trecenteſimum quinquageſimum tertium, & *Diogenis* Alexandriam adventus, qui poſt menſes viginti ſex a profectione Montani contigit, ad annum præcedentem revocandus. Sozomenus lib. 4. cap. 9. paulo aliter rem narrat, aitque, Athanaſium Imperatoris literas accepiſſe, quibus ad Palatium evocabatur: *Prævaluit tamen,* inquit, *conſilium ut Athanaſius maneret: & is qui literas Principis attulerat* (nempe Montanus) *re infecta reverſus eſt. Sequenti æſtate alter ab Imperatore miſſus,* (nempe Diogenes) *una cum Provinciæ Rectoribus Alexandriam veniens, eum ex urbe diſcedere compulit, Clerumque Eccleſiæ acerbiſſime vexavit. Sed cum populus Alexandrinæ Eccleſiæ animos reſumſiſſet, is qui ab Imperatore miſſus erat, cernens, plebem ad pugnandum paratam eſſe, ipſe quoque re infecta abceſſit. Nec longo poſt tempore copiæ, quas Romani*

Le-

elapſus, ignarus fuiſſe viſus eſt eorum, quæ ibidem poſt fugam ſuam in Eccleſia acciderunt, nempe cædium ex invaſione militum, prout in dicta Alexandrinorum epiſtola enarratur.

X. Neſcivit pariter quæ deinceps ſubſecuta ſunt eodem anno poſt Paſcha: ea enim poſtea didicit, ac ſcripſit his verbis (a): *Deinde superveniens tempore Quadrageſimæ, qui ab ipſis Arianis e Cappadocia miſſus fuerat Georgius, ſcelera quæ ab ipſis didicerat, cumulatiora reddidit. Videre enim erat, poſt ſeptimanam Paſchæ virgines in carcerem detrudi, Epiſcopos vinctos a militibus duci, pupillorum viduarumque ædes populari (nam & in domos irruptiones factæ ſunt) noctu Chriſtianos raptari ædeſque obſignari, & fratres clericorum pro fratribus in periculum devocari. Gravia ſunt quidem iſta, graviora tamen quæ poſtmodum commiſſa ſunt.* Nempe tempore Pentecoſtes; ſed de his ſuo loco inferius.

(a) *Athan. Apolog. de fuga ſua.*

Georgius intruditur in Eccleſiam Alexandrinam.

XI. At vero, antequam ulterius proſequamur clades Catholicis Alexandrinis, & Ægyptiis ab Arianis illatas, hic de Georgio per Conſtantium in Eccleſiam Alexandrinam in locum Athanaſii ſubrogato agendum eſt, de quo hæc Athanaſius (b): *Nunc autem denuo Georgium quemdam Cappadocem æraris Conſtantinopolitani Quæſtorem, & depeculatorem omnium, atque eo crimine profugum, Alexandriam ſpecie militari & auctoritate Ducis in Epiſcopatum immittit.* Sed quiſnam hic qualiſve eſſet, a S. Gregorio Nazianzeno (c) ipſius gentili, pluribus & exactius deſcribitur, cum ait: *Monſtruoſus quidam Cappadox ex ultimis terræ noſtræ finibus oriundus, malus genere, animo pejor, ne quidem omni ex parte liber, ſed dubius & permixtus, cujuſmodi mularum genus eſſe ſcimus; primum alienæ menſæ ſervus, atque ita vilis nulliuſque pretii, ut hordeacea maſſa veniret, atque ita omnia ad ventris gratiam, tum facere, tum loqui didiciſſet: tandem cum ad Rempublicam gerendam pernicioſe acceſſiſſet, atque extremo, & ſordidiſſimo illias muneri, hoc eſt, ſuillis, carnibus, quibus turba militaris alitur, ſuſcipiendis, præfectus fuiſſet, ac ſcelerate commiſſam ſibi Provinciam adminiſtraſſet, totamque functionem ſuam ad ventrem retuliſſet; poſtquam nihil illi præter corpus reliqui fuit, animo fugam concipit; atque aliam ex alia regionem Civitatemque ſubinde permutans, ut fugitivorum mos eſt: poſtremo ad communem Eccleſiæ perniciem, inſtar cujuſdam Ægyptiacæ plagæ, Alexandriam invadit. Hic errandi finem, malitiæ autem & improbitatis initium facit, homo cætera quidem abjectiſſimus, non liberalibus diſciplinis imbutus, non in congreſſu & colloquio, facetus, non pietatis larvam ſaltem & inanem ſpeciem præferens, verum ad male agendum, reſque perturbandas appoſitiſſimus. Noſtis omnes, ac commemoratis, qualia adverſus ſanctum virum perpetraverit.*

(b) *Athan. ad ſolitar.*

Georgius qualis.

(c) *Gregor. Naz. orat. in laud. Athan.*

Perſæpe enim in impiorum manus ac poteſtatem juſti veniunt, non ut illis honor habeatur, ſed ut horum virtus exploretur: & quamquam mali in morte aſperrima ſint, quemadmodum Scriptura teſtatur (d), irridentur tamen interim in hac vita pietatis cultores, quantiſper Dei benignitas occultatur, ac magna earum rerum promptuaria, quæ in poſterum utriſque reconduntur, tum cum & ſermo, & actio, & cogitatio juſta Dei trutina expendentur. Et poſt nonnulla ſuper his philoſophatus, hæc addit (e): *Proinde ne hic quidem mirum videri debet, quod meliori conditione Georgius quam Athanaſius fuerit: ſed illud mirabilius videri debuiſſet, ſi calumniarum igne vir juſtus exploratus non fuiſſet. Immo ne hoc quidem valde mirandum: verum illud potius admirationem adhibuiſſet, ſi in longum hæ flammæ pertractæ fuiſſent. Hinc ille ſolum ver-* XII.

Juſti cur a Deo ſinantur ab impiis affligi.

(d) *Pſal. 33.*

(e) *Greg. ubi ſup.*

PAGIUS V. *Legiones vocant, ex Ægypto & Lybia accerſantur.*

Baronius refert proteſtationem populi Alexandrini, quam ipſemet Athanaſius recitat tom. 1. pag. 866. in qua Alexandrini omnibus exponunt quid in Eccleſia actum ſit, *illuceſcente quinto Iduum Februariarum die, hoc eſt, decimo quarto menſis Mechir, vigilantibus nobis in Dominico, & precibus vacantibus, eo quod Synaxis Paraſceves die celebranda eſſet.* In Græco legitur, *ἐπιφωσκούσης γὰρ τῇ πρὸ πέντε Εἰδῶν Φεβρουαρίων, τουτέστι τῇ ιδ΄. τοῦ Μεχὶρ μηνός.* Sed quia Interpres per errorem vertit; *illuceſcente quinto Kalendas Februarias die*, factum eſt, ut Baronius Romanum Martyrologium recognoſcens, & Sanctis, quibus videbatur, augens, die XXVIII. Januarii ſcripſerit: *Alexandriæ plurimorum Sanctorum Martyrum, qui hac ipſa die, factione Syriani Ducis Ariani, dum in Eccleſia Synaxim agerent, diverſo mortis genere ſunt interempti.* In ipſius proteſtationis fine eundem errorem Interpretis legere eſt: dicitur enim ipſa proteſtatio ſcripta, *poſt Conſulatum Arbetionis & Lolliani decimo ſeptimo die menſis Mechir, qua eſt pridie Kalendarum Februarii;* cum tamen juxta Græcum legendum ſit, *pridie Id. Febr.* Error etiam irrepſit in textum Græcum Athanaſii ubi legitur, *τουτέστι τῇς ιζ΄. τοῦ Μεχὶρ μηνός*, legendum enim, *ιε΄ τοῦ Μεχὶρ μηνός*, id eſt, *die decima quinta menſis Mechir*, qui dies cum nono Februarii noſtri copulatur, quique hoc anno cum Paraſceve, ſeu feria ſexta concurrebat. Die itaque nona Februarii Athanaſium ex Alexandria fugere coactum, & præfata Martyria contigiſſe, certiſſimum eſt.

Quo die Athanaſius Alexandria fugerit.

Baron. n. III. & ſeq.

VI. Poſt hanc fugam *Athanaſium* Alexandriam quamdio *Conſtantius* vixit, non rediiſſe, una eſt communis omnium, qui hujus Sancti Vitam ſcripſere, opinio. Verum illuc tempore Quadrageſimæ e ſua ſolitudine reverſum eſſe, ac quando *Georgius* Alexandrinæ Sedis invaſor adventavit

Athanaſius Alexandriam redit.

Athanaſii fuga.

rit, ac de exilio quam præclariſſime ſtatuit. Nam ad ſacra illa & divina Ægypti monaſteria ſe confert, in quibus homines a mundi conſortio diſtracti, ac ſolitudinem amplectentes, Deo vivunt magis, quam cæteri omnes qui in corpore verſantur. Ac rurſus inferius de eodem ſic habet:

XIII. Georgii graſſatio in Eccleſias.

At Georgius, nemine jam ipſius impetum propellente, Ægyptum incurſionibus vaſtat, atque impietatis robore Syriam populatur, Orientis etiam quantum poteſt arripit, ægros & infirmos quotidie, quemadmodum torrentes ea quæ ſimul volvuntur, aſſumens, ac leviores aut ignaviores adoriens. Quinetiam Imperatoris ſimplicitatem ſibi conciliat: pietate enim ipſius moveor, ac levitatem dicam. Nam ſi vere dicendum eſt, zelum habet, verum non ſecundum ſcientiam. Tum ex principibus eos ſibi pecunia comparat, qui auri amorem Chriſto præferebant (ipſæ enim opes & copiæ, bona pauperum erant in flagitioſiſſimos uſus inſumpta) atque ex his potiſſimum mulierbres homines, & inter viros nomine virorum indignos, ſexu quidem dubios, impietate autem certos atque perſpicuos: quibus cum mulierculārum cura committatur, haud ſcio qui fiat, ut Imperatores Romani eoſdem virorum officiis muneribuſque præficiant. Tantum valuit ille diaboli adminiſter, ille zizaniorum ſator, ille Antichriſti præcurſor, ita negotium partiens, ut Epiſcopo quodam ea tempeſtate diſertiſſimo linguæ vice uteretur (ſi cui tamen diſertum eum appellare libeat, qui non tam impius ſectarius fuit, quam hoſtis, & contentionis ſtudio flagrans: nomen enim haud invitus prætereo) ipſe autem manus inſtar cohortis ſuæ eſſet, ac veritatem auro convelleret, quod quidem ad pios uſus collectum, impietatis inſtrumentum ſceleſti fecerunt. Hæc Nazianzenus, intelligens Acacium, non autem Euſebium Cæſarienſem, vel alium Euſebium Emeſenum, quorum neuter interfuit Concilio Seleucienſi, cujus idem paulo poſt meminit, quod poſt ſequentem annum celebratum fuiſſe conſtat.

XIV.

Rurſus vero Lucifer (a) Calaritanus de intruſione & invaſione Georgii, ita in Conſtantium: *Perſequeris eum, per quem te audire præceperit Dominus; agente eo* (nempe Athanaſio) *in rebus humanis, coharetieum tuum Georgium mittis ſucceſſorem*: & inferius: *Talis eſt Georgius, qualis fuerat Arius, qualeſque ſunt Valens & Urſacius, vel, ad quem me deſtinaſti, Germanicenſium Eudoxius: neque enim poſſent niſi de ſpinis ſpinæ procedere: Hæc ita ſe habere, ex Actibus ipſius Georgii, legens conteſtationes Alexandrinorum, poteris colligere; & quamvis tibi ſceleratam, blaſphemum illum eſſe placeat: neque enim aliter tibi eſſet amantiſſimus, niſi quia ſit ſceleratus, &c.* Hæc ipſe, qui & eadem alias in eumdem exprobrat (b). His de Georgii ſubrogatione in locum Athanaſii enarratis; jam reliqua proſequamur; ac primum ipſius ad eremum fugientis veſtigia aſſectemur.

(a) Lucif. pro Athan. lib. 1.

Objurgatur Conſtantius ob Georgium.

(b) Lucif. pro Athan. lib. 2.

XV.

Athanaſius profecturus ad Conſtantium detinetur invitus.

Ipſe quidem fuga lapſus, cum lateret in ſolitudine, rerum, quæ poſt diſceſſum ſuum Alexandriæ vel alibi factæ eſſent, ignarus, ut periclitanti Eccleſiæ ſuæ conſuleret, ad Conſtantium Imperatorem in Occidentem proficiſci diſpoſuit: ſed a cœpto itinere revocatur, cum inter hæc accepiſſet nuncium de tyrannide Conſtantii ubique graſſante, nempe de exilio Occidentalium Epiſcoporum, de cladibus in Eccleſias totius Orbis illatis, & aliis quæ ipſe recenſet ad Conſtantium ſic ſcribens (c): *Hæc cum mihi in oculis eſſent, nihil mihi conſcius ad pietatem tuam cum hac defenſione properabam, at qui non ignorarem tuam majeſtatem in memoria habere ſuas certiſſimæ fidei promiſſiones; ſimulque confidens, juxta proverbium: Apud Regem acceptabiles eſſe juſtas verborum rationes. Jamque mihi iter ingredienti, relicta eremo, fama, derepente advolat: quæ cum principio falſa videretur,* poſt-

(c) Athanaſ. Apolog. ad Conſtantium.

PAGIUS

vit, ibidem eum latuiſſe, elicio ex epiſtola ad Orthodoxos hoc anno ſcripta. Ibi pag. 945. & ſeq. deſcribit Georgii in eam urbem introitum his verbis: *Præclara igitur iſta Arianica Georgii conſtitutio tale ſui exordium habuit. Illius porro introitus in Alexandriam, quam multa nefaria perpetraverit, quantorumque malorum auctor extiterit, licebit vobis, & ex literis noſtris, & ab iſthuc proficiſcentibus reſcire. Populis ergo graviter ferentibus iſtarum rerum inſolentiam, ideoque in Eccleſiis cœtus facientibus, ne Arianorum perfidia Eccleſiæ fidei admiſceretur: Philagrius jam olim in Eccleſiam & virgines injurius per id tempus Præfectus Ægypti, olim transfuga noſtræ Religionis, Georgii conterraneus, homo nequaquam ſpectatis moribus, fretus magiſtratus ſui auctoritate, præſidioque ad quidvis audendum promptus, & qui apoſtata, in Eccleſiam infeſtus & præceps, Ethnicas Tribus, Judæoſque item atque alios protervos homines adhortationibus, magnoſque promiſſis, quæ ſecundum pacta pro opera præſtita bene perſolvit, adverſus Eccleſiam inſtigator cuneatim cum gladiis & fuſtibus, contra populos in Eccleſias immittit. Jam quid inde evenerit, non ſimplicem poſthac ſermonem requirit, cum ea res nec ſatis digne explicari queat, aut ſine lacrymis & planctu vel ex minima parte recenſeri. Ubi enim apud priſcos talis tragœdia? Aut quid ſimile in bello & perſecutione factum eſt unquam? Siquidem & Eccleſiis & Baptiſteriis flamma injecta: magnus agitur luctus, ejulatus & planctus per civitatem. Cives ea quæ agebant, indigne ferre, acclamare Præſidi, vim proteſtari, eo quod virgines ſanctæ & incontaminatæ nudatis corporibus nefaria paterentur, iiſdemque ſi contumacius obſiſterent, periculum capitis imminueret; Monachi pedibus obtriti expirarent, alii Fiſto addiſcerentur, alii gladiis, fuſtibuſque mactarentur, alii vulneribus plagiſque male mulctati diſcederent.*

VIII.

In ſacroſanctam autem menſam, proh! quanta impie-

Google

poſtmodum tamen vera deprehenſa eſt. Ubique enim jactabatur, Liberium Romæ Epiſcopum, & Hiſpaniarum magnum illum Oſium, Paulinumque item Galliarum, Dionyſium quoque & Euſebium Italiæ, Luciferum Sardiniæ Epiſcopos, alioſque plures una cum presbyteris & diaconis in exilium exterminatos eſſe, eo quod contra nos ſubſcribere recuſaſſent; & hos quidem in exilium ejectos eſſe; Vincentium autem Capuæ, & Fortunatianum Aquilejæ, & Irenæum Theſſalonicæ, cæteroſque in Occidente Epiſcopos vim non vulgarem, graveſque contumelias paſſos eſſe, donec promitterent ſeſe a noſtra communione abſtinere.

XVI. Quid paſſi Epiſcopi Ægypti, & Libyæ.

Hæc cum ego admirarer, & in iis cogitatione perplexus hærerem; ecce denuo alia atrox fama de Ægypto & Libya nobis ad aures allabitur; Epiſcopis prope nonaginta pulſis, Eccleſiiſque profeſſoribus Arii traditis, ſexdecim in exilium actis, cæteris deinde aut fugatis, aut ad ſimulationem hæreſeos coactis, ſummam illatam fuiſſe perſecutionem. Siquidem cum Alexandria per diem Paſcha, in Dominicis templis, locis deſertis juxta cœmeterium in orationibus hærerent: Tribunus militum tribus armatorum millibus ſuccinctus, gladios telaque ferentibus, impreſſionem in Chriſtianos fecit: cæteraque deinde conſecuta ſunt, quæ in tali incurſu fieri ſolent, eamque vim in fœminas quoque & pueros, nihil aliud quam Deum orantes, illatam eſſe. Præſtiterit fortaſſe omittere ejus rei expoſitionem, ne vel ſola ejus calamitatis mentio omnibus lacrymas excutiat. Tanta ſiquidem immanitas fuit, ut & virgines denudarint, corporaque plagis interfectorum aliquandiu reddere ad ſepulturam negaverint, ſed foras objicerent canibus, donec depenſa ingenti mulcta, clanculum a neceſſariis ſubducerentur. Magnus ibi in diſtinguendis cadaveribus labor, eo quod nemo ſuos agnoſceret.

XVII. Cætera quæ facta ſunt, quamquam fortaſſe incredibilia, & tam tetra, ut ſenſum audientis obſtupefaciant: tamen vel ea narranda exiſtimo, ut tua Chriſtianiſſima cura, & pietas in Deum certo intelligat, criminationes mei calumniaſque non alio ſine inſtitutas eſſe, quam ut, nobis ab Eccleſiis expulſis; ſuam hæreſin in Eccleſias immitterent. Nam poſteaquam ex veris ſenibuſque Epiſcopis alii in exilium deportati eſſent, alii metu fugati; Ethnici homines catechumeni, primariique Decurionum, & quiſquis fama opulentiæ notus erat, ad ſpem Epiſcopatus, pro Chriſtiana religione Arianiſmum profitebantur: neque deinde, ut Apoſtolus præcipit (a), quæſitum, ſi quis eſſet irreprehenſibilis; ſed juxta ſcelera impiiſſimi Hieroboam (b), ſi quis plus pecuniæ offerret, nomine Epiſcopi honorabatur: neque apud illos ullo in diſcrimine erat, ſive Ethnicus eſſet, ſive non, modo aurum daret. Atque ita Epiſcopi, & monachi, & devotarii ab Alexandria profligati ſunt. Et paulo poſt:

Spe Epiſcopatus multi Hæreſim profitentur.

(a) 1. Timoth. 3.

(b) 3. Reg.

XVIII. Perſecutio Arianorum magis ſævit.

Hæc cum fama vulgarentur, rebus ſurſum deorſumque jactatis: ne ſic quidem deſtiti a mea alacritate, ſed æque ad tuam pietatem tendebam; idque eo ſtudioſius, quod iſta conſiderarem inſcio te fieri; ac, ubi ſcires, interceſſurum ne fiant: non enim eſt pii Regis, ut velit Epiſcopos exterminari, virgines nudari, totas Eccleſias perturbari. Verum nobis ita cogitantibus, & cœptum iter urgentibus; ecce tertia denuo allabitur fama, ſcriptum tyrannis in Auxomei, ut Frumentium Epiſcopum Auxumis abducerent; ac me ubicumque, etiam apud barbaros, perquirerent, & ad cuſtodias Præfectorum, quæ Commentaria nominantur, deportarent; populoſque, & clericos ad communionem Arianæ hæreſis cogerent; eoſque qui huic non obtemperarent, interfici curarent. Quæ res non verbis tantum jactata, ſed opere quoque completa fuit. Cæterum quia tua humanitas hoc mihi concedere videtur, en tibi epiſtolam, quam illi aſſidue recitantes, nulli non mortem denunciabant. Sunt autem hæ litteræ ab eo ſcriptæ hoc anno, cum accepiſſet quæ Alexandriæ contigiſſent; quibus non pro-

bat

PAGIUS

Scelera in enthroniſmo Georgii patrata.

pietas & facinora commiſſa! Vidiſſes enim eos aves & nuces pineas immolare, idola ſua laudibus efferre: in Dominum noſtrum Salvatorem Jeſum Chriſtum & Filium Dei viventis convicia, verborumque contumelias jacere, ſacros Scripturarum libros, quos in Eccleſiis inveniebant, comburere: in ſacrum Baptiſterium (proh Superi!) Chriſticidas Judæos & Atheos Ethnicos, nulla cum reverentia ingreſſos eam verborum, factorumque turpitudinem nudatis corporibus deſignare, ut pudendum abominandumque ſit relatu. Nec defuere impii homines, amuli acerbiſſimorum perſecutorum, qui virgines, continenteſque injectis manibus traherent, raperent, & ad blaſphemiam, Dominique abnegationem compellerent, eoſque qui id facere recuſarent, conciderent, pedibuſque obtererent. In hoc genere extrinſecus fuit ſplendidus ille & perquam egregius Georgius, lætus de iſtis malis, ſimulque mercedem, præmiaque pro hac tam ſcelerata victoria Ethnicis, Judæis, cæteriſque quorum opera ad talia uſus erat, diſpenſans, in prædam, rapinaſque Eccleſiam dabat. Semel aut ejuſmodi genere ſcelerum & licentia data, multa tetriora quam in bello, crudeliora quam in latrocinio committebantur, cum & iſti obvia diriperent, illi in cellis repoſita dividerent, magnamque copiam vini aut ebiberent, aut effunderent, aut aſportarent, ubicumque reconditum prædarentur, fores cancelloſque tanquam rejectamenta geſtarent, & candelabra inibi ad parietem deponerent, cereoſque Eccleſiæ, idolis adolerent. In ſumma, magna ubique in Eccleſia depopulatio & plurima mortis imago. Non tamen ad iſta impii Ariani ullo pudore commovebantur; quin tetriora adhuc, atrocioraque accumulavere. Vidiſſes enim Presbyteros & Laicos in jus trahi, ut virgines a cœtu ſuo divulſas, ad tribunal Præſidis raptari, & in carcerem conjici, alios Fiſco addici, alios flagellis cædi, panibus ſacrificiorum miniſtris & virginibus interdici.

Hæc

bat tantum quæ geſta eſſent, ſed & iiſdem Athanaſium plurimis proſequitur contumeliis; ac demum, ut Georgium Epiſcopum recipiant, adhortatur: ſunt enim

(a) Apud Athan. Apolog. 2. hujuſmodi (a):

Victor Conſtantius Maximus Auguſtus Alexandrinis.

XIX. Litteræ Conſtantii ad Alexandrinos. *Civitas quidem veſtra patrio more, nec immemor virtutis conditorum ſuorum, docilem ſe obſequentemque (uti ſolet) etiam nunc in præſentia præbuit. Nos vero niſi Alexandrum benevolentiæ in hanc urbem veſtram luce perſtringamus, obſcuremuſque, non mediocriter nobis peccare videmur. Sicut enim temperantiæ proprium eſt, ut modeſtam ſe per omnia præbeat; ita regiæ virtutis veſtræ eſt (ſinite, quæſo me ita loqui) præ omnibus in gratia & amore eſſe, eo quod & primi ſapientiæ interpretes conſtitueritis, primique Deum, qui eſt, agnoveritis; ſimulque interpretibus delectis, noſtroque ſuffragio ultro recepto, & impoſtore circulatoreque rejecto, viris gravibus, omnique admiratione majoribus vere adhæſeritis. Nam cui extremi Orbis incolæ ignotum eſt, quanta ſit in iſtis rebus adhibita induſtria? ita ut neſciam quid ei comparari poſſit: ſiquidem plerique in hac urbe cæcutiebant, rerumque potiebatur homo ab infimis barathris emerſus, qui quaſi in tenebras cupidos veritatis ad mendacia abducens, non frugi ſermonibus, ſed præſtigiis animos corrumpebat.*

XX. Quæ in Athanaſium Conſtantius. *Aſſentatores igitur acclamare, applaudere, alioſque admiratione percellere, quos adhuc intra dentes muſſitare, veriſimile eſt: ſimpliciores vero ad iſtorum hominum dictata vivere, reſque publica quaſi æſtu rapi; omnibus, tamquam ſi diluvium inundaſſet, contemptis; iſque vir multitudini præerat, qui (ut quam veriſſime dicam) nihil a cerdonibus differebat: cui ea de cauſa unica contentio cum civitate fuit, quod eam in barathrum dejicere non poſſet. Atqui præclarus ille, & egregius vir ſe ſiſtere ad cauſam dicendam minime auſus, quaſi judicio condemnatus, ultro in exilium abiit: quem etiam ex re barbarorum eſt e medio tolli: ne etiam illos, dum ut quiſque ei primum obvius eſt, quaſi in ſcena lamentans, impietatem condoceat. Iſte igitur in longum valere jubebitur.*

XXI. Adhortatio ad Athanaſianum. *Vobis autem conveniet cum paucis ſociari, vel potius ſolos, omnes alios gravitate antecellere, cum virtute & mente tantopere abundetis, quantum ipſa facta clamant, quæ per univerſum prope Orbem deprædicantur, macte prudentia. Utinam detur mihi, ut & ſecundo tot nuncios de veſtris laudibus præconiiſque magnificis audiam! O qui & majores induſtria obſcuratis, & poſteris vos præclarum exemplum relinquitis, quique ſoli ducem verbis factiſque præſtantiſſimum delegiſtis, idque ſine ulla vel ad breve tempus dubitatione. Ergo animoſe ab humilibus iſtis & terrenis deficientes, ad cæleſtia evehamini, duce itineriſque commonſtratore reverendiſſimo Georgio, viro in hujuſmodi rebus omnium mortalium exercitatiſſimo, cujus opera & in futurum cum optima ſpe agetis, & in præſentia ſine difficultate vivetis.*

XXII. Calumniatur Athanaſium. *Utinam publice omnes in hac urbe ab ejus voce, velut a ſacra anchora, pendeant: ne ſectionibus, & aduſtionibus adverſus eos indigeamus, quorum mentes corruptæ ſunt; quibus quam maxime denunciamus, ut abſiſtant ab Athanaſii ſtudio, neve recordentur ſuperfluæ illius garrulitatis: alioqui ſero ſentient, ſe ſummis periculis obnoxios teneri; ex quibus haud ſcio an quiſquam eloquentium ſeditioſos illos eripere poſſit. Siquidem abſurdum eſſet, perditiſſimum Athanaſium, & de turpiſſimis ſceleribus convictum, quibus numquam par ſupplicium luerit, etiamſi decies occidatur, ſolum ex ſolo vertentem in alias perpetua ſedes depelli; & ejus aſſentatores, & miniſtros, homines præſtigiatores, taleſque quos nefas ſit nominare, ſincere hic turbas facere: de quibus jampridem Judicibus præceptum eſt, ut eos occidant: quo*

for-

PAGIUS VIII. Georgius ante Paſcha Alexandriam adventavit. *Hæc autem ſub Paſcha in ſacra Quadrageſima acta ſunt, per quod tempus jejuniis dediti erant. Interim egregius ille Georgius arrogatis ſibi moribus Caiphæ cum Præſide Pilato contra pios Chriſti cultores debacchabatur. Certe ipſo die Paraſceves ingreſſus in quamdam Eccleſiam cum Præſide & populis Ethnicis, intellecto hominum odio, qui illius violentum introitum averſabantur, auctorem, conſuaſoremque ſe præbuit crudeliſſimo Præſidi, ut eadem hora triginta quatuor virgines & matronæ, item viri que ingenui publice flagellis cæderentur, inter quos virginem quamdam ſtudioſam literarum, & adhuc Pſalterium manibus retinentem publice flagellari juſſit: diſcerptus eſt a carnificibus liber, ipſa autem poſt flagella in carcerem recluſa eſt. His igitur ad iſtum modum patratis, ac in reliquum quidem tempus otium egere; quippe qui in illa alia Eccleſia, in qua ego potiſſimum per eos dies commorabar, eadem proceſſus molientes, furore ipſorum etiam in templum immiſſo nihil non egere, ut ibi me interceptum de medio tollerent: nec aliter eveniſſet, niſi gratiam Chriſti propitiam, auxiliatricemque mihi expertus fuiſſem, unde ita elapſus, ſicuti mihi paucula iſta ex innumeris malis recenſere. Ego enim videns eos ad extremam rabiem deveniſſe, mecumque rationem ineuntem, quo ne vel Eccleſia noxam acciperet, aut virgines indigna paterentur, cædeſque denuo committerentur, eademque iterum injuria, contumeliaque in populum incumberet, furtim me populis ſubduxi, memor verbi Salvatoris noſtri;* Si vos perſecuti fuerint in hac civitate, fugite in aliam. Matth. 10. *Noveram enim ex his, quæ adverſus illam Eccleſiam perpetraverant, nihil ſceleris eos in iſtam Eccleſiam omiſſuros, ubi ne ipſam quidem Dominicam diem ſanctiſſimi feſti ulla in reverentia habuere, quominus eo ipſo tempore, quo Dominus omnes ex mortis vinculis compedibuſque uſſerueris, homines ejus Eccleſia in vincula conjicerent,* &c. Hæc Athanaſius.

IX. Ex quibus habemus, Athanaſium currenti anno

fortaſſe ne ſic quidem perituri ſunt, ſi mature a prioribus delictis reſiliant, & tandem ab iis transfugiant, quibus ſceleratiſſimus Athanaſius ſe ducem præbuit, qui Reipublicæ nocuit, & ſanctiſſimis hominibus impias, & nefarias manus intulit. Hucuſque Conſtantii epiſtola ad Alexandrinos; cui Athanaſius mox ſubdit illam adverſus Frumentium Epiſcopum datam Tyrannis (ut ait) ejus loci, hiſce plane verbis (a).

(a) *Apud Athan. ubi ſupra.*

XXIII. Conſtantius quid in Frumentium reſcribat.

Magno nobis ſtudio & curæ eſt optimi cognitio: arbitrabar enim hoc genus ſolertiæ, & diligentiæ omnibus mortalibus æque impertiri debere, quo talia de numine ſentientes vitam cum ſpe tranſigant, ſine controverſiis diſſentionibuſque de vero & juſto. Hac igitur cura cum & vos proſequi dignamur, paria cum Romanis impertientes; unum cum illis in Eccleſiis dogma retinere jubemus. Quapropter Frumentium Epiſcopum, quam primum in Ægyptum dimittite, & venerabiliſſimum Georgium, & alios per Ægyptum Epiſcopos, qui in creandis dijudicandiſque Epiſcopis ſummam auctoritatem habent. Scitis, & meminiſtis (niſi eorum, quæ publice conſtant, ignorantiam ſimuletis) Frumentium ab Athanaſio, homine omnibus malis obnoxio, in hunc ordinem vitæ cooptatum eſſe; qui cum ex omnibus criminibus jure ipſi objectis, nihil prorſus diluere poſſet; excidit ſtatim a ſua cathedra, & ut in vita, ita & in locis omnibus errabundus ſolum ſemper ex ſolo vertit, quaſi mutatis ſedibus ſcelera ſua effugere poſſet.

XXIV. Cuncta in Athanaſium convertuntur.

Si igitur ſponte obtemperet Frumentius, rationeſque reddat de univerſa ſeditione; certum eſt apud omnes, cum nihil a legibus Eccleſiaſticis, fideque quam nunc obtinet, diſſentire, eumque judicio accepto, rationibuſque vitæ redditis, ab illis, penes quos eſt earum rerum auctoritas & cenſura, Epiſcopum conſtitui debere, ſi modo ipſe ſe re vera & jure Epiſcopum videri velit. Quod ſi procraſtinationes aucupetur, Judiciumque fugiat; evidens omnino documentum eſt, eum ſceleratiſſimi Athanaſii verbis inductum, impie adverſus Deum agere; cum eodem modo in ſceleribus, quorum ille convictus eſt, pergat: periculumque eſt, ne, peragrata Auximi, veſtrates nefariis & impiis ſermonibus corrumpat, nec ſolum Eccleſias confundat ac turbet, & in ſummum numen blaſphemias dicat, ſed ne ſingulis quoque gentibus vaſtationem excidiumque conciliet. Certus enim ſum, eum ubi aliquid addidicerit, comparata ingenti in publicum utilitate ex venerandi Georgii familiaritate, & cæterorum qui doctrina pollent, ad ſuas ſedes reverſurum eſſe, utpote jam exacte in diſciplinis Eccleſiaſticis eruditum. Deus vos ſervet, fratres cariſſimi. Hactenus ad Auximates Conſtantius Imperator. Subdit hæc autem Athanaſius:

His ego auditis, & per eorum lacrymas, qui iſta recenſebant, viſis; fateor quod res eſt, in eremum me retuli, id ipſum cogitans, quod & tua majeſtas videt, in eo ipſo ad te perveniendi eſſe impedimentum, quod ideo quærebar, ut ad Præfectos abducerer. Nam ſi contra me ſubſcribere recuſantes, talia tantaque paſſi ſunt; laicique, qui noluerunt cum Arianis communicare, mors imperata eſt: cui dubium, quin ſycophantæ in me novas, & infinitas ſpecies occidendi moliti eſſent, poſt mortem meum, in quos & quod libitum fuiſſet, acturi, majoraque adverſus nos mendacia conficturi, utpote ſecuri liberique ab omni reprehenſore? Non enim metu tuæ pietatis fugi: ſed quod eorum furorem ex actis ipſorum cognitum haberem, cogitaremque eos, ne de iis quæ præter animi ſententiam geſſerant, convinci poſſent, quidvis, ut me occiderent, auſuros.

XXV. In eremo Athanaſius remoratur.

Ecce enim cum tua humanitas non altra quam extra civitatem, provinciamque ſuam, Epiſcopos evocari juſſerat, iſti præclari viri, ſupra mandatum tuum temeraris, longius quam ultra tres provincias, in loca deſerta inſolita, horribilia, ho-

XXVI. Proſcriptio Epiſcoporum.

PAGIUS

Duplex fuga Athanaſii ex ejus Scriptis deducta.

no ante diem Paſchatis die ſeptima Aprilis celebrati, Alexandriæ in quadam Eccleſia latuiſſe, & ne ab Arianis interceptus de medio tolleretus, in fugam ſe dediſſe. Intelligimus præterea, *Georgium* Eccleſiæ Alexandrinæ invaſorem, in eam urbem non veniſſe cum Syriano Duce, die nona Februarii, qua Athanaſius fugam arripere coactus eſt, ſed duntaxat tempore Quadrageſimæ in eam urbem introiiſſe; quod ipſemet Athanaſius in Apologia de fuga ſua pag. 704. diſerte etiam teſtatur: *Deinde*, inquit, *ſupervenient per tempus Quadrageſimæ, qui ab ipſis a Cappadocia miſſus fuerat Georgius, ſcelera quæ ab iis didicerat, cumulatoria reddidit. Videre enim erat poſt ſeptimanam Paſcha virgines in carcerem detrudi*, &c. Præterea Athanaſius in Apologia ſua ad Conſtantium pag. 692. de vi quibuſdam Epiſcopis illata locutus ſubjungit: *Hæc cum ego admirarer, & iis cogitatione perplexus hærerem, ecce denuo alia atrox fama de Ægypto & Lybia nobis ad aures allabitur, Epiſcopis prope nonaginta pulſis, Eccleſiiſque profeſſoribus Arii traditis, ſexdecim in exilium actis, ceteris deinde aut fugatis, aut ad ſimulationem hæreſeos coactis, ſummam illatam fuiſſe perſecutionem. Siquidem cum Alexandria per diem Paſcha & diebus Dominicis in loco deſerto, juxta cœmeterium in orationibus hærerent, dux exercitus amplius tribus armatorum millibus ſuccinctus, gladios telaque ferentibus, impreſſionem in Chriſtianos fecit*, &c. Ex hoc ultimo loco diſcimus, D. Athanaſium hoc anno die Paſchatis in ſolitudine, ac extra urbem Alexandrinam fuiſſe, ideoque in Oratione ad Orthodoxos, quando de malis *ipſo die Paraſceves* perpetratis loquitur, iis verbis feriam ſextam majoris hebdomadæ non intelligere, ſicuti nec per Dominicam Reſurrectionis, de qua paulo poſt ſermonem habet, diem Paſchatis. Antiqui enim quamlibet diem Dominicam, Reſurrectionis Dominicam plerumque appellant. His po-

homines ſenes, & annoſos Epiſcopos ejecerunt: alii enim ex Libya in Magnam Oaſim, alii ex Thebaide in Ammoniacum Libyæ deportati ſunt. Neque rurſus formidine mortis me in fugam dedi, ne quis me timiditatis accuſet; ſed ut Salvatoris præcepto obtemperarem, cujus mandatum eſt, ut contra perſecutores fuga, contra indagatores latebris utamur: ne ſi nos in apertum periculum offerimus, atrius provocemus perſequentium furorem: ſiquidem in æquilibrio eſt, & ſe ipſum occidere, & ſe inimicis ad occidendum propinare; qui autem fugit, ut Dominus præcepit, is temporum articulos novit, & vere ſuis perſecutionibus cavet, ne uſque ad ſanguinem fundendum evecti, rei fiant ejus præcepti, quod homicidium vetat.

XXVII. *Quam autem nos perditi criminatores voluerint, ſatis conſtat ex iis quæ denuo committunt, quibus ſtudium ſuum, ſanguinariamque voluntatem egregie produnt. Quæ ſi audieris, religioſiſſime Princeps, ſatis ſcio, magnopere admiraberis: audacia enim eorum talis eſt, ut nemo non obſtupeſcat. Quanta autem ſit illa, paucis, quæſo, accipe. Dei Filius, Dominus & Salvator noſter Jeſus Chriſtus, homo propter nos factus, profligata morte, & liberato a ſervitute & corruptione humano genere, inter cætera dona ſua largitus eſt nobis in virginitate exemplar angelicæ ſanctitatis. Certe puellas ea virtute præditas, ſponſas Chriſti Catholica Eccleſia appellare ſolita eſt: quas Ethnici conſpectas, ut templum Verbi, admiratione proſequuntur. Nuſquam enim alibi ſanctum illud & cæleſte æternæ virginitatis mandatum feliciter adimpletur, niſi dumtaxat apud nos Chriſtianos; atque in eo magnum documentum eſt, plane apud nos eſſe veram religionem. Has præ reliquis omnibus beatæ memoriæ religioſiſſimus pater tuus Conſtantinus Auguſtus in pretio habuit, & tua religioſitas ſæpe eas in ſuis ſcriptis pretioſas & ſanctas nominavit.*

Locus ſacrarum Virginum.

Has nuper præſtantes viri Ariani, noſtri ſcilicet calumniatores, inſidiatoreſque, uſi ad hoc & Epiſcoporum opera, & miniſterio Judicum, detractis veſtibus denudarunt: & ab cremitariis ſuſpenderunt; lateribus earum ita jam tertio laceratis, ut numquam quicquam tale neque facinoroſiſſimi quidem homines paſſi ſint. Pilatus enim, qui inſerviebat per id temporis Judæis, lancea unum latus Salvatoris perfodit: iſti autem rabie ſua Pilatum vicerunt, cum non unum latus Chriſti, ſed utrumque laceraverint; membra enim virginum præcipua & propria Chriſti ſunt. Omnes certe, quotquot ſcelera iſta audiunt, vel ad ſolum famam exhorreſcunt; iſti ſoli nihil veriti ſunt denudare & lancinare impolluta membra, quæ puellarum æterna virginitas Chriſto dedicaverat. Et, quod teterrimum eſt, ſi quando male audirent, & conviciis ob tantam crudelitatem pulſarentur; pro erubeſcentia, qua tingi debuerant, cauſabantur ſeſe id tuo juſſu & imperio perpetraſſe: tanta illis audacia eſt & improbitas ad omne facinus. XXVIII.

Quid in ſacras Virgines Ariani.

Nihil certe in perſecutionibus tale quid geſtum eſſe audimus; quod ſi tale quid geſtum reperiatur; non decuit tamen ſub te Chriſtiano Principe virginitatem iſtiuſmodi contumeliis exagitari, aut tantam crudelitatem tuæ majeſtati imponi & adſcribi: talia enim ſcelera impietatis in Filium Dei, & in conſecratas ejus virgines hæreticis conveniunt. En audis, lector, tanti Patris ſententia, quorumnam ſit opera, dicatas Deo virgines ludibriis afficere, & probris atque pudendis contumeliis labefactare; ut ex his plane intelligas, in quorum claſſem rejiciendi ſint perditiſſimi hæretici noſtri temporis, Arianos impietate ſuperantes; dum eas illi, ad extorquendam communionem ab ipſis, eo modo flagellis cædere conſueverunt, Imperatoris cauſantes mandatum: iſti vero in odium ſanctiſſimæ, quæ a temporibus Apoſtolorum viguit in Eccleſia, obſervantiæ, ſacra- XXIX.

Hæretici Gentilibus crudeliores.

PAGIUS poſitis, Athanaſium, poſtquam die nona Februarii ex urbe Alexandrina fugit, in eandem tempore Quadrageſimæ, quæ hoc anno die viceſima prima menſis Februarii cœpit, reverſum eſſe, maniſeſtiſſime liquet. Is enim, qui Syriano perſequente Alexandriam die nona Februarii reliquit, in eadem rurſus urbe tempore Quadrageſimæ reperitur, & ne in Arianorum manus incidat, rurſus fugæ ſe dat, ut ex laudata ad Orthodoxos Oratione conſtat. Hinc in epiſt. ad Solitarios pag. 843. ait: *Deinde poſt acta iſta Syriani, poſt tanta facinora, poſt virginum contumelias, approbans hujuſmodi mala, iterum ſcribit* (Conſtantius) *Senatui, populoque Alexandrino juventutem ſollicitans, ut omnes ſimul in unum coacti, Athanaſium perſequantur, aut ſcirent, ipſos ſibi infeſtos peſtiferoſque eſſe. Athanaſius autem, antequam iſta mandata ſupervenirent, invaſa jam a Syriano Eccleſia, alio acceſſerat, non immemor ejus quod ſcriptum eſt*: Sed abſcondere paulliſper, donec furor prætereat. *Harum autem literarum adminiſter Heraclius fuit*, &c. Quod conſilium ipſummet ſecutum eſſe, & ad tempus tantum receſſiſſe dubitari non poſſe videtur.

X. Nec eſt quod quis reſpondeat cum Baronio anno CCCXLII. Hermantio *in* Vita S. Athanaſii lib. 5. *cap.* 14. & Papebrocio *in* Vita ejuſdem, die ſecunda Maii, *inſerta* cap. 13. eam ad Orthodoxos epiſtolam ab Athanaſio ſcriptam, quando *Gregorius* anno CCCXLI. Sedem Alexandrinam invaſit, non vero currenti anno, quo ea iterum a *Georgio* occupata. Jam enim anno CCCXLI. *num.* XXVI. & ſeqq. vulgarem illum errorem evertimus, eamque epiſtolam ad hanc ſecundam invaſionem ſpectare demonſtravimus. Tantum enim abeſt, ut in priori illa irruptione in aliqua Alexandriæ Eccleſia obſeſſus fuerit. *Athanaſius*, indeque ad fugiendam perſecutionem evaſerit; ut ipſemet in epiſtola ad Solitarios teſtetur, antequam Eccleſiæ occuparentur, alii cæde-

Epiſtola ad Orthodoxos ab Athanaſio hoc anno ſcripta.

cratas Deo virgines (proh dolor!) proſtituere venerenda Chriſto dicata membra cogunt, eaſque reddunt & Catholicæ religionis & religioſiſſimæ profeſſionis apoſtatas; ut hac ex parte lugubriores nobis threni, quam Athanaſio, ſcribendi eſſent, & tetriores næniæ concinendæ. Sed res geſtas mæſta oratio proſequetur.

XXX. Heraclius mittitur contra Athanaſium.

Quomodo autem ab Heraclio Comite Conſtantii Imperatoris ejuſmodi litteræ & edicta contra Athanaſium Alexendriam perlata fuerint, idem S. Athenaſius elibi ſignificat his ſcilicet verbis (a): *Deinde poſt acta iſta Syriani, poſt tanta facinora, poſt virginum contumelias, approbans hujuſmodi mala, iterum ſcribit Senatus populoque Alexandrino, juventutem ſollicitans, ut omnes in unum coacti Athanaſium perſequantur, aut ſcirent ſibi infeſtos peſtiferoſque eſſe. Athanaſius autem, antequam iſta mandata ſupervenirent, invaſa jam Eccleſia a Syriano, alia abſceſſerat, non immemor ejus quod ſcriptum eſt: Abſcondere paulisper, donec furor pertranſeat. Harum tamen litterarum adminiſter Heraclius fuit, titulo dignitatis Comes, præcurſor cujuſdam Georgii a Cæſare miſſi, non Epiſcopi quidem, ſed exploratoris: num enim Epiſcopus fuerit qui ubi ille mittitur? minime gentium, ut ea quæ facta ſunt, & proœmia ipſius introitus abunde teſtatur. Edicta igitur, quæ Imperator ſcripſit, publice propoſita ſunt. Poſtquam enim a Magno Oſio eas litteras acceperat, nec inveniret ſuæ mutationis veriſimilem cauſam; excogitavit illam, quæ minime ſibi ſuiſque conſiliariis congrueret. Dixit enim, ſe fratris ſui divinæ & beatæ memoriæ amicitiam reveritum, temporarium Athanaſio acceſſum ad ſe permiſiſſe. Quæ res & ipſum in promiſſis fallacem, & erga fratrem mortuum ingratum oſtendit.* Et poſt multa in ejuſdem deteſtationem, inſtitutam ſemel de Heraclio Comite miſſo cum litteris orationem aſſumens, hæc habet (b):

(a) Athan. epiſt. ad Solitar.

(b) Athan. epiſt. ad Solitar.

XXXI. Quid Heraclius Alexandriæ.

Ita nunc quoque contra Athanaſium, Comitem Heraclium miſit, & Edicta ſua publice propoſuit; & minas de auferendis panibus, & idolis evertendis, per litteras denunciavit, & magiſtratuum & plebejorum captivitatem expectandam eſſe, niſi pareatur. Et in his periculis denunciandis non veritus eſt Heraclius publice & magna voce dicere, Cæſarem jubere, ut Athanaſius repudietur, & Arianis Eccleſiæ dentur. Omnibus ibi non ſine admiratione mutu inter ſe verbiſque interrogantibus: Num Conſtantius hæreticus factus eſſet? quanto ea res flagitioſior erat, tanto majori vi eam urgebat, Senatoribus, magiſtratibuſque, & Ethnicis idolorum Æditius compulſis, ut iſtiuſmodi poſtulatis ſubſcriberent, pollicerenturque ſe pro Epiſcopo recepturos, quem Imperator mitteret. Probe admodum Conſtantius ad canones vindicandos iſta deſignavit, qui in locum vitemque Eccleſiæ, & populorum Chriſtianorum, a foro, & idolorum Æditius iſtiuſmodi pacti ſyngraphas poſtulavit: utpote conſcius ſe non Epiſcopum Chriſtianis, ſed ſcriptoribus iſtius pacti Curioſum immittere. Ethnici igitur ut idolorum ſuorum ſecuritatem redimerent, nonnulli ut quæſtum ſuum aſſererent; invitis animis ſubſcripſerunt, atque perinde ab illis habitum eſt, ac ſi non Epiſcopus ſed Præſes aut Prætor aliquis in provinciam a Cæſare mitteretur: tanta erat, Edictis adhibitis, vis minarum. Quid enim Ethnici homines facerent, niſi hoc ipſum quod Imperatori placeret?

XXXII. Graſſatio in Alexandrinos Catholicos.

Populis autem in Magnam Eccleſiam convenientibus (erat enim quarta ſabbati ante Pentecoſten) poſtridie Heraclius Comes, adjuncta ſibi Ægypti Præfecto Cataphronio, & Fauſtina Catholica (erat ejus nominis magiſtratus *) homine & genere Bithyno, & opinionibus hæretico, juvenes forenſes & idolorum adoratores concitat, ut ex præcepto Imperatoris invaderent Eccleſias, & populos lapidarent: plerique autem populorum juſſione e ſacris facta abierant*

PAGIUS

derentur, alii in carcerem truderentur, alii bonorum proſcriptione mulctarentur, ſeſe Alexandriam reliquiſſe, & Romam profectum eſſe: *Athanaſius autem priuſquam iſta fierent, cum rem auditione tantum accepiſſet, Romam navigavit, non ignarus hæretici furoris.* Quare ea ad Orthodoxos epiſtola ad priorem invaſionem immerito trahitur, ex eaque etiam male deducitur, invaſionem illam tempore Quadrageſimæ peractam. Nam quæ hoc anno facta, tempore Quadrageſimæ contigiſſe ex indubitatis Athanaſii locis numero præcedenti recitatis certo conſtat; priorem vero eidem tempori adſcribendam, ex una ad Orthodoxos epiſtola, quæ non de ea, ſed de ſecunda invaſione loquitur, duntaxat inferri poteſt. Is itaque error e vita Athanaſii in poſterum eliminetur, certumque maneat, *Gregorium* anno CCCXLI. Alexandriam incerta anni tempeſtate veniſſe; *Georgium* currenti anno ad eandem civitatem Quadrageſimæ tempore perveniſſe; ac denique *Athanaſium* hoc anno bis ex urbe Alexandria fugiſſe, die nempe nona Februarii, quando in eam Syrianus Dux irrupit, iterumque tempore Quadrageſimæ, quando Georgius Pſeudo-Pontifex Alexandrinus in eadem urbe omnia ſuſdeque vertit.

XI. *Athanaſius Conſtantium adire meditatur.*

Athanaſius poſtquam ex urbe Alexandrina fugit, in ſolitudinem ſeceſſit, ut ipſemet in Apologia ad Conſtantium pag. 690. & 697. teſtatur. Ibidem Apologiam *de fuga ſua*, *quando a Syriano Duce perſecutionem patiebatur*, ſtatim ſcripſiſſe videtur, cum necdum factus eſſet certior cædium a Syriano Eccleſiam invadente patratarum, dum adhuc ipſe in ſacrario eſſet: nam gratias agit Deo, quod ſalvari potuerit *populo prius dimiſſo*, & nullam alterius violentiæ mentionem facit, quam ejus, qua ipſummet intercipere Dux & milites moliebantur. Nec refert, quod in eo Opuſculo referatur Hoſii lapſus, qui anno ſequenti contigit; videtur enim parentheſis

rant, aliquot muliercalis remanentibus. Res agitur, ut imperatum fuit; orituque miſerabile ſpectaculum. Modo enim ab oratione ſe mulierculæ ſeſſum receperant, cum levis armaturæ forenſis illa juventus cum lapidibus & fuſtibus irruens, cæteras lapidibus inceſſerent: ſacra autem virginum corpora plagis concidunt, injectuque in veſtes manu, trahunt, capita denudant: eas vero quæ inter trahendum obnitebantur, calcibus pulſant.

XXXIII. *Gravia quidem iſta & nimium gravia; ſed tamen quæ inſecuta ſunt, multo graviora, & genere contumeliæ prorſus intoleranda. Cum enim ſcirent pudicitiam virginum, & aurium integritatem, & quod patientius ferrent lapides & fuſtes, quam abſcœna verba; fœdiſſimis dictis inter invadendum utebantur: & hæc Ariani juventuti ſuggerebant, quippe qui ad iſta dicta & facinora cachinnarentur. Sacræ autem virgines, & aliæ caſtæ mulieres, ut morſus aſpidum, ab iſtiuſmodi vocibus refugiebant. Chriſti vero perduelles ſuam quoque operam, ut hæc fierent, addebant: nec diſſimile eſt veritati, ipſos eaſdem cum juventute illas voces concinniſſe: delectabantur certe petulantia & obſcœnitate verborum, quæ a juventute jactabantur.*

Quid in ſacras Virgines.

XXXIV. *Deinde cum mandatum Cæſaris omnibus ſuis partibus implevisſent (hoc enim illis ſtudio erat, hoc Comes & Catholicus præcipiebant) ſubſellia, thronum, menſam ligneam, tabulas Eccleſiæ, & cætera quæ poterant, foras elata combuſſerunt ante veſtibulum in magna platea, & thura ſparſerunt. O quis hæc audiens non fleverit? immo quis non, ne iſta audiat, aures occluſerit? Idola igitur ſua laudibus ferebant, dicebantque: Conſtantius Ethnicus factus eſt, & Ariani noſtra agnoſcunt: nihil enim curant Ethnicos mores præſeferre, modo ipſorum hæreſis ſtabiliatur. Nam & buculam Cæſareos boriis irriguntem adacti ſunt immolare; atque immolaſſent, niſi fœmina fuiſſet: eas enim immolari ſuis ritibus nefas eſſe ajebant. Hæc religioſi Ariani, quod exiſtimabant in noſtram ignominiam redundare, una cum Ethnicis faciebant. Cæterum divinum ſupplicium eorum ſcelera declaravit, manifeſto demonſtrans, eos, ut impie credendo, non in alium quam in ipſum Dominum peccare; ita quoque & iſta faciendo, in ipſum Dominum ſuas injurias committere: quæ res exitu iſtius miraculi evidentius patuit.*

Suppellectilia Eccleſiæ incenſa.

Quidam enim ex petulantioribus juvenibus interiora penetrans, audacter ſe in throno ſeſſum recepit, & inter ſedendum fornicarios ronchos de naribus inſonuit; mox deinde conſurgens, magna vi thronum convellens ad ſe diſtrahit, minime advertens in ſeſe ultionem divinam attrahere. Ut enim olim Azoti incolæ (a) auſi Arcam attingere, quam illis vel oculis attingere nefas fuit, ſtatimque ſecundum hoc factum peribant, ſed ita ut prius ſedium tormentis excruciarentur; ita quoque miſer iſte auſus ſellam convellere, fragmento ligni inde in ventrem ipſius reſiliente, & quaſi ab ipſa ultione impacto, inteſtina ſua perforavit, & eadem vi qua ſolium diſrumpere conabatur, rupta alvo, ſua inteſtina effudit; celeriuſque quam ipſe thronum auferret, thronus ei vitam ſuſtulit; effuſis enim (ut dictum eſt) viſceribus, collapſus eſt; & inde aſportatus, poſt unum diem expiravit. Alius item cum frondibus ingreſſus, &, ut Ethnicus, eas manu per ludibrium agitans; ſtatim obortis tenebris, ita oculis caligavit, ut nihil videret, neque intelligeret ubi terrarum eſſet; quem jam jam collapſurum ii qui aderant manibus ducentes, vel potius geſtantes e templo extulerunt, adeo ut vix poſt diem ad mentem redierit, nihil memor eorum quæ vel fecerat, vel paſſus erat. Quibus conſpectis, Ethnici quidem in metu erant, neque plura auſi ſunt. XXXV.

8. Thronus ignominia affectus.

(a) 1. Reg. 5.

Divina ultio in ſacrilegos.

Ariani autem ne ita quidem ullo rubore repreſſi, quemadmodum Pharao, magis magiſque indurabantur: quippe qui & ipſi quo- XXXVI.

PAGIUS ſis poſtea adjecta margini ab ipſomet Athanaſio, & a Librariis imperite inſerta textui. Dum in ea ſolitudine verſatur, Imperatorem adire deliberat, *fiduciam habens excuſandi ſui primum apud Deum, deinde apud Imperatorem, ſi quis eum accuſare vellet*, ut ipſemet Athanaſius in Apologia ad Conſtantium pag. 690. ſcribit. Qui pagina ſequenti ſubdit: *Nihil mihi mali conſcius, ad Pietatem tuam cum hac defenſione properabam.* Tum ſubjicit pag. 692. *Jamque mihi iter ingredienti, relicto eremo, fama derepente advolat. Ubique enim jactabatur, Liberium Romæ Epiſcopum, &c. aliaſque complures in exilium exterminatos eſſe, ea quod contra nos ſubſcribere recuſaſſent.* Dein ſcribit, ſe denuo fama accepiſſe, *cum Alexandria per diem Paſchæ & diebus Dominicis in loca deſerta juxta cœmeterium in orationibus hærerent* Chriſtiani, ductorem exercitus *impreſſionem in Chriſtianos* feciſſe. Narratis poſtea quæ poſt Pentecoſten acta fuerant pag. 693. ſubjicit: *Ego tamen ne tunc quidem deſtiti, ſed iterum profectus ſum iter ad tuam Pietatem.* Tandemque pag. 697. concludit: *In eremum, fateor, rurſus reverti.*

Profectionem itaque illam Athanaſius ſuſcepit, poſtquam ſecunda vice Alexandria tempore Quadrageſimæ fugit; cum in itinere fama acceperit quæ Alexandriæ Paſchatis tempore, ac poſt Pentecoſten acta fuerant. Porro, quia Athanaſius ipſe non explicat quouſque pertenderit, Papebrocius die ſecunda Maii in Vita S. Athanaſii cap. 15. ſuſpicatur, eum uſque in Syriam aut Palæſtinam perveniſſe. Etenim, inquit, epiſtolam encyclicam *contra Arianos ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ* ſcribens Athanaſius, quæ ſub nomine *primæ Orationis contra Arianos* Operibus ejus inſeritur Tomo primo, ſimul indicat, ſe tunc in Ægypto non fuiſſe. Verum ex ipſamet epiſtola encyclica manifeſte apparet, eam hoc anno ſcriptam, antequam Georgius Eccleſiam Alexan- XII.

Athanaſius ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ ſcribit.

Fauſtinus perſecutor.

quoque ſuas ſpes humi & inferne haberent, in Cæſare nimirum, & in ejus eunuchis: Ethnicos igitur, vel potius ex Ethnicis teterrimos quoſque talia deſignare permittebant. Habebant autem ſibi ad iſtiuſmodi hiſtrionem, & Ethnicos concitantem Fauſtinum titulo Catholicum, moribus autem circumforaneum, & animo protervum. Ipſique per ſimilia inſtituerunt facere: ut quemadmodum hæreſin ſuam ex aliis hæreſibus expreſſerant; ita quoque cum protervis hominibus in commune peccentes, aliquid tamen proprii ſuique in ſceleribus & quaſi peculiare ſibi quærebant. Alii igitur (quemadmodum jam dixi) per illos faciebant.

XXXVII. Sæva perſecutio Arianorum.

Quæ autem per ſe deſignarunt, qui quæſo, non ſuperant omnem malitiam & carnificis immanitatem? Quæ ædes non depopulati ſunt? Quam domum ſub ſpecie quærendi non diripuerunt? Quem hortum non conculcaverunt? Quod ſepulcrum non aperuerunt, eo prætextu; quaſi Athanaſium quærerent, cum nihil niſi rapere, & ſpoliare ſtuderent? Quot hominum ædes obſignatæ ſunt? Quam multa, quæ in hoſpitalibus erant, militibus adminiſtris ſuis donaverunt? Quis illorum ſcelerum expers fuit? Quis illis obvius non ſeſe in foro occultavit? Quis non ob iſtos, relictis ædibus, in deſerto pernoctavit? Quis cum ſua ſervare ab iſtis feſtinaret, non plura inſuper perdidit? Quis maris imperitus, non maluerit mare, mariſque pericula experiri, quam illos minaces videre? Multi autem domicilia permutarunt, de porticu in porticum, & ex urbe in ſuburbana tranſilientes. Quam multi, & quam magnas mulctas ſuſtinuerunt, & cum non eſſet unde luerent, mutuo pecuniam ſub uſuris acceperunt, non alia de cauſa, quam ut eorum inſidias effugerent? Omnibus enim ſe terribiles oſtendebant; ad omnes ſe magnifice jactabant, Imperatorem in ore habentes, ejuſque terrorem & minas denunciantes; cum miniſtros ad ſua ſcelera haberent Ducem Sebaſtianum, ſecta Manichæum, petulantem, ferocem, Præfectum item, & Comitem, & hypocritam Catholicum.

XXXVIII.

Multas certe virgines, quæ & eorum

Ignominia affectæ Virgines.

impietatem damnabant, & veritatem agnoſcebant, ex ædibus ſuis deportarunt, aliaſque ad negotia ſua euntes contumeliis affecerunt; operamque dedere, ut a protervioribus adoleſcentibus denudarentur: ſuiſque mulieribus poteſtatem conceſſere, ut quam vellent indigne tractarent. Graves igitur & fideles matronæ illis de via cedebant; uxores autem eorum, veluti Bacchæ & Furiæ circumcurſitantes pro calamitate habebant, ſi neminem invenirent, cui injuriam facerent; eumque diem, quo malefacere non dabatur, cum mœrore tranſigebant. In ſumma ita erant feri, & acerbi in omnes, ut carnifices, homicidæ, nefarii delatores, malefici, & quidvis potius quam Chriſtiani ab omnibus vocarentur. Quippe qui Scythas imitantes, rapuerint Eutychium ſubdiaconum, virum probe Eccleſiæ inſervientem; quem primum ſcuticis uſque ad mortem curaverunt verberari, deinde ita moribundum in metallum mitti, & non in quodvis metallum, ſed in id quod Phæno appellatur, in quod homicida cum condemnatur, nonniſi ad pauciſſimos dies ſupereſſe poteſt: &, quod immanius eſt, ne paucis quidem horis ad curationem vulnerum conceſſis, hominem ſtatim in metallum deportarunt: prædicantes, ſi hoc fieret, omnes in metu futuros, & ſecum conſociatum iri. Cæterum ille non longe avectus, cum imbecillior eſſet, quam ut ad metallum perduci poſſet, ex dolore vulnerum in itinere deceſſit. Et ita ille quidem cum gaudio mortuus eſt, poſſidens gloriam martyrii.

XXXIX. Arianorum crudelitas.

Impii autem ne ita quidem rubore repreſſi ſunt, habentes (ſcriptum eſt) viſcera ſine miſericordia: immo quiddam prorſus ſatanicum meditato ſtudio deſignarunt. Cum enim populi pro Eutychio precibus ſuis ſuppliciter intercederent; rejectis populorum precibus, quatuor pro eo bonos, & ingenuos viros, & inter alios Hermiam laventem pedes peregrinorum, abripi juſſerunt; quos Dux multis plagis conciſos in carcerem conjecit. Ibi Ariani Scythis crudeliores, poſtquam videre eos verberibus nondum enectos, expoſtulare cum Duce occipiunt, minitatique ſunt, ſe eunuchis ſcripturos quod non ad ipſorum arbitrium ſta-

PAGIUS

xandrinam invaſiſſet, & dum adhuc Athanaſius poſt primam ſuam fugam in ſolitudine commoraretur. Nam pag. 290. Athanaſius loquens de quadam Formula Fidei ab Epiſcopis circiter octodecim ſubſcripta, omnes oſtendit ab Euſebianis ordinatos, ad Orthodoxos Epiſcopos per calumniam ſubvertendos, additque: *Ob eandem cauſam Georgium quendam ex Cappadocia conduxerunt mittendum ad vos; cujus tamen nulla habenda eſt ratio: dicunt enim in his partibus, quod ne quidem Chriſtianus omnino ſit, ſed idolorum zelator, & moribus carnifex, ideoque ab iis electum eſſe, ut poſſit injurias, rapinas & cædes facere; ad hæc enim exercitatus eſt diu, & quæ Chriſtianæ Fidei ſunt, prorſus ignorat.* Quibus ex verbis habemus, necdum Alexandriam perveniſſe Georgium, imo nec fama quidem adhuc Ægyptiis notum fuiſſe, cum eam epiſtolam encyclicam contra Arianos, ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ Athanaſius ſcriberet; ideoque eam ab hoc Sancto in ſuo receſſu poſt irruptionem Syriani Ducis, & ante ſuum in urbem Alexandrinam reditum, ac ante introitum Georgii in eandem civitatem exaratam eſſe, & ex conſequenti nihil eam habere commune cum profectione, quam Athanaſius verſus Conſtantium ſuſcepit, poſtquam ſecunda vice Alexandriam relinquere coactus eſt. Baronius eam epiſtolam encyclicam uſque ad annum CCCLXI. diſtulit, quo ideo ejus fundamenta evertemus.

flagellaret. Quorum verbis ille conterritus, iterum homines flagellare incipit: ipſi autem qui verberabantur, non ignari cur vapularent, & per quos falſo delati eſſent, nihil aliud dicebant, niſi ſe ob veritatem flagellari: Non communicamus, dicentes, cum hæreticis; verberato, ut libet: Deus autem ob iſta te judicabit. Impii vero eos in carceribus periclitari modisque cupiebant. Populus autem Dei, cognita opportunitate temporis, pro eis intercesſit, atque ita ut inde poſt dies ſeptem plus minus liberati fuerint.

XL. *Euſebiani vero quaſi eo ipſo graviter habiti fuiſſent, alia crudeliora magiſque nefaria moliti ſunt facere, quæ quidem immania aliorum ingeniis videntur, ipſorum vero hæreſi hoſtilia in Chriſtum profitenti prorſus conſentanea. Siquidem Chriſtus nos admonet (a), ut pauperum memores eſſemus, & vendenda eſſe bona, & danda in eleemoſinam: Eſurivi (inquit) & dediſtis mihi manducare; ſitivi, & dediſtis bibere: quod enim uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Iſti autem, ut re vera Chriſto infeſti, ejus voluntati hac ex parte obſiſtere conati ſunt. Cum enim a fratribus in egenos & viduas, quibus in Eccleſiis, quæ jam per Ducem in Arianorum poteſtatem conceſſerant, ſedere non liceret, ac proinde in locis per clericos, in quorum tutela erant, aſſignatis verſarentur, eleemoſinas benigne conferri conſpicerent: non ferentes hanc pietatem, miſeros illos ferire ac verberibus inſectari cœperunt: criminibus quoque in donatores eleemoſinarum intentatis, illos apud Ducem eo nomine accuſarunt, utentes ad ea opere cujuſdam militis.*

(a) Matth. 19. 25.

Ariani prohibent eleemoſynam.

XLI. *Gratum id admodum fuit Sebaſtiano: nam apud Manichæos miſericordia non eſt, & pro re hoſtili habetur pauperum commiſeratio. Erat igitur nova expoſtulatio, & tribunal primum ab ipſis excogitatum, ubi de beneficio reatus fieret, & miſerator accuſatione peteretur: & is qui beneficium acceperat, vapulare. Malueruntque pauperem eſurire, quam liberam aliis miſericordiam permittere; & hoc quoque ab antiquis Judæis ipſi novi Judæi didicerant. Nam & illi cum vidiſſent, cæcum a nativitate, viſum recepiſſe, & eum qui multis temporibus paralyticus fuerat, ſanatum eſſe: auctorem quidem beneficii Dominum noſtrum vituperabant; beneficio autem illo affectos, ut tranſgreſſores condemnabant. Quis igitur non ad iſta obſtupuit? Quis non hanc hæreſim ejuſque aſſertores execratus eſt? Quis non cognovit Arianos belluis immaniores eſſe?*

Sebaſtianus Manichæus.

XLII. *Atqui ſcelerati, id quod per iſta ſua facinora captabant, minime aſſecuti ſunt, ſed magis odium ſuum apud omnes intenderunt. Sperabant enim vi, & inſidiis multos cogi poſſe, ut ſecum communicarent; ſed res illis in contrarium ceſſit. Qui enim iſta patiebantur, eas calamitates tamquam martyrium ſuſtinebant, minime prodentes aut inficiantes piam in Chriſtum fidem. Extranei autem, qui iſta ſpectabant, in quo numero etiam Ethnici erant, Arianos, ut Antichriſtos & carnifices, execrabantur: eſt enim genus humanum amans pauperum, & pronum ad miſericordiam; ſed Euſebiani humanam mentem exuerant. Egeni porro, qui ita vapulabant, optaſſent forſitan, vel a quovis beneficium accipere; verum id Euſebiani Judicum & Comites imperio ſuccincti, quibus libera poteſtas erat quemlibet affligendi, nequaquam permittere voluerunt.*

Arianorum immanitatem omnes execrantur.

XLIII. *Quæ enim in presbyteros & diaconos fecere; & quomodo ipſos ſub Duce & Judicibus in exilium egere, eorumque amicos militari manu extraxerunt, Duce Gorgonio plagis eos concidente; & quo modo omnium, quod ſummæ crudelitatis eſt, etiam, jam mortuorum membra artuſque per ſummam ſævitiam diſcerpſerint, non eſt ut verbis enunciem: vincit immanitas omnem rationem eloquendi: quid enim tantum dixeris, ut rem ipſam elocutus videare? aut cujus primum mentionem facias, ut non invenias primis ſecunda; ſecundis tertia, ac deinceps poſteriora quæque efferatiora? omnes enim eorum conatus cæde & impietate redundant.* Et paulo poſt, hos immaniores fuiſſe perſecutoribus Ethnicis, apta inter eos facta collatione, declarat his verbis:

Quid Ariani in presbyteros, & Diaconos.

XLIV. *Ego enim a patribus audivi (& verum arbitror) cum perſecutio eſſet nata ſub Maximiano, Ethnicos homines, fratres noſtros Chriſtianos, cum quærerentur, latebris abdidiſſe, eoſque ſæpe pecunia mulctatos, & carceri mancipatos fuiſſe, non ob aliud, quam quod profugientes ad ſe prodere nollent, eoſque eadem fide qua ſeipſos tuendos putarent, non veriti ob id ſeſe periculis objicere. At nunc mirifici iſti novæ hæreſeos inventores, nulla aque re, ut inſidiis clari, omnia in contrarium faciunt: ipſi enim ultro carnifices effecti, & occultatos rimantur, ut eos e latebris eruant; & occultatoribus inſidias nectunt, æque ſibi inimicum & occultatum & occultatorem arbitrantes: ita natura cruenti ſunt, & homicidæ, & ſcelerum æmuli.* Et paulo poſt:

Perſecutio Arianorum cæteris crudelior.

XLV. *Adhuc enim hæreſis ſævit, eoſque qui illam nondum cognitam habent, ad noxam circuit: quibus autem nocuit, iis novam injuriam meditatur. Ecce enim poſt nocturnam graſſationem malaque inde propagata, non intermittunt apud Cæſarem criminationem ſtruere: neque id mirum, cum certi ſint ſe ſe audiendos, modo impia afferant. Agunt igitur, ut damnatio gravior exilio inſtigatur, & ad necem rapiantur, quotquot impiæ hæreſi non obtem-*

pe-

peraverint: & certe nunc eo genere crudelitatis ſæviunt. Secundus igitur Pentapolitanus nomine tenus Epiſcopus, homo omnium mortalium teterrimus, ejuſque in conjuratione ſocius Stephanus, non ignari, ſe de quavis injuria ob hæreſis gratiam excuſari poſſe, Barcam quemdam presbyterum nacti, nomine quidem Secundo ſimilem, fide diſſimillimum, ipſis non obtemperantem, calcibus obtritum interfecerunt. Ille autem cum occideretur, Sanctum imitatus, ita locutus eſt: Nemo me apud Judicem vindicet: habeo vindicem Dominum Jeſum, pro cujus nomine iſta patior. Illi contra hominis ita loquentis nihil quicquam miſerti ſunt, neque diei ullam reverentiam habuere, cum in ipſa Pentecoſte hominem calcitrando eliderent. O novam hæreſim ſceleribus & impietatibus Diabolum totum, quantus eſt, induentem? Hæc Athanaſius, poſt alias illatas Paſchatis temporibus clades, paucis attingens res Pentecoſtis feſto geſtas: quatum aliis in locis ubetiorem proſecutus narrationem, ſic ait (a):

Barcæ Martyrium.

(a) Athan. Apolog. de fuga ſua.

XLVI. Quid Ariani tempore Pentecoſtes.

Gravia quidem iſta, graviora tamen quæ poſtmodum commiſſa ſunt. In hebdomade ſiquidem poſt ſacram Pentecoſten, populus, completis jejuniis, ad orandum ad cœmeterium abiit, eo quod abhorrerent a communione Georgii. Quod cum homo omnibus modis ſceleratiſſimus intellexiſſet; Ducem copiarum Sebaſtianum, ſecta Manichæum, ad vim & ad arma inſtigat. Igitur ille militari manu, infeſtis telis, cum alii gladios ſtrictos, alii arcus geſtarent, impetum in populum facit; rurſque illic oratores deprehendens (nam plerique ut erat diei tempus, diſceſſerant) talia deſignavit, qualia par erat eum deſignare, qui iſtiuſmodi hominibus aurem præbuiſſet. Virgines enim ignibus flammantis rogi admotas adigebat ad confeſſionem Arianæ religionis: ibi cum eas invictas cerneret, corpora nudat, atque ita in faciem cædit, ut vix longo poſt tempore a ſuis potuerint agnoſci. Viros autem quadraginta comprehenſos nova ratione laceravit: virgis enim palmeis aculeos ſuos adhuc retinentibus ita terga eorum cecidit, ut alii ſæpius a medicis ob tenacius inhærentes aculeos fruſtra curati; alii cruciationem non ferentes, mortem oppetiverint. Cæteros deinde omnes, quotquot comprehenderant, in eam partem Ægypti quæ Magna Oaſis appellatur, relegarunt. Corpora autem defunctorum initio ne ſuis quidem dari voluerunt, eaque pro libidine ſui conſilii inſepulta clanculum habuerunt, quod putarent ſuam crudelitatem poſſe latere. Qua in re vecordes illi magno errore mentis tenebantur: neceſſarii enim amicique interfectorum, de confeſſione quidem ſuorum læti, ſed muſti admodum de ſubductis corporibus, nec tacentes factis immanitatem, cauſam dedere, ut ſcelerum tragœdiæ ſemper in majus divulgarentur.

XLVII. Epiſcopi exules & extorres.

Illi autem ex Ægypto & Africa hos Epiſcopos ad fugam exiliumque compulerunt, Ammonium, Muim, Cajum, Philonem, Hermem, Plinium, Pſenoſyrin, Palemonem, Agathonem, Anaganphon, Marcum, Ammonium, & alterum ejuſdem nominis Marcum, Dracontium, Adelphium, Athenodorum, presbyteros vero Hieracem & Dioſcorum; quos tanta acerbitate raptaverunt, ut quidam in via, quidam in exilio mortem oppetierint, actis in fugam pluribus quam triginta Epiſcopis: ſiquidem illis ſtudium fuit, ſecundum Achab quoquomodo, ſi fieri poſſet, veritatem e medio, tollere.

XLVIII. Dracontius Epiſcopus.

Quod ad Dracontium Epiſcopum ſpectat; hunc illum eſſe putamus ejus nominis virum, quem ex monacho, diu renuentem, ipſe Athanaſius adegit tamen, ut epiſcopatus onus ſuſciperet: eſt vero mentio apud S. Hieronymum de eodem Dracontio Epiſcopo exulante, atque Philone collega, quos S. Hilarion, cum petiit Ægyptum, inviſit: ait enim cum agit de ejus adventu in Ægyptum (b): *Quinto igitur die Hilarion venit Peluſium viſitatiſque fratribus qui in vicina eremo erant, & in loco, qui dicitur Lychnos, morabantur, perrexit poſt triduum ad caſtrum Theaubatum, ut videret Dracontium Epiſcopum & confeſſorem, qui ibi exulabat: quo incredibiliter conſolato tanti viri præſentia, poſt aliud triduum multo Babylonem labore, pervenit, ut videret Philonem Epiſcopum, & ipſum confeſſorem: Conſtantius enim Rex Arianorum favens hæreſi, utrumque in ea loca deportaverat.* Hæc de S. Hilarione Hieronymus; ex cujus teſtificatione & illud proditur, inviſiſſe ipſum Chriſti confeſſores anno qui ſequitur Antonii obitum, qui contigit poſt ſequentem annum.

(b) Hieron. Vita S. Hilarion.

XLIX. Hilarionis ætas, & profeſſio.

Porro ejuſdem quoque auctoris aſſertione compertum habetur, tempore mortis ipſius Antonii eumdem Hilarionem fuiſſe annorum ætatis ſexagintaquinque: qui cum puer inviſiſſet olim Antonium annos quindecim natus, largitus ſua bona pauperibus, monaſticam vitam arripuit, quando deſertum a Majuma Navale Gazæ ſeptem milliatibus diſtans petiit, ubi magna miraque operatus, non Palæſtinis tantum innotuit, ſed toti pene Orbi conſpicuus factus fuit; cujus ad monaſticam perfectionem progreſſus, & præclaras ab eo virtutes & miracula edita, idem auctor pluribus perſecutus eſt.

L.

Sed jam ad cladem Orthodoxorum Ægypti Epiſcoporum revertamur, & quæ ſingulis Epiſcopis exulibus loca ſingula fuerint præſcripta, eodem auctore Athanaſio recenſeamus, ac primum quæ his præmittit ita ſcribens (c): *Ecce enim nunc de-*

(c) Athan. ad Solitar.

Traditæ Eccleſiæ Arianis.

denuo Alexandriæ, & in Ægypto, & per univerſam Libyam Conſtantius Imperator Eccleſias turbavit, & propalam edixit, ut Catholicæ Eccleſiæ, ejectis piæ religionis Epiſcopis, in univerſum hominibus Arianæ opinionis tradantur. Hoc Dux exercitus facere incepit; ac jam inde Epiſcopi, presbyterique, & monachi ferro vincti, plagis uſque ad mortem cæſi, alio atque alio tranſmittuntur: omniaque in ſingulis locis tumultibus agitantur: Ægyptus & univerſa Libya in periculum venit, populis rerum iniquitatem indigne ferentibus, cum ante oculos ſuos videant Antichriſta viam parari, ſua ſibi eripi, eaque hæreticis dari. Quando igitur umquam audita eſt tanta iniquitas? Quando tale malum vel in perſecutione viſum fuit? Ethnici erant qui prius perſequebantur, ſed tamen in Eccleſias idola non inferebant. Zenobia Judæa erat, & protectrix Pauli Samoſateni; ſed tamen Eccleſias Judæis in ſynagogas non tradidit. Novum iſtud odium eſt, neque ſimplex perſecutio, ſed immanitas quædam omni perſecutione plena, proœmiumque & præparatio Antichriſti. Eſto contra Athanaſium alioſque Epiſcopos quos in exilium miſere, comminiſci potuerunt criminum cauſas; ſed nihil illa ad hoc novum genus malorum. Quid criminis confingere poſſunt contra univerſam Ægyptum, Libyam, & Pentapolim? Non enim in ſingulos inſidias moliti ſunt, ut mentiendi occaſionem haberent, ſed ſimul omnes adorti ſunt; unde fit, ut, ſi quid fingere auſint, falſi ſtatim mendaceſque appareant.

LI.

Clerici Eccleſiæ Cathol. undique pulſi.

Excæcavit eorum animos malitia eo ipſo, quod ſimpliciter poſtularunt, omnes Epiſcopos ſine exceptione ſubmoveri; at clarum facerent, ſe contra Athanaſium, cæteroſque Epiſcopos quos in exilium miſere, non alia de cauſa, quam ob impiam hæreſin, falſum crimen confinxiſſe. Res enim non amplius latet, ſed jam omnibus compertiſſima eſt, eo quod & Athanaſium e civitate ejici, & Arianis Eccleſiam tradi juſſerit; adeo ut jam presbyteri & diaconi, qui cum Athanaſio a Petro uſque Alexandrino & Alexandro in clero & Eccleſia fuere, profligentur; & hominibus certe Arianis, neque illis novitiis, ſed veteranis, ac jam olim cum Ario ab Alexandro Epiſcopo damnatis, Eccleſiæ donentur. Ita in Superiori Libya Secundus, in Alexandria Euzoius ille Chananæus, Julius, Ammon, Marcus, Irenæus, Zoſimus, Serapion cognomento Scurricula *, in Libya vero Siſinnius cum juvenibus ejuſdem ſecum hæreſeos cultoribus Eccleſias acceperunt. Sebaſtianus vero exercituum Dux ſingulorum locorum præpoſitis & militaribus Præfectis in eam ſententiam litteras miſit, ut veros Epiſcopos perſequerentur, & pro illis ſuffragatores

* Securicula.

Epiſcopi relegati.

hæreſeos in Eccleſiam introducerent. Nihil horum omiſſum: relegarunt enim Epiſcopos qui in clero conſenuerunt, & per multos annos in Epiſcopatu verſati fuere; ex quibus Ammonium in Superiorem Oaſin, Muim, Pſenoſyrin, Hammona, Pleuem, Marcum, Athenodorum in Ammoniacam in exilium miſerunt, nihil aliud captantes, quam ut in deſertis ſoliſque locis oberrando perirent.

LII.

Dira perſecutio.

Nihil eorum, qui adverſa valetudine laborabant, miſerti; adeo ut iter ægre ob imbecillitatem ferentes, lecticis aſportati ſint, a tergo ob morbum funeralibus inſtrumentis ſubſequi juſſis: certe unus ex eo numero extinctus eſt, cujus ne cadaver quidem ad ſuos referri permiſerunt. Atque hinc eſt, quod Dracontium Epiſcopum in ſolitudinem eam, quæ circa Clyſma eſt, detruſerint; Philonem Babylonem, Adelphium in Pſinabla Thebaidis, Hieracem autem & Dioſcorum presbyteros in Soienem; Ammonium item, Agathum, Agathodæmonem, Apollonium, Eulogium, Apollo, Paphnutium, Cajum, Flavium veteres Epiſcopos profugos fecere; & hos quidem in lapidicinis mancipârunt: illos ad necem perſecuti ſunt, multaſque laicos numero quadraginta ſpoliaverunt; virgines autem, quas antea flammis admoverant, & ita palmarum flagellis verberaverunt, ut quinto die aliæ perirent, aliæ ſub chirurgorum manibus ob ſtimulos palmarum corporibus impactos, graviores morte dolores paterentur, e ſuis finibus ejecerunt: & quod gravius apud omnes qui mente valent, ſed tamen (quod proprium eſt impiorum) cum vapulantes fœminæ inter verbera Chriſtum invocarent, illi pro majori contumelia dentibus ſuis in eas ſtridebant. Quinimmo ne corpora quidem occiſorum ſuis ad ſepulturam conceſſere, ſed locis occultis abdiderunt, ut laterent ſcilicet ipſorum homicidia: verum ea minime latuerunt, univerſa enim Civitas hanc crudelitatem vidit; omneſque eos ut carnifices, ut maleficos, ut latrones averſati ſunt: quippe qui & monaſteria everterint, & ignes injecerint ad monachos comburendos, domoſque diripuerint, & depoſita ab Epiſcopis in ædibus ingenuorum hominum irruentes deprædati ſint & intervertenerint, viduaſque calcibus abtriverint, eleemoſinis obſtiterint: iſtiuſmodi ſunt ſcelera Arianorum.

Qoid in Monaſteria, &, Monachos.

LIII.

Quales Epiſcopi ſuffecti Martyribus, & Confeſſoribus.

Quid autem pro impia ſua hæreſi conentur, quis, quæſo, vel audiendo non exhorreſcat? qui tot & tam graves ætate Epiſcopos relegarunt, & in illorum locum juvenes libidinoſos, Ethnicos, ne catechiſmo quidem imbutos (ea ſpe, quaſi res ſtatim confici poſſet) necnon & bigamos, & de maximis criminibus male audientes, opum gratia & potentiæ commendatione, modo aurum darent, veluti emptores, e

foro

Google

ſoro ad Epiſcopatus miſere. At jam inde gravior calamitas populum preſſit: qui cum averſarentur mercenarios iſtos ab Arianis quidem pro Epiſcopis ſubmiſſos, ſed tamen publice pro alienis habitos; flagellis miſere a Duce, bonis Fiſco addictis, concidebantur. Quod admodum libenter faciebat homo Manichæus, nempe Sebaſtianus dux, eo animo, ne illi ſuos Epiſcopos repoſcerent, & quos averſabantur, reciperent, homines nimirum ea agentes, quæ prius inter idola ſua luſerant. Quis hæc videns vel audiens, quis item conſiderans ferocitatem impiorum, & tantam injuſtitiam, modo ipſe juſtus ſit, non ingemiſcat? in locis enim infidelium ſuſpirant juſti.

LIV. Juſta in Conſtantium invectiva.

Quis igitur, cum iſta fiant, & cum impietas tantam impudentiam ſibi vendicet, auſit jam inde Conſtantium hominem Chriſtianum appellare, ac non potius Antichriſti imaginem eſſe? Quid enim ex notis Antichriſti huic deeſt? aut quid eſt, cur non omnibus modis Conſtantius Antichriſtus, & viciſſim Antichriſtus Conſtantius habeatur? Nonne in Magna Eccleſia, in Cæſareo victimas contra Chriſtum, & blaſphemias, veluti ex præcepto ejus, Ariani & Ethnici fecere? Nonne viſio Danielis (a) iſtiuſmodi notis Antichriſtum ſignificat? nimirum quod bellum geſturus cum ſanctis ſit, & quod invaleſcet contra eos &c. Quod item ſpectat ad Epiſcopos a Conſtantio in exilium miſſos; Epiphanius (*b*) auctor eſt, quamplures eorum in Cappadociam fuiſſe relegatos, nempe Eulogium, Adelphium, Alexandrum, Ammonium, Arpocrationem, Iſaac, Iſidorum, Annubionem, Pitimum, Euphrationem, & Aaronem, quorum ſuperius mentio facta eſt; hoſque Diocæſaream amandatos, conventos eſſe a Marcelli diſcipulis, idem ait, ſed ab eis ut ſuſpectos non fuiſſe ſuſceptos.

(a) Dan. 7.

(b) Epiph. hæreſi 72.

In Cappadociam Epiſcopi relegati.

LV. Marcellinus presbyter (*c*) in libello de ſchiſmate Urſicini, conſentientia his, quæ ab Athanaſio ſcripta ſunt de populis non recipientibus ordinatos ab Arianis, hæc narrat de Theodoro Epiſcopo Oxyrinchi illuſtris in Ægypto Civitatis, qui ab Arianis pellectus atque ſeductus e Catholicæ Eccleſiæ caſtris defecit ad ipſos Arianos, adhærenſque Georgio, fidem Orthodoxam abjurans, & ſacerdotium execratus, quod acceperat in Eccleſia Catholica, ſe laicum profeſſus, petiit ab eodem ſacrilego Georgio ordinari, & ſic in Eccleſia Epiſcopus miniſtrare. Hujus vero communionem cum plebs vehementer deteſtaretur, Athanaſium deliteſcentem conveniens, ab eo petiit Heraclidem virum ſanctiſſimum ordinari ſibi Epiſcopum, cujus ipſa doctrinam conſectaretur & mores: cum Theodorus ille nequam, ſumptis ſecum militibus lancea-riis, in populum in Eccleſia exiſtentem barbarico impetu graſſatus eſt, ubi magna fuit facta Fidelium cædes, & virginum pudor contaminatus, altare profanatum; quando & Heraclidem ipſum contumeliis affectum alio tranſtulit: at de ipſo Heraclide rurſum inferius. Sed hæc pluribus Marcellinus.

(c) *Marcellin. de ſchiſmate Urſicini.*

Theodorus Epiſc. Oxyrinchi Arianus.

LVI. Meminit & Lucifer Calaritanus (*d*) de duobus presbyteris Eccleſiæ Alexandrinæ, qui ab Athanaſio & fide Catholica deficientes Georgio adhæſarunt; cum hæc in Conſtantium ait: *Non enim apud Alexandriam Machetam & Didymum ex presbyteris execraris, qui noſcuntur ex Chriſtianis facti Ariani; ſed averſaris ſcilicet quos cognoſcis ſtare nobiſcum. Aut ſi non ita eſt, cur nunc non execraris Didymum & Macheram, quos antea execrabaris? niſi quia tunc a te fuiſſent execrabiles habiti, quia eſſent adhuc ſcilicet Chriſtiani: nunc vero ſint tibi cariſſimi, quia videlicet eſſe cœperunt, ut tu, apoſtatæ, blaſphemi.* Ita ipſe.

(d) *Lucif. Cal. pro Athan. l. 2.*

Macheta, & Didymus Ariani.

LVII. At qui proſecuti ſumus Athanaſium in eremum fugientem, cum eodem ibidem commorante verſetur oratio. Superſtes adhuc erat Magnus Antonius, quem ſaltem inviſiſſe, ſi manere apud eum diu non licuit, mihi facile perſuadeo. Porro ad evitandos curioſiſſime indagantes eum Arianos, perinde ac venaticos canes, occultiores latebras ipſum quæſiſſe oportuit; ubi uſque ad Conſtantii obitum commoratus, haud otioſus vitam tranſegit: ibi enim complura conſcripſit, quæ ad roborandos in fide Catholicos, & lapſos erigendos, magnopere conducerent: quibus inſuper ipſe Arianos, & eorum fautorem Imperatorem, atque Præfectos impietatem excolentes, magnopere exagitaret. Tunc enim luculentam illam epiſtolam elucubravit ad omnes in eremo ſolitariam vitam agentes. Nam quod non liceret ſingulos inviſere, coramque (ut in optatis erat) cum omnibus ſermonem habere; voluit ea nobili ſcriptione cunctis præſto eſſe, eoſdemque ne ex adverſariorum calumniis quævis poſſet pulſare tentatio, de cunctis, quæ ab Arianis adverſus Eccleſiam Alexandrinam geſta eſſent, reddere certiores, cum id complures ex ipſis magnopere expetiiſſent. Quam quidem hoc ipſo anno ab eodem ſcriptam eſſe, ex eo facile poteſt intelligi, dum apparet, res geſtas uſque ad præſentem annum oratione proſecutum fuiſſe; quæ autem poſt hæc acciderunt minime attigiſſe.

Athanaſii latebræ in Eremo proficuæ.

Athanaſius ſcripſit ad Solitarios.

LVIII. Tunc etiam cum duriſſimum nuncium accepiſſet de his quæ dicatæ Deo virgines paſſæ eſſent, acerbiſſimos caſus jugiter lacrymis proſecutus, eas conſolaturus, litteras ad ipſas ſcripſit: verum illæ non extant, ſed tantum ex eis breve frag-

Athanaſius ſcriptis conſolatus eſt Virgines.

men-

mentum, quod Theodoretus recitat cum ait (a): *Idem Athanaſius ad virgines illas, quæ acerbos cruciatus illos pertuliſſent, orationes, quibus eas conſolaretur, ſcripſit, in quibus quidem inſeruit iſta: Ob hanc cauſam nulla veſtrum in mæſtitia ſit. Quamvis iſti impii vobis invideant ſepulturam, & funera ducere prohibeant (nam hactenus quidem Arianæ tragædiæ exitus) & portas occludant, & prope monumenta tamquam larvæ aſſideant obſervantes ne mortuorum quiſquam tumulo condatur*, &c. Hæc ibi.

(a) Theod. l.2. c.14.

LIX. Athanaſius ſcripſit Apologiam de fuga ſua.

Quod inſuper accepiſſet, Arianos ignaviæ & ſocordiæ nomine fugam ſuam infamare penes populum non deſinere, calumniantes ſcilicet, quod malæ cauſæ diffiſus, maleque ſibi conſcius ſolum vertiſſet, nec ea ex parte optimi paſtoris numeros expleſſet, cujus muneris eſt animam ſuam pro ovibus ponere; ſed mercenarii, cujus eſt ſibi potius, quam ovibus conſulere: Athanaſius ipſe tunc ad hos redarguendos, qui, quod optaſſent illum occidere, adeo ægre ferrent jam fuga lapſum, & e manibus ipſorum ereptum, egregium plane commentarium tum elaboravit, quo texuit Apologiam de fuga ſua, in cujus hæc habet exordio: *Audio, Leontium Antiochenum, & Narciſſum Neropolitanum, & Georgium Laodicenſem, reliquoſque cum ipſis Arianos multa de me obgannire, & crimen timiditatis opprobrare; quod, cum ab iis ad necem quærerer, non me ipſis in deditionem obtulerim*, &c. Plura etiam inculcat, quibus cum illorum in perſequendo furorem, veſanamque rabiem ex crudelibus factis reſtatam reddidit, tum ad ſui defenſionem oracula divina adduxit in medium, quibus & ipſorum petulantia retunderetur; atque ſua fuga, ab eorumdem calumniis vindicata, laudabilis haberetur. Certe quidem ab aliis, tum præſertim a Sancto Auguſtino, ut commendabilis adducitur in exemplum ejuſmodi Athanaſii fuga, cum ait (b): *Fugit Apoſtolus, cum a perſecutore proprie ipſe quæreretur, aliis utique neceſſitatem ſimilem non habentibus, a quibus illic miniſterium abſit ut dereretur Eccleſiæ: ſicut fugit ſanctus Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus, cum eum ſpecialiter apprehendere Conſtantius cuperet Imperator; nequaquam a cæteris miniſtris deſerta plebe Catholica, quæ in Alexandria commanebat*. Hæc ipſe.

(b) Aug. ad Honorat. epiſt. 180.

LX. Athanaſius ſcribit Apologiam ad Conſtantium.

Quod autem Ariani, & in primis (ut vidimus) ipſe Conſtantius Imperator, quo ſua ipſorum facta aliquo prætextu juſtitiæ obvelarent, maledicta in Athanaſium, ut in impoſtorem, & hominum omnium ſceleſtiſſimum jactitarent, immo & plura in eum etiam ſcriptis ſpargerent, quibus ſimpliciores fidem adhibentes poſſent in ipſum Athanaſium facile commoveri: neceſſarium eidem Athanaſio viſum eſt, ad eumdem Imper. Conſtantium ſcribere Apologiam; quem potius optaſſet, ſi licuiſſet, præſentem convenire, & coram dicere cauſam ſuam: jam enim ad illum profecturus (ut vidimus) ſtatim poſt fugam in eremum iret aggreſſus erat; ſed non licuit ex cauſis ſuperius enarratis. Ea igitur ſcripta Apologia, in illa omnes calumnias quas in ipſum Ariani objectaſſent, per ſingulas, eaſdem confutando, recenſet.

LXI. Calumniæ in Athanaſium congeſtæ.

Erant enim iſtæ, quarum diverſis in locis pro rerum tractandarum occaſione ſuperius mentio facta eſt, Tyriæ illæ calumniæ, a tot Conciliis, nempe Alexandrino, Romano, & Sardicenſi diſcuſſæ pariter & excuſſæ: his additum, ad exaſperandum Conſtantii animum, figmentum illud, nimirum quod Athanaſius agens in Occidente, Conſtantem Imperatorem adverſus Conſtantium concitaſſet: ſed haud huic inferius fuit illud ab iiſdem Arianis in eumdem excogitatum commentum, quod cum eſſet Alexandriæ, litteras ſcripſiſſet ad Magnentium tyrannum, quibus eum adverſus eumdem Conſtantium provocaſſet. Contemptus inſuper ejuſdem Imperatoris fuit Athanaſius ab iiſdem inſimulatus, quod baſilica ab eo Alexandriæ erecta, ad ſacra, ipſo inſcio, uſus eſſet. Verum cæteris recentior illa fuit in eum illata calumnia, quod vocatus a Conſtantio, ad eum accedere contempſiſſet. Diffamabantur hæc ore Arianorum; quæ fidem inveniſſe apud Imperatorem, ab aliis, quibus parum Athanaſius perſpectus erat, facile credebantur. Sed quam veteratorie atque calumnioſe iſtæ ab illis fuerint adinventæ fallaciæ, & hujuſmodi coagmentata mendacia, dicta Apologia ad Conſtantium ſcripta ipſemet Athanaſius apertiſſima luce demonſtrat: quibus plane permoveri potuiſſet Conſtantii animus, niſi obduratæ perfidiæ & obſtinatæ impietatis arctis vinculis alligatus; & inſolubilibus pene nodis obſtrictus fuiſſet.

LXII. Magiæ Athanaſius accuſatus.

Sed ad hæc inſuper, tam Arianorum, quam Gentilium aſſertione, ea de Athanaſio erat vulgata calumnia, quod magus eſſet, atque augurandi calleret ſcientiam, quod & ex Ammiano ſuperius dictum eſt: unde vero emerſerit ejuſmodi falſæ famæ occaſio, Sozomenus narrat, ac primum hæc ait (c): *Itaque his rebus & aliis permultis, quæ ſimiliter ab eo præſignabantur, ex Gentilibus adverſariis ſuis, & Arianis in crimen falſo vocatus eſt, quod eas per præſtigias magicas conficeret. Nam fama eſt; quodam tempore, cum per plateas Civitatis incederet, forte fortuna corvum verſus eam volitantem crocitaſſe; turbamque Gentilium caſu aſtantem, eum tamquam præſtigiatorem irriſiſſe, atque adeo ab illo poſtulaſſe, ut, quid dixiſ-*

(c) Sozom. l.4. c.5.

Digitized by Google

Athanaſii propheтia male accepta. *xiſſet corvus, ipſis memoraret: illum autem leniter ſubridentem reſpondiſſe*, Cras; *quod Latino ſermone diem proxime ſequentem ſignificat. Quare cum iſtam vocem emiſerit, obnuntiat vobis, diem craſtinum peracerbum vobis futurum: præmonſtrat enim vobis mandato Imperatoris prohibitam fore, ne veſtrum diem feſtum, qui proxime ſequitur, celebretis. Quæ Athanaſii prædictio, licet ipſis videretur ridicula, vera tamen extitit. Nam die craſtino litteræ Imperatoris ſunt magiſtratibus Civitatis redditæ, quæ jubebant ne Gentilibus amplius poteſtas permitteretur, vel ad fana ſua accedendi, vel conſuetos ritus & conventus celebrandi. Itaque feſtus dies, qui tum forte incidit, iiſque Gentilibus venerandus atque magnificus, ſublatus eſt. Verum quod Athanaſius dono prophetiæ imbutus fuerit, iſta quidem dixiſſe ſat eſt.* Hucuſque Sozomenus.

LXIII. Qui igitur ab Ethnicis Athanaſius deridebatur, voluit ea occaſione ipſos Ethnicos eo modo illuſiſſe, juxta illud Proverbiorum (a): *Reſponde ſtulto ſecundum ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur*. Ut qui ab eis de augurio ſtulte admodum rogaretur, divinum conſilium adverſus ipſos paratum ac breviter affuturum, divinitus cognitum patefecerit. Cætera autem quæ ibidem habet Sozomenus de latebris Athanaſii in ciſterna, ea poſtea contigerunt, ſicut & cum navigio fugam arripuit: alio namque tempore illa accidiſſe dicemus. Cæterum de exagitatis Ægypriis Gentilibus a Conſtantio Imp. eſt mentio in litteris Juliani Apoſtatæ datis poſtea ad eoſdem Alexandrinos. Sed ad Athanaſium latitantem in eremo redeamus.

(a) Prov. 26.

Athanaſii intentio.

LXIV. Eodem quoque latebrarum ipſius tempore, ſed ultimo ferme ejus articulo, nempe poſt biennium, ſoluto jam Liberio ab exilii pœna (b), idem Athanaſius prolixiorem pro ſe ſcripſit Apologiam, quam ſecundam vocant, eamdemque cunctis perſpicuam & communem omnibus. Hiſce Athanaſius latitans adverſus impios Arianos pugnavit armis; quibus illi confoſſi jaculis, majori odio in eum accenſi, ubinam gentium lateret, perveſtigare ſolicitius conati ſunt; ſed fruſtra quæſierunt, quem Dominus, ſecundum illud (c) Pſalmographi, abſconderat in abſcondito faciei ſuæ a conturbatione hominum; at de his inferius. Antequam autem Athanaſius latebris illis abſtruſioribus confoveretur, a Magno illo Serapione Thmueos Epiſcopo æque exule fidei cauſa accepit litteras, quibus rogabatur ſcribere quæ paſſus eſſet ab Arianis; deque Ariana hæreſi, & auctore Ario, ac denique de ipſius interitu, quo fine diem clauſiſſet extremum, exponebat: hæc ille non ſui cauſa, utpote qui omnia ſatis perſpecta haberet, ſed aliorum titubantium in fide fratrum; ut rerum veritate percognita, confirmarentur. Sed quod primo loco petebatur, Athanaſius jam præſtiterat (ut ait) in epiſtola illa ad monachos ſcripta: quod reliquum erat, ſpectans ad infamem obitum Arii, reddita ad eum epiſtola rei geſtæ narrationem conſcripſit: quæ autem ab eodem Athanaſio ad eumdem Serapionem exulem ex eremo adverſus impugnantes divinitatem Spiritus ſancti ſcripta fuerint, ſuo loco ac tempore dicturi ſumus.

(b) Athan. Apolog. 2.

Athanaſii Apologia ſecunda.

(c) Pſalm. 130.

LXV. At qui Athanaſii tuendæ innocentiæ cauſa Epiſcopi jam antea proſcripti fuerant, qui, inquam, ne in illum latæ ab Arianis ſententiæ ſubſcriberent, in exilium ex Mediolanenſi conciliabulo in diverſa loca fuerant deportati: quamtumlibet inter hoſtes, tamen non deſiere ejuſdem Athanaſii innocentiam prædicare, atque, cum liceret, etiam litteris conteſtari: quod inter primos egregie præſtitit Lucifer Epiſcopus Calaritanus. Hic enim, cum exul ageret, pro Athanaſio in primis adverſus Conſtantium duos libros conſcripſit, tertium contra eumdem de non communicando cum hæreticis, rurſus alterum de Regibus apoſtaticis. Quas quidem ſuas lucubrationes Lucifer nequaquam apud ſe retinuit edendas poſt mortem Imperatoris, quem vehementer iiſdem exagitaſſet, ſed certo homini dedit, qui eas ipſi deferret Imperatori. Accepit illas Conſtantius; & cum videret ſe ex eis graviter contumeliis perſtringi, Florentio Magiſtro Officiorum illas dedit ad Luciferum perferendas, quo, ſi re vera ab ipſo fuiſſent ſcriptæ, cognoſceret. Florentius igitur iis acceptis, atque ad eum miſſis, haſce illis litteras alligavit (d):

Exulum Epiſcoporum conſtantia in defendendo Athanaſio.

(d) Extat apud Lucif. in fin.

Domino beniguiſſimo Lucifero Florentius.

LXVI. *Nomine tuo codicem quidam Domino, & Auguſto noſtro obtulit. Hunc ad ſanctitatem tuam perferri mandavit; & cognoſcere deſiderat, ſi idem codex a te deſtinatus ſit. Id ergo quod in fide veri eſt, perſcribere debebis, & codicem remittere, ut poſſit Æternitati ejus denuo offerri.* His acceptis Lucifer a Florentio litteris, magna animi conſtantia hæc ad eumdem reſcripſit:

Florentii epiſt. ad Luciferum Epiſcopum.

Florentio Magiſtro Officiorum Lucifer Epiſcopus.

LXVII. *Codicis perlatorem, quem memorat honorificentia tua nomine meo adiiſſe Imperatorem, a mea fuiſſe deſtinatum mediocritate: ipſum quoque codicem, ut es admonere dignatus, feliciter inſpectum, atque Bonoſo in rebus agenti perferendum traditum; his informanda fuit religioſa prudentia tua, fili cariſſime. Jam tuæ erit generoſitatis, agnitum a me ſine ulla cunctatione defendere. Nos etenim, propitio Deo, contra ea quæ in noſtram parantur necem, ſta-*

Lucifer Epiſcopus ad Florentium.

Digitized by Google

ſtare lætos, cum cauſas, cur tali ſcripſerim modo, diſcutere cœperit, inveniet. Hæc Lucifer.

LXVIII. Conſtantius affectat patientiam. Quid autem his acceptis Conſtantius fecerit, haud liquet: ſcimus tamen hominem fuiſſe ſæviſſimum, Imperiumque ſuum ipſo ejus ingreſſu multis propinquorum, & aliorum (quod dictum eſt) cædibus cruentaſſe, & quod pluribus Ammianus teſtatur, ſæpe in domeſticos dira cæde ſæviſſe: ſed nihilominus affectaſſe ipſum interdum patientiam philoſophicam, ex iis quæ de eo ſcribit S. Gregorius Nazianzenus (a) facile colligi poteſt: *Ipſum enim cuidam ex ſuis provocanti ad iracundiam & vindictam, atque dicenti: Quid ape mitius ac lenius? nequaquam tamen illa favis eximentibus parcit; reſpondiſſe: Non ignoras, vir optime, nec api quidem ſtimulum ſecurum eſſe? Ferit enim, ſed ipſa quoque mox perit.* Cæterum adverſus reprehenſorem ſuum expoſtulaſſe Conſtantium, illis lectis libris ipſe Lucifer eo commentario, quem poſtea in eundem ingeminans ſcripſit, *De non parcendo in Deum delinquentibus*, demonſtrat ipſius exordio, cum ait: *Superatum te, Imperator, a Dei ſervis ex omni cum conſpexiſſes parte, dixiſti, paſſum te, ac pati contra monita ſcripturarum contumeliam. Dicis, nos inſolentes extitiſſe circa te, quem honorari decuerit. Si quiſquam Dei cultorum pepercit apoſtatæ, ſint vera quæ dicis de nobis, &c.* Porro gravioribus eum illo libro exagitat invectivis.

(a) Gregor. Nazian. in Carm. de iracundia.

LXIX. Luciferi infractus vigor. Rurſum vero idem Lucifer quod autumaret Conſtantium atque miniſtros ejus in necem ſuam conſpiraturos, alium addidit commentarium, cujus eſt titulus, & argumentum, *Moriendum pro filio Dei*; ſed hos poſtea ſcriptos eſſe conſtat, nempe poſt conciliabulum Sirmianum, & Conſtantinopolitanum; in quo Eudoxius, cujus mentionem habet, ſuffectus eſt in locum Macedonii. Videas hominem majore ſemper animi libertate atque conſtantia inſurgere in Conſtantium; quod ex hac una vel altera ejuſdem voluminis ſcripta ſententia (ut innumeras alias prætereamus) datur inſpicere, cum ipſum Imperatorem hiſce verbis compellat (b):

(b) Lucif. lib. Moriend. pro Filio Dei.

LXX. Luciferi in Imperatorem dicendi libertas. *Mactaſti quamplurimos in Alexandria, lanaſti certos toto in Orbe, diſperſiſti reſiſtentes tibi variis in locis; ſed hi omnes (quod tu audire minime vis) martyres ſunt: illos omnes beatiſſimos tuo mactatos gladio, in paradiſo eſſe quidem credimus. Crede mihi, quod a te ſtatuerimus interfici; quia & melius eſſe viderimus, ita omnia ævo Deum habere amatorem, quam tecum Judas Scarioth Judæorum imitatorem punire. Hinc eſt denique, Conſtanti, quod ſtridores colubri per te illatos non timentes, ſubire parati ſumus omne exitium: nunquam nos conſiliorum noſtrorum pœnitere poteſt, ſi per te mactati, qui adhuc tuis crudelibus reſtitiſſe videmur manibus, fuerimus. Mors etenim quam nobis tu minitaris inferre, omnibus eſt parata. Tantam vero beatitudinem, quantam ſancti ſunt martyres adepti, nemo (ut videmus) eſt conſecutus, niſi hi qui mortem propter unicum Dei Filium moriendo vicerunt. Dicatos Deo homines torques, interficis, exterminas: & cur hæc geras, cauſas odiorum reddere non vales; quia tu erras; etiam nobis iraſceris, cur veram teneamus viam; & cum noſtra ſalubri admonitione corrigere te poſſis; errores tuos inſuper crudelibus factis coacervas, dicentes Deo mentes, eviſceratis corporibus, extorquens eorum, qui ſtatuerimus Deo fidem uſque ad extrema vitæ ſervare curricula.* Et poſt multa id genus, ſic rurſum in eundem Conſtantium Imperatorem:

Indigne fers (inquit) *Arii vermi, cur defendamus, quod claritas, poteſtas, magnitudo, æternitas, divinitas una ſit Patris, & unici ejus Filii. Non eſſe novum quod nos legati aſſeverabamus in tuo Palatio, & confirmando non deſinimus ſemper ſic fuiſſe & eſſe creditum a Chriſtianis, ſicuti apud Nicæam contra hæreſim tuam Arianam & omnes errores videtur eſſe ſacra fides conſcripta; ſi tandem oculos ſerpentis morſibus confoſſos cordis tui aperias, invenies quod hanc habet, hanc defendit Eccleſia fidem, quam ſibi traditam cognoſcit per beatos Apoſtolos. Omnes momento peragrare ſi poſſes gentes; inveniſſes, ſtolidiſſime Imperator, ubique Chriſtianos, ſicuti nos, credere, in hac defenſione noſtra perſtantes, pro Dei Filio, ut nos, mori cupere. At tua novella prædicatio & recens religio ſub prætextu fidei blaſphemia in perniciem ſalutis tuæ per te prolata non ſolum adhuc limitem Romanum peragrare non valuit, & utique te ſatis agente, ſed & ubi radices figere tentaverat, aruit, recedentibus ſcilicet omnibus Dei famulis a te, atque paucis tuis, quos lolium eſſe ſuper frumentum ſeminatos Dominus prædixerit, tecum manentibus.* Hæc ipſe. Ex quibus videas, quantumlibet Ariani favore Conſtantii, & ipſe Conſtantius omni Arianorum conatu totum Chriſtianum Orbem miſcuerint, ut Arianam hæreſin, fide exploſa Catholica, in Eccleſia ſeminarent; haud tamen voti compotes factos eſſe, ſed evaſiſſe eorum ſegetes (ſicut in Pſalmis (c) eſt) tamquam fœnum tectorum, quod priuſquam evellatur exaruit, de quo non implebit manum ſuam qui metet, neque ſinum ſuam qui manipulos colliget.

LXXI. Juſta invectiva Luciferi in Conſtantium.

(c) Pſalm. 128.

LXXII. Sed & quod idem Lucifer omnibus ſuis ſcriptis ageret Athanaſii cauſam, cujus ſtudio exilium prætulerit gratiæ Imperatoris, res ab eo in Alexandrinos crudeliter

ter atque tyrannice geſtas revocat in mentem, hæc dicens (*a*): *Recordare, Conſtanti, de ſcelerum tuorum memoria eccenti, quam tibi in Civitate Alexandrinorum juſſiſti: quantos per abrupta una tincta ſubſcriptionis tuæ dejecerit, quantos gladio demeti fecerit, quantos fame ſitique excedi, vel carceribus necari, quantos intercepto effecerit ſpiritu ſtrangulari: & tamen his omnibus crudelitatibus in ſanctos martyres, quos tuus interfecit gladiatorius animus, cum ſævieris in nos; crudelius ſævis, dum retines gladium, dum das operam, ne in remedium velocius exitus ſuccurrat mortis. Dilacerari toto corpore utique nos patimur, probantes nihil magis congruere ſapientium gravitati atque conſtantiæ, quam nullis terroribus de propoſito atque ſapientia depelli; ſed eſſe utiliſſimum pro Deo cruciari, & mori non poſſe Deo mancipatos, nec per tua vinci tormenta; ſed te magis proſterni, atque deduci in nihilum.* In hunc modum ipſe, in his totus ea ſcriptione verſatus.

(*a*) Lucif. l. Moriendum pro Dei Filio.

Lucifer exprobrat Conſtantio ſcelera Arianorum.

LXXIII. Verum ex his quæ eodem libro inferius de Eudoxio ait ab eo ſuffecto in locum Macedonii in ſedem Conſtantinopolitanam poſt biennium commentarium illum fuiſſe ſcriptum apparet; ac proinde quæ nuper dicit ab ipſo facta eſſe ſuo reſcripto in Eccleſiam Alexandrinam, diverſa ab illis fuiſſe, quæ ex Athanaſio ſuperius ſunt recenſita, liquet. Hæc quidem ſunt, & alia plura his ſimilia, quæ Lucifer Apoſtolicæ Sedis Legatus, Apoſtolico pectore, in Conſtantium ab exilio tela conjecit. Iſta autem cum perlata eſſent ad Athanaſium in eremo latitantem, nonnihil gaviſus eſt, mittenſque ad Luciferum diaconum ſuum Eutychetem haſce litteras dedit (*b*):

(*b*) Apud Lucif. prope finem.

Athanaſii litteræ ad Luciferum Epiſcopum.

Domino dilectiſſimo fratri Lucifero Epiſcopo & Confeſſori Athanaſius in Domino ſalutem.

Deo favente corpore valentes miſimus etiam nunc cariſſimum noſtrum Eutychetem diaconum; ut tua quoque religioſa ſanctitas quod eſt nobis optandum & deſiderabile, de tua incolumitate, tuorumque omnium, certiores nos efficere dignetur. Vobis namque confeſſoribus, ac ſervis Dei viventibus, credimus ſtatum Eccleſiæ Catholicæ renovari: & quod hæretici conſcindere tentaverunt, hoc Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum per vos ad integrum reſtituere. Quamquam enim perſecutores Antichriſti per potentiam hujus mundi omnia ingerint, ut extinguerent lucernam veritatis; tamen Divinitas per veſtram confeſſionem clariorem ejus lucem oſtendit: ut neminem latere poſſit eorum fallacia. Antehac vel ſimulare poterant: nunc Antichriſti nominantur. Quis enim non execretur? quis eorum communionem tamquam maculam ac virus anguis non fugiat?

Omnis ubique Eccleſia luget, omnis civitas gemit. ſenes Epiſcopi in exilio laborant & hæretici diſſimulant; qui dum negant Chriſtum, publicanos ſe effecerunt, ſedentes in Eccleſiis, & exigentes vectigalia. O novum genus hominum & perſecutionis, quod adinvenit diabolus, ut ipſis miniſtris ad malefaciendum, & hi tanta crudelitate uterentur. Sed etſi hæc tanta agunt, & ſuperbias & blaſphemias extenderunt; confeſſio tamen & religio & ſapientia veſtra non modicum, ſed maximum ſolatium & magna conſolatio eſt fraternitati. Pervenit enim ad nos, ſcripſiſſe ſanctitatem tuam Auguſto Conſtantio; & magis magiſque miramur: quia in medio tamquam ſcorpionum habitans, animi tamen libertate uteris, ut vel monendo, vel docendo, vel emendando, errantem ad lumen veritatis adducas. Rogo igitur, rogant mecum etiam omnes confeſſores, ut digneris nobis exemplum deſtinare, ut non tantum auditu, ſed etiam ex litteris perſpicere poſſint omnes animæ tuæ virtutem, fideique fiduciam & libertatem. Salutant ſanctitatem tuam qui mecum ſunt. Saluto omnes qui tecum ſunt. Divinitas te incolumem, vegetum, memoremque noſtri ſemper tueatur, domine dilectiſſime & vere homo Dei. LXXIV.

Lugubris Eccleſiæ ſtatus.

His Lucifer acceptis litteris, exemplar omnium ſcriptionum, quas ad Conſtantium dederat, libenter impertitus eſt: quas cum Athanaſius magna animi admiratione atque lætitia perlegiſſet, alias ad eumdem litteras miſit, quibus & quo ſtatu res ſuæ eſſent, reddidit certiorem, nempe de graſſatione facta in ſanctos monachos in odium Athanaſii, quaſi ipſum recepiſſent & occultaſſent: deque fuga iterum ab ipſo captata, & in occultioribus latebris quæſito perfugio: hic eam deſcribemus integram, nefas putantes vel apicem unum præteriiſſe tanti confeſſoris ad confeſſorem talem ſcribentis, eo præſertim tempore, quo arctioribus anguſtiis premeretur. LXXV.

Lucifer mittit ſua ſcripta ad Athanaſium.

Domino glorioſiſſimo ac merito deſideratiſſimo Coepiſcopo Lucifero Athanaſius in Domino ſalutem. LXXVI.

Poſteriores litteræ Athanaſii ad Luciferum.

Etſi credo perveniſſe etiam ad ſanctitatem tuam de perſecutione, quam etiam nunc adverſus fraternitatem facere conati ſunt inimici Chriſti, quærentes ſanguinem noſtrum: poſſunt tamen cariſſimi noſtri referre quoque religioni tuæ. In tantum enim eadem per milites extendere auſi ſunt, ut non ſolum civitatis clericos effugarent, ſed etiam ad eremitas exirent, & funeſtas ſuas manus adverſum μονάζοντας immitterent. Inde factum eſt, ut etiam ego me longius adducerem; ne etiam qui nos ſuſceperunt, negotium ab eiſdem paterentur. Cui enim parcerent Ariani, qui nec animis ſuis pepercerunt? Quando autem poſ-

Quid in Eremitas Ariani.

ſunt recedere a ſuis nefandis actibus, dum permanent negando Dominum Chriſtum unicum Filium Dei? Hæc eſt radix eorum pravitatis, hoc ſuo arenoſo fundamento ædificant perverſas ſuas vias, ſicut ſcriptum invenimus in tertiodecimo Pſalmo: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus; & mox ſequitur: Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in operibus ſuis. Inde Judæi negantes Filium Dei, digni fuerunt audire: Væ gens peccatrix, populus plenus delictis, ſemen malignum, filii ſine lege. Unde ſine lege? quippe quia dereliquiſti Dominum. Inde beatiſſimus Paulus, cum cupiſſet non tantum credere Filium Dei, verum etiam prædicare deitatem ipſius, ſcribebat: In nullo mihi mali conſcius ſum. Ita juxta veſtram confeſſionem etiam nos optamus tenentes Apoſtolicam traditionem, vivere juxta divina legis mandata; ut poſſimus vobiſcum invenire in choro illo, in quo nunc exultant Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, ac Martyres.

LXXVII. Athanaſii latebræ abſtruſiores. Licet igitur Ariana inſania cum externa poteſtate, ita ſe movebat, ut non liceret, nec fratres, nec (quantum illi ſæviebant) libere aerem videre: tamen juxta orationes tuas, Deo favente, etſi cum labore & periculo, videre potui fratrem, qui ſolet tam neceſſaria, quam epiſtolas tam ſanctitatis tuæ, quam aliorum, deſtinare. Accepimus itaque epiſtolas, & libros religioſiſſimæ ac ſapientiſſimæ animæ tuæ, in quibus perſpeximus imaginem Apoſtolicam, fiduciam propheticam, magiſterium veritatis, doctrinam veræ fidei, viam cæleſtem, martyrii gloriam, triumphos adverſus hæreſim Arianam, traditionem integram, Patrum noſtrorum regulam rectam Eccleſiaſtici ordinis. Luciferi laudes. O vere Lucifer, qui juxta nomen, lumen veritatis ferens, poſuiſti ſuper candelabrum, ut luceat omnibus. Quis enim, exceptis Arianis, non pervidet ex tua doctrina veram quidem fidem, maculam autem Arianorum valde & admirabiliter? Ut eſt lumen a tenebris, ita ſeparaſti veritatem a calliditate: & ab hypocriſi hæreticorum defendiſti Catholicam Eccleſiam: probaſti nihil eſſe, ſed tantum phantaſiam Arianorum verba: docuiſti callidos eſſe frendores diabolicos. Quam bona, & jucunda hortamenta tua ad martyrium! quam deſideratiſſimam oſtendiſti mortem eſſe pro Chriſto Filio Dei! quam futuri ſæculi & vitæ cæleſtis amorem manifeſtaſti! Videris eſſe verum templum Salvatoris: qui in te habitans, hæc ipſe per te loquitur, ipſe qui tantam gratiam præbuit ſermonibus tuis: quippe qui ante eras apud omnes amabilis; nunc autem tantus eſt amor affectionis tuæ in animis omnium collocatus, ut Eliam te noſtris temporibus nominent, & non mirum: ſi enim qui Deo placere videntur, filii Dei nominantur; tanto magis participes Prophetarum, confeſſores, & maxime te appellare dignum eſt.

LXXVIII. Scripta Luciferi ex Spiritu Sancto. Crede mihi, Lucifer, non tu ſolus hæc locutus es, ſed Spiritus ſanctus tecum. Unde hæc tanta memoria Scripturarum? Unde ſenſus & intellectus earumdem integer? Unde talis ordo ſermonis compoſitus? Unde tanta hortamenta ad viam cæleſtem? Unde fiducia contra Diabolum, & probationes adverſus hæreticos, niſi Spiritus ſanctus collocutus eſſet in te? Gaude igitur in eo te eſſe, jam pervideas in quo etiam prædeceſſores tui tunc ſunt martyres, hoc eſt, in choro Angelorum. Gaudemus etiam nos, habentes & exemplum virtutis, & patientiæ, & libertatis. Nam de his quæ ſcripſiſti de nomine meo, erubeſco aliquid proferre, ne videar adulator: ſed ſcio, & credo ipſum Dominum, qui ſancto & religioſo animo tuo revelavit omnem notitiam, redditurum tibi etiam pro hoc labore præmium in regno cælorum. Quia ergo talis es, precatorem te eſſe pro nobis, per orationes Dominum petimus, ut jam inſpicere dignetur (ut eſt miſericors) Eccleſiam Catholicam, & eripiat omnes famulos ſuos de manibus perſecutorum; quo etiam hi omnes, qui propter metum temporalem exciderunt, levare ſe tandem poſſint, & reverti ad viam juſtitiæ, a qua ſeducti vagantur, neſcientes in qua fovea ſint miſeri. Specialiter autem ego peto, ſi aliquid minus a me dictum eſt, ignoſcere digneris: a tanto enim fonte quod potuit imperitia, ea vix haurire voluit.

LXXIX. Arianorum ſtudium in perquirendo Athanaſium. De fratribus autem noſtris, ſi minus potui videre eoſdem; iterum ignoſcas, peto: eſt enim ipſa veritas teſtis, optaſſe me, & deſideraſſe hoc impetrare, & tantum habuiſſe dolorem, quod non potui: nam nec lacrymæ ceſſaverunt ab oculis, nec gemitus ab animo, quia nec fratres permittimur videre. Teſtis eſt autem Dominus, quia nec parentes, quos habeo, potui videre, ex quo perſequuntur nos. Quid enim non faciunt Ariani? itinera obſervant, curas agunt de proficiſcentibus, & exeuntibus de Civitate, naves quærunt, eremos circumeunt, domos perturbant, concutiunt fratres, ſingulis negotiis concinnant. Sed Deo gratias. Dum hæc agunt, tanto magis & plus execrantur ab omnibus, & cognoſcuntur vere (ut dicit ſanctitas tua) mancipia eſſe Antichriſti; & ipſi, miſeri dum odio habentur, durant in malignitate ſua, donec morte cum ſuo Pharaone & ipſi damnentur. Salutant religionem tuam qui mecum ſunt. Dignare ſalutare, qui tecum ſunt. Divina Dei gratia incolumem te memorem noſtri ſemper beatum conſervet, merito homo Dei, famule Chriſti, particeps Apoſtolorum, ſolatium fraternitatis, magiſter veritatis, & in omnibus deſideratiſſime. Hactenus Athanaſius ad Luciferum. Acceptos autem ab eo ſcriptos libros

bros idem Athanaſius in Græcum ſermonem convertit, quo Orientalibus omnibus iidem communiores eſſent; teſtatur id quidem Marcellinus in libello ad Theodoſium de ſchiſmate Urſicini.

LXXX. Ariani invident Lucifero martyrii gloriam. Quod rurſum ad Luciferum ſpectat; plane conſtat, tum Conſtantium ipſum, tum Arianos cæteros illi gloriam martyrii invidiſſe, cujus ſe adeo cupidum eſſe, tot tantiſque ſcriptis editis præſeferebat: cum alioqui in alios mille modis (ut vidimus) mortis ſupplicia irrogare, pro nihilo ducerent. Cæterum haud eſt permiſſus quiete agere: nam auctor eſt idem Marcellinus presbyter, Luciferum nequaquam uno in loco exilium duxiſſe, ſed ab Arianis jam quarto in diverſa loca mutatum: de eodemque teſtatur, cum Eleuteropoli exularet apud Eutychium ejus loci Epiſcopum Arianum, dira ab eo paſſum eſſe, ſed & eo defuncto, ab illius ſucceſſore, Turbone nomine, gravius exagitatum: accidiſſeque ſæpe, ait, ut cum idem omnes, qui Catholicæ communionis eſſent, graviter inſectaretur, inventos eos apud Luciferum ſacros conventus agentes occideret, ac ſacra vaſa ſacroſque codices diriperet. Sed quod uni ipſi pepercerit; plane apparet, expreſſam juſſionem fuiſſe Conſtantii, ne idem Lucifer, quam avide cupiebat, dignaretur corona martyrii. Quod autem eodem auctore conſtet, ipſum ſæpe coactum exilii loca mutare; ex his conciliandi ſunt, qui de loco ubi Lucifer exularit, diverſa inter ſe ſcripſere: dum ſcilicet S. Hieronymus eum in Palæſtinam amandatum tradit (a), alii vero dicunt (b) miſſum eſſe in Ægyptum ad ſuperiores Thebas.

(a) Hier. de Scrip. Eccl. in Lucif.

(b) Ruf. l. 1. c. 27. Socr. l. 3. c. 4. Theo. l. 3. c. 4. Sozom. l. 5. c. 12.

LXXXI. Athanaſii latebræ in acceſſæ. Sed relicto interea Lucifero, alio tempore eum ſæpius conventuri, redeamus ad abſtruſas latebras S. Athanaſii, cum (ut ipſe ſuperioribus ſuis litteris teſtatus eſt) militibus eremum pervadentibus, & cuncta loca exquiſita indagine perluſtrantibus, & abdita quæque rimantibus, ipſe eo loci perfugium quæſierit, ubi nec libere aerem, nec fratres videre ſibi liceret, uno excepto, qui ei neceſſaria miniſtraret, & epiſtolas ad eum miſſas afferret: hæc, inquam, cum ipſe teſtetur, in eam adducimur ſententiam, ut locus ille fuerit ciſterna ſicca, in qua annis ſex illum delituiſſe Ruffinus (c) tradit, licet perperam ad alia tempora ejuſmodi latebras ipſe referat, qui de his hæc ſcribit: *Hinc jam toto Orbe profugus agitur Athanaſius, nec ullus ei tutus ad latendum ſupererat locus. Tribuni, Præfecti, Comites, exercitus quoque ad perveſtigandum eum moventur edictis Imperialibus: præmia delatoribus proponuntur, ſi quis eum vivum; ſi id minus, caput certe Athanaſii detuliſſet. Ita totis regni viribus fruſtra adverſus eum, cui Deus aderat, certabatur. Interea ſex continuis annis ita latuiſſe fertur in lacu ciſterna non habentis aquam, ut Solem numquam videret. Sed cum per ancillam, quæ ſola conſcia dominorum officii, qui ei latebras præbuerant, videbatur, indicatus fuiſſet; tamquam Dei Spiritu admonitus, ipſa nocte qua ad eum comprehendendum cum judicibus veniebatur, poſt annos ſex migravit ad alium locum. Ita illi qui venerant, fruſtrati, dominiſque in fugam verſis, de ancilla, ut falſa indice, pœnas ſumunt.* Hucuſque Ruffinus. Sed & quoniam ab his diverſa Sozomenus narrat, hic pariter eadem recitemus; atque demum viſis hiſce omnibus, & accurate perpenſis, quid magis arrideat veritati, dicendum eſt.

(c) Ruffin. l. 1. c. 18.

LXXXII. Latebræ Athanaſii apud Virginem. Sozomenus (d) igitur, recitatis in primis quæ a Ruffino ſcripta ſunt, alias poſtea latebras Athanaſii his verbis recenſet (e): *Athanaſius fuga (uti ſupra demonſtratum eſt) ex Conſtantii manibus elapſus; ad Imperium Juliani, de quo nunc agitur, apud quandam ſacratam virginem in ipſa urbe Alexandria latitavit; quam quidem virginem pulchritudine tantum omnibus illius temporis mulieribus antecelluiſſe accepimus, ut ſicut omnibus in eam intuentibus miraculum putabatur, ſic viris modeſtiam & continentiam profitentibus fugienda videretur, ne ex ſuſpicione labes aliqua ipſis aſpergeretur infamiæ: erat enim in ipſo etiam ætatis flore pudica cum primis & caſta: quæ res, etiam ſi naturæ adjumentum non accedat, afferre tamen ad inſignem corporis pulchritudinem ſolet non parum ornamenti. Nam, ut verum dicamus, non ut quibuſdam placet, qualia ſunt corpora, talem conſueviſſe animum eſſe; ſed ex animi inſtitutis habitudinem corporis effingi ſolere; & qualem rem quiſque forte in animum inſtituat, talem ipſum quoque videri eo tempore, quo eam inſtituat; cui quidem ſententiæ nemo, certo credo, ſi modo in eam accurate inquirat, omnino contradicturus eſt.*

(d) Sozom. l. 4. c. 9.

(e) Sozom. l. 5. c. 6.

LXXXIII. *Athanaſium autem ferunt divina viſione, qua eum ita ſalvum fore ſubmonuerat, impulſum, ad hanc virginem profugiſſe: ac mihi profecto in rei eventum intuenti, iſta non ſine divina providentia adminiſtrata videntur; ut ſcilicet tum Athanaſii neceſſariis, ſi quis ab eis de eo quærere aggrederetur, vel jurare cogeret, nihil exhiberetur negotii; tum ille ipſe apud hanc occultatus, tuto poſſet deliteſcere: quæ quamquam ob pulchritudinem non ſatis integrum putavit, ut ſacerdos ſecum ætatem degeret, ne inde in ſuſpicionem vocaretur; tamen propter animi magnitudinem eum in ſuas ædes excepit, & ſumma prudentia ac cautione adhibita ſervavit incolumen; & tam fidam cuſtodem, miniſtramque tam ſedulam ei ſe præbuit, ut pe-*

Caſtitas Athanaſii probata.

pedes ejus lavaret, & res ad victum neceſſarias, aliaſque etiam omnes, quas natura, dum urget neceſſitas nos ſubire cogit, ipſa ſola ſubminiſtraret: quinetiam libros, quibus opus habebat ab aliis pro eo mutuo acciperet; & tametſi iſta in prolixum temporis ſpatium facta eſſent, tamen ne unus quidem ex civibus Alexandrinis omnino ea cognoſceret. Hactenus Sozomenus.

LXXXIV. (a) Pallad. in Lauſiac. Eadem hiſtoria a Palladio fidem accipit.

Palladius (*a*) quoque eamdem hiſtoriam recitans, ſe eam virginem noviſſe teſtatur, de qua & ipſe ejuſmodi narrationem inſtituit: *Virginem quamdam in Alexandrina noveram Civitate, quam ego ſeptuaginta annos habentem vidiſſe memini. Cui teſtimonium clerici illi omnes ferebant, quod cum adhuc juvenis videretur, viginti fortaſſis annorum, pulchritudinis magna, cum aſpectus omnium vitare conſuevisset, ne qua propter miraculum vultus ejus ex ſuſpicione quadam macula notaretur. Quo tempore accidit, ut Ariani ſub Conſtantio Imperatore per Præpoſitum ejus Euſebium beato Athanaſio Epiſcopo facerent factionem, & execrandas ei criminum calumnias excitarent. Tunc igitur ille venerabilis corruptum judicium pollutumque declinans, non amico, non clerico, non parenti, non cuique alii ſe credidit atque commiſit: ſed cum ſubito quidam Præfecturæ apparitores ipſum inveſtigaſſent, domumque ejus intraſſent; tunica ille tantum ſua & byrro veſtitus, medio noctis fugiens, ad hanc virginem venit. Ad quam tantæ rei novitate perterritam his ſanctus Epiſcopus locutus eſt verbis: Ab Arianis, inquit, plurimum quæror, & calumnioſis criminibus incuſor: ne igitur & ego irrationabili nota defamer, & propter me, qui ad meam pœnam inique parati ſunt, in peccatum ruant, fugiendum magis credidi. Deus autem mihi hac nocte revelare dignatus eſt, dicens: Apud nullum ito: apud illam ſcias te poſſe ſalvari. At illa tum gaudio lætitiæ ſpiritualis erecta, projectis cogitationibus vanis, cœpit totis ſenſibus eſſe cum Deo, ſanctumque illum virum per ſex annos intra cella ſuæ ſecreta celavit, quoad memoratus Conſtantius vixit.* Hæc Palladius. cætera autem de miniſterio eadem ut ſupra Sozomenus.

LXXXV. Ruffini narratio arguitur erroris.

His in medium adductis, illud primum conſiderandum eſt, non poſſe utramque hiſtoriam eſſe veram, quarum altera Ruffinum, altera vero cum Sozomeno habet quoque aſſertorem Palladium. Nam cum nullæ aliæ quæſitæ fuerint ab Athanaſio latebræ, niſi poſtquam a Syriano Duce graſſatio facta eſt in Eccleſiam Alexandrinam, quæ (ut diximus) hujus anni exordio accidit: fieri non potuit, ut, quod tradit Ruffinus, ſexennio delituerit in ciſterna, miniſterio uſus ancillæ, quæ ipſum detulit ad Arianos: totidemque annos uſque ad obitum Conſtantii habitaverit apud virginem illam, de qua facta mentio eſt: nam ab hoc anno uſque ad obitum Conſtantii nonniſi quinque annorum ſpatium intercedit, cum ad veritatem utriuſque hiſtoriæ duodecim ab hoc tempore uſque ad ejuſdem Imperatoris mortem ſtatuendi eſſent; cum tamen ex ejus ſententia, ſex annis ponatur abſconditus in ciſterna, ac ſex itidem apud virginem commoratus. Sed ne antehac ullum poteſt ſexennii tempus inveniri, immo ne annus quidem, quo Athanaſius delituiſſe probari valeat, præſertim Conſtantis Imperatoris temporibus, quibus ea accidiſſe de abſconſione in ciſterna, iidem citati auctores perperam tradunt. Relegat, quæſo, curioſus lector omnes ſinguloſque retro annos ſuperius recenſitos a tempore Nicæni Concilii; & videat, num vel annus integer reperiri queat, in quo Athanaſius non factus ſit perſpicuus omnibus, ubicumque locorum ipſum manere contigerit. Cum igitur ex his quæ dicta ſunt, alterutra de latebris Athanaſii hiſtoria neceſſario ſit explodenda; illa a Ruffino deſcripta, & priori loco ſuperius recitata, ex veritate temporis falſa redarguitur. Sed videndum eſt, an poſteriori loco poſita, & a Sozomeno atque Palladio recenſita, aliquo modo ſibi conſtare valeat.

LXXXVI. Hiſtoria recitata a Palladio, & Sozomeno haud ſibi conſtat.

Certe quidem magna æſtimari poteſt Palladii auctoritas, qui eam virginem jam ſeptuagenariam noviſſe affirmat: cæterum haud tanta eſt, ut non majoris fidei ipſe Athanaſius habendus ſit, qui (ut vidimus) ſæpius teſtatur, ſe, cum invaſa eſſet noctu Eccleſia a Syriano, non Alexandriæ amplius commoratum eſſe, ſed ſolum vertentem, eveſtigio fuga lapſum, eremum petiiſſe; quod (ut diximus) Gregorius Nazianzenus item affirmat: manſiſſeque ibi, litteræ datæ poſt ſequentem annum (ut ipſe ait) ex eremo ad Serapionem Epiſcopum (quod ſuo loco demonſtrabimus) manifeſte ſignificant, ut de his nulla dubitatio ſuboriri poſſit: niſi quis dixerit (quod eſt Athanaſii nomine prorſus indignum) ipſum ſæpius eſſe mentitum, atque, ne ab hoſtibus inveniretur datas a ſe Alexandriæ, e latebris litteras, ex eremo illas ſcripſiſſe (quod dicendum non eſt) mendaciter affirmaſſe: cum præſertim in recitatis nuper ejuſdem Athanaſii litteris ad Luciferum tam exacta mentio habeatur de graſſatione militum in eremi monaſteria, ex qua ipſe compulſus ſit longius proficiſci, ne, qui eum excepiſſent, moleſtia afficerentur; atque ob id opus fuerit in abditum locum ſecedere, in quo nec aeris luce libere ſibi frui liceret, neque a quoquam fratrum inviſi.

His

LXXXVII. His, inquam, permotus, mendacii ſuſpectam ſemper habui ſeceſſionem illam, quam dicunt, Athanaſii apud formoſiſſimam virginem, & commorationem apud eam annorum ſex, nullo arbitro: interdumque exiſtimavi, id fuiſſe, ad infamandum ſanctiſſimum virum, Arianorum commentum, cum eluſa eſſet eorum in eo perquirendo ſolicita cura: cæterum id ipſum ab eis in vulgus ſparſum, poſt tot annorum curricula ut verum, fuiſſe quoque Catholicis perſuaſum, quod eſſet honeſtatis coloribus egregie pigmentatum. Nam quod (ut vidimus) Athanaſius ſæpe teſtetur, virgines Alexandrinas Arianis communicare renuentes, graviſſima paſſas eſſe; haud putandum tam impios atque ſæviſſimos homines ſpectatiſſimam forma virginem ignoraſſe, quæ a procacioribus illis tum Arianis, tum Gentilibus in primis appetenda fuiſſet.

Latebræ apud Virginem fuere commentum Arianorum.

LXXXVIII. Sed nec illud ex Eccleſiaſticarum legum præſcripto recitatur a Sozomeno atque Palladio; pulcherrimam illam virginem per ſe lavare ſolitam pedes Athanaſii: viduarum enim tantum id munus erat in Eccleſia, & earum, quæ eſſent ætate provectæ; nec Athanaſius ita delicioſus erat, ut, deficiente miniſterio viduarum, opus habuerit per adeo formoſam virginem illud expleri periculoſum charitatis officium. Sic igitur cum nulla ex parte iſta probentur, & quæ ex ipſo Athanaſio ſunt recitata, eiſdem adverſentur; ex Arianorum potius (ut aliæ multæ calumniæ) officina prodiiſſe, mihi facile perſuadeo. Illud tamen non negaverim contingere potuiſſe (ut ratio aliqua habeatur Palladii aſſerentis ſe virginem illam jam factam ſeptuagenariam cognoviſſe) vereque eveniſſe putaverim, ipſum Athanaſium, eo fugæ inopinatæ improviſo impetu, qualeſcumque latebras ſibi opportune tunc obvias captantem, dictæ virginis domum ingreſſum eſſe: ſed mox inde (quod ipſe teſtatur) recedentem, eremum petiiſſe. Sed & quod ait Palladius, ſe Alexandriæ noviſſe virginem illam jam ſeptuagenariam: cum ejuſdem aſſertione conſtet, ipſum non ante ſecundum Conſulatum Theodoſii Senioris Alexandriam perrexiſſe, anno nimirum Domini trecenteſimo octogeſimo octavo; utique affirmare neceſſe eſt, virginem illam hoc tempore prope quadragenariam fuiſſe, nempe duodequadraginta annos natam; apud quam licet demus (utcumque ea inopinata fuga contigit) Athanaſium divertiſſe; certe minime apud ipſam permanſiſſe diutius potuit, cujus latebras quinquennales in eremo fuiſſe conſtat. Quamobrem ex verbis ejuſdem Athanaſii recitatis, in eam ſententiam pedibus iverim; latebras illas poſt fugam e monachorum conſortio in eum locum, ubi nec lucem aeris libere videre poſſet, re vera fuiſſe ciſternam veterem, ſed aquis ſiccam, inſtar illius in agro quoque poſitæ, in quam Joſeph (*a*) a fratribus demiſſus eſt: atque ibi, conſcio tantum miniſtro illo, qui ei neceſſaria ſuppeditabat, uſque ad obitum Conſtantii cum quinquennio prope vixiſſe.

Ab Arianis commenta fabella.

(*a*) *Geneſ.* 37.

LXXXIX. Sed quod argumenti ratio poſtulat, & Chriſtiana pietas exigit, jam inviſamus illos glorioſos confeſſores, ſanctos Epiſcopos, quos una cum Lucifero anno ſuperiori a Conſtantio auguſto in exilium miſſos diximus: hos enim ſicut Catholicorum charitas omnis generis officiis proſecuta eſt, ita Ariana crudelitas quibus valuit malis exagitare non deſtitit. De Fidelium autem in eos obſequio hæc Severus (*b*) habet: *Cæterum exules ſatis conſtat totius Orbis ſtudiis celebratos, pecuniaſque eis in ſumptum affatim congeſtas, legationibus quoque eos plebis Catholicæ ex omnibus fere provinciis frequentatos.* Ita Severus. Sed de ipſis confeſſoribus hæc S. Ambroſius (*c*): *Erraverunt toto Orbe, ut nihil habentes, & poſſidentes omnia. Quocumque miſſi eſſent, locus deliciarum putabatur: neque enim illis quicquam deerat, quibus fides locuples abundabat. Denique locupletabant alios ipſi inopes ad ſumptum, opimi ad gratiam. Tentabantur, ſed non mortificabantur, in jejuniis, in laboribus, in cuſtodiis, in vigiliis. Evaſerunt de infirmitate fortes: non expectabant deliciarum illecebras, quos ſaginabat fames: non adurebant eos torrida æſtatis, quos refrigerabat æternæ ſpes gratiæ: non frangebat glacialis plagæ frigiditas, quibus ferventi ſpiritu vernabat devotio, non verebantur vincula hominum, quos Jeſus ſolverat; non deſiderabant redimi a morte, qui præſumebant a Chriſto reſuſcitari.* Hæc S. Ambroſius, agens de ſanctis Epiſcopis Euſebio Vercellenſi & Dionyſio Mediolanenſi.

Fidelium pium officium erga exules Epiſcopos.

(*b*) *Sever. lib.* 2.

(*c*) *Ambr. ad Vercel. epiſt.* 72.

XC. At vero, ut primum conveniamus ipſum Euſebium exulem; cujus certior ſedes & uno in loco manſio diuturnior: ablegatus ipſe cum eſſet Scythopolim in Palæſtina, erat ſub cuſtodia Patrophili veternoſi hæretici, Arii quondam ſocii, hominis plane ſæviſſimi, omniumque teterrimi: fuit tamen præſidio eidem Euſebio & aliis ibidem exulantibus Joſephus Comes, qui (quod pluribus ſuo loco dictum eſt ſuperius) ex nobili Judæo factus ſub Conſtantino Magno Chriſtianus, Comitatus dignitate ab eodem ornatus fuerat, quem (ut S. Epiphanius auctor eſt) Ariani ſæpe fruſtra tentarunt, ut ad ſuas partes allicerent; cum ille pietatis obſervantiſſimus cuſtos, tantum abfuit, ut illorum precibus flecteretur, vel minis; quin potius Chriſtiana libertate parvi faciens Imperatoris edictum, Dei tantum mandati memor, exules confeſſores Epiſco-

Euſebius Scythopoli exulans quæ paſſus ſit.

fco-

Digitized by Google

ſcopos apud ſe ſuſcipiens, eoſdem ſummo charitatis ſtudio confoveret. Ipſe igitur S. Euſebium hoſpitatus eſt; apud quem agentem cum alii plures Orthodoxi eum inviſerent, Sanctus Epiphanius ex Cypro inſula ad illum venit: teſtatur enim id Ipſe, cum de eodem Joſepho narrationem proſequitur, atque ait (a): *In domo ipſius beatus Euſebius Italiæ Epiſcopus urbis Vercellenſis, a Conſtantio ob fidem Catholicam fugatus, hoſpitio exceptus erat; & ad hujus viſitationem ego & alii fratres illuc profecti, etiam ipſi apud eum divertimus*. Hæc ipſe.

(a) *Epiph. hæreſ. 30.*

XCI. Patrophilus Arianus Epiſcopus quid in Euſebium.

Cæterum quod Ariani pollerent Imperatoris auctoritate, haud paſſi ſunt eum apud tantum hoſpitem commorari, quem Patrophilus a Joſepho divulſum diræ cuſtodiæ mancipavit: indigne enim ferebant cum ipſe, tum Conſtantius & cæteri Ariani, ut quem a ſua Eccleſia exilio abſtraxiſſent in Arianorum parœcia tanto dignaretur honore, cum hoſpitio Comitis, tum etiam viſitatione ex diverſis circum circa Provinciis inſignium fama virorum. Quæ autem Euſebius paſſus ſit a Patrophilo Epiſcopo Ariano; ſcripto ad eum libello, quem illigavit litteris ad ſuos in Italiam miſſis, Euſebius ipſe ſignificat: quæ quidem ſcripta licet (ut in aliis ſæpe accidit) ex nimia antiquitate nonnihil videantur eſſe mendoſa; tamen ſicut effoſſum informe aurum & rude eo carius eſſe ſolet, quod nihil videatur alterius metalli habere commixtum; ita tanti confeſſoris egregia monumenta, ſua Ipſius vetuſtate atque ſimplicitate micantia, quibus res potius quam verba in pretio eſſe ſolent, gratiora plane erunt atque jucundiora quovis ſcripto recentioris auctoris quibuſcumque eloquentiæ phaleris exornato: quicquid enim obducitur fuco atque pigmentis, ſuſpectum redditur; pulchriorque eniteſcit ipſa ſui puritate ſimplicitas, quæ quod mentiri neſciat; omne quamvis ad ornatum compoſitum velamentum abhorret. Sed age jam clariſſimi Præſulis, ac fortiſſimi confeſſoris, ſcriptam in vinculis, miſſam e carcere hic deſcribamus epiſtolam, quæ ſic ſe habet (b):

(b) *Apud Lipom. t. 2. & in Actis S. Euſebii.*

XCII.

Dilectiſſimis fratribus, & ſatis deſideratiſſimis presbyteris, ſed & ſanctis in fide conſiſtentibus plebibus Vercellenſibus, Novarienſibus, Hipporegienſibus, necnon etiam Dertonenſibus, Euſebius Epiſcopus in Domino æternam ſalutem.

Epiſtola Euſebii ad ſuos.

Licet nos multis Dominus noſter a vobis corpore ſeparatos faveret bonis, & veſtram admodum in adventu & viſitatione plurimorum fratrum nobis præſentiam exhiberet; tamen mæſti ac triſtes & ſine lacrymis non eramus: quia longo temporis intervallo veſtræ ſanctitatis non accipiebamus ſcripta. Verebamur enim, ne qua vos aut accepiſſet diabolica ſubtilitas, aut poteſtas humana infidelibus ſubjugaſſet. His ergo dum afficeremur cogitationibus, & omnem conſolationem fratrum, qui ad nos ex diverſis veniebant Provinciis, ad dolorem magis abſentiæ veſtræ, quam ad lætitiam verteremus: hoc præſtare dignatus eſt Dominus, ut id, de quo eram ſollicitus, non ſolum litteris ſinceritatis veſtræ, ſed & præſentia carorum noſtrorum Syri diaconis, & Victorini exorciſtæ, cognoſcere potuerim. Agnovi itaque fratres cariſſimi, vos (ut deſiderabam) eſſe incolumes; & quaſi ſubito raptum omni longinquitate terrarum (ut Habacuc factum eſt, qui per Angelum portatus fuit uſque ad Danielem) ſic me judicavi ad vos perveniſſe, dum ſingulorum litteras accipio, dumque ſanctos animos veſtros, & amorem in ſcriptis veſtris percurro.

XCIII. Laudatur ab Euſebio ſedulum ſuorum pium officium.

Miſcebantur mihi cum gaudio lacrymæ, & avidus ad legendum animus occupatione lacrymarum tenebatur. Et erant utraque neceſſaria, ut ſinguli ſenſus in hoc complementum deſiderii ſua dilectionis officia cuperent prævenire. Sic per dies in hoc occupatus, vobiſcum me fabulari judicans, præteritos labores obliviſcebar: ita enim undique circumdabant me gaudia, hinc ſtabilem fidem, hinc dilectionem, hinc fructum porrigentia, ut in tot tantiſque conſtitutus bonis, ſubito me (ut ſuperius dixi) non in exilio, ſed vobiſcum eſſe indicarem. Gaudeo itaque fratres cariſſimi de fide veſtra, gaudeo de ſalute, quæ fidem ſequitur: gaudeo de fructibus, quod non ſolum illic conſtituti, ſed & longe pergitis. Ut enim agricola arbori bona ſeſervit illi, quæ fructuum cauſa non ſecurim patitur, non ignibus mancipatur; ita & nos veſtræ ſanctitati non ſolum ſervitium ſecundum carnem volumus & cupimus exhibere, ſed & animas noſtras pro veſtra ſalute impendere. Extendiſtis (ut dixi) firmos cum fructu ramos, & per tam longa terrarum ſpatia ad me pertingere laboraſtis. Gaudeo agricola, & libens veſtri laboris poma decerpo (quia tantum facere voluiſtis) nec ſolum ego, vel qui mecum ſunt, ſanctiſſimi noſtri presbyteri, & diacones, vel cæteri fratres, ſed & omnes qui deſiderantes ſumus. Repleſtis enim (ut Apoſtolus beatiſſimus dicit) viſcera mea, cum compleſtis mandata divina, quæ complere decebat Chriſtianos in Epiſcopum, vel Eccleſiaſticos viros, quos in exilio fidei cauſa noſtis laborare. Compleſtis quæ oportebat fratres fratribus facere, & patri filios exhibere. Sed cum nos, ſecundum mandata divina, vobis volentes de terrenis cæleſtes, de caducis ſtabiles, de fragilibus ſempiternos fructus facere, cœpimus per neceſſitatem patientes quotidie ſeminare: gaudebant de veſtris fructibus pauperes, glorificabant Deum non ſolum Civitatis ipſius homines, ſed & omnes qui

aut

aut videre aut audire potuerunt, quantam mecum dilectionem haberetis ex ipſis fructibus videntes, glorificabant Deum, & omni nos honore cum veſtra benedictione nominabant.

XCIV. Arianorum in Euſebium crudelitas. *Videns hoc diabolus innocentium hoſtis, juſtitiæ inimicus, contrarius fidei, quia in hoc opere benedicebatur Deus, inflammavit adverſum nos Ariomanitas ſuos, qui jam longo tempore ſuſpirabant non ſolum de hoc opere, ſed & de ſua infidelitate, ad quam nos perſuadere non poterant: ut exiſterent violenti more hoc, quo ſemper eſt uſus, ut quos perſuadere non poterat, vi & poteſtate terreret. Congregavit itaque ſuorum multitudinem; qui nos ad officinam infidelitatis ſuæ rapiunt, & eludunt, & totam hanc poteſtatem traditam ſibi ab Imperatore dicunt. His ergo multa dicentibus, & de ſua poteſtate glorianțibus; in hoc illis oſtendere volui quia nihil erant quæ poterant, dum taceus, ut carnificibus corpus tradidi, quod Dominus dicebat poſſe in perſecutionibus tradi. Quam libero autem fuerim animo, dum ab ipſis patior & recludor, & per quatriduum ſervor, & diverſorum increpationes, & perſuaſiones audio: in hoc oſtendi, quia nec unum ſermonem dixi. Addere voluerunt ad malitiam ſuam, ut a me ceſſarent fratres, id eſt, presbyteri & diacones; ſed & cæteros dicebant ſe eſſe prohibituros, ne ad me accederent. Ego, ne ab infidelium manibus, vel potius tranſgreſſorum (quod deterius eſt) infidelium, ut Apoſtolus dicit, manducarem cibum, libellum ad ipſos hoc more feci:*

XCV. Euſebii Vercellenſis Epiſcopi libellus ad Patrophilum. *Servus Dei Euſebius cum conſervis ſuis, qui mecum fidei cauſa laborant, Patrophilo Cuſtodi cum ſuis.* Sic namque Euſebius ad Arianum Epiſcopum ſcribens, noluit eum dignari Epiſcopi nomine, ſed cuſtodem voluit nominare, cui cura potiſſimum eſſet Catholicos in carcerem detrudere, & per ſuos excubias detentis in carcere ſolicite exhibere. Libellus autem ſic ſe habet, ut de rebus ab eo ſumma ſævitia geſtis narrationem hiſtoricam repræſentet; eſt vero ille hujuſmodi: *Quæ me vi multorum, & furere non ſolum tractum per terram, ſed interdum nudato corpore ſupinum portaſtis de hoc hoſpitio, quod mihi per veſtros & Agentes in rebus dediſtis, e quo numquam niſi nunc veſtra violentia egreſſus ſum; & Deus ſcit, & Civitas novit, nec vos hic & in futuro negare poteſtis. Ideo Deo cauſam reſervo; ut quemadmodum ipſe ordinaverit, finem poſſit accipere. Interim me hoc decreviſſe ſciatis (ut ratio nunc & in futuro, & hic poſſit ſtare) in hoſpitio quo me clauſum tenetis, in quo me poſt primam portationem retrudentes crudelius, auſi fuiſtis inde eodem modo portare, & in unam cellam rejicere* *; *non panem manducaturum, neque aquam bibiturum, niſi ante ſinguli profeſſi fueritis non ſolum verbo, ſed & manu, vos non prohibituros, fratres meos qui mecum hæc fidei cauſa libenter patiuntur, de hoſpitio quo manent, neceſſarias eſcas efferre, nec eos qui me dignati fuerint requirare.*

* reficere.

Subobſcura hæc videri poſſunt: Sed illa eſt verborum plane ſententia, ut Euſebius eo ſcripto fuerit Patrophilum Epiſcopum conteſtatus, ſe potius impaſtum perſeveraturum in carcere, quam ab ipſis Arianis cibum accipere, quem tantum a fratribus, vel aliis qui ipſum viſerent, ſibi voluit miniſtrari, ne videri quoquo modo poſſet cum Arianis in cibo communicare. XCVI. Euſebius renuit cibum accipere ab Arianis. Sed ſubdit in eodem perſtans argumento: *Oportuerat quidem exire de corpore, ne tantum ſcelus, quod contra jus divinum & publicum commiſiſtis, ſæpe ſcire volentibus cogerer dicere: ſed ne quis de infidelibus vos in nobis crudeles appellet, & ignorantes divina præcepta, putet nos confuſionem potius vitare voluiſſe, quam Domino parere; ideo hoc voluiſſe præſumere: iterum dico, quod niſi profeſſi & verbo & conſcriptione fueritis, eritis homicidæ, prohibendo. Novit hoc omnipotens Deus: novit & ejus unigenitus inenarrabiliter de ipſo natus Filius, qui ſalutis noſtræ cauſa, Deus ſempiternæ virtutis, hominem perfectum induit, pati voluit, morte triumphata, tertio die reſurrexit, ad dexteram Patris ſedet, venturus judicare vivos & mortuos: novit & Spiritus ſanctus: teſtis eſt Eccleſia Catholica, quæ ſic confitetur: quia non ego in me reus ero, ſed vos, qui conſervos meos neceſſaria miniſtraturos prohibere voluiſtis.*

XCVII. Cur Euſebius recuſarit cibum accipere a Patrophilo. Cur autem ejuſmodi conteſtationem ad Patrophilum ſcriptam, eamdem univerſæ Eccleſiæ communem eſſe voluerit, cauſa iſta præceſſit: Cum enim Patrophilus (quod dictum eſt) nulla valuiſſet Euſebium arte pellicere ad ſecum communicandum; conſilium illud iniit, ut in ergaſtulum eum detentum cogeret a ſe miſſum pro alimento cibum accipere: quod ſi ſumpſiſſet, gloriari poſſet, licet inaniter, Euſebium ſecum in cibo potuque communicare: ſi vero id facere detrectaſſet, atque ob eam cauſam fame periret, illud calumnioſe de eo omnibus diffamaret, Euſebium (quod magna eſſet ignominia) voluntario exitio diem extremum clauſiſſe, ac propterea ipſe hæc eodem libello mox ſubdit: *Et ſi hoc putaveritis, vos debere contemnere, non quaſi mortem timentem, ſed ne poſt exceſſum meum dicatis me voluntaria morte exire voluiſſe, & quamdam nobis nebulam accuſationis inveniatis: conventurum me ſcitote Eccleſias, quas clauſis interim litteris poſſem pertinge-*

gere: conventurum & Dei ſervos, ut in ipſis concurrentibus, Orbis terrorum, quid fides integra, qua ab univerſis Catholicis Epiſcopis comprobata eſt, ab Ariomanitis patiatur, quod ante damnavit, poſſit agnoſcere.

Item ſubſcripſi ego Euſebius Epiſcopus. Ejuſmodi autem ſua ſubſcriptione libello firmato, hanc ad ipſum conteſtationem adjecit:

XCVIII. *Adjuro te qui has litteras legeris, per Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, ut non ſupprimas, ſed aliis legendas tradas.* Sequitur in eadem epiſtola de rebus poſt hæc geſtis exacta narratio his verbis:

Ruſum Ariani in Euſebium graſſantur. *Hi ergo vix quarta die ad hunc libellum mitigati, jejunos ad hoſpitium, in quo manſeramus, reverti nos compulerunt. Viderunt interea, quemadmodum nos revertentes populi cum gaudio ſuſceperunt; lucernis noſtrum hoſpitium circumdederunt. Cœpimus, annuente Domino, iterum egentibus miniſtrare. Non hoc ſuſtinuit ipſorum inhumanitas, & noſtrum amorem in ſuum odium perdiderunt. Vix fere viginti & quinque tolerare potuerunt dies. Erumpunt denuo, & cum perdita multorum manu ad noſtrum hoſpitium veniunt armati fuſtibus: per aliena clauſtra parietem rumpunt, & ad nos violenti perveniunt. Iterum rapiunt, & artiori cuſtodia cum ſolo cariſſimo Tegrino presbytero recludunt. Noſtros quoque fratres, id eſt, presbyteros & diaconos omnes rapiunt, & includunt. Poſt triduum poteſtate ſua per loca diverſa in exilium mittunt. Alios fratres, qui ad nos venerant viſitandos, in carcere publico mittunt, per plurimos dies reclusos tenent. Advolantes iterum ad hoſpitium, omnia quæ aut in ſumptu, aut pauperibus fuerant comparata, diruunt**. *Sed quia hoc publicum ipſorum facinus ab omnibus civibus notabatur; argumento hoc uſi ſunt, ut aliqua redderent leviora, & ſe nobis noſtra reddidiſſe jactarent: ſumptus vero apud ſe tenuerunt: & poſt tantum ſcelus quærebant, ſi fieri poſſet, ſic negare, ut nullum de meis ad me venire permitterent, qui eſcas corpori neceſſarias afferrent. Vix ſexta die, clamantibus ſibi diverſis, unum venire permiſerunt. Quantum ad ſe fuit, oſtenderunt homicidæ animos, quem primum (ne a malignitate ceſſarent) quarta die dimiſerunt: poſtmodum ſexta vix, deficientibus nobis, olim cum victu venire permiſerunt. Hæc itaque ſunt Ariomanitarum opera.*

* diripiunt.

XCIX. Dira perſecutio Arianorum. *Videte ſanctiſſimi fratres, ſi non eſt perſecutio, dum hæc patimur qui fidem Catholicam cuſtodimus: & altius cogitate, nam valde etiam deterior ſit, quam illa quæ fiebat per hos qui idolis ſerviebant. Illi mittebant in carcerem, non tamen prohibebant ad ſe venire ſuos. Quantum ergo Satanas Eccleſias vulneraverit per Ariomanitarum crudelitatem? In cuſtodia publica mittunt, qui liberare debent; violentiam faciunt, qui, ne patiantur juſtitia cauſa diſcunt: aliena diripiunt, qui, ſua direpta ne repetant, de divina lege docentur. Præterea quanta illos invaſit crudelitas, dum facultatibus temporalibus gaudent. In carcere latronibus clauſis a Quæſtionariis, vel a Judicibus non denegatur facultas videndi ſuos: a nobis & noſtri prohibentur, & devoti fratres, ne veniant, non ſolum ab hoſpitio arcentur quo tenemur, ſed ne adeant carcerem, comminatione terrentur: ſic cunctos ſubjugaverunt, ut manifeſtiſſime agnoverim**. *Ab Epiſcopis incipiam: dum honorem quidem timent amittere, ipſos fidem perdidiſſe; dumque facultates terrenas, & immunitates nolunt perdere, cæleſtes theſauros & veram ſecuritatem nullam judicaſſe. Sic quoque dučti cæteri, dum Epiſcopos hæc timentes perdere vident, armare cœperunt quæ ſemper habere non poſſunt.*

C. Puellæ ſanctimoniales quæ paſſæ. *Sic Ariomanitæ divites terrent, dum ipſis proſcriptionem minantur: ſic pauperes, dum poteſtatem in carcere recludendi habent. Et quanta inſania eſt! In loco quo tenemur, non ſolum viros qui nobis ſerviunt, in carcerem mittunt, ſed & puellas ſanctimoniales ſine ullo divino timore in cuſtodia publica recludunt. Sed ut gaviſi non ſunt ſeniores mali, qui pudicitiam Suſannæ violare quærebant; ita nec hi gaudebunt ſemper, qui Eccleſiam perſecutione varia & depreſſione nimia ſua infidelitati conantur ſubjicere. Dicit enim S. Daniel ad illos: Sic timentes filiæ Iſrael concumbebant vobiſcum. Sed recedat, ſanctiſſimi, humanus timor a veſtris animis, cum habeatis Domini conſolationem, qui dicit: Nolite timere illos qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt. Tempus eſt probationis: tempus eſt, ut probati innoteſcant manifeſti. Ideo acceperunt humanum adjutorium, quia divinum non habent: quod ſi haberent, numquam poteſtate terrena innocentium ſibi animas ſubjugarent. Multa de illorum malis, quibus non ſolus ego, ſed plurimi deprimimur, debueramus ſcribere: ſed ne poſſemus hæc facere, & ipſorum crudelitatem litteris intimare, arctiſſima cuſtodia ſervamur ab ipſis: ideo ad nos, & alii noſtri, & amici prohibentur accedere. Sed conceſſit mihi Dominus hanc epiſtolam per cariſſimum noſtrum ad vos Syrum diaconem mittere, quem in poteſtatem mittendi habui; quia providentia Domini noſtri eo tempore ad videnda loca ſancta acceſſerat, & cum cæteris fratribus inventus non eſt.*

CI. Exhortatio Euſebii ad ſuos. *Cæterum vix hanc epiſtolam quomodocumque conſcripſimus, Deum ſemper poſtulantes, ut cuſtodes in horas refrænaret, & concederet ne ad vos diaconus nuncium mit-*

magis laboris noſtri, quam qualeſcumque ſalutationis litteras ferret. Propter quod ſatis vos peto, ut cum omni vigilantia cuſtodiatis fidem, ſervetis concordiam, orationibus incumbatis, noſtri memores ſine intermiſſione ſitis: ut dignetur Dominus Eccleſiam ſuam liberare, quæ per univerſum Orbem laborat; & ut nos, qui deprimimur, poſſimus vobiſcum liberati gaudere: quod præſtare dignabitur Dominus, petentibus vobis, per Dominum noſtrum, Jeſum Chriſtum, qui eſt ſecum a ſæculis, & in omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

CII. *Excuſatio de communi ſalutatione.*

Iterum peto, & vos per miſericordiam Dei rogo, ut unuſquiſque in hac epiſtola ſalutationem ſuam nuncupet: quia ſingulis, ut ſolebam, faciente neceſſitate, ſcribere non potui. Ita in hac vos omnes fratres, ſed & ſanctæ ſorores, filii & filiæ, omnem ſexum appello, omnem ætatem peto, ut, hac contenti ſalutatione, noſtro obſequio etiam hos qui foris ſunt, & nos dignantur diligere, ſalutare dignemini. Salutant vos fratres noſtri qui mecum ſunt presbyteri, & diacones, ſed & omnes noſtri: qui una mecum ſatis petunt, ut noſtri memores, omnes veſtros noſtro dignemini obſequio ſalutare. Tranſmiſi prætereà litteràs, quas ad Patrophilum cuſtodem meum feci; ut ex his agnoſcatis, nos Ariomanitarum nec minis poſſe terreri, neque ipſorum ſerpentina blanda ſubtilitate poſſe ad ipſorum ſocietatem perduci. Divinitas vos protegat, florenteſque vivere & hic & in futuro faciat cum omnibus veſtris, fratres cariſſimi & ſatis deſideratiſſimi. Hactenus litteræ Euſebii ad ſuos.

CIII. *Quæ demum ab Arianis Euſebius paſſus ſit.*

Sed non hic finis ærumnarum Euſebii: tunc ſiquidem accidiſſe tradit Maximus (*a*), quod ipſe, de exilio ejus agens, narrat his verbis: *Poſt multas injurias Orientis plagæ, illum in exilium relegarunt, in quo tanta paſſus eſt, ut martyrii invictam gloriam reportaret. Dicitur enim inter cætera paſſionum genera, hoc pœnale paſſionis ſupplicium pertuliſſe, ut dum interrogaretur ab Arianis, & ſe eorum communicare perfidiæ denegaſſet, ſcalarum proclivi tractu ſupinis pedibus ad imum uſque pertraheretur; & iterum revocatus ad ſummum, interrogatus denuo, cum eadem reſpondiſſet, eadem pateretur: ac ſic frequentem interrogationem frequenter hujuſmodi ſupplicium fuerit ſubſecutum.* Hæc ipſe. At nequaquam tunc (quod multi putant) conſummavit martyrium, quem & conſtat ad longa quoque tempora ſupervixiſſe, ac diu multumque pro tuenda fide Catholica laboraſſe. Sed illud etiam, auctore S. Hieronymo (*b*), liquet, ipſum e Scythopoli ab iiſdem Arianis ad graviores pœnas amandatum fuiſſe exulem in Cappadociam. Quod autem Ruffinus (*c*), Socrates (*d*), Theodoretus (*e*), atque Sozomenus (*f*) de eodem Euſebio tradant, una cum Lucifero Calaritano eſſe relegatum in ſuperiores Ægypti Thebaidas: hæc his quæ diximus adverſari videntur; niſi ex inconſtantia Arianorum cum ſævitia conjuncta ſumpſerimus argumentum, plus quam ſemel Euſebio eſſe mutatum locum exilii. At de Euſebio modo ſatis: reliqua de ipſo poſteriori tempore dicturi ſumus.

(*a*) *Apud S. Ambroſ. ſerm. 69.*

(*b*) *Hieron. de Script. Eccl. in Euſeb. Sard.*

(*c*) *Ruffin. l. 1. c. 27.*

(*d*) *Socrat. l. 3. c. 4.*

(*e*) *Theod. l. 3. c. 4.*

(*f*) *Sozom. l. 5. c. 12.*

CIV. *Dionyſius & Paulinus Epiſcopi Martyres.*

Inter alios illos Occidentis confeſſione claros Epiſcopos exules, duo ex ipſis promeriti ſunt coronam martyrii, nempe S. Dionyſius Mediolanenſis, & S. Paulinus Epiſcopus Treverenſis. De Dionyſio enim hæc habet S. Ambroſius (*g*): *Denique S. Dionyſius exegit votis, ut in exilio vitam poneret, ne regreſſus confuſa inſtitutis & uſu infidelium ſtudia plebis aut cleri inveniret. Meruit hanc gratiam, ut pacem Domini tranquillo affectu ſecum referret. Itaque ut Euſebius ſanctus prior levavit vexillum confeſſionis; ita beatus Dionyſius in exilii locis propiore martyribus titulo exhalavit.* Hæc Ambroſius. Cum igitur exularet Dionyſius in Cappadocia (unde enim Auxentius venerat, eo Dionyſius in graviorem pœnam exulare juſſus eſt) ibi Arianorum ex more exagitatus ærumnis, mortuus eſt: cujus corpus poſtea Sanctus Baſilius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ Mediolanum miſit ad Sanctum Ambroſium, qui illic tunc præerat Eccleſiæ. Quoto autem anno ejus exilii Dionyſius moriendo martyrium conſummaverit, inexploratum eſt nobis. Paulinus vero anno vigeſimo tertio Conſtantii Imperatoris corona martyrii morte auctus ponitur in Chronico a S. Hieronymo. At de exulibus Epiſcopis hactenus. Jam ad res geſtas in Occidente adverſus Catholicos orationem convertamus.

(*g*) *Ambr. ad Vercell. epiſt. 82.*

CV. *Concilium Byterrenſe.*

Hoc eodem anno agitur in Gallia Narbonenſi prope Arelatem Byterris Concilium, ex quo, factione Saturnini Arelatenſis Epiſcopi Ariani, S. Hilarius Pictavienſis Epiſcopus, quod reſiſteret Arianæ impietati, mittitur in exilium in Orientem. Id autem hoc ipſo anno accidiſſe, inde primo colligimus, dum Severus (*b*) tradit, quod quartum jam annum agebat Hilarius in exilio, cum Seleuciæ in Iſauria ab Arianis Concilium collectum eſt. At cum aperte liqueat eam Synodum habitam ſub Conſulatu Euſebii & Hypatii, anno Domini ſcilicet trecenteſimo quinquageſimonono; ſatis intelligitur, hoc ipſo anno eum in exilium miſſum fuiſſe, huncque numerandum eſſe annum primum ipſius exilii. Verum cum idem Severus, recenſens ſuperius Epiſcopos exules a Conſtantio damnatos, adnumeret inter eos Hilarium, contigiſſeque eorum exilium dicat Arbetione & Lolliano Conſulibus, anno ſuperiori; illud quidem

(*b*) *Sever. l. 2. tom. 2. Bibl. ſancta.*

dem de reliquis omnibus ibidem nominatis, non autem de Hilario eſſe accipiendum, ſuperius dictum eſt: quod & nos id affirmare compellit; nimirum, quod idem S. Hilarius affirmat, tunc ipſum exulare contigiſſe, cum Julianus Cæſar in Galliis ageret, & pro Hilario agens, contumelias paſſus ſit: at Julianus cum anno ſuperiori Kal. Decembris Mediolano profectus dicatur ab Ammiano in Gallias, nonniſi anni præſentis exordio ipſum illuc perveniſſe, & ea cauſa Hilarii eſſu paſſum, affirmare opus eſt. Ipſe enim hæc ea de re locutus eſt coram Conſtantio (*a*) de ſuo exilio: *Exulo* (inquit) *non crimine, ſed factione, & falſis nunciis Synodi apud te Imperatorem pium non ob aliquam criminum meorum conſcientiam per impios homines delatus. Nec levem habeo querelæ meæ teſtem, dominum meum religioſum Cæſarem tuum Julianum, qui plus in exilio meo a malis contumeliæ, quam ego injuriæ, pertulit. In promptu enim ſunt pietatis veſtræ litteræ: falſa autem eorum omnia, qui exilium meum procuravere, non in abſcuro ſunt: ipſe quoque vel miniſter, vel auctor geſtorum omnium intra hanc urbem eſt. Circumventum te Auguſtum, illuſumque Cæſarem tuum, ea confidens conſcientiæ meæ conditione patefaciam, ut ſi indignum aliquid non modo Epiſcopi ſanctitate, ſed etiam laici integritate geſſiſſe docear, non jam ſacerdotium per veniam expectem, ſed intra pœnitentiam laici conſeneſcam &c.*

Hilarii exilium quando contigerit.

(a) Hilar. ad Conſt.

CVI. Cum ex hiſce igitur pateat, hæc in Hilarium facta eſſe, cum Julianus in Galliis ageret, quem teſtem invocat: nonniſi hoc anno ea contingere potuiſſe exploratum videtur. His accedit, quod idem ipſe Hilarius, nonniſi poſt exilium Euſebii, Luciferi, & aliorum, ſe a communione Saturnini Arelatenſis ſeparaſſe dicit, eaque de cauſa poſtea Concilium Byterrenſe celebratum eſſe: quo plane declaratur, non eodem tempore, quo illi, ſed poſt, Hilarium exulaſſe; ſignificat enim hæc ipſe his verbis (*b*): *Poſt ſanctorum virorum exilia Paulini, Euſebii, Luciferi, Dionyſii, quinto ab hinc anno a Saturnini & Urſacii & Valentis communione, me cum Gallicanis Epiſcopis ſeparavi, indulta cæteris conſortibus eorum reſipiſcendi facultate, ut nec pacis abeſſet voluntas, & principalium morborum fætida & incorruptionem totius corporis membra proficientia deſecarentur; ſi tamen hoc ipſum beatiſſimis confeſſoribus Chriſti editum decretum, tum a nobis manare placuiſſet. Quibus poſtea per factionem eorum pſeudoapoſtolorum ad Byterrenſem Synodum compulſis, cognitionem hujus hæreſeos obtuli, &c.* Ex his Hilarii verbis illud primum probe teſtatum habetur, quinquennium eſſe jam temporis, ex quo dicti Epiſcopi in exilium pulſi ſunt, cum ipſe illa ſcribebat, nempe anno quarto ſui exilii: non enim amplius in eo detentus eſt (quod Martyrologia (*c*) & Gregorius (*d*) quoque teſtantur) ſicque in omnibus eadem conſentanea ſunt, quæ diximus, nempe anno ſuperiori nominatos Epiſcopos exilio ſolum vertiſſe, hoc autem anno ipſum Hilarium eadem ſententia damnatum eſſe.

(b) Hilar. contr. Conſtantium.

(c) Martyrol. 16. Januar.

(d) Greg. Tur. l. 1. c. 38. hiſt. Franc.

CVII. Inſuper ex iiſdem ab Hilario enarratis ſatis certa aperitur cauſa cogendi ab Arianis conventiculi Byterrenſis: quod ſcilicet cum adeo fama celebres Epiſcopi in exilium ob fidem Catholicam acti eſſent, jamque ſatis perſecutio Arianorum adverſus Eccleſiam Catholicam declarata eſſet; Hilarius & Epiſcopi Gallicani in unum convenientes, mutuo conſenſu ſeſe, decreto edito, ſepararunt a communione Saturnini, Valentis, & Urſacii, quod, re jam patefacta, haud eſſet illis amplius locus ſimulandi; eadem quoque excommunicationis ſententia ſtatuentes feriendos illos, qui eiſdem communicarent, niſi quamprimum ab illorum communinne receſſiſſent. Id autem cum iniquo animo ferrent Epiſcopi Ariani, ac potiſſimum Saturninus Arelatenſis, quod ſe videret ab Epiſcopis ſuæ provinciæ communicatione ſecludi, & anathemati traditum, ab omnibus evitari: egit favore Conſtantii, ut in ſua ipſius diœceſi prope Arelatem Byterris Concilium cogeretur, ad quod, Præſidum vi, Catholici Epiſcopi venire compellerentur: ſicque collectum eſt Conciliabulum Byterrenſe, non ante præſentem annum, ut perſpicue demonſtravimus. Ex quibus erroris arguuntur, qui eodem tempore, quo nominati ſuperius Epiſcopi exularunt, nempe decimonono anno Conſtantii, putarunt Hilarium ex Byterrenſi Concilio exilii ſententia condemnatum.

Cauſa celebrandi Concilii Byterrenſis.

Saturninus Epiſcopus Arianus quid in Epiſcopos Catholicos molitus.

CVIII. Coacto igitur Byterrenſi Coventu S. Hilarius timens ne iidem Ariani (ut alias ſæpe fecerant) ſimulatione agerent, & mentito ſubſtantiæ nomine, ſimplicitatem plurimorum Orthodoxorum Epiſcoporum circumvenirent, libellum legendum obtulit, quo Arianorum latebræ, & doloſæ eorum panderentur inſidiæ; eoſdemque eſſe hæreticos, cunctis perſpicue demonſtraret: ſed teſtiterunt complures ne ingeſta ab Hilario legerentur; teſtatur id quidem ipſe his verbis (*e*): *Ad Byterrenſem Synodum compulſus, cognitionem hujus hæreſeos obtuli. Sed hi, timentes publicæ conſcientiæ, audire ingeſta a me noluerunt, putantes ſe innocentiam ſuam Chriſto poſſe mentiri, ſi volentes neſcirent, quid geſturi poſtmodum eſſent, ſcientes. Atque exinde toto ex tempore in exilio detentus, neque decedendum mihi eſſe de Chriſti confeſſione decrevi.* Hæc Hilarius

Hilarii ſtudium pro fide Catholica.

(e) Hilar. contr. Conſtantium.

do-

dolens quod in ea Synodo confeſſorum fides laudata tepuiſſet, cum ipſe ſolus inventus eſſet, qui Saturnino Arianorum anteſignano obnixe ſtaret pro muro domui Iſrael, fidei Catholicæ fortiſſimus propugnator.

CIX. Gallicanorum in fide recta conſtantia.

Manſit tamen Catholicorum mentibus ſi-aus libellus ille fidei ab Hilario ſcriptus, quo pii tamquam ſcuto uſi ſunt adverſus omnes impietatis inſultus: id quidem ipſe ad eos ab exilio poſtea ſcribens docet his verbis (a): *Qui per motum incertorum, conſcientia tantum antea mea, quod ab his omnibus eſſem liber, gratulabar: nunc autem communis fidei noſtræ integritate gauderem. O glorioſæ conſcientiæ veſtræ inconcuſſam ſtabilitatem! O firmam fidelis petræ fundamine domum! O intemeratæ voluntatis illæſam, imperturbatamque conſtantiam! Manſit namque atque etiam nunc permanet poſt Synodi Byterrenſis profeſſionem, in qua patronos hujus hæreſeos ingerenda quibuſdam vobis teſtibus denunciaveram, innocens inviolataque religio. Expectatio enim ſancta & indemutabilis perſeverantiæ glorioſum triumphum, non cedendo Saturnini minis, poteſtatibus, bellis: & cum omnia inchoandæ blaſphemiæ in Deum certamina moverentur: manentes nunc uſque mecum in Chriſto fideles, neque antea ad occaſionem prorupta hæreſeos ceſſiſtis, & nunc omnem ejus petulantiam in proruptionis congreſſione fregiſtis.* Hæc de his Hilarius.

(a) Hilar. de Synod.

CX. Hilarii & Rhodanii exilium.

Idemque ſuperius de ſuo exilio agens, illud a Saturnino procuratum ait, circumvento Imperatore. At non tantum Hilarium, ſed & Rhodanium Epiſcopum Toloſanum eadem ſententia exilii condemnatum eſſe Severus teſtatur, cum ait (b): *Hilarius Pictavorum Epiſcopus damnatur exilio; Rhodanium quoque Toloſanum * Antiſtitem, qui natura lenior, non tam ſuis viribus, quam Hilarii ſocietate, non ceſſerat Arianis, eadem conditio implicuit.* Et poſt multa idem Severus ſubdit: *Gallias noſtras Saturninus Arelatenſium Epiſcopus, homo impotens * & factioſus, premebat.* Depravatum hunc locum Severi

(b) Sever. l.2.

* Doſanum.

* præpotens.

(ſic ut vidat) reſtituendum curavimus ex antiquiori exemplari, ut loco, Doſanum ſit legendum Toloſanum. De exilio Hilarii atque Rhodanii meminit quoque Ruffinus (c); cæteris (ut ait) remanentibus, vel ignorantibus, vel non credentibus fraudem.

(c) Ruffin. l.1. c.20.

CXI. Hilarius divino miraculo prodit ex improviſo Theologus.

Sed illud plane mirandum, Hilarium ex conjugio ad Epiſcopatum aſſumptum, virum alioqui eruditum, controverſiarum tamen Eccleſiaſticarum protſus ignarum, adeo ut ipſum quoque præteriret Nicænum Concilium notum omnibus; cum tamen opus fuit adverſus Arianos agere, ex improviſo, nonniſi (ut puto) divino miraculo evaſiſſe atque ad pugnam progreſſum eſſe doctorem. Id quidem haud cuiquam affirmanti credere valuiſſem, niſi ipſi teſtanti, cum ait (d): *Regeneratus pridem, & in Epiſcopatu aliquantiſper permanens, fidem Nicænam numquam, niſi exulaturus audivi: ſed mihi* Homouſii & Homiuſii *intelligentiam Evangelia & Apoſtoli intimaverunt.* Ita Hilarius; idque idcirco accidit (ut ſuperius ipſe teſtatur) quod Eccleſiam Gallicanam hæreſis nulla pertigerat; ſic enim ait (e): *Sed inter hæc o beatos vos in Domino & glorioſos, qui perfectam atque Apoſtolicam fidem conſcientia & profeſſione retinentes, conſcriptas fides hucuſque neſciſtis: non enim eguiſtis littera, qui ſpiritu abundatis, neque officium manus adſcribendum deſideraſtis, qui, quod corde a vobis credebatur, ore ad ſalutem profitebamini. Neque neceſſarium habuiſtis Epiſcopi legere, quod regenerati neophyti tenebatis.* Hæc S. Hilarius, quem ex hac ipſa Synodo Byterrenſi in Phrygiam eſſe relegatum, etiam S. Hieronymus (f) auctor eſt. Sed jam reliquas hujus anni res geſtas ordine proſequamur.

(d) Hilar. l. de Synod. in fine.

(e) Hilar. ib.

Gallicanæ Eccleſiæ virginitas.

(f) Hieron. de Script. Eccl. & in Chron.

CXII. Conſtantii Imp. Romam adventus.

Hoc eodem anno, tertio Kal. Maias, Conſtantius Imperator in Urbem ſe contulit, triumphum agens de Magnentio tyranno extincto: ipſa pompa ab Ammiano deſcribitur (g); ſed nihil ad rem noſtram. Quod autem ſpectat ad inſti-

(g) Ammian. lib. 16.

PAGIUS XIII. Conſtantius Romam venit.

Ad num. CXII. & ſeq. Idacius in Faſtis ſub hujus anni Conſulibus ſcribit: *His Coſſ. introierunt Conſtantinopolim Reliquiæ Apoſtoli Timothei die Kal. Jun.* [1] De qua Tranſlatione Baronius agit anno CCCXXXVI. Conſtantio vero IX. & Juliano Cæſare II. Coſſ. anno nempe ſequenti, Idacius habet: *His Coſſ. introierunt Conſtantinopolim Reliquiæ SS. Apoſtolorum Andreæ & Lucæ die*

NOTÆ [1] SAcra SS. Andreæ & Timothæi lypſana tranſlata fuiſſe Conſtantinopolim ſub Conſtantio, quamvis aſſerat Idacius, non eſt uſque adeo certum; cum propior ætati illi S. Paulinus Nolanus in carmine Natali VI. a Muratorio, *to.2. Anecdot. pag.26.* vulgato, id Conſtantino Magno tribuat:

Nam Conſtantinus proprii cum conderet Urbem Nominis,
Ut ſua Apoſtolicis muniret mœnia latus
Corporibus, tunc Andream devexit Achivis,
Timotheumque Aſia.

Eadem pariter affirmat S. Hieronymus adverſus Vigilantium, & de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Luca; quamvis in additionibus ad Chronicon Euſebii tranſlationem hanc conſignat ad annum 19. Conſtantii. Conſule Du Freſnium *Conſtantinop. Chriſt. lib.4. cap.5.*

tutum, illud eſt, quod a Theodoreto his verbis deſcribitur (a): *Biennio dilapſo, Conſtantius proficiſcitur Romam: magiſtratuum autem & nobilium conjuges orant maritos, ut a Conſtantio ſupplices petant, uti paſtor Liberius (qui exulabat in Thracia) ſuo gregi reddatur; ſeque, niſi eum exoravrint, deſerturas eos, & ad egregium illum paſtorem convolaturas. Quibus reſponderunt mariti, ſe non parum imperatoris iram pertimeſcere; &, cum viri ſint, nullam fortaſſe veniam ab eo impetraturos. Quod ſi vos ipſæ Imperatorem pro Liberio deprecari volueritis, eſt vobis plane condonaturus: atque e duobus alterum eveniet; ut vel veſtram vobis ſit conceſſurus poſtulationem; vel, ſi minus ad id faciendum adduci poſſit, vos illæſas dimiſſurus.*

(a) Theodor. l. 2. c. 27.

Romanarum matronarum ſtudium pro Liberio.

CXIII. *Quo audito conſilio, præſtantes illæ feminæ, ſplendide (ut ſolent) & magnifice amictæ accedunt ad Imperatorem, ut eas ex veſtitus ſplendore nobiles illuſtreſque eſſe arbitratus, tum reverentia erga ipſas tum clementia utendum exiſtimaret. Quæ cum hoc modo ornatæ ad eum advenitaſſent, orant, ut Urbis paſtore orbatæ, & luporum expoſitæ inſidiis, miſereatur. Quibus reſpondet Imperator, altero paſtore civitati opus non eſſe, quippe cum haberet unum, qui ei poſſet providere: etenim ſucceſſum eſt Liberio a fideli quodam ejus diacono, nomine Felice: qui tametſi fidem in Concilio Nicæno expoſitam ipſe ſervavit integram; tamen cum illis, qui eamdem labefactare ſtudebant, libere communicavit: ac propterea nemo ex Romæ habitatoribus in Eccleſiam, dum ille intus erat, ingredi voluit. Quam rem etiam mulieres Imperatori ſignificarunt. Qua cauſa ſic inflectebatur Imperatoris animus, ut paſtorem illum longe præſtantiſſimum Romam redire, & utroſque communiter inter ſe Eccleſiam illam regere juberet.*

CXIV. *Itaque lectis Imperatoris in Circo litteris, plebs clamat, æquam eſſe Imperatoris ſententiam: nam bifariam diviſos eſſe ſpectatores, quibus nomen impoſitum eſt ex colorum varietate; & propterea alterum Epiſcopum his, illis alterum præeſſe debere. Itaque cum hoc modo Imperatoris litteras irriſione luſiſſent, omnes uno ore vociferantur: Unus Deus, unus Chriſtus, unus Epiſcopus: has enim voces emittere, rectum eſſe cenſebant.* Ad hæc plane pertinere videtur, quod de Conſtantio Circenſes ſpectante ait Ammianus (b), plebem in ſpectaculis ſolita dicacitate uſam in Conſtantium Imperatorem, ipſum autem ea eſſe oblectatum. Quid vero tum ad plebem Conſtantius, ſic ſubdit Theodoretus (c): *Quibus vocibus cum pietate, & juſtitia a pia plebe profuſis, rediit Liberius Epiſcopus: Felix autem clam Roma ſe ſubducens, ad aliam urbem migravit.* Hucuſque Theodoretus; eadem ferme Ruffinus (d), atque Severus (e), quod ſcilicet ad preces Romani populi permiſſus ſit Liberius redire Romam: Sozomenus (f) autem addit, ea lege id annuiſſe Conſtantium, ſi Liberius conſenſurus eſſet Epiſcopis, quos ipſe Conſtantius ſecum haberet. At de Liberio pluribus ſequenti anno agemus, quo illum Romam rediiſſe contigit.

Decretum Conſtantii deridetur in Circo.

(b) Ammian. lib. 16.

(c) Theod. ubi ſupra c. 17.

Felix Liberio ceſſit.

(d) Ruffin. l. 1. c. 27.

(e) Sever. l. 2.

(f) Sozom. l. 4. c. 10.

CXV. Magnas ſane altercationes extitiſſe Romæ inter Catholicos & hæreticos, cum ibi eſſet Conſtantius, Marius (g) Victorinus innuit illis verbis: *Tunc tu, patrone dogmatis, non ſolum in vita, ſed Epiſcopus fuiſti; tacuiſti & tu, & ſocii, & diſcipuli, & condoctores, & tota tempora poſtea uſquequo Imperator Romæ fuit præſens: audiſti multa contraria, convivia exiſtens iſtorum hominum, quos nunc anathematizas; iratus quod ſine te fidem ſcripſerunt. An coactus a magiſtris legatus veniſti in deſtructionem perditionis? &c.* Hæc ipſe ad Epiſcopum ex Arianiſmo factum Catholicum.

(g) Mar. Vict. l. 1. adv. Arium to. 5. Bibl. ſanct.

Altercatum Romæ cauſa fidei.

CXVI. Quod rurſum ad Conſtantii Romæ res geſtas pertinet; ex relatione Symmachi Conſularis apparet, Conſtantium Auguſtum poſt Conſtantem fratrem abſtuliſſe Romanis unicum idolum in Capitolio relictum, Victoriæ ſimulacrum cum ara: erat illud (quod teſtatur Tacitus b) ſuper rhedam impoſitum, in veſtibulo Capi-

Simulacrum Victoriæ cum ara ſublatum.

(b) Tacit. lib. 17.

PAGIUS *die V. Non. Mart. & introivit Conſtantius Aug. Romam IV. Kal. Maias, & edidit XXXV.* Quare adventus Conſtantii Auguſti Romam male hoc anno in Annalibus conſignatur: pertinet enim ad annum ſequentem, in quem ſeptima Imperii Cæſarei Conſtantii Quinquennalia inciderunt, quæ cum triumpho Romæ exhibita fuiſſe minime dubitandum. Idacio ſuffragatur Ammianus lib. 16. cap. 10. ubi ſcribit, Conſtantium *concluſo Jani Templo*, ac poſt Magnentii exitium Romam triumphaturum veniſſe, addens: *Triceſimo poſtquam ingreſſus eſt die IV. Kal. Junias ab Urbe profectus, per Tridentum iter in Illyricum feſtinavit.* Hinc intelligimus intra unum eumdemque menſem & Conſtantium triumphaſſe, & ſeptima Quinquennalia ediſſe, nec longius temporis ſpatium ad utramque pompam repræſentandam neceſſarium fuiſſe. Secundo, utraque ſolennia de more conjuncta. Tertio, triumphum pleruumque aliquot poſt annos a ſtratis hoſtibus dilatum. Quæ omnia, quia a me primum detecta, variis paſſim exemplis confirmavi. Baronius porro, qui Idacium non viderat, ex laudato Ammiani loco infert, *Conſtantium tertio* Kalendas Maii hoc anno Romam ingreſſum. Sed, ut jam dixi, res anno ſequenti geſta, diequeque IV. Kal. Maii.

XIV. Ammianus citatus deſcribit pompam, Ludoſque Circenſes, quos Conſtantius populo Romano dedit. De qua etiam celebritate legenda Oratio XIII. Themiſtii, & Claudianus in ſexto Conſulatu Honorii pag. 138. Auctor Chronici Alexandrini ſub anni ſequentis Conſulibus ſcribit: *Conſtantius Auguſtus propter Vicennalia ſua cum ingenti pompa & apparatu Romam venit, & cum*

Vicennalia Conſtantii ſueto magnifica.

eo

pitolii collocatum: quod a Conſtantini patre Conſtantio cultum, a Conſtantio autem Chriſtiano Principe non remotum, a Conſtante vero ſublatum (Conſtantem, non Conſtantium, legendum diximus, propterea quod eumdem Imperatorem cito necatum tradat) reſtitutum illum per Magnentium tyrannum, a Conſtantio rurſus ſublatum, idem Symmachus (*a*) conqueſtus eſt. Reddamus hic verba ipſius, quibus hæc ait: *Sed divus Conſtantius idem feciſſe dicitur*, quod Conſtans ſcilicet frater fecerat: *cætera potius illius Principis æmulemur, qui nihil tale eſſet aggreſſus, ſi quis ante ſe alius non deviaſſet: corrigit enim ſequentem lapſus prioris, & de reprehenſione antecedentis exempli naſcitur emendatio*. Iſta Symmachus; & S. Ambroſius (*b*) advérſus eum agens de eodem ſic ait: *Conſtantius Auguſtæ memoriæ nondum ſacris initiatus myſteriis, contaminari ſe putavit, ſi aram illam videret, juſſit auferri, non juſſit reponi*: ut ſcilicet a Gentilibus Senatoribus reſtitueretur iterum. Recentis enim a ſe editæ hoc anno legis memor Conſtantius (*c*) erat; qua ſancierat, ne quis ſacrificaret, vel coleret ſimulacra; quam nos ſuperius alia occaſione recenſuimus.

(*a*) Symmac. in relat. ad Valentin. Auguſt.

(*b*) Ambr. ad Valent. Imper. ep. 31.

(*c*) l. 6. de Pagan. C. Theod.

CXVII. His a Conſtantio Romæ geſtis, inquit Ammianus (*d*): *Cupiens itaque auguſtiſſima omnium ſede morari diutius Imperator, ut otio puriore * frueretur & voluptate; aſſiduis nunciis terrebatur & certis, indicantibus, Suevos Rhetiam incurſare, Quadoſque Valeriam, & Sarmatas latrocinandi periſſimum genus ſuperiorem Mœſiam & ſecundam populare Pannoniam: quibus percitus, trigeſimo poſtquam ingreſſus eſt die, quarto Kal. Junias ab Urbe profectus, per Tridentum itiner in Illyricum feſtinavit*, &c. Haud ſupernum paſſum eſt numen, Arianum Imperatorem ſtipatum Arianorum Epiſcoporum phalange, Romæ diutius commorari: ne tanta ſordium colluvie Romana inficeretur Eccleſia; quam abſens damnatione Liberii, & ſubrogatione Felicis, tantopere perturbaſſet. Cum igitur in Illyricum veniſſet, Sirmium conceſſit, ubi & aliquandiu quievit.

(*d*) Ammian. l. 16.

* puriore.

Conſtantius cogitur recedere ab urbe.

CXVIII. *Hoc eodem anno, cum adhuc Romæ Conſtantius ageret* (inquit Socrates *e*) *Eudoxius Germaniciæ Syriæ urbis Epiſcopus, qui tum Romæ aderat, audita morte Leontii Epiſcopi Antiocheni, mature ſibi in Orientem revertendum putat; agitque veteratorie cum Imperatore, ut ſibi poteſtas ocyus redeundi propterea fieret, quod Germaniciæ civitas ipſius conſolatione & ſubſidio magnopere egere videretur. Imperator vero, qui minus quid eſſet illi in animo præviderat, hominem dimittit. Iſte cubiculariorum Imperatoris operam, & auxilium nactus, ſua ipſius civitate derelicta, per dolum in Epiſcopatum Antiochiæ ſubrepſit; molituque ut Ætium in Eccleſiam denuo reducat: contenditque, ut, Concilio Epiſcoporum convocato, illum ad diaconatus gradum reſtituat. Verum iſtud propterea neutiquam confici poterat, quod odium contra Ætium conceptum plus ad illum repellendum, quam ſtudium Eudoxii ad reſtituendum valeret.* Hæc Socrates, ſed præpoſtero plane ordine id factum refert temporibus Concilii Ariminenſis, ignarus temporis Conſtantii Romam adventus; quem ex Conſulibus ab Ammiano poſitis, hoc anno contigiſſe, certum exploratumque redditur.

(*e*) Socrat. l. 2. c. 39.

Eudoxius Arianus aucupatur Epiſcopatum Antiochenum.

CXIX. Cæterum quod compertus ſit Eudoxius Ætii dogma ſovere, quo aſſerebatur, Filium Patri ſubſtantia omnino fuiſſe diſſimilem: cum alioqui cæteri Ariani, qui modeſtiores haberi vellent, licet negarent Filium Patri conſubſtantialem eſſe, tamen fuiſſe ſimilis ſubſtantiæ facile concederent: orta eſt inter Eudoxium & alios Epiſcopos Arianos magna diſſenſio, reſiſtentibus illi in primis Baſilio Ancyrano atque Georgio Laodiceno: hic enim eos, nempe Ætium & Eudoxium, detulit ad Synodum Ancyranam; ex qua procuratum eſt, ut eadem hæreſis etiam Sirmii damnaretur: at de his anno ſequenti pluribus.

Diſſenſio inter Eudoxium & Arianos.

CXX. Sed quid de eodem Ætio Suidas tradat, cum ejus vitæ periodum breviter ſcripſit, his addamus: *Fuit* (inquit) *Ætius natione Antiochenus, Eunomii magiſter, pauperibus & vilibus parentibus natus. Pater ejus infelicior, cæteris ad malitiam, delectis, obiit, hoc admodum puero relicto; qui extrema conflictans inopia, in aurificinam ſe contulit, & ſummus artifex evaſit. Cum autem ejus inge-*

Ætii Impii origo & res geſtæ.

PAGIUS *eo uxor ejus Euſebia*. Sed Raderus male interpretatus eſt hæc verba, ἐις τὴν ἑαυτοῦ εἰκοσαετηρίδα: ſignificant enim eo in loco, *anno viceſimo*, non vero propter Decennalia. Sequens enim Chriſti annus viceſimus eſt Imperii Auguſtei Conſtantii, recteque Combefiſius in Notis ad Theophanem pag. 560. vertit, *anno viceſimo*. Errat vero Auctor Chronici Alex. quando ait, Conſtantium Romæ dies XIV. moratum eſſe. Sed de Conſtantii Romam adventu rurſus anno ſequenti agetur. Cæterum *Ara Victoriæ* Conſtantii juſſu ſublata, non erat in Capitolio, ut putavit Baronius, ſed in Curia, ut in Apparatu oſtendimus.

XV. Obitus *Leontii* Antiochiæ Epiſcopi Ariani, & ejuſdem Eccleſiæ occupatio ab *Eudoxio* ad annum CCCLVIII. pertinent. Socrates quidem lib. 2. cap. 37. ſcribit: *Mortuo Leontio, qui Aetium Hæreticum ad Diaconatus gradum evexerat, Eudoxius Germaniciæ, quæ & ipſa Syriæ urbs eſt, Epiſcopus, qui tum Romæ aderat, properandum ſibi eſſe decrevit. Et tum Imperatore callide collocutus, quaſi Germanicenſium civitas ſolatio ipſius ac providentia indigeret, petiit ut quamprimum illuc redeundi poteſtas ſibi concederetur. Imperator vero mi-*

Eudoxius fit Epiſcopus Antiochiæ.

Baron. n. CXVIII.

Digitized by Google

genium majora ſtudia deſideraret, diſciplinas eruditas complexus, ad Paulinum ſe confert, recens Antiochiam Tyro profectum, Conſtantino adhuc regnante. Hunc audiens, vires impietatis ſuæ ſatis evidenter demonſtrabat in quæſtionibus, quæ cum adverſariis agitabantur: neque jam a multis ei reſiſti poterat. Poſt Paulini obitum, cum Eulalius vigeſimustertius ab Apoſtolis ſedem teneret; multi eorum, qui ab Ætio arguebantur, indignati ſe ab homine opifice, & adoleſcente vi exagitari; conſpiratione inita, eum Antiochia expulerunt. Expulſus Anazarbum pervenit; & jam celerrime omnibus viribus inſtructus, ſubinde majores quam pro datis occaſionibus reportabat fructus: neque deſiſtebat umquam vel adverſarios convincere, vel vili amictu, & victu uti.

Hic hæreſiarcha fuit, Impius cognominatus, ſub Conſtantino Magno: etſi autem idem ſentiebat quod Arius, ejuſque opinionem ſtabiliebat; tamen ab Arianis diſcernebatur. Fuit prius etiam homo hæreticus Ætius magno ſtudio defendendi Ariani dogmatis incitatus. Nam cum Alexandriæ pauca didiciſſet, Antiochiam, unde oriundus erat, profectus, a Leontio, qui per id tempus Epiſcopatum Antiochenum tenebat, diaconus creatur: ſtatim igitur evocabat ſuos auditores ex Ariſtotelis Categoriis diſſerens, ut in litigioſis orationibus probe verſatus, & litteras componebat ad Cæſarem Conſtantium. Etſi autem Arianam doctrinam tradebat: tamen a ſuis propter perplexitatem rationum, quas illi non intelligebant, hæreticus habebatur is qui illis aſſentiretur. Itaque illorum Eccleſia expulſus, alienus ab illis eſſe putabatur: & adhuc ex eo ſunt, qui tum Ætiani, tum Eunomiani dicuntur. Nam Eunomius notarius illius, & ab illo eruditus in hæretica dictione, factioni illi præfuit. Hactenus Suidas.

CXXI. Verum Ætii eum morum, & impiæ doctrinæ cloaca a S. Epiphanio, qui Syriæ proximus erat, & propius eſt contemplatus, aperitur, ipſo auditu bonorum animi exhorreſcunt. Eo enim progreſſus eſt impius, ut non in Filium tantum & Spiritum ſanctum, negans utriuſque divinitatem blaſphemus extiterit; ſed & ab homine quoque quod divinum eſt, nempe deteſtationem vitiorum, & virtutis amorem, corrumpere atque penitus amputare contenderit, dum perfectionem hominis in rerum divinarum cognitione, non autem in operatione virtutum poſitam eſſe jactaret: nihilque meriti eſſe, ad præſcriptum divinarum atque humanarum legum vitam attemperare: immo (proh nefas!) contra legis divinæ decretum auſus eſt affirmare, nullum fornicationi, vel cuilibet carnis inſanæ voluptati ineſſe peccatum, & perinde ac neceſſaria naturæ opera, idem eſſe, quod aurem ſcalpere, nares emungere, & reliqua naturæ excrementa egerere.

Ætii impia dogmata.

At licet lutulentus porcus toto corpore ſic proſtratus jaceret in limo, animo tamen ſe ſupra cœli cardines perambulare jactabat: unde & illam erat ſolitus effutire blaſphemiam: *Scio Deum, & adeo ipſum novi, ut ne quidem me magis noſcam, quam Deum.* Ac probe quidem; cum enim a recta ſui cognitione longe longius abhorreret, a divina pariter intelligentia oportuit eſſe diſeretum: & ſi quando ad retundendam perſtrictam frontem hominis procacíſſimi, ex Prophetis vel Apoſtolis ac piis dicta adverſus eum adducerentur, eo blaſphemiæ prolabebatur, ut diceret, eoſdem ſicut homines in errorem lapſos eſſe: cum tamen (ut de eo teſtatur Socrates *a*) divinæ Scripturæ rudis admodum & ignarus eſſet, elenchis Ariſtotelicis tantum exercitus. Hæc quæ diximus, & alia plura auditu horrenda de monſtro hoc Epiphanius (*b*) pluribus proſecutus, ſe accepiſſe teſtatur; ut plane appareat, aditam immanes blaſphemias pervulgandas dignum a diabolo eſſe delectum miniſtrum; per cujus miniſterii tam evidentia ſigna, qualis ejus poſſet eſſe doctrina, abſque alia de eo facta perveſtigatione conſtaret. CXXII.

Ætii turpitudo, & arrogantia.

(a) Socrat. l. 2. c. 28.

(b) Epiph. hæreſ. 76.

Cæterum quantumlibet propter horrendas blaſphemias hunc execrari viſi ſint Ariani, & ob eam cauſam frequentes Synodos cogere: una tamen ipſorum omnium erat in Filii Dei divinitate neganda latens impietas; unde Athanaſius (*c*) hæc de ipſo: *Porro Ætius cognomento Impius, quem pro cauſa habendi Concilii toties jacti-* CXXIII.

Ætii, & Arii eadem doctrina.

(c) Athan. de Synod.

PAGIUS *nihil doli ſuſpicatus, hominem dimiſit. At ille primores Regis Cubicularios adjutores nactus, relicta civitate ſua, Epiſcopatum Antiochiæ per fraudem occupavit.* Quo pacto Eudoxius anno ſequenti, menſe Majo, Romæ fuiſſet, eoque tempore jam Leontius obiiſſet. Verum Sozomenus, qui Socratem emendare ſolet, lib. 4. cap. 12. ſcribit tantum: *Imperatore adhuc in Occidentis partibus commorante, nuntius allatus eſt de morte Leontii Antiochenſis Epiſcopi.* Et Athanaſius in epiſtola ad Solitarios, in qua de lapſu Liberii ſermonem habet, pag. 812. ait: *Leontius ille caſtratus, qui Antiochiæ nunc Epiſcopatum tenet.* Quare anno CCCLVIII. quo Liberius Arianæ formulæ ſubſcripſit, Leontius adhuc in vivis erat, eoque anno deceſſit. Hinc Philoſtorgius lib. 4. cap. 3. lapſum & reſtitutionem Liberii memorat, & capite ſequenti ait, *mortuo Leontio Antiochenæ urbis Epiſcopo, Eudoxium ex urbe Germanicia tranſlatum eſſe.* Valeſius in Notis dicit, Philoſtorgium hallucinari, & Liberium in propriam Sedem non eſſe reſtitutum anno CCCLVIII. niſi poſtquam anno præcedenti Leontius mortuus eſſet. Sed ipſummet Valeſium hallucinari ex dictis conſtat. Ea autem tranſlatio ante Paſcha contigit, ut anno ſequenti oſtendetur.

ctitant, non de propria inſania quaſi a ſe inventa ſuperbit; ſed in Arianam, quæ alterius dogmatibus conſtat, tranſiens cum ſuis, quos decepit, naufragium fecit. Hæc ipſe. Cæterum & palam coram Conſtantio libere dicere Ætium ſolitum eſſe ea verba, Epiphanius tradit (*a*): *Qualiter ipſi habent, & ego habeo, velut etiam ipſi omnes: ſed quod in me verum eſt, ipſi occultant; & quod ego clare oſtendo & confiteor, hi omnes eadem dicunt.* Sed plane de Ætio accidit, ut præ impietatis excellentia nequaquam voluerit ſe intra confines Arianæ perfidiæ contineri: verum ſupra Arium ſe extollens, voluit novæ hæreſis dici & auctor, architectus, ac, ſi poſſet, plures quam ille habuerit, adſciſcere ſibi ſectarios. Nobilitavit autem Ætii etiam odibilem neſandamque hæreſin Eudoxius, qui (ut dictum eſt) hoc anno ſubripuit Antiochenæ Eccleſiæ præfecturam. Eudoxius enim quod (ut Suidas quoque affirmat) Cæſarii Martyris in Arabiſſo Minoris Armeniæ filius fuiſſet, ea abuſus eſt gloria ad hæreſin illuſtrandam. At de Eudoxio & Ætio, ac de Synodo adverſus eos Ancyræ habita, deque Conſtantii litteris contra eoſdem Sirmio ad Antiochenos datis, agemus anno ſequenti.

(*a*) Epiph. hæreſ. 76.

CXXIV. Hoc eodem anno Julianus Cæſar adverſus barbaros in Galliis effuſos bellum gerens, eoſdem ad pacem compulit. Hæc pluribus Ammianus (*b*). Tunc plane accidit, ut S. Martinus, cum jam cuncta ſtipendia meruiſſet, a Juliano honeſtam peteret miſſionem; de quo Severus iſta tradit (*c*): *Interea, irruentibus intra Gallias barbaris, Julianus Cæſar, coacto in unum exercitu, apud Vangionum civitatem, donativum cœpit erogare militibus. Ut eſt conſuetudinis, ſinguli citabantur, donec ad Martinum ventum eſt. Tum vero opportunum tempus exiſtimans, quo peteret miſſionem (neque enim integrum ſibi fore arbitrabatur, ſi donativum non militaturus acciperet:) Hactenus (inquit ad Cæſarem) militavi tibi: patere, ut nunc militem Deo: donativum tuum militaturus accipiat: Chriſti ego miles ſum, pugnare mihi non licet. Tum vero adverſus hanc vocem tyrannus infremuit, dicens, eum metu pugnæ, quæ poſtera die erat futura, non religionis gratia detrectare militiam.*

(*b*) Ammian. lib. 16.

(*c*) Sever. Vit. Martini c. 3.

Quid Julianus Cæſ. cum Martino.

CXXV. *At Martinus intrepidus, immo illata ſibi terrore conſtantior: Si hoc (inquit) ignaviæ adſcribitur, non fidei; craſtina die ante aciem inermis ſtabo, & in nomine Domini Jeſu, ſigno Crucis, non clypeo protectus aut galea, hoſtium cuneos penetrabo ſecurus. Retrudi ergo in cuſtodiam jubetur, facturus fidem dictis, ut inermis barbaris objiceretur. Poſtera die hoſtes legatos de pace miſerunt, ſua omnia ſeſeque dedentes. Unde quis dubitet hanc vere beati viri fuiſſe victoriam, cui præſtitum ſit, ne inermis ad prælium mitteretur? Et quamvis pius Dominus ſervare militem ſuum, licet inter hoſtium gladios & tela, potuiſſet; tamen, ne vel aliorum morte ſancti violarentur obtutus, exemit pugnæ neceſſitatem. Neque enim aliam pro milite ſuo Chriſtus debuit præſtare victoriam, quam ut, ſubactis ſine ſanguine hoſtibus, nemo moreretur.* Hucuſque Severus. Cæterum de hac miſſione, atque ætate S. Martini, & de emendatione complurium errorum, qui irrepſerunt in Severum, diximus ſuperius, cum de ejuſdem S. Martini baptiſmo actum eſt.

S. Martinus magna pollicetus virtute Chriſti.

CXXVI. Quod autem idem Severus ſubdit de Martino, eum rejecta militia conveniſſe S. Hilarium Eccleſiæ Pictavienſis Epiſcopum: id contigiſſe oportuit antequam Hilarius ab Arianis in exilium mitteretur, ſicut idem auctor affirmat. Quod inſuper ad Julianum ſpectat; quæ eum e periculo ſubtraxit, Euſebia Auguſta uxor Conſtantii, eadem ipſa, quod careret liberis, cœpit ejus invidere in Imperium ſucceſſionem; quid autem in ejuſdem Juliani conjugem Helenam ipſa impie ſit operata, Ammianus narrat his verbis (*d*): *Inter hæc Helenæ ſorori Conſtantii, Juliani conjugi Cæſaris, Romam affectionis * ſpecie ductæ, Regina tunc inſidiabatur Euſebia, ipſa, quoad vixerit, ſterilis, quæſitumque venenum bibere per fraudem illexit, ut, quotieſcumque concepiſſet, immaturum abjiceret partum. Nam & pridem in Galliis cum marem genuiſſet infantem, hoc perdidit dolo, quod obſtetrix corrupta mercede, mox natum, præſecto pluſquam convenerat umbilico, necavit: tanta tamque diligens opera navabatur, ne fortiſſimi viri ſoboles appareret.* At conſilium Dei erat hoc, ne in apoſtatæ a fide ſobole propagaretur impietas. Sed & Euſebiæ Auguſtæ, Arianorum patronæ, iidem ab Ammiano deſcripti conveniunt mores, cujus etiam ſententia omnes Conſtantii magiſtratus adverſus fidem Catholicam moverentur: quæ eo ad nocendum proclivior erat, quo (ut de ea tradit Zoſimus) ſumma præſtaret eruditione doctrinæ, ſupraque muliebrem ſexum videretur eſſe prudentior, cujus conſilio Conſtantius cuncta peragerct: adeo ut ſi quis eam facem, gladium, luemque Eccleſiæ Catholicæ nominet, propriam ac rebus geſtis congruentem nomenclaturam adinveniſſe, certo ſciat.

Euſebia Auguſta quid in Helenam Juliani conjugem.

(*d*) Ammian. l. 16.

* ſucceſſionis.

Euſebiæ perditi mores.

Hoc item anno, menſe Decembris, Conſtantius Imperator, dato reſcripto ad Taurum Præfectum Prætorio, exemptos voluit clericos a collatione luſtrali, reliquos autem homines obligari; ea vero lex eſt hujuſmodi (*e*): *Negotiatores omnes protinus conveniat aurum argentumque præbere; clericos excipi tantum, qui Co-* CXXVII.

Clerici exempti a collatione luſtrali.

(*e*) l. 1. de Collat. luſtrali. C. Theod.

pia-

Digitized by Google

CHRISTI 356.	LIBERII PAP. 5.	CONSTANTII IMP. 20.

piatæ appellantur, nec alium quemquam eſſe immunem ab hujus collationis obſequio. Dat. IIII. Non. Decemb. Acc. Rom. VIII. Id. Februarii Conſtantio A. IX. & Juliano Caſ. II. Coſſ.

JESU CHRISTI ANNUS 357.	LIBERII PAP. ANNUS 6.	CONSTANTII IMP. ANNUS 21.

I. Concilium Sirmienſe.

SEquenti anno Domini trecenteſimoquinquageſimoſeptimo Conſtantius nonum, & Julianus Cæſar ſecundum adeunt Conſulatum: quo Sirmii dum Conſtantius ageret, cogendum curavit Concilium Sirmienſe, dicendum potius conventiculum ſatanæ: cujus quidem tempus perperam conſtituitur a Socrate (*a*) atque Sozomeno (*b*) anno poſt Conſulatum Sergii & Nigriani, qui eſt annus Domini trecenteſimus quinquageſimusprimus: nam ex ſuis ipſorum ſcriptis (ne aliunde teſtimonium modo quæramus) apertiſſime confutantur; ſiquidem eorumdem aſſertione in eodem contextu dicitur, illuc invitum perductum fuiſſe Oſium Epiſcopum Cordubenſem, atque ad ſubſcriptionem in Athanaſium (quod antea facere renuiſſet) compulſum aſſe. Quod ſi tunc liquet celebratam eſſe Synodum Sirmienſem, quando Oſius ad id ipſum præſtandum invitus adactus eſt; jam affirmare neceſſe erit, non ante præſentam annum eam habitam fuiſſe: ſiquidem lapſus Oſii nonniſi poſt ejus exilium, quod accidit poſt Liberii relegationem contigiſſe dici poteſt. Porro Liberi exilium ante annum ſuperiorem a Conſtantio decretum, Arbetione & Lolliano Conſulibus, certis firmiſque rationibus ſuperius demonſtratum eſt, nempe Athanaſii omnia illa præ oculis habentis atque exacte deſcribentis auctoritate, necnon Severi teſtificatione.

(*a*) Socrat. l.2. c.24.
(*b*) Sozom. l.4. c.5.

II. Tempus Synodi Sirmienſis.

Cum inſuper idem teſteiut Athanaſius, detentum exilio Oſium annum integrum; ad hunc uſque annum eum id paſſum, affirmare opus eſt: qui in fine (ut diximus) anni trecenteſimi quinquageſimiquinti, vel potius ſequentis exordio, iniquam illam Conſtantii ſententiam pertulit. Sunt hæc enim, de tempore & loco exilii Oſii, verba Athanaſii ſuperius recitata (*c*): *Acerſit Oſium, & pro exilio detinet illum integrum annum Sirmii, nihil veritus impius Deum, &c.* Rurſum vero eum S. Hilarii (*d*) aſſertione pateat, Synodum Sirmienſem celebratam eſſe poſt triennium ex quo Saturnino Epiſcopo Arelatenſi Ariano profeſſori negata eſt communio a Catholicis Epiſcopis Galliarum: affirmare oportet hoc ipſo anno eamdem fuiſſe collectam: ſiquidem contigit manifeſta apoſtaſia Saturnini ante triennium, cum Conſtantius, expugnato Magnentio, Arelatem ſe contulit, ubi conventiculum illud habuit. Inſuper cum conſtet, ejuſmo.

(*c*) Athan. ad Solit.
(*d*) Hilar. de Synod. in princ.

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5850.

SÆC. IV. ☉ 2. E. ☽ 16. P. 20. Mart. Indict. 15.

Anno Urbis 1110. Olymp. 284. an. 1. A. C. 357.

JESU CHRISTI 357.

LIBERII PAPÆ 6.

CONSTANTII IMP. 21.

I. [1] A Num. I. ad XXI. Coſſ. *Conſtantius Aug. IX. & Julianus Cæſar II.* Hic juxta tertiam regulam; ille juxta ſecundam: ſeptima enim Imperii Cæſarei Quinquennalia hoc anno celebravit, & quidem Romæ, ubi & de hoſtibus triumphum duxit, ut anno præcedenti demonſtravimus. Hinc Auctor Chronici Alex. hoc anno ſcribit: *His Conſulibus menſe Diſtro* (nempe Martio) *die III. Conſtantinopolim allatæ ſunt Reliquiæ SS. Lucæ & Andreæ Apoſtolorum, cura Conſtantii Auguſti cum veneratione & cultu, pſalmiſque & hymnis, depoſitaque ſunt in æde Apoſtolorum.* Reliquiæ enim annis hujuſmodi ſolennis deſtinatis de more tranſlatæ. Porro nondum uſus ferebat, ut Reliquiarum tranſlationes diebus Dominicis, aut feſtis ſolenaioribus fierent. Hoc enim

Coſſ. & VII. Quinquennalia & triumphus Conſtantii.

NOTÆ [1] C*oſſ. Conſtantius Aug. IX. & Julianus Cæſar II.* Gruterus pag. CCCIII. 1.

CONSTANTIO. NONO. ET JULIANO II.
CON. & TRADIDERUNT. LEONTI
CA. IIII. IDUS. AUG. FELIC
ALIA. TRADIDERUNT. CONS. SUPRAS.
XVII. KAL. OCT. FELIC.

Ammianus, lib. XVI. *At Cæſar* (Julianus) *exacta apud Senonas hyeme turbulenta, Auguſto* (Conſtantio) *novies, ſeque iterum Coſſ.*

Faſti Idatii & Paſchalis laterculus Bucherianus: *Conſtantio IX. & Juliano Cæſare II.* Proſperi Chronicon; *Conſtantio XI.* pro IX. *& Juliano Cæſare II.* Laterculus Paſchalis in codice Vaticano, poſt Gennadium de viris illuſtribus; CONSTANTINO IX. ET JULIANO. Et hic oſcitantia Librarii, *Conſtantino* pro Conſtantio; prætetitur etiam in *Juliano ſecundi conſulatus* meatio.

modi Synodum habitam eſſe Sirmii, præſente Conſtantio Imperatore, quod & Sozomenus (*a*) affirmat; plane dicendum
(*a*) *Sozom. l.4. c.3.*
eſt, hoc ipſo anno celebratam eſſe, quo idem Conſtantius (ut demonſtravimus, Ammiano auctore) Sirmii conſediſſe probatur. Vides igitur, quanto veritatis diſpendio, & rerum confuſione Sirmienſe Concilium hoc anno habitum, a Socrate & Sozomeno ante annos ſex, Conſulum notatione ponatur.

III. His de tempore elucidatis, cauſa hujuſmodi agendi Conventus eſt exquirenda:
Cur collecta Synodus Sirmii.
Ariani enim cum jam ſe hæreticos dici non amplius paterentur, affectantes (quod ait S. Epiphanius *b*) Catholicum nomen, itidem quod Catholicorum partium eſſet, explere in omnibus
(*b*) *Epiph. hæreſ 37.*
ſtudent; atque ob eam cauſam bellum ſuſcipiunt adverſus hæreticos, qui de Filio Dei humiliter & abjecte nimis ſentiebant; ac propterea Ancyræ in Galatia adverſus Ætium decreverunt Concilium Ancyranum, & adverſus Photinum Epiſcopum Sirmienſem, pariter negantem divinam in Filio cum Patre ſubſtantiam, & omnimodam cum eo ſimilitudinem: Synodumque indicentes contra hæreticos divinitatis Filii Dei hoſtes, ſeſe rectæ fidei vindices præſetulerunt.

IV. At de Photino diximus ſuperius, cum ejus hæreſis innoteſcere viſa eſt: quibus, ad inſinuandum hominem, & ejus memoriam reſricandam, hic addimus, quæ de ipſo habet Vincentius Lirinenſis (*c*),
(*c*) *Vincent. Lir. contra hæreſ. c.16.*
poſtquam factus eſt Epiſcopus Sirmienſis, his verbis: *Hic cum in Eccleſiam Sirmianam magno omnium favore fuiſſet adſcitur, & aliquandiu tamquam Catholicus adminiſtraret: ſubito, ut malus ille Propheta, aut ſomniator, quem Moyſes ſignificat, creditam ſibi plebem Dei perſuadere cœpit, ut ſequeretur deos alienos, id eſt, errores extraneos, quos antea neſciebat. Sed hoc uſitatum: illud vero pernicioſum, quod ad tantum nefas non mediocribus adminiculis utebatur: nam erat ingenii viribus florens, & doctrinæ opibus excellens, & eloquio præpotens; quippe qui utroque ſermone copioſe & graviter & diſputaret & ſcriberet, ut monumentis librorum ſuorum manifeſtatur, quos idem partim Græco, partim Latino ſermone compoſuit.* Hæc Vincentius.
Photinus hæreſes docuit ſuos.

Conſtantius igitur quamtulibet Photino non eſſet impietate ſecundus; tamen quo ſe pium Catholicumque, & hæreticis adverſarium oſtentaret, tamquam in ſcena ludum, Photinum adduxit in medium, & contra eum Epiſcopos Arianos; licet re vera haud multum inter ſe differrent: nam cum iidem dicerent Filium creaturam, hac ea parte æque ac Photinus Filiô divinitatem amputabant, licet iſte alia ratione. Detexit Lucifer larvam Arianorum atque Conſtantii, dum adverſus eum hæc ait (*d*): *Interea oro te, reſpondeas, quid interſit inter te & Conſcotinum tuum, quem verſo ordine Smyrnienſes * vocant Photinum? quid inteſit, quid diſtet: rogaris, diſtinguas, &c.* & inferius: *Ecce Photinus hominem tantum profitetur Dei Filium; dicit illum non fuiſſe ante beatam Mariam: tua quoque hæc eſt profeſſio. Quod enim ante omnia quidem, hoc eſt, ante cælos, terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, Filius Dei ſit, ſed quod extiterit ex nihilo, ſed quod ſit creatura; quid intereſſe arbitraris inter te & Paulum Samoſatenum, vel eum, tum ejus diſcipulum tuum Conſcotinum, niſi quia tu ante omnia dicis, ille vero poſt omnia? Cæterum una vobis credulitatis, & incredulitatis mens eſt, ut diceretes, non habere Deum verum Filium, &c.*
V. Latens conniventia Arianorum cum Photino.
(*d*) *Lucif. de non parcend. in Deum delinquent.*
* *Sirmienſes.*

Verum Ariani, quo ſe vere Catholicos demonſtrarent, adverſus divinam ſubſtantiam negaotem Photinum agentes, videri ipſi voluerunt eſſe ejuſdem divinæ ſubſtantiæ in Filio aſſertores. Affectatam ab ipſis ejuſmodi damnationem hæreticorum, quo ſe ſpecie tenus Catholicos exhiberent, novit ac ſcripſit quoque S. Gregorius Nazianzenus (*e*); ſed cito citius appoſitam ſibi larvam iidem eauerunt, cum declararunt, ſeſe omnia adverſus Photinum per ſimulationem veteratorie peregiſſe, dum prætenſum & aſſertum in eadem Synodo ſubſtantiæ nomen in Filio, mox (ut dicetur) illud ipſum per profeſſionem contrariam abjecerunt: hinc S. Hilarius agens contra Conſtaotium ait: *Poſt Synodum deinde Sardicenſem omnem, rurſus adverſus Photinum Sirmii Catholicæ doctrinæ tuæ commoves curam: ſed tibi ſtatim hoc, quod utraque fide continebatur, exhorret:* & paulo poſt: *Damnas*
VI. Proditum conſilium Arianorum.
(*e*) *Gregor. Naz. orat. in laud. Athan.*

Ann. Eccl. Tom. IV.

PAGIUS

nim anno dies tertius Martii cum feria ſecunda concurrit & anno præcedenti dies primus Junii quo Reliquiæ S. Timothei elevatæ, in diem Sabbati incidebat.

II. Jam ſupra oſtendimus hallucinatum eſſe Socratem lib. 2. cap. 29. dum anno CCCLI. Synodum Sirmienſem adverſus Photinum conſignat, in quam etiam Hoſii lapſum conjicit. Neque enim lapſus ille, & conſenſus in Arianam impietatem, ante præſentem annum contigit, ut recte vidit Baronius, qui tamen dum Socratem corrigit, in alium errorem ipſemet incidit. Error enim Socratis in eo ſitus eſt, quod duas Synodos Sirmienſes diverſis annis habitas in unam confuderit, quas & ipſe Baronius confundit, in hoc tantum a Socrate diſſentiens, quod eam Synodum non anno CCCLI. ſed præſenti congregatam exiſtimarit. Verum prima Sirmienſis Syno-
Secunda Sirmienſis Synodus male cum prima confuſa.

quoque & ſubſtantiæ nomen, quo te & in Sardicenſi Synodo, & Sirmienſi, pium eſſe Occidentalibus mentiebaris. Hæc Hilarius.

VII. Fuit autem ejuſmodi in ſcœnam allatæ totius comediæ argumentum, quod S. Epiphanius præfatur his verbis (a): *Poſt illam defenſionem ipſius tunc in Sardica factam, quando ab Epiſcopis vocatus fuit ad reddendam rationem de maligna a ſe propoſita fide: impetravit a Conſtantio, velati qui fruſtra depoſitus eſſet, ut rurſum acciperet auditores, coram quibus demonſtraret ſe fruſtra depoſitum eſſe. Unde Rex, illo tempore, admiſit Judices & auditores ſuæ futuræ purgationis, Thalaſſium, & Datianum, & Cerealium, & Taurum, & Marcellinum, & Evanthium, & Olympium, & Leontium (erant omnes hi Comites & magiſtratus Imperatoris) Baſilio Epiſcopo Ancyrano ipſum interrogante, & contradicente his verbis, quæ ipſe defenſurus aut admiſſurus eſſet. Non modicam autem diſputationem adverſus Baſilium habuit; ſed, inſtar perfrictæ frontis levis mulierculæ, colorem ſuum per verba in diſputatione mutabat, falſoque addacebat dicta inconſtantia ad intelligendam veritatem, ſed quæ eſſent ex ejus mente ficte excogitata. Verum per fraudulentam ſuam vocem ac dicendi promptitudinem ad ſe ipſum & auditores confirmandos per linguam inſtructus, de doctrina propoſita centum teſtimonia generoſus ille cum jactantia ſe producturum eſſe promittebat, etiamſi ipſi ſæpe adverſus illum inſtaret. Quemadmodum etiam in diſputatione adverſus Baſilium reperimus in his, quæ juſſi ſunt ſcribere velociter ſcribendi periti notarii exceptores, Anyſius diaconus Baſilii, & Callycrates exceptor Ruffini Præſidis provinciæ, & Olympius ac Nicetes memoriſtæ, ſive a memoria ipſius Baſilii, & Eutichet, & Theodolus notarii Baſilii: & dimiſſa eſt pars una obſignata ad Regem Conſtantium, altera remanſit in Synodo apud Baſilium, & adhuc alia pars apud Comites ſimiliter obſignata, prout ipſe ex ſententia ſua pronunciarat.* Hæc Epiphanius, qui ſe ea legiſſe teſtatur, & ex eis aliqua recitat.

(a) *Epiph. hæreſ. 71.*

Photinus a Conſtantio petit rurſus audiri.

Baſilius Ancyranus agit adverſus Photinum.

VIII. Cum igitur iſta de Photino Epiphanius affirmet ſe ex Actis ipſis Synodi Sirmienſis accepiſſe; haud facile concedendum putamus iis, qui putant ipſum hallucinatum, dum ait eumdem Photinum præ damnatum fuiſſe in Concilio Sardicenſi; quaſi non ante Synodum Sirmienſem de ipſo agi cœptum ſit. Damnatus itaque Photinus ſemel (ut vult Epiphanius) in Concilio Sardicenſi; quod hæreticorum & ſchiſmaticorum eſt, haud latæ ſententiæ acquievit, ſed adiit Imperatorem; petens ab eo, cauſam rurſum audiri. Verum utcumque ſit; conſtat Photinum in Conventu illo Sirmienſi a Baſilio Ancyrano confutatum ſententiam damnationis accepiſſe, de qua Sozomenus (b): *Photinus licet ab Arianis, æquam tamen pro merito accepit ſententiam, ut qui non tantum Pauli Samoſateni, ſed Cherinthi, & Ebionis damnatas hæreſes de Chriſto, quod non fuerit ante Mariam, reſtituere conatus eſt.* Ob quam cauſam apparet eumdem Photinum ab Hilario ſæpe nuncupatum Ebionem: Ebionis namque hæreſin ab eo inſtructam, æque affirmat S. Hieronymus (c); ſed deteriorem hunc Ebione fuiſſe apparet: Ebion enim Chriſtum Deum eſſe negabat omnino: Photinus autem id minus habuit, ut diceret non ante fuiſſe, ſed tunc Chriſtum eſſe cœpiſſe, cum Spiritus ſanctus viſus eſt ſuper illum; quamobrem ex Spiritu ſancto genitum eſſe dicebat, ut de eodem tradit Epiphanius (d). Sed quod rurſus ad Photini dogmata pertinet; de divinis perſonis idem ſenſiſſe quod Paulus Samoſatenus ac Sabellius, ait Theodoretus (e), unamque tantum operationem Patris, & Filii, & Spiritus ſancti eſſe docuiſſe: adverſus quem, Theodorum Cilicem quatuor libros ſcripſiſſe tradit. Cum tamen ipſe Photinus, licet damnatus exilio pro defenſione hæreſis multa conſcripſerit, tum de eo Socrates: (f): *De reliquo* (inquit) *Photinus in exilio degens librum tam Græca, tum Latina lingua (nam ne hujus quidem linguæ ignarus fuit) compoſuit. Scripſit autem contra omnes hæreſes, dum ſuum ipſius dogma divulgare laboravit.* Et quidem ſuæ impietatis reliquit improbos ſucceſſores, eoſdemque ab auctore nominatos Photinianos: quos etiam ob deteſtandam blaſphemiam, quod Chriſtum nonniſi hominem affirmarent, eoſdem dictos quoque fuiſſe Homuncioniſtas, S. Auguſtinus teſtatur (g).

(b) *Sozom. l. 4. c. 5.*

Photinus victus atque damnatus eſt.

(c) *Hier. de Script. Eccl. in Photin.*

(d) *Epiph. hæreſ. 71.*

(e) *Theod. hæret. fab. lib. 2.*

(f) *Socr. l. 2. c. 30.*

(g) *Auguſt. ſerm. 26. ex addit. fragmen. edit. Lovanienſ.*

IX. Damnato autem Photino, qui ad Synodum convenerant Ariani Epiſcopi novam fidei formulam edidere, qua quidem ab eiſdem tunc ſcriptis anathematiſmis viginNova fidei formula Sirmii ſcripta.

PAGIUS nodus anno CCCLI. adverſus *Photinum* indicta. Secunda vero, in qua *Hoſius* lapſus eſt, præſenti anno celebrata, & quidem eo in finem vergente. Conſtantius enim quarto Kalendas Junii Roma digreſſus, ut Idacius in Faſtis docet, Mediolanum reverſus eſt, ubi conſtitit uſque ad initium menſis Decembris, ut ex variis ſubſcriptionibus Legum Codicis Theod. patet. Extremo jam menſe Decembri Sirmii erat, ubi data ab eo Lex 17. Codicis Theod. *De appellationibus*. Porro Conſtantio Sirmii conſtituto *Liberii*, & *Hoſii* lapſum contigiſſe, teſtantur Sozomenus lib. 4. cap. 15. & Philoſtorgius lib. 4. cap. 3. Quare Synodi Ancyrana, & Antiochena, de quibus mox, anno tantum ſequenti congregatæ, cum poſt Sirmienſem habitæ fuerint.

Ne-

gintiſeptem damnando Photini hæreſin, videri voluerunt eſſe Catholici: recitant eam Athanaſius atque Hilarius, cui ſic ille præfatur (a): *Sed neque ea hic permanſerunt, quæ ante ſæpe ſtatuerant: rurſus enim Sirmii adverſus Photinum congregati, aliam fidem compoſuerunt, non ita prolixam, neque tot verbis abundantem (ſicut ultimo loco editam) nam pleriſque detractis, alia addiderunt, veluti ea per ſuggeſtionem ab aliis audiviſſent; ſunt autem iſta: Credimus in unum Deum*, &c. Porro ne, qui vere eſſent, Ariani viderentur, ſecundum Catholicam fidei aſſertionem hæc in primo anathematiſmo poſuerunt: *Eos porro qui dicunt, ex non ente, aut ex alia ſubſtantia, & non ex Deo Filium extitiſſe, aut quod tempus aut ætas fuit, quando ille non erat; alienos a ſe cenſet ſancta & Catholica Eccleſia.* Hæc, inquam, ſic vera ſunt (quod dictum eſt alias ſæpe ſuperius) ut contradicant doctrinæ Arii, non tamen plene, ut præcluſus ſit omnis aditus eidem hæreſi irrepere ſatagenti in fidem Catholicam; niſi pariter, ſecundum regulam Nicænæ fidei, vox CONSUBSTANTIALIS apponatur. Eamdem eum recitat Hilarius, etiam interpretatur (b), & quidem conſentientem fuiſſe Catholicæ veritati, demonſtrat, ſicut & quaſdam alias, ut puta Antiochenam, & Sardicenſem ab eiſdem pariter editas: ſed quodnam fuerit Hilarii conſilium in regulis fidei interpretandis, quas conſtaret extra Eccleſiam Catholicam eſſe ſcriptas, ſuo loco dicemus.

(a) Athan. l. de Synod.

(b) Hilar. l. de Synod.

X. Marcus Arethuſius ſcriptor fidei Sirmienſis.

Hanc autem Sirmienſis fidei formulam ſcriptam fuiſſe a Marco Arethuſio Epiſcopo, quem ſæpe ſuperius inter Arianos profitentem invenimus, Socrates teſtatur, cum ait (c): *Iſti Epiſcopi Sirmii ad tempus commorati, alia Acta ſanxere: nam vetera ſua de fide decreta condemnare, novaſque fidei formulas condere cœperunt: unam, quam Marcus Arethuſius Græco ſermone conſcripſit; duas autem alias Latino ſermone, quæ nec verbis, nec compoſitione ac ſenſu vel ipſæ ſecum, vel cum illa quam Epiſcopus Arethuſius Græce ſcripſerat, congruerunt: alteram tamen earum, quæ Latine conſcriptæ erant, formulæ illi a Marco Græce editæ hoc loco ſubjungam*, &c. Meminit item Sozomenus de tribus formulis, una Græce, duabus vero Latine conſcriptis: ſed plane in eo fallitur, dum in nulla ipſarum ſubſtantiæ nomen aſſertum putat; cum ex ipſa formula fidei prius edita, atque ab Athanaſio & Hilario & Socrate recitata, appareat expreſſe poſitum ſubſtantiæ nomen.

(c) Socrat. l. 2. c. 25.

XI. Secunda fidei formula Sirmii edita.

Secunda inſuper ibi edita eſt fidei regula Latino ſermone, quæ Græce poſtea reddita fuit, ut S. Athanaſius teſtatur (d), cum poſt recenſitam primam fidei formulam, in qua inerat nomen ſubſtantiæ, hæc ſubdit: *Iſtis omnibus neglectis, ac veluti melioribus repertis, aliam fidem decernunt, & Sirmii ſcriptam referunt Romano quidem ſermone, ſed quæ Græce interpretata hunc ſenſum habet: Quoniam de fide placuerat diſceptationem fieri: omnia cum ſedulitate inquiſita, & examinata fuere Sirmii in præſentia Valentis, Urſacii, Germinii, cæterorumque omnium*, &c. At magnopere conſiderandum eſt, quod dum S. Hilarius poſteriorem hanc, quam ipſe priori loco recitat, ex Græco in Latinum tranſlatam dicit; apparet ipſum nequaquam in germanam editionem incidiſſe, ſed in eam quæ ex Latino in Græcum tranſlata fuit; ſunt autem hæc ipſius verba (e): *Et quidem rectum, & conveniens exiſtimo, ut, antequam de verborum ſuſpicionibus ac diſſenſionibus ineam ſermonem, ea quæ ab Orientalibus Epiſcopis adverſus conſcriptam apud Sirmium hæreſim dicta & conſtituta ſunt, verbis quam poſſim abſolutiſſimis, demonſtrem: non quod ab aliis planiſſime omnia edita ſint, ſed quod ex Græco in Latinum ad verbum expreſſa tranſlatio affert plerumque obſcuritatem, dum cuſtodita verborum collatio eamdem abſolutionem non poteſt ad intelligentiæ ſimplicitatem conſervare.* Hæc ipſe; conſentit & Socrates (f), ſecundam illam fidei formulam fuiſſe Latino ſermone conſcriptam, poſtea vero in Græcum converſam (ut ait) ab eodem Marco Epiſcopo Arethuſio, qui primam conſcripſerat, de tertia autem dicemus paulo inferius.

(d) Athan. de Synod.

(e) Hilar. de Synod.

(f) Socrat. l. 2. c. 25.

XII. Impietas Ariana diu occultata panditur.

Quid vero conati fuerint Ariani hac ſecunda profeſſione Sirmiana, S. Hilarius declarat verbis illis, quibus nuper recitatis mox ſubdit (g): *Meminiſtis namque in ea ipſa ſcripta proxime apud Sirmium*

(g) Hilar. de Synod.

PAGIUS III. *Ejus epocha.*

Neque quis dicat, Ammianum lib. 16. cap. 10. ſcribere: *Conſtantius triceſimo poſtquam ingreſſus eſt die IV. Kal. Junias ab Urbe* (nempe Roma) *profectus, per Tridentum iter in Illyricum feſtinavit*; qui addit, eum Sirmium veniſſe. Quibus ex verbis colligi poſſe videtur, Conſtantium Roma Mediolanum profectum non eſſe, ideoque verno tempore Synodum Sirmienſem haberi potuiſſe. Ammianus enim de profectione Mediolanenſi non loquitur; quia ideo Conſtantium Roma diſceſſiſſe ait, quod, dum Romæ eſſet, certis nuntiis accepiſſet, *Suevos Rhætias incurſare, Quadoſque Valeriam, & Sarmatas ſuperiorem Mæſiam & ſecundam populari Pannoniam*; quibus percitus *ab Urbe profectus per Tridentum iter in Illyricum feſtinavit*. Quare non erat quod Ammianus de profectione Mediolanenſi loqueretur, cum ad præfatos tantum motus reſpiceret. Ex quibus duo neceſſario conſequuntur. Primum, ſi Conſtantius ſecundæ Sirmienſi Synodo interfuerit, quod non omnino certum, eam ante currentis anni finem inchoatam non eſſe. Secundum, verum non eſſe quod ſcribit Hermantius lib. 5. Vitæ S. Athanaſii cap. 2. inter ſubſcriptiones Le-

Digitized by Google

blaſphemia id tentatum ac laboratum fuiſſe, at dum Pater unus & ſolus omnium Deus prædicatur, Deus Filius eſſe negetur; & dum de Homouſio *&* Homiuſio *tacere decernitur: id decretum eſſe, ut aut ex nihilo, ut creatura; aut ex alia eſſentia, ut conſequentia creaturarum, & non ex Deo Patre Deus Filius natus confirmaretur. Tum porro in eo quod honore, claritate, dignitate, majeſtate Pater major diceretur; id eſſe quæſitum, ut Filius his omnibus, quibus Pater major eſt, indigeret. Poſtremo, dum ignorabilis nativitas ejus aſſeritur; per hoc ignorantia decretum, neſcire quod ex Deo ſit, juberemur.* Hæc Hilarius, qui eam recitat, ac plane eamdem quam habent Athanaſius atque Socrates, in qua quidem de abdicatione vocis ſubſtantiæ ſic apud eumdem Athanaſium ſcribitur (a): *Cæterum quia multos commovet vox Latine quidem dicta,* Subſtantia, *Græce autem* οὐσία, *hoc eſt, ut diligentius cognoſcatur, illud quod* ὁμοούσιον, *aut* ὁμοιούσιον *dicitur: nullam earum vocum mentionem debere fieri, neque de ea ad ſermocinandum in Eccleſia ceaſemus, quod de his nihil ſcriptum ſit in ſacris litteris, & quod illa hominum intellectum & mentem tranſcendant, & quod nemo poſſit Filii generationem enarrare &c.* Vides, lector, hæreticorum inconſtantiam: qui enim nuper in confutatione Photini tam appoſitæ ſubſtantiæ nomine uſi eſſent, quod nonniſi Catholicæ Eccleſiæ armis ad pugnacem hæreſiarcham proſternendam ſatis ſibi virium eſſet: illo ſuperato, armis illis, quibus uſi fuerant, procul ejectis, qualeſnam eſſent, ſe palam prodidere.

(a) Apud Athan. de Synod.

XIII. Falſus inditus titulus Sirmianæ blaſphemiæ.

Sed illud modo accuratius perveſtigandum eſt, quod S. Hilarius, cum ejuſmodi blaſphemiam recitat, eidem præfixum hunc titulum ponit: *Exemplum blaſphemiæ apud Sirmium per Oſium & Potamium conſcriptæ*: ſub quo quidem titulo dicta Sirmiana blaſphemia deſcripta habetur; caret plane eo titulo quæ recenſetur ab Athanaſio, & quæ a Socrate ponitur, nec ulla apud eos prorſus mentio, quod Oſius & Potamius eam ſcripſerint. Quamobrem cum ſuperius ſit demonſtratum, S. Hilarium haud nactum eſſe germanam atque originalem ejus fidei profeſſionem Latino ſermone conſcriptam, ſed ex Græco depromptam: illud affirmare cogimur titulum illum, qui deſiderabatur in authentico Latino exemplari, ſuperadditum ab Arianis, & fortaſſe ab ipſo Marco Arethuſio, quem Græco eam ſermoni reddidiſſe, Socrates tradit: atque eo magnorum confeſſorum titulo illam Orientalibus quo facilius acciperetur, promulgare curaſſe. Sed quod ad Potamium ſpectat; haud quis putet hunc illum Epiſcopum fuiſſe in Ægypto Potamionem, ſeu Potamonem nuncupatum, quem ante annum ab Arianis multa paſſum martyrium quoque conſummaſſe, ex Athanaſio ſuperius dictum eſt: porro hic, de quo agitur, Potamius, unus erat ex potentibus Arianis, quem Sœbadius, qui his temporibus vivebat atque ſcribebat Epiſcopus Agenni in Gallia, una cum Urſacio ac Valente conjungit, atque ejuſdem Epiſtolæ meminit confertæ blaſphemiis ad Orientales atque Occidentales miſſæ.

XIV. Oſii lapſus in Synodo Sirmienſ.

Cæterum ipſum Oſium Sirmii eidem fidei formulæ ſubſcripſiſſe, non autem eam ſcripſiſſe, tam Socrates, cum etiam Sozomenus affirmant; id autem ut ſe habuerit, idem narrat Socrates cum ait (b): *Quamquam iſte paulo ante per fraudulentum Arianorum conatum erat in exilium miſſus; id temporis tamen ſtudio & labore Epiſcoporum, qui Sirmii convenerant, factum eſt, ut Imperator illum accerſeret, habens in animo vel perſuadendo, vel cogendo, eum inducere, ut cum Epiſcopis ibi coactis conſentiret. Nam ſi iſtud factum eſſet, illorum fides perilluſtri teſtimonio confirmata videretur: hac de cauſa invitus (ut dixi) acceſſit ad Concilium. Simulatque vero ſenex ille eorum fidei aſſentiri abnuebat; plagæ illi erant inflictæ, membraque machinis diſtorta. Quapropter fidei formulis eo tempore editis, vi & neceſſitate compulſus, conſenſit, ſubſcripſitque.* Hæc Socrates, eadem quoque Sozomenus (c).

(b) Socrat. lib. 2. c. 26.

(c) Sozom. l. 4. c. 5.

XV. Oſius vim paſſus recantat palinodiam.

Epiphanius autem affirmat, ab Epiſtola quadam Oſii eam ipſos hauſiſſe ac promulgaſſe blaſphemiam. Nam ait (d): *Alterum vero eſt, quod cum antea ſcripſerint diſſimilem ſecundum eſſentiam Filium Patri, & putarent ſe condemnare Eccleſiam per litteras, quas a venerando Epiſcopo Oſio venati eſſent, in quibus diſſimilis ſecundum eſſentiam habetur, &c.* Ubi quidem extortam fuiſſe ab Oſio ejuſmodi impietatem, S. Athanaſius (e) teſtatur, in hunc modum ad Solitarios ſcribens: *Tantam vim intulit ſeni, quem Sirmii*

(d) Epiph. hæreſ. 73.

(e) Athan. ad Solitar.

PAGIUS

gum Codicis Theod. & Ammianum non convenire, & parum veroſimile eſſe, poſteriorem Sirmienſem Synodum exeunte hoc anno coactam. Nam ſi Conſtantius, quando ea celebrata, Sirmii egerit, id omnino dicendum. Quia tamen non ſatis liquet, ut Hermantius fatetur, an Conſtantius tunc Sirmii egerit, nihil certi hac in re pronuntiari poſſe videtur.

IV. Photinus damnatur. Baron. n. VIII.

Photinus in priori Synodo Sirmienſi anno CCCLI. celebrata damnatus, priorque tunc Sirmienſis Formula Fidei ſcripta, ut eo anno pluribus explicavimus, ad quem ideo Lectorem remittimus.

V.

Secundæ Formulæ Sirmienſis ab Hoſio ſubſcriptæ inſcriptio, quæ apud Hilarium, Athanaſium & Socratem legitur, ſatis indicat, eam a paucis

mii pro excelsa detinebat, & ita eum arcte tenuit, ut afflictus attritusque malis tandem ægreque cum Urſacio & Valente communicaret, ſed tamen ut contra Athanaſium non ſubſcriberet: verum ne ita quidem eam rem pro levi habuit, moriturus enim, quaſi in teſtamento ſuo, eorum vim proteſtatus eſt, & Arianam hæreſin condemnavit, vetuitque eam a quocumque probari ac recipi. Hæc Athanaſius, idemque alibi ſic de Oſio (a): *Et ſi Oſius minis Conſtantii conterritus, non videbatur Euſebianis contradicere; vis tamen illa & Conſtantii tyranni poteſtas, multaque contumelia & interminationes ſatis oſtendunt, minime eum in noſtri condemnationem conſenſiſſe; ſed ſenis imbecillitate imparem verberibus, ad tempus ceſſiſſe.* Hæc ipſe.

(a) *Athan. Apolog. 2. in fine.*

XVI. Sed & Severus quoque hæc de eodem (b): *Oſium quoque ab Hiſpania in eamdem perfidiam conſenſiſſe, opinio fuit, quod eo mirum atque incredibile videtur, quia omni fere ætatis ſuæ tempore conſtantiſſimus noſtrarum partium, & Nicæna Synodus ille auctore confecta habebatur: niſi fatiſcenti ævo (etenim major centenario fuit, ut S. Hilarius in epiſtolis refert) deliravit.* Ita ipſe; hinc & Hilarii querela illa in Oſium eſt, quod ſepulcri ſui, nempe corporis, nimium amans fuerit. De lapſu quoque Oſii meminit Soebadius in libro contra Arianos ſcripto, de quo eſt mentio apud S. Hieronymum (c): ubi hæc de Oſio in fine libri: *Sed non ſum neſcius, his omnibus diſcuſſis, & in lucem intelligentiæ publicæ propoſitis, antiquiſſimi ſacerdotis & promptæ ſemper fidei Oſii nomen quaſi quemdam in nos arietem temperari, quo contradictionis temeritas propulſetur. Sed hanc contra nos erigentibus machinam, brevi admodum ſermone reſpondeo: Non poteſt eius auctoritate præſcribi: quia aut nunc errat aut ſemper erravit: Novit enim mundus quæ in hanc tenuerit ætatem, qua conſtantia apud Sardicam & in Nicæno tractatu aſſenſus ſit, & damnaverit Arianos. Quod ſi diverſa nunc ſentit; & quæcumque ab eo retro damnata fuerant, defenduntur; quæ defenſa, damnantur? Rurſum dico: Non mihi eius auctoritate præſcribitur. Nam ſi nonaginta fere annis male credidit, poſt nonaginta illum recte ſentire non credam. Aut ſi nunc recte, quid de eis opinandum eſt, qui ab eodem ſignati, fidei, in qua tunc ipſe erat, de ſæculo tranſierunt? quid & de ipſo pronuntiaretur, ſi ante hanc Synodum dormiſſet? Ergo (ut ſupra diximus) præiudicata opinionis auctoritas nihil valebit, quia contra ſemetipſam ipſa conſiſtit.* Hæc Soebadius quem adhuc fuiſſe ſua ætate ſuperſtitem, tunc cum ſcriberet tractatum de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Hieronymus teſtatur, ab eoque alia opuſcula ſcripta tradit. Meminit & Vigilius (d) martyr de ejuſdem Oſii lapſu & cum Valente & Urſacio conſpiratione.

(b) *Extat to. 5. Bibl. ſanct.*

(c) *Hieron. de Script. Eccl. in Soebad.*

Oſii lapſus nullum præjudicium affert Eccleſiæ.

(d) *Vigil. contra Eutych. l. 5.*

XVII. Immenſo ſane luctu & implacabilibus lamentis proſecuti ſunt ſancti Patres funus præclariſſimi viri, qui cum navem, quæ tot tantaque maria navigaret inter ſyrtes, ſcopulos, atque piratas, validis undique adverſariis urgentibus ventis, jam ad portum ſalutis magna gloria perduxiſſet incolumem, ibi, inſperato naufragium fecit, univerſa Catholica Eccleſia expaveſcente. Ejuſmodi Oſii plane miſerabili caſu Catholicus orbis contremuit, concuſſæque ſunt ſolidiſſimæ petræ. Quis, rogo de ſui exitu potuit eſſe ſecurus: ſi omnium Synodorum laudibus Oſium celebratum, & ſcriptorum cunctorum illorum temporum præconiis exaltatum, totque ex diverſis atque multiplicibus certaminibus coronis auctum, hominem in Conciliis agentem patronum atque Magiſtrum, videat tam inopinate proſterni, ac inſtar ſalis infatuati pedibus proculcari, tantumque ducem effici exercitus deſertorem, immo ad hoſtes deficientem, & in caſtris hoſtium profitentem, tranſfugam adeo ignominioſe conſtitui? eoque potiſſimum tempore (proh dolor!) quo de laboribus immenſis præmium accepturus, & de innumeris victoriis fuiſſet donandus a ſummo Imperatore coronis? Merito igitur abietes ulularunt, quia cecidit cedrus (e); atque paventes ſibique timentes viri ſancti, ad Deum clamantes, propheticum illud occinuerunt, (f): *Ne projicias me in tempore ſenectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.*

De Oſii lapſu luctus.

(e) *Zach. 11.*

(f) *Pſalm. 70.*

XVIII. Superavit mea ſententia, lapſus Oſii præteritorum omnium caſum, ſive Origenis, ſive Tertulliani, vel quotumvis aliorum dixeris; nullus enim æque ac ipſe neque tanta temporis diuturnitate, tot tantiſque publicis actionibus, iiſdemque ſummis, ad ſtatum totius Reipublicæ Chriſtianæ ſpectantibus, tum in Occidente, tum in Oriente perfunctis, nullus inquam, æque ut Oſius, ſpectatus eſt. Cui non Concilio hic interfuit, atque magna pars fuit, ut Eliberino, Arelatenſi, Neocæ-

Ingens Oſii lapſus aliorum caſus ſuperavit.

PAGIUS

Hoſius ſubſcribit Formula Fidei Sirmienſis.

cia Epiſcopis Arianis, præſertim Occidentalibus, non vero a Plenaria Synodo anno CCCLI. celebrata, profectam. Hilarius enim hoc ei lemma præſcribit: *Exemplum blaſphemiæ apud Sirmium per Hoſium & Potamium conſcripta.* Tum his verbis incipit: *Cum nonnulla putaretur eſſe de Fide diſceptatio, diligenter omnia apud Sirmium tractata ſunt ac diſcuſſa, præſentibus ſanctiſſimis fratribus & Coepiſcopis noſtris, Valente, Urſacio & Germinio.* Quiſnam ſit Potamius ille, qui Hoſio adjunctus eſt, docet Marcellinus Presbyter in libello precum, quem obtulit Imperatori Theodoſio

Baron. n. XIV.

Digitized by Google

cæſarienſi, Alexandrino, Gangrenſi, duobus Magnis atque Oecumenicis Conciliis Nicæno ac Sardicenſi, & aliis quorum memoria excidit? Quem tot tantique ponderis legationes Apoſtolicæ decorarunt: quem in ſuo ipſius Chriſtianæ fidei tyrocinio Conſtantinus Imperator inhæreſcentem ſuo lateri habere voluit monitorem; quem parentem nomine diceret, atque filiali affectu coleret: hunc illum ipſum Oſium, quem & Ariani Synodorum principem dicerent, & Nicæni Symboli formulam concepiſſe (*a*); hunc, inquam, in Conciliabulo Sirmienſi ignominioſe proſtratum, turpiſſime factum eſſe ejuſdem Nicænæ fidei proditorem?

(a) *Athan. ad Solitar.*

XIX. At licet lapſu Oſii ingenti fuerit Eccleſia Dei tremore concuſſa, utpote quæ eſſet illi Catholicæ communicationis compaginatione conjuncta; haud tamen cum corruente corruit, quippe quæ minime gentium tali inniteretur fundamento; quæ fundata eſt ſuper firmam petram; & quæ ſciret Oſium hominem, & non Angelum: didiciſſetque neque Angelum revereri debere, ſed anathemate & execratione percellere, qui aliter annunciaret, quam quod ab Apoſtolis (*b*) traditum eſt; atque præſtare cuilibet turbulentæ ac violentæ cribrationi diaboli ſolidam promiſſionem Chriſti verbo firmatam, atque precibus ſtabilitam. At ſi quando contigit illud videre de fidei veritate miraculum, quod dixit Dominus (*c*): *Si iſti tacebunt, lapides clamabunt*; hoc plane tempore fuit perſpicue demonſtratum. Nam ſicut olim negante Petro, & ceteris fuga lapſis Apoſtolis, latro Chriſtum Deum eſt confeſſus in cruce: itidemque Centurio, qui crucifixerat Chriſtum, publica confeſſione clamavit: Vere filius Dei erat iſte; & qui blaſphemarant, revertebantur percutientes pectora ſua: ita pariter (o excellens miraculum, & omnia ſuperans de veritate fidei Chriſtianæ prodigium!) cum negat Oſius, hoſtes fidei confitentur Ariani, ablegata ſiquidem ab Oſio in Filio Dei divina ſubſtantia, eadem ab ejus impugnatoribus reſtituitur; prædicat denique ipſe Conſtantius Imperator; publiciſque edictis demoliendum curat quod Oſius una cum aliis impie ædificarat.

Eccleſia inconcuſſa perſeverat & magis illuſtratur.

(b) *Galat. 1.*

(c) *Luc. 18.*

XX. S. Hilarius enim, recitata Sirmiana impietate, ab Oſio, atque Potamio (ut ait) conſcripta vel ſaltem ſubſcripta, mox ſubdit (*d*): *His itaque tot & tantis impietatis profeſſionibus editis, has rurſum e contrario Orientales Epiſcopi in unum congregati ſententiarum definitiones condiderunt*, &c. Recenſet poſt hæc ex eis duodecim capitibus definitiones diſtinctas adverſus Sirmienſem perfidiam, in qua tacendum eſſe de ſubſtantiæ nomine (ut vidimus) fuerat conſtitutum: eamdemque interpretatus, ac denique poſt eas epilogo brevi retextas iſta addit (*e*): *Hæc conſcientia ſua, & adeptæ jampridem doctrinæ ſuæ inſtituta decernunt, & eos qui hanc apud Sirmium hæreſin conſcripſerunt, vel conſcriptam ſuſceperant, ignorationem confitentes ad ſubſcriptionem decretorum talium coegerunt: Ubi filius imago Patris perfecta eſt: Ubi ſub indifferentis imaginis proprietate, per fraudem profanam Filius non aboletur, ut Pater ſit: Ubi imago Patris filius prædicatur per ſimilitudinis veritatem, a ſubſtantia Patris, cujus imago eſt, ſubſtantiæ diverſitate non differt: Ubi per habitam a Patre vitam & acceptam a Filio vitam, nihil differens in ſubſtantia, quæ ſignificatur in vita, habeat Pater, quam Filius accepit ad habendum: Ubi non creatura eſt Filius genitus, ſed a natura Patris indiſcreta ſubſtantia eſt: Ubi ſicut inter Patrem & Filium indifferens virtus eſt, ita nullam inter ſe diverſitatem patiatur eſſentia: Ubi Pater generando Filium, nihil ex ſe in eodem degenerat diverſitate naturæ: Ubi quia nihil differat in utroque naturæ proprietas, tamen ſimilitudinis perſonalium nominum reſpuunt unionem, ne ſubſiſtens unus ſit, qui & Pater dicatur & Filius: Ubi quia ſic dicitur & Pater mittens, & Filius miſſus; in nullo tamen inter Patrem & Filium, id eſt, inter miſſum atque mittentem, diſcernatur eſſentia: Ubi non intra tempora paterni nominis veritas continetur: Ubi Filius Patre non eſt poſterior in tempore: Ubi ultra tempus omne perfecta nativitas, innaſcibilitatis in ſe non admittit errorem. Et hæc quidem fratres cariſſimi, omnis quæ edita eſt fidei doctrina, per paucos juxta univerſitatis modum Orientales, ſub ipſis prope diebus, quibus vos ingeſtam hæreſim reſpuiſtis, emerſit: cujus exponendæ ea fuit ratio, quod unius ſubſtantiæ ſilentium decernebatur.* Hactenus Hilarius.

(d) *Hilar. de Synod.*

Nova fidei formula edita contra præcedentem.

(e) *Hilar. ibid.*

XXI. Sic quidem pertæſi Sirmianæ perfidiæ Orientales Epiſcopi, ſtatim Sirmio recedentes, in Aſiam commigrarunt, atque An-

PAGIUS doſo. Ubi inter prævaricatores Divinæ & Apoſtolicæ Fidei, poſt Arium primo loco hunc numerat: *Potamius Odyſſipona civitatis Epiſcopus, primum quidem Fidem Catholicam indicans, poſtea vero præmio fundi fiſcalis, quem habere concupiverat, Fidem prævaricatus eſt. Hunc Hoſius de Corduba apud Eccleſias Hiſpaniarum & detexit, & repulit ut impium Hæreticum. Sed & ipſe Hoſius Potamii querela acceſſitus ad Conſtantium Regem, miniſque perterritus, & metuens ne ſenex & dives exilium, proſcriptionemque pateretur, dat manus impietati*, &c.

VI. Ad num. XXI. Synodus *Ancyrana* anno tantum ſequenti celebrata. Habita quippe eſt poſt Synodum *Antiochenam*, ut teſtatur Sozomenus lib. 4. cap. 12. & *adverſus Eudoxium* Epiſcopum Antiochenum res novas agitantem, ut capite ſequenti Sozomenus docet. Quare cum Eudoxius ante

Synodus Ancyrana.

Orientales deſtruunt impietatem Sirmianam.

Ancyræ in Galatia convenerunt; ibique reſtituto in Filio Dei ablegato ſubſtantiæ nomine, ſcriptis recenſitis fidei regulis, eas per legatos Sirmium miſerunt ad Conſtantium Imperatorem: ad quos ut de pietate in tanto naufragio benemerentes hæc habet S. Hilarius (*a*): *Domino gratias, quod ignorationem per vos admonitus Imperator, ignorantiam & errorem, non ſuum, ſed aſtantium per has fides veſtra ſententias recognovit, & ſe invidia apud Deum & homines impiæ voluntatis exemit, cum legationem veſtram honorifice habens, falſitatem eorum quorum auctoritate in invidiam ducebatur, coacta a vobis ignorantia ſua profeſſione cognovit.* Iſta S. Hilarius, qui & eoſdem Orientales hortatur ad ſuſcipiendam vocem Conſubſtantialitatis, ſine qua nomen quoque Subſtantiæ videretur periclitari poſſe, habereque ſecum fraudem paratam ab iis qui in ſuam ſenſum ejus verbi ſignificationem extorquent.

(a) Hilar. de Synod.

XXII.

Nomen ſubſtantiæ in Filio Dei reſtituunt Semiariani.

Vides jam ex his & admirare, lector, quomodo cum ex Oſii, Potamii, atque aliorum præſcripto jubetur Sirmii de nomine taceri ſubſtantiæ; ab aliis tamen licet fidei Catholicæ hoſtibus (erant hi Semiariani dicti) quantopere in Filio idem nomen ſubſtantiæ prædicatur: quorum ſententiæ & ſubſcribere coacti ſint (ut ait) iidem qui nuper de Filii cum Patre ſubſtantia ſilentium indixiſſent. Porro autem præclaros nominis ſubſtantiæ vindices fuiſſe Baſilium Ancyranum Epiſcopum, qui interfuerat Concilio Sirmienſi, & adverſus Photinum certamen ſubierat, inſuper & Georgium Laodicenum, & alios, S. Epiphanius (*b*) numerat, dum eorumdem fidei profeſſionem prolixiorem quam Hilarius recitat editam ab eis, cum Ancyræ in Galatia Synodum habuerunt. In quo autem iſti tot tantaque vera de Dei Filio prædicantes, Catholicis conſentientes, minime tamen Catholici habiti ſint, ſed Semiariani fuerint nuncupati, idem Epiphanius ibi declarat, noſque eadem ſuperius attigimus. Idemque de Conſtantio alia ſubdit, quem & piam in hoc nominat, quod contra nuper pronunciatam fidem Sirmienſem, qua ſicut de nomine ſubſtantiæ, ita de ſimilitudine Filii cum Patre tacendum eſſe, decretum erat, ipſe juſſerit ſcribi, Filium Dei per omnia Patri ſimilem: *Et ſic* (inquit) (*c*) *ſentiens, pro ore decrevit, per omnia (veluti nos Catholici credimus) ſimilem eſſe Filium Patri, ut & per ipſum non procederent inſidiæ contra Eccleſiaſticam fidem conſtructæ, quæ volebant eſſentiæ nomen tollere: nihil enim lucri fecerunt, coacti confiteri Filium Patri per omnia ſimilem.* Qua ſententia pariter affirmaretur, & ſecundum quoque ſubſtantiam & coeſſentiam & æternitatem Filium Patri ſimilem eſſe, quod idem Epiphanius latius explicat.

(b) Epiph. hæreſ. 73.

(c) Epiph. hæreſ. 73.

XXIII.

Valens Epiſc. Arianus tergiverſatur.

Sed & de Valente hæreticorum peſſimo ac refractario hæc ſubdit: *Cum ſuo more Valens ſubſcripſiſſet; & in ſubſcriptione apparuiſſet, ſimilem Filium Patri: & non appoſuiſſet, per omnia; & oſtendiſſet quomodo aſſenſus eſſet præſcriptis, aut quomodo ſimilitudinem vocis intellexiſſet: annotavit hunc pius Rex, & coegit ipſum addere, Per omnia; hæc circa tempus Pentecoſtes.* Hactenus Epiphanius, declarans id factum ea profeſſione Orientalium, quos cum Imperator timeret ab aliis divelli, & inhærere Catholicis, eam ob cauſam ea illorum præſcripto Filium Dei per omnia Patri ſimilem, ac proinde etiam ſubſtantia, horum omnium ſubſcriptione firmari voluit, tertiumque ab eis edi Sirmiensem profeſſionem. Meminit de iiſdem dictis duodecim capitibus agens S. Vigilius contra Eutychen, qui hæc ait (*d*): *Deinde adverſus ſacrilegam impiæ profeſſionis unitatem, quæ per Oſium, Valentem, Urſacium, & Germinium, cæteroſque ſimiles pravitatis apud Sirmium fuerant conſcripta; univerſi Orientales Epiſcopi convenientes, alias, id eſt, duodecim ſententiarum definitiones ediderunt, quæ Nicæno Concilio non continentur.*

(d) Vigil. contra Eutych. l. 5. t. 5. Bibl. ſanct.

XXIV.

Revocata Sirmiana profeſſio.

At quanta cum celeritate revocare curarint, quod nuper eadem impia profeſſione ſtatuiſſent, S. Athanaſius quoque his verbis ſignificat poſt eamdem recenſitam perfidiam Sirmiensem (*e*): *Hæc* (inquit) *ubi miſiſſent, denuo mutata ſententia compoſuerunt eam fidem, quam quia cum Conſulibus edidiſſent, multo pudore & probro perfuſi ſunt. ejuſque exemplaria curavere, ut cum ſuo more ſententiam mutaſſent ab iis qui eam tenebant, per Notarium Marcianum ſurriperentur: & perſuaſo Conſtantio, ut contra eam fidem edicta promulgaret, aliam rurſus fidem conſtituunt; additis, ut quidem ſolent qui-*

buſ-

(e) Athan. l. de Synod.

PAGIUS ante annum ſequentem eam Sedem non obtinuerit, ut anno præcedenti num. XV. oſtendimus: & parte alia in Ancyrani Concilii Synodica, quam refert Epiphanius in hæreſi Semiarianorum, dicatur, illud celebratum fuiſſe *paulo ante Paſcha*, ob idque pleroſque ob hiemem venire non potuiſſe, manifeſtiſſimum eſt, ante præſentis anni Paſcha, quo nondum *Eudoxius* Epiſcopus Antiochenus erat, coactum non fuiſſe; Synodicamque illam de ſequentis anni Paſchate, quo die XII. Aprilis peractum eſt, intelligendam. Nam hujus Synodi epocha ab initio Epiſcopatus Eudoxii omnino pendet; quam cum Baronius anno ſuo non reddiderit, non mirum, ſi in Concilii Ancyrani tempore conſignando a vero diſceſſerit. Celebrata ea Synodus occaſione dedicationis cujuſdam Baſilicæ a Baſilio Epiſcopo Ancyrano conſtructæ: *Forte enim tunc Baſilius ad dedicationem Baſilicæ a ſe conſtructæ, multos vicinarum urbium Epiſcopos convocaverat*, inquit Sozomenus lib. 4.

cap.

buſdam dictis; Hæc Athanaſius; fuit iſta quidem tertia profeſſio fidei Sirmianæ in qua (ut ait Epiphanius *a*) Filius Patri ſimilis per omnia prædicabatur; quæ quidem Latine edita eſt eademqua in Concilio Ariminenſi (ut teſtatur Socrates *b*) recitata; deſiderantur tamen in ea verba illa, *Per omnia ſimilem*, ſed tantum, iſta habentur, *Filium eſſe Patri ſimilem*: quæ verba tunc cum a Valente impie ſubducerentur, Conſtantius voluit omnino ſcribi. Sic igitur quod adeo deformiter Oſius cum aliis deliraſſet, ab aliis continuo, quaſi miraculo eſt, emendatum tum per Concilium Ancyranum, tum per tertiam Sirmienſem profeſſionem, cujus & ſi hoc anno fecimus mentionem, quod id exigeret argumentum: haud tamen exiſtimes hoc anno elaboratam, vel editam, quam conſtat eodem anno, quo Ariminenſe Concilium eſt celebratum, ſub Conſulatu Euſebii & Hypatii (ut inferius ſuo loco dicetur) Sirmii eſſe conſcriptam. Conſtat quidem, Epiphanio auctore, poſt promulgatam Sirmii Oſii & Potamii perfidiæ profeſſionem, qua dicebatur inter alia Filius Dei a patre diſſimilis ſecundum eſſentiam, receſſiſſe inde Orientales Epiſcopos, & rediiſſe in Orientem, & adverſus tantam impietatem Ancyræ celebraſſe Concilium, ubi quæ valde impie ſtatuta fuerant Sirmii condemnarent, aſſertis omnibus quæ pie ſanctequa de Filio dici poſſunt, *Conſubſtantialis* dumtaxat voce ſublata, eſſe eum nimirum etiam ſecundum *ſubſtantiam per omnia Patri ſimilem*. Inde vero accidiſſe, ut cum Orientales Epiſcopi rurſum in Occidentem venirent, Sirmiique ubi Conſtantius Imperator erat conſiſterent, novam illam & tertio ordine ederent fidei confeſſionem, in qua dempto in Filio *ſubſtantiæ* nomine, *eum per omnia Patri ſimilem* eſſe conſcriberent, occaſione inde haud dubium oborta, quod cum Orientales Epiſcopi, qui poſt & Semiariani ſunt dicti, iterum atque iterum nomen ſubſtantiæ in Filio profeſſi fuerint, offenſi nonnihil Ariani ea profeſſione, quæ in omnibus eſſe Catholica videri poſſet, iis contradicentes, diuque diſputantes, acquieverunt tandem, ut ita inter utramque partem tranſigeretur, nimirum ut Semiariani relinquerent nomen *ſubſtantiæ*, Ariani vero admitterent, ut Filius diceretur *Patri per omnia ſimilis*, licet Valens id profiteri refugeret, & niſi Conſtantio jubente, non faceret. Sic igitur tunc Sirmii compoſita & ornata fidei profeſſio eſt, quam deferrent Ariminum, ibidem promulgandam, refragante Baſilio Ancyrano, qui (ut ait Epiphanius) in ſua ſubſcriptione *ſubſtantiæ* nomen appoſuit. Acta ſunt hæc Sirmii (ut Sanctus Epiphanius tradit) nocte illuceſcentis ſacri diei Pentecoſtes, undecimo Kalendas Junias ſicuti habet Athanaſius in libro de Synodis, necnon Socrates.

(a) Epiph. hæreſ. 73.

(b) Socrat. l. 2. c. 29.

Tertia Sirmienſis profeſſio quando edita.

XXV. Quis autem ſcripſerit hanc tertiam formulam Sirmianam, hactenus incognitum fuit: patefactum autem, ubi editus eſt a viro diſertiſſimo noſtroque amiciſſimo Fabro liber fragmentorum de Synodo Ariminenſi, S. Hilarii Epiſcopi Pictavienſis titulo inſignitus, in quo inter alia vetera monumenta recens edita eſt epiſtola Germinii ad alios Arianos Epiſcopos. qua ipſe teſtatur ejuſmodi fidei profeſſionem fuiſſe a Marco dictatam: hic ille Marcus Arethuſiæ Epiſcopus, qui primo loco ſubſcripſiſſe ab Epiphanio ponitur. Tribuit Socrates eidem Marco ſcriptionem primæ Sirmienſis: non enim repugnant iſta, cum nihil prohibeat ſcripſiſſe primam qui tertiam dictavit, dum idem cum Baſilio qui adverſus Photinum diſputavit, eſſet tunc ejuſdem de Divinitate Filii Dei ſententiæ, in qua & poſtea perſeverarunt ambo, ut apparet ex profeſſione Seleucienſi, cui uterque primo loco ſubſcripſit, cum & profeſſi ſunt eamdem æquipollentem eſſe primæ confeſſioni Sirmianæ: ſed præſtat hic ipſam Germinii integram epiſtolam reddere, qua etiam cognoſcatur, qualis fuerit tertia Sirmiana profeſſio, quam Valens (ut Epiphanius affirmat) Ariminum detulit; ſic enim ſe habet (*c*):

Marcus Arethuſiæ Epiſc. tertiæ Sirmienſis profeſſionis Auctor.

(c) Hilar. frag. l. 1. pag. 41. 42. 43.

XXVI. *Dominis fratribus religioſiſſimis Rufino, Palladio, Severino, Nicbæ, Heliodoro, Romulo, Muciano, & Stercorio, Germinius, in Domino ſalutem.*

Germinii de Sirmiana profeſſione Epiſtola

Vitales nunc militantis in officio ſublimis Præfecturæ relatione comperimus, deſiderare ſanctitatem veſtram ſignificari vobis aperte, quid eſt quod de fide noſtra Valenti, Urſacio, Gajo & Paulo diſpliceat. Neceſſarium duxi his litteris patefaciendum ſanctitati veſtræ, & id quod in vobis ipſis ab initio eſſe confido docere, nos hoc quod & a Patribus traditum ac-

ce.

PAGIUS cap. 13. Dedicatio illa legitimo tempore non facta, cum in annum ſequentem nulla Quinquennalia, aliaque id genus feſta inciderint.

VII. Refert ibidem Sozomenus literas, quas Georgius Laodicenus Epiſcopus ſcripſit Eudoxio res novas agitanti, ut eum reprimeret; quæ quidem literæ inſcriptæ ſunt: *Macedonio, Baſilio, Cecropio, Eugenio, Georgius in Domino ſalutem*. Putat Baronius eas a Georgio ſcriptas ad eos, qui Ancyræ convenerant. Sed, ut obſervat Valeſius in Notis ad Sozomenum, contrarium oſtendunt nomina Epiſcoporum mox recitatorum, quæ in titulo epiſtolæ Georgii leguntur. Nullus enim ex iſtis, ſi unum *Baſilium* excipias, Synodo Ancyranæ interfuit. Quare recitata quidem ea in Concilio Ancyrano, ut docet Epiphanius in hæreſi Semiarianorum: non tamen ſcripta ad Epiſcopos Synodi Ancyranæ.

Epiſtola in Synodo Ancyrana lecta.

Baron. n. LXXVI.

VIII. *Baſilius Ancyranus* Epiſcopus acceptis Georgii Laodiceni Epiſcopi literis, cognitiſque quæ Sirmii

cepimus, & divinis Scripturis, quod ſemel didicimus & quotidie docemus, Chriſtum Dei Filium Dominum noſtrum per omnia Patri ſimilem, excepta innativitate, Deum de Deo, lumen de lumine, virtutem de virtute, integrum de integro, perfectum de perfecto, ante ſæcula & ante univerſa, quæ intelligi, vel dici poſſunt, genitum, cujus nativitatem nemo ſcit niſi ſolus Pater, ipſo Filio adſerente: Quia nemo novit Filium niſi Pater, neque Patrem quis novit niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare: per quem facta ſunt omnia, ſine quo factum eſt nihil, ſecundum divinas voces ipſius Salvatoris noſtri Filii dicentis: Pater meus uſque modo operatur, & ego operor. Et iterum: Quæcumque enim Pater facit, hæc & ſimiliter Filius facit. Et iterum: Ego & Pater unum ſumus. Et iterum: Qui me vidit, vidit & Patrem. Et iterum: Quomodo Pater vitam habet a ſemetipſo, ita dedit & Filio vitam habere in ſemetipſo. Et iterum: Sicut & Pater ſuſcitat mortuos & vivificat, ita & Filius quod vult, vivificat. Et iterum: Creditis in Deum, & in me credite. Et iterum: Neque enim Pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem. Et iterum cui Pater dixit: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: nec dixit, ad imaginem tuam, vel ad imaginem meam, ne aliquam diſſimilitudinem in Filii ſui Divinitate demonſtraret, ſed propterea conjunxit ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ut Filium ſuum ſibi ſimilem per omnia Deum manifeſtaret. Iterum Evangeliſta: Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti a Patre, plenum gratia & veritate. Et Apoſtolus ad Corinthios: In quibus Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium, ut non refulgerent in illuminatione Evangelii gloria Chriſti, quæ eſt imago Dei. Et iterum idem Apoſtolus: Et tranſtulit in regno Filii charitatis, in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum, qui eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ. Et iterum idem Apoſtolus: Hoc enim ſentite in vobis quod & in Chriſto Jeſu, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus. Quis non intelligat, quia quemadmodum ſecundum ſervi formam revera fuit caro noſtra in Chriſto, ita & in Dei forma vera ſit divinitas Patris in Filio? Et iterum: Videte ne quis vos ſeducat per philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa hujus mundi, & non ſecundum Chriſtum, quia in ipſo habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter. Si ergo omnis plenitudo Divinitatis inhabitat in Chriſto, jam non ex parte ſimilis, & ex parte diſſimilis, ſicut nunc aſſerunt qui propter contentionem ſuæ libidinis retrorſum abeuntes, ſemetipſos a nobis avertunt.

XXVII. *Nam quod putant ſe pro magno de divinis Scripturis proferre, ut dicant, Chriſtum facturam & creaturam: e contrario nos ſecundum Scripturas dicimus, & viam, & januam, & lapidem offenſionis, & petram ſcandali, & fundamentum, & brachium, & manum, & ſapientiam, & verbum, & agnum, & ovem, & paſtorem, & ſacerdotem, & vitem, & diem, & alia: Sed hæc omnia ſic intelligimus, & dicimus, ut virtutes & operationes Filii Dei intelligamus, non ut divinam ejus ex Patre nativitatem hujuſcemodi nominibus comparemus, quia ex nihilo omnia per Filium facta ſunt, Filius autem non ex nihilo, ſed ex Deo Patre eſt genitus.*

XXVIII. *Miror autem prædictum Valentem aut oblitum eſſe, aut certe ſubdole diſſimulare, quid in præteritum geſtum definitumque ſit. Nam ſub bonæ memoriæ Conſtantio Imperatore, quando inter quoſdam cœperat eſſe de fide diſſenſio, in conſpectu ejuſdem Imperatoris præſentibus Georgio Epiſcopo Alexandrinorum Eccleſiæ ... * Peluſinorum, Baſilio Epiſcopo tunc Ancyritano, præſente etiam ipſo Valente & Urſacio, & in ea pravitate poſt habitam uſque in noctem de fide diſputationem & ad certam regulam perductam, Marcum ab omnibus nobis ejectum fidem dictaſſe, in qua fide ſic conſcriptum eſt: Filium ſimilem Patri per omnia, ut ſanctæ dicunt, & docent Scripturæ: cujus integræ profeſſioni conſenſimus omnes & manu noſtra ſubſcripſimus. Si autem nunc aliquid ſpiritus hujus mundi ſuggerit, ex aperto adhuc ſcire non poſſumus. Nam, ut nos profeſſi ſumus de Scripturis, per omnia Filium ſimilem Patri excepta innativitate, exponant & illi de Scripturis, quemadmo-*

* *Pancratius Peluſii Epiſcopus, ut Epiph. hæreſ. 73.*

PAGIUS

Geſta in Synodo Ancyrana.

miſi a Valente & Urſacio hoc anno geſta fuerant, cum ad Eccleſiæ conſecrationem Conventum haberet Epiſcoporum, *Ancyranam* Synodum celebrat, in qua Sirmienſis Hoſii ac Valentis & cæterorum condemnata Fidei Formula eſt, ſtatutumque, Patri Filium ſubſtantia eſſe ſimilem. Qua ex Synodo literæ ſcriptæ ſunt ad Phœnices & Syros, ubi Eudoxii Antiocheni ſtudio Anomæorum perfidia flagrabat; quas Epiphanius recitat. Deinde Legati ad Imperatorem Sirmium miſſi, Baſilius ipſe, aliique, qui *Eudoxianorum* illic diſturbatis conſiliis Imperatorem perpulerunt, ut adverſus Eudoxium & Anomæos ad Antiochenos ſcriberet. Tum autem videtur accidiſſe quod narrat Socrates, ut nempe Imperatoris mandato Hoſiana Sirmienſis abrogaretur Formula; cum Baſilius Semiarianorum ſignifer plurimum apud Imperatorem gratia & auctoritate poſſet. Atque ad Orientales illos tumultus, novamque hæreſim exterminandam Conſtantius Sy-

modum parte ſimilis ſit, parte diſſimilis. Et ideo, fratres dilectiſſimi hæc intrepidanter & ſine mora veſtra dilectionis ad conſcentiam, per Cyriacum officialem, cujus prima inventa occaſio eſt poſt Carinum diaconum quem ad vos miſi, profeſſionem deſtinavi, ut per veſtram quoque vigilantiſſimam devotionem apud Deum, univerſa fraternitati intimetur, ne quis fallacia Diaboli laqueis ignorans implicetur. Jam veſtra eſt unanimitatis reſcribere mihi, quid vobis ſanctus Spiritus ſuggerat. Sane intimo charitati veſtræ, me huic epiſtulæ, propterea quod manus dolerem, ſubſcribere non potuiſſe: ſubſcribendum autem mandaſſe fratribus & compresbyteris noſtris Innocentio, & Octavio, & Catulo. Hucuſque Germinii epiſtola. Ex quibus pariter cognoſeas eumdem Germinium non inter Arianos, ſed Semiarianos militaſſe. Hactenus de Sirmiana tertia confeſſione, qua emendatus eſt deformis error ſecundæ Sirmianæ profeſſionis per Oſium & Potamium editæ, ſive ſubſcriptæ. ☞

XXIX. Sed qualem finem ſortitus ſit idem Oſius, modo dicendum eſt. Auctor qui aſſeritur Iſidorus (*a*) Epiſcopus Hiſpulenſis, dum agit de Gregorio Epiſcopo Eliberitano, de Oſii exitu hæc deſcribit: Poſt impiam Oſii prævaricationem, dum S. Gregorius Eliberitanus Epiſcopus in Cordubenſi urbe juxta Imperiale decretum fuiſſet adductus, ac minime vellet illi communicare; commotus Oſius dicit Clementino * Conſtantii Præfecti Vicario, ut mitteret eum in exilium. At ille: *Non audeo* (inquit) *Epiſcopum in exilium mittere, niſi prius eum ab Epiſcopatu dejeceris. Ut autem vidit S. Gregorius, quod Oſius vellet dare ſententiam; appellat Chriſtum, totis fidei ſuæ viſceribus exclamans: Chriſte Deus, qui venturus es judicare vivos & mortuos, ne patiaris hodie enbumanam * proferri ſententiam adverſus me minimum ſervum tuum, qui pro fide nominis tui, ut reus aſſiſtens ſpectaculum factus ſum: ſed tu ipſe, quæſo, in cauſa tua hodie judica, ipſe ſententiam proferre digneris per ultionem. Non ego, quaſi metuens, de exilio fugere cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum ſupplicium grave ſit; ſed ut multi prævaricationis errore liberentur, cum præſentem viderint ultionem. His dictis, ecce repente Oſius reſidens faſtu quaſi regalis imperii, cum ſententiam conaretur exprimere, os vertit, diſtorquens pariter & cervicem, ac de ſeſſu in terram eliditur, atque illico expiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementinus ille Gentilis expavit: & licet eſſet Judex, tamen timens ne in ſe ſimile ſupplicium vindicaretur, proſtravit ſe ad pedes ſancti viri, obſecrans, ut ſibi parceret, quia in eum divinæ legis ignoratione peccaſſet, & non tam proprio arbitrio, quam mandantis imperio. Inde eſt, quod ſolus Gregorius ex numero vindicantium integram fidem, nec in fugam converſus eſt, neque paſſus eſt exilium: unuſquiſque enim timuit de illo ulterius judicare.* Hucuſque de Oſio auctor.

(*a*) *Iſidor. de Vir. illuſt. in Oſio, cap. 1.*

Oſii finis qualis.

* *Clementio.*

* *humanam.*

XXX. At hæc vera ne ſint, ſtudio vigilantiſſimo unquirenda ſunt. Haud eſt adeo magnæ auctoritatis qui Iſidorus falſo aſſeritur, ut ejus teſtificatio præferenda ſit ſanctis Patribus qui eodem tempore vitæ & obitus Oſii ſuperſtites erant, cum ipſe poſt annos ducentos ab ejuſdem Oſii temporibus vixerit. Verum admonemus, a nemine alio, quam a cœnoſo ſchiſmaticorum fonte iſthæc potuiſſe ipſum haurire: ſiquidem ejuſmodi hiſtoriæ primus auctor eſſe reperitur Marcellinus presbyter ille ſchiſmaticus ſectæ Luciferianæ, qui vixit temporibus Theodoſii; ad quem Commentarium illum, quo iſta narrantur, una cum Fauſtino ſocio impietatis conſcripſit: quibus ſane nec fidem penitus abrogarem, niſi multa eſſent, quæ eidem magnopere contradicunt. Cuinam, quæſo, primæ deferendæ ſunt ſolidæ veritatis, Magno Athanaſio ne, an perditiſſimo Marcellino? ut nimis diſcrepans atque diſſimilis eſt iſta collatio. Quid inſuper dicendum, ſi Athanaſio conjungas Hilarium, atque adjicias Auguſtinum? cum alioqui teſtimonium Marcellini nullius alterius illorum temporum ſcriptoris fulciatur auxilio: atque ea quoque ex parte fides nutet auctoris, qui congeſtarum etiam in S. Hilarium atque alios Orthodoxos calumniarum arguitur. Quid autem de Oſii exitu S. Athanaſius tradat, quod paulo ante alia occaſione recitatum eſt, hic urgenti præſenti occaſione repetere, haud erit incongruum; ait igitur (*b*): *Tantam vim intulit ſeni* (nempe Conſtantius) *& ita eum arcte tenuit, ut afflictus, aſtrictuſque malis, tandem ægreque cum Urſacio & Valente communicaret, ſed tamen ut con-*

Diſcuſſio veritatis Hiſtoriæ enarratæ.

(*b*) *Athan. epiſt. ad Solitar.*

PAGIUS Synodum, auctore Baſilio, Nicomediam indixit. Quæ cum terræ motu concidiſſet, ac ſubinde Nicæam, quo Epiſcopos convocari placuerat, eadem calamitas afflixiſſet: tandem Baſilius Imperatoris literis cum Epiſcopis aliis de idoneo loco deliberare juſſus, cum inter illos minime conveniret, Sirmium ad Imperatorem advolat. Ibi Arianos Epiſcopos reperit, Marcum Arethuſium, Georgium Alexandrinum, Valentem & cæteros, Quorum omnium conſilio Conſtantius Seleuciam in Iſauria ad Synodum delegit.

IX. Verum Eudoxii, Acacii, Valentis, Urſacii Anomæorum opera factum eſt, ut diviſis Epiſcopis, Occidentales quidem Arimini, Orientales vero Seleuciæ congregarentur. In hoc Arianorum principum congreſſu accidit, quod Hilarius lib. de Synodis narrat, ut Orientales Epiſcopi, qui Sirmienſi blaſphemiæ ſubſcripſerant, Auctores ejus

Epiſcopi inter ſe diviſi.

contra Athanaſium non ſubſcriberet. Verum ne ita quidem eam rem pro levi habuit: moriturus enim, quaſi in teſtamento ſuo, eorum vim proteſtatus eſt, & Arianam hæreſin condemnavit, vetuitque eam a quoquam probari aut recipi. Hæc Athanaſius. Quis igitur tanti Patris teſtificationi, ſui præſertim temporis res conſcribentis, obniti audeat?

XXXI. Alie ex Athanaſio argumentatio.

Eſt & ex eodem auctore ea de re aliud firmiſſimum argumentum, ex prima oratione contra Arianos habita; ad cujus finem cum numeret ab univerſali Synodo, in qua damnati ſunt Ariani, nempe Nicæna uſque ad illud tempus quo ea ſcribebat, annos trigintaſex; anno Domini trecenteſimoſexageſimoprimo eam ab Athanaſio orationem dictam eſſe oportuit. Cum igitur illa oratione idem Sanctus Athanaſius, recenſens præclariſſimos viros de fide Catholica optime meritos, primo loco atque titulo honorifico ponat Oſium; plane declarat, eumdem in Catholica communicatione eſſe defunctum: alioqui nefas fuiſſet ac magnum ſcelus, Oſium inter præſtantiſſimos Orthodoxos Epiſcopos connumeraſſe, quem adeo infeliciſſime conſtaret eſſe defunctum. Rurſum vero, lapſum Oſii ex timore verberibus extortum ad tempus fuiſſe, cum idem Athanaſius dicat; jam apparet illum reſipuiſſe: ſunt enim ea Athanaſii verba ex Apologia ſecunda ſuperius recitata, quibus dicitur: *Vis tamen illa & tyrannica Conſtantii poteſtas, multæque contumeliæ, & interminationes ſatis oſtendunt, minime eum in noſtri condemnationem, ſed ſenis imbecillitate imparem verberibus ad tempus ceſſiſſe*. Qui igitur ceſſiſſe ad tempus dicitur, poſt illud plane tempus in priſtinum ſtatum revocatum eſſe, ſatis Athanaſius ſignificaſſe videtur. Nec certe aliud S. Hilarius (*a*) illis verbis demonſtraſſe viſus eſt, quibus ait: *Sed de eo* (nempe Oſio) *nihil queror: qui idcirco eſt reſervatus, ne judicio humano ignoraretur, qualis ante vixiſſet*. Rurſum vero, quomodo dici vel fingi poteſt, Oſium in hæreſi, quam ſcripſerat, vel ſubſcripſerat, perduraſſe, ſi ipſa ſcripta profeſſio impietatis ſtatim eſt revocata atque ſuppreſſa, & imperatoris edicto vetita? cum æque periculum illi fuiſſet illud aſſerere, ac quod ante fecerat, affirmando ſe eſſe Catholicum.

(*a*) *Hilar. de Synod.*

Hilarii de eodem teſtificatio.

XXXII. His addimus, quod eſt mentio apud S. Auguſtinum de Oſii innocentia, cum eum Donatiſtæ criminarentur (habebant namque hominem inviſum, quod tempore Conſtantini Cæciliano magnopere contra ipſos patrocinatus eſſet;) ait igitur *b*): *Quod enim de Oſio dicunt Cordubenſi quondam Catholico Epiſcopo; flagitandum eſt, ut probent, non ſolum talem illum fuiſſe, qualem dicunt; ſed quod talis fuerit, manifeſtum illis fuiſſe, quibus eum communicaſſe aſſerunt. Hoc enim niſi probaverint, fruſtra dicunt ſe ſciſſe qualis fuerit; quia neſcientibus obeſſe non potuit, a quibus ſe iſti innocentibus ſeparando propter ipſam ſeparationis ſacrilegam iniquitatem innocentes eſſe non poſſunt. Hoc enim magis credibile eſt: ſi tamen Oſius ab Hiſpanis damnatus, a Gallis eſt abſolutus; ſic fieri potuiſſe, ut falſis criminationibus Hiſpani circumventi, & callida inſidiarum fraude decepti, contra innocentem ferrent ſententiam, & poſtea pacifice in humilitate Chriſtiana cederent ſententiæ collegarum, quibus illius innocentia comprobata eſt; ne pervicaci & animoſa perverſitate priores ſuas ſententias defendendo, in ſacrilegium ſchiſmatis, quod omnia ſcelera ſupergreditur, cæcitate impietatis irruerent, ſicuti iſti miſeri fecerunt, &c.* Hæc S. Auguſtinus.

Teſtimonium Auguſtini de Oſio.

(*b*) *Aug. cont. epiſt. Parmen. c.4.*

XXXIII. Quæ licet de alia quæſtione dicantur, nempe de accuſatione communicationis cum Traditoribus illata a Donatiſtis contra Oſium, quod favens Cæciliano, tum ipſi, tum aliis quoque collegis communicaſſet: tamen hæc ſatis ad rem, quod hoſtes Oſii iidem Donatiſtæ nihil præterea contra ipſum haberent, quod dicerent, dum ea admodum exoleta adverſus Oſium jam longe ante defunctum per Parmenianum objeciſſent. Quod ſi tam enormis, & Dei judicio infamis atque dirus ejus obitus fuit, ut Marcellinus tradit; tacuiſſent ne hæc objicere Donatiſtæ, & exprobare Parmenianus? minime gentium.

XXXIV. De Oſii obitu.

☞ At quæ dicta ſunt de impoſtura Marcellini ab Iſidoro deſcripta de portentoſo Oſii obitu, falſa omnino eſſe, eruta a Pithœo & nuper edita cum Hilarii Fragmentis a viro inſignis doctrinæ & integræ probitatis Nicolao Fabro epiſtola Euſebii Vercellenſis in exilio conſtituti, ad Gregorium in Hiſpania Epiſcopum nempe Eliberitanum, plane demonſtrat, dum Oſium non ſtatim defunctum poſt Sirmienſe Concilium, cum rediit in Hiſ-

PAGIUS ejus compellerent, ut ſubſcribendo damnarent quod feceſſent. Quin etiam ex eodem Hilario colligitur, poſteaquam dividi Synodum placuit, principio Ancyram ad Orientalium confeſſum delectam fuiſſe. Scribit enim his verbis: *Sed maxime cum comperiſſem Synodos in Ancyra atque Arimino congregandas, & ex ſingulis Provinciis Gallicanis binos, vel ſingulos eo eſſe venturos*. Quæ excerpta ex Petavio in Animadverſionibus Epiphanianis ad hæreſim LXXIII. quæ eſt Semiarianorum.

X. Synodus Antiochena.

Paulo poſt Sirmienſem Synodum, *Antiochena* ab *Eudoxio* Antiochiæ Epiſcopo congregata, & quidem anno ſequenti, quo Eudoxius Epiſcopatum Antiochenum adeptus eſt. Sozomenus de ea loquitur lib. 4. cap. 12. antequam de Ancyrana ſermonem inſtituat. In hac Synodo perinde ac in Sirmienſi ſecunda damnatum eſt nomen ſub-

paniam, ſed ſupervixiſſe etiam Concilio Ariminenſi aperte ſignificat, epiſtola autem ſic ſe habet (a):

(a) Hilar. frag. l.2. pag.5.

Euſebius ad Gregorium Epiſcopum Span.

XXXV. Euſebii ad Greg. Epiſc. Epiſt. *Domino ſanctiſſimo Fratri Gregorio Epiſcopo, Euſebius in Domino, Salutem.*

*Litteras ſinceritatis tuæ accepi, quibus, ut decet Epiſcopum & Dei ſacerdotem, tranſgreſſori te Oſio didici reſtitiſſe, & pluribus cadentibus Arimino in communicatione Valentis & Urſacii & cæterorum, quos ipſi agnito blaſpemiæ crimine ante damnaverunt aſſenſum tuum denegaſſe, fidem ſcilicet ſervans quam Patres Nicæni ſcripſerunt. Gratulamur tibi in hoc, gratulamur & nobis: quia hoc * cujus propoſito & hac fide pollens noſtri dignatus es meminiſſe. Permanenti autem tibi in eadem confeſſione, & nullam cum hypocritis retinenti ſocietatem, noſtram tibi communicationem promitto, quibus potes tractabis quanto labore prævales, tranſgreſſores: objurga infideles, increpa, nihil metuens de regno ſæculari, ut feciſti: quia potior eſt qui in nobis eſt, quam qui in hoc mundo.*

XXXVI. *Nos vero tui conſacerdotes tertio laborantes exilio, hoc dicimus quod manifeſtum eſſe putavimus: quoniam omnis ſpes Ariomanitarum non in * ſua aut limitato conſenſu, ſed in protectione pendet regni ſæcularis, ignorantes ſcripta, quia maledicti ſunt qui ſpem habent in hominem: noſtrum autem adjutorium in nomine Domini, qui fecit cœlum, & terram. In paſſionibus perdurare cupimus, ut, ſecundum quod dictum eſt, in regno glorificari poſſimus. Dignare nobis ſcribere quid malos corrigendo profeceris, vel quantos fratres aut ſtantes agnoveris, aut ipſe monendo correxeris. Salutant te omnes qui mecum ſunt, maxime diaconus, ſimulque petunt ut cunctos lateri tuo fideliter adhærentes noſtro digneris obſequio ſalutare.* Hacuſque Euſebius ad Gregorium, ut apparet poſt Concilium Ariminenſe, adhuc vivente Conſtantio, cujus nonniſi poſt obitum ſolutus eſt ab eo quo in Oriente detinebatur exilio, & tunc plane temporis, cum poſt lapſam Ariminenſem, Epiſcopi pœnitentes ad ſuas Eccleſias redierunt, quibus Gregorius non communicavit aliquando Luciferi defendens errorem, cum alioqui ipſe Euſebius (ut ſuo loco pluribus dicetur) non ſolum eos pœnitentes recepit, ſed ad eos revocandos in Eccleſiam legationem ſuſcepit in Orientem. Rurſum vero ex dicta epiſtola elicere potes dilucidam ſententiam verborum S. Auguſtini, quæ ſunt ſuperius recitata, quibus ait: *Si ab Hiſpanis Oſius eſt damnatus, ab Hiſpanis eſt abſolutus.* Nimirum quod in Hiſpania ubi favente Gregorio vigebat error Luciferianus, Oſius non receptus eſt, in Galliis vero receptus, cum defendente Hilario lapſi Epiſcopi in errorem, pœnitentes in Eccleſiam admitterentur, ut ſuo loco diffuſius iſta patebunt. Sicque ex his certum redditur quod Epiſcopi poſt lapſum, pœnitentia prævia, a Galliæ Epiſcopis reciperentur. Sed quæ ſunt facti ignorans Sanctus Auguſtinus, aliis rationibus Oſium excuſare atque defendere adverſus Donatiſtas conatus eſt.☜

Quando autem obierit Oſius: equidem ex quo S. Athanaſius de ejus obitu & teſtata tunc ab eo Catholica fide meminit in epiſtola ad Solitarios ſcripta, haud diu poſt Ariminenſem Synodum eum vixiſſe oportuit; ſiquidem illa hæc circa tempora ſcripta eſſe apparet: qua quidem epiſtola, poſt ejus obitum ſcripta, cum idem S. Athanaſius de ipſo agens, ipſum ſæpe laudet; nequaquam tot tantiſque eum præconiis exornaſſet, ſed temperatius plane egiſſet, ſi ipſe prodigioſa, & divinitus inflicta morte diem clauſiſſet extremam. XXXVII.

☞ Porro obitum Oſii contigiſſe eodem ipſo anno, quo moritur Conſtantius, anno ſcilicet Domini trecenteſimo ſexageſimo, inde certum deducitur argumentum, quod cum probetur vixiſſe poſt Concilium Ariminenſe, & Athanaſius (ut dictum eſt) ipſius cum meminit, ut defuncti in oratione prima contra Arianos, numeretque a tempore Concilii Nicæni uſque ad illud tempus annos triginta ſex, qui eſt annus Domini trecenteſimus ſexageſimus primus; neceſſe eſt dicere tempus illud non exceſſiſſe, obiiſſeque anno ſequenti a Concilio Ariminenſi, qui numeratur annus Redemptoris trecenteſimus ſexageſimus ☜. At de Oſio hactenus; de quo agens idem qui aſſeritur Iſidorus, eum ſcripſiſſe tradit librum de laude virginitatis, pulchro (ut ait) & diſerto eloquio exornatum.

Sed ad res Sirmianas revocanda eſt ora- XXXVIII.

PAGIUS ſtantiæ, & *homæuſiorum* atque *homæuſiorum* ex æquo rejecta ſunt. Legati etiam miſſi ad Conſtantium Imperatorem *Aſphalius* Presbyter una cum aliis, qui Synodicam epiſtolam ad eum perferrent. De hac Synodo nulla in Labbeana Conciliorum Collectione mentio. Ejus tamen Socrates etiam meminit lib. 2. cap. 37. ubi ait, Eudoxium ad Antiochenſis Eccleſiæ Epiſcopatum evectum, quem Leontius ejus deceſſor Diaconatu abdicarat, ut habet Theodoretus in lib. 2. cap. 24. *collecto Epiſcoporum Concilio* in priſtinum gradum reſtituere conatum eſſe.

XI. Obitus Hoſii. Ad num. XXXVII. & ſeq. Oratio prima Athanaſii contra Arianos, ſeu potius *Epiſtola Encyclica contra Arianos ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ*, anno præcedenti ſcripta, ut tunc diximus, & infra demonſtrabimus. Quare perperam ex ea deducit Baronius, *Hoſium* anno CCCLXI. in vivis non fuiſſe, quod in ea ejus tanquam jam mortui mentio ſit. Vanum enim illud fundamentum, quia

Digitized by Google

Liberii cauſa in Synodo Sirmiana.

oratio,: haud enim Oſii lapſu tragedia illa finem accepit, ſed caſu quoque Liberii Romani Pontificis longe terrior reddita eſt atque lugubrior, quod tantæ Urbis ac totius Eccleſiæ Catholicæ Antiſtes eſſet, & qui ante biennium adeo infracto animo, & libertate ſacerdotali viſus fuerit Imperatori Conſtantio reſtitiſſe, atque eam ob cauſam glorioſum, ne juſtitiam atque fidem proderet, exilium ſubiiſſet. Verum quiſnam qualiſve tanti Antiſtitis lapſus fuerit, num perinde ac Oſius perfidiæ illi Sirmianæ conſenſerit, vel damnationi Athanaſii conſenſum præſtiterit, & Arianorum communicatione ſe maculaverit; eſt id diligentius exquirendum: res quidem haud facilis inveſtigatu, quippe quæ nonnullis ejus ſæcuil eruditis viris obſcura viſa fuerit; nam ait Ruffinus (a): *Liberius urbis Romanæ Epiſcopus, Conſtantio vivente, regreſſus eſt. Sed hoc, utrum quod acquieverit voluntati ſuæ adſcribendum; an ad populi Romani gratiam, a quo proficiſcens fuerit exoratus, indulſerit: pro certo compertum non habeo.* Ita Ruffinus. Ut igitur rem obſcuram, ac nexibus implicatam, elucidemus atque pariter explicemus; primum omnium quid de his veteres hiſtorici ſcripſerint, quid item Patres obiter dixerint, ac demum ipſam hiſtoriam puram atque germanam ex ejuſdem Liberii Papæ litteris acceptam, hic enarremus. Ex antiquis autem hiſtoriarum ſacrarum hiſtoricis Sozomenus (b) rem videtur fuſius proſecutus: qui eam ab ipſo rerum exordio his verbis recenſet.

(a) Ruffin. l.1. c.27.

(b) Sozom. l.4. c.14.

XXXIX. Tentatur Liberius ab Imperatore.

Haud longo tempore poſt, Imperator Roma Sirmium reverſus, rogatu legatorum, quos Epiſcopi Occidentis ad ipſum miſerant, Liberium Berœa revocavit: atque præſentibus legatis Epiſcoporum Orientis, & quibuſdam ſacerdotibus, qui erant forte in exercitu, in unum coactis compellere tentavit eum fateri, Filium Patri non eſſe conſubſtantialem. Inſtabant porro, & Imperatorem ad hanc rem incitabant Baſilius, Euſtathius & Eleuſius, qui apud eum auctoritate & gratia plurimum poterant: hique id temporis cum decreta de Paulo Samoſateno & Photino Sirmiano, quinetiam formulam fidei in Eccleſiæ Antiochenæ conſecratione editam in unum libellum congeſſiſſent, cauſa conficta, nimirum quod quidam ſimulatione hujus verbi, CONSUBSTANTIALIS, hæreſin privatim ſtabilire molirentur, conantur ut Liberius, & Athanaſius quoque (alter tamen ab Alexandrino) Alexander, Severianus, & Creſcens, qui in Africa ſacerdotii munere fungerentur, huic conſentiant. Conſentiunt etiam Urſacius, Germinius Epiſcopus Sirmii, Valens Murſorum Epiſcopus, & quotquot Orientis Epiſcopi ibi forte aderant. Viciſſim autem confeſſionis fidei formulam a Liberio abduxerunt, quæ illos, qui Filium Patri non ſubſtantia & cæteris rebus omnibus ſimilem aſſeverarent, interdixit Eccleſia. Nam cum Eudoxius & cæteri cum eo Antiochiæ hæreſis Æetianæ fautores epiſtolam Oſii nacti fuiſſent; rumorem diſſiparunt, Liberium quoque verbum CONSUBSTANTIALE rejeciſſe, aſſeruiſſeque Filium Patri diſſimilem eſſe. Ubi vero hæ res legatis Epiſcoporum Occidentis hoc pacto ſucceſſere; Imperator dat Liberio poteſtatem Romam revertendi: atque Epiſcopi Sirmii congregati ſcribunt litteras Felici tum Romanæ Eccleſiæ Antiſtiti, & clero ejuſdem Eccleſiæ, uti Liberium recipiant, &c. Quæ autem de reditu Liberii ſubdit poſtea fuſius dicemus.

His igitur a Sozomeno enarratis; quid Patres de caſu Liberii ſcripſerint, & in primis Athanaſius hic recitemus; ſic enim habet in epiſtola ad Solitarios: *Liberius deinde poſt exactum in exilio biennium inflexus eſt, minisque mortis ad ſubſcriptionem inductus eſt. Verum illud ipſum quoque, & eorum violentiam, & Liberii in hæreſin odium, & ſuum pro Athanaſio ſuffragium, cum liberos affectus habebat, ſatis coarguit: quæ enim per tormenta contra priorem ejus ſententiam extorta ſunt, ea jam non metuentium, ſed ita cogentium voluntates habendæ ſunt.* Ita Athanaſius; in quam ſententiam hæc quoque S. Hilarius (c) ad Conſtantium: *Vertiſti deinde uſque ad Romam bellum tuum, eripuiſti illinc Epiſcopum: & o te miſerum, qui neſcio utrum majore impietate relegaveris, quam remiſeris.* Sed & S. Hieronymus (d) dum de Fortunatiano agit Epiſcopo Aquilejæ, hæc ait: *In hoc habetur deteſtabilis, quod Liberium Romanæ urbis Epiſcopum pro fide ad exilium pergentem primus ſollicitavit, ac fregit, & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit.* Et idem in Chronico: *Liberius tædio victus exilii, in hæreticam pravitatem ſubſcribens, Romam quaſi victor intravit.* In libro autem de Romanis Pontificibus de eodem ſcriptum legitur, quod conſen-

XL. Lapſus Liberii ex teſtimonio patrum.

(c) Hilar. ad Conſt.

(d) Hier. de Script. Eccl. in Fortunatiano.

PAGIUS.

quia cum in ea dicitur, Arianos *ab annis triginta ſex* declaratos eſſe Hæreticos, *Athanaſius* reſpicit ad Synodum Alexandrinam, in qua *Arius* anno CCCXXI. damnatus, non vero ad Synodum Nicænam, ut male Baronius Athanaſium interpretatur. Præterquam quod in ea Oratione mentio ſit *Hoſii* tanquam adhuc viventis, non vero tanquam mortui. Deinde Baronius *Hoſii* mortem uſque ad annum CCCLX. differt propter epiſtolam a S. Euſebio Vercellenſi Epiſcopo eo anno ſcriptam, quia in ea ſermo ſit denegatæ *Hoſio* communionis a Gregorio Illiberitano Epiſcopo. Verum videtur Euſebius eo anno ex occaſione ſignificare, quæ uno aut altero antea a ſe geſta eſſent. Quare Hoſii mors anno circiter inſequenti contigit; cum in epiſtola ad Solitarios ejus tanquam demortui meminerit Athanaſius, & ea epiſtola tardius ſcripta non videatur.

conſenſit Conſtantio hæretico, communicavitque cum hæreticis, extra tamen ſecundum baptiſma; quod ſcilicet, etſi cum Arianis communicaverit, non tamen factus fuerit Arianus per ſecundum baptiſmum, quo ſolerent illi Catholicos ad ſe deficientes iterum baptizare; ſed hæc quidem ſuperflua, & ab aliquo addita; nam nondum Ariani rebaptizabant; quia & Eccleſia hoc quoque tempore non reſpuebat Arianorum baptiſmum, ut S. Hieronymus adverſus Luciferianos ſcribens teſtatur. His igitur de Liberio ex Patrum ſententia recitatis, jam reliquum eſt, ut ex litteris ipſius (qua præſtantior ac verior hiſtoria nulla inveniri poteſt) res geſtas ejuſdem Liberii, ut ſe habuerint, enarremus. Extant ipſæ, quas hic deſcripturi ſumus, epiſtolæ in Collectione Creſconiana, eaſque, habita diligenti collatione cum codice Vaticano, & eo quem habemus in noſtra bibliotheca, hic deſcribimus.

XLI. Tentatur Liberius per Demophilum, & Fortunatianum. (a) Judic. 16.

Damnato itaque Photino in Concilio Sirmienſi, & ſcripta adverſus eum prima illa fidei profeſſione; tentavit Conſtantius per Demophilum & Fortunatianum, Liberium adhuc exulem Berœæ exiſtentem; ut ſententiæ adverſus Athanaſium latæ ſubſcriberet, atque decreta fidei in Sirmienſi Concilio ſcripta ſuſciperet: cum ille, qui inſtar Samſonis (a) valide adverſus impios Philiſtæos ac ſtrenue decertaverat, & uſque adeo ipſos impetus fregiſſet Imperatoris, atque Arianorum phalanges tolerantia exilii ſuperaſſet, exciſo neſcio quo pacto ab ejus vertice fortitudinis crine, hebetatoque prorſus robore priſtino ſacerdotalis conſtantiæ, exurgit imbellis, & dat turpiter manus ipſum quærentibus adverſariis. Quod ſi conjectura interdum ex effectibus intima cordis ſcrutari licet, non alia Dalila illi detrimento fuit, quam invidia humanæ laudis gloria comparanda; quippe qui ægro ferebat animo, intruſum ab Arianis (ut dictum eſt) Felicem agere Romæ Pontificem, ſe vero exulem atque a ſua ſede procul extorrem; quam ut reciperet, & ex ea Felicem ejiceret, oblatas illas ſordidas conditiones accepit tandem. Hæc quidem omnia ſcripta in primis ab eo ad Orientales epiſtola plane ſignificat; eſt autem hujuſmodi:

Dilectiſſimis fratribus, & Epiſcopis Orientalibus Liberius S.

XLII. Liberii Epiſtola ad Orientales.

Pro deifico timore ſancta fides veſtra Deo, cognita eſt hominibus bonæ voluntatis; ſicut lex loquitur: Juſte judicate, filii hominum. Ego Athanaſium non defendo; ſed quia ſuſceperat illum bonæ memoriæ Julius Epiſcopus deceſſor meus, verebar ne forte ab aliquo prævaricator judicarer. At ubi cognovi, quando Deo placuit, juſte vos illum condemnaſſe; mox conſenſum meum commodavi ſententiis veſtris: litteras ad hæcque ſuper nomine ejus, id eſt, de damnatione ipſius, per fratrem noſtrum Fortunatianum dedi perferendas ad Imperatorem noſtrum Conſtantium. Itaque amoto Athanaſio; ſuper quo ſtatuta omnium veſtrum a me cum ſede Apoſtolica ſuſcipienda ſunt; dico, me cum omnibus vobis, & cum univerſis Epiſcopis Orientalibus, ſeu per univerſas Provincias pacem & unitatem habere. Nam ut verius ſciatis, me veram fidem per hanc epiſtolam meam proloqui; dominus meus & frater communis Demophilus, qui dignatus eſt pro ſua benevolentia fidem veram, & Catholicam exponere, quæ Sirmii a pluribus fratribus & Coepiſcopis noſtris tractata, & expoſita, & ſuſcepta eſt; hanc ego libenti animo ſuſcepi, in nullo contradicens. Sane petendam credidi ſanctitatem veſtram, quia ſemper videtis in omnibus me vobis conſentaneum eſſe; dignamini communi conſilio ac ſtudio elaborare, quatenus de exilio jam dimittar, & ad ſedem, quæ mihi divinitus credita eſt, revertar. Huc uſque Liberii litteræ ad Orientales, nempe Epiſcopos illos qui ex Oriente Sirmii ad Synodum convenere; hi vero ab incerto auctore mox poſt epiſtolam recitatam ponuntur, nempe Narciſſus, Theodorus, Baſilius, Eudoxius, Demophilus, Cecropius, Silvanus, Urſacius, Valens, Evagrius, Irenæus, Exuperantius, Terentianus, Buſtus, Gaudentius, Macedonius, Marcus, Ætius, Julius, Severinus, Simplicius, & alii. Scripſit inſuper eodem quoque argumento Liberius privatas litteras ad Urſacium, Valentem, atque Germinium, qui cæteris apud Imperatorem præſtare viderentur; ſunt vero hujuſmodi. *Urſacio, Valenti, & Germinio Liberius.*

Quia ſcio vos filios pacis eſſe, diligere etiam concordiam & unitatem Eccleſiæ Catholicæ, idcirco non aliqua neceſſitate compulſus, teſte Deo dico, ſed pro bono pacis & concordiæ, quæ martyrio præponitur, his litteris convenio vos, domini mei cariſſimi. Cognoſcat prudentia veſtra, Athanaſium, qui Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus fuit, priuſquam ad Comitatum ſancti Imperatoris perveniſſem, ſecundum litteras Orientalium Epiſcoporum, ab Eccleſiæ Romanæ communione ſeparatum eſſe, ſicut teſtis eſt omne presbyterium Eccleſiæ Romanæ; ſola hæc cauſa fuit, ut tardius viderer de nomine ipſius litteras ad fratres & Coepiſcopos noſtros Orientales dare, ut legati mei, quos ab urbe Roma ad Comitatum direxeram, ſeu Epiſcopi, qui fuerant deportati, & ipſi una cum his (ſi fieri poſſet) de exilio revocarentur. Et hoc etiam ſcire vos volo quod fratrem Fortunatianum petii, ut litteras meas ad clementiſſimum Imperatorem perferat, quas ad Orientales Epiſcopos feci XLIII. Alia Epiſtola Liberii.

ut

ut ſcirent & ipſi una ſecum Athanaſii communione me eſſe ſeparatum: quas credo quod pietas ipſius pro bono pacis gratulanter accepit; quarum exemplar etiam Philagrio Imperatoris eunucho prodat charitas veſtra, hac me benigno & innocenti animo geſſiſſe. Quapropter his litteris meis convenio vos, & adjuro per Dominum omnipotentem, & Chriſtum Jeſum Filium ejus & Dominum noſtrum, & Spiritum ſanctum, ut dignemini ad clementiſſimum Imperatorem Conſtantium Auguſtum pergere, & petere, ut bono pacis, & concordiæ, in qua pietas ejus ſemper exultat, me ad Eccleſiam mihi divinitus traditam jubeat reverti: ut, temporibus ipſius, Eccleſia Romana nullam ſuſtineat tribulationem. Me autem cum omnibus vobis Epiſcopis Eccleſiæ Catholicæ pacem habere, his litteris meis æquo & ſimplici animo ſcire debetis, fratres cariſſimi. Magnum etiam vobis præmium in die retributionis acquiretis, ſi per vos pax Eccleſiæ Romanæ fuerit reddita. Scire autem volo etiam fratres & Coepiſcopos noſtros Epictetum & Auxentium pacem me & communionem Eccleſiaſticam cum ipſis habere, quod credo gratanter ſuſcepturos. Quicumque autem a pace & concordia noſtra, quæ per orbem terrarum firmata eſt, diſſenſerit; ſciat ſe ſeparatum eſſe a noſtra communione. Prævaricatori anathema una cum Arianis a me dictum. Hactenus Liberii epiſtola ad dictos Epiſcopos.

XLIV.
Tertia Epiſtola Liberii eodem argumento.

Quo etiam tempore, cum adhuc detineretur exilio, idem ad Vincentium Epiſcopum Capuæ litteras dedit, quibus quo ſtatu res ſuæ eſſent, certiorem reddit his verbis:

Non doceo, ſed moneo ſanctum animum tuum, frater, eo quod colloquia mala mores bonos corrumpant. Inſidiæ malorum hominum bene tibi cognitæ ſunt, unde ad hunc laborem perveni; & ora ut det Dominus tolerantiam. Dilectiſſimus filius noſter Urbicus diaconus, quem videbar habere ſolatium, a me per Venerium Agentem in rebus ſublatus eſt. Et ideo ſanctitati tuæ ſignificandum credidi, me de contentione illa nominis Athanaſii receſſiſſe, & ad fratres & Coepiſcopos noſtros Orientales litteras dediſſe deſuper ejus nomine. Pax nobis ubique eſt. Dignaberis convenire omnes Epiſcopos Campaniæ, & hæc illis inſinuare, & ex eorum numero una cum epiſtola veſtra de unanimitate noſtra & pace ad clementiſſimum Imperatorem noſtrum ſcribere, quo poſſim & ego de triſtitia magna liberari; & manu ipſius: *Dominus te incolumem cuſtodiat, domine frater cariſſime.* Item manu ipſius in eadem pagina conſcripta:

Subſcriptio & appendix.

Cum omnibus Epiſcopis Orientalibus pacem habemus, & vobiſcum ego. Me ad Dominum ſolvi, vos videritis, ſi volueritis me in exilio deficere. Dominus judex inter me & vos. Hucuſque ibi. Hæc quidem Liberius ad Vincentium Capuæ Epiſcopum, quod ipſe jam diu ante, ſubſcripta (ut dictum eſt) Arianorum in Athanaſium ſententia, illis communicaverat, & ob eam cauſam a communione Catholica factus erat extorris; quo cum pacem inite his litteris, ſicut fecerat cum Orientalibus Liberius nititur, ob id nimirum, ut ille pro ſuo ipſius reditu Romam ad Eccleſiam, apud Imperatorem Conſtantium intercederet: quod factum quoque & impletum eſt.

XLV.
Liberius minime dicendus hæreticus.

Ex his omnibus, quæ tum ex hiſtoricis, atque ſanctis Patribus, necnon ex ejuſdem litteris hic recitata ſunt, nihil eſt quod excuſari Liberius poſſit, quin communionem inierit cum Arianis, & in Athanaſium latam ab eiſdem ſententiam ratam habuerit: hæc, inquam, omnia, ſi aliorum deficerent aſſertiones, ipſomet recitatis his litteris profitente, vera eſſe, in dubium revocari haud poſſunt. Num autem eam ob cauſam dicendus hæreticus? minime gentium. Attende lector: licet enim per ſyrtes & ſcopulos navigationi vela pandiſſe oratio videatur; erit tamen ut tuto ad veritatis portum magno gaudio (ſi veritatis es cupidus) perveharis. Meminiſſe in primis debes, tres fidei formulas in eodem Sirmienſi Conventiculo eſſe editas: primam ſcriptam a Marco Arethuſio ad confutandas omnes Photini blaſphemias: ſecundam quam recitat S. Hilarius nomine Oſii atque Potamii: tertiam vero, qua ſecundam diximus emendatam. In prima egregie expreſſum atque teſtatum eſſe nomen ſubſtantiæ Filio cum patre communis, in ſecunda autem ſublatum eſſe nomen ſubſtantiæ, ac ſimilitudinis pariter ablegatum: in tertia vero aſſertam omnimodam Filii cum Patre ſimilitudinem. Primam eam interpretando, Catholicam eſſe probat Hilarius, & tertiam exiſtere conſentientem pariter Catholicæ profeſſioni, ex S. Epiphanio demonſtratum eſt. Quæ quidem omnia vera certaque eſſe, ex his quæ hoc ipſo anno paulo ante ſunt dicta, abſque ulla dubitatione liquet. Rurſum & illud in mentem revoca; quæ ſecundo loco in eo Conventu ſcripta eſt regula fidei, eamdem confeſtim ab iiſdem ipſis exploſam eſſe; & ejus exemplaria perquiſita, ne vulgarentur, atque ſublata, Conſtantiique edicto fuiſſe vetita: quamobrem neminem ita inſanæ mentis hominem puto, qui dicere audeat, Liberium Berœa e Thracia ab Imperatore Sirmium accerſitum, ut impietati ſubſcriberet, quam iidem, qui ſcripſerant & ediderant, fuerant deteſtati: nulla igitur vel levis ſuſpicio eſſe poteſt, ut dictæ perfidiæ Liberius Sirmium vocatus ſubſcripſerit.

Sed

XLVI.

Cui nam fidei formulæ Liberius ſubſcripſerit.

(a) Sozom. l. 4. c. 14.

Sed fruſtra in his laboramus, cum teſtificatione Sozomeni in primis appareat, quamnam fidei regulam Liberius ratam habuerit; ait enim (a): *Viciſſim autem confeſſionis fidei formulam a Liberio abduxerunt, quæ illis, qui Filium Patri non ſubſtantia, & cæteris omnibus ſimilem aſſeverarent, interdixit Eccleſia.* Ecce tibi quam perſpicue declaratur Liberius primæ fidei Sirmianæ adverſus Photinum editæ aſſenſum præbuiſſe; in qua inter alia pie adverſus Photinum ſtatuta, hæc habet primus ordine poſitus anathematiſmus itidem ſuperius recitatus: *Eos autem qui dicunt: De nullis extantibus eſt Filius, vel de alia ſubſtantia, & non ex Deo, & quod erat tempus, vel ſæculum, quando non erat; alienos ſcit ſancta & Catholica Eccleſia.* Iſta & alia in prima illa Sirmienſi profeſſione, quam Sanctus Hilarius interpretatus cognoſcit eſſe Catholicam. Quin & Vigilius Epiſcopus eamdem Synodum hac ex parte novit æque eſſe Catholicam, cujus decretis obviti, nihil aliud eſſe dicit, quam velle cum Photino damnari; ſunt hæc verba ipſius (b): *Illius vero Catholici Concilii apud Sirmium contra Photinum ex toto Oriente congregati, quis ſufficiat fidei ſanctiones comprehendere, quæ apud Nicænam Synodum (quia talis rei neceſſitas fuerat) nulla non ſunt omnino ſancita: quæ nullus Fidelium audet reſpuere, aut cunctatur recipere, ſi non vult cum Photino anathematis eorum ſententiæ ſubjacere?*

(b) Vigil. advers. Eutych. l. 5. c. 5. Bibl. ſanct.

XLVII.

Liberius profeſſus in filio divinam ſubſtantiam, & ſimilitudinem.

Rurſum vero cum a S. Hilario unus Oſius adducatur in crimen, quod tacendum dixerit utrumque, nempe ſubſtantiæ nomen in Filio, & omnimodam cum Patre ſimilitudinem; plane declaratur, verum eſſe quod de Liberio habet Sozomenus, profeſſione fidei ipſum ſtatuiſſe, Filium Patri ſubſtantia atque in omnibus rebus ſimilem, cum Oſius utrumque tacendum eſſe duxiſſet; nam Hilarius ait (c): *Oro vos, ne quiſquam alius ex his præter ſenem Oſium, & ipſum illum nimium ſepulcri ſui amantem reperiatur, qui tacendum exiſtimet de utroque.* Quibus vides, Liberium procul abhorruiſſe a crimine Oſii; cui ſi conniviſſet, ante omnes fuiſſet ab Hilario nominandus. Sed quid accidit? Licet Liberius nomen divinæ ſubſtantiæ fuiſſet profeſſus in Filio, tamen, quod Nicænam vocem illam *Conſubſtantialitatis* reticuiſſet, eam ob cauſam calumniam illam paſſus eſt, quod nomen Conſubſtantialitatis (ut tradit Sozomenus) damnaſſet: quiſnam autem id de Liberio diffamaſſet, idem docet, dum ait (d): *Cum Eudoxius, & cæteri cum eo Antiochiæ hæreſis Ætianæ fautores epiſtolam Oſii nacti fuiſſent, rumorem diſſiparunt, Liberium quoque verbum CONSUBSTANTIALE rejeciſſe, aſſeruiſſeque ipſum Patri diſſimilem eſſe.* Sed hæc per calumniam jactata eſſe, idem Sozomenus conſentit.

(c) Hilar. de Synod.

(d) Sozom. l. 4. c. 14.

XLVIII.

Conſubſtantiale nomen tacuiſſe non eſt hæreſis.

At longe aliud & plane diverſum eſt, dicere Liberium rejeciſſe ac damnaſſe in Filio nomen Conſubſtantialitatis cum Patre: aliud, vocem illam ſilentio ſuppreſſiſſe. Illud quidem ipſum effeciſſet hæreticum, iſtud autem nequaquam: nam aſſeverando Filium eſſe ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ, idem eſt quod dicere, eſſe Filium Patri conſubſtantialem; licet hæretici in alium ſenſum ſubſtantiæ vocem inflecterent: quam ob cauſam majoris ponderis eſſe, a Patribus judicatum, dicere conſubſtantialem Filium, quam ejuſdem ſubſtantiæ: cum tamen ob id nequaquam hæreticum eſſet dicere Filium ejuſdem eſſe ſubſtantiæ, ſed maxime Catholicum; quantumlibet eo quoque nomine ſubdole uſi fuiſſent hæretici: quorum malitia nequaquam invertere poteſt legitimum atque germanum ſenſum, qui natura atque uſu ipſo vocibus ineſt: ſicut nec ob eam cauſam quod iidem hæretici abutuntur divina Scriptura, & ex ipſa hæreſes ſuas efformant, Catholici eadem uti vetantur. Sed & S. Auguſtinum de his hic in exemplum adducamus, qui agens adverſus Paſcentium (e) Comitem, Arianum hominem, ſæpe pollicetur ſe ſubſcripturum eſſe paratum ipſius fidei, ſi nihil inveniret in ea quod adverſaretur Catholicæ veritati, etiamſi minime nomen Conſubſtantialis profiteretur: quod & Liberium feciſſe vidimus, qui eam ab ipſis ſcriptam profeſſus eſt fidem, quam novit eſſe Catholicam, & nihil habere quod rectæ fidei contrarium eſſet. At quomodo illam fidei regulam, quam S. Hilarius interpretatus demonſtrat eſſe Catholicam, non licuit Liberio profiteri? cum præſertim eam non probaſſe, nihil aliud videri potuerit (ut dictum eſt ex Vigilio) quam hæreſiarchæ Photino faviſſe.

(e) Auguſt. epiſt. 174.

XLIX.

Dicam amplius, quod cum Ætius in Syria, tum Photinus in Illyrico atque aliis provinciis abjecte nimis de Filii Dei divi-

PAGIUS XII.

Liberius ſubſcribit Formulæ Fidei Sirmienſi.

Ad num. XLVI. & ſeqq. Synodus *Sirmienſis* anno ſequenti continuata. In ea reſtitutus *Liberius*, cum Formulæ Fidei in eadem, & in Ancyrana exaratæ ſubſcripſiſſet. De ea Synodo loquitur Philoſtorgius lib. 4. cap. 3. & Sozomenus lib. 4. cap. 15. Quæ enim in eo capite a Sozomeno referuntur, in Concilio Epiſcoporum geſta eſſe manifeſtum eſt. Quippe & Formula Fidei ibi conſcripta eſt, cui ſubſcripſerunt Orientales & Occidentales Epiſcopi, & ipſe *Liberius* adhuc exul: & epiſtola ab ipſis ſcripta eſt *ad Felicem Epiſcopum* & ad Clerum urbis Romæ, ut Liberium redeuntem ſuſciperent, utque ambo ſimul, Felix videlicet ac Liberius, Epiſcopatum adminiſtrarent. Quæ, ut inquit Valeſius in Notis ad Sozomenum, nonniſi a Synodo decerni potuerunt; cum

Formula qua Photinus & Ætius damnati ſunt, qualis.

vinitate prædicaſſent, immo illam ab eo penitus rejeciſſent; inde factum eſt, ut Eleuſius, ac ſocii ejus, nempe Baſilius, Demophilus, atque alii, qui profeſſi eſſent Sirmii adverſus hujuſmodi hæreſin unam Filii cum Patre ſubſtantiam, habiti fuerint tunc a noſtris quoque Catholicis; idque teſtificatione S. Hilarii, cum ait (a): *Non peregrina loquor, neque ignorata ſcribo: audivi ac vidi vitia præſentium, non laicorum, ſed Epiſcoporum. Nam abſque Epiſcopo Eleuſio, & paucis cum eo, ex majori parte Aſianæ decem provinciæ, intra quas conſiſto, vere Deum neſciunt: atque utinam eum neſcirent; cum procliviore enim venia ignorarent, quam obtrectarent. Sed horum Epiſcoporum dolor, ſe intra ſilentium non continens, caſtitatem fidei hujus quærit, quam jamdudum per alios amiſit, &c.* Cum alioqui hic Eleuſius Epiſcopus Cyzicenus ab Epiphanio, & aliis, una cum Baſilio Ancyrano inter Semiarianos adnumeretur (b), & a Sozomeno inter illos recenſeatur (c), qui Liberio ob pacem Eccleſiarum perſuaſerit, ut vocem illam Nicæni Concilii, CONSUBSTANTIALIS, prætermitteret: quod expedire dixerunt, quo in eamdem fidem ſimul convenientes, adverſus eos bellum gererent, qui Photini & Ætii hæreſin ſuſcepiſſent; quibus ſic Liberius aſſenſus eſt, ut tamen, quo ſubſtantiæ nomini bene conſultum eſſet, Eccleſia (ut ait Sozomenus) interdixerit omnes qui Filium Patri non ſubſtantia & ceteris rebus omnibus ſimilem eſſe vererent. ☞ Ex quibus plane intelliges non eſſe ſancti Hilarii, quæ in recitata nuper epiſtola Liberii ad Orientales in textu leguntur, apud Hilarium de Synodo Ariminenſi in libro Pariſiis nuper edito, de quo ſæpe ſuperius dictum eſt: ubi enim profitetur Liberius ipſe ſe recepiſſe confeſſionem Sirmienſem a Demophilo ſibi oblatam, iſta intexuit mira audacia qui exſcripſit (d): *Hæc eſt perfidia Ariana, hoc ego notavi, non Apoſtata:* & paulo poſt rurſus: *Anathema tibi a me dictum Liberi, & ſociis tuis.* Ac rurſus quæ inferius in eadem intexuntur: *Iterum tibi anathema, & tertio prævaricator Liberi.* Quomodo inquam quis fingere poteſt, iſta eſſe Hilarii, qui eam non Demophili, vel alterius alicujus ſuperius nominatorum, ſed Oſii & Potamii fuiſſe Sirmienſem illam deteſtandam perfidiam affirmat libro de Synodis, quam ipſe Demophilus cum aliis ſuis Semiarianis eſt magnopere deteſtatus, tantum abeſt, ut obtulerit eam ipſe Liberio, & non potius ſuam ipſorum Semiarianorum, quæ fuit prima Sirmienſis nominata. Et quis neſcit teſtificatione ejuſdem Hilarii, Epiphanii & aliorum, eos qui ſcripſiſſe ponantur primam profeſſionem fidei, fuiſſe Semiarianos, Baſilium, Marcum, Demophilum, Eleuſium & Euſtathium, quos hæc procuraſſe a Conſtantio, ut Liberius ſuæ ipſorum profeſſioni ſubſcriberet, tradit Sozomenus, hoſque omnes ejuſdem farinæ homines fuiſſe profeſſores ejuſdem Filii cum Patre ſubſtantiæ & perfectæ ſimilitudinis: quam primam Sirmienſem, idem Hilarius cognovit eſſe Catholicam, cum eam eſt interpretatus.

(a) Hilar. de Synod.

(b) Epiph. hæreſi 73.

(c) Sozom. l. 4. c. 14.

(d) Hilar. frag. l. 2. pag. 47. 48.

L. Liberius Papa non niſi primam Sirmianam profeſſionem approbavit.

Nullo quidem modo potuit niſi primam Sirmianam approbaſſe Liberius, dum eam epiſtolam ſcribens ad Orientales, ſecum illis hoc facto pacem habere teſtatur; ut per Orientales dici Semiarianos, omnia hujus temporis ſcripta, Hilarii, Epiphanii & aliorum teſtantur, atque ea ipſa etiam quæ eodem libello clauduntur, quibus cum certe Liberius pacem habere minime potuiſſet, ſi Photinianæ blaſphemiæ ſubſcripſiſſet, adverſus quam, iidem ipſi Orientales, teſte Hilario, primam profeſſionem Sirmianam, damnando illam hæreſim, ediderunt. Procul igitur abſit, ut Hilarii eſſe dicamus, quæ adverſus ea, quæ in germanis Hilarii ſcriptis reperiuntur, pugnare noſcuntur, prout ea quæ nuper ſunt dicta, tum ex ipſo Hilario, tum Sozomeno aperte demonſtrant.

LI. Procul etiam abſit, ut quæ incerto auctore prodita ſunt fragmenta, præferamus germanis ſcriptis certorum auctorum, & ipſiuſmet Hilarii jam de falſo ſibi objecta calumnia reclamantis. Habet Creſconiana Collectio eamdem Liberii epiſtolam cum iiſdem adverſus eam interpoſitis additamentis anathematis, & execrationis, non tamen Hilarii nomine, ſed incerto auctore proditis. Optaſſemus iſta a Fabro noſtro fuiſſe paulo accuratius conſiderata, antequam ſententiam ferret, & affirmaret ejuſmodi execrationes in Liberium eſſe ab Hilario eidem epiſtolæ additas: nec rem tantam adeo facile judicaſſet ſub incerta fide mutilati omni ex parte voluminis, in quo (ut ipſe teſtatur) vix perpaucæ paginæ ſibi cohærent, ut bene ipſe

PAGIUS

cum repugnet Eccleſiaſticæ regulæ ac diſciplinæ, ut in una eademque Eccleſia duo ſint pariter Epiſcopi.

XIII. Tres Synodi Sirmienſes.

Hæc igitur Synodus Sirmienſis, quam Baronius cum aliis videtur confudiſſe, quæque anno ſequenti celebrata, tertia eſt inter Sirmienſes. Prima enim in qua depoſitus eſt *Photinus*, anno CCCLI. habita. Secunda, in qua *Hoſius* blaſphemiam dictavit, currenti anno congregata. Tertia denique, in qua *Liberius* reſtitutus eſt, cum Formulæ in ea conſcriptæ ſubſcripſiſſet, anno CCCLVIII. coacta. Hæc videtur fuiſſe, quam Hilarius in Fragmentis vocat perfidiam ab Arianis conſcriptam, & quam Liberius Catholicam vocat, & a Demophilo ſibi oblatam ſuſcepiſſe ſe dicit in epiſtola ad Orientales. Ob quod factum Hilarius ter anathema dicit Liberio. Sed hac de re plura ibidem Valeſius, & Petavius in Animadverſionibus Euſebianis pag. 316.

ipſe dicat, totum volumen illud inſtar faſciculi, ſe habere, in quem res diverſæ congeſtæ legantur, ut non vacet periculo, ſi abſque delectu, & exacta rerum cognitione, cuncta quæ in eo ſunt ſub nomine Hilarii admittantur.

LII. Nihil eſt igitur, quod vel fingi poſſit, vel aliquo modo dici eſſe Hilarii execrationes illas in Liberium dictas, dum nonniſi primæ Sirmianæ Liberius ſubſcripſiſſe probetur, quam ut (ſæpe dictum eſt) Hilarius non improbat: Nec eſt quod dici poſſit, ſecundæ Sirmianæ profeſſioni omni impietate refertæ ab Oſio, & Potamio ſcriptæ, ſive ſubſcriptæ, Liberium ſubſcripſiſſe: ſiquidem non potuiſſet illa oblata eſſe (ut ibi legitur) a Demophilo, neque facta opera Eleuſii & Euſtrafii & aliorum, qui communicantes cum Baſilio Ancyrano, Marco Arethuſio, & aliis Semiarianis eamdem ſecundam Sirmienſem ſunt execrati, tum ibi, tum in Concilio Ancyrano adverſus eam poſtea celebrato, tum etiam apud Sirmium in edita tertia Sirmienſi, nec non Seleucienſi, ut apud Epiphanium legitur hæreſi ſeptuageſimatertia.

LIII. Nec rurſum dici ullatenus poteſt ſubſcripſiſſe Liberius tertiæ Sirmianæ, quæ longe poſt ejus lapſum ſcripta eſt, Euſebio & Hypatio Conſulibus, ut ex iis quæ dicenda erunt, manifeſtiſſime apparebit. Sed & ſi Liberius illi ſubſcripſiſſet, nequaquam hæreſi adſtipulatus eſſet, cum in illa prædicaretur Filii Dei una cum Patre omnimodo (ut ajunt) & in omnibus perfecta ſimilitudo. Aliquis enim (ut exiſtimo) in illa incidens, & qui ejuſmodi delectum habere neſciens, ubi illa legit; mox in Liberium percitus zelo ſine ſcientia ea ſcriptis ipſius Liberii litteris interſuit.

LIV. At licet ex his omnibus perſpicue demonſtratum ſit, Liberium perſeveraſſe ſemper fide Catholicum; haud tamen probari poſſunt, aut juſte facta defendi, quod victus labefactarit ſacerdotalem conſtantiam, injuſte contra S. Athanaſium ſubſcribendo; quodque communicaverit (ut ipſe fatetur) cum illis, quorum communionem hactenus exhorruiſſet: ſed & quod etiam profeſſioni illi ſubſcripſerit, quæ licet Catholica videri poſſet, tamen voce illa Nicæna careret, *Conſubſtantialitatis*, quam majores omnes adverſus Arianos magna ſemper gloria defendiſſent. His igitur de Liberio tam in Orientali, quam etiam Occidentali Eccleſia pervulgatis; quo major perſona extitit, eo fama velocior emanavit, atque (ut accidit) majora quoque veris effinxit: ut in Oriente dictum ſit, Liberium non tantum verbum CONSUBSTANTIALE rejeciſſe, ſed aſſeveraſſe etiam (quod diximus ex Sozomeno) Filium Patri omnino diſſimilem. Verum & in Occidente increbuit rumor, Liberium inhæſiſſe Conſtantio & hæreticum evaſiſſe, quod Nicænam fidem prodere viſus eſſet, tum omittendo confeſſionem Conſubſtantialitatis, tum etiam ejus propugnatorem Athanaſium condemnando: tanti enim momenti exiſtimabatur Athanaſii cauſa, ut qui in eum ſubſcriberent, in Nicænam pariter fidem ferre calculum viderentur: hinc Sanctus Hieronymus de Lucifero ait (*a*), quod noluiſſet ſub nomine Athanaſii Nicænam fidem damnare: cum prætextu Athanaſii (ut ſæpius dictum eſt) Ariani adverſus Nicænæ fidei decreta bellum inferrent. Secundum igitur eam famam de Liberio longe lateque ſparſam, S. Hieronymus tradidit, ipſum hæreſin ſubſcripſiſſe. Hic finis Sirmianæ tragœdiæ, in qua Conſtantius, quod optabat, obtinuit, dum ſub ſpecie Photinianæ hæreſis condemnandæ, ſummos illos Catholicæ fidei defenſores ad ſua vota adeo turpiter inflexiſſet, & hæreticorum communione labefactaſſet.

Liberius in quibus jure reprehenſus

(a) *Hier. de Scrip. Eccleſ. in Lucif.*

LV. Quæ autem hæc fuerint conſecuta, Sozomenus (*b*) ita deſcribit: *Ubi vero hi tres legati Epiſcoporum Occidentalium hoc pacto receſſere; Imperator dat Liberio poteſtatem Romam revertendi: atque Epiſcopi Sirmii congregati ſcribunt litteras Felici tum Romanæ Eccleſiæ Antiſtiti, & clero ejuſdem Eccleſiæ, ut Liberium recipiant, & ambo pariter ſedem Apoſtolicam adminiſtrent, communique conſenſu & concordia ſacerdotio illo fungantur; atque tum caſum acerbum, qui in electione Felicis obtigiſſet, tum exilium Liberii, oblivione deleant. Nam populus Romanus Liberium, tum quod in aliis rebus vir excellens & ſpectatus erat, tum quod Imperatori animo adeo excelſo & conſtanti in fide defendenda contradixerat, tam eximie carum habuit, ut ſeditionem plane maximam ejus exilii cauſa conflaret, eoſque ad cædem prorumperet. Haud ita diu poſt moritur Felix, ſoluſque Liberius Eccleſiæ illi præeſt. Quod quidem non ſine divina providentia factum eſt, ne ſedes Petri a duobus Præſulibus gubernata (quæ eſt plane nota diſſidii, & a ſacroſanctis Eccleſiæ legibus aliena) ulla infamiæ macula aſpergeretur. Atque Sirmii quidem hæc geſta ſunt, quo quidem tempore propter metum Imperatoris Eccleſia Orientis & Occidentis in doctrina fidei conſentire viſa eſt.* Hactenus Sozomenus. Cæterum quod ad Felicem pertinet: ſi fidem habemus libro de Romanis Pontificibus; in Synodo Sirmiana ſic decretam eſſe reſtitutionem Liberii dicitur, ut Felix depoſitus, ceſſare juſſus eſſet: ſed quæ poſt hæc ſint ſubſecuta uſque ad Felicis obitum, proſequamur.

(b) *Sozom. l. 4. c. 14.*

Liberius Romam reverti jubetur.

Re-

LVI. Liberius rediens Romam reſpuitur.

Rediens Romam Liberius, nequaquam (ut multi putant) tunc detentus eſt in cœmeterio S. Agnetis (quod habetur in libro de Romanis Pontificibus) id enim poſtea alia occaſione contigit: ſed quod ait S. Hieronymus, tunc Liberius quaſi victor in Urbem intravit: tamen quod adeo turpiter Conſtantio conſenſiſſet, plurimorum a ſe animos abalienatos invenit: ſicque qui Felicem antea abhorrebant, vitataque ejus communione, inhærentes erant Liberio; re audita, ab eo deficientes, Felici Catholicæ fidei vexillum extollenti ſeſe junxerunt. A quo tempore cœpit Felix, ante ſchiſmaticus, haberi jam ab illis legitimus Romanæ Eccleſiæ Pontifex; exiſtimatuſque Liberius, ob manifeſtam cum hæreticis communicationem ex Epiſtolis ab ipſo ſcriptis de conniventia cum Arianis, a communicatione Catholicorum prorſus extorris: impoſſibile eſſe judicantibus cunctis, eumdem Liberium communicare poſſe hæreticis atque Catholicis. Cum igitur adeo manifeſte conſtaret de ejus communione inita Sirmii cum hæreticis; ex eo ipſo neceſſario videbatur excluſus a communione Catholica, atque ob id etiam a Pontificatus functione penitus alienus.

LVII. Poſt Liberii reditum perſecutio excitata in Eccleſia Romana.

His igitur tunc Liberio obnixius reſiſtentibus, ejuſque communicationem Ariano fœdatam contagio execrantibus; magna Romæ turbatio facta eſt, & plane perſecutio excitata a magiſtratibus adverſus eos qui non parerent litteris Imperatoris pro Liberii reſtitutione conſcriptis. Tunc plane accidit quod ſic legitur in eodem commentario de Romanis Pontificibus: *Ab eodem die* (nempe quo Liberius in Urbem ingreſſus eſt) *fuit perſecutio maxima in clero, ita ut intra Eccleſiam preſbyteri & clerici plures necarentur, & martyrio coronarentur*: Et inferius: *Perſecutio magna fuit in urbe Roma, ita ut clerici & ſacerdotes neque in Eccleſiam, neque in balnea haberent introitum.* Paſſi ſunt haud dubium hæc ii qui Liberio non communicarunt: hi enim ab Eccleſia, ubi Liberius ſuos convocabat, abhorrentes, etiam a balneis publicis abſtinebant, ne una cum illis lavarentur; ut qui ſcirent ex ſententia Joannis Evangeliſtæ, neque balnei lotione cum hæreticis participandum eſſe: in quos cum magiſtratus ſævirent, aliquotque necarent; tunc pariter contigit, ut Euſebius Romanus presbyter a miniſtris Conſtantii intra cubiculum clauſus, illic menſibus ſeptem perſeverans, fame conſumptus ſpiritum exhalarit; cujus natalis dies meruit publicis adſcribi tabulis, & anniverſaria memoria in Eccleſia celebrari (*a*). ☞ Extat de Euſebio Epigramma, quo ſignificatur ipſum alibi eſſe morte mulctatum exulem, ſi tamen ipſe eſt idem cum Euſebio, de quo agitur (*b*).

Heraclius vetait lapſos peccata dolere,
Euſebius miſeros docuit ſua crimina flere;
Scinditur in partes populus gliſcente furore.
* *Sedet loca cædes bellum diſcordia lites*
Exemplo pariter pulſi feritate Tyranni
Integra cum rector ſervaret fœdera pacis
Pertulit exilium omnino ſub judice lætus
Litore Trinacrio mundum vitamque reliquit.

(*a*) *Martyrol. Rom. die 24. Aug.*

(*b*) *Antiq. inſcript. in Append. pag. 1171. num. 17.*

* Seditio cædes.

Sane quidem de ipſo loqui Euſebio, de quo eſt ſermo, plura ſunt quæ ſuadeant, utpote qui paſſus dicatur tempore, jam conciliata Eccleſiæ pace, judice exilio decernente. ☜ Etenim magiſtratibus vi agendum, neceſſarium viſum eſt, quod non pauci, vel parvæ æſtimationis viri eſſent, qui a Liberio diſceſſiſſent, & Felicem ſequerentur Antiſtitem: ſiquidem Damaſus, magni nominis vir, inter alios ſtaret a parte Felicis; cujus licet ingreſſus exiſtimari potuerit vitioſus, quod vivente Catholico Romanæ ſedis Epiſcopo, & eodem pariter confeſſore, Romanæ Eccleſiæ ab Arianis præfici paſſus eſſet; tamen quod prævaricatione Liberii adverſus impietatem Conſtantii ſtrenue inſurrexiſſet, quem & anathemate feriiſſet; vice ſic rerum inverſa; quamplurimi, qui antea ipſum fuerant execrati, & Liberio communione tenebantur adſtricti (ut dictum eſt) hunc protinus deteſtati, Felicem veluti vindicem Catholicæ fidei conſectati ſunt. Tantus ab ipſis Apoſtolorum temporibus viguit in Romano populo amor Catholicæ diſciplinæ, atque odium in hæreticos, necnon & eis vel leviter communione conjunctos.

PAGIUS XIV. *Liberius Romam redit.*

Ad num. LVI. & ſeq. *Liberius* anno tantum ſequenti Romam rediit. Verum quidem eſt, Theodoretum lib. 2. cap. 17. ſcribere, *elapſo biennio*, nempe a *Liberii* exilio, Conſtantium Romam profectum eſſe, & a matronis Romanis rogatum *Liberium ab exilio redire* juſſiſſe. Sed Nicephorus lib. 9. cap. 35. poſtquam de earum fœminarum illuſtrium zelo locutus eſt, ait: *Et Imperator cum Epiſcopis ſuis re communicata, redditurum ſe eis hominem pollicitus eſt, ſi is eandem cum Epiſcopis ſuis concederet ſententiam.* Quare Theodoretus ex Nicephoro interpretandus, dicendumque, Conſtantium Romæ poſitum *Liberii* reſtitutionem matronis Romanis promiſiſſe, anno nempe currenti, ſed ſequenti tantum rem executioni mandatam. Certe Lex 24. Codicis Theod. *De Epiſcopis data IX. Id. Decemb. Mediolani*, directa eſt ad Felicem Epiſcopum Romanum; ideoque *Liberius* menſe Decembri Sedi ſuæ nondum reſtitutus erat: Certum eſt enim, *Liberium* non eodem tempore Sedem Romanam & conjunctim cum Felice tenuiſſe: quippe quandiu *Felix* Sedem tenuit, *Liberius* abdicatus fuit: contra, ex quo *Liberius* Epiſcopatum repetiit, Felicem expulit; quandoquidem Hieronymus in Chronico & Marcellinus aiunt: *Victor Romam ingreſſus eſt.* Diem quo

LVIII. Felicis exitus qualis. Porro de Felicis exitu diverſa plane ſcripta reperiuntur; dum in Liberio de Felice ſcribitur, depoſitum ab Epiſcopatu, habitaſſe in prædio ſuo, via Portuenſi, utque ibi in pace quieviſſe quarto Kalendas Auguſti: rurſum in eodem libro cum agitur de rebus geſtis ejuſdem Felicis, habetur ipſum ob damnationem Conſtantii, obtruncatione capitis, martyrio coronatum eſſe; & inferius, id factum dicitur in civitate Cære, ſic reſtituendum eſſe pro Cora ex antiquis Cærenſis Eccleſiæ monumentis didicimus.

Cære Civitas in Faliſcis. Eſt Cære civitas in Faliſcis, Via Aurelia poſita, decimo ſeptimo ab Urbe lapide, ubi idem Felix a populo ut patronus colitur, cujus Pontificis illuſtrata memoria facta olim fuit ſedes Epiſcopalis: eſt invenire frequenter inter alios Epiſcopos in publicis conventibus Cære Epiſcopus; corpus vero ejus in Urbem relatum, primo ad Thermas Trajani occulte eſſe ſepultum, inde vero a Damaſo presbytero & aliis clericis ejuſdem Felicis communionis eſſe tranſlatum ad baſilicam quam conſtruxerat via Aurelia.

LIX. Qualis eſſe ſoleret Conſtantii perſecutio in Epiſcopos. Cæterum miniſtrorum quidem impetu potius, quam præcepto Conſtantii, contigiſſe necem Felicis, ex eo quiſque facile valeat autumare, quod licet (ut dictum eſt) ipſe ſæviſſimus eſſet, tamen erga viros Eccleſiaſticos inhumanam quamdam patientiam affectaverit, cum ſic eos diſcruciari pateretur, ut tamen abſque martyrio iidem viverent in tormentis; quod S. Hilarius (a) in eum ſcribens, his plane verbis exprobrat: *Omnia ſæviſſima ſine invidia pretioſarum mortium perages, novo inauditoque ingenii triumpho de diabolo vinces, & ſine martyrio perſequeris. Plus crudelitati veſtræ, Nero, Deci, Maximiane, debemus; diabolum enim per vos vicimus, ſanctus ubique beatorum martyrum ſanguis exceptus eſt, dum in his dæmones mugiunt, dum ægritudines depelluntur, dum admirationum opera cernuntur, elevari ſine laqueis corpora, & diſpenſis pede fœminis veſtes non defluere in faciem, uri ſine ignibus ſpiritus, confiteri ſine interrogantis incremento fidei. At tu omnium crudelitatum crudeliſſime, damno majore in nos & venia majore deſævis*: Et paulo poſt: *Sceleſtiſſime mortalium, omnia perſecutionis mala ita temperas, ut excludas & in peccato veniam, & in confeſſione martyrium: ſed hæc ille pater tuus artifex humanarum mortium docuit, vincere ſine contumacia, jugulare ſine gladio, &c.*

(a) Hilar. in Conſtantium.

Sed etſi fidem præſtemus Marcellino ſchiſmatico; poſt Conſtantii quoque obitum, Felicem mortem oppetiiſſe, dicendum eſt: nam de Felice ait, ipſum ſupervixiſſe, non, quod tradit Sozomenus (b), poſt Liberii reditum ad modicum temporis ſpatium; ſed uſque ad Conſulatum Valentiniani atque Valentis, annis videlicet octo poſt Liberii reverſionem fuiſſe ſuperſtitem. Habetur ibidem mentio de Romano clero, quod Liberio in exilium miſſo juraverit, ſe nullum creaturum Pontificem, donec Liberius ipſis reſtitueretur: quoſdam tamen ex illis perjuros effectos intruſiſſe Felicem; ac ſubdit: *Revertente autem Liberio, cum gaudio exceptus eſt in Urbe, quando & pulſus eſt Felix: qui paulo poſt favore perjurorum reverſus eſt in Urbem, Tranſtiberinamque occupavit regionem: qui iterum urbe pellitur, ac demum Valentiniano & Valente Conſſ. decimo Kalendas Decembris migravit e vita.* Hæc ipſe, ſed favens partibus Urſicini contra Damaſum, qui poſtea ſe Felici conjunxit, nihil de ejus martyrio meminit: quod cum occulte Felicem ſubiiſſe habeat Romanum Martyrologium, fortaſſe ipſum præteriit. Conſtat etiam, eodem quoque auctore, Liberium defuncto Felice, Eccleſiam Romanam ſchiſmate ſciſſam univiſſe, atque eos, qui a Felice fuerant ordinati, in cle-

LX. Tempus obitus Felicis.

(b) Sozom. l. 4. c. 14.

PAGIUS Romam introiit, Anaſtaſius nobis conſervavit: *Ingreſſus Liberius in urbem Romam quarto Nonas Auguſti.*

XV. Synodus Melitinenſis. Celebrata hoc circiter anno *Melitinæ* in Armenia Synodus, cujus mentio apud Sozomenum lib. 4. cap. 24. & 25. ubi is Hiſtoricus loquitur de Concilio Cpolitano anno CCCLIX. inchoato, & inſequenti continuato. Nam Sozomenus de Euſtathio Sebaſtæ Epiſcopo ait: *Ab Euſebio Conſtantinopoleos Epiſcopo depoſitus* fuerat. *Deinde tanquam ſecus quam oportet, prædicans & agens & ſentiens, a Gangrenſi Concilio Epiſcopatu exutus fuerat. In Antiochenſi autem Synodo perjurii convictus erat. Et quod decreta eorum, qui Melitinæ congregati fuerant, ſubvertere conaretur,* Exauctoratus & Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymorum, *propterea quod cum Euſtathio & Elpidio communicaſſet, qui decreta Melitinenſis Synodi, cui ipſe quoque interfuerat, abrogare ſtuduerant.* Neque plura de Melitinenſi Concilio, cujus nulla mentio in Collectionibus Conciliorum Generalium. Ex citatis porro verbis intelligimus, *Concilium Gangrenſe* habitum poſt annum trecenteſimum quadrageſimum, quo Euſebius ex urbe Nicomedienſi ad Sedem Cpolitanam tranſlatus eſt, nec poſt annum CCCLVII. cum eidem Hoſius interfuerit, & poſt lapſum Cordubam receſſerit. Cum autem Cyrillus *Melitinæ* Synodo adfuerit, ea ante annum CCCLI. non congregata; quia eo circiter anno Cyrillus ſedere cœpit. *Melitinenſis* Synodi meminit S. Baſilius in epiſtola 70. ad Occidentales, ubi Euſtathium in ea Synodo depoſitum eſſe teſtatur. Quare cum Meletius Concilio Seleucenſi anno CCCLIX. congregato, tanquam Epiſcopus Sebaſtenus adfuerit, jam eo anno Euſtathius e Sebaſteno Epiſcopatu dejectus fuerat, ſicque Synodus Melitinenſis anno CCCLVIII. aut inſequenti habita.

Ad num. LVIII. & ſeqq. *Felix* hujus nominis II. *Liberio* in exilium depoſito, ordinatus eſt ab Arianis anno trecenteſimo quinquageſimo quinta, ſeditque annos plus minus tres uſque ad diem XVI. *Felix II. obitus.*

clerum cum ordinibus & honoribus recepiſſe, factumque unum paſtorem ovilis unius.

LXI. Cauſa mortis Felicis.

Cæterum cauſa illa, quæ in libro de Romanis Pontificibus aſſeritur, necis Felicis, nempe quod declaraverit Conſtantium eſſe hæreticum, eo quod ſecundo rebaptizatus eſſet ab Euſebio Nicomedienſi, minime probari poteſt; cum conſtet aſſertione majorum, Conſtantium his temporibus adhuc perſeveraſſe cathecumenum; id præſertim Hilario atteſtante, cum in ipſum invehitur (a), quod nondam regeneratus (ut ait) credendi formam præſcribere anderet Eccleſiis: id ipſum Severo (b) probante, necnon Lucifero (c) agente apud ipſum pro Athanaſio, cum eidem perſuadet, ut ab eodem Athanaſio baptiſmum acciperet: idemque Athanaſius (d) de Conſtantio affirmet, cum tempore mortis ab Euzojo Ariano initiatum eſſe baptiſmo, quod & cæteri quoque teſtantur (e). At non hæc tantum, ſed & alia pleraque in eodem commentario cum in Liberio, tum in Felice habentur, quæ erroris facile redarguantur, ac nonnulla obſcura, mendiſque depravata, & aliqua inter ſe invicem diſcrepantia, ut ex eis vix veritas aliqua elici poſſit, atque firmari.

(a) Hilar. de Synod.
(b) Sever. l. 2.
(c) Lucif. pro Athanaſio.
(d) Athan. lib. de Synod.
(e) Socr. l. 2. cap. ult. & Niceph. l. 9. c. 50.

LXII. Controverſia Romæ de Felice habita.

Quamobrem cum ingreſſus Felicis abſque controverſia a majoribus fuerit exiſtimatus iniquus, & de exitu ipſius eadem inter ſe pugnantia ſcripta nutent; inde & accidit, ut temporibus Pontificatus Gregorii Decimitertii, dum de emendatione Romani Martyrologii a viris eruditis ad hoc delectis frequentes haberentur conventus, & de Felice non levis controverſia incidiſſet, expungendus ne eſſet ob vitioſum ingreſſum ejus; vel abſque martyrii titulo relinquendus; deque his diu multumque altercatum eſſet; & ego in eam ſententiam pedibus irem, ut Felicis nomen expungendum eſſet, eoque argumento volumen haud breve ſcripſiſſem, cui faverent aſtipularenturque complures viri eruditi in Urbe tunc exiſtentes: accidit plane, veluti divino miraculo, ut cum in Diaconia ſanctorum martyrum Coſmæ & Damiani in Foro, ad templum pacis poſita, quidam male conſulti, ſed non ſine divina providentia, clam altare unum a dextris poſitum ſuffoderent, ut theſaurum invenirent, quem acceperant, neſcio quo revelante, ibi eſſe repoſitum; in marmoream arcam inciderent, in cujus altero latere, tabulæ lapideæ interſtitio ab altero diſtincto, repoſitæ invenirentur reliquiæ ſanctorum martyrum Marci atque Marcelliani & Tranquillini, in altero vero arcæ latere corpus S. Felicis, de quo agimus, una cum lapideo intercula ibidem intus poſito hiſce litteris exarato: CORPUS S. FELICIS PAPÆ ET MARTYRIS, QUI DAMNAVIT CONSTANTIUM, quod accidit pridie ejus diei, quo ejuſdem S. Felicis in Eccleſia natalis dies agi conſuevit, quarto Kalendas Auguſti, anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimoſecundo, cum de ejus meritis diſceptatio magna eſſet, jamque pene ob innumeras contrarias aſſertiones cauſa cadere videretur: Quando opportune ipſemet Felix viſus eſt admiratione omnium redivivus comparuiſſe, per ſe ſuam ipſe cauſam acturus, cum jam valde ſtylo contradicentium eſſet oppreſſus.

LXIII. Auctoris modeſtia.

Tantæ rei nonnihil tunc ipſe una cum aliis admiratione percuſſus, adinventiſque poſtea recitatis ſuperius Liberii litteris de inita ad tempus communicatione cum Arianis; accedenteque ad hæc omnia (quod majoris ponderis apud me erat) ipſa de ea re ſententia Romani Pontificis; ſtylum modeſtia Chriſtiana repreſſi, quem

PAGIUS

diem XXIX. menſis Julii anni trecenteſimi quinquageſimi octavi. Nam in auctiori Catalogo veterum Pontificum legitur: *Felix depoſitus de Epiſcopatu habitavit in prædiolo ſuo & die III. Kalendas Auguſti*. Marcellinus vero & Fauſtinus Presbyteri Schiſmatici ſcribunt: *Tertio anno rediit Liberius, cui obvians cum gaudio populus Romanus exivit; Felix notatus a Senatu & Populo de Urbe propellitur*. Iidem Marcellinus & Fauſtinus, narrata gemina expulſione Felicis ab Urbe, aiunt: *Poſt annos octo Valentiniano & Valente Coſſ.* (anno ſc. Chriſti trecenteſimo ſexageſimo quinto) *X. Kalendarum Decembrium defunctus eſt Felix*. Marcellino & Fauſtino tuto hac in re fides haberi poteſt, cum ea narrent quæ in totius Urbis conſpectu geſta erant. De S. Felicis Epiſcopatu Romano legendi Papebrocius in Conatu Chronico-Hiſtorico ad Catalogum Romanorum Pontificum, aliique. Colitur *Felix* ut Martyr, in Breviario & Martyrologio Romanis die XXIX. menſis Julii, quemadmodum in Martyrologio Adonis, aliiſque, & in Sacramentario S. Gregorii legitur Officium in *Miſſa S. Felicis Martyris & Pontificis*.

Nec eſt quod quis dicat, hæc intelligenda eſſe de *Felice primo* ſub Aureliano martyrium paſſo, & Martyrologia, quæ ipſum *Felicem ſecundum* eſſe indicant, in hoc emendatione indigere. Nam Felix primus paulo ante perſecutionem Aurelianeam ad Deum migravit, & in Indiculo Bucheriano *Depoſitionis Epiſcoporum* memoratur, non vero in Indiculo *Depoſitionis Martyrum*, ut patet ex dictis anno CCLXXIV. Duo Indiculi illi ſedente Liberio ſcripti; ideoque nihil iis de Sanctis Pontificibus habemus antiquius. Quia vero quæ de Felicis martyrio tradit Anaſtaſius, & ex eo Ado, aliique Martyrologi, fabuloſa videntur, & Marcellinus ac Fauſtinus loco laudato eum morte naturali defunctum tradunt, exiſtimo, *Felicem ſecundum* ideo Martyrem appellatum fuiſſe, quod multa pro Chriſto pertulerit, non vero quod ejus cauſa occiſus fuerit, idque ex modo loquendi prioribus Eccleſiæ ſeculis uſurpari ſolito. Hinc Pronin Canonicus Regularis Ordinis S. Auguſtini ſcribit, extare *Litanias* in Codice MS. a ſeptem aut octo ſæculis exarato, in quibus *Felix* II. in numerum Pontificum refertur cum *Sancti* ac *Confeſſoris* nomine, quod etiam *Julio* & *Damaſo* attribuunt.

XVII. *Ejus ſanctitas probata.*

quem zelo veritatis acueram: vincique a Felice, feliciſſime accidiſſe putavi: cedereque illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo D. Julio Antonio Sanctorio S. R. E. ampliſſimo Cardinali, ſimulque diſertiſſimo viro, qui egregie pro Felice ſuſceperat patrocinium, me cum ipſo triumphum magna gloria agere exiſtimavi, ipſa veritate in utroque vincente.

LXIV. *Dei in moderanda Eccleſia providentia.* Quod autem ad univerſam rerum geſtarum inter Liberium atque Felicem ſeriem ſpectat; intuere mecum, atque admirare pariter, lector, ſummam Dei providentiam, qua ſemper moderatus eſt ipſam Romanam Eccleſiam. Nam labefactato ex Arianorum communicatione, etſi non hæreſis participatione, Liberio; Felicem, antea eorumdem communicatione conjunctum excitat ex adverſo, ſtatimque erigit adverſus eos ipſos Arianos, quorum ſane ope fuerat Romanam cathedram conſecutus, & magno præſidio contra adverſarios confirmat: ſicque ad pugnam roborat, ut exagitans Arianos omnes, eorumque principem Conſtantium feriens anathemate, fuerit pro mercede inſignitus corona martyrii.

LXV. *Quæ Felicis nomine ſcripta ſint.* Quæ vero fertur Athanaſii nomine ad Felicem Romanum Pontificem ex Synodo Alexandrina epiſtola ſcripta ab Epiſcopis Ægypti, Thebaidis, atque Libyæ, haud æque probatur: quippe quod qualis fuerit ſtatus Eccleſiæ Alexandrinæ ab eo tempore, quo, exulante Liberio, Felix ſedere cœpit, jam ſatis ſuperius eſt demonſtratum: ut nullus plane locus, vel tempus cogendæ Synodi potuerit eſſe, Athanaſio fuga lapſo, & in eremo latitante, atque aliis Epiſcopis pariter exturbatis. Sunt præter hæc multa alia, quæ ibi poſita minus arrident, ut cum de ipſius Felicis ordinatione Athanaſius eumdem Felicem reddit certiorem. At ipſe ſuas merces mercator emat; de reliquis autem alii judicent.

LXVI. *Tempus ſedis Felicis.* Quantum vero temporis Felix ſederit, & hoc revocatur in dubium: ſed illud plane eſſe debet omnibus exploratum, totum illud biennium, quo ſedit, cum Liberius Berœæ exularet, nequaquam in numerum annorum computandum: ſiquidem tunc intruſus atque ſchiſmaticus erat, necnon Arianorum communione pollutus. Quod ſi velimus etiam accedente conſenſione Liberii ipſum Romanæ Eccleſiæ præfuiſſe; certe non Epiſcopus, ſed Corepiſcopus dicendus fuit, cum viveret adhuc ipſe Liberius, legitimus Eccleſiæ Pontifex. Dicebantur autem Corepiſcopi Vicarii Epiſcoporum, qui tamen erant Epiſcopi conſecrati, confecereque ordines ſacros poterant, ut Concilii Antiocheni canones (*a*) docent. Cæterum ipſum Felicem, contradicente Liberio, ſedere cœpiſſe, ipſoque invito in ſede perſeveraſſe, quæ ſuperius dicta ſunt, ſatis aperte ſignificant. Quamobrem illud certum eſt, haud ante numerari debuiſſe tempus ſedis Felicis, quam cum Liberius, Arianorum communicatione implicitus, a Catholica communione videri poterat excidiſſe, nemine cum illo communicante, niſi qui pariter cum Arianis conjuncti eſſent, quibus ipſe communione, licet non hæreſi, adhæſiſſet. A tempore igitur, quo ſedit Felix, cum Pontifex declaratus eſt, ab hoc ſcilicet anno, quantum ſederit; haud equidem omnino probare poſſumus, quod Marcellinus tradit, perveniſſe uſque ad Conſulatum Valentiniani atque Valentis, abhinc annos octo: ſed potius ipſum Felicem ſediſſe annum tantum, ac tres menſes, totidemque dies, ut habetur ſcriptum in libro de Romanis Pontificibus, quod & verius exiſtimamus: huic enim ſententiæ conſentit Sozomenus, qui eum haud diu poſt reditum Liberii, mortem oppetiiſſe tradit: cui quoque ſententiæ illud conſentaneum eſt; quod nonniſi unam ordinationem feciſſe dicatur, in qua menſe Decembris, ordinaverit presbyteros viginti unum, diaconos quoque & Epiſcopos per diverſa loca decem & novem. Ob brevitatem igitur temporis ſedis ejus, quod & habetur incluſum Pontificatu Liberii, vel ex eo quod ingreſſus Felicis fuerat vitioſus; inde factum reor, ut cum Optatus (*b*) Milevitanus; tum etiam S. Auguſtinus (*c*), cum recenſent ſeriem Romanorum Pontificum, poſt Liberium, Damaſum, omiſſo Felice, ſucceſſiſſe tradant; obiter enim cum illa tractent, atque curſim expediant, eam ſedis unius Pontificis, nempe Liberii, factam iterationem, & ſedis Felicis temporis diſtinctionem conſulto prætermiſiſſe viſi ſunt.

LXVII. *Liberii reditus quando contigit.* Demum de Felice atque Liberio (quod ad exactam temporum diſcretionem pertinet) illud admonendum eſt, non ſic nos omnia hæc de eiſdem ſub hoc anno recenſuiſſe, ut ſub eodem facta eſſe contendamus; ſed ad lectoris faciliorem intelligentiam, cum Sirmienſem Conventum, tot fidei formulis in eo deletis & renovatis, in ſequentem quoque annum conſtet fuiſſe perductum, quo & Liberium in Urbem reſtitutum eſſe putamus: ea ratione potiſſimum perſuaſi, quod de immunitate clericorum Conſtantius edictum promulgans menſe Decembris, non ad Liberium, utpote qui nondum Romam fuerat reſtitutus, ſed ad Felicem agentem Epiſcopum illud reſcripſit de Eccleſiaſtica immunitate: at licet cujus ſit Epiſcopus civitatis minime exprimatur, par eſt credere illud datum ad Felicem Romanum Pontificem. Quod enim (ut dictum eſt ſuperius ex Hilario) Julianus in odium Conſtantii Occidentalis Eccleſiæ Catholicis faverit; æquum eſt exiſtimare, quantum

(*a*) Conc. Antioch. c. 8. & 10.

(*b*) Optat. l. 2. contr. Parmen.

(*c*) Auguſt. epiſt. 165.

(a) l. 14. de Epiſcop. & Cleric. Cod. Theod.

tum licuit, eumdem ſtuduiſſe Felici. Reſcriptum autem ita ſe habet (a):

Conſtantius Aug. & Julianus Cæſar Felici Epiſcopo.

LXVIII. Reſcriptum ad Felicem.

Omnis a clericis indebitæ conventionis injuria & iniqua exactionis expellatur improbitas: nullaque conventio ſit circa eos munerum ſordidorum, &c. In fine autem ſic: *Dat. VIII. Id. Decemb. Mediolani. Lecta V. Kalendas Januarii, apud Acta, Conſtantio nonum & Juliano Cæſare ſecundum Coſſ.* Præceſſerat paulo ante, nempe menſe Novembris, aliud ejuſdem Conſtantii Imperatoris reſcriptum de confirmatione privilegiorum clericorum Romanæ Eccleſiæ ad Leontium his verbis datum: *Eccleſiæ urbis Romanæ & clericis conceſſa privilegia firmiter præcipimus cuſtodiri. Dat. IIII. Id Novemb. Mediolani, Conſtantio Auguſto IX. & Juliano Cæſ. II. Coſſ.* Quin etiam apparet ſic (ut dictum eſt) Conſtantium hoc anno & ſequenti, ex ſententia Ammiani, Sirmii degiſſe, ut tamen ſe interdum Mediolanum conferret, ſub qua metropoli Sirmium (ut ſuo loco dicemus) poſitum erat.

LXIX. Caruit ſucceſſore novo Felix.

Felice defuncto, nullus in locum ejus ſubrogatus eſt; quod Liberius, abrupta penitus, quæ recipiendæ ſedis cauſa interceſſerat, cum Arianis communicatione, ab omnibus legitimus Romanæ Eccleſiæ Pontifex, ut erat antea, cognitus & acceptus eſt. Riſu potius, quam redargutione dignum eſt recentiorum quorumdam hiſtoricorum commentum (b), dicentium Felici fuiſſe ſuffectum Leonem quemdam in ſanctum Hilarium parum æquum; quem ſero accedentem ad Synodum, in pœnam, humi conſidere juſſerit; ipſum vero divina vindicta, eadem, qua Arius pœna mulctatum, una cum viſceribus animam efflaviſſe. Somniaſſe iſta putantur, vel ſua ipſorum mente effinxiſſe fabellam, cujus tantæ rei, in tanto viro, in totius Orbis theatro confectæ, antiquorum nullus reperiatur aſſertor.

(b) Conrad. Alberſtat. Herman. Cyg. qui refelluntur ab omnibus.

LXX. Liberius poſteriori confeſſione priorem maculam abluit.

Sed jam hic integram de fide Liberii hiſtoriam proſequamur: qualis enim poſt hæc fuerit, pluribus demonſtrandum eſt; Qui agitatus æmulatione Felicis (ut diximus) ſuam ipſius ſedem occupantis, ejus potiundæ nimis cupidus, ut reſtitui in eum poſſet, adeo ignominioſe ſui oblitus, ab Arianis implorans auxilium, eorumdem, etſi non hæreſi, fuerat tamen communicatione pollutus: haudquaquam tamen in ea impietate diutius manſit ſui oblivione ſepultus; ſed qui ſic ceciderat, denuo ſurgens, magna animi conſtantia certamen iterum ſtrenue reparavit; & fidem Nicænam, quam eorum communione cum Arianis, & tacendo vocem CONSUBSTANTIALIS, videri poterat prodidiſſe, magnifice prædicavit. Hæc autem ut de his dubitantibus demonſtremus; operæ pretium viſum eſt, cunctas Liberii res geſtas, quæ poſt obitum Felicis ſunt ſubſecutæ, & quæ præterea de eodem ſint Patrum teſtimonia, hic reddere. Quod enim in primis poſt Felicis obitum ipſe receperit ad Eccleſiaſticam communionem clericos qui erant ex parte Felicis, conſervatis illis ordinibus & dignitate, quodque eodem Felice defuncto, nulla fuerit cura ejus communionis clericis alium in locum Felicis ſubrogandi Pontificem Maximum; plane argumento eſſe videtur, jam Liberium, abjecta procul Arianorum communicatione, ſe in omnibus bene Catholicum exhibuiſſe; alias nequaquam paſſi eſſent clerici communionis Catholicæ, & inter alios Damaſus, Liberii ſe communicatione fœdari.

LXXI. Liberius erexit vexillum contra Concilium Ariminenſe.

At id quidem non intra domeſticos parietes, ſed in publicis Epiſcoporum Conventibus rebus egregie geſtis id in Liberius prædicavit: ſiquidem in naufragio illo immenſo Concilii Ariminenſis, in quo (inquit S. Hieronymus c) Uſiæ nomen abolitum eſt, & Nicænæ fidei damnatio conclamata, quando & totus Orbis ingemuit, & Arianum ſe eſſe miratus eſt: tunc Liberii Romani Pontificis virtus enituit, & ejus legati Vincentii Epiſcopi Capuani, quem habuerat in lapſu conſortem. Id ſane haud vulgaris auctoris, ſed ſancti Damaſi teſtificatione perſpicue demonſtratur in illa Epiſtola, quam ad Illyrii Epiſcopos dedit; recitat eam Theodoretus (d), ubi inter alia ſcripta hæc leguntur: *Numerus Epiſcoporum qui erant Arimini in unum congregati, præjudicium vim habere non debet: præſertim cum formula illa compoſita ſit, neque Epiſcopo Romano, cujus ſententia præ cæteris omnibus expectanda erat, neque Vincentio, qui tot annis Epiſcopatum integre geſſerat; neque aliis*, &c. At hæc quæ dicit de Romano Pontifice minime conſentiente blaſphemiæ Ariminenſi, de Liberio intelligenda eſſe, Sozomenus (e) atque Nicephorus (f) fidem faciunt; cum tradunt, ea de cauſa Liberium primum omnium fuiſſe ab Eccleſia exturbatum: at quomodo ſe iſti habuerint, ſuo loco fuſius enarrabimus: ſed & hæc ſatis litteris tunc conteſtati ſunt Epiſcopi Catholicæ communionis ad Conſtantium ſcribentes, nempe affirmantes magna ex his concitanda fore diſſidia ob eam cauſam, in Romana præſertim Eccleſia, ipſo ſcilicet Pontifice Romano contradicente: recitat eas litteras, in quibus hæc inſunt, Sozomenus (g); quæ quidem omnia aperte demonſtrant, ipſum Liberium magna animi fiducia, Arianorum procaciæ, perditiſſimis illis temporibus reſtitiſſe.

(c) Hier. adverſ. Lucifer.

(d) Theod. l. 2. c. 22.

(e) Sozom. l. 4. c. 18.

(f) Niceph. l. 9. c. 42.

(g) Sozom. l. 4. c. 17.

LXXII.

Eſt etiam illud certum de Orthodoxa fide Liberii argumentum, quod Siricius (h) Papa ait, poſt ceſſatum Concilium Ariminenſe, miſſu eſſe a Liberio, quem præ-

(h) Siric. epiſt. 1. ad Himerium.

Liberius egregius fidei confeſſor.

prædeceſſorem ſuum venerandæ memoriæ nominat, decreta generalia, quomodo recipiendi eſſent hi qui ab Ariana hæreſi ad Eccleſiam Catholicam redire vellent: quod quidem ipſi ſtatuere minime licuiſſet, niſi in Catholica Eccleſia Catholicus præſideret Epiſcopus. Extat etiam ejuſdem Liberii fidei profeſſio ad Athanaſium ſcripta, cui in ſignum Catholicæ communionis, ut ipſe quoque ſubſcriberet, rogat: quam datam fuiſſe poſtquam hæc acciderunt in Concilio Sirmienſi, facile quiſque ſibi perſuadere poteſt, dum ea a Liberio pro reconciliationis fœdere eſſe ſcripta videatur, cum antea intercedente inter ambos arcto communionis vinculo ſuperfluum viſum eſſet fidem ſuam Athanaſio velle teſtatam, vel Athanaſii Liberio fieri manifeſtam, quæ jam publicis monumentis ante Romæ fuerat conſignata. Ipſa autem Liberii ad Athanaſium ſcripta fidei profeſſio ſic ſe habet (*a*):

(*a*) *Apud Athan. poſt literas ad Epictetum.*

LXXIII. Liberii fidei profeſſio.

Eſt igitur noſtra confeſſio, optatiſſime Athanaſi; Verbum, Dei Filium, ſecundum naturam ex Deo, eodemque Patre ſuo genitum eſſe, non creatum, ſemper in imperio collegam Deo, & Patri, & indeſinenter regnum obtinere in infinita ſæcula, Amen. Spiritum quoque ſanctum vero ex Deo naturaliter Deum, indiviſibilem a Deo, ſecundum divinas Scripturas; ut ſit vere Pater, vere Filius, & vere Spiritus ſanctus: neque transferri debere unumquodque nomen a ſuo ſignificato, cui aſſignatum eſt, quo vera ſit Trinitas ſub una Deitate, ſub una poteſtate, & una ſubſtantia: non enim diſpertitur Filius, aut Spiritus ſanctus a Patris ſubſtantia, quæ implet cœlum, & terram. Eſt igitur Trinitas (ut dixi) in una ſubſtantia non diviſa, ſed per eſſentiam una, Deitate una, potentia una, & regno una, una quoque gloria, una item imagine, una denique ſpiritu: Spiritus enim non dividitur. Anathematizo igitur dicens Sabellii & Arii dogmata, & ſupra annotatas hæreſes, ad æternum pœnam, ſecundum Salvatoris vocem. Huic igitur confeſſioni, frater Athanaſi, quæ vera fides in ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia cenſetur, ſi mecum ſentis, coram Judice Deo & Chriſto, quæſo, ſubſcribas: quo certiores reddamur, num ejuſdem nobiſcum ſuffragii ſis, eademque ſentias de vera fide: ut ego & ſecurior efficiar, tuaque mandata inhæſitanter obeam. Id quoque tibi cognitum velim, cariſſime, filios Veritatis confiteri, impaſſibilem eſſe Deitatem, & de adventu Verbi & Dei in carne ita ſentire: Verbum ſcilicet genitum ex Patre Deo, hominem perfectum abſque peccato aſſumpſiſſe ex Maria Virgine, ſecundum Evangelia in Chriſto Jeſu. Amen. Hactenus Liberii profeſſio, ſequeſtris (ut apparet) ad diſruptam, quæ intercedebat inter eos, communionem Catholicam conciliandam. Quam quidem poſt hæc tempora ſcriptam eſſe, ex eo quoque facile poteſt intelligi, quod tam exacta habeatur de Spiritus ſancti divinitate aſſertio, adverſus Semiarianos hæreticos, qui eamdem hæreſin poſt hæc fovere cœperunt, quibus ipſe Sirmii communicaſſet: & quod de carne Chriſti ex ſanctiſſima Maria Virgine ſumpta, teſtificationem annexam habeat; ut adverſus novam hæreſin Epicteti eſſe conſcriptam appareat.

LXXIV. Liberii fidei ſincera probata.

Quod igitur adeo teſtata atque explorata reddita eſſet fides Liberii Athanaſio; illud quoque accidit, ut idem Athanaſius (*b*) in oratione, quam ſcripſit contra Arianos, anno (ut ait) trigeſimo ſexto a damnatis hæreticis Arianis in univerſali Nicæno Concilio nempe poſt annos ab hinc quatuor, una cum cæteris magni nominis Orthodoxis, poſt Julium Romanum Pontificem, Liberium quoque recenſuerit. Quid inſuper? Nihil plane opportunius ad teſtificandam certioremque toto Orbe reddendam Liberii fidem accidere potuit, quam cum Valentiniani & Valentis Imperatorum temporibus ex Oriente Romam legatio mitteretur illorum Epiſcoporum, quibuſcum ipſe Liberius impie Sirmii communicaſſet, qui poſtea propriam confeſſati ſunt de Spiritu ſancto hæreſin Macedonii: hos, inquam, legatos, Euſtathium Sebaſtenum Epiſcopum, Silvanum Tarſenſem, & Theophilum Caſtabalorum, Romam ad Liberium venientes, ipſe recipere noluit, niſi præmiſſa fidei profeſſione Catholica ex Nicæno Concilio ſcripta; quod quidem S. Epiphanius (*c*), S. Baſilius (*d*), Socrates (*e*), & alii teſtantur.

(*b*) *Athan. orat. 1. cont. Arian. in princ.*

(*c*) *Epiph. hæreſ. 75.*

(*d*) *Baſil. epiſt. 74.*

(*e*) *Socrat. l. 4. c. 12. Niceph. l. 9. cap. 60.*

LXXV. Qualis fide & meritis Liberius.

Qua inſuper fama fuerit Liberius in Eccleſia Catholica apud præſtantiſſimos quoſque viros, S. Ambroſii elogium prædicat, dum libro tertio quem ſcripſit de Virginitate ad Marcellinam ſororem, ornamenti gratia, tamquam præſtans quoddam emblema, intexuiſſe voluit ejuſdem Liberii ſermonem habitum in ejuſdem Marcellinæ ſpiritualibus nuptiis, cum ſe Deo perpetua virginitate dicaret; cui hæc ipſe præfatur Ambroſius (*f*): *Quoniam quæ habuimus, digeſſimus ſuperioribus libris duobus; tempus eſt, ſoror ſancta, ea quæ mecum conferre ſoles, beatæ memoriæ Liberii præcepta revolvere, ut, quo vir ſanctior, eo ſermo accedat gratior, &c.* Ineſt in ea oratione de Filii Dei divinitate excellens aſſertio occaſione celebritatis Natalis Domini, quo idem Liberius eam ad populum habuit homiliam: qua ad verbum integre recitata, ſic poſt fatur Ambroſius: *Hæc tecum ſancta memoriæ Liberius, quæ apud alios majora verbis, apud te minora exemplis, &c.*

(*f*) *Ambr. de Virg. l. 3.*

LXXVI. Jam intelligis, lector ex his omnibus, ablutam penitus præteritam Sirmii contractam impietatis ex Arianorum conſortio ma-

Digitized by Google

maculam: ſed & præſtanti Catholicæ fidei confeſſione atque defenſione eo gloriæ Liberium perveniſſe, ut nihil minus habuerit honoris, & laudis a præclariſſimis quibuſcumque Romanæ Eccleſiæ Pontificibus. At de Liberio modo hactenus.

LXXVI. Ætii hæreſis falſo prætextu validatur.

Jam vero ad res geſtas a Conſtantio Sirmii redeamus: quem quidem non præſenti tantum anno, ſed & ſequenti quoque ibidem conſediſſe, ex Ammiano colligimus. Licet autem tertia Sirmiana fidei profeſſione damnati eſſent omnes qui aſſererent Filium Patri diſſimilem, atque iidem Imperatoris adverſus eoſdem edictum promulgaſſent; tamen qui in Syria favebant Ætio, iſtud ipſum impio dogmate affirmanti (inter quos Eudoxius (*a*) erat, qui malis artibus invaſerat Antiochenam ſedem) eamdem hæreſin propugnabant, atque auctoritate Oſii defendebant; quin & calumnioſe nomen quoque Liberii ad validandam impietatem procaciter uſurpabant; cujus cauſa (ut dictum eſt) Liberius publice illud edixerat: *Qui Filium Patri non ſubſtantia & cæteris rebus omnibus ſimilem aſſeveraret, anathema ſit.* Horum autem conatus cum accepiſſet Conſtantius a legatis Synodi Ancyræ huc eodem anno habitæ, ad Antiochenos adverſus Eudoxium litteras dedit, quas recitat Sozomenus (*b*); quibus & præponit Georgii Epiſcopi Laodiceni litteras ad eos qui Ancyræ convenerant, quæ ſic ſe habent:

(*a*) Sozom. l. 4. c. 14.

(*b*) Sozom. l. 4. c. 12. 13.

LXXVII. Georgii litteræ ad oppugnatores Ætii.

Dominis honoratiſſimis, Macedonio, Baſilio, & Cecropio, Georgius in Domino S.

Naufragium fidei, quod ab Ætio factum eſt, univerſam pene Antiochiam occupavit. Nam Eudoxius diſcipulos execrabilis Ætii, qui ſunt a vobis honoris Eccleſiaſtici gradibus dimoti, ad ſe adſcitos in clerum adſcribit, & ipſum Ætium hæreticum habet in eorum numero, quoe ſummo honore proſequitur. Quare ſubvenite huic tam illuſtri Civitati, ne ejus naufragio totus Orbis terrarum etiam evertatur. Atque vos cum ſitis jam in unum coacti, una cum cæteris qui ad vos forte ſunt venturi, ſubſcriptiones ab aliis quoque Epiſcopis exigite, ad eum finem, uti Eudoxius cum ipſum Ætium ejiciat Eccleſia Antiochena, tum diſcipulos ejus in clerum delectos inde amandet. Quod ſi pergat cum Ætio Filium Patri diſſimilem vocare; & hos qui iſtud dicere audeant, illis qui contradicant, anteponere; actum eſt penitus (ut dixi ante) de Eccleſia Antiochena. Hucuſque Georgii litteræ: quibus illi acceptis, una cum anathematiſmis illis, quos recenſuimus, adverſus tum Sirmianam impietatem, tum Ætii hæreſin conſtitutis, hæc omnia Sirmium ad Conſtantium per legatos miſere. Qui, cunctis accurate perſpectis, ad Antiochenos adverſus Eudoxium in hunc modum ſcripſit:

Victor Conſtantius Max. Aug. Sanctæ Eccleſiæ Antiochenæ S.

LXXVIII. Conſtantii litteræ ad Antiochenos.

Eudoxius, non a nobis miſſus, ad vos venit: neque quiſquam ſic putet. Ab eo enim longe abſumus, ut hujuſmodi hominibus favere velimus. Quod ſi præter cætera iſtud præterea comminiſcuntur; certe perſpicuum eſt, eos in Deum optimum maximum falſo ementitos eſſe. At ecquæ res ſunt, a quibus ſe ſua ſponte abſtineant illi, qui dominandi libidine accenſi, Civitates invadere, & velut transfugæ ex una in aliam devolare, omnes denique receſſus & latebras, potentiæ & facultatum augendarum ſtudio, rimari non ceſſant? Fama eſt præterea, apud hos eſſe præſtigiatores quoſdam & ſophiſtas, quos ne nominare quidem fas eſt, officinam plane maleficam, & maxime impiam. Omnino certe & vos ipſi horum conſpirationem perſpicitis: omnino etiam ex verbis ipſius hæreſis, tum ejus auctorem agnoſcitis, tum cæteros qui ad eamdem hæreſin propagandam, operam ac ſtudium conferunt; a quibus hoc unum duntaxat laboratur, ut populum ſui erroris contagione inficiant. Cæterum veteratores iſti, & audacia ad omnia projecti, jam tale quoddam apud quoſdam juveniliter jactitarunt, quod nos ſimus eorum ordinatione, qua ipſi ſe miniſtros Eccleſiæ ordinarint, lætati. Iſta quidem ab illis decantantur, qui talia paſſim jactare ſolent. Verum res neque omnino ita ſe habet, neque prope ad id quidem accedit. Quin revocate, quæſo, ad memoriam verba prima, quæ tum habebantur, cum de fide deliberatum eſt; quibus quidem demonſtrabatur Salvatorem noſtrum, Filium Dei, ſubſtantia Patri ſimilem eſſe.

LXXIX. Quid in Eudoxianos Conſtantius.

At vero generoſi iſti, ea quæ temere ſibi ſuccurrunt, de Deo effutientes, eo impietatis proceſſerunt, uti, cum res a veritate alienas ipſi aſſerant, tum eaſdem alios docere moliantur. In quorum caput licet hanc impietatem tandem recaſuram credamus, tamen interim placet eos a conventibus Eccleſiaſticis & communi populi congreſſu prohibere. Etenim in præſentia illos hæc prædicere cogor, quæ brevi poſt, niſi a rabie iſta ſe temperent, ſunt profecto ſubituri. Qui quidem (nam quid eſt hoc, quod non tentent, quo malum hoc adaugeant?) improbiſſimos homines tamquam ex mandato, in unum cogunt, hoſque errorum ſcilicet duces, qui venerandum ſacerdotum habitum adulterant, in clerum adſcribunt; perinde ac ſi ipſis liceret agere & ferre omnia. At quis eſt inter vivos numeratus, qui iſtos ferre poſſit? qui quidem urbes impietate refercient, ſuam ſuperbiam vi occultare ſtudent, atque hoc unum opus ipſis voluptati eſt, nimirum

ut bonis perpetuo invideant. Ac deſinat tandem malitioſa hæreticorum conſpiratio divinis Epiſcoporum ſedibus inſidias tendere: jam tempus eſt, ut veritatis alumni in lucem prodeant, hique veniant in medium, qui domiciliis ac ſedibus relictis aufugerunt, metuque jampridem implicati fuerunt. Nam & horum ſapientia explorate perſpecta eſt, & nulla nova machinationis ratio excogitari poteſt, quæ illos impietate queat eximere. Bonorum officium eſt, fide Patrum vivere, hancque (ut dictum eſt) adaugere, neque ultra carioſe inquirere. Cohortarer autem eos, qui licet ſero ex hoc erroris barathro ſe exemerint, uti aſſentiantur huic deciſioni, quam Epiſcopi litterarum ſanctarum valde eruditi de Deo Opt. Max. apte & convenienter ſanciverint. Hucuſque Conſtantius ad Antiochenos. Subdit hæc de his Sozomenus (a):

(a) Sozom. l. 4. c. 13.

LXXX. Hæreſis Anomianorum.

Ex illo quidem tempore hæreſis Anomianorum, id eſt, eorum qui Filium Dei Patri diſſimilem aſſererent, invaluiſſet; niſi Imperator ipſe Epiſcoporum opera & diligentia interceſſiſſet. Tertia ſcilicet Sirmiana confeſſione, qua aſſerebatur (ut dictum eſt) Filius per omnia Patri ſimilis eſſe. Probe vides, lector, quibus coloribus ab ipſo Conſtantio deſcribantur impugnatores Chriſti divinitatis: ut ex his ipſis, ſera licet ipſius teſtificatione, Conſtantii perfidia convincatur; qui tantopere damnans ejuſmodi hæreſim, ejuſque ſectatores hæreticos, inſtar Saul interdum prophetantis inter Prophetas, vera dicit, prout videmus ab eo indicta epiſtola factum eſſe; ſed idem arripitur poſtea a malo Dæmone, furenſque lanceam jacit in David: in ipſum, inquam, Chriſtum blaſphemiæ jacula vibrans, ejus divinitatem (proh amentia!) conatus eſt, ſi poſſit, occidere: atque adeo nihil propius Conſtantio inhæſit, quam inconſtantia cum impietate conjuncta. In quem enim hac epiſtola adeo invectus eſt, paulo poſt (ut dicemus) eumdem creat ex Antiocheno Conſtantinopolitanum Epiſcopum.

LXXXI. Hilarii invectiva in inconſtantiam Conſtantii Imperatoris.

(b) Hilar. cont. Conſtantium.

Sed audi, rogo, quam juſte ea de cauſa in ipſum S. Hilarius (b) invehatur, dum ait: *Poſt Synodum deinde Sardicenſem, omnem rurſus adverſus Photinum Sirmii Catholica doctrina tua commoves curam. Sed tibi ſtatim hoc, quod utraque fide continebatur, exhorret. Eos autem qui dicunt de non extantibus eſſe Filium Dei, vel ex alia ſubſtantia, & non ex Deo, & quod erat aliquando tempus, aut ſæculum, quando non erat; alienos novit ſancta Catholica Eccleſia. Tu his ipſis diffides, & adverſus tuos hoſtis rebellas, novis vetera ſubvertis: nova ipſa rurſum innovata emendatione ſcindis, emendata autem iterum emendando condemnas. Suſcipis etiam adverſas deliramenta Oſii, & incrementa Urſacii, & Valentis emendationum tuarum damnationem: ſed mox emendanda tua omnia eſſe, vel potius damnanda conſtituis; offenderis enim his paucis inimiciſſimis tibi verbis:* & paulo poſt: *Taceo* (inquit) *cur noſtra apud Nicæam a Patribus geſta reſcindis: non enim cum his tibi conveniat: hoc tantum querar; cur tua damnas? Fidem enim unam, & unum baptiſma Apoſtolus prædicat. Jam quicquid apud te præter fidem unam eſt, perfidia, non fides eſt. Nam qui fidem emendando condemnas, damnationem fidei eſſe conſtituis, dum apud te aboletur per alteram, quæ per alteram rurſus abolenda eſt. Cujus enim tu exinde Epiſcopi manum innocentem reliquiſti? Quam linguam non ad falſiloquium coegiſti? Quod cor non ad damnationem anterioris ſententiæ demutaſti?* atque deinde:

LXXXII. Redarguit levitatem Conſtantii.

Damnas quoque & ſubſtantiæ nomen, quo te & Sardicenſi Synodo & Sirmienſi pium eſſe, Occidentalibus mentiebaris; quod tamen prophetica auctoritate ſuſcepta, fidei intelligentiam continebat. Omne itaque quod probatum antea eſt, damnare jubes; quod improbatum ſemper eſt, ſanctificari compellis. O tu ſceleſte, quod ludibrium de Eccleſia facis? Soli canes ad vomitum ſuum redeunt: tu ſacerdotes Chriſti reſorbere ea quæ expuerant, coegiſti: probare eos id in ſuis confeſſionibus præcipis, quod ante damnaverant: in negando reos ſuos abſolvunt, & ſe ipſos reos reddunt. Omnia in impietatem & in reatum detruſiſti; dum omnes reos ſe eſſe atque impios, aut ex præſentibus ſtatutis, aut ex præteritis confitentur. Non recipit mendacium veritas, nec patitur religio impietatem. Chriſtianum te loqueris? ſed quam non ſis, ipſe teſtaris. Nec confeſſioni tuæ geſta conveniunt. Subſtraviſti enim voluntati tuæ, ſed & violentiæ. Mandas tibi ſubſcriptiones Afrorum, quibus blaſphemiam Urſacii & Valentis condemnaverant, reddi: renitentibus comminaris, & poſtremo ad diripiendos mittis. Quid exiſtimas Chriſtum nonniſi per litteram judicare, & ad arguendam voluntatem indigere chartula Deum? aut quod ſemel ſcriptum eſt, & per te violenter abreptum, id de conſcientia poſſe divinæ poteſtatis aboleri? Sequentur quidem te in cineres chartulæ, ſed crimenoſorum apud Deum vivent condemnationes. Hæc Hilarius. Subſcripſerunt Africani Epiſcopi (quod ex Sozomeno (c) dictum eſt) Sirmianæ profeſſioni, in qua divina ſubſtantia Filii aſſerebatur. Quæ vero rurſus ad abolendam a Filio Dei divinam ſubſtantiam Conſtantius cum ſuis ſit operatus; dicemus anno ſequenti, in quem eumdem Conventum Sirmienſem eſſe productum, prolixitas rerum geſtarum admonet.

(c) Sozom. l. 4. c. 14.

Quod

Digitized by Google

LXXXIII. Quod autem ad externa pertinet, quæ ad cognitionem quoque rerum noſtrarum maxime interdum conducunt; conſtat Ammiani (*a*) aſſertione, hoc anno Julianum Cæſarem, ab exercitu eſſe acclamatum Auguſtum; quod hujus anni exordio, cum ſex Alemannorum Reges adverſus Romanos, Gallias incurſando, bella moviſſent, a Juliano victi eſſent.

(*a*) *Ammian. l. 16.* Julianus acclamatus Auguſtus.

Hoc pariter anno Conſtantius Imp. adverſus gladiatorum munera exhibentes, ad Orfitum Urbi Præfectum, ejuſmodi reſcriptum dedit (*b*): *Univerſi qui in urbe Roma gladiatorum munus impendunt, prohibitum eſſe cognoſcant, ſolicitandi auctorandos milites, vel eos qui Palatina ſunt præditi dignitate; ſex auri librarum mulcta imminente, ſi quis contra tentaverit. Sponte etiam ad Munerarium adeuntes, per officium ſublimitatis tuæ ad Magiſtros equitum ac peditum, aut eos qui gubernant officia Palatina, oneratos ferreis vinculis mitti conveniet; ut hujus legis ſtatuto Palatii dignitas a gladiatorio deteſtando nomine vindicetur. Dat. XVI. Kalend. Novemb. Conſtantio Aug. IX. & Julian. Cæſ. II. Coſſ.*

(*b*) *l. 2. de Glad. Cod. Theod.* Quid in Gladiatores Conſtantius.

Ann. Eccl. Tom. IV.

Hoc eodem anno, iiſdem Coſs. ſub præfectura ejuſdem Orfiti, cujus modo mentio facta eſt, obeliſcus omnium maximus Alexandria allatus, Conſtantii juſſu erectus eſt in Circo Maximo: rem geſtam Ammianus deſcribit (*c*). Quem in eodem Circo fractum, jacentem, terra ſepultum, nuper Sixtus Quintus in Lateranum tranſlatum, ac pene in integrum reſtitutum, Crucis vexillo nobilitatum, Chriſti gloriæ conſecravit: de quo plura omittimus dicere, cum hujus argumenti pereruditum commentarium haud pridem ediderit eodem tempore Michael Mercatus Miniatenſis, S. R. E. Protonotarius: quanta autem inſit ornatiſſimo, atque eruditiſſimo viro, poſt alias naturalium rerum ſcientias, litterarum antiquarum peritia, cum commentarius id ipſe proclamet, noſtro non opus eſt præconio commendari. LXXXIV. Obeliſcus erectus, & reſtitutus.

(*c*) *Ammian. l. 17.*

LXXXV. Eiſdem quoque Conſulibus, adverſus maleficos ad Populum prope finem anni hujus idem Conſtantius reſcriptum dedit, in quo hæc inter alia (*d*): *Multi magicis artibus auſi elementa turbare, vitas inſontium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare, ut quiſque*

(*d*) *l. 5. de Malef. Cod. Theod.* Conſtantius exagitat maleficos.

PAGIUS

XVIII. *Obeliſcus Romæ erectus.* Ad num. LXXXIII. & ſeqq. Ex Obeliſco hoc anno ſeptimis Imperii Cæſarei *Conſtantii* Quinquennalibus addicto, hujus Imperatoris juſſu Romæ erecto, intelligimus, Imperatores annis id genus ſolemnia deſtinatis ſimilia monumenta de more poſuiſſe; quod non ſemel infra obſervabimus.

XIX. *Gladiatores paulatim abolentur.* Data hoc anno a Conſtantio Imperatore Lex 2. Codicis Theod. *De Gladiatoribus*, qua Palatinis & militibus nominatim Gladiatorius ludus interdictus. Nempe cum Gladiatorum *deteſtandum nomen*, ut illud Conſtantius vocat, Romæ adhuc duraret, quicquid in Oriente Conſtantinus M. Lege prima ejuſdem Codicis *De Gladiatoribus*, anno CCCXXV. data conſtituiſſet, & ſic Roma hac parte veterem morem retineret, atque adeo Principes Gladiatoria ſpectacula, quamlibet *deteſtanda* ibi ferre cogerentur (quod hæc Lex apertiſſime oſtendit, itemque Lex 3. *De Gladiatoribus*, & Symmachus lib. 10. epiſtol. 61.) ſatis viſum initio, ſi nonnullis ſaltem & honeſtis vitæ generibus ludo Gladiatorio ibi interdiceretur: quod utique factum hac Conſtantii Conſtitutione. Sic paulatim *Gladiatores* Romæ aboliti, donec tandem *Honorius* eos penitus antiquavit. Toto cœlo porro errant, qui *Gladiatores* hac Lege a Conſtantio penitus ſublatos ſcribunt. Nam Gladiatores hac Lege, etſi *deteſtandos* eos vocat, in commune Romæ tolerantur, Palatini tantum & milites in ludum deſcendere, ſeque auctorare vetantur: quod alioquin utrique facere ſoliti: quia & utrique proceſſoſi, ut Caſſiodorus eos vocat, & armaturæ periti erant; ac proinde prono facilique exinde ad ludum tranſitu. Plura Gothofredus in illius Legis Commentario.

XX. *Magicæ artes prohibitæ.* Data & hoc anno Lex 5. ejuſdem Codicis *De Maleficis*, qua Conſtantius damnat magicarum artium uſum, quem aliqui uſurpabant ad labem conciliandam, id eſt, ad inſontes & inimicos ſuos labefactandos vel conficiendos. Ait Lex: *Multi magicis artibus auſi elementa turbare, vitas inſontium labefactare non dubitant.* Scilicet elementa turbari magicis artibus Antiquitas quoque credidit. In Viſigothicis lib. 6. t. 2. l. 3. *Malefici & immiſſores tempeſtatum, qui quibuſdam incantationibus grandinem in vineas, meſſeſque mittere perhibentur* &c. Hi *tempeſtarii* proprie dicti. Elegans eſt locus apud Agobardum Epiſcopum pag. 138. *In his regionibus pene omnes homines nobiles & ignobiles, urbani & ruſtici, ſenes & juvenes putant, grandines & tonitrua hominum libitu poſſe fieri: dicunt enim mox, ut audierint tonitrua, & viderint fulgura,* AURA LEVATITIA *eſt. Interrogati autem quid ſit aura levatitia, confirmant incantationibus hominum, qui dicuntur tempeſtarii, eſſe levatam.* Addit, Lex: *Et Manibus accitis audent ventilare, ut quiſque ſuos conficiat malis artibus inimicos.* Præcipue enim hæ Magorum præſtigiæ fuerunt animarum & ſpirituum evocationes, quarum meminit Juſtinus Apologia 2. Defunctorum animas *inclamare* dicit Tertullianus in Apologetico cap. 23. *Porro ſi & Magi phantaſmata edunt, & jam defunctorum inclamant animas, ſi pueros in eloquium oraculi eliciunt, ſi multa miracula circulatoriis præſtigiis ludunt,* &c. Phantaſmata dixit Tertullianus, quia Magi ſenſibus illudunt, ac viſus præſtigiis obcæcantibus fallunt, dum videre nos putamus quæ non ſunt, niſi per phantaſiam. Hæc & plura alia Gothofredus in illius Legis Commentario.

XXI. *Copiatæ immunes a Luſtrali collatione.* Huc etiam referenda Lex 15. Codicis Theod. *De Luſtrali collatione*, quæ dicitur dat. *IV. Non. Decemb. acc. Rom. VIII. Id. Feb. Conſtantio A. IX. & Juliano Cæſ. II. Coſſ.* Ea declarat Conſtantius a Luſtrali collatione præſtanda Clericos excipi tantum, qui *Copiatæ* appellantur. Horum *Copiatarum* officium erat circa defunctorum obſequia, ut docet Epiphanius in fine libri 3. contra Hæreticos. Iidem & *Foſſarii* dicti, de quibus Auctor *tractatus de ſeptem gradibus Eccleſiæ ad Ruſticum Narbonenſem*, inter Opera D. Hieronymi cap. 2. tomo ultimo. Porro dicti *Copiatæ* videntur, tanquam ſi diceres *Operarios*, vel *Laboratores*, ἀπὸ τοῦ κόπτω καὶ κοπιᾶσθαι. Quæ Lex a Baronio omiſſa, hic delibanda fuit. De ea plura Gothofredus in Commentario.

Digitized by Google

ſuos conficiat malis artibus inimicos. Hos, quoniam natura peregrini ſunt, feralis peſtis abſumat. Dat. prid. Non. Decemb. Mediol. Conſtantio IX. & Juliano Caſ. Coſſ. quibus etiam Conſulibus notatum habetur ejuſdem argumenti reſcriptum in Codice Theodoſiano: ſed in Codice Juſtinianeo, octavo Conſulatu Conſtantii, nempe anno ſuperiore, ſub quo ſuperius eſt recitatum. At cur adverſus hujuſmodi facinoroſos frequenter edixerit, dicemus anno ſequenti.

JESU CHRISTI ANNUS 358. | LIBERII PAP. ANNUS 7. | CONSTANTII IMP. ANNUS 22.

I. Concil. Nicomediæ indictum impeditur.

QUI ſequitur annus Domini trecenteſimus quinquageſimus octavus, Conſulatu Daciani & Cerealis aperitur: quo verſa rerum vice Liberius Romam a Conſtantio reſtitutus, a clero deſeritur, quod videretur Arianorum communicatione pollutus; & Felix in Arianos magnis ſe ſpiritibus erigens; ab illis etiam, qui hactenus Liberio inhæſiſſent, Pontifex ſalutatur. Hæc autem quomodo ſe habuerint, ſuperiori anno, quo cœpta eſſe diximus, ſunt fuſius enarrata. Quo item anno abſoluta Sirmiana pſeudoſynodo, ubi triplici profeſſione fidei illic edita, non tam pax inter eos ſanciri viſa eſt, quam inter ipſos etiam Arianos cœpta diſſidia majoribus incrementis augeri, rurſum ad hos componendos major ſollicitudo Conſtantii Imperatoris mentem exagitat, atque de celebrando Nicomediæ Concilio primum omnium conſilium iniit: quod tamen magno prodigio divinitus edito eſt impeditum; ait enim Socrates (a): *Viſum erat Conſtantio, ut Epiſcopi Nicomediæ Bithiniæ cogerentur: tamen terræmotus maximus, qui illic accedebat, cujus impetu Nicomedia corruit, impedimento fuit, quominus in eum locum convenirent: iſtud factum eſt Tatiano * & Cereali Coſſ. quinto Kal. Septemb.* Hæc Socrates.

(a) Socrat. l. 2. c. 31.

* Daciano.

II. Cecidit, cecidit Babylon magna (b) (vox fuit piorum) Reges terræ cum illa fornicati ſunt. In ipſa Euſebius, ex quo Euſebiani Arianæ hæreſis defenſores, impietatis aperuit officinam, ex qua Reges, & cum eis totus pene Orbis factus eſt impius. At memorabilis ac divinitus immiſſa clades ſic ab Ammiano deſcribitur (c): *Iiſdem diebus terræmotus horrendi per Macedoniam, Aſiamque, & Pontum, aſſiduis impulſibus oppida multa contuſſerunt & montes. Inter monumenta tamen multiformium ærumnarum eminuere Nicomediæ clades, Bithyniæ urbium matris, cujus ruinarum eventum vere breviterque abſolvam. Primo lucis exortu dier IX. Kal. Septembrium concreti nubium globi nigrantium lætam paulo ante cæli ſpeciem confuderunt, & amandato Solis ſplendore, nec contigua, vel appoſita cernebantur; ita oculorum obtutu perſtricto, humo involutus vaſtæ caliginis ſquallor inſedit. Dein velut numine*

(b) Apoc. 18.

(c) Ammian. l. 17.

Nicomedia terræmotu corruit.

PAGIUS SÆC. IV. Anno Urbis 1111. Olymp. 284. an. 2. A. C. 358.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5851.

☉ 3. D. ☽ 17. P. 12. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 358.

LIBERII PAPÆ 7.

CONSTANTII IMP. 22.

[1] AD num. I. Coſſ. *Neratius Cerealis, & Datianus.* De Datiano legendus Valeſius in Notis ad lib. 2. Socratis cap. 39. qui plura de eo ex Libanio habet. I. Conſules.

[1] COſſ. *Neratius Cerealis, & Datianus,* Ammianus lib. XVII. *Datiano, & Cereali coſſ.* Relandus habet: *Poſt conſulatum Conſtantii & Juliani Caſaris II.* ex lege X. Cod. Theod. de curſu publico. Deinde: *Ti. Fabius Datianus, & Neratius Cerealis.* Nonnulli in hunc annum Chriſti 358. conferunt conſulatum *C. Mæſii Aquillii & Fabii Titiani*, quorum nomina ſunt in veteri lapide apud Gualtherum, ex quo Fabrettus, pag. 119. num. 6. Gruterus pag. CCCIII. 2. & MLXXXVII. 4. 5.

DATIANO. ET. CEREALE
CONS. &c.
TRADIDERUNT. PATRICA
XIII. KAL. MAI. FELIC.

Reineſius, cl. XX. pag. 929.

REQUIRVIT. DI. XIV. KAL. DECEM.
DAT. ET. CAER. CONSS.

Vide Sponiam in Miſcell. pag. 295. Conſtelorium de Præf. Urb. pag. 57. Fabrettus, pag. 706.

NERATIUS. CEREALIS. V. C.
CONS. ORD.

Faſti Idatii, Proſperi Chronicon, & laterculus Bucherianus: *Datiano, & Cereale.* De Cereali Ammianus lib. XV. & S. Hieronymus epiſt. XCVI. Laterculus Paſchalis in Codice Vaticano, poſt Gennadium de Viris illuſtribus: DATIANO. ET CEREALE.

mine ſummo fatales contorquente manubias, ventoſque ab ipſis excitante cardinibus, * invaluit. magnitudo furentium incubuit * procellarum. Cujus impetu pulſorum auditus eſt montium gemitus, & eliſi littoris fragor: hæcque ſecuti typhones atque præſteres, cum horrifico tremore terrarum, Civitatem & ſuburbana funditus everterunt. Et quo- * acclivitatem. niam ad Civitatem * collium ædes pleræque vehebantur, aliæ ſuper alias concidebant, * reclangentibus. relanguentibus * cunctæ ſonitu ruinarum immenſo.

III. Horrendi caſus ex terræmotu. Interimque clamoribus variis excelſa culmina reſultabant quæritantium conjugum; liberoſque, & ſi quid neceſſitudinis arcte conſtringunt. Poſt horam denique ſecundam, multo ante tertiam, aer jam ſudus & liquidus latentes retexit ſunereas ſtrages. Nonnulli enim ſuperruentium ruderum vi nimia conſtipati, ſub ipſis interiere ponderibus; quidam collo tenus aggeribus obruti, cum ſupereſſe poſſent, ſi qui juviſſent, auxiliorum inopia necabantur. Alii lignorum extantium a culminibus fixi pendebant, uno ictu cæſi complures paulo ante homines, tunc promiſcue ſtrages cadaverum cernebantur. Quoſdam domorum inclinata faſtigia intrinſecus ferebant intactos, angore & inedia conſumendos. Inter quos Ariſtænetus affectatam regens Diœceſim, curans vicaria poteſtate, quam Conſtantius ad honorem uxoris Euſebiæ, Pietatis eo cognominarat, animam hoc caſu cruciatam diutius exhalavit. Alii ſubita magnitudine, oppreſſi iiſdem adhuc molibus conteguntur. Colliſis quidam capitibus, vel humeris præſectis, aut cruribus, inter vitæ mortiſque confinia, aliorum adjumenta, paria perferentium, implorantes cum obteſtatione magna, deſerebantur. Et ſupereſſe potuit ædium ſacrarum & privatarum, hominumque pars major; ni palantes abrupti flammarum ardores per quinquaginta dies & noctes, quicquid conſumi poterat, exuſſiſſent. Hactenus de clade Nicomediæ auctor.

IV. Epiſcopi inanes redeunt. Erant Epiſcopi in itinere conventuri ad Synodum, quorum princeps inter alios eminere videbatur Baſilius Ancyranus, qui adverſus Acianos, Photinianos, atque Ætianos, inferni monſtra Eccleſiam invadentia, pro ſubſtantia divina in Filio Dei, una cum ſuis videbatur ſubiiſſe certamen. Agit de iiſdem Epiſcopis & eadem quoque Nicomedienſi ruina Sozomenus his verbis: (a) Sozom. l. 4. c. 15. (a) Jam vero cum multi Epiſcopi eſſent in itinere, nunciatum eſt, gravem calamitatem Nicomediam occupaſſe, Deumque univerſam urbem terræmotu concuſſiſſe. Poſtquam autem fama ubique percrebuit, Civitatem funditus everſam eſſe; impedimento fuit quo minus Epiſcopi longius in itinere progrederentur. Nam fama, quod quidem ſolet efficere, his qui longe aberant nunciavit, hanc cladem non modo eos afflictaſſe, quos re vera afflictaverat, verum etiam Nicæam, Perinthum, & alias urbes finitimas, quin etiam Conſtantinopolim in ejuſdem calamitatis ſocietatem veniſſe promulgavit. Qui quidem caſus non mediocri dolore affecit Epiſcopos qui ſanæ doctrinæ favebant: propterea quod Eccleſia, quæ tam mirifice in ea urbe exſtructa fuerat, terræmotu quaſſata corruit. Unde homines noſtræ religioni infenſi, Gentiles ſcilicet arripuere occaſionem Imperatori nunciandi, quod multitudo Epiſcoporum, & aliorum virorum, puerorum, & mulierum, qui ſpe inducti, ſe in ea Eccleſia fore incolumes, eo profugerant, ibi oppreſſa periiſſet; quod quidem minime verum fuit: nam hora ſecunda diei, quo die nullus in Eccleſia agebatur conventus, terræmotus urbem invaſit, atque ex Epiſcopis ſolus Cecropius Epiſcopus ipſius urbis Nicomediæ (hic erat Arianorum impietatis Euſebio dignus ſucceſſor) & alii ex Boſphoro extra Eccleſiam oppreſſi interierunt. Cecropius Epiſc. Arianus male periit. Quinetiam Civitas tam exiguo temporis momento terræmotu concuſſa eſt, ut, qui cuperent alio confugere, non poſſent: ſed prima periculi aggreſſione, quo quiſque ſtetit loco, in eo magna ex parte aut ſervatus eſt, aut periit.

Eſt præterea multis in ore, Arſacium hanc ante vidiſſe calamitatem, quam acciderit. V. Arſacius Confeſſor Cladis venturæ prænuncius. Hic genere Perſa fuit, & ex milite, qui Imperatoris Leones nutriebat, inſignis confeſſor regnante Licinio factus; relictaque militia, in arce Nicomediæ intra murum, monaſticam diſciplinam exercens, habitavit. Quo in loco divina viſio ei oblata, juſſit ex urbe egredi, quo vitaret cladem, quæ eſſet eam poſtea occupatura. Qua re confecta, maturè ad Eccleſiam profectus, dat mandatum clericis, ut Deo preces ſupplices ſedulo adhibeant, & orationes ad eum placandum faciant, quo clades, quam urbi minatus fuerat, ab ea depelli poſſet. Ubi autem illis fruſtra perſuadere conatus eſt, & pro ludibrio habitus, ſimul ut calamitatem eos nec opinantes oppreſſuram præſignificaverat, ad arcem revertitur, & humi in faciem projectus, Deum precatus eſt. Et poſt aliqua quibus terræmotum deſcribit, hæc de Arſacio tradit: Arſacius autem in turri, quæ ſteterat inconcuſſa, pronus decumbens, ſicut ſe, cum orare cœpiſſet, extenderat, mortuus repertus eſt. Fama vero eſt, eum a Deo precibus contendiſſe, ut ante cladem mortem oppeteret; morique maluiſſe, quam calamitatem oculis cernere urbis illius, in qua primum Chriſtum cognoverat, & Eccleſiaſtica diſciplina imbutus fuerat.

VI. Novum Concilium Nicænum decernitur. Subdit poſt hæc auctor multa de Arſacii virtute in editione ſignorum, ſed quod ſpectat ad cœptam narrationem de Synodis hoc anno a Conſtantio Imperatore pro Arianis indictis, iſta addit: Imperator autem

tem, quoniam incertus erat quid ageret, ſcripſit ad Baſilium (Epiſcopus hic erat Ancyræ) litteras, a quo ſciſcitatus eſt, quid de Concilio fieret. Qui cum eum ob pietatem, ut videtur, per epiſtolam laudaſſet; & de clade Nicomediæ invecta, exemplis ex ſacris hiſtoriis petitis, conſolatus eſſet; hortatur, ut Concilium maturet, & ne deſiſtat a propoſito: præſertim cum ſtudium pro pietate ſuſceptum ſit: neque Epiſcopos ad hanc rem convocatos, cum jam domo exierint, ſintque in itinere, re infecta, dimittat. Locum autem Concilio deſignavit, pro Nicomedia Nicæam urbem, ut ibi de fide rite decideretur, ubi jampridem de ea quæri cœptum eſt. Atque hæc quidem ſcripſit Baſilius Imperatori, ratus ita ſe illi rem gratam ſignificaturum, propterea quod ipſe initio Concilium Nicææ congregari ſtatuerat.

VII. Decernit Conſtantius de conventu Nicæno.

His Baſilii litteris acceptis, Imperator primum dat mandatum, ut ineunte æſtate Epiſcopi omnes Nicæam conveniant, exceptis illis, quibus invaletudo eſſet impedimento: hique ſuo loco presbyteros, vel diaconos, quos vellent, eo mitterent, qui ipſorum declararent ſententiam, & de rebus controverſis conſilium inirent, ut communiter omnes de omnibus inter ſe concordarent. Deinde, ut Epiſcopi decem ex partibus Occidentis, & totidem Orientis, quos Concilium communi ſententia deligeret, ad Palatium ſuum una venirent, ſibique ea, quæ decreta eſſent, exponerent; ad eum finem, ut ipſe quoque non cognoſceret ſolum, utrum convenienter Scripturæ ſacræ inter ſe conſenſiſſent; verum etiam, quid optimum factu videretur, decerneret. At vero his confectis rebus, inito rurſum conſilio, juſſit ut omnes aut ibi jam eſſent, aut in propriis Eccleſiis uſque eo manerent, quoad locus Concilio præſcriberetur, ſignificareturque ipſis, ut illo accederent.

VIII. Irritum redditur propoſitum de Nicæno Concilio cogendo.

Poſtremo ſcribit Baſilio, uti per litteras ſciſcitaretur ab omnibus Orientis Epiſcopis, quo in loco Concilium commode celebrari poſſet, uti ſub initium veris iſtud omnibus conſtaret. Nam Nicæam locum Concilio habendo minime jam opportunum cenſuit, propterea quod gens illius urbis terræmotibus afflictata in mœrore eſſet. Fuiſſe autem conſilium Eudoxii Epiſcopi Antiocheni, id ipſum per aulicos procurantis, ut Nicææ Synodus cogeretur, Theodoretus auctor eſt (a). Sed terræmotu impedita fuit. *Quod quidem factum* (inquit) *divinæ plane ſapientiæ adſcribendum arbitror. Nam cum in illa urbe fidei Apoſtolicæ doctrina a ſanctis Patribus deſcripta eſſet; & alii poſtea ibi congregati, contrarium doctrinam conſcribere in animo haberent: Deus, qui Eccleſiæ providere non deſinit, Concilium illud propterea prohibuit, ne ex ſimilitudine nominis, anſam Ariani arriperent ad fraudem; neve Concilium iſtud Nicænum quoque appellando, ſimplicium animos circumvenirent.* In hunc modum Theodoretus. Subdit his Sozomenus (b):

(a) Theod. l. 2. c. 26.

(b) Sozom. l. 4. c. 15.

IX. Baſilius Ancyranus ad Conſtantium ſe confert.

Baſilius autem, litteris Imperatoris præpoſitis ſuis litteris, Epiſcopis cujuſcumque gentis ſignificat, uti mature conſilium de re capiant, & quamprimum locum, qui ipſis opportunus videretur, indicarent. At cum, ut in ejuſmodi rebus evenire ſolet, non omnes unum eumdemque locum delegiſſent, iter ſuſcipit Baſilius ad Imperatorem, qui tum Sirmii commorabatur, & cum alios quoſdam ibi offendit Epiſcopos privatis ac ſuis negotiis occupatos, tum Marcum Arethuſium, & Georgium Epiſcopum Alexandriæ. Ubi vero jam viſum eſt, Concilium Seleuciæ, quæ eſt urbs Iſauriæ, cogendum; Valens cum ſuis (hic enim jam Sirmii forte aderat) Anomianorum hæreſi delectatus, laborat, ut Epiſcopi, qui aderant in caſtris, formulæ fidei, quam habebat in promptu, ſubſcribant: in qua formula nomen ſubſtantiæ *minime poſitum fuit.*

X. Duo decernuntur Concilia, Arimini, & Seleuciæ.

Interea dum de Concilio habendo ſerio laboratum eſt; Eudoxius, Acacius, Urſacius, & Valens, quoniam inducebant in animum, quod Epiſcoporum omnium alii formulæ fidei in Concilio Nicæno, alii fidei in conſecratione Eccleſiæ Antiochenæ editæ faverent; atque quod utraque fidei formula nomen ſubſtantiæ *contineret, & Filium Patri in omnibus rebus ſimilem aſſereret; quinetiam, quod ſi in unum omnes convenirent, fore ut re vera Aëtii condemnarent opinionem, quam ipſi, licet ab utraque formula diſcrepantem, laudabant: idcirco perficiunt, ut Epiſcopi Occidentis Arimini, Epiſcopi autem Orientis Seleuciæ urbis Iſauriæ in unum conveniant; eo conſilio, quod putabant facilius eſſe paucis, quam omnibus perſuadere, & ſi quidam ipſorum ad hoc, quidam ad illud Concilium profecti, efficerent, ut utrumque Concilium ſuæ ſuffragaretur ſententiæ, recte eſſet; ſin minus, ut alterum ſaltem, quo hæreſis Aëtii non omnium ſuffragiis rejiceretur. Atque in his rebus illis fuere ſubſidio tum Euſebius primarius eunuchus familiæ Imperatoris, qui & neceſſitudine cum Eudoxio, & opinione etiam conjunctus fuit; tum complures alii potentes viri, qui Euſebio gratificari ſtudebant.* At vero Concilium ipſum Ariminenſe ſequenti anno celebratum conſtat, de quo dicendum ſuo loco.

XI.

In tanta rerum conflictatione de loco deligendo, in quo Concilium ageretur, anni hujus tempus inſumptum eſt: nam non tantum de conveniendo Nicomediam, ſive Nicæam, tractatum eſt; ſed etiam de conveniendo Tarſi Ciliciæ ſtatutum fuiſſe, Socrates tradit (c), quod irritum quoque redditum eſt: quinetiam & illud pro conſtanti vulgatum fuit, Epiſcopos in Oriente

(c) Socrat. l. 2. c. 32.

te

(a) *Hilar. lib. de Synod.*

Hilar. præmonet Gallos, ne ab Arianis decipiantur.

te Ancyræ conventuros, in Occidente Arimini: affirmat id S. Hilarius (*a*), qui hac ipſa de cauſa, ut Gallorum fidei integritati hactenus conſervatæ conſuleret, hoc ipſo tempore ad Gallos de Synodis commentarium ſcripſit, quo eos a dolis hæreticorum cautos redderet: quod ipſe profitetur his verbis: *Quamquam enim reſpondere litteris veſtris neceſſarium fuerit, quibus mihi communionem Dominicam fidei veſtræ ſcriptis miſeratis; & quidam etiam ex vobis ad Synodum, quæ in Bithynia futura videbatur, acciti, firmiſſima fidei conſtantia intra communionem ſe meam continentes, a cæteris extra Gallias abſtinuerunt: & dignum ſane erat Epiſcopali miniſterio ac voce, in tanto hæreticorum furore, aliqua vobiſcum per litteras piæ fidei conſilia conferre: non enim cum corporibus noſtris exulans vinctum ac detentum eſſe potuit Dei verbum, ut non communicari vobiſcum poſſet ubicumque; ſed maxime cum comperiſſem Synodos in Ancyra atque Arimini congregandas, & ex ſingulis Provinciis Gallicanis binos, vel ſingulos eo eſſe venturos; ea quæ inter nos atque Orientales Epiſcopos mutuis ſuſpicionibus detinentur, per me, qui in Orientis partibus detinebar, exponenda vobis, licet jam ſcientibus, atque edenda exiſtimavi: ut cum hanc prorumpentem e Sirmio hæreſin & vos condemnaſſetis, & illi cum anathemate judicaſſent; ſciretis tamen, in cujus fidei profeſſione id ipſum, quod vos geſſeratis, etiam ab Orientalibus Epiſcopis eſſet effectum: & vos, quos maxime vellem futuris Synodis probabiles adeſſe, non paterer uno atque eodem Apoſtolicæ fidei ſenſu Catholica ſentientes, aliqua ſaltem a Catholicæ fidei ſinceritate, ignorata verborum opinione differre.*

XII. Galli ſuam fidem teſtatam reddunt Hilario.

Hæc habet, declarans animi ſui conſilium de conſcribendo libro de Synodis ad ſuos Hilarius, qui eo voluit ipſos, ad Ariminenſem Synodum convocandos, de omnibus admonitos reddere. Hujus igitur anni fine illum ab Hilario commentarium ſcriptum eſſe, non tantum quæ dicta ſunt, manifeſte declarant; ſed & quod ipſe ejus exordio triennium ait jam eſſe ſui tempus exilii. Ex his quæ modo ſunt ex Hilario recitata, illud quoque liquido apparet, vocatos hoc anno Epiſcopos Gallicanos ad Synodum in Bithynia, nempe (ut dictum eſt) Nicomediæ celebrandam, ſcripſiſſe litteras ad Hilarium exulantem in Phrygia, eiſdemque profeſſionem ſuæ ipſorum Catholicæ fidei eidem Hilario reddidiſſe teſtatam; idque eam ob cauſam, quod cum ſæpe ex dictis exilii locis Hilarius ad eos litteras dediſſet, nec ab iis aliquas accepiſſet, in ſuſpicionem non mediocrem venerat, eos a ſua ipſius communione abalienatos fuiſſe, ac propterea & ipſe quoque ſcribendi amplius ad eos munus intermiſerat. Hæc quidem ipſe teſtatur Hilarius, cum ſic ad eos præfatur (*b*):

(b) *Hilar. de Syn. in princ.*

XIII. Silentium Gallorum ſuſpectum Hilario.

Conſtitutum mecum habebam, fratres cariſſimi, in tanto ſilentio veſtro tempore nullas ad vos Eccleſiaſtici ſermonis litteras mittere. Nam cum frequenter vobis ex plurimis Romanarum Provinciarum urbibus ſignificaſſem, quid cum religioſis fratribus noſtris, Orientis Epiſcopis, fidei ſtudiique eſſet, quantaque ſub occaſione temporalium motuum diabolus venenato ore atque lingua mortifera doctrinæ ſibila protuliſſet; verens ne in tanto ac plurimorum Epiſcoporum calamitoſæ impietatis vel erroris periculo taciturnitas veſtra de pollutæ atque impiatæ conſcientiæ eſſet deſperatione ſuſpecta (namque ignorare vobis frequenter admonitis non licebat) mihi quoque apud vos tacendum arbitrabar, Dominicæ ſententiæ admodum memor, quæ poſt primam atque iteratam conventionem, eos, qui etiam ſub teſtimonio Eccleſiæ inobedientes exiſterent, haberi ſicut Ethnicos Publicanoſque juſſiſſet.

XIV. De Gallorum conſtantia gaudet Hilarius.

Sed beatæ fidei veſtræ litteris ſumptis, quarum lentitudinem ac raritatem de exilii mei & longitudine & ſecreto intelligo conſtitiſſe; gratulatus ſum in Domino, incontaminatos vos & illæſos ab omni contagio deteſtandæ hæreſeos perſtitiſſe; voſque comparticipes exilii mei, in quod me Saturninus, ipſam conſcientiam ſuam veritus, circumvento Imperatore, detruſerat, negata ipſi uſque ad hoc tempus toto jam triennio communione, fide mihi ac ſpiritu cohærere, & miſſam proxime vobis ex Sirmii oppido infidelis fidei impietatem non modo non ſuſcepiſſe, ſed nunciatam etiam ſignificatamque damnaſſe: neceſſarium mihi ac religioſum intellexi, ut nunc quaſi Epiſcopus, Epiſcopis mecum in Chriſto communicantibus, ſalutaris ac fidelis ſermonis colloquia tranſmitterem; & qui per metum incertorum, conſcientia tantum antea mea (quod ab his omnibus eſſem liber) gratulabar, nunc jam communis fidei noſtræ integritate gauderem, &c. Plura enim in laudem ipſorum ob conſervatam in tanto naufragio fidem Catholicam prædicat, de quibus & nos quoque ſuperius.

XV. Conſilium Hilarii in admonendo Gallos de Synodis.

Sed & quodnam præterea fuerit conſilium Hilarii in hiſce ſcribendis, pluribus aperiamus. Ad quod dignoſcendum, illud hic primo admonendum putamus, ſeu potius iterum inculcandum, quod diverſis in locis pro occaſione rerum geſtarum attigimus: nimirum contigiſſe de Arianis, quod omnium hæreticorum ſolet eſſe commune, nempe ut ſemel a veritatis tramite declinantes, & ab Eccleſia Catholica excidentes, non una eademque ſemper incedant via, ſed diviſi ab invicem, in diverſas ſemitas devient, & ſibi ipſis invicem adverſentur: qua ex re interdum fiat, ut acrius inter eos prœlium agitetur

Digitized by Google

tur, quam quod adverſus Eccleſiam Catholicam gerunt. Hinc accidit, at cum uno eodemque nomine omnes Ariani dicerentur; ex his alii, qui ſe deteſtari præſeferreat Arii nomen, & divinam ia Filio Dei ſubſtantiam utcumque ſpecie tenus confiterentur; quod tamea vocem *Conſubſtantialitatis* aon reciperent, Semiariani ſint nominati; quorum illa erat fidei profeſſio, quæ tum Antiochiæ in Encæniis, tum Sardicæ, rum Sirmii primo loco edlta fuit, atqae poſtea Ancyræ (ut dictum eſt fuſius) declarata: quorum principes eſſe videbantur Baſilius Ancyranas, Eleuſias Cyzicenus, Silvanus Tarſenſis, Georgius Laodiceaus, Macedonius Conſtantinopolitanus, Euſtathios Sebaſtenus, & illi pauci, qai ſubſcripti apud Epiphanium reperiuntur Concilio Ancyrano

(a) Epiph. hæreſ. 73.

(a). Alii vero erant, qui in deterius prolabeates, aullam in Filio admittebant vocem divinæ ſubſtantiæ, vel omnimodæ cum Patre ſimilitudinis: erant horum anteſignani Acacius Cæſarienſis, Eudoxias Antiochenus, Valens & Urſacius ſæpius nominati, atque impietate ſpectariſſimi Epiſcopi in Pannonia, & alii his inhærentes, quorum factio ſuperiore longe copioſior erat: adeo ut queratur Hilarius (b), in decem Aſiæ Provinciis uoum ratum reperiri Eleuſium Epiſcopum, & paucos cum eo qui eſſent Filii Dei ſubſtantiæ aſſertores.

(b) Hilar. de Synod.

XVI. Quomodo Semiariani viſi catholici.

Sed quid accidit in tanta errorum offuſa caligine, & denſis tenebris Orieatem operientibus? illud aimirum, ut, qui ſubſtantiæ Filii Dei aſſertores eſſent, quaſi lucernæ ardentes in caliginoſo loco a noſtris quoque in pretio haberentur: atpote quod (ut ſuperius dictum eſt ſæpius) nulla videretur inter eos eſſe diſcrepantia, cum in eo quod ſummum erat, ia unam eamdemque ſententiam convenirent, nempe Filium Dei, Patris Verbum, non creatum in tempore, factum ex nihilo, ſed divinæ eſſe ſubſtaatiæ, a Patre ante omnia ſæcula genitum; verum hoc tantum plus illis Catholici haberent, quod voce *Conſubſtantialitatis* uterentur, atque iden perfectior horum videretur eſſe confeſſio, ad excludendas ambigaitates omnes, quæ in nomen ſubſtantiæ obrepere potuiſſent: cum alioqui, ſi in ipſo divinæ ſubſtantiæ nomine nullas admiſceretur cavillus, una eademque eſſet omaino confeſſio fidei.

XVII. Hilarius adverſus Arianos favit Semiarianis.

Rebus igitur in huac modum hoc ipſo tempore ſe habentibus; in odium & confutationem illorum qui Filium Dei a Patre ſubſtantia dividebant, ac proinde inter creaturas adaumerabant; Hilarius adverſæ parti, qua defenderetur ſubſtantia Filii Dei, nonnihil faviſſe viſus eſt; ita tamen, ut ad id quod perfectius eſſet, de bono ad optimum, conaretur adducere, quod ia habentibus ſymbolum facilior rrauſitus eſſe ſolent. Quamobrem hoc ipſo ſecum inito coaſilio, aon ſuoram tantum Gallorum cauſa, ſed Orientalium quoque, commentarium illum ſcripſit de Synodis; ac mira quadam prudentia editas ab illis in primis diverſis locis fidei regulas, nempe Antiochiæ, Sardicæ, Ancyræ, Sirmii, recitat & interpretatur, & quidem ſecundum potiorem ſenſum eas demonſtrat Catholicæ fidei conſentientes; licet (ut ſuperius dictum eſt) quod ſciret eos ob *Conſubſtantialitatis* nomen cum Eccleſia Catholica minime communicaſſe, magna cautela adhibita, eam, quam ſuperius recitavimus, conteſtationem præmiſerit, ſe aimirum internuncium eſſe, qui ſic eas prodat, ut hæreticæ ne, an Catholicæ ſint, piorum ſententiæ ſubiiciat.

XVIII. Hilarius quid ad Orientales.

Qui igitur (ut dictum eſt) Orientalium quoque cauſa volumen illud de Synodis ſcripſit, & conditas ab eis fidei formulas eſt juxta ſenſum Catholicum interpretatus, ſic ad eos converſus affatur (c): *Reliquus mihi ſermo ad ſanctos viros Orientales Epiſcopos dirigendus eſt; ut, quia jam de fide noſtra nihil inter nos ſuſpicionis relictum eſt, ea quæ adhuc in ſuſpicionem ex verbis veniunt, purgentur: & dabunt veniam ex communi conſcientia fide ſecum liberius locuturo. O ſtudioſi tandem Apoſtolicæ atque Evangelicæ doctrinæ viri, quos fidei calor in tantis tenebris hæreticæ noctis accendit! Quantam ſpem revocandæ veræ fidei attuliſtis, conſtanter audacis perfidiæ impetum retundendo! Auſea enim in obſcuro atque angulis Dominus Chriſtus Dei eſſe ſecundum naturam Filius negabatur; & eſſentiæ ἐνορς paternæ, accepiſſe cum creaturis originem de non extantibus prædicabatur: at vero nunc publicæ auctoritatis profeſſione hæreſis prorumpens, id quod antea furtim muſſitabat, nunc victrix gloriatur. Quibus enim antea curriculis in Catholicam Eccleſiam non tentavit irrepere? quas non exercuit, falſæ religionis blandimento, ſæculi poteſtates? Homines enim perverſi eo uſque proruperant, ut, cum hoc ipſi prædicare publice non auderent, Imperatorem tamen fallerent ad audiendum. Fefellerunt enim ignorantem Regem, ut iſtiuſmodi perfidia fidem bellis occupatus exponeret, & credendi formam Eccleſiis nondum regeneratus imponeret: contradicentes Epiſcopos ad exilium coegerunt: coegerunt enim nos ad voluntatem exulandi, dum impietatis imponunt neceſſitatem. Sed exulemus ſemper, dummodo incipiat verum prædicari. Domino autem gratias, quod ignorationem per vos admonitus Imperator agnovit, & errorem non ſuum, ſed aſtantium, per has fidei noſtræ ſententias recognovit, & ſe invidia apud Deum atque homines impiæ voluntatis exemit: cum legationem veſtram*

(c) Hilar. de Synod.

bo-

Digitized by Google

honorifice habens, falſitatem eorum, quorum in invidiam deducebatur, coactu a vobis ignorantiæ ſuæ profeſſione, cognovit.

XIX. Nomen ſubſtantiæ ambiguum. Poſt hæc autem multa diſſerens, eos etſi recte quidem, minus tamen ſecure affirmare & profiteri ſolere divinam ſubſtantiam in Filio, pluribus docet; cum iſta præmittit (*a*): *Multi ex nobis, fratres cariſſimi, ita unam ſubſtantiam Patris & Filii prædicant, ut videre poſſint non magis id pie, quam impie prædicare: habet enim hoc verbum in ſe & fidei conſcientiam, & fraudem paratam.* Quonam pacto id accidat, pluribus declarat, & quomodo una ſubſtantia Filii cum Patre in Eccleſia Catholica prædicetur, inſinuat. Sic & ſimilitudinis vocem ambiguum habere ſenſum, atque adeo quoſdam eſſe tradit, qui ſic ſimilitudinem confitentes, negent æqualitatem. Quamobrem eos ad non excludendam vocem *Conſubſtantialitatis*, ut ſic, cum ipſi ſubſtantiam ſæpe eſſent profeſſi, ab omni qua laborarent ſuſpicione liberarentur, his verbis hortatur in fine (*b*): *Oro vos, fratres, admite ſuſpicionem, ſed audite occaſionem: Ut probari poſſit ὁμοούσιον, non improbemus ὁμοιούσιον. Cogitemus tot ſacerdotes ſanctos etiam quieſcentes. Quid de nobis Dominus judicabit, ſi nunc anathematizantur a nobis? Quid de nobis erit, qui rem eo deducimus, ut quia Epiſcopi non fuerunt, nos quoque nec eſſe permus? Ordinate enim ab his ſumus, & eorum ſumus ſucceſſores. Renunciemus Epiſcopatui, quia officium ejus ab anathemate ſumpſerimus. Date veniam, fratres, dolori meo. Impium eſt quod audetis, non patiar hanc vocem, ut in anathemate ſit, ὁμοούσιον ſecundum religioſam intelligentiam confitens. Nomen nihil habere criminis, quod ſenſum non perturbat religionis; ὁμοιούσιον neſcio, &c.* Hæc S. Hilarius, qui (ut de eo teſtatur S. Hieronymus *c*) in exilio poſitus, alios libros de religione noſtra conſcripſit.

(*a*) *Hilar. de Synod.*
(*b*) *Ibid.*
(*c*) *Hier. in Chron.*

XX. Hujus diſcipulus S. Martinus glorioſum pro fide Catholica certamen exegit, dum ejus cauſa & vincula, & verbera expertus eſt; de quo Sozomenus (*d*): *Primum quidem apud Illyricos ætatem degit; ac cum veram fidem tueri prompto animo contenderet, & quoſdam illius regionis Epiſcopos Arii doctrinam olere deprehendiſſet, inſidiis appetitus, & ſæpe palam verberibus cæſus, demum in exilium pulſus eſt. Qui cum Mediolanum veniſſet, ſolus vitam egit. Inde etiam cum Auxentius illius urbis Epiſcopus, qui erga fidem Concilii Nicæni parum ſano & ſincero animo affectus erat, ei paraſſet inſidias, ſe clam ſubduxit, &c.* His conſentientia Severus tradit (*e*); additque, Martinum Mediolani in monaſterio agentem, ab Auxentio dira paſſum, exturbatum fuiſſe: quando receſſit ipſe in inſulam Gallinariam, ubi manſit uſque in annum ſequentem, quo Hilarius ab exilio relaxatus rediit in Italiam.

(*d*) *Sozom. lib. 3. c. 13.* S. Martinus quid paſſus pro fide Catholica.
(*e*) *Sever. l. 2.*

XXI. Antonii Magni obitus. Hoc eodem anno ſanctus ille toto Orbe conſpicuus Antonius Magnus, ſextodecimo Kalen. Februarii, ex hac vita in cælum migravit, cum jam quintum ſupra centeſimum vixiſſet annum. Hæc quidem cum Athanaſius (*f*), tum Hieronymus affirmat in Chronico. Moriturus Antonius, nihil antiquius habuit, quam fidem Catholicam ſuis præclare teſtatam relinquere, de cujus fideli cuſtodia eoſdem ſæpius antea admonuiſſet. Hoc enim elogio fidem ſuis diſcipulis aſtantibus quaſi nobile depoſitum commendavit, iſta poſt alia ſubdens (*g*): *Cuſtodienda eſt pia fides in Chriſtum, & Patrum religioſa traditio, quam ex Scripturarum lectione & crebro meæ parvitatis didiciſtis admonitu.* Et poſt alia: *Schiſmaticorum quoque & hæreticorum venena vitate, meumque circa eos odium conſectamini; quia Chriſti ſunt inimici. Scitis ipſi, quod nullus mihi nec pacificus quidem ſermo cum eis aliquando fuerit, propter eorum pravam voluntatem, & pertinax contra Chriſtum bellum.*

(*f*) *Athan. in Vita S. Antonii.*
(*g*) *Idem ibid.*

XXII. Sed & qui fidem Catholicam ſuis tan-

PAGIUS II. *Obitus D. Antonii Abbatis.* A ann. XXI. ad XXV. Obitus D. *Antonii Magni* anno trecenteſimo quinquageſimo ſexto contigit, & quidem die decima ſeptima Januarii, quo a duodecim circiter ſæculis in Eccleſia colitur. Annum nos docet Hieronymus in Chronico tam juxta editionem Pontaci, quam juxta editionem Scaligeri. In eo tranſitus ille conſignatur anno Abrahami 2372. qui Kalendis Octobris anni Chriſti 355. inchoatur. Quare cum die XVII. Januarii ad Deum migrarit, ea mors ad annum CCCLVI. retrahenda. Quod ex eo confirmatur, quod Hieronymus & Athanaſius teſtentur, eum annos quinque ſupra centum vixiſſe, ejuſque nativitas anno Chriſti CCLI. Decio imperante, acciderit, ut ſuo loco oſtendi. Ejus Vita a Bollando in Actis Sanctorum menſis Januarii die præfata illuſtrata; aliquot vero ejus Epiſtolæ ab Abrahamo Ecchellenſi poſt Baronii mortem publicatæ. Porro deceptus eſt Baronius, quando exiſtimavit, Divum Athanaſium Vitam Antonii Magni, eo adhuc vivente, ſcripſiſſe, Romamque, cum illuc, Julio PP. ſedente, venit, ſecum detuliſſe. Nam cum in ea Divi Antonii obitus diſerte memoretur, poſt illum etiam ea Vita elucubrata. Nec urget Baronii fundamentum, qui ait, Hieronymum epiſt. 16. teſtari, Sanctam Marcellam ab Alexandrinis Sacerdotibus & S. Athanaſio, qui Romam confugerant, *Vitam B. Antonii adhuc tunc viventis, Monaſteriorumque in Thebaide Pachomii & virginum & viduarum diſciplinam* didiciſſe. Nam inde minime ſequitur, Athanaſium jam tum eam Vitam in literas miſiſſe: quemadmodum enim diſciplinam viduarum, virginum ac Monaſteriorum Thebaidis viva voce ab eo edocta eſt, ſicuti & ab Alexandrinis Sacerdotibus; ita & Vitam S. Antonii, quam ille poſtea in literas miſit. Quæ a Riveto, aliiſque Heterodoxis afferuntur ad Opus il-

Baron. an. 340. n. 7.

Digitized by Google

topere commendavit, cujus defenſores glorioſiſſimos confeſſores voluit ſuis exuviis honorare, dum ad teſtamentum fidei, ejuſmodi appoſuit codicillum (*a*): *Veſtimentorum autem meorum ſit iſta diviſio. Melotem & pallium tritum, cui ſuperjaceo, Athanaſio Epiſcopo date, quod mihi novum ipſe detulerat. Serapion Epiſcopus* (hic ille eſt Thmueos Antiſtes confeſſione celebris, cujus ſæpe mentio ſuperius facta eſt) *aliam accipiat melotem. Vos cilicinum habetote veſtimentum, & valete viſcera mea: Antonius enim migrat, & jam non erit in præſenti ſæculo vobiſcum. Verba finierat, & oſculantibus ſe diſcipulis, extendens paululum pedes, mortem lætus aſpexit: ita ut ex hilaritate vultus ejus, Angelorum ſanctorum, qui ad perferendam animam ejus deſcenderant, præſentia noſceretur.* At quid de ſe ipſo Athanaſius? *Legatarius autem* (inquit) *Antonii benedicti, qui tritum pallium cum melote imperio ejus meruerat accipere, Antonium in Antonii muneribus amplectitur, & tanquam magna hæreditate ditatus, lætanter veſtimentum recordatur imaginem ſanctitatis.* Hæc ipſe adhuc in eremi latebris deliteſcens.

(*a*) *Athan. in Vit. S. Ant.*

Fidei confeſſores Antonius honorat muneribus.

XXIII. Sepultura Antonii.

Sepultus eſt autem Antonius incognito loco: ea nimirum ex cauſa, quod id ipſemet præcepiſſet, ut S. Hieronymus teſtatur in Hilarione; ne ſcilicet Pergamus quidam ipſius ſtudioſiſſimus, qui in illis locis ditiſſimus erat, ſublato ad villam ſuam Sancti corpore, Martyrium fabricaret: non enim tanti ſe meriti eſſe rebatur, ut æqualem ſanctis in terris honorem ſibi impertiri vellet: ob quam etiam cauſam, antiquum illum in Ægypto morem inolitum, & ad Chriſtianos propagatum, deteſtatus eſt, quo carorum corpora nequaquam ſepulturæ traderentur; ſed pollinctorum arte delibata, ita arida reddebantur, ut abſque corruptione, integra ſervarentur; quæ ſic reddita quaſi ænea, ab Ægyptiis (ut auctor eſt S. Auguſtinus *b*) Gabbaras dicebantur: id, inquam adeo diſplicuit Antonio, ut nec Sanctorum cadaveribus id officii exhibendum eſſe diceret; cum exemplo corporis Chriſti, Sanctorum quoque corpora eſſent recondenda ſepulcro; quod præſtare Eccleſia Catholica conſuevit, ut beatorum cadavera ſepulcris clauderet, ſed honorificentiſſimis tamen, nempe ſacris altaribus. Verum quantumlibet id magnis conteſtationibus diſcipulos ſuos admonens fuerit conſecutus, ut corpus ſuum mandaretur occulto loco ſepulcro: haud tamen voluit prohibere, quin honoris Sanctis & Deo dilectis impertiri ſoliti particeps fieret; at nempe natalis ejus migrationis dies, ex antiquo Eccleſiæ more, pervigilio & ſacris cæteris ritibus coleretur. Nam de ſancto Hilarione ſcribit Hieronymus, quod cognito licet longe abſens, Antonii obitu, illuc magno labore ſe contulit, ea nimirum ex cauſa, ut anniverſariam illius dormitionis diem, eodem in quo defunctus erat loco, præviis nocturnis vigiliis celebraret: quod piam officium cum cæteri in Ægypto Catholici, tum etiam univerſa Eccleſia Catholica præſtare hactenus non prætermiſit.

(*b*) *Aug. de diverſ. ſerm. 120. 99.*

Natalis Antonii celebratur.

XXIV.

Poſt ejus obitum triennio clauſo cælo, elementa quoque luxiſſe Antonii obitum, erat in ore piorum. De ſcriptorum monumentis, licet de eo S. Athanaſius (*c*) tradat, nequaquam eum claruiſſe librorum ſcriptorum memoria; multas tamen ex munere conſtat ſcripſiſſe Epiſtolas patria lingua, ex quibus ſeptem in Græcum tranſlatas fuiſſe auctor eſt S. Hieronymus (*d*). Res autem ab eo geſtas, ſcriptas eſſe a S. Athanaſio, cum ipſe Hieronymus (*e*), tum reliqui ſcriptores omnes affirmant; quas ex Græco Evagrius Epiſcopus Antiochenus in Latinum convertit. Sed & hoc ipſum a ſe quoque præſtitum, idem Hieronymus ait (*f*); qui dum ſententias ſententiis reddidit, Gelaſius ab eo ſcriptam Antonii Vitam tradidit (*g*). Quomodo autem quæſitum corpus Antonii, inventum tandem, atque demum Viennam tranſlatum ſit, ſuo loco dicendum.

(*c*) *Athan. in Vit. Antonii in fin.*

(*d*) *Hier. de Scrip. Eccl. in Anton.*

(*e*) *Hier. ibid. in Evagrio.*

(*f*) *Hier. epiſt. 101.*

(*g*) *Gelaſ. decret. l. auth. & apocr.*

XXV. Conſtantius Sarmaticus dictus.

Quod vero ſpectat ad res a Conſtantio geſtas, eum Sirmio hoc anno profectum adverſus Sarmatas, iiſdemque debellatis Sirmium eſſe reverſum, & Sarmaticum iterum appellari voluiſſe, Ammianus, res ab eo geſtas pluribus proſecutus, affirmat (*h*). In rebus item geſtis S. Artemii martyris habetur (*i*), Conſtantium poſt Sarmaticum bellum a ſe feliciter geſtum, mandaſſe Artemio Duci, ut Conſtantinopolim corpora SS. Andreæ Apoſtoli, & Lucæ Evangeliſtæ ex Achaja transferret: eumque ab ipſo, ob negotium bene geſtum, Ægypti præfectura donatum. Apud Ammianum autem legitur, hoc anno defuncto Baſſo Urbi Præfecto, in ejus locum eſſe ſubrogatum eumdem Artemium, quem quidem poſt

(*h*) *Ammian. l. 27.*

(*i*) *Metaph. 20. Octob.*

PAGIUS

illud Athanaſio adjudicandum, docte confutat Hermantius in Vita S. Athanaſii lib. 51. cap. 9.

III. *Initium belli Perſici.*

Ad num. XXV. Conſtantius Sirmii hoc anno bello adverſus *Quados & Sarmatas* illigatus conſiſtit; de quo bello legendus Ammianus lib. 16. & lib. 17. Ibi hoc ipſo anno Perſarum Legati eum convenere, teſtibus Ammiano lib. 17. & Zonara. Idacius diem, quo Conſtantinopolim ingreſſi ſunt, ſub hujus anni Conſulibus notavit: *His Conſſ. introierunt Conſtantinopolim Legati Perſarum die VII. Kal. Mart.* Ab hoc anno Perſici motus initium repetendum, dicit Gothofredus in Chronologia Codicis Theod.

IV. *Geſta hoc anno.*

Ad hunc annum pertinent Synodus Ancyrana, tertia Synodus Sirmienſis, reſtitutio Liberii Papæ & mors Leontii Epiſcopi Antiocheni, de quibus anno præcedenti egimus.

Digitized by Google

poſt hæc Ægypti præfecturam conſecutum fuiſſe, negari non poteſt, ubi eodem Ammiano auctore conſtat, eo magiſtratu fungentem, ipſo Juliano imperante, occiſum eſſe.

XXVI. De Baſſi obitu. Cæterum quod pertinet ad Baſſi obitus tempus, corrigendus eſt Ammianus, dum eum hoc anno eſſe defunctum tradit, cum ejus ſepulcri inſcriptio potius anno ſequenti ſub Conſulatu Euſebii & Hypatii mortuum eſſe doceat. Siquidem anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, menſe Septembris, dum apud Confeſſionem S. Petri terræ aliquantulum, ad ornatum loci opus fuiſſet effodi, detectus eſt ſarcophagus fabre factus, & exculptis ſacris imaginibus exornatus, longitudinis decem pedum, latitudinis ſex, ad cujus ſummitatem, in ejus crepidine, uno verſu exarata hæc legebatur inſcriptio.

JUN. BASSVS V. C. QUI VIXIT ANNIS XLII. MENSES II. IN IPSA PRÆFECTURA URBI NEOFITUS IIT AD Deum VIII. KAL. SEPTEMB. EUSEBIO ET YPATIO COSS. extat adhuc ipſum ſepulcrum apud eamdem Confeſſionem decentius collocatum.

XXVII. Conſtantini corporis facta tranſlatio. Quod autem ſpectat ad tranſlationem eorumdem Andreæ atque Lucæ, conſule notata a nobis in Romano Martyrologio; quibus addimus, quod cum Apoſtolorum templum, ubi eorum veneranda corpora condita eſſe conſtat, hoc tempore ex ingruenti terræmotu ſuperius recenſito adeo concuſſum eſſet, ut ruinam proximam minaretur, corpus Conſtantini Imperatoris Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus inde tranſtulit, atque in Eccleſia ſancti Acacii martyris condidit: ob quod factum magnopere in ſe Imperatoris Conſtantii animum exacerbavit. Si propter imminentem ruinam, corpora mandata ſepulcro, transferenda inde fuiſſent, in primis (ſi ibi antea condita eſſent) id ipſorum divinorum virorum corporibus præſtandum erat: unde ex iis aliqua elici videtur conjectura, ut nonniſi reſtaurato a Conſtantio ipſo Apoſtolorum templo, tunc advectæ ſacræ reliquiæ, illic collocatæ fuerint.

XXVIII. Lex adverſus Magos. Inter alias ſanctiones hoc anno a Conſtantio promulgatas, illa magnopere pietati conſentiens fuit, quæ ad Taurum Præfectum Prætorio ſcripta ſic ſe habet (a): *Etſi excepta tormentis ſunt corpora honoribus præditorum; præter illa videlicet crimina, quæ legibus demonſtrantur (etſi omnes Magi, in quacumque ſint parte terrarum, humani generis inimici credendi ſunt) tamen quoniam qui in Comitatu noſtro ſunt, ipſam pulſant propemodum Majeſtatem: Si quis Magus, vel magicis contaminibus aſſuetus, qui maleficus vulgò conſuetudine nuncupatur, aut Aruſpex, aut Ariolus, aut certe Augur, vel & Mathematicus, aut narrandis ſomniis occultans artem aliquam divinandi, aut certe aliquid horum ſimile exercens, in Comitatu meo, vel Cæſaris fuerit deprehenſus; præſidio dignitatis, cruciatus & tormenta non fugiat. Si convictus proprium facinus detegentibus repugnaverit pernegando, ſit equuleo deditus; ungulisque ſulcantibus latera, perferat pœnas proprio dignas facinore. Dat. III. Non. Julii, Arimini: Datiano & Cereale Conſulibus.*

(a) l. 6. de malef. & mathem. Cod. Theod.

XXIX. Julianus in Galliis Magiæ addictus. Quantum cum ex hoc, tum ex aliis anno ſuperiore adverſus Magos datis reſcriptis conjicere poſſumus, odoratus eſſe videtur Conſtantius Juliani Cæſaris nocturnos magicos ſuſurros, ſed & hoc ipſo reſcripto perſtringere voluiſſe, qui eſſent in ejuſdem Juliani Cæſaris Comitatu; aliquid enim ipſum credimus accepiſſe de Juliano & Juliani comitibus magica in Galliis exercentibus. Eunapius (b) namque de his hæc habet, & ipſe impius: *Præter omnem expectationem, deorum beneficio ac voluntate, Julianus univerſa Gallia potitus eſt, ab omnibus ignoratus, quod deorum cultui addictus eſſet. Trajecit & Rhenum amnem, receptis in deditionem, aut ſubactis interioris Germaniæ populis, ſoſpeſque varias inſidias & machinationes ipſi nexas evaſit, uti in eius hiſtoria perſcriptum a nobis eſt. Idem accito a Græcia Antiſtite, poſtquam cum eo, remotis arbitris, nonnulla ſolis ipſis cognita peregerat, ad abolendam Conſtantii tyrannidem ſeſe accinxit. Horum conſcii fuerunt ſoli Oribaſius Pergamenus, & Evemerus Libyæ (quam patria lingua Africam Romani nominant) oriundus; quæ res in hiſtoria, Juliani tempora tangente, perſcripta eſt.* Hæc Eunapius. Igitur præſtigiatores ſugillaſſe viſus eſt Conſtantius hoc edicto, qui decore pallii philoſophici magica exercebant: quantopere autem hos ipſe cuperet homines hoc tempore cum in Galliis ageret, litteris illis, quas poſtea ad Maximum philoſophum dedit, declarat his verbis (c): *Bellum gerens in barbaros, & trimeſtri ſpatio in ea militia conſumpto, ad Gallos revertens, circumſpiciebam & percunctabar de hominibus, qui illinc venirent, num quis Philoſophus, num quis ſcholaſticus, aut pallio penulave indutus eo appuliſſet, &c.* Id autem genus hominum totum fuiſſe in larvis magicis occupatum, atque divinationibus, dictum eſt ſuperius ex Sardiano.

(b) Eunap. in Vitis Philoſophorum.

(c) Julian. epiſt. ad Max.

JESU CHRISTI ANNUS 359.	LIBERII PAP. ANNUS 8.	CONSTANTII IMP. ANNUS 23.

I. Sequitur annus a Chriſto trecenteſimus undeſexageſimus, Euſebii & Hypatii Conſulatu relatus in Faſtos: fuiſſe hos germanos fratres, & Conſtantii Imperatoris
(a) Ammian. l. 29. affines, auctor eſt Ammianus (a). Quo anno ab Imperatore indicitur ad controverſias cauſa fidei componendas Oecumenica Synodus: ſed eamdem conſilio Arianorum in duas dividere perſuaſus eſt Conſtantius; nempe ut Orientalis Synodus Seleuciæ in Iſauria, Occidentalis in Ariminenſi Æmiliæ civitate agi deberent, ipſe datis ea de re litteris declaravit. De his
(b) Athan. de Synod. agens S. Athanaſius ait (b): *Primum quidem ego admiror, idemque arbitror quemlibet prudentem facere, quod cum univerſale Concilium indictum eſſet, idque omnes expectarent, derepente diviſio facta ſit, adeo ut iſti illuc, illi convenirent iſtuc: ſed hoc abſque dubio unnimis providentia procuratum eſt, ut in ſingulis Conciliis, hic quidem ſincera puraque fidei ſententia apparerent; illic autem ſuſpecta, incertaque ingenia cum ſuis moribus ſeſe oſtenderent.* Et inferius, quodnam fuerit Arianorum conſilium in his decernendis, idem explicat his verbis, perſonam illorum agens (c): *Nos, qui majoribus noſtris* (c) Athan. de Synod.
contradicimus, & prævaricamur Patrum traditiones, poſtulavimus Synodum promulgari: metuentes autem, ſi omnes in unum convenient, ne fruſtra laboraverimus; ita volumus Synodum indici, ut ea in duas partes dirimatur; quo ita a ſe invicem disjunctis, ſcriptiſque noſtris exhibitis, aliquid ſuffurari poſſimus: minas Conſtantii impiæ ſectæ propugnatores aſſidue jactantes, ſimplicitatemque nimiam Nicænorum Patrum cavillantes, Acta Nicæna irrita otioſaque reddamus. Hæc tametſi verba non proferebant, ad eum tamen finem omnia faciunt ac moliuntur. In hunc modum Athanaſius.

His de cauſa univerſalis indictæ Synodi II.

in

Margin: Duæ Synodi indictæ Seleuciæ & Arimini.

PAGIUS SÆC. IV. Olymp. 284. an. 3. *ſecundum Baronium.* Olymp. 284. Anno Urbis 1112. *ſecundum Baronium.* 1110. A. C. 359. I. *Coſſ. & V. Quinquennalia Conſtantii.*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5852.

☉ 4. C. ☽ 18. P. 4. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 359.

LIBERII PAPÆ 8.

CONSTANTII IMP. 23.

[1] AD num. I & ſeqq. Coſſ. *Flavius Euſebius, & Hypatius*, ut liquet ex Formula Fidei Concilii Ariminenſis ab Athanaſio recitata lib. de Synodis pag. 875. Fratres erant germani & Conſtantii ad fines, ut docet Ammianus lib. 29. cap. 2. fratres nempe Euſebiæ Auguſtæ, ut teſtatur Ammianus lib. 21. cap. 6. Hinc diſcimus, *Conſtantium* Auguſtei Imperii quinta Quinquennalia exhibuiſſe. Si enim annis, quibus hujuſmodi pompæ repræſentandæ erant, Imperatores Conſulatum non ſumerent, eum in propinquiores, aut perſonas illuſtriores de more transferebant. Horum ſolennium manifeſta ſuperſunt alia veſtigia, de quibus mox.

II. Synodus Ariminenſis. Quia annis, quibus Imperatores *Vicennalia*, & id genus feſta exhibebant, rebus Eccleſiaſticis de more providebant, *Conſtantius* ad controverſias de Fide componendas OECUMENICAM SYNODUM indixit, quæ ab Orientalibus Seleuciæ, ab Occidentalibus Arimini congregata eſt. Sic anno CCCXLI. Concilium Antiochiæ, anno CCCXLVII. aliud Concilium Sardicæ, annoque CCCLV. Concilium Mediolanenſe celebratum: imo & anno CCCLIII. Concilium Arelatenſe habitum; quibus annis alias hujuſmodi feſtivitates editas eſſe in dubium revocari non poſſe videtur. Tertia Fidei Sirmienſis formula ab Arianis condita rejecta eſt in hoc Concilio Ariminenſi, uti fuſe & recte Baronius hoc anno.

NOTÆ [1] COſſ. *Flavius Euſebius, & Hypatius.* Flavii prænomen Hypatio quoque tribuit Relandus. Gruterus, pag. MCLXII. ex quo Sirmondus ad Ennodium, Fabrettus, & alii.

JUN. BASSUS. V. C. QUI VIXIT
ANNIS XLII. MEN. II. IN IPSA
PRAEFECTURA URBI
NEOFITUS. IIT. AD DEUM
VIII. KAL. SEPT. EUSEBIO. ET
YPATIO. COSS.

Gruterus item, pag. MLXXXVII. 5.

EUSEBIO. LIPPATIO. mendoſe pro ET
HYPATIO. CONS. &c.
TRADIDERUNT. LEONTICA. V. IDUS
MART. FEL.

Socrates, lib. II. Cap. XXXVII. *Flavii Euſebii & Hypatii.* Euſebius primus conſul ponitur, quia ambo Fratres erant. Sozomenus vero, lib. III. cap. XIX. ordine inverſo *Hypatio, & Euſebio coſſ.* Laterculus Paſchalis poſt Gennadium de Viris illuſtribus in Codice Vaticano: EUSABIO ET YPATIO. De his Ammianus, lib. XVIII. cap. 1. lib. XXI. cap. VI. & lib. XXIX. Faſti Idatii & Proſperi Chronicon: *Euſebio, & Hypatio.*

in duas dividendæ præcognitis; de ambabus acturi ub Ariminenſi Synodo auſpicabimur, de cujus collectione hæc in primis Severus (a) habet: *Conſtituitur apud Ariminum Italiæ urbem Synodum congregari jubet, idque Tauro Præfecto imperat; ut collectos in unum non ante dimitteret, quam in unam fidem conſentirent; promiſſo eidem Conſulatu, ſi rem effectui tradidiſſet. Ita miſſis per Illyricum, Italiam, Africam, Hiſpanias, Galliaſque Magiſtris officialibus, acciti atque tracti quadringenti, & aliquot amplius Occidentales Epiſcopi Ariminum convenere, quibus omnibus annonas & cellaria dari Imperator præceperat. Sed in noſtris, id eſt, Aquitanis, Gallis, & Britannis indecens viſum: repudiatis fiſcalibus, propriis ſumptibus vivere maluerunt; tres tantum ex Britannia, inopia proprii, publico uſi ſunt, cum oblatam a cæteris collationem reſpuiſſent; ſanctius putantes Fiſcum gravare, quam ſingulos. Hoc ego Gavidium Epiſcopum noſtrum, quaſi obtrectantem, referre ſolitum audivi. Sed longe aliter ſenſerim; laudique attribuo Epiſcopis, tam pauperes fuiſſe, ut nihil proprium haberent, neque ab aliis potius quam a Fiſco ſumerent, ubi neminem gravabant; ita in utriſque egregium exemplum. De reliquis nihil memoria dignum traditur.* Hæc Severus.

(a) Sever. l. 2.

Colligitur Synodus Arimini.

III. Concilii Ariminenſis numerus Epiſcoporum.

Quod vero ad numerum Epiſcoporum ſpectat; idem ſubdit, quod ex quadringentis illis, non amplius quam octoginta erant Ariani, reliqui omnes fidei Catholicæ defenſores: Athanaſius (b) vero quinquaginta vel plures ex Arianis fuiſſe tradit, illorumque facile principes Urſacium, Valentem, Auxentium, Demophilum, & Cajum. Sed depravatum eſſe ex hoc conjici poteſt ejuſdem Athanaſii textum in epiſtula ad Africanos (c), ubi ait, ducentos partium Catholicarum Ariminum conveniſſe: nam patet eorum extitiſſe numerum trecentorum, inter quos eminuerit legatio miſſa a Liberio Papa, cujus Vincentius Epiſcopus Capuanus tantummodo nominatus habetur, qui (ut vidimus) antea communione Ariana labefactatus, una cum Liberio iiſdem ſordibus inquinato, cum eo pariter ad meliorem frugem converſus pro fide Catholica una cum collegis in eodem Concilio adverſus ingruentem Arianorum furorem ſtetit intrepidus, ut, quæ ſuo loco dicemus, facile demonſtrabunt.

(b) Athan. de Synod.

(c) Athan. ad Afric.

IV. Cum igitur ambarum partium Epiſcopi Ariminum perveniſſent; mox fit (inquit Severus d) *partium ſeceſſio: Eccleſiam noſtri obtinent; Ariani tantum locum de induſtria vacantem orationis loco capiunt; ſed hi non amplius, quam octoginta, reliqui noſtrarum partium erant.* Præerat magna cum laude Ariminenſi Eccleſiæ ☞ Sanctus Gaudentius ☜, de cujus egregio pro fide Catholica certamine erant loco opportuno loco dicturi ſumus. Perierunt Comitiorum Acta: quamobrem quæ ex diverſis antiquis auctoribus potuerunt reperiri fragmenta, congrua compaginatione ſibi invicem cohærentia hic intexemus, ex quibus ipſum Concilium, quantum fas eſt, prope integrum reddamus.

(d) Sever. l. 2.

Seceſſio Catholicorum ab Arianis.

V. His ergo in unum coactis, lectæ ſunt litteræ Conſtantii Imperatoris ad Synodum ſcriptæ: cujuſnam autem illæ fuerint argumenti, Sozomenus his verbis ſignificat (e): *Ut primum de his, quæ in fide ambigua viderentur, Epiſcopi decernerent: ad extremum, uti lex Eccleſiæ poſtulat, cauſas etiam Epiſcoporum, qui quererentur ſe vel injuſte abdicatos eſſe, vel in exilium miſſos (quorum unus erat Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus) diſceptarent; deque criminibus quibuſdam Epiſcopis illatis accurate judicarent (nam alii alios accuſaverant, Ægyptii autem Georgium rapinæ & contumeliarum inſimulabant) rebuſque omnibus judicatis, decem utriuſque partis ad Aulam accederent, qui, quæ acta eſſent, ipſi renunciarent:* & paulo poſt: *De Athanaſio quidem hi, qui infenſo animo atque inimico erga eum affecti erant, commodiſſimum duxerunt, ut nulla omnino inſtitueretur actio.*

(e) Sozom. l. 4. c. 10. Acta Synodi Ariminenſis.

VI. Obſerva, quæſo, qualia eſſe ſolerent Concilia ab Imperatore hæretico congregata: ita nimirum ſincero libera eſſe ſuffragia, (ſi tamen libera immo vi publica infamata) ut nihilominus totius cauſæ arbitrium Imperator integrum ſibi vellet. Subdit Sozomenus: *Cum autem quæri cœptum eſt de fide, Valens & Urſacius in medium ſimul prodeuntes (quibus ſubſidio fuere Germinius, Auxentius, Cajus, & Demophilus) poſtulant, ut formulæ fidei jam ante editæ antiquentur, teneaturque ea quam dudum Sirmii Latino ſermone compoſuerant, quæ Filium Patri ſimilem ſecundum Scripturas docuit: atque ut nulla fieret in Deo mentio ſubſtantiæ; quam formulam etiam Imperatorem approbaſſe dicebant, eamque a Concilio recipiendam eſſe neceſſario: atque Concilium de cætero non debere curioſe quid quiſque ſentiret inquirere, ne diſſidia & contentiones inde naſcerentur, cum verba in diſceptationem, accuratamque diſquiſitionem vocarentur: nam præſtare imperitius diſſerere, modo recte de Deo ſentiant, quam novas verborum argutias introducere, quæ ſunt cum captioſis dialecticorum præſtigiis cognatione quadam conjuncta: ſignificabant autem obſcure, immo vero aperte arguebant verbum* Conſubſtantialitatis, *utpote nec in ſanctis litteris repertum, & multis obſcurum & ignotum: volebant ut pro eo diceretur, Filium Patri rebus in omnibus ſimilem ſecundum Scripturas.* Hæc Sozomenus.

Qualia Concilia hæreticorum Principum.

Porro

VII. Porro ipſa fidei formola tunc a Valente in Synodo recitata, deſcripta habetur tum ab Athanaſio, tum etiam a Socrate: ſed diverſa inſcriptione poſita, mendum in eam irrepſiſſe dignoſcitur. Apud Athanaſium (*a*) ita legitur ex Actis Ariminenſibus: *Edita eſt Catholica fides in præſentia domini noſtri religioſiſſimi, præclarique Victoris, Regis Conſtantii Auguſti, Æterni, Conſulibus clariſſimis viris Euſebio & * Hypatio, Arimini undecimo Kalen. Junias*: apud Socratem autem ſic (*b*): *Fides iſta Catholica coram domino noſtro Conſtantio, Flavio Euſebio & Hypatio Conſulibus, Sirmii ad undecimum Kalend. Junii edita fuit*. Cum vero conſtet Conſtantium non interfuiſſe Concilio Ariminenſi; & quæ Arimini ab Arianis fides edita eſt, fuiſſe antea ſcriptam Sirmii, & lectam coram Imperatore, atque ab eodem probatam; neceſſario ſic inſcriptio reſtituenda eſt, ut dicat, eam eſſe Sirmii editam coram Conſtantio, Arimini vero recitatam dicto die atque Conſulibus.

(*a*) Athan. de Synod.

* Flavio.

(*b*) Socrat. l. 2. c. 29.

Perfidia Sirmiana edita Arimini.

VIII. De ejus autem die & Conſule facta mentione, hæc Athanaſius præmiſit (*c*): *Cum enim ſcripſiſſent eam fidem quam voluerunt, addidere & Conſulem, & menſem, & diem ejus temporis; ut omnibus prudentibus palam facerent, non olim, ſed nunc demum eorum fidem ſub Conſtantio initium accepiſſe: omnia enim reſpectu ſuæ hæreſeos ſcripſerunt. Deinde cum ſimularint ſe de Domino ſcribere, alium ſibi Dominum, Conſtantium ſcilicet, creaverunt: ille enim ipſis impie agendi facultatem præbuit; ſuumque Cæſarem Æternum appellaverunt, qui Filium Dei æternum eſſe negant: tantos ſe pro impietate Chriſto hoſtes exhibent. Sed fortaſſe cauſam additorum Conſulum ſe mutuatos eſſe ex chronographia ſanctorum Prophetarum jactitaverint: quod ſi auſi ſint dicere, multo liquidius ſuam inſcitiam manifeſtabunt: nam ſanctorum prophetiæ temporum memoriam habent. Iſaias quidem & Oſee in diebus Oſiæ, Joathan, Achab, & Ezechiæ vixerunt: Hieremias vero in diebus Joſiæ, Ezechiel porro & Daniel ſub Cyro & Dario, aliique aliorum temporibus prophetarunt, non religionis fundamenta jacientes; nam ea & ante ipſos, & ante conſtitutionem mundi fuit & ſemper eſt fides, quam Deus nobis in Chriſto præparavit. Neque fidei ſuæ tempora aſſignarunt, ſiquidem & ante ea tempora fideles homines extiterant; ſed tempora ſua annunciationis notaverunt*. Iſta Athanaſius, & alia plura eodem argumento, in eoſdem pariter invectus, quod auſi fuerint ipſorum impietatis profeſſioni indere titulum Catholicæ fidei. Sirmiana autem profeſſio tertia illic ab eis edita, in Concilio Ariminenſi primo loco a Valente recitata, ſic ſe habet (*d*):

(*c*) Athan. de Synod.

Dies & Conſules appoſiti in Arianorum confeſſione.

(*d*) Apud Athanaſ. l. de Synod.

Credimus in unum ſolum & verum Deum Patrem omnipotentem, conditorem opificemque omnium: & in unigenitum Filium Dei, ante omnia ſæcula & initia, & ante omne tempus, quod in intellectum cadere poteſt, exiſtentem, & ante omnem comprehenſibilem ſubſtantiam, natum impaſſibiliter ex Deo, ſolum ex ſolo Patre, Deum de Deo, ſimilem Patri ſuo, qui ipſum genuit: cujus (ſecundum Scripturas) generationem nemo novit, niſi ſolus, qui eum genuit, Pater. Hunc ſcimus unigenitum Dei Filium nutu paterno advenisse de cælis ad demolienda peccata, genitum ex Maria Virgine, verſatumque cum diſcipulis fuiſſe, & ubi omne officium diſpenſationis adimpleviſſet, ſecundum Patris voluntatem, crucifixum, & mortuum eſſe, & ad inferos deſcendiſſe: atque ibi, quod ſui officii erat, peregiſſe; quem janitores infernorum conſpicati exhorruerunt: Eumque tertio die ab inferis reſurrexiſſe, & verſatum cum diſcipulis fuiſſe; eumque, ubi negotia ſua abſolverat, impletis quinquaginta diebus in cælo aſſumptum eſſe, & ſedere ad dexteram Patris; & ultimis diebus reſurrectionis venturum in gloria paterna, ut tribuat unicuique ſecundum opera ſua. Et in S. Spiritum, quem Unigenitus promiſit ſe miſſurum humano generi paracletum, quemadmodum ſcriptum eſt: Vado ad Patrem meum, eumque rogabo, & alium paracletum mittet vobis Spiritum veritatis; ille de meo accipiet, & docebit vos, omniumque admonebit. Vocabulum porro ſubſtantiæ, *quia ſimplicius a Patribus poſitum eſt, & a populis ignoratur, & ſcandalum affert, eo quod in Scripturis non continueatur, placuit ut de medio tolleretur, & nullam poſthac de Dei ſubſtantia mentionem eſſe faciendam, eo quod ſacræ Scripturæ numquam meminere ſubſtantiæ Patris & Filii: Filium autem Patri per omnia ſimilem dicimus, quemadmodum ſacræ litteræ dicunt & docent*. Hæc hæretici.

IX. Sirmiana profeſſio Arimini propoſita.

Quam tamen fidei profeſſionem, ex Epiphanio ſuperius dictum eſt, non ita adverſam fuiſſe Catholicæ fidei, ut manifeſtam hæreſin contineret; quod etiam S. Hieronymus, adverſus Luciferianos agens, pluribus docet. Scimus tamen ab Athanaſio hanc & omnes Arianorum formulas, in quibus conſubſtantialitas Filii Dei cum Patre non exprimeretur, ut hæreticas eſſe repudiatas, ea tantum ex cauſa, quod abdicatione vocis ſubſtantiæ, jam ad Arianam blaſphemiam apertus aditus videretur.

X. Qualis confeſſio Sirmiana.

Quibus recitatis (inquit Athanaſius) *non longe poſtea cognita eſt Epiſcoporum, qui hæc ſcripſerant, vafricies: Epiſcopis enim proponentibus, ut cæteræ cum Ariana damnarentur hæreſes, reliquiſque omnibus ad id conſentientibus, Valens & Ur-*

XI. Detecta vafricies Arianorum.

ſa-

Digitized by Google

facius cum ſociis ſuis abnuerunt: ac inde cognitum eſt, eos non ſincere, ſed ad abolitionem eorum quæ Nicææ acta eſſent, ita ſcripſiſſe, ut infauſtam hæreſin introducerent. Mirantes igitur doloſa eorum hominum verba, & vafrum inſtitutum, dixerunt ad eos: Nos, non quia fide indigeremus, huc convenimus: habemus enim ſanam fidem; ſed ut eos qui veritati contradicunt & nova moliuntur, confunderemus. Si igitur vos quaſi nunc incipientes credere iſta ſcripſiſtis; nondum clerici haberi poteſtis, ut qui nunc rudimenta fidei condiſcere incipiatis. Quod ſi eo animo, quo nos, huc veniſtis; ſit omnium concordia, & hæreſes anathemate execremur; & quæ Patrum ſunt, retineamus, ne poſthac captatæ Conciliorum occaſiones obverſentur; cum ſemel illi, qui Nicææ convenerant, omnia præoccuparint, & nihil non egerint pro Catholica fide. ☞ Ut autem pro ratione temporis Antequam cuncta Acta reddantur, iſta ſubjicimus: quicquam Catholici ſtatuerent contra Arianos, ſex poſt dies a promulgata ab adverſariis profeſſione Sirmienſi, contigit, Conſtantium Imperatorem alias ad Synodum ſcribere litteras ſexto Kalendas Junias, quibus Synodum monuit, ne quid de Orientalibus qui ſeorſum convenirent præſumerent definire: depromptam igitur hanc epiſtolam ex eodem libro de Synodo Ariminenſi hic reddimus; ſic enim ſe habet (a):

(a) Hilar. frag. l. 2. pag. 44. 45.

Victor Conſtantinus * Maximus triumphator ſemper Aug. Epiſcopis.

* Conſtantius.

XII. Conſtantii Imp. literæ ad Synod. Arimin.

Continent priora inſtituta, Venerabiles, ſanctimoniam legis rebus Eccleſiaſticis utis, ſatis ſuperque perſpeximus litteris ad noſtram prudentiam datis iiſdem oportere operam dare: cum profecto & Epiſcoporum id officio congruat, & ſalus omnium longe lateque populorum hoc fundamine roboretur. Sed res admonuit inſtituta rurſus exiſtere *. Non enim aliquis definita geminari ſuperfluum judicabit, cum rebus conſueverit admonitio augere cumulum diligentiæ. His ita ſe habentibus, de fide atque unitate tractare debere cognoſcat ſinceritas veſtra, & operam dari ut Eccleſiaſticis rebus ordo competens præbeatur. Diſcurret namque cunctorum poſteritas ubique populorum, & concordia fida ſervabitur, cum penitus amputatis nec * hujuſmodi quæſtionibus cunctis ſectando commoverit, res iſta non debet ita intentionem animi propagare. Non enim de Orientalibus Epiſcopis in Concilio veſtro patitur ratio aliquid definiri. Proinde ſuper his tantum quæ ad vos pertinere cognoſcit gravitas veſtra, tractare debebitis, & completis celeriter univerſis, conſentiente conſenſu, decem mittere ad comitatum meum, ut prudentiæ veſtræ prioribus litteris intimavimus. Prædicti enim poterunt omnibus, quæ eiſdem Orientalibus propoſuerint, reſpondere, vel tractare de fide, ut exitu competenti omnis quæſtio terminetur & ambiguitas ſopiatur. Quæ cum ita ſint, adverſus Orientales nihil ſtatuere vos oportet, aut ſi aliquid volueritis contra eoſdem prædictis abſentibus definire, id quod fuerit uſurpatum irrito evaneſcet effectu. Non enim illa vires habere poterit definitio, cui noſtra ſtatuta teſtantur jam nunc robur & * cupiam denegari. Quæ cum ita ſint, moderationi religionis venerabilibus Antiſtitibus conſentanea debetis veneranda perficere, ut id quod religio poſtulat, explicetur, & quod audiri prohibet ratio, nullus uſurpet. Divinitas vos ſervet per multos annos, Parentes K. DAT. VI. KAL. JUNIAS EUSEBIO ET HYPATIO COSS.

* Inſiſtere.

* copiam.

XIII.

Patuerunt ipſi quidem nihil de Orientalibus decernentes, niſi quod iſti diverſa ab illis ſtatuerunt, licet nullam de illis habuerint mentionem. Orthodoxi vero promulgata ab Arianis in Concilio ſua ipſorum perfidia, qua convellebatur profeſſio Nicæna, qua & condemnatus eſt Oſius, pro viribus obniti cœperunt, nihil antiquius habentes, quam ut bene ſtatutum fidei ſymbolum confirmarent, Arianamque hæreſim iterum condemnarent, eamque ſectantes anathemate profligarent, nam audi Athanaſium (a) ☜.

(b) Athan. lib. de Synod.

Probatur a Catholicis fides Nicæna.

Omnibus ergo Epiſcopis ita ſuffragiis inter ſe conſentientibus, illis ex adverſo abnuentibus, ac proinde ut infectis, doloſis, ac potius hæreticis condemnatis, totum Concilium ſuis calculis Nicænam Synodum approbavit, & eam ad omnia ſufficere judicavit: Urſacium vero, & Valentem, Germinium, Auxentium, Cajum, Demophilum hæreticos pronunciavit; & contra eos ſubmotos ab Eccleſia, ut non vere Chriſtianos, litteras ſcripſerunt. Ipſa autem ſententia a Synodo prolata adverſus hos, recitatus ab Athanaſio, quæ ſic ſe habet (c):

(c) Athan. de Synod.

XIV. Sententia Synodi.

Sententia Synodi. Quamdiu par & poſſibile erat, fratres cariſſimi, Catholica Synodus, & ſancta Eccleſia, ſua patientia & tolerantia pertulit indigne Urſacium, & Valentem, Cajum, Germinium, & Auxentium: qui alias alia ſentientes, omnes Eccleſias perturbarunt; & nunc in præſentia auſi ſunt hæreticas ſententias Orthodoxæ fidei aſſerere, & Nicænam Synodum hoſtem Arianæ hæreſis demoliri; ſuamque, ſed peregrinam & alieniſſimam a ſanctiſſima Eccleſia, fidem conſcriptam promulgare; quam nos recipere, nefarium putavimus. Qui cum jampridem hæretici eſſent, etiam nunc deprehenſi ſunt contraria ſentire: quos ad communionem noſtram accedere prohibuimus; eoſque in præſentia, noſtris verbis condemnantes, a cœtu Fidelium rejicimus. Vos item quod videbitur de iſtis ſtatuite, ut uniuſcujuſque cognitio

ex

ex ſua ſubſcriptione robur habeat. Unanimiter nos Epiſcopi dicimus. Prædicti iſti inimici detrahantur ab Eccleſia, ut Catholica Eccleſia in pace permaneat. Hactenus ſententia ab Epiſcopis omnibus Catholicis ſubſcripta. Subdit Athanaſius:

XV. Finis legitimi Concilii Ariminenſis.

Et hæc quidem Arimini acta celeriter ejuſmodi finem acceperunt. Nemo enim ibi deſtitit, ſed omnes concorditer ſua judicia conſcripſerunt, & Arianos rejecerunt. His peractis, decernitur legatio ad Imperatorem Conſtantium; *legatiſque Synodales litteras dederunt* (ut idem ait Athanaſius) *Romana quidem lingua, ſed in Græcum linguam, quoad fieri potuit, ad iſtum modum interpretatus.* Hæc Athanaſius; eadem quoque Sozomenus (*a*) ex ipſo (ut apparet) Athanaſio deſumpta. Recitat eamdem etiam fidei formulam Socrates (*b*), ſed alia plane tranſlatione. Sed accipe quæ habentur apud Sanctum Hilarium libro de Synodo Ariminenſi poſteriori, his verbis (*c*):

(a) Sozom. l. 4. c. 16.
(b) Socrat. l. 2. c. 29.
(c) Hilar. frag. l. 2. p. 45. 46.

Incipit Definitio Catholica habita ab omnibus Catholicis Epiſcopis, priuſquam per terrenam poteſtatem territi, hæreticorum conſortio ſociarentur in Concilio Ariminenſi.

XVI. Definitio Catholica legitimi Conc. Ariminenſis.

Sic credimus placere omnibus poſſe Catholicis a ſymbolo accepto nos recedere non oportere, quod in collatione apud omnes integrum recognovimus; nec a fide receſſuros, quam per Prophetas a Deo Patre per Chriſtum Dominum noſtrum, docente Spiritu ſancto, & in Evangeliis & in Apoſtolis omnibus ſuſcepimus, ut per traditionem Patrum ſecundum ſucceſſionem Apoſtolorum uſque ad tractatum, apud Nicæam habitum contra hæreſim, quæ tunc temporis exſurrexerat, poſitum nunc uſque permanet. Quibus omnibus nec addendum aliquid credimus, nec minui poſſe manifeſtum eſt. Placet ergo nihil novum fieri: ſubſtantiæ *quoque nomen & rem a multis ſanctis Scripturis inſinuatam mentibus noſtris, obtinere debere ſui firmitatem. Quam rem cum ſuo nomine Eccleſia Catholica, cum doctrina Deifica ſemper confiteri & profiteri conſuevit.* Subdit auctor: *Huic definitioni omnes in unum Catholici conſpirantes ſubſcripſerunt.*

XVII. Traditionis Patrum Violatores damnati.

Eodem in Concilio poſtquam ſtatutum eſt, nihil debere paternam minui traditionem, etiam qui contra hanc veniebant, omnium in unum conſpirantium ſpiritali voce ſunt damnati. Cujus tractatus hoc eſt exemplum.

Euſebio & Hypatio Coſſ. duodecimo Kalen. Auguſti.

Cum apud locum Ariminenſem Epiſcoporum Synodus fuiſſet collecta, & tractatum fuiſſet de fide, & ſediſſet animo quid agi deberet, Gracianus Epiſcopus a Calle dixit: Quantum dicunt, FF. CC. Catholica Synodus patientiam habuit & piam Eccleſiam toties exhibuit juxta Urſacium & Valentem, Germinium, Gajum, qui toties mutando, quod crediderant, omnes Eccleſias turbaverunt, & nunc conantur hæreticum animum ſuum inſerere animis Chriſtianis: ſubvertere enim volunt tractatum habitum apud Nicæam, qui poſitus eſt contra Arianam hæreſim, & cæteras. Attulerunt nobis præterea conſcriptam a ſe fidem quam recipere nos non licebat. Jam quidem hæretici antehac nobis pronunciati ſunt, & multis diebus eſt comprobatum: quos & ad noſtram communionem non admiſimus, voce noſtra damnantes eos præſentes. Nunc iterum quid vobis placet, iterum dicite, ut ſingulorum ſubſcriptione firmetur. Univerſi Epiſcopi dixerunt: Placet ut hæretici SS. damnentur, quo poſſit Eccleſia fide inconcuſſa, quæ vere Catholica eſt, in pace perpetua permanere. At non ſolum hoc præſtitere Catholici, ſed firmata fide Nicæna, & damnatis ejus adverſariis, damnationem ejuſdem hæreſis & aliarum appoſuerunt, cui hujuſmodi habetur præfixus titulus (*d*):

(d) Apud eumdem lib. poſteriori de Synod. Arim. ex C. Deruent. prodita.

XVIII. Blaſphemiæ damnatæ.

Damnatio blaſphemiæ Arii & expoſitio integræ, & Catholicæ fidei, quam Catholici in tractatu Ariminenſi firmaverunt & manu ſua ſubſcripſerunt.

Blaſphemia Arii, licet antehac fuerat damnata, latebant tamen occultæ, quia eum blaſphemaſſe ignorabatur. Verum favente Deo, procuratum eſt, ut conſtitutis nobis apud Ariminum, ejus peſtifera hæreſis reperiretur. Et ideo ſimul cum ejus blaſphemiis omnes quoque hæreſes, quæ antehac exſurrexerunt contra Catholicam & Apoſtolicam traditionem, ſicuti jamdudum damnatæ ſunt præteritis Conciliis, & diverſis in locis, nos quoque damnamus, & anathematizamus eos, qui dicunt filium Dei nullis extantibus, & de alia ſubſtantia, & non de Deo Patre natum, Deum verum de Deo vero.

Et ſi quis Patrem & Filium duos Deos, hoc eſt, non nota duo principia dixerit, & non Patris & Filii unam Deitatem profiteatur, anathema ſit. XIX.

Si quis Filium Dei creaturam vel facturam dixerit, anathema ſit.

Si quis Deum Patrem ipſum de Maria Virgine unum, eumdemque Patrem & Filium dixerit, anathema ſit.

Si quis Filium Dei de Maria initium ſumpſiſſe dixerit, vel fuiſſe tempus quando non erat Filius, anathema ſit.

Si quis Filium Dei non vere inenarrabiliter de Deo Patre natum, ſed adoptivum Filium dixerit, anathema ſit.

Si quis Filium Dei aut temporalem, aut hominem ſolum, & non ante omnia ſæcula de Deo Patre natum profiteatur, anathema ſit.

Si quis Patris, & Filii & Spiritus ſancti unam perſonam, aut tres ſubſtantias diviſas dixerit, & non perfectæ Trinitatis unam Deitatem profiteatur, anathema ſit.

Si

Si quis Filium Dei eſſe ante omnia quidem ſæcula, & non ante omne omnino tempus, ut ei tempus aſſignet, anathema ſit.

Si quis creata omnia non per Verbum, ſed ſine eo vel ante eum facta dixerit, anathema ſit.

Si qua autem alia blaſphemia Arii, vel cujuslibet reperta fuerint, ſimiliter anathematizamus. Hactenus ibi. His autem a Synodo Catholica definitis, viſum eſt omnibus Orthodoxis de his certiorem reddere Imperatorem, ad ipſumque Synodalem epiſtolam ſcribere, quod & naviter præſtiterunt ☞. Exemplum autem epiſtolæ Synodalis ad Conſtantium Auguſtum apud Athanaſium (*a*) ſic ſe habet:

(*a*) *Athan. de Synod.*

XX. Litteræ legitimæ Synodi Arimin. ad Conſtantium.

Dei juſſu, tuoque pio edicto parentes, quæ olim dogmatibus tradita ita eſſe, ut tradita ſunt, noſtris ſuffragiis ſtabilienda judicavimus. Nam Ariminum ex omnibus ad Occidentem poſitis Civitatibus in unum convenimus, ut fides Catholicæ Eccleſiæ cognoſceretur, & qui alterius opinionis eſſent, manifeſti fierent. Ibique poſt longam deliberationem optima viſa eſt ea fides, quæ hactenus uſque a priſcis temporibus perduravit; quam & Prophetæ, & Evangeliſtæ, & Apoſtoli per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum prædicarunt, qui eſt tui Imperii cuſtos, & tuæ valetudinis defenſor. Statutum eſt igitur, ut eam retinentes coleremus, & colentes uſque ad finem conſervaremus. Indecens enim & nefarium, aliquid ex recte & juſte decretis, & ex rebus Nicææ publice cum illuſtriſſimo Principe Conſtantino patre tuo per accuratam deliberationem conſtitutis immutare velle: in quibus tanta doctrina eſt & prudentia, ut ea ubique deprædicata ad omnium aures animoſque pervenerit, quæ ſola hoſtis & interfectrix Arianæ hæreſeos, & per quam non illa ſola, ſed & reliquæ hæreſes ſublatæ ſunt, in qua certe & addere aliquid, temerarium eſt, & auferre periculoſum: quorum ſi alterutrum fiat, erit hoſtibus quidlibet agendi libera facultas.

XXI. De damnatione Urſacii, & Valentis.

Atque ea de cauſa Urſacius & Valens jampridem ſocii & adſtipulatores Arianis dogmatis, a noſtra communione ſententia data, ſegregati fuere: quam ut denuo recuperarent, de peccatis ſuis, in quibus ſe conſcios agnoſcebant, pœnitentiam veniamque poſtularunt, ut eorum ſyngrapha teſtantur; & ob id illis venia gratiaque delictorum facta eſt. Hæc autem per id temporis facta ſunt, cum Mediolani Synodus in conſeſſum ibat, præſentibus ibidem Romanæ Eccleſiæ presbyteris: ſuitque proinde nobis perſuaſiſſimum, iniquum eſſe, cum Imperator Conſtans ab obitu ſuo dignus omni memoria hanc fidem omni cura & diligentia conſcriptam promulgarit, tum demum ex quo ille baptizatus, ex hominibus in requiem ſibi debitam tranſlatus eſt, aliquid novi in ea fide moliri velle, & tot ſanctos confeſſores & martyres hujus placiti ſcriptores auctoreſque contemnere, qui pro veteri lege, rituque Eccleſiæ, in ea ſententia permanſere, quorum fidem Deus per Dominum Jeſum Chriſtum in tempora tui Imperii contulit; per quem itu late regnas, ut etiam noſtro Orbi imperes.

XXII. De inconſtantia Urſacii, & Valentis.

Verum denuo miſeri iſti deplorati animi, nefario auſu impiæ ſententiæ ſeſe præcones oſtendunt, & omnia veritatis decreta convellere nituntur. Eo enim tempore quo pro tuo edicto Synodus cogebatur, ipſi fraudis ſuæ conſilia denudarunt: conati enim ſunt per vafritiem, & tumultum, cum ſociis iſtius factionis, Germinio, Auxentio, Cajo, contentiones diſcordiaſque ſeminantibus, novas res facere. Quorum doctrina una eademque omne genus blaſphemiarum ſuperat. Ubi autem viderent, non eſſe ſibi homines ejuſdem ſtudii, neque qui illorum pravis ſententiis adſtipularentur, in noſtrum conſilium ſe tranſtulerunt, ut viderentur aliud quippiam ſcribere; ſed ipſi non ita diu poſtea animum ſuum oſtenderunt. Ne igitur res Eccleſiaſticæ in eaſdem moleſtias cadant, neve turbatio & tumultus denuo omnia involvat & confundat; conſtanter viſum eſt, olim decreta pro legitimis inconcuſſe ſervanda, & iſtos a noſtra communione ſubmovendos eſſe.

XXIII. De legatione ad Conſtantium miſſa.

Atque ideo legatos noſtros ad tuam æquitatem miſimus, qui tibi ſententiam Synodi ex epiſtola oſtenderent: idque legatis noſtris ante omnia mandatum eſt, ut veritatem priſcis & juſtis rerum allegationibus probarent; & tuæ ſanctitati oſtenderent, quod non, quemadmodum Urſacius & Valens inquiunt, pax futura ſit, ſi aliqua ex rebus juſtis ſubvertantur. Nam quomodo pacifice agere poterunt, qui pacem tollunt? ſed potius inde contentionem turbationemque tum reliquis Civitatibus, tum Romanæ urbi oborituras eſſe. Quapropter ſupplicamus tuæ humanitati, ut benignis auribus & ſereno vultu noſtros legatos intuearis, neque ad contumeliam mortuorum aliquid novi induci permittas; ſed nos ſinas inſtitutis decretiſque majorum permanere, quos magno ingenio, prudentia, & Spiritu ſancto omnia feciſſe, aſſeveravimus. Certe res nova, quas iſti moliuntur, credentibus incredulitatem, incredulis credulitatem inducunt.

XXIV. Epiſcopi petunt miſſionem.

Iterum te noſtris ſupplicationibus convenimus, ut jubeas Epiſcopos peregre commorantes, quos & gravitas ætatis & paupertas affligit, quam facillime in patriam deduci; ne Eccleſiæ, abſentibus Epiſcopis, deſertæ relinquantur. Id quoque noſtris precibus addimus, quo nihil deſit rerum priſcarum, nihilque exuberet, ſed omnia firma maneant, uſque a temporibus beati Patris tui in hodiernum diem obſervata; ne

nos poſthac vexari, & a noſtris Diœceſibus ſegregari permittas; ſed ut Epiſcopi cum ſuis populis pacem ad preces cultuſque divinos & otium habeant, orantes pro tuo Imperio, ſalute, & pace, quam tibi in perpetuum Divinitus largiatur. Noſtri porro legati, ſubſcriptiones, ſalutationeſque Epiſcoporum afferunt, qui tuam ſanctitatem de hac cauſa ex ipſis ſacris litteris edocebunt. Hucaſque Synodalis ad Conſtantium epiſtola, in qua apud alios mendoſe (ut ſuperius alia dictum eſt occaſione) legitur circa medium, *Conſtantinus*, pro *Conſtante*. Hiſce litteris acceptis, decem ex Synodo profecti ſunt legati ex parte Catholicorum ad Imperatorem, totidemque (ut ait Severus *a*) miſſi fuerunt ab Arianis, quod & litteræ Conſtantii ad eos redditæ indicant. In titulo autem dictæ Synodalis epiſtolæ ad Conſtantium Imperatorem nequaquam Orthodoxi Patres inſcribere voluerunt *Conſtantium æternum*, ut Ariani facere conſueverant: quod & Sozomenus tradit (*b*), qui & hæc ſubdit:

(a) *Sever. l.* 2.

(b) *Sozom. l.* 4. *c.* 16. *ibid. c.* 18.

XXV. Imperator Conſtant. detinet Legatos.

Urſacius autem & Valens legatos a Concilio miſſos prævertentes, formulam fidei, quam in Concilio perlegerant, Imperatori oſtendere, Conciliumque falſo inſimulare cœperunt. Imperator vero graviter propterea fortaſſe commotus, quod formulam fidei, quæ ſe præſente Sirmii confirmata fuiſſet, rejeciſſent: hos duos in magno honore habere, legatos autem Concilii contemnere, eoſque longa mora fatigatos negligere. Tandem vero, licet ſerius, ſcripſit ad Concilium, excuſatione pro ſe allata, quod iter quoddam neceſſarium, quod quidem eſſet jam ad barbaros ſuſcepturus, ipſum diſtrictum teneret, & propterea ſe non potuiſſe legatos illius videre: itaque dediſſe eis mandatum, ut Hadrianopoli ad ſuum reditum expectarent, uti cum Reipub. negotia recte conſtituta eſſent, animo a curis vacuo, illorum legationem audiret, diligenterque cognoſceret: nam oportere eum, qui de rebus divinis diſceptaret, animum ab aliis rebus penitus habere liberum: hæc fere ad Concilium ſcripſit Imperator. Iſthæc quidem omnia conſilio legatorum Arianorum: *Quod propterea ab eſſit* (inquit Theodoretus *c*) *factum eſt, quod putabant Epiſcopos, quia longinquam morum ægre eſſent laturi, deſideraturique ad urbes ſibi commiſſas redire, coactos fore, vallum, quod contra hæreſin ſtruxerant, ſubvertere diſturbareque. Sed fruſtra hic conatus ab illis ſuſceptus eſt: nam generoſi illi fidei propugnatores aliam denuo ſcripſere ad Imperatorem epiſtolam, oraveréque ut tum reciperet legatos, tum ipſos a Concilio dimitteret; quam epiſtolam in hiſtoria etiam inſeram.* At quoniam illa poſt litteras a Conſtantio ad eos miſſas data eſt, hic primum epiſtolam Imperatoris ad eos ſcriptam deſcribemus, quæ ſic ſe habet (*d*):

(c) *Theod. l.* 2. *c.* 19. *in fine.*

(d) *Apud Socrat. lib.* 2. *c.* 29.

Conſtantius Victor & Triumphator Auguſtus, omnibus Epiſcopis, qui ſunt Arimini coacti, ſalutem.

XXVI. Conſtantii littera ad Concilium Ariminenſe.

Quamquam veſtræ ſanctitati minime obſcurum eſt, nos maximam curam divinæ & venerandæ religionis Chriſti ſemper habuiſſe: tamen viginti Epiſcopos, quos veſtra prudentia ad legationem veſtram obeundam miſiſtis, hoc tempore ad noſtrum conſpectum admittendi, otium non erat; nam expeditio, quam contra barbaros in præſentia ſuſcipimus, nos diſtrictos tenet; & par eſt (uti noſtis) ut ei, qui ſit ſacroſancta religionis negotia tractaturus, animus ab omni cura & perturbatione liber ſit. Proinde Epiſcopis mandavimus, ut Hadrianopoli noſtrum reditum expectent: uti, cum ea, quæ ad Rempub. pertinent, rite procurata fuerint; illa deinceps, quæ ſint nobis propoſituri, diligenter audire expendereque poſſimus. Veſtræ autem gravitati interea ne moleſtum ſit, eorum reverſionem expectare; ut cum redierint, noſtraque retulerint ad vos reſponſa, illa quæ ſunt ex uſu Eccleſiæ Catholicæ futura, poſſitis ad exitum perducere. Hucaſque Conſtantius ad Synodum Arimini congregatam. Has litteras cum accepiſſent Epiſcopi, qui ſcilicet erant e partibus Catholicorum, hoc modo ad Imperatorem reſcripſere (*e*):

(e) *Apud Socrat. lib.* 2. *c.* 29.

XXVII. Epiſtola Catholicorum Epiſcoporum Arimini congregatorum.

Tuæ clementiæ litteras accepimus, Imperator ſanctiſſime; ex quibus didicimus, tibi propter neceſſaria Reipub. negotia, eo tempore non ſatis ſuppetiviſſe otii legatos noſtros in conſpectum tuum admittendi; nobiſque in mandatis dare, ut illorum reditum uſque eo expectemus, quoad tua prudentia intellexerit ea, quæ ſunt a nobis convenienter majorum noſtrorum inſtitutis decreta decretaque. Cæterum jam per haſce litteras confitemur, tibique confirmamus, nos a noſtro propoſito & ſententia nequaquam diſceſſuros: Legatis etiam noſtris idem imperavimus. Quamobrem rogamus te, ut placido vultu litteras haſce, a noſtra modeſtia ad te perſcriptas, legendas cures: quinetiam ea, quæ noſtris legatis obeunda impoſuimus, æqui bonique conſulas. Illud præterea tua benignitas iſta nobiſcum intelligit, quam triſtis & acerba res ſit, tot Eccleſias, in tuis iſtis beatiſſimis temporibus, Epiſcopis ſuis deſtitutas eſſe: & propterea tuam clementiam iterum atque iterum obteſtamur, Imperator Auguſtiſſime, ut ante hyemis aſperitatem (modo tuæ pietati ita viſum fuerit) nobis ad noſtras Eccleſias revertendi facias poteſtatem, quo poſſimus Deo Patri omnipotenti, & Domino ac Salvatori noſtro Chriſto Filio ejus unigenito, pro tuo regno conſuetas preces cum populo fundere, ſicut & ante ſemper fecimus, & adhuc facere

cere non deſiſtimus. Hactenus Orthodoxorum litteræ ad Conſtantium Imperatorem.

XXVIII. Conſtantius Nicææ Thraciæ parat Synodum.

Sed quid interea a Conſtantio & legatis Arianorum ad obruendam Nicænam Catholicam fidem actum eſt? Ridiculum quidem, ſed tamen valde temerarium illud excogitatum commentum fuit, ut Nicææ Thraciæ, qui illic aderant, convenirent Epiſcopi, juſſu Imperatoris, ibique novam fidei formulam ex ejuſdem Conſtantii ſententia ſcriberent, quam æque Nicænam appellarent: hæc enim his verbis Theodoretus (*a*) recenſet: *Hac epiſtola ex Synodo Ariminenſi ad Imperatorem allata: Ariani, cum ejus animum ad iracundiam concitaſſent, perficiunt, ut plurimi Epiſcopi Nicæam Thraciæ urbem inviti traducerentur: quorum partem propter animorum ſimplicitatem callide circumveniendo, partem minis deterrendo impellunt, ut eadem machina ad pietatem oppugnandam utantur, quam ipſi jampridem excogitarant: nimirum ut has voces*, Subſtantia, & Conſubſtantialis, *ex fidei formula eximant, inque earum loco*, Similis, *ponant. Fidei autem formulam ab iſtis editam, non ut quæ recte ſe habeat, ſed ut quæ factionem Arianam manifeſte coarguat, hoc loco citare eſt animus: qua tamen impii hujus noſtræ ætatis heretici non contenti ſunt; ſed pro hac voce*, Similis, *vocem*, Diſſimilis, *uſurpare non verentur. Credimus in unum & ſolum verum Deum, &c.* Conſentiens eſt per omnia Sirmianæ tertiæ recitatæ in Concilio Ariminenſi; niſi quod hæc illa id minus habet, quod etiam ibi dicatur *Filius per omnia Patri ſimilis*; hic vero tantum, *Patri ſimilis*, quod ex ſententia Valentis factum eſt, iſtud ipſum olim tentantis in Concilio Sirmienſi, ut diximus; cui tunc ipſemet Conſtantius Imperator fuerat refragatus.

(*a*) *Theod. lib. 2. c. 21.*

XXIX. Ariani in deterius prolapſi.

Vides, quibus lapſibus Ariani, a fide Catholica ſemel excidentes, præcipites deferantur ad imo, abjicientes primo vocem *Conſubſtantialis*, ut exoticam & peregrinam, contenti verbo *Subſtantiæ*, ſed & hanc ablegantes, *Per omnia ſimilis*, appoſuere; modo vero tantum, *Similis*; ac denique, *Omnino diſſimilis*; atque proinde dixeris impius non tantum in corde ſuo, ſed (quod majoris procaciæ eſt) ſcriptis ſuis, *Non eſt Chriſtus Deus*. ☞ Quod non ſolum Orthodoxis viſum eſt execrandum, ſed hæreticis ipſis Orientalibus, qui Semiariani dicebantur, quorum Germinius præſens adverſatus, diverſam ab illis ſcripſit fidei profeſſionem, quæ extat apud librum S. Hilarii Fragmentorum, ejuſmodi inſcriptione præpoſita (*b*):

(*b*) *Hilar. frag. lib. 1. pag. 5. 6.*

XXX. Germinii Semiariani Profeſſio Fidei adverſus Arianos.

Incipit epiſtola Germinii adverſus Arianos, qui jam ſubſcripſerant in Concilio Ariminenſi, ſcientes quod male fecerunt.

Ego Germinius Epiſcopus credo & profiteor eſſe unum verum Deum Patrem æternum omnipotentem; & Chriſtum Filium ejus unicum & Dominum noſtrum, de vero Deo Patre verum Dei Filium ante omnia genitum, Divinitate, charitate, majeſtate, virtute, claritate, vita, ſapientia, ſcientia Patri per omnia ſimilem, utpote perfectum de perfecto genitum. Suſceptionem etiam hominis ex virgine Maria, ſicut Prophetæ futurum prædixerant, & Evangelicæ atque Apoſtolicæ voces completum docent. Paſſiones quoque ejus & mortem & reſurrectionem & in cœlis aſcenſionem ſuſcipimus, credimus, profitemur; & quod in fine mundi de cœlis deſcenſurus ſit judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique ſecundum opera ejus. Et in Spiritum ſanctum, id eſt, Paraclitum, qui nobis a Deo Patre per Filium datus eſt. Explicit.

Sed & qui in Oriente erant Semiariani Epiſcopi, ubi audierunt decem legatos ad Conſtantium miſſos, pro confirmatione perfidiæ ab ipſis Arimini conſtitutæ, ſtatim his pro viribus reſiſtere laborarunt: quorum in hanc ſententiam, hoc tempore, data reperitur epiſtola, cum notis exhibita ab edito volumine Hilarii Fragmentorum, quam hic tibi deſcribimus: ſic enim ſe habet (*c*). XXXI.

(*c*) *Hilar. frag. lib. 1. pag. 51. 52.*

Epiſcoporum in Oriente Semiarianorum adverſus Arianos Epiſtola.

*Dilectiſſimis fratribus Urſacio, Valenti, Magdonio *, Megaſio, Gajo, Juſtino, Optato, Marciali, & cæteris Ariminenſis Synodi legatis, Sylvanus, Sophronius, Neo, Herodianus, Patricius, Helpidius, Theophilus, Theodorus, Eumatius *, Didimion, Ecdicius, Arſenius, Paſſumicus, Valentinus, Eucarpius, Leontius, Portaſius *, & Macarius in Domino, ſalutem.*

* Migdonio.

* Eumachius.

* Protaſius.

*Unitati & veræ paci ſtudentes, & ex Synodi mandato hæreſi renitentes, manifeſta fieri vobis ea quæ circa Eccleſiam aguntur, juſtum putavimus, ne ignorantia vos ſocios tantæ impietatis efficeret. Et quamquam non ceſſare vos arbitremur, non ſine totius Synodi legatis, Epiſcoporum ſcilicet numero fere multo amplius centum nunc uſque ingreſſu hujus Eccleſiæ noſmetipſos abſtinere: ob quod inſtructos etiam vos eſſe volumus, ne penitus dominans jam intra Eccleſiam hæreſis invaleſcat, quæ Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum vere Filium Dei unigenitum, Deum de Deo Patris ſimilem auſa eſt denegare: ita quæ prædicationes blaſphemiæ de unigenito * Deo eſſentialiter ab his prædicetur, cognitum haberetis. Nam & piiſſimo Imperatori Conſtantio hoc ipſum probavimus, & anathematizari hæc omnia commotus religioſiſſime voluit. Dolus autem hic præparatur, ut Ætius auctor hujus hæreſis ipſe potius, quam hæc impie dicta damnentur, magiſque in hominem quam in doctrinam ſententia lata eſſe videatur. Monemus ergo vos, fratres, ut hæc diligenter retractetis, detiſque operam ut fides Catho-*

ſtea maneat. Cæterum non ambigit charitas veſtra, univerſa ita ut geruntur, Occidentalibus eſſe Eccleſiis nuncianda. Optamus vos fratres, in Domino bene valere. Hactenus Semiariani ad legatos ab Arianis ex Ariminenſi Concilio ad Conſtantium miſſos. Sed tantum abeſt ut quicquam iſti profecerint, ut hæreſim confirmare etiam mentito nomine laborarent. Quod enim ſcirent apud omnes Orthodoxos Nicænam fidem magno haberi pretio, altiſque fixam radicibus manere apud eos penitus inconvulſam, hoc quod dictum eſt, addiderunt, ut ſuam ipſorum profeſſionem hæreticam, Nicænam fidem aliquo ſaltem, vel mentito colore appellare poſſent, ejuſmodi extemporaneum coegerunt Nicææ Thraciæ Conventiculum, ut ſuperius eſt demonſtratum.

XXXII. De eorum quoque conſilio Nicææ Thraciæ conveniendi, hæc Socrates (*a*): *Fidei formulam, quæ Arimini perlecta erat, in Græcum ſermonem (ſicuti antea ſcripſimus) converſam, cœpit Urſacius ratam facere, publicare, tamquam ex generali Concilio editam præconiis celebrare, & fidem Nicææ ſtabilitam appellare; eo plane animo, ut homines imperitos, ac ſimplices, nominis ſimilitudine in errorem raperet. Nam illi eam putabant fidem fuiſſe, quæ Nicææ urbis Bithyniæ erat olim confirmata. Verum iſtud commentum illis non magno adjumento fuit: nam non longo poſt tempore patefactum eſt, illeque ipſi ludibrio habitæ.*

(a) Socrat. l. 2. c. 29.

XXXIII. Sed luctuoſum illud tunc accidit, quod teſtatur Severus (*b*), legatos illic otioſe agentes, a Conſtantio detentos, ab eodem quoque eſſe compulſos ad Arianorum perfidiam ſubſcribendam, atque cum ipſis (proh nefas!) communicandum. Cæterum autem fuiſſe eos ætate juniores, & parum cautos, idem auctor affirmat: ſicque eos ſuæ ipſius communionis participes redditos Conſtantius dimiſit, ut Ariminum, ubi expectabant Epiſcopi, redirent. Quanta vero fuerit Conſtantii perſecutio, ex his plane metiri licet, quod ei ceſſerit conſolidata in fidei Catholicæ confeſſione ſenectus in Oſio, ſed & juvenum legatorum ex quadringentis fide præſtantium delectorum infracta conſtantia, adeo turpiter fuerit inclinata. De eadem vi Epiſcopis illata ad hanc ſtabiliendam perfidiam, iſta in Auxentium S. Hilarius (*c*): *Nam primum ea quæ Nicææ Thraciæ omnium impietas ex ſe exoleviſſet, ſancta eſſe teſtatur; vim ſcilicet illatam Epiſcopis, fidem veræ eſſe confeſſionis affirmans.* De eadem quoque vi adhibita ſic Athanaſius (*d*): *Qui* (inquit) *Arimini exauctorati erant, profugientes ad Conſtantium, operam dedere, ut ii, quorum ſententiis ceciderant, quam indigniſſime haberentur, minæque adderentur, ne in ſuas paræcias diſcederent: quibus etiam vim in Thracia per hiemem intulerunt, quo eos cogerent ad res novas; quas ipſi moliebantur, ſuſcipiendas, &c.* Extant in nuper edito volumine S. Hilarii fragmentorum, in poſteriori libro hæc, ex Actis Conventus Nicææ Thraciæ, de prævaricatione legatorum, qui miſſi ſunt ab Orthodoxis, quibus ejuſmodi inſcriptio præpoſita legitur (*e*).

(b) Sever. l. 2.

Legati coguntur ſubſcribere.

(c) Hilar. in Auxentium.

(d) Athan. epiſt. ad African.

(e) Hilar. frag. lib. 2. pag. 36. 37.

XXXV. *Geſta ubi prævaricati ſunt Epiſcopi legati a fide vera, incipiunt.*

Euſebio & Hypatio Coſſ. ſexto Idus Octobris.

Dum conſediſſent Epiſcopi manſionis Nicææ, quæ ante hac Uſtodizo vocabatur in Provincia Thracia, Reſtitutus, Gregorius, Honoratus, Athenius, Iginus, Juſtinus, Priſcus, Primus, Taurinus, Lucius, Muſtacius, Urbanus, Honoratus, Solutor. Reſtitutus Epiſcopus Carthaginis dixit: Scit prudentia veſtra conſacerdotes ſanctiſſimi, quod cum apud Ariminum de fide tractatus haberetur, contentio ſic diſſidium fecerat, ut de ſacerdotibus Dei, immittente Diabolo, diſcordia fieret, atque exinde factum fuerit, ut in fratres noſtros ego Reſtitutus & pars Epiſcoporum, quæ ſequebatur Urſacium, Valentem, Germinium & Gaium quaſi in auctores male intellectus ſententiam promeremus, id eſt, ut a noſtra communione ſegregarentur: Sed quia in commune poſiti univerſa tractavimus, & univerſa diſcuſſimus; invenimuſque quod nulli diſplicere debeat, id eſt, fidem in his Catholicam, juxta profeſſionem ſuam, cui & nos ſubſcripſimus omnes, neque unquam hæreticos fuiſſe. Et ideo quia pacis concordia apud Deum res eſt maxima, placuit ut communi conſenſu noſtro omnia quæ apud Ariminum tractata ſunt, in irritum deducantur, & communio eorum, Deo favente, integra conveniret, nec quiſquam in diſſidium remaneat, quod eos aut maculare poſſit aut debeat. Et ideo, ut dixi, quia præſentes ſumus, unuſquiſque debet dicere, an dictum ſit, quod proſecutus ſum, & manu ſua ſubſcribere. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet; & ſubſcripſerunt: Pergit auctor collectionis.

XXXVI. Quæ ſit autem fidei confeſſio, cui poſtea ſubſcripſerunt, quam etiam Valens ſecum in Ariminum pertulit, ex infraſcripto recognoſces.

Incipit exemplum fidei epiſtolæ miſſæ ad Conſtantium Imperatorem a perfidis Epiſcopis.

Perfidorum Epiſcoporum ad Conſtantium litteræ.

Domino merito glorioſiſſimo, victoriosiſſimo Auguſto Conſtantio, Synodus Ariminenſis Orientalibus conſentiens, id eſt, Migdonius, Megaſius, Valens, Epictetus, & cæteri qui hæreſi conſenſerunt.

Illuſtratis pietatis tuæ ſcriptis, maximas Deo retulimus & referemus gratias,

quod

quod nos beaveris, intimamus vobis illa, quæ cum diſcurſione pietatis tuæ facere deberemus, ne quis Uſiæ, vel Omouſii *nomina Eccleſiæ Dei ignota aliquando nominet, quod ſcandalum inter fratres facere ſolet, plurimum gratulati ſumus, quia id quod tenebamus, recognovimus.* O *nos beatos quibus occurrit tanta felicitas, ut cognitione tuæ pietatis cæteris qui hæc nomina pro Deo, & Dei Filio aſſumere ſolent, modum acceperint revicti!* Nos *igitur reddentes obſequium clementiæ tuæ, quod ceram veritatis ſtatus eluxit, quæ quod neſciat vinci, & obtinuit victoriam, ut indignum Deo nomen, quod nuſquam in legibus ſanctis ſcriptum eſt, jam a nullo dicatur. Unde oramus pietatem tuam, quoniam in eo loco, ubi Synodus geſta eſt, unde reſponſum per noſtros legatos dedimus, adhuc detinemur: jubeat nos qui integram in Orientalibus doctrinam retinemus, jam ad noſtras plebes dimitti, ut ex hac parte appareant amatores veritatis, qui Deo non mutant nomen, nec cum eis qui perverſa doctrina infecti ſunt, diutius nos qui veritatem Catholicam tenemus, detineamur.*

XXXVII. *Unde impenſe oramus, domine, pietatem tuam ante Deum Patrem & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Deum & Dei filium, facias nos qui ſubſcripſimus ſanæ doctrinæ, recedentes ab Uſiæ nomine, te imperante, & jubeas nos ad noſtras plebes dimitti, ut lætetur Eccleſia, quæ immutare nomina Dei & Filii ejus non admittit, in totum imperio tuæ virtutis & gloriæ, cui tantum Divinitas contulit, ne appares * dicationis ſacrilegis jam Uſiæ, &* Omouſii *nomina recedant, quæ in divinis Scripturis de Deo & Dei filio non inveniuntur ſcripta: Subveni, pie Imperator, Dei ſummi cultoribus: Subveni eis qui per Chriſtum Dei Filium, Deum Patrem omnipotentem orant. Subveni eis, qui judicio tuo devotus * offerunt omnes, qui neſciunt colere niſi Deum Patrem, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum gloriæ ejus Filium, Et præcipue, Domine Imperator, ad noſtras nos plebes remeare, datis litteris ad * hunc Præfectum Prætorii Taurum, quia & nos in prædicatione nominis Dei, Orientalibus & tuæ diſpoſitioni plenum reddidimus obſequium * inbuere in quo ſemper tenuimus, jam ad noſtras plebes redire debemus. De hac autem re ad Archiepiſcopos noſtros Orientales, litteras dedimus, ut ſciant hoc ſemper tenuiſſe, & in fide Catholica cum ipſis permanere. Domini pietas glorioſiſſimum te ſemper & ubique per omnia faciat vindicem, Domine piiſſime Imperator. Explicit.* Sed quæ poſt hæc ſecuta ſunt, audi ex Severo, qui res tunc geſtas Arimini fideliſſime proſecutus eſt in hæc verba (a).

(a) Sever. l. 2.

XXXVIII. *Ita dimiſſis legatis* (inquit Severus *a*) *Imperator Præfecto Tauro mandatum dat, ut Synodum non ante laxaret, quam conſcriptæ fidei conſentire ſe omnes ſubſcriptionibus profiterentur: ac ſi qui pertinacius obſiſterent, dummodo is numerus intra quindecim eſſet, in exilium pellerentur. Sed regreſſis legatis, licet vim regiam cauſantibus *, denegata eſt communio.* At lugubris caſus incidit, dum exemplo legatorum quamplurimi alii ex Catholicis manus dederunt; nam ſubdit: *Enim vero compertis quæ decreta erant, major rerum & conſiliorum perturbatio. Deinde paulatim plerique noſtrum, partim imbecillitate ingenii, partim tædio peregrinationis evicti, dedere ſe adverſariis, jam poſt reditum legatorum ſuperioribus, & Eccleſiam (noſtris inde detruſis) obtinentibus. Factaque ſemel inclinatione animorum catervatim in partem alteram conceſſum, donec ad viginti uſque numerus noſtrorum imminutus eſt; ſed hi quanto pauciores, tanto validiores erant. Conſtantiſſimus inter eos habebatur noſter Fœgadius, & Servatio Tungrorum Epiſcopus. Hos, quia minis & terriculis non ceſſerant, Taurus Præfectus precibus aggreditur, ac lacrymans obteſtatur, mitiora uti conſulerent: Clauſos intra unam urbem Epiſcopos jam ſeptimum menſem agere: injuria hiemis & inopia confectis nullam ſpem reverſionis dari: quis tandem eſſet finis? ſequerentur plurium exemplum, auctoritatem ſaltem ex numero ſumerent. Etenim vero Fœgadius paratum ſe exilio, atque ad omne ſupplicium, in quo depoſceretur, profiteri, ſe ab Arianis conceptam fidem non recepturum. Ita in hoc certamine aliquot dies tracti, ubi parum ad pacem proficiebant; paulatim & ipſe inſtructior ad extremum propoſita conditione evincitur. Namque Valens & Urſacius affirmantes *, præſentem fidem Catholica ratione conceptam ab Orientalibus, Imperatore auctore prolatam, cum periculo repudiari: at quis diſcordiarum finis foret, ſi quæ Orientalibus placuiſſet, Occidentalibus diſpliceret? Poſtremo ſi quid minus plene præſenti fide editum videretur, ipſi adderent quæ addenda putarent; præbituros ſe in his, quæ eſſent adjecta, conſenſum.*

XXXIX. *Favorabilis profeſſio * pronis omnium animis excepta, nec ultra noſtri repugnare auſi, jam quoquo modo finem rebus imponere cupientes. Deinde concepta a Fœgadio & Servatione profeſſiones edi cœpere; in quibus primum damnatur Arius, totaque ejus perfidia. Cæterum non etiam Patri æqualis, & ſine initio, ſine tempore Dei filius pronunciatur. Tum Valens tamquam noſtros adjuvans, ſubjecit ſententiam, cui inerat occultus dolus; Filium Dei non eſſe creaturam, ſicut cæteras creaturas. Fefellitque audientes fraus pro-*

ſeſ-

Legati reverſi non recipiuntur.

* deprecantibus.

* affirmabant.

* promiſſio.

Lapſus Epiſcoporum in Concilio Arimin.

feſſionis. Etenim his verbis, quibus ſimilis eſſe ceteris creaturis Filius negabatur, creatura tamen potior tantum ceteris pronunciabatur. Ita neutra pars viciſſe ſe penitus, aut victam putare poterat: quia fides ipſa pro Arianis, profeſſiones vero poſtea adjectæ pro noſtris erant, præter illam quam Valens ſubjunxerat, quæ tum non intellecta, ſero demum animadverſa eſt. Hoc vero modo Concilium dimiſſum, bono initio fœdo exitu eſt conſummatum. Hactenus Severus.

XL. Sed videamus quæ S. Hieronymus ex Actis ejuſdem Concilii Ariminenſis recitat (u): *Sub Rege* (inquit) *Conſtantio, Euſebio & Hypatio Conſulibus, nomine unitatis & fidei infidelitas ſcripta eſt, ut nunc agnoſcitur. Nam illo tempore nihil tam pium, nihil tam conveniens ſervo Dei videbatur, quam unitatem ſequi, & a totius mundi communione non ſcindi: præſertim cum ſuperficies expoſitionis nihil jam ſacrilegum præferret. Credimus, ajebant, in unum verum Deum Patrem omnipotentem: hoc etiam nos confitemur. Credimus in unigenitum Dei Filium, qui ante omnia ſæcula, & ante omne principium natus eſt ex Deo: natum autem unigenitum ſolum ex Deo Patre, Deum ex Deo, ſimilem genitori ſuo Patri ſecundum Scripturas: cujus nativitatem nullus novit, niſi qui ſolus eum genuit Pater. Numquid hic inſertum eſt,* Erat tempus quando non erat? *vel* De nullis extantibus creatura eſt Filius Dei? *Perfecta fides eſt, Deum de Deo credere. Et natum aiebant unigenitum ſolum ex Deo Patre. Quid eſt, natum? certe, non factum: nativitas ſuſpicionem auferebat creaturæ. Addebant præterea: Qui de cælo deſcendit, conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine: crucifixus a Pontio Pilato, tertia die reſurrexit a mortuis, aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris, venturus judicare vivos, & mortuos. Sonabant verba pietatem, & inter tanta illa præconia nemo venenum inſertum putabat.*

(u) *Hier. adverſus Luciferianos.*

Acta Ariminenſis Synodi ex S. Hieronymo.

XLI. *De* Uſiæ *vero nomine abjiciendo, veriſimilis ratio præbebatur; quia in Scripturis, ajebant, non invenitur, & multos ſimpliciores novitate ſua ſcandalizat, placuit auferri. Non erat curæ Epiſcopis de vocabulo, cum ſenſus eſſet in tuto. Denique ipſo in tempore, cum fraudem fuiſſe in expoſitione, rumor populi ventilaret; Valens Murſenſis Epiſcopus, qui eam conſcripſerat, præſente Tauro Prætorii Præfecto, qui ex juſſo Regis Synodo aderat, profeſſus eſt, ſe Arianum non eſſe, & penitus ab eorum blaſphemiis abhorrere. Res ſecrete geſta opinionem vulgi non extinxerat. Itaque alia die in Eccleſia quæ eſt apud Ariminum, & Epiſcoporum ſimul, & laicorum turbis concurrentibus, Muſonius Epiſcopus Provinciæ Byzantinæ, cui propter ætatem prima ab omnibus deferebantur, ita locutus eſt: Ea quæ ſunt jactata per publicum, & ad nos uſque perlata, aliquem e vobis ſanctitati veſtræ legere præcipimus: ut quæ ſunt mala, & ab auribus & a cordibus noſtris abhorrere debent, omnium una voce damnentur. Reſponſum eſt ab univerſis Epiſcopis:* Placet.

Vocis ſubſtantiæ cur facta ablegatio.

XLII. *Itaque cum Claudius Epiſcopus provinciæ Piceni, ex præcepto, omnium blaſphemias, quæ Valentis ferebantur, legere cœpiſſet; Valens ſuas eſſe negans, exclamavit, & dixit: Si quis negat Chriſtum Deum, Dei Filium, ante ſæcula ex patre genitum: anathema ſit. Ab univerſis conſonatum eſt:* Anathema ſit. *Si quis negat Filium Patri ſimilem, ſecundum Scripturas; anathema ſit. Ab univerſis conclamatum eſt:* Anathema ſit. *Si quis dixerit creaturam Filium Dei, ut ſunt ceteræ creaturæ; anathema ſit. Similiter dictum eſt:* Anathema ſit. *Si quis dixerit, de nullis extantibus Filium, & non de Deo Patre; anathema ſit. Omnes conclamaverunt:* Anathema ſit. *Si quis dixerit, Erat tempus, quando non erat Filius; anathema ſit. In hoc vero cuncti Epiſcopi, & tota ſimul Eccleſia plauſu quodam & tripudio, Valentis vocem exceperunt. Quod ſi quis a nobis fictum putat, ſcrinia publica ſcrutetur; plena ſunt certe Eccleſiarum arcæ, & recens adhuc rei memoria eſt; ſuperſunt homines, qui illi Synodo interfuerunt; & quod veritatem firmet, ipſi Ariani hæc ita, ut diximus, geſta non denegant.*

Claudius Epiſc. Picenus parat foveam lapſui.

Cum ergo cuncti Valentem ad cælum laudibus tollerent, & ſuum in eum ſuſpicionem cum pœnitentia damnarent; idem Claudius, qui ſupra legere cœperat, ait: Adhuc ſunt aliqua, quæ ſubterfugerunt dominum & fratrem meum Valentem; quæ, ſi vobis videtur, ne quis ſcrupulus remaneat, in commune damnemus. Si quis dixerit, Filium Dei eſſe quidem ante omnia ſæcula, ſed non ante omne omnino tempus, ut ei aliquid anteferat; anathema ſit. Dixerunt cuncti: Anathema ſit. *Multaque alia, quæ ſuſpicioſa videbantur, ad pronunciationem Claudii Valens condemnavit: quæ ſi quis plene diſcere cupit, in Ariminenſis Synodi Actis reperiet, unde & nos iſta libavimus. His ita geſtis, Concilium ſolvitur: læti omnes ad provincias revertuntur: idem enim Regi & bonis omnibus curæ fuerat, ut Oriens atque Occidens communionis ſibi vinculo necterentur.*

Rurſum Claudius Epiſcop.

XLIII. *Sed diu ſcelera non latent, & cicatrix male obducta, incocto pure, dirumpitur. Cœperunt poſtea Valens & Urſacius, ceterique nequitiæ eorum ſocii, egregii ſcilicet Chriſti ſacerdotes, palmas ſuas jactare, dicentes, ſe Filium non creaturam negaſſe, ſed ſimilem ceteris creaturis. Tunc* Uſiæ *nomen abolitum eſt: tunc Ni-*

Detegunt Ariani propinatum venenum.

ſana fidei damnata conclamata eſt. Ingemuit totus Orbis, & Arianum ſe eſſe miratus eſt. Alii igitur intra ſuam communionem remanſere: alii ad eos confeſſores, qui ſub nomine Athanaſii exulabant, cuperunt litteras mittere: nonnulli initam ſocietatem meliorum deſperatione planxerunt: pauci vero (ut ſe natura hominum habet) errorem pro conſilio defenſavere. Periclitabatur navicula Apoſtolorum; urgebant venti; fluctibus latera tundebantur; nihil jam ſupererat ſpei, &c. quæ autem inde ſuquuntur, poſt obitum Conſtantii acciderunt, noſque de iis ſuo loco.

XLIV. Sed quod ad hæc ſpectat, hic illud appoſite dictum Apoſtoli jure optimo uſur-
(a) Rom.3. pabo (a): *Quid enim, ſi quidam illorum*
Inanis tergiverſatio Valentis. *non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuavit? Abſit.* Quid? inquam: num, quia Valens in hæreticum ſenſum verba illa detorſit, fiet, ut quadringenti Epiſcopi in optimam potioremque ſignificationem eam ſententiam interpretati, evaſerint hæretici ex Catholicis? Abſit: cum præſertim noſcatur, quod explicatio illa Valentis, fuerit ſubdola potius cavillatio, quam quæ poſſet ex regula illa fidei interpretatio germana deduci. Nam in quam deteriorem ſententiam potuit Valens verba deflectere: *Si quis dixerit creaturam Filium Dei, ut ſunt cætera creaturæ; anathema ſit?* Cum nihil ſit, quod eam ob cauſam creatura ſuper alias creaturas dici potuiſſet Filius Dei; de quo in eadem profeſſione Valentis (ut ex S. Hieronymo recitavimus) ab eo appoſitum fuerit, cum nequaquam ex non extantibus, ſed ex Deo Patre genitum, & ante omnia quæ concipi mente poſſint tempora, nec omnino fuiſſe tempus quando non erat? quæ quidem ſententiæ omnes excludunt, ut Filius Dei, quovis modo accepta, dici creatura potuiſſet, cum omnem creaturam in tempore factam eſſe, affirmare oporteat. Inanis igitur fuiſſe videtur jactantia ac petulantia effrontis hæretici, dicentis, ſe Filium Dei non creaturam negaſſe, ſed ſimilem cæteris creaturis: qua quidem ſententia, ſe primo verſipellem atque doloſum in illis verbis pronunciandis oſtendit; deinde prorſus ineruditum, & inconſtantem: imperitum, inquam, dum ſenſum ex verbis illis elicuit contrarium plane cæteris ab ipſo tunc pronunciatis, atque confirmatis anathemate regulis: inconſtantem vero, cum una eademque fidei profeſſione de Filii Dei coæternitate cum Patre affirmet & neget.

XLV. In quo deliquerint patres Concilii Ariminenſis. Cæterum ſicut indignum eſt, tot Patres dicta ex cauſa aſpergere quavis levi macula hæreſis: ita nihilominus reprehenſione minime caruerunt, quod paſſi ſint, ſilentio ſepeliri nomen *Subſtantiæ*, & vocem illam *Conſubſtantialitatis* in Niceno Concilio ſtabilitam, tamquam oſtentum & ſcandalum inferentem, omitti. Gravis quidem fuit illorum in eo culpa, quod colorato nomine pacis, non inſtitere impreſſis ſanctorum Patrum veſtigiis, & Catholicam fidem novis contextam verbis ab hominibus impietate ubique famoſis, nimis incaute ſuſcipere adacti ſunt, ex quorum ſententia, turpis facta eſt illa de damnatione Nicænæ fidei conclamatio; atque perinde ac iidem ipſi omnes verba illa æque ut ipſi eſſent quadam neceſſitate compulſi interpretati, in Arianam hæreſin incidentes, feciſſent una cum illis fidei veræ jacturam. Quod igitur ait S. Hieronymus, *Orbem ingemuiſſe, ſeque Arianum eſſe miratum*; haud ſic accipiendum eſt, ut quam adeo deteſtati erant, atque hactenus abominarentur, Arianam hæreſin crederent ſe invitos nolenteſque eſſe complexos, cum tamen nonniſi volens quis effici poſſit hæreticus: ſed quod in nova fidei regula, *Conſubſtantialitatis* nomine prætermiſſo, atque *Subſtantiæ* pariter ablegato, patefacto eam ob cauſam Arianis aditu ad invadendam Catholicam fidem, iidem viſi eſſent Nicænæ fidei proditores: disjecta enim munitione illa fortiſſima, qua Patres in Magno illo Conſeſſu Niceno ſumma induſtria adverſus Arianorum impetus atque fallacias Catholicam fidem muniiſſent; hoſtium negotium egiſſe videbantur, atque cum Arianis conniviſſe in diſpendium confirmatæ ac traditæ a Patribus Catholicæ veritatis.

Sed tanto Catholicæ Eccleſiæ terræmotu, quo & montes ipſi e ſuis ſedibus di- XLVI. Liberii
vulſi ſunt, plane inconcuſſa manſit petra Papæ
ſolidiſſima verbo Chriſti in fundamento prædicata
firmiter collocata: Romani, inquam An- Conſtantia pro
tiſtitis Petri Apoſtoli ſucceſſoris fides e- fidei Ni-
nituit; cum, ferme omnibus in hunc mo- cænæ de-
dum captivis adductis, ipſe Romanus E- fenſione.
piſcopus ſe a novæ fidei ſubſcriptione ſubtraxit. Teſtatur id S. Damaſus Papa litteris, quas una cum aliis ſanctis Epiſcopis ad Illyrici Epiſcopos dedit: in quibus inter alia hæc conſcripta leguntur (b): (b) Apud Theod. l.2. c.13.
Numerus Epiſcoporum qui erant Arimini in unum congregati, præjudicii vim habere non debet; præſertim cum formula illa compoſita ſit, neque Epiſcopo Romano, cujus ſententia præ cæteris omnibus expectanda erat, neque Vincentio, qui tot annis Epiſcopatum integre geſſerat, neque aliis eiſdem conſentientibus: cumque etiam (quod eſt omnium maximum) illi ipſi, uti antea diximus, qui in fraudem illecti a veritate deflexiſſe viſi ſunt, & poſt ad meliorem mentem denuo traducti, plane teſtentur, hanc formulam ſibi magnopere diſplicere. Iſta quidem Damaſus, conſentientia illis, quæ nuper ſunt ex S. Hieronymo recitata. At quiſnam hic fuerit Pontifex; certe quidem Liberium extitiſſe, ea

quæ

quæ diximus ſuperius perſuadent, & quæ mox dicturi ſumus, facile docent.

XLVII. (a) Socrat. l. 2. c. 29. (b) Sozom. lib. 4. c. 18. Liberius exturbatur a Conſtantio cauſa fidei.

Socrates (a) enim atqui Sozomenus (b) poſt Ariminenſe Concilium, primum omnium Liberium tradunt ab Eccleſia exturbatum eſſe: licet Socrates erret, confundens exturbationem hanc cum exilio, in quod ante triennium (ut vidimus) a Conſtantio Mediolanum accerſitus damnatus eſt. Diverſam plane ab illa hanc fuiſſe Liberii vexationem, diverſitas rerum, temporum, & perſonarum declarat: nam illud exilium inflictum eſt in Liberium a Conſtantio Mediolani, poſt Mediolanenſe Concilium, quod noluiſſet adverſus Athanaſium ſubſcribere; hæc autem poſterior Liberii exagitatio, non exilium fuit, ſed ſimplex ab Urbe expulſio, Romæ facta per Valentem Epiſcopum Arianum, qui eam poteſtatem ab Imperatore acceperat, ejiciendi eos, qui Concilio Ariminenſi ſubſcribere recuſarant. Sed & gravius in eo quoque errat Socrates, cum putat, tunc Felicem loco Liberii in Romana Eccleſia ſubrogatum; quem, omnium ſententia, ante triennium conſtat in locum Liberii fuiſſe ſuffectum. Longe quidem accuratius Sozomenus Liberii res proſecutus eſt, dum ejuſdem Pontificis duplicem vexationem recenſet; priorem (c) (c) Sozom. lib. 4. c. 20. ſcilicet (ut dictum eſt) poſt Mediolanenſe Concilium Mediolani factum, cum exilio ab eo damnatus, amandatus fuit in Thraciam, & Felix in ejus locum intruſus (d); (d) Sozom. lib. 4. c. 18. poſteriorem vero, cum Liberium poſt Concilium Ariminenſe ejus regulæ fidei ſubſcribere renuentem Valens Epiſcopus mandato Imperatoris ab Eccleſia exturbavit.

XLVIII. (e) Ruffin. lib. 1. c. 22.

Ex his etiam non Socrates tantum, ſed & Ruffinus (e) arguitur, qui nulla in rebus geſtis enarrandis habita temporum ratione, eodem lapſus errore poſt Ariminenſe Concilium Liberii recenſet exilium, atque Felicis ſubrogationem. Cæterum in hac ultima Liberii exturbatione neminem reperimus in locum ejus fuiſſe ſubſtitutum Epiſcopum, ſed ab ipſo Liberio Damaſum presbyterum Vicarium eſſe relictum, Liberius pulſus ab urbe, habitat in cœmeteriis. quem a Felicis partibus ſtantem (ut demonſtratum eſt) illo defuncto, Liberius una cum reliquis, concordia inita cum muneribus & honoribus recepit in clerum. Hæc quidem habent veterrima illa, antiquitate corroſa, in multis depravata, atque admixtione & additione aliqua labefactata Liberii Papæ Acta: ex quibus illud ſaltem non obſcure ſignificatur, Liberium exturbatum ab Urbe habitaſſe in cœmeteriis ſuburbanis, Novellæ & Oſtriano nuncupatis: quem ibi poſitum Damaſus, & alii ex clero Romano convenire ſolerent: ubi manſit uſque ad Conſtantii obitum, qui contigit poſt annum ſequentem; quando (ut teſtatur S. Hieronymus) reddita eſt Pax Eccleſiæ, & ad propria exturbati Epiſcopi redierunt.

Nec vero eſt quod quis vexationem hanc Liberii, qua coactus eſt in ſuburbiis habitare, poſſit quoquo modo cum priore vexatione conjungere, qua conſtat, abreptum noctu ab Urbe, veloci curſu Mediolanum perductum eſſe: reſtitutus vero a Conſtantio numquam in ſuburbanis commoratus eſt, ſed (ut diximus) per Conſtantii miniſtros introductus quaſi victor cum pompa in Urbem intravit: quamobrem moræ iſtæ in cœmeteriis Liberii ab Urbe extorris haud alii cuiquam tempori congruere poſſunt, quam exturbationi factæ poſt Ariminenſe Concilium. His igitur quæ ſunt ex Damaſi litteris recitata de Romano Pontifice, regulæ fidei Ariminenſis ſubſcribere renuente, atque iis quæ ex Sozomeno ſunt recenſita de Liberii exturbatione poſteriore poſt Concilium Ariminenſe, ac denique accedentibus iis, quæ de expulſione Liberii ab Urbe & habitatione in cœmeteriis enarrata ſunt, in unum conſentientibus; ſed & quod tacetur a Damaſo nomen Pontificis, expreſſum habetur a Sozomeno; & quæ confuſa reperiuntur Acta Liberii, hac ex parte tum ex Damaſo, tum ex Sozomeno clarius elucidantur: his, inquam, adeo concinne ſibi invicem fide cohærentibus, nullus de his jure dubitandi locus videtur eſſe relictus. XLIX. De tempore vexationis hujus.

In fragmentis S. Hilarii de Synodo Ariminenſi a Pithœo repertis, & a Fabro una cum ejus vita editis, de damnato Liberio Papa ab Arianis in eodem Conciliabulo Ariminenſi, haud eſt obſcura mentio. Traditur enim, minime contineri potuiſſe illos ab ejus condemnatione, licet lectæ eſſent litteræ ejuſdem Liberii nomine, quibus olim Athanaſium condemnaſſet, & pacem cum Orientalibus iniiſſet. Hæc enim ibi leguntur: *Potamius & Epictetus, dum damnare Urbis Romæ Epiſcopum gaudent (ſicut in Ariminenſi Synodo continetur) audire hæc noluerunt. Quinetiam Fortunatianus Epiſcopus epiſtolam eamdem rurſum diverſis Epiſcopis mittens, nihil profecit*. Ut manifeſtum ſit argumentum, poſtquam ſolutus ab exilio Liberius fuit, ipſum ab eorum communione penitus receſſiſſe. L. Liberius Papa ab Arianis damnatus.

Quod rurſum pertinet ad Ariminenſe Concilium: illud accuratius animadvertendum eſt ab aliis damnatum ut impium, ab aliis vero commendatum atque probatum ut Orthodoxum, quod illius conſiderandi diverſa fuerit ratio diverſorum. Rei tamen veritate perſpecta, nonniſi Catholicum & ſumma laude dignum idem Ariminenſe Concilium meruit appellari, in quo Ariana fidei profeſſio Sirmii edita, & Arimini in concilio recitata, omnium Patrum ſententia fuit exploſa, & Nicæna confeſſio cunctorum ſuffragiis LI. Synodus Ariminenſis jure dicenda Catholica.

ſta-

Digitized by Google

ſtabilita; ac demum ei adverſantes cum Ariani omnes, tum denique qui præſto erant Urſacius, Valens, ac ſocii, omnium ſententia, anathemate condemnati: quibus omnibus abſolutis, quorum cauſa vocati eſſent, Concilium pariter perfectum eſt: cum Patres, qui convenerant, de rebus geſtis, per legatos & Synodalem epiſtolam, certiorem reddentes Conſtantium Imperatorem, ut ad ſuas Eccleſias ſibi redire liceret, miſſionem petierunt. Hucuſque progreſſa eſt legitima Synodus, dicta Ariminenſis.

LII.

(a) Athan. lib. de Synod.

S. Athanaſius cognoſcit legitimum Concilium Ariminenſe.

Quamobrem S. Athanaſius jure hæc commendat, cum ait (a): *Quis igitur non approbaverit piam prudentiam Epiſcoporum Arimini congregatorum, qui tantum itineris laborem, tantaque pericula maris ſuſtinuerunt, ut Arianam hæreſin ſapientes ab Eccleſia detraherent, & Patrum traditiones integras conſervarent, ſancta & canonica decreta facientes? Quiſque enim eorum ſibi perſuadebat, ſi ſolveret aliquid ex decretis majorum, occaſionem ſe daturum poſteris, ut quod ipſi egiſſent, reſcinderetur.* Ac rurſum alibi (b): *Videntur autem illi, qui Ariminenſe Concilium in ore habent* (de Arianis intelligit) *ne illa quidem ſcire, quæ ibi acta ſunt: quippe qui alioqui obticuiſſent. Vos contra dilectiſſimi, compertum habetis ex iis, qui e veſtro numero* (Africanos alloquitur) *ad Ariminenſe Concilium ſe contulerunt, quo modo Urſacius & Valens illic præſto fuere, & una cum illis Demophilus; eoſque ideo depoſitos exauctoratoſque eſſe, quod alia, quam quæ in Nicæno Concilio decreta eſſent, conſcribere vellent. Quo tempore cum ab illis poſtularetur, ut Arianam hæreſin anathemate damnarent, poſtulata præſtare recuſarunt, malebantque ſe potius ejus hæreſeos duces præfectoſque videri. Epiſcopi contra vere legitimi Chriſti ſervi, & fide rectæ prædi*ti, *numero ferme ducenti* *, *dicebant ſufficere Nicæni Concilii dogmata; nec plus, nec minus aut quærendum, aut credendum eſſe. Hæc & Conſtantio ſignificarunt, cujus juſſu Concilium coierat. Verum qui Arimini exauctorati erant, profugientes ad Conſtantium, operam dedere, ut ii, quorum ſententiis ceciderant, quam indigniſſime haberentur*, &c. Et inferius: *At citant pro ſe Concilium Ariminenſe, cum liqueat eos etiam ibi exauctoratos depoſitoſque fuiſſe.* Hæc ipſe; qui & ſæpe repetit, perperam ab Arianis Ariminenſe pro ſe citari Concilium, in quo ſententiam condemnationis acceperant. Sed & S. Ambroſius (c) ad Valentinianum Imperatorem: *Major* inquit, *numerus Arimini Nicæni Concilii fidem probavit, Ariani decreta damnavit*, &c.

(b) Athan. ad Afric.

* quadringenti.

(c) Ambr. epiſt. 32.

LIV.

Quæ igitur poſt multos interlapſos menſes, illata vi per tormenta legatis, & Epiſcopis cæteris lato detentis carcere, nempe civitate Ariminenſi, qua tenerentur incluſi, ab iiſdem (ut vidimus) acta ſunt; a legitimo Ariminenſi Concilio a Patribus jure fuere diſcreta, atque reputata nomine Concilii indigna, quod jam pie ſancteque fuerat abſolutum. Quæ enim poſt tantum temporis ibidem, vi adhibita, procurata fuiſſent, alterius plane rationis & nominis vocat ea Athanaſius (d): *Recentiora Arimini*, cum ait: *Quis non odio habeat illos, qui, quæ Patrum ſunt, abrogant, recentiora vero Arimini per vim, & metum extorta anteponunt?* Quæ deteſtatus eſt S. Ambroſius, & pii omnes, utpote quod in eis nomen CONSUBSTANTIALIS abdicatum eſſet, & Chriſtus creatura ex prava Arianorum conſequentia videretur aſſertus: de quibus Ambroſius in nuper citata epiſtola ad Valentinianum Auguſtum: *Cum iis*, inquit, *plane bene convenit Ariano, qui creaturam Chriſtum dicit, quod etiam Gentiles atque Judæi promptiſſime confitentur. Hoc ſcriptum eſt in Ariminenſi Synodo: meritoque Concilium illud exhorreo, ſequens tamen tractatum Concilii Nicæni, a quo me nec mors, nec gladius poterit ſeparare.* Hæc Ambroſius.

Recentiora Arimini quæ.

(d) Athan. ad Afric.

LV.

Ariani falſo præferunt Concilium Ariminenſe.

Ariani igitur eodem ferme modo, quo olim æmulati gloriam Concilii Sardicenſis, alterum ejuſdem nominis celebrarunt: & qui nuper Nicænum aliud, ad abolendum prius ſanctum & œcumenicum, collegerant; id ipſum pariter in Ariminenſem Catholicam Synodum præſtiterunt, ut ad abolendam priorem rite vereque peractam, aliam ibidem per vim, & metum haberent, atque abrogata priore, hanc ipſam Ariminenſem ſynodum nominarent: quam præconiis extollere, & in ore ſemper habere conſueverunt: cujus veritatis aperiendæ cauſa, S. Athanaſius inſignem illam epiſtolam ſcripſit ad Africanos, in cujus prope exordio hæc habentur: *Quia audivimus, nonnullos hujus Nicænæ fidei oppugnandæ cupidos, allegare Concilium Ariminenſe, quod ipſi jactitant auctoritatem obtinuiſſe; neceſſario viſum eſt, ut vos ſcripto certiores redditos admoneremus, ne iſtiuſmodi homines tolerare velitis*, &c. Teſtatur quoque S. Auguſtinus (e), Arianos tamquam firmum ſenſum objicere conſueviſſe adverſus Nicænæ fidei veritatem Concilium Ariminenſe, pro cujus profeſſione poſtea per Juſtinam Auguſtam a Valentiniano Imperatore reſcriptum (f) iidem extorſerunt, eo tempore, quo S. Ambroſius ab eadem hæretica Imperatrice diriſſima pateretur, Conſulibus Honorio & Evodio.

(e) Aug. contr. Maxim. l. 1. c. 3.

(f) l. 4. de fide Cath. C. Theod.

LVI.

Conſtantius favit Concilio Arimin.

Sed & ad illuſtrandum ejuſmodi conventiculum, & deliniendos animos Epiſcoporum, Conſtantii favor acceſſit, dum collatum novum Eccleſiis in Synodo pri-

vilegium ſuſtulit, anno ſequenti reſcribens ad eumdem, qui eidem præfuit Synodo, Taurum Præfectum Prætorio, his verbis
(a) l. 13. de Epiſc. Cod. Theod. (a): *In Ariminenſi Synodo ſuper Eccleſiarum & clericorum privilegiis tractatu habito, uſque eo diſpoſitio progreſſa eſt, ut juga, quæ videntur ad Eccleſiam pertinere, a publica functione ceſſarent, inquietudine deſiſtente; quod noſtra videtur dudum ſanctio repuliſſe, &c.* Sed & rata habuit quæ ſtatuta fuere ultimo loco Arimini, cum eadem, ad vim atque auctoritatem perpetuam obtinendam, allata ſunt ad ipſum Imperatorem Conſtantinopoli tunc agentem, quo ab illo confirmarentur: quod ipſe præſtitit in fine præſentis anni; atque eis, qui ex Seleucia venerant, Epiſcopis ex Synodo, de quo mox dicturi ſumus, tradidit ſubſcribenda;
(b) Sozom. l. 4. c. 22. id quidem Sozomenus teſtatur (b) his verbis: *Porro autem Imperator ad hanc formam approbandam ideo inductus eſt, quod rationem duceret multitudinis Epiſcoporum qui Arimini convenerant.* Et paulo poſt:

LVII. Confirmantur ultima acta Arimin. ab Arianis. *Itaque cum in hac eſſet ſententia, dat mandatum Epiſcopis, ut fidei formulæ in Concilio Ariminenſi editæ conſentirent. Et quamvis ſe pararet poſtridie ad pompam celebrandam, quæ more Romano Kalendis Januarii in creandis Conſulibus fieri ſolet; tamen totum illum diem, & magnam partem noctis ſequentis conſumere decrevit, quoad Epiſcopi, qui Seleucia illo venerant, formulæ fidei ex Concilio Ariminenſi allatæ ſubſcriberent.* Iſta Sozomenus. De eadem confirmatione facta Conſtantinopoli, mentio habetur in ſuperius citato Valentiniani Junioris reſcripto, ubi hæc
(c) l. 4. de fide Cath. C. Theod. leguntur (c): *Damus copiam colligendi his qui ſecundum ea ſentiunt, quæ temporibus divæ memoriæ Conſtantii, ſacerdotibus convocatis ex omni orbe Romano, expoſitaque fide ab iis ipſis, qui diſſentire noſcuntur, Ariminenſi Concilio, Conſtantinopoli etiam confirmata, in æternum manſura, decreta ſunt, &c.*

LVIII. His de rebus geſtis Arimini enarratis: qualis ejus temporis eſſet Eccleſiæ ſtatus, Ruffinus hiſce coloribus tanquam in imagine repræſentat (d): *Ea tempeſtate facies Eccleſiæ fœda admodum ac turpis erat: non enim, ſicut prius, ab externis, ſed a propriis vaſtabatur. Fugabat alius, alius fugabatur, & uterque de Eccleſia erat. Ara nuſquam, nec immolatis, nec libamina; prævaricatio tamen & lapſus erat, ac ruina multorum. Similis pœna, ſed impar victoria. Similiter concionabantur, ſed non ſimiliter glorificabantur: quia dolebat Eccleſia etiam illius caſum, qui impellebat ad lapſum.* Hæc Ruffinus; qui ſubdit mox de Liberio ea de cauſa ab Urbe expulſo; de quo nos ſuper egimus.

(d) Ruffin. lib. 1. c. 21. Præſens ſtatus Eccleſiæ.

LIX. ☞ Eſt locus inter Ariminum atque Piſaurum, idemque Vicus, cui, *Catholica*, nomen eſt, ad litus maris poſitus, cujus nominis ratio illa redditur, ex traditione a majoribus ad poſteros propagata, quod poſt naufragium quod paſſa eſt fides Catholica in Ariminenſi conventu, perpauci Orthodoxi Epiſcopi ſimul convenientes, illic ſeorſum ab Arianis ſacra facerent, & Catholica communicatione Catholicos impertirent. Quod igitur illuc pergentes, ſe ire ad *Catholicam*, uſitato more veteri loquendi, dicerent: inde factum eſt, ut ſemper idem nomen retinuerit locus ille, ut *Catholica* diceretur. Cæterum haud diu id facere conceſſum fuit, perſecutione ſævlente. ☜

Vicus dictus Catholica.

LX. Gaudentius Epiſc. Arimin. martyrio coronatur. Etenim Arimini, ubi Concilium coactum eſt, tragœdia cœpit exordium. Nam Gaudentius Ariminenſis Epiſcopus, qui, ingruente tum impietate, Imperatoria poteſtate, ad tempus exceſſerat, una cum quibuſdam aliis Epiſcopis, Synodo jam poſteriore penitus abſoluta, ad ſuam Eccleſiam rediens, quæ ab Arianis eſſent geſta damnavit, & Marcianum presbyterum eadem labe infectum ejecit: quam ob cauſam Marciani Præſidis in ſe acre odium concitavit; a cujus militibus ad ſuburbia foras adductus, fuſtibus ac lapidibus impetitus, martyr glorioſus effectus eſt. Sed hæc in ejus Actis fuſius enarrantur, ab illis diverſa quæ ſpuria omnino habentur, in quibus ponitur S. Gaudentius ordinatus a Damaſo Papa, cum conſtet, ipſum Pontificem ſedere cœpiſſe poſt Concilium Ariminenſe, cui Gaudentius interfuiſſe dicitur. Cum vero pro fide Catholica una cum S. Gaudentio ſtetiſſe dicuntur ſancti Epiſcopi Roſilus Popilienſis, & Mercurialis Epiſcopus Livienſis; de Mercuriali certum eſt, falſum eſſe: etenim obiiſſe ipſum anno Domini centeſimo quinquageſimoſexto, ex inſcriptione ad ejus ſepulcrum ante paucos annos reperta (ut diximus in Notis ad Romanum Martyrologium noviſſime Antuerpiæ editis) certum eſt. Cæteri quoque Epiſcopi qui juſtis de cauſis ad Synodum non veniſſent, diverſis in locis, a Valente ad hoc miſſo legato ad ſubſcribendum Ariminenſi impietati ſolicitati ſunt: renuentes vero, tum exilio, tum etiam aliis pœnis mulctati.

LXI. Maximus Epiſcop. Neapolis quid paſſus ab Arianis. Inter alios autem Maximus Epiſcopus Neapolis in Campania, id facere omnino renuens, quantumlibet ſtomachi morbo laborans, durum tamen exilium ſubire coactus eſt: qui nihil ob eam cauſam remittens vigoris ſacerdotalis, in Zoſimum, ſuo loco ſuffectum ab Arianis, anathematis ſententiam tulit; quæ quidem juſto Dei judicio, nequaquam in caſſum abiit, ſed invaſorem alienæ ſedis ita perculit, ut cæteris fieret in exemplum contempti numinis, fidei temeratæ, ac temeritatis præſumptæ.

(e) Marc. de ſchiſm. Urſ. & Damaſ.

LXII. Nam (ut Marcellinus (e) auctor eſt)

ex

Dirum ſuppli-cium Zoſimi Pſeudoepiſc.

ex eo tempore, cum coacto populo, peragere vellet Eccleſiaſticas functiones, atque obite ſacra; *inter ipſa* (inquit) *verba ſacerdotalia, ejus lingua protenditur, nec valuit eam amplius revocare intra oris meatum, eo quod contra modum naturæ extra os penderet, ut bovi anhelo. Qui ut vidit ſe linguæ officium perdidiſſe, egreditur baſilicam: & (res mira) foris verum in officium lingua revocata eſt. Ac primum quidem intelligit, compleri in eum ſententiam martyris & confeſſoris. Sed hoc ipſum toties paſſus eſt, quoties in baſilicam diverſis diebus intrare tentavit. Denique ob eam cauſam tandem ceſſit Epiſcopatui, ut priſtinum ſibi officium linguæ integre redderetur.* Hæc Marcellinus, qui & addit: *Non res antiquas referimus, quæ ſolent quadam ratione in dubium venire: nam & Zoſimus hodie in corpore eſt, uſum linguæ non amittens, poſtquam maluit cum amiſſione Epiſcopatus vivere dolens ſuis impietatibus.*

LXIII. Ruffinus Epiſcop. Martyr.

Subdit præterea hæc de Ruffino Epiſcopo miræ ſimplicitatis, ſed ſummæ conſtantiæ viro: *In eum* (inquit) *ſævuit Epictetus Epiſcopus Centumcellenſis, Arianorum anteſignanus, & ſævus illorum miniſter; qui cum deprehenſum ante rhedam ſuam tandiu currere coegit, quouſque ruptis præcordiis, fuſo ſanguine exſpiravit. Sciunt hoc* (inquit) *Neapolitani in Campania, ubi reliquiæ cruoris ejus in obſeſſis corporibus dæmonia affligunt.*

Potamonis digna ultio.

Idem quoque Marcellinus iſta adjungit de Potamone (hunc illum putamus, qui auctor ponitur una cum Oſio perfidiæ Sirmianæ, quem Potamium S. Hilarius nominat) quod cum jam a fide Catholica defeciſſet, & prædio ob egregiam impietatem a Fiſco donatus eſſet: dum ad ipſum prædium inviſendum ire feſtinat, divinam mox ultionem, in via obitu repentino præventus, excepit.

LXIV. Florentii Epiſcopi dirum ſupplicium.

Addit quoque de Florentio Epiſcopo, quod, licet minime ſubſcripſiſſet, tamen quia cum Arianis communicaſſet, cum in conventu plebis ſederet in throno ſuo, repente divina virtute in terram eliſus eſt, ac palpitans foras ſublatus; at cum vires iterum reſumpſiſſet, in thronum egreſſus eadem quoque paſſus eſt; & rurſus foras ductus, ac tertio denique id ipſum obſtinate pertentans, tertio eliſus, ora diſtorquens, miſere animam exhalavit. Hæc omnia ex Marcellino. In quibus autem ejuſdem auctoris fides periclitetur, ſuo loco dicemus. Pugnavit pro defenſione Nicænæ fidei ſignis atque prodigiis Deus, cum ejus prædicatores Epiſcopi eamdem condemnaſſent ſilentio.

LXV. Concilium Seleuciense.

Sed jam ad Concilium Seleuciæ, eodem tempore, quo Ariminenſe celebratum in Oriente, convertamus orationem; de quo in primis hæc Socrates (*a*): *Seleuciæ urbis Iſauriæ, quæ Aſpera dicitur, convenerunt Epiſcopi, ſcilicet Orientis. Iſta uno eodemque anno, Euſebio & Hypatio Conſulibus confecta ſunt. Epiſcopi, qui convenerunt, erant numero centum ſexaginta.* Totidem quoque Athanaſius (*b*) Seleuciæ Epiſcopos conveniſſe tradit. At de numero Epiſcoporum ibidem convenientium paulo diverſa Theodoreti (*c*) ſententia reperitur, dicentis, centum quinquaginta Epiſcopos interfuiſſe: quorum quadragintatres Epiphanius (*d*) tradit fuiſſe ex parte Acacii: erant enim & Ariani in hac Synodo inter ſe diviſi; quorum alii, nempe Acaciani, Ætianorum conſortes, Chriſtum omnis cum Patre ſubſtantiæ expertem eſſe, impie traderent: reliqui vero, Semiariani dicti, erant divinæ cum Patre ſubſtantiæ aſſertores.

(*a*) Socrat. lib. 2. c. 32.
(*b*) Athan. de Synod.
(*c*) Theod. l. 2. c. 27.
(*d*) Epiph. hæreſ. 73.

LXVI. S. Hilarius vocatus Seleuciam ad Synod.

Vocatum quoque ad hanc Synodum fuiſſe tradit Severus (*e*) S. Hilarium Pictavienſem Epiſcopum, in Phrygia jam annum quartum in exilio agentem; quod nutu divino accidit abſque aliquo prævio Imperatorio mandato; nam ait: *Interim in Oriente, exemplo Occidentalium, Imperator jubet cunctos fere Epiſcopos apud Seleuciam Iſauriæ oppidum congregari; qua tempeſtate Hilarius quartum jam exilii annum in Phrygia agens inter reliquos Epiſcopos, per Vicarium ac Præſidem data evectionis copia, adeſſe compellitur, cum tamen nihil de eo ſpecialiter mandaſſet Imperator: Judices tantum generalem juſſionem ſecuti, qua omnes Epiſcopos ad Concilium cogere jubebantur; hunc quoque inter cæteros volentes miſcere: ut ego conjicio, Dei nutu id ita geſtum, ut vir divinarum rerum inſtructiſſimus, cum de fide diſceptandum erat, intereſſet.*

(*e*) Sever. l. 2. vet. edit.

LXVII. Florentius cum ſua familia ad fidem converſus.

Quid autem in itinere Seleuciam venturus fecerit memoria dignum, Fortunatus (*f*) narrat his verbis: *Dum quoddam caſtellum adiiſſet, die Dominico ingreſſus eſt templum: moxque Florentia puella Gentilis erumpens multitudinem populi, voce magna, ſervum Dei illuc adveniſſe teſtata eſt; & ad pedes ejus accurrens, non ceſſavit petere, niſi ſignum Crucis ab ipſo ſibi fieri fideliter impetraſſet: quam Florentius pater ſecutus eſt, & cuncta familia in nomine Domini meruerunt pariter baptizari. Quæ Florentia relictis parentibus, veſtigiis ejus inhærens, uſque Pictavos perducta eſt: patrem vero ſe habere, non a quo generata eſt, ſed per quem regenerata eſt, prædicabat. Cumque Seleuciam Hilarius perveniſſet, magno favore a cunctis exceptus eſt, eo quod divina miſericordia prudentiſſimum virum, & ſingulari eruditione confertum, in ſpectaculum mundi perduxerit, ubi erat de fide cenſendum.* Hæc Fortunatus.

(*f*) Fortun. in Vita S. Hilarii.

LXVIII. Miſſi ſunt ab Imperatore duo Comites, qui Synodo intereſſent; de quibus Socra-

(a) Socrat. l. 2. c. 31.

tes (a): *Aderat* (inquit) *una cum illis Leonas, vir in aula Imperatoris perquam illuſtris; quo præſente, erat Imperatoris edicto mandatum, ut de fide quæreretur. Lauricio etiam, militum, qui in Iſauria verſabantur, Duci, erat imperatum, ut Epiſcopis, ſi quod opus eſſet, ſuppeditaret.* Miſſum fuiſſe hoc anno Lauricium Ducem, adjecta Comitis dignitate, in Iſauriam a Conſtantio Imperatore ad compeſcendos latrones Iſauricos, Ammianus eſt auctor (b): *In eo igitur loco* (ſubdit Socrates) *ad quintum Kalend. Octobris congregati, diſputavere; reſque diſputatæ, per ſcribas in publicos commentarios relatæ fuere; nam aderant ſcribæ manu celeri & exercitata, qui ea, quæ dicebantur, notarent: quæ quidem in libro Sabini, qui, Collectio rerum in Conciliis geſtarum, inſcribitur, uberius fuſiuſque explanata ſtudioſus quiſque poterit pro arbitratu evolvere: nos autem rerum capita dumtaxat breviter perſtringemus.* Chronographia vero hujus Synodi ab Athanaſio (c) ſic deſcribitur: *Menſis erat a Romanis September, ab Ægyptiis Thoth, a Macedonis Gorpeus nominatus: ejus autem menſis decima ſexta ſecundum Ægyptios dies, in quam qui vocati fuerant, convenere.* Secundum Romanos, vigeſimaſeptima menſis Septembris.

Comites miſſi curare Synodum.

(b) Ammian. lib. 19. in fin.

(c) Athan. Lib. de Synod.

LXIX. Fides Hilarii explorata.

Antequam in conſeſſum irent Epiſcopi, explorata eſt fides Hilarii; nam jactabatur de eo, Sabellii una cum aliis Occidentalibus fidem fovere & hæreſin. Peculiare quidem fuit hæreticorum, ut aſſertores Conſubſtantialitatis Filii Dei cum Patre nominarent Sabellianos. Severus autem hæc de his ſcribit (d): *Primum quæſitus eſt ab eo, quæ eſſet Gallorum fides: quia tum, Arianis prava de nobis vulgantibus, ſuſpecti ab Orientalibus habebamur, trinominam ſolitarii Dei unionem ſecundum Sabellium credidiſſe. Sed expoſita fide ſua, juxta ea quæ Nicææ erant a Patribus conſcripta, Occidentalibus perhibuit teſtimonium. Ita abſolutis omnium animis, intra conſcientiam communionis, necnon etiam in ſocietatem receptus, Conciliſque adſcitus eſt.* Hæc de Hilario Severus: at non ſic intelligendum, Hilarium ab illis acceptum in communionem, quod ipſe cum Arianis communicaverit; ſed receptum eſſe ad dicendam ſententiam in Epiſcoporum conſeſſu: communicaſſe tamen cum iis, qui erant Nicænæ fidei aſſertores: erant hi Epiſcopi Ægypti, quorum ipſe Hilarius ſcribens ad Conſtantium meminit. At de rebus diebus ſingulis geſtis, in hunc modum Socrates (e):

(d) Sever. l. 2. vet. edit.

(e) Socr. lib. 2. cap. 31.

LXX. *Primo die, quo conveniebant, Leonas juſſit, ut quod cuique videretur, id libere quiſque proponeret. Verum qui aderant, dicebant, non prius debere quicquam in quæſtionem vocari, quam illi, qui in Concilio deſiderabantur, advenirent. Deſiderabantur enim Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Baſilius Ancyræ, & alii nonnulli, qui, ſuſpicantes ſe in crimen adductum iri; dedita opera abfuerunt; Macedonius autem morbum cauſam abſentiæ ſuæ attulit, Patrophilus lippitudinem; & ob hanc cauſam ſibi in ſuburbanis Seleuciæ neceſſario commorandum duxerunt. Singuli alii alias cauſas abſentiæ afferunt. Cum vero Leonas diceret, etiam illis abſentibus quæſtiones oportere poni; reſponderunt Epiſcopi, nihil ante in diſputationem vocandum, quam in eorum vitam & mores, qui accuſabantur, eſſet diligenter inquiſitum. Fuerant enim jam ante in crimen vocati Cyrillus Hieroſolymorum Epiſcopus, Euſtathius Sebaſtæ urbis Armeniæ, & quidam alii: ex qua re gravis contentio inter eos, qui aderant, orta eſt; dum pars vitam eorum qui inſimulabantur, ante excutiendam eſſe dicebant; pars, nihil prius quærendum, quam de fide diſceptaretur. Contentionem illam anceps & ambigua Imperatoris ſententia excitavit: nam litteræ ab eo ad Concilium afferebantur, quæ nunc hoc, nunc illud primum quærendum præceperunt. De qua re contentio exorta, eos qui aderant, vario diſtraxit: quæ res origo & cauſa fuit, ut illud Concilium Seleuciæ in duas partes divideretur; quarum alteri Acacius Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, Georgius Alexandriæ, Uranius Tyri, & Eudoxius Antiochiæ, cum quibus triginta alii ſolum conſpirabant, præfuere: alteri Georgius Laodiceæ urbis Syriæ Epiſcopus, Sophronius Pompejopolis quæ eſt in Paphlagonia, & Eleuſius Cyzici, cum quibus alii etiam complures conſentiebant.*

Prima Seſſio Concilii Seleucienſis.

LXXI. Horum autem mutuæ inter ſe conflatæ diſcordiæ ab Athanaſio ſic deſcribuntur (f): *Ibi cum multi accuſarentur, multi quoque accuſarent, & contra alios vociferarentur; Acacius Patrophilus, Uranius a Tyro, & Eudoxius, qui in Antiochenam Eccleſiam inſiluit, Leontius, & Theodotus, Evagrius quoque, & Theodulus, & Georgius ex orbe terrarum abactus, rem callidam inſtituunt. Formidantes enim probationes ſuorum accuſatorum, alios homines hæreticæ factionis ſibi veluti mercenarios ad impietatem addictos, & a Secundo, per Synodum maximam exauctorato, ad ordines Eccleſiaſticos promotos, in ſocietatem adjunxere: inter quos fuere Libyci homines, Stephanus, Syrus*, & Pollux, de diverſis criminibus accuſati: iſtis addidere Pancratium, Ptolemæum, & Mileſiunum quemdam, ſub ea ſpecie, quaſi videlicet de fide inquirere vellent: verum non ita fallere potuerunt, quin intellectum ſit eos metuere accuſatores, & hæreſin defendere. Poſtea ſeceſſione facta, diſciſſi ſunt*

(f) Athan. de Synod.

Diſcordiæ inter ipſos Arianos.

* Seras.

ſunt; aliique Acacio, ſed pauci & ſuſpecti, adhæſere; alii vero, qui illum reliquerant, magno numero fuere. Acacius autem cum ſuis, immani vecordia audaciaque plane abnegarunt Nicæni Concilii ſcripta, ipſam Synodum diffamantes: alii vero, hique permulti, reliqua Synodi approbabant, tantummodo de voce Conſubſtantialitatis, *quaſi obſcura, cavillantes.* Subdit his Socrates (*a*): *Quare cum multum ipſi inter ſe uſque ad veſperum digladiati fuiſſent; tandem Silvanus Eccleſiæ Tarſenſis Antiſtes magnopere vociferabatur; nullam novam fidei formulam deſcribendam eſſe; ſed eam, quæ Antiochiæ in dedicatione Eccleſiæ deſcripta erat, debere integram ſervari. Quod cum dixiſſet; qui partis favebant Acacii, ſe inde ſubducunt; qui autem in alteram partem propendebant, fidei formulam Antiochiæ editam proferunt; atque illa perlecta, Concilium illo die dimiſſum eſt.*

(a) Socr. ubi ſup. lib. 2. c. 31. & 32.

LXXII. Secunda Seſſio Concilii Seleucienſis.

Poſtridie vero in Eccleſiam quæ eſt Seleuciæ (erat hæc S. Theclæ Martyrium) foribus occluſis, fidei formulam perlectam, ſubſcriptionibus ſuis ratam fecere. Pro illis autem qui deſiderabantur, eorum lectores & diaconi, ibi tum præſentes (nam qui aberant, per illos ſe fidei deciſionem approbaturos ſignificarunt) illi formulæ ſubſcripſerunt. Ab Acacio autem & ejus factione, ea quæ in illo Concilio confecta erant, propterea admodum reprehendebantur, quod occluſis Eccleſiæ januis, illis ſubſcripſerant: Nam ea, inquit Acacius, quæ in occulto geruntur, ut neutiquam probari debent, ita ſunt plena admodum ſuſpicionis. Iſta vero dicebat, quod eſſet illi in animo, alteram fidei formulam, quam habebat ibi paratam, introducere. Eam igitur coram principibus Lauricio & Leona perlegit: ad quam ſolam ſtabiliendam omni cura & cogitatione incubuit. Secundo die Concilii hæc acta ſunt, præterea nihil.

LXXIII. Tertia Seſſio Concilii Seleucienſis.

Tertio autem die Leonas dedit operam, ut pars utraque in unum conveniret. Quo quidem die tum Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolis, tum Baſilius Ancyræ aderant. Et cum utrique iſti in unam eamdemque partem, Acacio videlicet adverſariam, conveniſſent, Acaciana factio ad Concilium accedere noluit; Oportere, inquiens, eos ante e conventu ejici, qui & jamdudum abdicati fuerant, & in præſentia erant inſimulati. Ubi vero poſt multam contentionem hæc pars fuit ſuperior, decedunt a Concilio hi qui erant accuſati; in quorum loco Acacius cum ſuis ſuccedit. Tum Leonas ait: Libellum quidem ſibi ab Acacio datum; ſed quod fidei formula eſſet, quæ eorum ſententiam, qui partes contrarias tuebantur, partim clam, partim palam & aperte oppugnabat, eos prorſus celavit. Poſtquam illi qui aderant convenere, pro certo perſuaſi, libellum nihil minus quam fidei formulam in ſe complecti; tandem fidei formula ab Acacio compoſita, cum proœmio perlecta eſt, quæ ſe habet ad hunc modum:

LXXIV. Acacii Fidei formula.

A nobis quidem, qui heri (hoc eſt, ad quintum Kalendas Octobris) ex Imperatoris edicto Seleuciæ urbis Iſauriæ convenimus, ſummo ſtudio laboratum eſt, ut pax in Eccleſia rite conſervaretur; deque fide, ſicut Propheticæ Evangelicæque voces nos docent (ita enim a ſanctiſſimo Imperatore Conſtantio imperatum eſt) tranquillis ſedatiſque animis diſceptaretur; atque adeo nihil contra ſacras Scripturas in fidem induceretur Eccleſiaſticam. Verum cum eſſent in Concilio nonnulli, qui hos contumeliis vexare, illis ora obturare, loquique prohibere, alios invitos excludere quoſdam ex variis provinciis, qui erant abdicati, ſibi adjungere, eoſque contra veterem Eccleſiæ canonem ſecum habere, cœperint: ipſum Concilium (ſicut Lauricius illuſtriſſimus Provinciæ Præfectus ſuis ipſius oculis coram aſpexit) graviſſimo tumultu ſane redundavit. Sed quorſum iſta? Ut intelligatis, nos fidem in dedicatione Eccleſiæ Antiochenæ celebrata expoſitam confirmatamque minime rejicere, ſed eam hic in medium adducere: quandoquidem conſtat, patres noſtros id temporis in hac propoſita de fide controverſia inter ipſos conſenſiſſe. Verum quoniam hæ voces, Conſubſtantiale, *&* Æquiconſubſtantiale, *cum ſuperioribus temporibus, tum adhuc nonnullorum animos magnopere conturbant; atque adeo fides a quibuſdam, qui Filium Patri diſſimilem aſſerunt, innovari dicitur; idcirco tum* Conſubſtantiale, *tum* Æquiconſubſtantiale, *tamquam verba a Scripturis abhorrentia, rejicimus: tum verbum,* Diſſimile, *anathema judicamus; omneſque qui illius verbi patrocinium ſuſcipiunt, ab Eccleſia ducimus penitus alienos. Similitudinem autem cum Patre fatemur, manifeſte Apoſtolum ſecuti, de Filio ſic loquentem: Qui eſt imago Dei inviſibilis.*

LXXV. Ipſa perfidiæ profeſſio.

Confitemur igitur, & credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, effectorem cælorum & terræ, viſibilium & inviſibilium. Credimus quoque in Dominum Jeſum Chriſtum Filium ejus ab eo ſine affectione ante omnia ſæcula genitum, Dei Verbum, de Deo unigenitum, lumen, vitam, veritatem, ſapientiamque; per quem omnia facta ſunt, quæ in cælis, quæ in terra, ſive viſibilia ſint, ſive inviſibilia. Hunc credimus in fine ſæculorum carnem ex ſancta Virgine Maria ſumpſiſſe, &c. atque in fine hæc habent: *Eos autem, qui præter hanc fidem, aliam ullam prædicaverint, alienos ab Eccleſia Catholica eſſe decernimus.* Ita quidem fidei formula fuit ab Acacio edita, *cui tum Acacius, tum ejus factionis*

fau-

fautores, qui totidem erant numero, quot paulo ante commemoravi, ſubſcripſere. Contra quam, cum erat perlecta, Sophronius Pompejopolis, quæ eſt in Paphlagonia, Epiſcopus, in hunc modum (ut ejus verbis utar) vociferatus eſt: Si nova in dies ſingulos noſtræ ipſorum voluntatis & ſententiæ prolatio, ſit formula fidei; fieri non poteſt, quin accuratam veritatis perceptionem ſimus brevi prorſus amiſſuri. Sic Sophronium locutum accepimus. Ac meo quidem judicio, ſi qui cum ætate anteirent, quique eodem tempore cum illo viverent, eadem ſemper de fide Concilii Nicæni in animos induxiſſent, omnis ſeditioſa, & turbulenta concertatio prorſus extincta fuiſſet, hicque temerarius, & inconſultus in Eccleſiis tumultus minime dominatus eſſet. Verum quemadmodum iſta res ſe habeant, viderint illi, qui plus diligentia pollent & ſolertia. Ubi multa de hac re, deque illis qui eſſent in crimen vocati, ipſi inter ſe ultro citroque agitaſſent, tandem Concilium dimiſſum eſt.

LXXVI. Quarta Seſſio. *Quarto die in unum conveniunt omnes: iterum verbis digladiantur. Inter quos Acacius talem profert ſententiam: Si fides Nicæna erat olim ſemel mutata, & poſtea ſæpius; quid obſtat, quo minus jam etiam nova fidei formula deſcribatur? Ad hæc reſpondet Eleuſius: Concilium in præſentia convocatum, non ut diſcat quæ didicerit, neque ut fidem accipiat, quam non habuerit; ſed ut fide Patrum incedens, ab ea ad extremum vitæ diem non aliquando deflectat. Ejuſmodi verbis Acacii ſententiæ occurrit Eleuſius, fidem Patrum, fidem Antiochiæ expoſitam appellans. At huic etiam poterit occurri: Quomodo, Eleuſi, eos qui Antiochiæ convenerunt, Patres nominas; illorum autem majores, Patres eſſe inficiaris? Nam qui fuere Nicææ coacti, fidique Conſubſtantialis conſcuſerunt, magis proprie Patres vocari convenit; tum quod tempore anteceſſerint; tum quod qui convenerunt Antiochiæ, ab illis fuerint ad ſacerdotii dignitatem delecti. Quod ſi, qui erant Antiochiæ congregati, ſuos ipſorum Patres e medio ſuſtulerunt, iſti illorum poſteri parricidas imprudentes ſequuntur. Et qua ratione, amabo te, eorum delectum, & ordinationem tamquam probam & ſpectatam amplectuntur: fidem autem, tamquam parum ſinceram, & exploratam, irritam faciunt? Nam ſi illi Spiritum ſanctum non habebant, qui per ordinationem in quemque deſcendit; iſti ſacerdotii functionem non acceperunt. Qui enim accipere potuerunt, cum daretur ab his qui eum non habuerunt? Iſta certe contra Eleuſii ſententiam non inſcite dici poſſunt.*

Rurſus alia inter ipſos quæſtio orta eſt. Cum enim factio Acaciana, in fidei formula perlecta, Filium Dei Patri ſimilem aſſereret; quæſitum eſt, qua in re Filius ſimilis eſſet Patri. Reſpondet Acacius, Filium non ſubſtantia, ſed ſola voluntate Patri ſimilem eſſe. At pars adverſaria, eum ſubſtantia Patri ſimilem, conſtanter affirmavit. De hac controverſia toto illo die certatum eſt: Acaciuſque probe refutatus, cum quæreretur ab illo, qua ratione in libris, quos ediderat, Filium omnibus in rebus Patri ſimilem affirmaſſet; jam tamen ſimilitudinem, quæ eſt Filii cum Patre, per ſubſtantiam omnino denegaret? tum ille: Nemo (inquit) vel qui olim, vel qui recentiore memoria fuit, ex libris, quos ſcripſerit, dijudicari ſolet. Cum multa eſſent de hac controverſia in utramque partem accurate diſputata, nec tamen poſſet de illa inter eos convenire; Leonas conſurgens, Concilium dimiſit. Hunc igitur exitum habuit Concilium Seleuciæ congregatum. LXXVII. Nova quæſtio propoſita.

Poſtridie ejus diei, cum de eo continuando rogaretur, noluit denuo cum illis in unum locum convenire; ſed dixit, ſe ab Imperatore miſſum, ut Concilio concordi intereſſet; verum cum nonnulli inter ſe diſſentiunt, non poſſum (inquit) adeſſe. Abite ergo, & in Eccleſia nugas agite. Qua re confecta, Acaciana factio, occaſionem, quam optabat, ſibi datam exiſtimans, ad Concilium denuo accedere recuſavit. Qui autem alterius partis erant, in Eccleſiam convenientes, accerſunt Acacium cum ſuis, quo de Cyrillo Hieroſolymorum Epiſcopo decideretur. Hoc loco intelligamus oportet, Cyrillum jam antea accuſatum fuiſſe (qua de re certe non habeo dicere) & ab Epiſcopatu ſummotum, quod ſæpenumero, ut de eo decerneretur, accerſitus, jam per duos annos continuos, ut eo pacto criminatione elaberetur, non omnino comparuerit. Qui ſimulatque de gradu eſſet dejectus, appellationis libello ad eos, qui eum dejecerunt, miſſo, ad majores Judices provocavit. Cui quidem appellationi Conſtantius Imperator ſuffragatus eſt: atque a Cyrillo ſolo, ac primo, perinde ac ſi res apud laicos Judices ageretur, contra Eccleſiaſtici canonis conſuetudinem, provocatum eſt. LXXVIII. Leonas Comes iratus impedit Conventum Epiſcoporum.

Quidnam vero his verbis ſibi velit Socrates, haud ſane percipio: nam quod dicit, provocare ad majores Judices, fuiſſe con- LXXIX.

PAGIUS III. *Synodus Conſtantinopolitana.* Ad num. LXXIX. & ſeqq. Propter eandem rationem celebrata hoc anno Synodus Conſtantinopolitana, quæ menſe Decembri cœpit, & in annum ſequentem continuata eſt. Sozomenus enim lib. 4. cap. 23. ait, primum de quæſtione Aetii judicium ferre juſſum eſſe Honoratum, *quem paulo antea Conſtantius primum omnium Præfectum urbis Conſtantinopolitanæ creaverat.* Et paulo poſt ſubjungit: *Cumque poſtridie ad ſolennem Conſulatus pompam ſe pararet, ſicuti moris eſt apud Romanos Kalendis Januariis.* Honoratus hoc anno creatus eſt Præfectus urbis Conſtantinopolitanæ, ut

Cyrilli appellatio legitima ne fuerit. contra regulas: ignoraſſe certe viſus eſt canones Sardicenſis Concilii, & alia antiquiora jura, atque Eccleſiæ conſuetudinem. Et quid ait id primo actitatum a Cyrillo, cum conſtet de Athanaſio ab Arianis damnato in Conciliabulo Tyrio, & aliis, ad Romani Pontificis judicium confugiſſe? Si vero intelligit fortaſſe, Cyrillum ad Conſtantium provocaſſe (quod non liquet) certe nec id ipſe primus tentavit, cum hoc ſæculo plura ſint exempla de Donatiſtis provocantibus a judicio Epiſcoporum ad Conſtantinum. Quod vero nulla ſit mentio, Cyrillum appellaſſe Romanum Pontificem; cauſa in promptu eſt: cum enim idem auctor dicat, damnationem Cyrilli accidiſſe ante biennium; ſatis liquet, eo tempore Germanum Eccleſiæ Epiſcopum Liberium cauſa fidei exulaſſe. Sed ad Seleuciana Acta redeamus, hæc proſequentia de Cyrillo:

LXXX. (a) Socrat. l. 2. c. 32. Semiariani excommunicant Arianos. *Tandem (a) Seleuciam, uti de eo judicium fieret, adventavit: & ob eam cauſam Epiſcopi Acacium cum ſuis (ut paulo ante dixi) accerſivere: quo non ſolum de Cyrillo, verum etiam de illis reis qui ad partes Acacii confugiſſent, decideretur. At ubi ſæpius accerſiti non venerunt: illum ipſum Acacium, Georgium etiam Epiſcopum Alexandriæ, Uranium Tyri, Theodorum Cheretaporum urbis Phrygiæ, Theodoſium Philadelphiæ, quæ eſt in Lydia, Evagrium Mitylenes inſulæ, Leontium Tripolis Lydiæ, & Eudoxium, qui primo Germaniciæ Epiſcopus fuit, poſtea Epiſcopatum Antiochiæ, quæ eſt in Syria, callide adeptus eſt, abdicarunt; quinetiam Patrophilum, quod a Dorotheo presbytero accuſatus, & ab illis accerſitus non morem geſſiſſet: atque iſtos ſolos abdicarunt. Aſterium autem, Euſebium, Abgarum, Baſilicum, Philum, Philedium, Eutychium, Magnum, & Euſtathium excommunicarunt; decreveruntque, ut uſque eo in illo manerent ſtatu, quoad ipſi pro ſe reſpondentes, ſua crimina diluerent. Quibus rebus confectis, litteriſque ad abdicatorum Eccleſias, quæ illas de ipſis certiores facerent, datis, Anianum loco Eudoxii Epiſcopum Antiochiæ conſtituunt: quem factio Acaciana comprehendens, Leonæ & Lauricio tradit: illi eum in exilium ejiciunt. Quo facto, Epiſcopi, qui Anianum ordinaverant, conteſtatione apud Leonam, & Lauricium contra Acacianam factionem uſi ſunt; qua ſignificabant, judicium Concilii violatum eſſe. Cæterum ubi nihil perficere, Conſtantinopolim, quo de rebus in Concilio judicatis Imperatorem docerent, recta contendunt.* Hactenus Socrates de Actis Seleuciæ: ex Sabino tamen Macedoniano, quem parum fidelem in recenſendis rebus a profeſſoribus Nicænæ fidei geſtis, idem auctor ſuperius teſtatus eſt; ut non mirum videatur, ſi de Hilario, qui interfuit eidem Synodo Seleucienſi, nullam viſus ſit habuiſſe mentionem. Cujus quænam partes fuerint, audiamus ab ipſomet Hilario de his agente adverſus Conſtantium Imperatorem; apud quem nonnulla leguntur, quæ apud Socratem deſiderantur; ait itaque (b): (b) Hilar. cont. Conſtant.

Quæ enim dicturus ſum, non aliunde cognovi, ſed ipſe audivi, & præſens affui cum gerebantur (in Chriſto itaque non mentior, quia diſcipulus veritatis aſſiſto) Orientalium in Seleucia Synodo ubi reperi tantum blaſphemorum, quantum Conſtantio placebat: nam poſt ſeceſſionem meam deprehendi, ut Chriſtum centum quinque Epiſcopi ὁμοιούσιον, ideſt, ſimilis eſſentiæ, profiterentur; & ſoli Ægyptii, præter Alexandrinum hæreticum (Georgium videlicet) *ὁμοούσιον conſtantiſſime obtinerent. Cogente itaque Leona Comite, in unum omnes congregati ſunt ex his, qui ὁμοιούσιον prædicabant. Aliqui eorum nonnulla pie verbis præferebant, quod & ex Deo eſſet, ideſt, de ſubſtantia Dei Filius, & ſemper fuiſſet. Qui vero ἀνόμοιον defendebant, nihil niſi profaniſſimum afferebant, negantes quicquam ſubſtantiæ Dei ſimile eſſe poſſe, neque de Deo poſſe exiſtere generationem, ſed eſſe Chriſtum creaturam. Itaque quod creatus eſſet, id ei nativitas deputaretur: ex nihilo autem eſſe, & idcirco non eſſe Filium, nec Deo ſimilem. Loquor autem vobis, quod ipſe recitari in conventu publice audivi; quod prædicatum ab Epiſcopo Antiochiæ, exceptum habebatur. Hæc ergo ita dicta eſſe ab eo, commemorantur: erat Deus quod eſt. Pater non erat, quia neque ei Filius. Nam ſi Filius, neceſſe eſt ut femina ſit, & colloquium ſermonis, & compunctio conjugalis verbi, & blandimentum, & poſtremo ad generandum naturalis machinula. O miſeras aures meas, quæ tam funeſtæ vocis ſonum audierunt, hæc de Deo ab homine dici, & de Chriſto in Eccleſia prædicari! Poſt multas autem hujuſmodi impietates, cum Patrem, & Filium ex nominibus potius quam ex natura comparaſſet, ait: Quantum enim Filius ſe extendit cognoſcere Patrem, tantum Pater ſuper extendit ſe, ne cognitus Filio ſit.*

LXXXI. Acta Synodi Seleuciæ ex S. Hilario.

PAGIUS ut docet Idacius in Faſtis, Euſebio & Hypatio Coſſ. *Ipſo anno primum proceſſit Conſtantinopoli Præfectus Urbi nomine Honoratus die III. Idus Decembris.* Idem habet Chronicon Alex. niſi quod pro Decembri menſe, September in eo per errorem, ut videtur, ponitur. Quare cum Honoratus Præfectus Urbis Conſtantinopolitanæ, juſſu Imperatoris huic Synodo præfuerit, ut teſtatur Sozomenus citatus, ſub hujus anni finem ea Synodus inchoata. Interim notandus character quintorum Quinquennalium Conſtantii in Præfectura Honorati. Annis enim quibus hujuſmodi ſolennia edita, novitates de more inductæ.

Quibus recitatis, tumultus exortus eſt.

LXXXII. Miræ, & horrendæ blaſphemiæ Arianorum.

Cum autem intellexiſſent & hi qui diſſimilem Deum dicunt, humanas aures tantæ impietatis verba ſuſcepturas non eſſe; rurſum hi ipſi Palatii potius quam Eccleſiæ Epiſcopi, fidem ſcribunt ὁμοούσιον, & ὁμοιούσιον diſſimilitudinem damnant. Quod cum contrarium ipſi ſenſui audientium eſſet; ipſe ego quemdam eorum, qui forte ad me pertentandum acceſſerat, quaſi ignorans rerum geſtarum, percunctatus ſum quid ſibi vellet iſtud, ut qui unam ſubſtantiam Filii eſſe cum Patre damnaſſent, vel eſſe ſimilis ſubſtantiæ denegaſſent, diſſimilitudinem damnarent. Tunc mihi ait, Chriſtum Deo ſimilem non eſſe, ſed ſimilem Patri eſſe. Rurſus hoc obſcurius mihi adhuc videbatur. De quo cum iterum interrogarem, tunc hæc ita locutus eſt: Dico enim diſſimilem Deo eſſe, ſimilem Patri poſſe intelligi: quia Pater voluiſſet creaturam iſtiuſmodi creare, quæ ſimilia ſui vellet: & idcirco ſimilem Patri eſſe, quia voluntatis eſſet potius Filius, quam divinitatis: diſſimilem autem Deo eſſe, quia neque Deus eſſet, neque ex Deo, id eſt, de ſubſtantia Patris, natus eſſet. Hæc audiens, bebui, neque credidi; donec publica ex conſenſu omnium eorum profaniſſimæ hujus ſimilitudinis ratio prædicaretur. Qui autem ὁμοιούσιον prædicabant, omnes, qui maxime ſine aliquo impietatis pudore imprudentiſſima hæc loquebantur, condemnaverunt. Condemnati ad Regem ſuum convolaverunt, &c. Hucuſque de Actis Seleuciæ Hilarius.

LXXXIII. Synodus Conſtantinopolitana.

Hoc eodem anno, dum adhuc penderet Arimiuenſe Concilium, dum, inquam Epiſcopi Arimini congregati illic detinerentur licet inviti, agitur ab Acacianis præſente Conſtantio (quem hoc anno Conſtantinopolim rediiſſe, Ammianus (*a*) quoque teſtatur) Synodus Conſtantinopolitana. Antequam enim ſolveretur Conventus ille Ariminenſis, hanc actam eſſe Synodum, S. Athanaſius non obſcure ſignificat, dum ait (*b*) novam fidei profeſſionem ſcriptam eſſe Conſtantinopoli, atque eam miſſam ad eos qui Arimini convenerant. Sed ratio temporis hoc ipſum perſuadet. Nam qui coiverant Seleuciæ (ut dictum eſt) quinto Kalendas Octobris, atque ibi quatuor diebus, quatuor celebratis ſeſſionibus, manſerunt, & diffidentes inter ſe, concito gradu convolarunt ad Imperatorem Conſtantinopolim: jam circa hujus anni ultimos menſes hanc Conſtantinopoli Synodum celebraſſe perſpicue demonſtrantur: cum & etiam conſtet de profeſſione Ariminenſi ab Epiſcopis extorta, eam perlatam eſſe Conſtantinopolim ultima ferme (ut diximus) præſentis anni die.

(*a*) *Ammian. lib.* 19.

(*b*) *Athan. l. de Synod.*

LXXXIV. His igitur hunc in modum de tempore hujus Synodi elucidatis, de ipſa modo agendum eſt. Dimiſſi jam erant qui convenerant Seleuciæ, & decem tantum ex parte Baſilii Ancyrani ad Imperatorem ſe legati contulerant: quos Acacius cum ſuis præverterunt, atque præoccupaverunt aures Imperatoris: cum alioqui tum ex rebus geſtis Seleuciæ, tum ex his quæ Conſtantinopoli facta ſunt, ipſe Imperator ſemper ſit viſus propenſior in Acacium. Ex ſententia itaque Acacii a Conſtantio indicitur Synodus Conſtantinopoli, eademque feſtina: nam convocati ſunt tantummodo ex proxima provincia (ut tradit Socrates *c*) Epiſcopi Bithyniæ, inter quos advenit Mares Chalcedonenſis, omnes numero quinquaginta. De feſtino horum adventu Seleucia Conſtantinopolim, fidem facit in primis S. Hilarius, cum ait (*d*): *Condemnati ad Regem ſuum advolarunt, exceptique honorifice, impietates ſuas quanta potuerunt ambitione confirmaverunt, ſimilem Deo eſſe, vel ex Deo natum, vel naturalem eſſe Filium denegantes.* Et inferius quonam prætextu Conſtantius haud invitus paſſus ſit ablegari nomen *Subſtantiæ*, & *Conſubſtantialis*, idem docet his verbis, cum eum redarguit:

Legati ex Synodo Seleuciæ ad Conſtantium.

(*c*) *Socr. lib.* 2. *c.* 33.

(*d*) *Hilar. cont. Conſtant.*

LXXXV. Stulte novam vocem vitant Ariani.

Utitur etiam nunc, ut in cæteris ante, artis ſuæ conſuetudine, ut per recti ſpeciem prava confirmet, & per rationis nomen inſana conſtituat: Nolo (inquis) verba, quæ non ſcripta ſunt, dici. Hoc tandem, rogo, quis Epiſcopus jubeat? & quis Apoſtolicæ prædicationis vetet formam? Dic prius, ſi recte dici putas: Nolo adverſus nova venena novas medicamentorum comparationes: Nolo adverſus novos hoſtes nova bella: Nolo adverſus novas inſidias conſilia recentia. Et paulo poſt: *Novitates vocum, ſed profanas, devitare jubet Apoſtolus: Tu cur pias excludis? &c.*

LXXXVI. Nova fidei formula ab Arianis ſcripta.

Ex ſententia igitur Acacianorum ſcripta eſt tunc Conſtantinopoli in Synodo nova fidei formula, quam novam numerat Socrates earum quæ poſt Nicænum Concilium ab Arianis ſunt diverſis temporibus in hanc diem conſcriptæ. Sed & ad hanc illud impietatis additum, ut, ſicut abolitum eſt ab eis nomen ſubſtantiæ, ita etiam damnatum ſit ſilentio nomen ſubſiſtentiæ. Unde S. Athanaſius (*e*): *Conſtantinopolim profecti, veluti ejus ſententiæ pœnitudine affecti eſſent* (eorum ſcilicet, quæ Seleuciæ ſcripſiſſent) *ſuo more immutaverunt, additis nonnullis dictis; ut nefas eſſet, hypoſtaſin dicere de Patre, Filio, & Spiritu ſancto: eaque tranſmiſerunt ad eos qui Arimini convenerant: coegeruntque homines iſtarum Provinciarum ſubſcribere; exactis per Conſtantium in exilium, quicumque auderent contradicere. Sunt autem iſta: Credimus in unum Deum, &c.* Et poſt multa, hæc in eadem inſunt profeſſione: *Nomen autem ſubſtantiæ ſimplicius a Patribus editum, quia ignotum populis*

(*e*) *Athan. lib. de Synod.*

Subſiſtentiæ nomen ſublatum ab Arianis.

lis ſcandalum affert, & in ſacris litteris non continetur, placuit de medio tolli, & omnino nullam ejus mentionem debere fieri: quoniam ſacræ litteræ nuſquam ſubſtantiæ Patris & Filii meminere, immo ne hypoſtaſis quidem, ſive ſubſiſtentia de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, nominari debet. Similem autem dicimus Patri Filium, ut loquuntur & docent ſacræ Scripturæ. Omnes porro hæreſes, ſive olim damnatæ, ſive recens ortæ contrariæ huic promulgatæ ſcripturæ, anathema ſint. Hæc illi.

LXXXVII. Recitat hanc eamdem eorum impietatis regulam Epiphanius (*a*), & recenſet cunctorum nomina qui ſubſcripſerunt, omnes numero quadragintatres. Altercationes autem Acacianorum cum Baſilide atque Silvano, ventilatæ coram ipſo Conſtantio Imperatore, Theodoretus (*b*) fuſius narrat, cum ait: *Ex iſtorum numero, qui vocati ſunt ab Imperatore, fuerunt Euſtathius Armenus, Baſilius Ancyræ Galatiæ, Silvanus Tarſi, & Eleuſius Cyzici Epiſcopus. Iſti accedentes ad Imperatorem, obſecrabant, uti Eudoxii blaſphemia, & nequitia coerceretur. At Imperator doctus ex adverſariæ factionis ſectatoribus, dicebat, de illis rebus primum diſceptandum, quæ fidem attingunt; deinde ejus cauſam accurate cognoſcendam eſſe. Cum autem Baſilius ſuperiore ſua conſuetudine confidens, Conſtantium Imperatorem, utpote doctrinæ Apoſtolicæ inſidias tendentem, libere coargueret: Conſtantius iniquo tulit animo; & Baſilium, tamquam procellæ in Eccleſiis obortæ auctorem, tacere mandavit.*

(*a*) Epiph. hæreſ. 73.

(*b*) Theod. lib. 2. c. 27.

Quid Acacius cum Baſilio, & Silvano.

LXXXVIII. *Ubi vero Baſilius dicendi finem fecerat; Euſtathius: O Imperator (inquit) quoniam placet de rebus fidei diſceptari; conſidera, quæſo, blaſphemias ab Eudoxio in unigenitum Dei Filium impudenter jactatas. Ac ſtatim ut iſta dixerat, formulam fidei ab Eudoxio ſcriptam tradidit Imperatori; in qua præter alia multa verba impia, hæc præterea fuere poſita: Quæ diſſimili ratione proferuntur, ea ſunt eſſentia diſſimilia. At unus Deus pater, ex quo omnia: & unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia; diſſimilem habent prolationem, nimirum,* Ex quo & per quem; *proinde Filius Patri diſſimilis eſt. Quam fidei formulam cum recitari juſſiſſet Conſtantius, & impietate in ea comprehenſa, graviter commotus eſſet; percontatur ab Eudoxio, utrum illam ipſe ſcripſiſſet? qui extemplo negavit ſe eam ſcripſiſſe: Nam Ætius (inquit) ſcripſit. Hic eſt idem ipſe Ætius, quem Leontius olim, veritus accuſationem Flaviani, & Diodori, abdicavit diaconatu: quemque Georgius, qui Alexandrinis tendebat inſidias, & ſocium impie dictorum, & ſcelerate factorum adjutorem habuit: qui tamen id temporis apud Eudoxium una cum Eunomio ætatem degit.*

Stulta Argumentatio Eudoxii.

LXXXIX. *Nam mortuo Leontio, & Eudoxio Eccleſiæ Antiochenæ præſulatum per ambitum nacto, redit Ætius ab Ægypto, ſecumque Eunomium deduxit. Ac cum doctrina ſecum tonſentientem reperiret Eudoxium, & præter impietatem, Sybariticam etiam molliciem ac delicias conſectantem, nullum locum Antiochia ſibi commodiorem ad habitandum exiſtimavit. Itaque ſimul cum Eunomio, Eudoxii toris velut clavo affixus inhæreſcens, vitæ modum, qui eſt aſſentatorum proprius, ſtudioſe excolere, & modo hujus, modo illius conſuetudini utens, ventri denique & abdomini ſedulo inſervire cœpit. Tum Imperator, hac re cognita, jubet Ætium introduci. Cui ingreſſo, illam fidei formulam oſtendit; ſciſcitatur, num ipſe eſſet ejuſmodi verborum parens. Ætius, rerum, quæ gerebantur, prorſus inſcius, & quorſum ejus rogatum ſpectaret, ignarus, ratus tamen ſe ex confeſſione illa non parum laudis adepturum, ſe illorum verborum parentem eſſe dixit. Imperator igitur, immani ejus impietate perſpecta, confeſtim mittit in exilium, & ad locum quemdam Phrygiæ duci jubet. Atque iſte quidem ignominiam fructum ſuæ blaſphemiæ accipiens, Regia exturbatus eſt.*

Ætius cum Eudoxio vitam egit.

XC. *Euſtathius autem, Eudoxium quoque eadem ſentire, affirmat: Nam Ætium ejuſdem cum eo domus & menſæ fuiſſe participem, &, quo ejus inſerviret voluntati, blaſphemiæ ſcribendæ ſe ſocium præbuiſſe; ſatiſque argumenti eſſe, cum illius formulæ præſcriptæ conſcium eſſe, quod Ætium dixerat ejus auctorem fuiſſe. Tum Imperator: At in judicando (inquit) non eſt nitendum conjecturis; ſed res geſtæ ſunt accurate perveſtigandæ. Cui Euſtathius: Proinde (inquit) fac Eudoxius nobis perſuadeat, ſe non opinione cum Ætio conſentire, ſed formulæ ab eo conſcriptæ anathema indicere. Quam poſtulationem Imperator lubens amplexatus, ita fieri mandat. At Eudoxius tergiverſari cœpit, multas etiam quærere vias, quibus poſtulatum illud effugeret. Ubi vero Imperatorem illud graviter ferentem, & minantem ſe eum, utpote impiæ opinionis cum Ætio participem, in exilium itidem ejecturum, videt: ſuam doctrinam, quam necdum id temporis, verum etiam poſtea defendebat, omnino inficiatus eſt. Atqui contra urgebat, Euſtathium cum ſuis debere verbo, ὁμοούσιον, quia in Scriptura minime extaret, anathema denunciare. Immo vero, inquit Silvanus, voces,* Ex nihilo, & Creatura, &, *ἑτεροούσιον, ideſt,* alterius ſubſtantiæ, *quæ neque in ſacris litteris repertæ ſunt, neque oraculis Prophetarum, neque Apoſtolorum doctrinæ conſentientes, rejiciendæ ſunt, & ex omnibus divinis conventibus excludendæ. Cui aſſenſit Imperator, & illos his vocibus anathema indicere juſſit. Illi etſi primo contradicere inſtituerunt;*

Euſtathius perſtringit Eudoxium.

poſtea tamen, perſpecta Imperatoris ira, eas ipſas voces, quas Silvanus ipſis propoſuerat, licet agre, pœnitus ejurarunt.

XCI. Silvanus urget Arianos de voce Conſubſtantialis.

Ac deinceps acrius inſtare cœperunt, ut verbum quoque ὁμοιούσιον anathemate damnaretur. Cæterum Silvanus ratiocinatione rite vereque concluſa, cum illis, tum Imperatori reſpondit: Si Deus Filius neque ex nihilo, neque creatura, neque ex ulla alia eſſentia extiſtat, idcirco Deo Patri conſubſtantialis eſt, & Deus de Deo, lumen de lumine, & eamdem habet cum Genitore naturam. At vero quamquam iſta & firma ratione & vera concludebat; tamen nemo eorum, qui aderant, ei obtemperavit: immo vero factio Acaciana Eudoxianaque contra Silvanum crebros clamores tollere, Imperator etiam adeo ira exardeſcere cœpit, ut eum cum ſuis fautoribus in exilium pellere minaretur. Tum Eleuſius & Silvanus cum aliis nonnullis dicunt, in ejus ſitum poteſtate ſupplicium de ipſis ſumere; ſed pietatem ſectari, vel impietatem, penes ſe ipſos eſſe, & propterea numquam patrum doctrinam prodituros.

XCII. Eleuſius, & Silvanus damnari exilio.

Ibi Conſtantius, qui eorum ſapientiam, fortitudinem, & in tuenda doctrina Apoſtolica loquendi libertatem admirari debuerat, eos ejecit Eccleſiis, & alios in eorum loca ſubſtitui mandavit. Eo tempore Eudoxius ſedem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ per tyrannidem occupavit. Eleuſio etiam Epiſcopatu Cyzici exturbato, ejus locum obtinuit Eunomius. His rebus in hunc modum geſtis, Imperator jubet per litteras Ætium abdicari. Unde ipſi Ætiò impietatis confeſſores inducti, ſua ipſorum doctrina ſectatorem abdicarunt, ſcripſeruntque etiam ad Georgium Eccleſiæ Alexandrinæ Antiſtitem epiſtolam, qua quid Ætio factum eſſet, ſignificaverunt. Hæc Theodoretus.

XCIII. Elucidatio de aſſertione Silvani.

Sed antequam ipſas litteras de Ætii damnatione hic deſcribamus, monendum putamus, quod ad hæc, quæ ex Theodoreto de Actis Synodi Conſtantinopolitanæ recitata ſunt, ſpectat, nonnihil dubii animum pulſare, depravatum eſſe textum ipſum, ut loco ὁμοιούσιον, οὐσίαν tantum legendum ſit: quandoquidem præteritarum Synodorum Actis illud exploratiſſimum habeatur, Silvanum & ejus collegas jam penitus ex tempore Synodi Antiochenæ in Encæniis objeciſſe vocem *Conſubſtantialis*, & amplexatos eſſe in Filio ſimilem *ſubſtantiam*: quarum vocum diverſitas jam ſuperius ex Athanaſio diſcriminata eſt: niſi dixerimus pro miraculo accidiſſe, ut, impellente numine, facti ſint defenſores vocis *Conſubſtantialis* ipſi etiam, qui eam impugnabant; ut hoc ipſo tempore, quo invaleſcebat Acaciana impietas, non deeſſent qui eam veritatem defenderent, petita etiam ab inimicis confeſſione. Sed Synodalem ab eodem Satanæ conventiculo datam epiſtolam de Ætii damnatione hic deſcribamus, hanc ſcilicet oblatam occaſionem illis captantibus, ut damnando hæreticum, Catholici viderentur: quod Sirmii quoque fecerunt, condemnando Photinum. Recitatur autem a Theodoreto his verbis (*a*). (a) Theod. l.2. c.28.

XCIV.

Sanctum Concilium Conſtantinopoli convocatum domino honoratiſſimo Epiſcopo Alexandriæ Georgio S.

Synodica epiſtola Concilii Conſtantinopolitani.

Quod Ætius ob nefaria ſua ſcripta, eaque σκανδάλων, ideſt, offendiculis referta, a Concilio condemnatus ſit, in ipſa certe Epiſcopi aliud nihil, quam quod canones Eccleſiæ poſtulabant, effecerunt. Nam primum abdicatus eſt diaconatu, deinde Eccleſia excluſus; poſtremo adhortationes adhibitæ, ne quiſquam ſceleratas ejus legeret epiſtolas, ſed ab omnibus propterea abjicerentur, quod inanitates omnibus & damni complexæ ſunt. His accedit, quod illi, & iis qui in eadem opinione ac ſententia cum eo perſeverant, anathema denunciamus. Atque conſentaneum ſane erat, ut omnes Epiſcopi, qui in hoc Concilio convenerant, communi conſenſu eum, ut auctorem offendiculorum, turbarum, ſchiſmatum, tumultuoſi ſermonis per orbem terrarum graſſantis, & mutuæ denique in Eccleſiis ſeditionis, execrarentur, unoque ore de ſententia contra eum pronunciata concordarent.

XCV. De Ætii damnationis cauſa, & ſociorum.

Attamen contra vota noſtra, contraque omnem expectationem, Seras, Stephanus, Heliodorus, Theophilus, ac eorum ſocii, neque noſtris ſunt ſuffragati ſententiis, neque ſuffragiis de ea latis ſubſcribere voluerunt. Idque cum Seras ipſe aliud etiam arrogans facinus & plenum inſania prædicto Ætio criminis loco objectaret; cum nimirum temeraria audacia elatum, affirmaſſe, Deum ſibi revelaſſe ea, quæ uſque ab Apoſtolorum temporibus hactenus occultaverat. Poſt quæ inſana & inſolentia verba a Sera de Ætio pro teſtimonio citata, illi, quos ſupra poſuimus, nec precibus quidem adduci perſuaderique poterant, ut in judicio de illo ferendo, nobis ſuffragarentur. Nos autem patientibus animis, eorum cauſa, ad prolixum temporis ſpatium ferre ſententiam diſtulimus, nunc indignando, nunc adhortando, increpando interdum, aliquando obnixe orando, ut nobiſcum convenirent, conſentienteſque toti Concilio ſententiam pronunciarent. Itaque expectavimus diu, ſi forte nos audire, ſi intelligere, ſi denique cedere vellent.

XCVI. Datum tempus reſipiſcendi.

Verum ubi longo tempore expectando, nullo modo eos ad noſtras de Ætio ſententias obſequendum inducere poteramus; canonem Eccleſiæ eorum amicitiæ anteponendum arbitrati, eos a communione Eccleſiæ excludendos decernimus: dato illis ad ſententiam mutandam, ad reſipiſcendum, & ad

ala-

alacri animo cum Concilio concordandum, conſentiendumque, ſex integrorum menſium ſpatio. Quod ſi intra præſtitutum diem, mutato conſilio, amplecterentur cum Patribus concordiam, & decretis ab illis de Ætio ſententiis aſſentirentur; tum non ſolum ut reciperentur in Eccleſiam, verum etiam ut ſuam in Conciliis loquendi libertatem, & mutuam nobiſcum charitatem recuperarent, ſtatuimus. Sin autem in propoſito ſuſceptoque conſilio per hominum facilitatem pertinaciter manerent, & canones Eccleſiaſticos contemnerent, Epiſcopatus dignitate dimovendos eſſe. Quod ſi depoſitionem expectaverint, alios in eorum loca Epiſcopos ſubſtituendos; uti ſacroſancta Eccleſia, ad ordinem ſibi convenientem redacta, ſecum ipſa conſentiat, vinculo charitatis ab omnibus omnium gentium Epiſcopis eadem dicendo, eademque mente & ſententia in unum cohæreſcendo, firmo conſervato. Quare iſta ad tuam reverentiam ſcripſimus, ut intelligas decreta Concilii, quæ te obſervantem optamus, per gratiam Chriſti tuas Eccleſias tranquille legitimeque moderari. Hactenus ad Georgium Synodus. Fuiſſe autem hos Epiſcopos in Libya, Athanaſius teſtatur (a).

(a) Athan. de Synod.

XCVII. De damnatione porro Ætii hæc Sozomenus (b): *A nonnullis autem commemoratur, quod non ex animo, ſed quo opinione de ſe ab Imperatore concepta (accuſabantur enim Arii doctrinæ favere) ſe penitus liberarent, iſtum abdicabant.* Damnato Ætio, ſubſecuta eſt quoque damnatio illorum Epiſcoporum, qui tum Seleuciæ, tum ibi Conſtantinopoli Acacianis adverſati erant: unde ſubdit Sozomenus: *Quinetiam occaſione arrepta ex ira Imperatoris, qua contra Macedonium ob eas cauſas, quas ante citavimus, exardeſcebat, eum, Eleuſium Epiſcopum Cyzici, Baſilium Epiſcopum Ancyræ, Portaſium Sardenſem, & Dracontium Pergami Epiſcopum, de gradu dimovent: & quamvis de doctrina fidei ab iſtis diſſentirent, tamen in illis abdicandis non fidem inſimulabant, ſed communiter quidem omnes criminabantur, quod Eccleſias conturbarant, & decreta Eccleſiaſtica violaverant: privatim autem ſingulis ſingula objectabant crimina.* Hæc Sozomenus.

(b) Sozom. lib. 4. c. 23.

Damnati Semiariani ab Arianis.

XCVIII. Primum autem omnium conſtat depoſitum eſſe Macedonium Epiſcopum Conſtantinopolitanum; de quo ſic Socrates (c): *Qui ſtabant ab Acacio, iram Imperatoris, quam cum contra alios, tum contra Macedonium in primis animo conceptum explere nitebatur, tamquam anſam opportune arripientes, primum Macedonium Epiſcopatus dignitate dejiciunt; tum quod multiplicis cædis auctor fuiſſet, tum quod diaconum in ſtupro deprehenſum recepiſſet in communionem.* Inſimulatum eum quoque apud Conſtantium fuiſſe, quod corpus Conſtantini e templo Apoſtolorum in Acacii Eccleſiam tranſtuliſſet, & aliorum criminum; quam ob cauſam Conſtantius eum immenſo odio proſequebatur; jam diximus ex Sozomeno (d). Eo igitur abdicato, in locum ejus Eudoxius Antiochenus, fex omnium hæreticorum, in ſedem Conſtantinopolitanam ſubrogatus eſt.

(c) Sozom. lib. 2. c. 35.

Macedonius ab Arianis damnatus.

(d) Sozom. l. 4. c. 20.

XCIX. De aliorum vero nonnullorum Epiſcoporum depoſitione tunc in eadem Synodo facta, & criminibus in eos objectis, hæc habet Sozomenus (e): *Baſilio Epiſcopo Ancyrano objectabant, quod Diogeni presbytero, Alexandria Ancyram advenienti, chartas abſtuliſſet, eumque verberaſſet; quinetiam quod mandaſſet magiſtratibus, ut clericos Antiochiæ, ut Ciliciæ, etiam Galatas, & Aſianos prope fluvium Euphratem accolentes, indicta cauſa, exilio & aliis ſuppliciorum generibus multarent: unde factum eſt, ut tum conjicerentur in vincula, tum propterea in milites, qui eos abducebant, bona ſua, ne qua ipſos afficerent contumelia, conſumerent. Eum porro accuſabant, quod cum Imperator juſſiſſet Ætium, & quoſdam ejus fautores Cecropium uſque abduci, quo criminibus ipſis illatis reſponderent; perſuaſiſſet ei, cui hanc rem mandaſſet Imperator, ut, quæ ipſis placerent, eo exequeretur. Itemque, quod Hermogeni Præfecto & Principi Syriæ per litteras ſignificaſſet, tum quinam, tum in quem locum eſſent relegandi: quod etiam cum Imperator hos ab exilio revocaret, eos redire non permiſiſſet, ſed cum Principibus, tum ſacerdotibus reſtitiſſet.*

(e) Sozom. lib. 4. c. 23. Baſilio Ancyrano crimina objecta.

C. *Adjungebant præterea, quod clericos Sirmii ad ſeditionem contra Germinium conflandam incitaſſet, & per litteras eos apud Epiſcopos Africæ inſimulaſſet, quod cum Urſacio & Valente communicarant. His accedit, quod in crimen adductus, crimen negaſſet, deque eo pejeraſſet, & perſpicue deprehenſus perjurium per cavillationem eludere conatus eſſet; & non Illyricis modo, Italis, & Afris, diſcordiæ & ſeditionis, verum etiam calamitatum, quæ in Eccleſia Romana accidiſſent, auctor & cauſa fuiſſet. Ad hæc, quod, cum ancillam ad vincula conjiciendam curaſſet, eam falſum teſtimonium contra heram dicere coegiſſet. Adde his, quod virum, qui turpem vitam & flagitioſam degebat, & non, ut lex poſtulat matrimonii, cum muliere rem habebat, cum ſancto baptiſmatis tinxiſſet lavacro, tum miniſterio divino præfeciſſet: quodque circulatorem, qui cædem patrarat, non ab Eccleſia ſegregaſſet. Poſtremo quod ad ſacram menſam conjurationes feciſſet, & cum jurejurando ipſe ſe obſtrinxiſſet, tum clericos quoque ad jurandum impuliſſet, ut ſe mutuo non accuſarent; & quod hoc callide excogitaſſet ille ipſe qui clero præerat,*

Alia Baſilii Ancyrani crimina.

quo accuſatorum criminationes effugeret. Atque hæc quidem ſunt crimina, ut comprehendam brevi, pro quibus Baſilius abdicatus fuit.

CI. At hic opportune Davidicum illud, dum iſta contemplor, in mentem venit (a): *Magnus Dominus & terribilis in conſiliis ſuper filios hominum.* Qui enim a tempore Antiocheni Concilii ab eis celebrati, tam dira, tamque dura, & aſpera adverſus Catholicos ubique locorum in hanc fere diem immaniter pertractaſſent, Macedonius, Baſilius, & alii eorumdem factionis ſatellites, modo ex inſperato, & a collegis ſuis, quibuſcum adverſus Orthodoxos convenerant, immo & ab ipſo Imperatore Conſtantio, in cujus gratiam tot tantaque ſcelera adverſus Nicænæ fidei profeſſores jugiter acervaſſent, factis dignam, licet minorem illis ſententiam damnationis accipiunt, atque a ſuis ipſorum ſedibus perquam ignominioſe pelluntur. E contra autem factum, ut S. Hilarius ipſis licet Acacianis infenſus, in Conſtantium Imperatorem zelo fidei vehementer invectus, tamen ab exilio liber cum honore fuerit in Provinciam reſtitutus. Sed hæc de Hilario, quod prolixiorem exigant orationem, dicturi ſumus inferius. Proſequamur interea, quæ de damnatione reliquorum Epiſcoporum hic Sozomenus ſubdit (b):

(a) Pſal. 65.

Juſta Dei judicia.

(b) Sozom. lib. 4. c. 23.

CII. *Euſtathius autem accuſabatur in primis, quod, cum eſſet presbyter, a patre Eulalio Epiſcopo Cæſareæ Cappadociæ condemnatus fuiſſet, & a precum communione ſeparatus. Deinde, quod Neocæſarea (quod eſt oppidum Ponti) a Concilio communione Eccleſiæ interdictus; & ab Euſebio Epiſcopo Conſtantinopolitano, propterea quod quarumdam rerum male adminiſtratarum, quas habebat ſibi commiſſas, condemnatus fuerat, abdicatus. Tum, quod a Concilio Gaugrenſi propterea Epiſcopatus gradu dejectus erat, quod contra quam debuerat, docuiſſet, feciſſet, ſenſiſſetque: quod etiam in Concilio Antiocheno perjurii convictus eſſet: quodque decreta Concilii Melitinæ coacti evertere aggreſſus fuiſſet; & cum multis criminibus teneretur implicatus, Judicis partes ſuſcipere, & eos, qui alterius erant opinionis, incuſare non dubitaſſet.* S. Baſilius (c) autem in epiſtola ad Orientales de Euſtathio ait, depoſitum fuiſſe in Synodo Melitinenſi, Conſtantinopoli vero conſenſiſſe cum hæreticis. En vides, lector, quibus eſſent imbuti moribus, qui Nicænæ fidei adverſabantur, & hi ipſi qui hæreticorum (ut dictum eſt) modeſtiores haberentur: quos fruſtra delinitos ad fidem Catholicam Hilarius adducere laboravit.

Euſtathii crimina & damnatio.

(c) Baſil. ep. 74.

CIII. Sed pergit de aliis Sozomenus (d): *Eleuſium vero abdicabant, quod Heraclium quemdam genere Tyrium, ſacerdotem Herculis qui ibi colebatur, præſtigiarum magicarum inſimulatum (qui, cum de ipſo eſſet habenda quæſtio, ſe ea de re fugæ mandaverat, ætatemque degebat Cyzici) inconſiderate diaconum, quod ſe ſimularet fidem Chriſti amplecti, deſignarat; & cum poſtea intellexiſſet eum eſſe talem, non ab Eccleſia ſegregaſſet. Denique viros ab Eccleſia condemnatos, qui Cyzicum venerunt (qualis fuit Maris Epiſcopus Chalcedonis, qui huic Concilio intererat) temere & ſine judicio miniſtros Eccleſiæ inſtituiſſet. Portaſium gradu movebant, quod ſine conſenſu & approbatione Epiſcoporum Lydiæ, Sardenſis creatus fuiſſet Epiſcopus. Dracontio denique Pergami adimebant Epiſcopatum, quod primum in Galatia, deinde Pergami Epiſcopus contra leges conſtitutus eſſet.*

(d) Sozom. ibid.

Eleuſii crimina atque damnatio.

CIV. *His rebus confectis, denuo in unum coacti, abdicant Silvanum Epiſcopum Tarſi, Sophronium Pompeiopolis, quæ eſt urbs Paphlagoniæ, Epiſcopum, Elpidium Satalorum, & Neonem Seleuciæ urbis Iſauriæ Epiſcopum. Abdicant autem Silvanum, quod non modo aliis tum Seleuciæ, tum Conſtantinopoli contumaciæ auctor extitiſſet, verum etiam Theophilum ante ab Epiſcopis Palæſtinæ Epiſcopum Eleutheropolis ordinatum, & contra voluntatem jurejurando aſtrictum, ſe non alium Epiſcopatum ſuſcepturum, Eccleſiæ Caſtabalenſi Antiſtitem præfeciſſet. Abdicant Sophronium, quod Eccleſiam rebus et oblatis defraudaſſet, eaſque ad ſuum quæſtum vendidiſſet: quinetiam quod ſemel atque iterum ad Concilium vocatus, vix aut ne vix quidem acceſſiſſet; quippe qui induxiſſet animum, criminibus ſibi objectatis apud ipſos minime reſpondere, ſed exteros Judices ad ſuam cauſam cogneſcendam deligere. Abdicant Neonem, quod dediſſet operam, ut privatim in ſua Eccleſia Anianus crearetur Antiochiæ Epiſcopus; quodque nonnullos ſacrarum litterarum, legumque Eccleſiæ ignaros, & vitam inconſiderate diſſoluteque inſtituentes, Epiſcopos deſignaſſet; qui quidem poſtea poſſeſſionem pecuniæ ſacerdotii adminiſtrationi anteponebant, & ſcriptis plane teſtabantur, ſe malle cum opibus ullo Eccleſiaſtico miniſterio fungi, quam ſine illis Epiſcopatum gerere. Denique Elpidium abdicant: primum quod ſe ſocium Baſilio, quo tumultus cieretur, adjunxiſſet, & auctor extitiſſet ſeditionis: deinde quod Euſebium gradu dimotum, contra decreta Concilii Melitinenſis, ad presbyterii dignitatem reſtituiſſet; poſtremo quod Nectarium quemdam, cui propter pactum & jusjurandum violatum Eccleſiæ communione interdictum eſſet, miniſterio Eccleſiæ præfeciſſet: idque cum per leges Eccleſiæ ei nullam dignitatem Eccleſiaſticam deferre liceret.*

Abdicatio aliorum Epiſcoporum.

Por-

CV. Cyrillus cur abdicetur.

Porro una cum iſtis Cyrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus abdicitur, propterea quod cum Euſtathio, & Elpidio, qui Concilio Melitinenſi (cui etiam ipſe interfuiſſet) obnixe adverſabantur, communicaſſet, quodque poſt abdicationem in Palæſtina factam, veniret cum Baſilio, & Georgio Epiſcopo Laodiceæ in communionem: atque quod cum Epiſcopus Hieroſolymorum conſtitutus eſſet, velut ſedis jam Apoſtolicæ Antiſtes, cum Acacio Cæſareæ Epiſcopo de jure Metropolitano diſſenſiſſet: unde factum eſt, ut inimicitias inter ſe ſuſciperent: & alter alterum, utpote non vere ſincereque de Deo ſentientem, criminaretur. Etenim uterque ante in ſuſpicionem venerat: alter quod doctrinæ Arii faveret: alter (Cyrillus ſcilicet) *quod eos, qui Filium Patri conſubſtantialem aſſererent, ſequeretur.* Magnæ quidem Cyrilli laudi cedit, eum ab Acacio vel aliis Arianis in crimen vocatum eſſe, quod fidei regulam inter tot fluctus ſolide retineret, quam Patres Nicææ in Concilio Eccleſiæ tradidiſſent. Sed ſubdit.

CVI. Alia nova cauſa Cyrillo obiecta.

Itaque Acacius cum hoc animo eſſet reliquis Epiſcopis ejus gentis, ejuſque opinionis fautoribus in unum convocatis, ipſe prius Cyrillum tali de cauſa abdicat: Cum fames agrum Hieroſolymitanum occuparet, multitudo rebus ad victum neceſſariis deſtituta, ad Cyrillum, utpote Epiſcopum, opis implorandæ cauſa confugit. Cui cum pecuniæ ad eam ſupplendam non ſuppeterent, theſaurum Eccleſiæ & ſacra velaa vendidit. Qua re confecta, fama eſt, quamdam animadvertiſſe mulierem ſcenicam indumento pretioſo, quod Imperator ipſe Eccleſiæ donaverat, amictam eſſe; curioſe ab ea quæſiviſſe, unde illud haberet; comperiſſe, ex mercatorem vendidiſſe, mercatori autem Epiſcopum: Acacium vero, hac cauſa allata, Cyrillum abdicaſſe. Quam rem ita ſe habere, auditione quidem accepi. Hæc ille. Porro de veſte pretioſa ab ipſo Cyrillo vendita, Theodoretus (*a*) paulo diverſe eam hiſtoriam recitat his verbis:

(a) Theod. lib. 2. c. 27.

Ajebat ſacram ſtolam ex aureis filis contextam, quam excellentiſſimus Imperator Conſtantinus, ad Eccleſiam Hieroſolymitanam cohoneſtandam, Macario illius urbis Epiſcopo donaverat, ut ea amictus, ſacroſancti baptiſmatis miniſterium obiret, Cyrillum vendidiſſe: hancque mercatum eſſe quemdam eorum, qui in pulpito ſcænæ cantare ſolent, eam induiſſe, inter ſaltandum lapſum eſſe, & caſu obtritum interiiſſe. Hæc Theodoretus. *Porro abdicato Cyrillo* (inquit Sozomenus *b*) *Epiſcopatum capeſſit Herennius: cui ſucceſſit Heraclius: ei autem deinceps Hilarius; nam hos eo tempore illam rexiſſe Eccleſiam ad Imperium uſque Theodoſii, accepimus; cujus temporibus Cyrillus ad eam dignitatis ſedem revertit.* Hæc Sozomenus.

(b) Sozom. lib. 4. c. ult. in fine.

CVII. (c) Sozom. lib. 4. c. 24. Abdicatio & ſuſpenſio aliorum Epiſ.

Rurſum vero de abdicatis Epiſcopis, & aliis in locum eorum ſuffectis, ſic idem Sozomenus (*c*): *Epiſcopos autem, quos abdicatos eſſe ſupra monſtravimus, Acaciani Conſtantinopoli expulerunt. Aliis autem, qui una cum illis adhuc erant ad decem numero, qui abdicationi iſtorum Epiſcoporum ſubſcribere nolebant, mandatum dederunt, ut ſeparatim ab aliis ad tempus ætatem degerent, & neque divino fungerentur miniſterio, neque Eccleſiis uſque eo miniſtrarent, quoad abdicationi illi ſubſcriberent. Quod ſi non intra ſex menſes reſipiſcerent, & omnibus hujus Concilii decretis Actiſque aſſentirentur: futurum eſſe, ut illi quoque abdicarentur, & Epiſcopi cujuſque gentis in unum convenientes, alios in eorum loco ſufficerent. Ubi vero hæc res ab illis non deliberata ſolum, verum etiam re ipſa perfectæ ſunt; ſcribunt ad omnes omnium gentium Epiſcopos, clericoſque, ut hæc obſervent, atque adeo exequantur.* Hæc Sozomenus; qui præter illos, de quibus nuper mentio facta eſt, ſubdit ab Eudoxianis ſubſtitutos diverſos Epiſcopos; & inter alios, in locum Baſilii Ancyræ Epiſcopi, Athanaſium quemdam, in locum vero Euſtathii ſubrogatum eſſe Meletium, de quo ſæpe inferius dicendum erit.

CVIII. Duæ fides diverſæ eodem tempore ſubſcriptæ.

Dum iſthæc agerentur Conſtantinopoli extremo hujus anni tempore, perlata eſt a legatis Ariminenſis Synodi profeſſio fidei illic noviſſime ſcripta, cui juſſu Conſtantii Imperatoris (ut dictum eſt ſuperius) pridie Kalendas Januarii ſubſcripſerunt: adeo ut duplici fidei eidem Epiſcopi ſubſcripſerint, Conſtantinopolitanæ, & Ariminenſi; cum tamen inter ſe diverſæ eſſent: quarum alteram in Oriente, in Occidente alteram (quod ridiculum plane eſt) voluit obſervari.

CIX. (d) Baſil. adverſ. Eunom. lib. 1.

Meminit quoque hujus Synodi Conſtantinopolitanæ S. Baſilius (*d*), & de Epiſcopis in ea damnatis, dum ait de Acacianis: *Cum ex aula regia omnes, & reliquos, qui quamplurimum poſſe putarentur, ad ſe conſcripſiſſent, longe ſuperiores impetu ſe in res omnes intulerunt. Ipſi accuſatores, ipſi Judices, ipſi miniſtri publi-*

ci

PAGIUS IV. *Eudoxius ad Epiſcopatum Conſtantinopolitanum tranſlatus.*

Ad num. CV. Auctor Chronici Alex. ſub anni ſequentis Conſulibus ſcribit: *Hoc anno menſe Peritio (ſeu XV. Februarii) magna Eccleſia Conſtantinopoli dedicata eſt. Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus propter multa ipſius propria crimina exauctoratus eſt, & in locum ejus ſubrogatus Eudoxius menſe Audynæo (ſeu Januario XXVII.) præſentibus Epiſcopis LXXII.* Sed de ea dedicatione anno ſequenti, quo peracta eſt, agetur. Interim ex his verbis habemus, *Eudoxium* ante ſequentem annum ad Epiſcopatum Conſtantinopolitanum tranſlatum non eſſe.

ei: ipſi denique cuncta poterant, quantum concupierant, alios ejicientes, alios in locum ipſorum ſubſtituentes, alios in periculum vitæ deducentes: ipſi magna cum poteſtate inter ſe Civitates ſortiebantur. Tunc a Syria etiam quidam expulſus Con-
Eudoxius Epiſcopus factus Conſtantinop. *ſtantinopolim, quaſi ad tyrannidem pervenit* (hic erat Eudoxius Epiſcopus Antiochiæ.) *Hic autem iſte, nempe Eunomius inexpugnabilis & gravis orator, in perverſæ religionis præmium, Cyzicum obtinuit. Theoſebio vero, poſt maximarum blaſphemiarum redargutionem, Sardicenſis Eccleſia devorata eſt. Taceo Bithyniam, Paphlagoniam, Ciliciam: prætermitto cæteros, quos eſt depaſta circulata improbitas.* Huc uſque Sanctus Baſilius.

CX. Lucifer quoque Calaritanus ſcriptis ſuis in Conſtantium, de his agens, ſic invehitur (a): *Deſerens Catholicam fidem, converſus ad fabulas, at cancer, ita ſermo tuus, quod ſerpere poſſit: cum prædixerit ore Apoſtoli Spiritus ſanctus, Catholicos dixit hæreticos; & paulo poſt, ipſam quam Catholicam dicebas, quamque ſuſcipere cogebas, dicit eſſe blaſphemiam: item poſt paululum, quam nunc iſtruxeras apud Antiochenos, contra Eudoxium fatens fuiſſe blaſphemiam, ipſam iterum nunc firmas Catholicam: unde & Eudoxium Conſtantinopoli eſſe conſueris, &c.* Pluribus enim eadem ex cauſa in ipſum agit. Sic igitur intra quatuor menſium ſpatium duæ ſceleſtiſſimæ Synodi habitæ ſunt in Oriente ab Arianis, Seleuciæ altera impia & clamoroſa, altera vero Conſtantinopoli execrabilis atque tyrannica.

(a) *Lucif. lib. moriendum eſſe pro Dei filio.*

Invectiva in Conſtantium.

CXI. De ambabus Synodis, quas unum tamen Concilium vocat S. Gregorius Nazianzenus (b), loquitur, cum pluribus de his diſſerit; ac demum ingentem jacturam, quam ex hac Synodo univerſa Orientalis Eccleſia perpeſſa eſt, recenſet; atque in primis ſic ait: *Hujus factionis potentia illud peperit, quod Seleuciæ primum, ubi templum eſt S. Theclæ egregiæ virginis, deinde in hac ampliſſima Civitate* (nempe Conſtantinopoli) *coactum eſt: quas urbes, pulcherrimis antea nominibus claras, turpiſſimarum rerum notis celebres illuſtreſque reddidit; ſive Babylonis turrim, quæ linguas pulchre diviſit (quemadmodum utinam illas quoque, ad malum nempe concordes) ſive Caiphæ Concilium, quo Chriſtus condemnatur, ſive quocumque tandem alio nomine conventus hic appellandus eſt, qui omnia evertit, ac perturbavit. Piam enim & veterem doctrinam, ac Trinitatis patronam, jacto vallo ac machinis impulſa ac labefactata Conſubſtantialis voce, ſubſtulit: impietati autem præſcripti dogmatis ambiguitate feneſtram aperuit; hoc quidem prætextu, quaſi Scripturam vereretur, ac vocum probatiſſimarum uſum amplecteretur: re autem vera Arianiſmum nullo Scripturæ loco proditum introducens. Hæc enim verba,* Similis ſecundum Scripturas, *ſimplicioribus hominibus illecebra erat impietatis hamo circumjecta, ſtatua ad omnes pertranſeuntes ſeſe obvertens, communis utriuſque pedis cothurnus, cribratio ad omnem ventum accommodata; ex nefario edicto recens præſcripto, conſilioque adverſus veritatem excogitato, licentiam atque auctoritatem aſſecuta. Sapientes* (c) *enim erant ad malo agendum, ac benefacere non norunt.*

(b) *Greg. Naz. orat. in laudem Athan.*

Deteſtandum Conc. Arianorum.

(c) *Jer. 4.*

CXII. *Hinc ſubdola illa & veteratoria hæreticorum condemnatio; ut ſpecioſius ac probabilius eſſet quod conabantur, verbis quidem ab Eccleſia proſcripſerunt, re ipſa autem in medium produxerunt, ſic videlicet cum illis agentes, ut non infinitæ impietatis, ſed ſcriptionis immodicæ crimen ipſis impingerent. Hinc profani Sanctorum Judices, & nova & inuſitata mixtio, myſticæ nempe quæſtiones ſpectante vulgo tractatæ, atque iniqua rerum geſtarum inquiſitio, & pretio conducti ſycophantæ, & ſententiæ ſtata mercede pronunciatæ. Hinc alii ab Eccleſiarum thronis injuſte pellebantur, alii in eorum locum ſubrogabantur; ſic tamen ut ab ipſis impietatis chirographa, non ſecus atque aliud quippiam neceſſarium, exigerentur. Atque in promptu erat atramentum & calumniator a tergo. Ea res permultos e nobis, invictos alioqui viros in fraudem impulit; qui quamvis mente nequaquam prolapſi fuerint, ſubſcriptione tamen transverſi acti ſunt, atque cum illis utroque nomine ſceleratis conſenſerunt, ac ſi non flammæ, fumi quidem certe participes fuerunt. Quod quidem ipſe multis ſæpe lacrymis proſecutus ſum, cum impietatem longe lateque ſe effundentem, & perſecutionem ab ipſis Verbi patronis adverſus Orthodoxam doctrinam excitatam viderem.*

Falſus hæreticorum prætextus.

Clades Orientalis Eccleſiæ.

CXIII. *Nam proculdubio mentis errore Paſtores affecti ſunt, & (ut cum Scriptura loquar* d) *Paſtores multi vineam meam pervaſtaverunt, ac deſiderabilem partem dedecorarunt, hoc eſt, Dei Eccleſiam, multis tum eorum qui Chriſtum præceſſerunt, tum eorum qui poſt Chriſtum extiterunt, ſudoribus ac cædibus, ac denique magnæ ipſius Dei pro ſalute noſtra ſuppliciis doloribuſque collectam. Nam ſi perpaucos exceperis, qui vel ob nominis obſcuritatem contemptui habiti fuerunt, vel propter virtutem reſtiterunt, quos Iſraelis ſeminis ac radicis loco relinqui oportebat, ut de integro floreret, Spirituſque perflatione ad vitam revocaretur; omnes temporis iniquitate abrepti ſunt. Hoc tantum inter eos diſcriminis fuit, quod alii citius, alii ſerius in eam noxam inciderunt: quodque alii duces impietatis & anteſignani fuerunt, alii in ſecundo ordine locati ſunt, vel timore perculſi, vel utilitate ſubacti,*

(d) *Hier. 12.*

Lapſus pluſimorum Epiſcoporum.

vel

vel blanditiis infeſtati, vel ignorantia circumventi, atque in fraudem inducti, quod omnium leviſſimum eſt: ſi cui tamen id quoque ad eorum, quibus populi cura commiſſa eſt, purgationem ſufficere videretur. Et inferius, cum tamen immenſam cladem Orbi illatam comparat terræmotui, hæc addit:

CIV. Funeſtiſſima clades Orientalis Eccleſiæ. *Ego vero terræmotum hunc noſtra tempeſtate coortum, nullo eorum, qui jam extiterunt, inferiorem eſſe exiſtimo, per quem omnes monaſticæ philoſophiæ ſectatores Deique amore præditi, atque ante tempus in cælis civium munere fungentes a nobis dimoventur. Qui tametſi alioqui pacis ſtudioſi ac moderati ſint, hac tamen in re leves ac faciles eſſe non ſuſtinent, cum per ſilentium & quietem Dei cauſa proditur: verum hic admodum bellaces ſunt, atque in confligendo acres atque feroces (hujuſmodi enim zeli æſtus eſt) citiuſque aliquid, quod non oporteat, commoverint, quam, quod ex officio ſit, prætermiſerint. Eodem motu non minima quoque populi pars abrumpitur, velut in avium grege, cum hæ, qui prius avolarant, avolant, ac ne nunc quidem avolandi finem faciunt. Tantum nobis præſidii in Athanaſio, egregio, inquam, Eccleſiæ columine erat, quamdiu nobiſcum verſabatur: tantam rurſus nobis ejuſdem abſentia calamitatem importavit, poſtquam ſceleratorum inſultibus ceſſit*. Hæc & alia de his Gregorius dum luget ingentem cladem ex eo Satanæ conventu univerſæ Orientali Eccleſiæ illatam. Cui ſi quis addat ruinam illam ſuperius recenſitam, quam Occidentalis Eccleſia paſſa eſt; facile judicabit, nullum umquam antea fuiſſe tempus, quo univerſus Chriſtianus orbis magis fuerit conturbatus, cunctis ferme paſtoribus Eccleſiarum, paucis dumtaxat exceptis, in præceps adactis; nec tetriorem umquam eſſe viſam Eccleſiæ Catholicæ faciem.

CXV. Lapſus Gregorii ſenioris. At quod rurſus ad hanc, cujus gratia inſtituta eſt oratio, Orientalis Eccleſiæ ſtragem ſpectat: haud finis hic threnorum Gregorii, qui alibi domeſticum privatumque damnum acceptum luget: quod ſcilicet parens ejus, itidem Gregorius nominatus, licet invitus nolenſque, lapſus eſt tamen, quamvis prior omnium reſurrexerit, atque aliis ad conſurgendum manum porrexerit, collaborante in his egregie Gregorio ipſo, qui ait (a): *Quo tempore a ferventiore Eccleſiæ parte ob eam cauſam ſeditio in nos excitata eſt, quod litteris quibuſdam, ſubdoliſque verbis in pravam ſocietatem furtim pertracti fuiſſemus: ſolus illæſum cor habere, nec animum ſimul cum atramento fœdaſſe, & nigrore affeciſſe creditus eſt: tametſi per animi ſimplicitatem abreptus fuiſſet; dolumque, homo doli expers, minime vitaviſſet. Quinetiam ſolus, aut certe primus, eos, qui a nobis ob pietatis zelum diſſidebant, & ſibi & cæteris reconciliavit, poſtremus a nobis ſeparatus, & primus reverſus, tum ob ipſius reverentiam, tum ob dogmatis puritatem. Ita gravis Eccleſiarum jactatio tempeſtaſque ſedata eſt, procellaque in auram redacta orationibus conſiliiſque illius (liceat enim audacter dicere) fracta atque ſublata a nobis interim, & pietatis ſociis, & actionis: qui cum in omni honeſto negotio eum adjuvaremus, ac velut curſim aſſectaremur, tum hic quoque, Dei beneficio, multo maximam laboris ſtudiique partem impendimus*. In hunc modum Gregorius. Sed quæ ait de pace conſecuta, poſtea acciderunt, noſque ſuo loco dicemus, cum de conjunctione monachorum cum patre ipſius agemus, quo tempore Theologus egregiam illam habuit de pace orationem.

(a) Greg. Nazianz. orat. in funere patris.

CXVI. Excuſatio piorum ſubſcribentium. His addamus illud, optimos interdum viros & pios contigiſſe ſubſcribere ejuſmodi profeſſioni fidei Concilii Conſtantinopolitani, quod ſcilicet (ut in Ariminenſi quoque confeſſione accidiſſe dictum eſt) nullam expreſſam contineret impietatem. Nam quod dicebatur aſſerendum ex divinæ Scripturæ præſcripto, Filium eſſe Patri ſimilem, nullus Catholicus id abnuerit. Neque, quod ob ſcandalum prætexebant tacendum de nomine eſſentiæ, ſive ſubſtantiæ, atque ſubſiſtentiæ; ob id ibi negabatur expreſſe, Filium divinæ eſſe ſubſtantiæ, & ſubſiſtentiam prædicandam eſſe de Patre, Filio & Spiritu ſancto: neque ullam in ea profeſſione inferebatur anathema in profitentes Nicænam fidem. Quamobrem illud (ut diximus) contingebat, ut complures pii viri ac probi, Nicænæque fidei profeſſores putarent abſque diſpendio pietatis poſſe profeſſioni Conſtantinopolitanæ ſubſcribere, ac pariter retinere Nicænam; licet longe ab his diverſum eſſet Acacianorum conſilium.

CXVII. Porro id quidem non ſolum Gregorii Nazianzeni parenti accidiſſe videtur, ſed & aliis religioſiſſimis viris, ut extat apud S. Baſilium exemplum de Dianæo inſigni viro, de quo hæc ſcribit ad Boſporium * idem Baſilius (b). *Circa extrema quidem vitæ illius tempora (neque enim celabo veritatem) intolerabili mœrore propter ipſum cum aliis in patria, qui plurimi erant, Dominum timentibus, afficiebar; propterea quod fidei illi, quam ex Conſtantinopole reportaverant qui ad Gregorium pertinebant, ſubſcripſerat. Ut vero erat ingenio manſueto, & humano; omnibus ita ſatisfaciebat, ut paterna affectu toleraretur. Ubi vero decidit Dianæus in ægrotationem, ex qua & mortuus eſt; convocatis nobis dicebat, teſtem eſſe Dominum, quod ſimplici corde in ſcriptum Conſtantinopolitanæ fidei conſenſerit quidem, verum*

* Boſphorium.

(b) Baſil. epiſt. 86.

Dianæi pœnitentia.

nul-

nulla in re irritam voluerit eam fidem, quæ Nicææ a ſanctis Patribus expoſita eſt: neque aliud in corde habuerit, quam quod ab initio traditam accepiſſet: immo precari ſe quoque, ut non ſepararetur a ſorte beatorum illorum Epiſcoporum trecentorum decem, & octo, qui piam illam fidei prædicationem promulgaverint Orbi. Atque iſta ſatisfactione nos ita permovit, ut, ſoluta omni cordium noſtrorum hæſitatione, ad communionem illius acceſſerimus, & a concepto mærore quieverimus. Hæc S. Baſilius.

CXVIII. Excuſatur Pater Gregorii. Quod vero ad Gregorium Seniorem ſpectat; monachi illi præſtantiſſimi, quorum meminit Gregorius Nazianzenus, deſciviſſe eos a patre ipſius, cum ille eidem ſcripto pariter ſubſcripſiſſet, non ſic quidem id fecerunt, quod putarent eum hæreticum eſſe, cujus mentis ſinceritatem perſpectam haberent: nam hæc de illis ipſe Gregorius filius, cum poſtea reconciliarant ſe cum eo: *Vos autem* (ſic (a) præſentes alloquitur) *relicta ſiniſtra ſuſpicione, quam ſcriptum illud afferre potuit, ad ſpiritum recurriſtis: atque ut ſimplicitatem noſtram ob eum ſenſum, quem verba præſeferebant, minime probaviſtis; ita nobis impietatis crimen numquam impegiſtis: perſpectum videlicet habentes, firmam apud nos immotamque Trinitatem, non minus quam in ſua natura manere, neque aliter exiſtimare.* Hæc Gregorius: qui quidem paulo ante Athenis in patriam reverſus erat una cum fratre Cæſario, quem Alexandria redeuntem Conſtantinopoli nactus erat, ut idem ipſe Gregorius teſtatur in oratione in funere ejus habita. Porro autem Cæſarius cum inviſiſſet parentes, & præclarum de ſe ſpecimen ediđiſſet; ad Imperatoris aulam, ad quam antea per legatos fuerat invitatus, ac pene coactus, ſe contulit, cum ipſe inter hæc hiſce temporibus ſenio confectis parentibus aſſideret, donec ad Ponticam ſolitudinem divinæ contemplationis amore ſe contulit: quando autem id acciderit, ſuo loco dicemus.

(a) Greg. Naz. in orat. 2. de pace.

CXIX. Schiſma in omnibus Orientis civitatibus. Acceſſit etiam ad turbas Orientalis Eccleſiæ, quod Epiſcopi, qui Acacianis Conſtantinopoli depoſiti erant, ſe haud abdicatos voluerunt cognoſci, ob idque neque deſtiterunt munia obire Epiſcoporum, atque clericos ordinare. Unde magna ac plane incredibilis illa fuit facta confuſio, dum unius ejuſdemque civitatis diverſæ communionis eſſent Epiſcopi, eodemque ſchiſmate & hæreſi ad poſteros propagato, mutuo perpetuoque bello, cum ipſi, tum populi inter ſe confligerent. Declarant id quidem, quæ idem S. Baſilius (b) ad Evaiſenos conſcripſit, cum inter alia ſic ait: *Non ſolum hæc ſibi ipſis contrarietate repugnant, ſcripto nos traducentes; ſed quod ab Epiſcopis illis, qui Conſtantinopoli convenerant, communi decreto ab Epiſcopali functione depoſiti, depoſitionem non agnoverant; Synodum eam appellantes Synodum reproborum; nec paſſi quidem eos vocari Epiſcopos, ne contra ſe latam ſententiam confirmarent. Et cauſam adjecerant, ob quam illi non ſint Epiſcopi: quoniam (ut inquiunt) præſunt hæreſi. Hæc autem ante annos nondum plene exactos decem & ſeptem facta ſunt. Erant autem doctores eorum, a quibus iſti depoſiti ſunt, Eudoxius, Evippius, Georgius, Acacius, & reliqui nobis ignoti: qui vero jam Eccleſiis dominantur, illis ſucceſſerunt, alii in illorum Epiſcopatus ordinati, alii ab illis ipſis ad præſidentiam evecti.* Hæc & alia plura Baſilius de hiſce altercationibus poſt Synodum obortis etiam ſub Catholicis Imperatoribus: et de his uberius ſuo loco. Verum novum quiddam & ſilentio minime prætereundum accidit, miro quidem Dei conſilio, qui (quod alias inculcatum eſt) ne veritas Chriſtianæ fidei quavis ingruente tempeſtate periclitetur, ipſos Catholicæ veritatis impugnatores convertit in prædicatores. Etenim ex his qui ab Acacianis ad ſua vota explenda ordinati ſunt in locum abdicatorum, nonnulli facti ſunt Nicænæ fidei robuſtiſſimi propugnatores; at inter alios Meletius, qui in locum Euſtathii eſt ſubrogatus Epiſcopus Sebaſtenus, de quo plurima tomo quarto dicturi ſumus; ac ipſi non impar Athanaſius Ancyranæ Eccleſiæ in locum Baſilii abdicati ſuffectus; quem redditum plane Catholicum S. Baſilius ſummo laudis præconio celebravit (c); de quo pariter ſuo loco agendum pluribus.

(b) Baſil. epiſt. 72.

Epiſcopi Ariani redditi Catholici.

(c) Baſil. epiſt. 67.

CXX. Semiariani in deterius lapſi. At e contrario, qui injuſte videbantur ab Acacianis depoſiti (licet ob perſecutionem in Catholicos per annos plures illatam gravioribus fuiſſent afficiendi ſuppliciis) in hæreſi permanſere, &, quod deterius eſt, alia addidere: ſiquidem Semiariani iſti (ſic dicti, quod, cum juxta ſuum ipſorum ſenſum profiterentur *ſubſtantiæ* nomen in Filio Dei, Nicænum tamen Symbolum explodebant, nec eum dici *conſubſtantialem* ſunt paſſi) immanem illam addiderunt impietatem, ut Spiritus ſancti divinitatem negarent: cujus quidem horrendæ blaſphemiæ auctor extitit Macedonius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, poſtquam depoſitus eſt. Sed de his anno ſequenti.

CXXI. Conſtantii inconſtantia taxatur ab ethnicis. Ad hæc autem quæ dicta ſunt de Synodis ad mutandas fidei regulas ſuperioribus temporibus a Conſtantio ſæpe vocatis, & hoc anno collectis ejus juſſu Conciliis, atque toties fidei regulis mutatis & editis, nempe Arimini, Nicææ, Thraciæ, Seleuciæ, atque Conſtantinopoli; addimus corollarium ex Ethnico quoque ſcriptore, alias rebus noſtris infenſo, Ammiano

no, inquam, Marcellino, qui pravos Conſtantii mores recenſens, inter alia adſcribit illi hæc crimini, cum ſic ait (*a*), & quidem egregie: *Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem anili ſuperſtitione confundens; in qua ſcrutanda perplexius, quamquam, componendi gratia, excitavit diſſidia plurima; quæ progreſſa fuſius aluit concertatio verborum; ut catervis Antiſtitum jumentis publicis ultro citroque diſcurrentibus, per Synodos quas appellant, dum ritum omnem ad ſuum trahere conatur arbitrium, rei vehicularia ſuccideret nervos.* Hæc Ammianus. Fuit quoque Juliani (*b*) Apoſtatæ de Conſtantio querela, ejus tempore curſus publicos nimium fatigatos.

(*a*) *Ammian. Marcellin. l.21. in fin.*

(*b*) *L.12. de curſ. pub. C. Theod.*

CXXII. Porro de eodem Conſtantio idem Ammianus (*c*) ait, hoc anno valde permotum eſſe adverſus idololatras, contra leges ab eo ſæpius latas ſacrificantes, atque reſponſa quærentes; adeoque adverſus ejuſmodi ſcelus ſe vindicem ſeverum præbuiſſe tradit, ut de illis quæ ad remedia quartanæ, vel alterius morbi, amuleta collo geſtarent, vel per ſepulcra errare comperti eſſent, juberet in quæſtionem vocari, ac de eis ſumi ſupplicia, dato rei negotio Paulo ſævo homini; qui ad harum rerum cognitionem, & judicia exercenda, civitatem elegit Scythopolim, mediam inter Antiochiam & Alexandriam, e quibus permulti criminoſi ad ſupplicia trahebantur.

Conſtantius inquirit de idololatris & maleficis.

(*c*) *Ammian. l.19. prope finem.*

CXXIII. Hoc item anno vigeſimotertio Conſtantii Imperatoris, S. Paulinum, ante annos quinque fidei cauſa exulem, apud Phrygiam vita ſunctum, percepiſſe de fidei confeſſione coronam, S. Hieronymus (*d*) auctor eſt; quem anniverſaria memoria adſcriptum tabulis Eccleſiaſticis pridie Kalendas Septembris Catholica Eccleſia celebrat. Migraſſe quoque ex hac vita Rhodanium, quem Toloſanum Epiſcopum fuiſſe, & una cum Hilario fidei cauſa exulem diximus, Severus affirmat (*e*). Horum omnium atque aliorum malorum auctor & architectus Conſtantius Imperator, in hanc diem, ſumma Dei patientia, in ſumma felicitate permiſſus eſt agere; adeo ut (quod dictum eſt ſuperius) ex optatis rerum ſucceſſibus ſanciret perfidiæ fidem; qui jam ad imum impietatis, Acacianis dans manus, omnem ſubſtantiæ ſimilitudinem cum Patre negans in Filio, & ſilentio damnans Concilii Nicæni memoriam, inverſa rerum alea, omnibus in contrarium commutatis, uſque in diem obitus habitus eſt poſthac infeliciſſimus.

Paulinus & Rhodanius confeſſores mortui exules.

(*d*) *Hieron. in Chron. an. 23. Conſtant.*

(*e*) *Sever. ibi.*

CXXIV. Ac primum quidem adverſus Perſas male pugnatum eſt; adeo ut, quæ primo occurrerunt Regi Perſarum, Romanorum propugnacula, Remam & Broſam confeſtim caperet: *Ubi* (inquit Ammianus *f*) *inventas virgines, Chriſtiano ritu cultui divino ſacratas, cuſtodiri intactas, & religioni ſervire ſolito more, nullo vetante, præcepit.* Poſt hæc autem profligato iterum Romanorum exercitu, Amida fortiſſimum propugnaculum expugnatur. Sed funeſtiora his ſecuta ſunt anno ſequenti, de quibus ſuo loco dicemus. Agebantur hæc in Meſopotamia ſub Duce Sabiniano, hoc anno ab eodem Imperatore illuc cum exercitu miſſo, licet (ut Ammianus teſtatur) ad bellicas functiones minus idoneo.

Conſtantii mutatio rerum ſtatus.

(*f*) *Ammian. l.18. in fin.*

CXXV. At dum cogito nomen & munus Sabiniani Præfecti Orientis, & Ducis exercitus in Meſopotamia militantis, in mentem venit opinari hunc ipſum eſſe, qui apud S. Hieronymum Sabinus in Meſopotamia Dux Romani exercitus nominatur in rebus ab eo ſcriptis in Vita Malchi. Cui ſi aſſenſerimus conjecturæ; dicendum quoque erit, perelegantem illam hiſtoriam, qua mira Dei providentia tum puniendo, tum miſerando declaratur, hoc ipſo anno contigiſſe. Digna quidem relatu eſſet hiſtoria, quæ intexeretur Annalibus; ſed quod cunctis ferme nota ſit, & præ manibus pene omnium habeatur, conſulto hic eam deſcribere prætermittimus; cum, qui eam ignorat, Hieronymum, quem conſulat, habeat. At jam hic ſtatuatur finis rerum geſtarum præſentis anni.

Malchi monachi converſio hoc anno.

Mutata vel adjecta a BARONIO hoc Tomo his ſignis ☞ ☜ notantur: rejecta hic vides.

ANno *Chr.* 324. §. At nec illud, *ubi nunc legitur*, Palatini, *legebatur*, Aventini.

Eodem anno §. Sed unde tam præpoſtera, *ubi nunc legitur*, contexuiſſe, *legebatur*, contexiſſe.

Anno Chr. 325. §. Cæterum tantum abeſt, *ubi nunc legitur*, Verba S. Hieronymi ad Joannem Hieroſolymorum Epiſcopum, *legebatur*, Verba Joannis Hieroſolymorum Epiſcopi.

Ibidem. Poſt ea verba, degeret Bethlebem, *legebatur*, ab eodem S. Hieronymo (a) recitata. (a) Hier. ep.61.

Ibidem. Poſt ea verba, ad Theophilum Epiſcopum Alexandrinum Apologiam, *legebatur*, in qua hæc inter alia legebantur.

Ibidem. Pro his verbis, ſic igitur, *uſque ad ea verba*, judicium Cæſarienſis Epiſcopi, *legebatur*, ſic igitur, dum ipſemet Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopus profitetur adverſus ſe &c.

Ibidem. Ubi nunc legitur, teſtificatione tanti patris ibidem Hieroſolymis habitantis, *legebatur*, teſtificatione ejuſdem ſedis Epiſcopi.

Anno Chr. 325. *Poſt* §. *CLX. ſequentia legebantur, quæ deſunt omnino.* Rurſus autem Epiſcopi ipſi Africani in tertio Concilio Carthaginenſi ſub Siricio Papa, quod conſtituerunt canone vigeſimonono, ut nonniſi a jejuno Sacrificium offeratur, in Nicæno Concilio ſtatutum fuiſſe, inferius canone quadrageſimo octavo profitentur, cum in fine ſic ajunt: *De fide enim Nicæna tractatus audivimus. Verum & de Sacrificiis inhibendis, poſt prandium, ut a jejunis (ſicut dignum eſt) offeratur, & tunc, & nunc confirmatum eſt.* Hæc ibi.

Ann. Chr. 335. §. Hoc eodem anno pridie Kal. *ubi nunc legitur* menſes undecim, uno minus die, *legebatur*, menſes decem & diem unum.

Anno Chr. 336. §. Quod autem ad Marci Papæ annos, *ubi nunc legitur*, decima ſexta Januarii, *legebatur*, decima quarta die Februarii; *& ubi*, ſeptima menſis octobris; *legebatur*, ſexta menſis octobris; *& ubi*, menſes novem, minus diebus novem, *legebatur*, menſes octo, minus diebus octo.

Anno Chr. 339. §. Nec mora, *Ubi nunc legitur*, Gregorii, *legebatur*, Georgii.

Anno Chr. 342. §. Hic rurſus Lectorem, *ubi nunc legitur*, Conſtantio & Juliano Conſulibus, *legebatur*, Arbetione & Lolliano Conſulibus.

Anno Chr. 347. §. Provinciæ autem Catholici Orbis, *ubi nunc legitur*, numerantur triginta ſex, *legebatur*, numerantur triginta quinque. *Ibi, ubi nunc legitur*, apud Theodoretum, *legebatur*, apud Socratem. *Ibi, ubi, nunc legitur*, una eſt prætermiſſa, *legebatur*, nonnullæ ſunt prætermiſſæ.

Anno Chr. 348. §. Quoniam autem, *ubi nunc legitur*, trigintaquinque collegis, *legebatur*, triginta collegis.

Ann. Chr. 355. §. Cum igitur ambarum, *ubi nunc legitur*, Gaudentius, *legebatur*, Venantius.

Eodem anno §. Hoc eodem anno, dum adhuc, *ubi nunc legitur*, quinto Kal. Octobris, *legebatur*, quinto Kal. ſeptembris.

Anno Chr. 356. §. Porro, *ubi nunc legitur*, ſexaginta quinque, *legebatur*, ſexagintatrium.

Anno Chr. 357. §. Quæ licet, *ubi nunc legitur*, Ariminenſem, *legebatur*, Sirmienſem.

Eodem anno §. Porro de Feliceis, *ubi nunc legitur*, id factum dicitur, *uſque ad ea verba*, corpus vero; *legebatur*, id factum dicitur in Civitate Cora (ſic reſtituendum eſſe, pro Corona, in notis ad Martyrologium diximus).

INDEX
IN TOMUM QUARTUM
ANNALIUM ECCLESIASTICORUM
BARONII.

Nota numeralis communis Annum Chriſti; *Romana vera* Numerum Marginalem *ſignificat.*

A

Abdas Epiſcopus martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVIII.
Abdeiſua Epiſcopus martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVIII.
Abdieſus Diaconus Martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVI.
Abedechalaam martyr in Perſide, 343. XVI.
Ablavii Conſulis diſtychon, 324. LX.
Ablavius Præfectus Prætorio Conſtantini Imp. reſcripto monetur quantum ſententiis Epiſcoporum ſit deferendum, 326. XCVIII. Alio reſcripto ab Imperatore monetur; non quoſlibet petentes in Clerum eſſe aſcribendos, 326. LXXXIV. Auro corruptus tres Tribunos læſæ majeſtatis reos agit, 326. XCI. Quibus damnatis, per viſum a S. Nicolao corripitur, 326. XCII. Inexplebilem ejus avaritiam Conſtantinus præſtringit, 326. XCVI. Infelicem ejus exitum fore idem Conſtantinus prædicit, *ibidem*. Sopatro Philoſopho necem machinatur, 326. XCVII. A Conſtantino jubetur occidi, 337. LX. Natalia ejus & vitæ progreſſus, 337. LXI. Merito nominatus fuit Pila fortunæ, *ibid.*
Abrahamius eremita Gentiles ad fidem convertit, 337. XLII.
Acacius, in ejus memoriam Biſantii a Conſtantino Eccleſia erecta, 330. XIX.
Acacii fidei formula in Concilio Ariminenſi, 359. LXXIV.
Acacius Luſcus presbyter Arianus Conſtantio omnium gratiſſimus, 337. IX. Sub Conſtantino quid molitus, 339. IX. *& ſeq.* Poſt Euſebium creatus Epiſcopus Cæſareæ Palæſtinæ, 340. XXXVII. De eo Athanaſii teſtificatio, 340. XLII. Epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV. Turbat Eccleſiam Jeroſolymorum, 351. XXV. Contra Athanaſium inſurgit, *ibid.* In damnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII. Conſtantinopoli a Semiarianis impugnatur, 359. XCI.
Acaciani adverſus Semiarianos digladiantur in Concilio Seleucienſi, 359. LXX. *& ſeq.* Iidem vocati Eudoxiani, 359. LXXXIX. Sunt teterrimi Ariani, 359. LXXXVI. *& ſeqq.* Damnare videntur Aetium, 359. XCIV.
Acclamationes Chriſtianorum ad Conſtantinum, 324. LXXX.
Accuſationes novæ in Athanaſium, 335. III. *& ſeqq.* Aliæ in eumdem Athanaſium in Conventu Tyrio, 335. XVI. Aliæ in eumdem productæ in Concilio Antiocheno, 333. IX. Aliæ in eumdem de fracto calice, & occiſo Arſenio Epiſcopo, 331. I.
Accuſationum libellos offerunt Ariani Conſtantino, qui eos igni tradidit, 325. XLII.
Acepſimæ & ſociorum martyrium in Perſide, 344. XVI.
Aceſius Epiſc. Novat. quid in Nicæno Concilio, 325. CXLII.
Achillas falſo ponitur ſubrogatus Alexandro, 326. IV.
Acindynus & Pegaſius in Perſide ſub Sapore martyrio coronati, 344. XXI.
Acta Apoſtolorum, & Evangelia ſecundum Matthæum & Joannem inventa in Gazophylacio Judæorum, 327. XXII.
Acta Ariminenſia Concilii, 359. V. *& ſeq.* Eadem ex S. Hieronymo, 359. XL. *& ſeq.*
Acta Jeroſolymitani Concilii, 335. LII. Probata a Conſtantino, 335. LII.
Acta Liberii de curatione Conſtantini a lepra, 324. XLII.
Acta Mareotica per Legatos Tyrios qualia, 335. XXX. *& ſeqq.*
Acta Nicæna naufragium paſſa, 325. LXI. Collecta eadem ex naufragmentis, *ibid.* Exiſtimata Acta quædam commentitia, 325. L. A Gelaſio quæ ſcripta ſunt cujus fidei & argumenti, *ibid.* LI. *Vide* infra, Nicænum Concilium.
Acta Nicæna citantur & recitantur a S. Hieronymo, 325. LXXIX.
Acta publica conſignari ſolebant die & Conſule, 325. II.
Acta Seleucienſia Synodi, 359. LXX. *& ſeqq.*
Acta Silveſtri antiquitus probata, haud omnino rejicienda, 324. XXXI.
Acta Silveſtri Papæ de dracone expugnato a Silveſtro cujus ſint fidei, 324. XCVII.
Acta Tyria Romam allata, & cognita falſa & inſulſa, 339. XVI. Miſſa ad Athanaſium, *ibidem*.
Adamantius Epiſcopus falſus teſtis contra Athanaſium, 336. IX. Epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Adiabeni Chriſtiani ſub Sapore exagitati, 344. XVI.
Adiabeni populi a Theophilo inſtituti, 354. XII.
Admiſſionales qui dicti ſint, 331. XV.
Admonitio Conſtantini ad Patres Nicæni Concilii, 325. CXC.
Adulteri lege cohibiti, 339. XX.
Ædeſius cum fratre ſuo Frumentio a barbaris capitur, 327. VIII. Pincerna Regis Indiæ factus, Regnoque cum fratre poſt Regis obitum præ-

præfectus, fidei Catholicæ propagationem omni ſollicitudine promovet, 327. IX. In patriam rediens, factus eſt Tyri presbyter, 327. X.
Ædeſius magus inſignis Juliano charus, 351. X.
Ædificia Conſtantini veriſſime nomen ejus inſcriptum præferebant, 327. XXV.
Ægyptii Chriſtiani agitati diſcordiis ob Arianos & Meletianos, 324. CLVIII.
Ægyptii Epiſcopi qui venerunt ad Concilium Tyrium, 335. III.
Ægyptii Epiſcopi ſcribunt ad Liberium Papam pro Athanaſio, 352. XI.
Ægyptii Epiſcopi exules cum Athanaſio reſtituti, 338. IV.
Ægyptii Epiſcopi communicatores Athanaſii a Conſtantino e ſedibus pulſi, 336. XX.
Ægyptii Epiſcopi exules ſub Gregorio, 342. XXI. & ſeq.
Ægyptii Epiſcopi Romam ad Julium confugiunt, 342. XXVI.
Ægyptii Epiſcopi, qui in Athanaſium conſpirant cum Euſebianis, 342. XL.
Ægyptii Epiſcopi & Libyæ quid paſſi ſub Syriano, 356. XVI.
Ægyptii accipiunt litteras ex Synodo Sardicenſi, 347. XXX.
Ægyptii peritiſſimi calculandi, 325. XC.
Ægyptii quam proni ad rixam, 350. XXXVIII.
Ægyptius, idem quod Magus, 324. XXVII.
Ægyptius auctor ſalutis Conſtantino, 324. XXVII.
Ægyptiorum Epiſcoporum proſcriptio, 356. XXVI.
Ægyptiorum turpis facre a Conſtantino ſublata, 326. LXXVII.
Ægyptiorum mos in condiendis corporibus defunctorum, 358. XXIII.
Ægyptus quas provincias continet, 325. CXXVI.
Æithales martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVII.
Æra nota numeri appoſita Nicæno Concilio falſa oſtenditur, 325. IX.
Æris pretium, ut viginti libræ vendantur uno ſolido, 330. XL.
Æſculapii templum demolitum a Conſtantino, 326. LXX.
Æſculapii loco Michael Archangelus ſanitates miniſtrat, 330. XXII.
Æthiopes Legatos miſerunt ad Conſtantinum, 325. CCVIII.
Ætii & Arii eadem doctrina, licet Ariani execrarentur Ætium, 356. CXXIII.
Ætii impii execranda turpitudo, 356. CXXII.
Ætii hæreſis a Semiarianis oppugnatur, 357. LXXVI. & ſeqq.
Ætii damnatio in Concilio Conſtantinopolitano, 359. XCV.
Ætius favens Gallo ejicitur in exilium a Conſtantio, 354. XI.
Ætius impius, ejus origo, & res geſtæ, 356. CXX. & ſeqq. Dogmata ejuſdem impia, ibidem.
Ætius hæreſiarcha damnatus, 359. XC. Ejus vita & inſtitutio, ibidem.
Ætius cum Eudoxio vitam agit, eademque docet, 359. LXXXIX.
Ætiani damnati in Concilio Conſtantinopolitano cum Ætio, 359. XCVII.
Africa ceſſit Conſtantino Juniori in diviſione Imperii, 339. XXI.
Africana Eccleſia vexata a Conſtantio, 355. XC.
Africana Eccleſia amplexata monachiſmum, 328. XXIII.
Africana Eccleſia acceptum prodidit legitimum Concilium Carthaginenſe, 347. CVII.
Africana Eccleſia in unitatem reducta per Conſtantem Imperatorem, 348. XLII. & ſeq.
Africanæ Eccleſiæ ſtatus uſque ad Julianum, ibid.
Agas Epiſcopus in Perſide ſub Sapore martyrio coronatus, 344. XVIII.
Agapitus Epiſcopus Ravennas ante Severum, 357. XLIX.
Agapius Epiſcopus a Therico epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Agathammon Epiſcopus falſus teſtis contra Athanaſium, 336. IX.
Agathon ex monacho Epiſcopus, 328. XXIII.
Agathonici martyris Eccleſia erecta Conſtantinopoli, 330. XIX.
Agdelas Epiſcopus martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVIII.
Agelius Novatianus Epiſcopus fuga ſibi conſuluit, Macedonio Novatianos perſequente, 351. XLII.
Agoniſtici & Duces ſanctorum, dicti a Donato facinoroſi circumcellionea, 331. IX. & 348. XXVI.
Agnetis martyris baſilica a Conſtantino erecta, 324. CVII. Quomodo eadem dicatur a Conſtantina Conſtantini filia conſtructa, 324. CVIII.
Agni aurea imago in baptiſterio Conſtantini, 324. LVII.
Agrippinenſe Concilium, 346. VII. In quibus fide vacillent ejus Acta, ibid.
Alemanni tumultuantur, adverſuſque eos mittitur Criſpus Cæſar, 319. XXVIII. Ab eodem ſequenti anno devicti, 320. II.
Alexander Epiſcopus Alexandrinus, ejus Confeſſioni & litteris ſubſcripſerunt Epiſcopi Catholici, 318. LXXXVIII. Silveſtrum Papam & Conſtantinum Imp. ad Nicænum Concilium convocandum inſtigat, 325. XIII. Ejus ſpectata virtus, 321. XXI. Petulantem Philoſophum motum reddit, 325. XLIX. Creditur Paſchalis cycli auctor, 325. CX. A Meletio breviarium ſive indiculum Clericorum & Eccleſiarum Meletianorum exigit, 325. CXXII. Statuit ne presbyter concionaretur ad populum, ſed tantum Epiſcopus, 325. CXCVIII. Moritur, 326. I. Ario reſtitit, 326. XLVIII. Ejus laudes, 326. LIX. Eccleſiis populi frequentiam non capientibus, Synaxes habet in Eccleſia nondum conſecrata, 350. XXXIV.
Alexander Epiſcopus Theſſalonicenſis ſcribit ad Athanaſium, 335. V. Quid ad Dionyſium Comitem ſcripſerit in Concilio Tyrio, 335. XXIV.
Alexander Novatianus a Macedonio necatus, habitus a ſuis martyr, 351. XLIII.
Alexander Imperator quibus tributa impoſuerit, 330. XXXVII.
Alexandri Epiſcopi Conſtantinopolitani mors, 340. XV.
Alexandri judicium de futuro ſucceſſore quale, ibid.
Alexandria vexata a Gregorio pſeudo-epiſcopo Ariano, 342. I. & ſeqq.
Alexandriæ eccleſia dicta Cæſarea, a Conſtantio ex gymnaſio Licinii facta, 350. XXXII.
Alexandriæ Epiſcopus tantum docet, presbyter nequaquam, 325. CXCVIII.
Alexandrina Eccleſia quæ & quanta paſſa tempore legationis Euſebianorum ſub Præfecto Philagrio, 335. XXVII. A Romana primatum accepit, 325. CXXVI. Quot ſub ſe Metropoles contineat, ibidem. CXXVIII. Cur primaria ſedes dicta a Gregorio Nazianzeno, 328. V. Quantum profecerit ex reditu Athanaſii, 350. XVI. & ſeq. Ultimo loco cœpta exagitari a Conſtantio, 356. IV. & ſeqq. Exilio Athanaſii viduata paſtore, 356. XIV. Ejus thronus ignominia affectus, 356. XXXV. Ejuſdem ſupellectilia combuſta, 356. XXXIV.
Alexandrinæ Eccleſiæ perſecutiones quomodo inter ſe diſtinctæ, 342. XIX.
Alexandrina ſedes Patriarchalis a S. Petro inſtituta, ſed Romanæ ſubjecta, 325. CXXIX.
Alexandrina Synodus Legatos mittit Romam ad Julium Papam, 339. I.

Ale-

Alexandrinæ Synodi epiſtola encyclica, *ibid.* IV.
Alexandrinæ Synodi Acta edita in Concilio Nicæno, 325. LV.
Alexandrinæ virgines quæ paſſæ ab Arianis, 342. VIII.
Alexandrini Epiſcopi cycli Paſchalis auctoras, 325. CX. Iidem acceptam ferunt eam artem Romanæ Eccleſiæ, *ibid.* CXI.
Alexandrini presbyteri quatuor damnati cum Athanaſio in exilium, 336. XI.
Alexandrini nolentes communicare cum Gregorio, gravia patiuntur, 342. XXII.
Alexandrini gaviſi reditu Athanaſii, 338. IV.
Alexandrinorum clericorum conteſtatio ad Legatos Tyrios, 335. XXX.
Alexandrinorum Epiſcoporum ſucceſſio, 326. I.
Alexandrinorum litteræ de perſecutione per Syrianum Ducem excitata, 356. III. & *ſeqq.* 356. XXXVIII.
Alexandrinum Concilium generale ſub Oſio Legato, 329. XXIII.
Alexandrinus populus frequentiſſimus in Synaxibus ſub Athanaſio, 350. XXXII.
Althelmus Anglorum Epiſcopus carmen ſcripſit de Lauda Virginum, 324. CVIII.
Ambitioſi lege Conſtantii correcti, 328. CVIII.
Ambroſii ſententia de Conſtantino baptizato in ultimis conſtituto quomodo intelligenda, 324. L.
Ammonis anima viſa in cælum ferri, 337. XLIX.
Ammonis monachi ad Deum converſio una cum conjuge, 337. L.
Ammonius ſocius Athanaſii Romam, 340. V. Ejus mira continentia, *ibidem*.
Ammonius cum ſociis Legatus Athanaſii ad Epiſcopos pro ſubſcriptione litterarum Pacificarum miſſus, 350. XXVI.
Ammonius ex monacho Epiſcopus, 328. XXIII.
Amphion Epiſcopus Epiphaniæ confeſſor interfuit Nicæno Concilio, 325. XXXIV.
Amphion ſuffectus Euſebio Nicomedienſi in Nicæno Concilio, 325. LXXVII. 329. XVIII.
Anabaptiſmus Donatiſtarum ſublatus, 348. XLI.
Anabaptiſtæ Novatiani, & Donatiſtæ, 321. VIII.
Anatharitæ monachi, 328. XXVI. Eorum inſtituta, 328. XXIX.
Ananias martyr in Perſide, 343. XVI.
Anaſtaſia filia Conſtantii Clori, 324. CVIII.
Anaſtaſius Imperator ſuſtulit tributum dictum Chryſargyrum, 330. XXXVIII.
Anaſtaſius aſſertor Conſtantini Baptiſmi & temporis ejus, 324. XXX.
Anathema Valentis in Concilio Ariminenſi, 359. XLII.
Ancilla Chriſtiana convertit Iberos ad fidem, 327. XI.
Ancyra Galatiæ hæreticorum ferax, 342. XLIX.
Ancyranum Concilium contra blaſphemias Sirmii editas, 357. XXI.
Andreæ, Lucæ, & Timothei reliquiæ tranſlatæ Conſtantinopolim, 356. LXXVII.
Angelorum imagines argenteæ in baſilica Lateranenſi, 324. LXVIII.
Angelica apparitio Conſtantinopoli ſuper Crucem, 330. XVIII.
Anicetus Præfectus occidit Nepotianum filium Eutropiæ ſororis Conſtantini, 350. VIII.
Anicius Julianus Conſul, idemque Chriſtianus laudatiſſimus, 322. I.
Anicana familia Chriſto addicta, *ibid.*
Animas defunctorum juvari precibus Sanctorum, 336. LXXI.
Annibalianus frater Conſtantini, 337. VI. Quid in Conſtantinum, *ibid.* Occiſus a militibus Conſtantii, 337. LIII.
Annona data civibus Conſtantinopolitanis a Conſtantino & aliis Imperatoribus, 330. X. Sed tantum ædificantibus ibi domos, *ibid.*
Anomianorum hæreſis quando exorta, 357. LXXX.
Antropomorphitæ hæretici ex monachis, 328. XXXIII.
Antinoalia a Conſtantino ſublata, 326. LXXVII.
Antichriſti typus in Conſtantio expreſſus, 355. XV.
Antichriſti typum gerunt Principes omnes, qui ſuper Epiſcopos ſibi arrogant poteſtatem, *ibid.*
Antiochena Eccleſia quomodo dicta univerſalis, 324. CLIII.
Antiochena Eccleſia jus habet ſuper Eccleſias Perſarum, 324. XXIII.
Antiochena Sedes Patriarchalis a S. Petro inſtituta, ſed Romanæ ſubjecta, 325. CXXIX.
Antiochena ſede vacante deliguntur plures, 324. CXLIV. Conflatæ ob eam rem diſcordiæ, 324. CXLVI.
Antiochenæ fidei profeſſio prima ab Arianis ſcripta, 341. XIX. Alia, *ibid.* XX. Tertia, *ibid.* XXIII. Huic addita poſtea quarta, 342. XXVI.
Antiochenæ ſedis Epiſcoporum ſucceſſiones, 324. CXLIV. 340. XXX.
Antiocheni Concilii Acta, 341. VII. Ejuſdem Concilii Canones, 342. XXIX. Idem a collectoribus recepti, & majorum auctoritate probati, 341. XXXIV. Ejuſdem Concilii Synodica, 341. XXXIII.
Antiocheni Dominici dedicatio, 341. II.
Antiocheno Concilio interfuerunt etiam Catholici, 341. IV.
Antiochenorum Epiſcoporum confuſa ſucceſſio, 340. XXXI.
Antiochenum Concilium poſterius ab Arianis habitum, 344. I.
Antiochenum Concilium in Encæniis celebratum, 341. II.
Antiochenum Concilium haud recenſendum inter Catholica, 342. XXXIV. & *ſeqq.*
Antiochia tempore Synodi Arianorum afflicta terræmotu, 341. XXVII.
Antiochiæ excitatur tumultus in creatione Euſtathii Epiſcopi, 324. CXLIV.
Antiochus Præfectus Sericorum, 350. XXIX.
Antiqua ſcriptorum monumenta, licet mendoſa, magni facienda ſunt, 356. XCI.
Antonius Magnus viſitatur a S. Athanaſio, 328. V. Ejus ſanctitas toti orbi innoteſcit, 328. VI. Litteræ Imperatoris ad eum ſcriptæ, 328. VII. Quæ ad Conſtantinum reſcripſerit, *ibid.* A Gentilibus philoſophis tentatur, 328. VIII. Eoſdemque confutat, 328. IX. Vitæ cœnobiticæ auctor plura erexit monaſteria, 328. XVI. Fruſtra ſcribit pro Athanaſio ad Conſtantinum, 336. XVII. Luctuoſa de Arianis prævidit, 339. XVII. Quando ea viderit, 339. XIX. Chryſoſtomi teſtimonio in Ægypto vitæ ſanctimonia Apoſtolis fuit proximus, *ibid.* Vitam ejus Athanaſius Romam attulit, 340. VII. Quid paſſus fuerit a Gregorio Epiſcopo Ariano, 342. XXIV. Quid in eumdem Antonium Blacius Arianus, *ibid.* Scripſit pro Alexandrinis ad Blacium Ducem Ægypti, *ibid.* Inviſit Paulum primum eremitam morientem, 343. I. Occurrit ei hippocentaurus: quid de ea re ſentiendum, 343. II. & *ſeq.* Cum viventis adhuc vitam ſcripſerit Athanaſius, multa poſt geſta prætermiſiſſe oportuit, 343. VI. Ab Arianis in crimen hæreſis adductus ſe purgat, 343. VI. & *ſeq.* Quantopere deteſtatus ſit Arianos, 343. VII. Prædicat fidem Catholicam miraculis, 343. VIII. Quid ad Didymum Alexandrinum oculis captum dixerit, 343. IX. Ejus obitus, quoque ætatis anno is acciderit, 358. XXI. Moriens fidem Catholicam teſtatam relinquit, *ibid.* Quid legarit Athanaſio, quid Serapioni, quid aliis, 358. XXII. Cur loco incognita ſepeliri voluerit, 358. XXIII. Dies ejus natalis celebratur, *ibid.* Quænam ſcripta po-

poſteris reliquerit, 358. XXIV. Vitam ejus ſcripſit Athanaſius, *ibid.* Hanc Evagrius & S. Hieronymus e Græco in Latinum tranſtulera, *ibid.*
Antonio defuncto, cælum clauſum triennio, *ibid.*
Antonius Epiſcopus in Zeumata, &
Antonius Epiſcopus a Docimo, epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſerunt, 347. CV. Item Antonius Epiſcopus a Guſia, *ibid.*
Aoubion falſus teſtis contra Athanaſium, 336. IX.
Apis & Macarius Legati apud Conſtantinum, S. Athanaſii adverſarios calumniæ convincunt, 329. XI.
Apollo in Daphne redditur mutus, 331. VI. Ab ipſo tam Imperatores quam militea triumphantes antiquitus laureas accipiebant, 351. VII.
Apollinis Delphici tripodes deriſioni a Conſtantino expoſiti, 326. LXVIII. Item Pythii, *ibid.*
Apollinis memoria in Daphne fruſtra conatu Conſtantini antiquari tentata, 331. III. *& ſeq.*
Apollinis templum in Daphne cur non demolitum a Conſtantino, vel Conſtantio, *ibid.*
Apollinis oraculum de Chriſtianis recitatum a Conſtantino, 324. LXXXIV.
Apollinaria hæreſis origo, 349. XXIII.
Apollinaris hæreſis virgultum fuit Arianæ dementiæ, 349. XXV.
Apollinaris particeps hæreſis Arii & Macedonii, 349. XXVI.
Apollinaris a Georgio Epiſcopo Laodiceno Ariano expulſus, 349. XXII.
Apollinaris congreſſus Laodiceæ, cum Athanaſio, *ibid.*
Apollinares excommunicati a Theodoro ob hymnum de Bacchi laudibus auditum, 349. XXII.
Apollonius ex monacho Epiſcopus, 328. XXIII.
Apologia pro fide Catholica Conſtantini, 336. XI. *& ſeq.*
Apoſtatæ jecerunt prima fundamenta hæreſum noſtri temporis, 340. X.
Apoſtatæ a fide converſi in hæreſin Arianam, 325. XL.
Apoſtolatus magiſtratus apud Judæos qualis, 327. XVIII. Quale munus, 357. XXXIII.
Apoſtoli apparent Conſtantino, 324. XXXII.
Apoſtolorum Petri & Pauli imagines quomodo ſolitæ pingi, 324. XL.
Apoſtolorum templum Conſtantinus Conſtantinopoli erigit, 336. LXIX. Sepulcrum fuit Imperatorum, 336. LXXIV. Sub Conſtantio terræmotu concuſſum, 358. XXVII.
Apoſtolorum memoriæ Romæ, 322. V. *& ſeq.* Ad Apoſtolorum regia veſtibula excubant Imperatores, 337. XXI.
Apoſtolorum Symbolum tantum uſui Eccleſiæ Romanæ, 355. CLXXVIII.
Apoſtolorum arbitrio diviſæ atque diſtinctæ diœceſes, 355. CXXXIX.
Apoſtolici Legati in Nicæno Concilio, 353. XX.
Apoſtolicos legatos ad Synodos Oecumenicas, non minus tres mitti ſolere, 355. XX.
Apoſtolicus canon citatur a Conſtantino, ne ab una in aliam quis tranſeat Eccleſiam, 324. CLVI.
Appellare poſſe ad Romanum Pontificem quemlibet Epiſcopum ab aliis damnatum, 347. LII.
Appellare ad Romanum Pontificem Concilium Nicænum ſtatuit, 325. CLIX. *& ſeqq.*
Appendix ad Concilium Sardicenſe qualis, 347. XLIII.
Aqua benedicta ſuperat magicas præſtigias, 357. XXVII.
Aquileiæ templum uſui fuit Synaxibus ante dedicationem, 350. XXXIV.
Aquileienſes Epiſcopi Benedictus & Fortunatianus, 337. LXIX.
Aquilinus Cauſidicus experitur virtutem S. Michaelis Archangeli, 330. XX.
Arbetion Epiſcopus falſus teſtis contra Athanaſium, 336. IX.
Archelaus Comes cum Dionyſio dicitur miſſus Tyrum ad Concilium Sardicenſe, 335. IV.
Archidamus miſſus Legatus ad Concilium Sardicenſe, 347. X.
Archidamus diaconus Rom. ſub Silveſtro, 324. CXXX.
Architectorum penuria temporibus Conſtantini, qui iiſdem conceſſit immunitatem, 324. CIV.
Arcus Marci Aurelii demolitus ad conſtruendum Arcum Conſtantini, 315. LXV.
Arcus triumphalis Conſtantini Imperatoris Conſtantinopoli Cruce inaurata decoratus, 330. XVI.
Argenti tributum a tributo auri diſtinctum, 330. XXXVIII.
Argenti libra cujus pretii eſſet tempore Arcadii Imperatoris, 350. XXXIX.
Argentei ſexaginta conficiunt libram argenti, ſex argentei unam unciam, 330. XL.
Arelatenſe Concilium aliud ſub Conſtantio, 353. XXII.
Arius, alias Macarius, Epiſcopus Petræ in Palæſtina receſſit ab Arianis, & adhæſit Catholicis in Concilio Sardicenſi, 347. XLI. Ejus exilium, 348. III. Scribit ad Conſtantinum literas, ſed parum officioſas, 319. VI. Litteris Conſtantini perſtringitur, *ibid.* Ejus & Conſtantini dialogiſmus, 319. X. Ejus furor & laſcivia ex Homericis verſibus demonſtrata, *ibid.* Ejus infame Poema, *ibid.* Fax orbis oraculo Sybillæ demonſtratus, 319. XV. Effigies ejus & habitudo corporis ab Epiphanio deſcripta, 319. XIX. Sæpe redargutus atque convictus ab Epiſcopis Nicæni Concilii, 325. L. Hæreſis ejus lecta in Synodo Nicæna, 325. LXIII. Subſcribere nolens Nicænæ fidei, excommunicatus eſt, 325. LXXVI. In Concilio Nicæno recantat palinodiam, & ſubſcribit Catholicæ fidei, 325. LXXVII. Licet pœnitens receptus a Concilio Nicæno, vetitus tamen redire Alexandriam, 325. LXXX. Turpiſſimum Poetam Sotadem imitatus in re graviſſima, *ibid.* Inde dictus Sotadicus, 353. LXXXI. Thalia ejus in Concilio Nicæno prohibita, 325. LXXX. Edicto Conſtantini lege una cum reliquis ejuſdem ſcriptis vetita, 325. LXXXII. Porphyrio aſſimilatur, 326. LXXXV. Cyapulsrum Librum ſcripſit, 325. LXXXI. Ob hoc omnium turpiſſimus habitus, 325. LXXXII. Ut ipſe & Ariani reliqui dicantur Porphyriani, Conſtantinus lege cavit, 335. LXXXIV. Idololatriam conatus eſt in Eccleſiam Alexandrinam introducere, 325. LXXXVI. Et Chriſtianiſmum abolere, 325. LXXXVII. Laborat reſtitui Alexandriam, 327. I. *& ſeq.* Non cauſavit, ſed ſub ſpecie pœnitentiæ vitavit exilium, 327. III. Ejus res geſtæ licet notæ, tamen perplexitatibus obvolutæ, 327. VII. Ipſe & Ariani recepti in Concilio Jeroſolymitano, 335. XLVII. Litteris Conſtantini vocatus, 335. XLIX. Ejus & Euzoii litteræ ad Conſtantinum, 335. L. Eorumdem fidei profeſſio ad Conſtantinum data, *ibid.* Ambigua & doloſa, 335. LII. Probata in Concilio Jeroſolymitano, 335. LIV. De ejus reſtitutione Alexandriam iterum ubi & quando actum, 335. LVI. Ab Alexandrinis non recipitur, 336. XXII. Ejus hæreſis infanda omnibus etiam Euſebianis tempore Conſtantini, 336. XXXVIII. Ejus fides, recta ne ſit, examinatur Conſtantinopoli, 336. XLV. Ejus dolus atque perjurium, dum fidei ſuæ rogatur ſententiam, 336. XLVII. Dat perjurii pœnas, 336. LII. Infamia ejus obitus, *ibid.* Mors ejus multis proficua, 336. LIII. Locus morte ejus infamis, poſteris deteſtabilis factus eſt, 336. LV. In quem Imperii Conſtantini annum

by Google

num obitus ejus tempus inciderit, 336. LVI. De obitu ejus præclaræ Patrum ſententiæ, 336. LVIII.
Arium damnare qua arte præ ſe ferunt Ariani, 341. XIX. & ſeqq.
Ariana hæreſis cum Imperio Conſtantii in Oriente latu germine revireſcit, 337. LXIII. Convenit ex parte cum Apollinaris hæreſi, 349. XXV. Quo magis furit, eo magis deficit, 356. LXXII.
Arianæ feminæ crudeliter ſæviunt adverſus Catholicos Alexandriæ, 356. XXXVIII.
Ariani optant, Euſebium Cæſarienſem Epiſcopum, fieri Epiſcopum Antiochenum, 324. CXLIX.
Ariani Epiſcopi qui interfuerunt Niceno Concilio, qui fuerint, 325. XL.
Ariani ex apoſtatis conflati, *ibid.*
Ariani inconſtantes & tempori inſervientes, *ibid.*
Ariani antevertere conati judicium Concilii Niceni accuſationes Conſtantino dederunt adverſus alios Epiſcopos, 325. XLI.
Ariani trahere conati Epiſcopos ad judicium Imperatoris, 325. XLI.
Ariani ad inferendas calumnias & falſas accuſationes paratiſſimi, 325. XLII.
Ariani & Meletiani ſimul juncti contra Catholicos, 325. CXX.
Ariani nova excogitant nomina, divinitatem Filii Dei excludentia potius quam probantia, 325. LXV.
Ariani in gratiam Conſtantini ſubſcribunt Niceno Concilio, 325. LXXII.
Ariani Epiſcopi qui ſubſcripſerunt fidei Nicenæ formulæ, 325. LXXVI.
Ariani qui ſubſcribere noluerunt, 325. LXXVII.
Ariani cur a Conſtantino nominati Porphyriani, 325. LXXXV.
Ariani omnes ſimulate Niceno Concilio ſubſcribentes, in hæreſi perſeverant, 325. C.
Ariani ex fæce Chriſtianorum prodiere, 325. CI.
Ariani cum Meletianis quando conſpirare cœperunt, 326. VIII. Callidum conſilium ipſorum, 326. XIII.
Ariani quomodo prætermiſſi in edicto Conſtantini adverſus hæreticos, 326. XXI.
Ariani bellum movent in Athanaſium creatum Epiſcopum, 326. V.
Ariani laborant reſtituere Arium Alexandriam, 327. II.
Ariani hæretici ex monachis, 328. XXXIII.
Ariani Epiſcopi exules Quinquennalibus Conſtantii reſtituti ſunt, 330. LVII.
Ariani iidem & Euſebiani. *Vide*, Euſebiani.
Ariani ſoliti honorare Imperatores titulis divinitatis, cum ipſi negarent Filii Dei divinitatem, 335. XL. 336. VII.
Ariani, ab eis curatæ litteræ pro erigenda Iſchyræ Eccleſia, 335. XI.
Ariani clandeſtine ſeſe inſinuarunt Conſtantino Imperatori, 337. X.
Ariani rurſum Athanaſio negotium faceſſunt, 338. V. 339. I. & ſeqq.
Ariani conati ſuffurari communionem Romani Pontificis, 339. XII.
Ariani a Julio petunt Synodum, 339. XV.
Ariani quando ſub Conſtantio graſſari cœperunt in Catholicos, 340. XXVII.
Ariani ut declinent Romanam Synodum, coeunt Antiochiæ, 341. II. Numerus Epiſcoporum, *ibidem*.
Ariani tempore Concilii Antiocheni ſe hoſtes Arii præ ſe ferunt, 341. III. & ſeq.
Ariani ſeorſum a Catholicis Antiochiam conveniunt, 341. V.
Ariani in Synodo Antiochena ſubſtituunt Athanaſio Gregorium, 341. XII.
Ariani quam callide obtexerint hæreſin in Concilio Antiocheno, 341. XXI.
Ariani profitentur ſe damnare Arium, ſed doloſe agunt, 341. XVIII.
Ariani ex Concilio Antiocheno ex multis affectant nomen Catholicum, 341. XXXII.
Ariani quatuor fidei regulis ad libitum uſi, 341. XXVI.
Ariani Romæ accuſati apud Julium Papam, 341. LII.
Ariani quid in Julium Papam, 341. LVII.
Ariani litteras ſcripſerunt ad Julium Papam, 341. LIX.
Ariani quid Alexandriæ pro Gregorio, 341. VI.
Ariani litteras dant ad Conſtantem Imperatorem, 342. XL.
Ariani deligunt Macedonium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, 342. XLIV.
Ariani mentiti Antonium Magnum ſecum agere, 343. VI.
Ariani ab Antonio Magno exagitati, *ibid.*
Ariani ad Antonium venientes ab eo fugati, 343. VI.
Ariani cogunt Concilium Antiochenum poſterius, 344. I. Novamque edunt fidei formulam, 344. II.
Ariani ſubdole profeſſi nomen ſubſtantiæ, 344. IV.
Ariani cur non veriti ſint nomen ſubſtantiæ ſicut Conſubſtantialitatis, *ibid.*
Ariani quomodo decipiebant ſimpliciores ex naturæ operibus, 344. X.
Ariani uſi eloquentia ad decipiendum, *ibid.*
Ariani mentientes dictitare ſoliti clariſſimos viros ſecum ſentire, 344. XIII.
Ariani Epiſcopi quid cum venere Sardicam ad Concilium, 347. XII. & ſeq. Fugam arripiunt, 347. XIII. 347. XXI. 347. XXXIX.
Ariani condemnati in Concilio Sardicenſi, 347. XVIII.
Ariani quid in Epiſcopos, ne adhæreſcerent Catholicis qui convenerant Sardicæ, 347. XLI.
Ariani excommunicati in Concilio Sardicenſi, 347. XLII. & ſeq.
Ariani ſparſerunt famam, in Sardicenſi Concilio ſcriptam fuiſſe novam fidei regulam, 347. XLV.
Ariani cogunt Concilium, quod nominant Sardicenſe, 347. LXVII.
Ariani primi auſi ſunt excommunicare Romanum Pontificem, 347. LXX.
Ariani novam fidei formulam edunt nomine Concilii Sardicenſis, 347. LXXI.
Ariani deteſtari ſe Arium ſimulant, 347. LXXIV.
Ariani aſſociant ſibi Donatiſtas, 347. LXXVII.
Ariani prohibent Catholicos redire ad ſuas Eccleſias, 348. IV.
Ariani quid in Legatos miſſos Antiochiam a Synodo Sardicenſi ad Conſtantium, 348. V. & ſeqq.
Ariani poſt obitum Conſtantis inſurgunt in Athanaſium, 350. IX.
Ariani expoſtulant apud Conſtantium adverſus Athanaſium, 350. XXIX.
Ariani & Semiariani inter ſe certant, 351. XXVII.
Ariani iterum calumniis aggrediuntur Athanaſium, 351. XXXII.
Ariani fingunt epiſtolam ſcriptam ab Athanaſio ad Conſtantium, 351. XXXIII.
Ariani conati ſunt ſtatim, creato Liberio Papa, ejus communicationem ſubripere, 352. XI.
Ariani titulo æternitatis honorant Conſtantium Imperatorem, 353. XIV.
Ariani adulantur Conſtantio, blaſphemi in Filium Dei, *ibid.*
Ariani reveriti ſunt Romanam Eccleſiam poſt Liberii exilium, 355. LV.
Ariani damnati in Concilio Ariminenſi, 359. XIV.
Ariani ex Concilio Ariminenſi Legatos mittunt ad Imperatorem, 359. XXV.

Aria-

Digitized by Google

Ariani in deterius ſemper prolapſi, 359. XXIX.

Ariani detegunt propinatum venenum in Concilio Ariminenſi, 355. XLIII.

Ariani falſo præ ſe ferunt Concilium Ariminenſe, 359. LV.

Ariani penitus delent nomen ſubſtantiæ in Filio Dei, 359. LXXXV. & *ſeq.*

Ariani vocant Euſebium Vercellenſem ad Synodum, 355. IV.

Ariani ſubſtituunt Dionyſio Epiſcopo Mediolanenſi Auxentium, 355. XXXIV.

Ariani Felicem ſubſtituunt loco Liberii Papæ, 355. LV.

Ariani dire exagitabant Eccleſiam Alexandrinam, 356. II.

Ariani quid tempore Paſchatis, & poſt adverſus Catholicos Alexandrinos egerint, 356. IV. & *ſeq.* Quid ante Pentecoſten in eoſdem attentarint, 356. XXXII. Qualiter in eoſdem poſt Pentecoſten ſævierint, 356. XLVI. & *ſeq.*

Ariani prohibent dare eleemoſynam pauperibus, 356. XL.

Ariani crudeliores Gentilibus, 356. XXIX. 356. XLIV.

Ariani quid in Monachos & in Monaſteria, 356. LII.

Ariani cum Photino conſpirant, licet occulte, 357. V.

Ariani ut ſe catholicos doceant, damnant Photinum, *ibid.* Sed proditi quales eſſent, 357. VII.

Ariani quaſi ex miraculo prædicant in Chriſto divinam ſubſtantiam, cum ea negatur ab Oſio & Potamio Epiſcopis, 357. XIX.

Ariani Epiſcopi, cum quibus Liberius communicavit, 357. XLII.

Ariani qui interfuerunt Concilio Ariminenſi, 359. III.

Ariani damnant Semiarianos, 359. XCVII.

Ariani eodem tempore duas fides diverſas ſcribunt, Arimini, & Conſtantinopoli, 359. CVIII.

Arianorum impietas occultata Sirmii panditur, 357. XII.

Arianorum baptiſma quomodo irritum, 325. LXXXVII.

Arianorum legatio ad tres Imperatores, 338. VI.

Arianorum anteſignani ſub Conſtantio, 338. VII.

Arianorum ad Conſtantium lamenta, 341. III.

Arianorum Concilia qualia eſſe ſolerent, *ibid.*

Arianorum fidei formulæ Antiochiæ editæ, 341. XIX. & *ſeqq.*

Arianorum legatio ad Conſtantem ex Concilio Antiocheno, 342. XXV.

Arianorum ſcelera nefanda patrata Alexandriæ, 342. IX.

Arianorum labyrinthos haud omnibus facile pervius, 340. XXXIX.

Arianorum legatio ad Julium Papam contra Athanaſium, 339. I.

Arianorum principes qui ſub Conſtantio habiti, 342. XLIV.

Arianorum Legati quid Mediolani apud Conſtantem, 344. V.

Arianorum Legati præ ſe ferunt ſe eſſe Catholicos, *ibid.*

Arianorum ſtudium in cogendis crebro Conciliis, 344. VIII.

Arianorum artes ad deſtruendum Nicænum Concilium, 344. VII.

Arianorum ſcelera poſt Concilium Sardicenſe, 348. II.

Arianorum litteræ ad Euſebium Vercellenſem, 355. VI.

Arianorum perſecutionis acerbitas, 355. LXXIX.

Arianorum ſuggeſtio in Concilio Ariminenſi, 359. VI.

Arianorum fidei profeſſiones ſub Conſulibus, 359. VIII.

Arianorum blaſphemiæ horrendæ in Concilio Seleucienſi, 359. LXXXII.

Arianorum perſecutio ex Concilio Conſtantinopolitano, 359. XCVII.

Arianorum in Euſebium Vercellenſem crudelitas, 356. XCIV.

Arianorum in Palæſtina dira perſecutio, 356. XCIX.

Arianorum crudelitas in Ægypto, 356. II. & *ſeqq.*

Arianorum ſtudia in perquirendo Athanaſium, 356. LXXIX.

Arianus presbyter doloſus artifex, Conſtantiæ percharus, cum eadem de reſtitutione Arii agere incipit, 327. II. Ei commiſſum eſt a Conſtantino teſtamentum, 337. VIII. Quis hic fuerit, 337. IX. Corrumpit aulicos, 337. LXIV.

Ariminenſe Concilium decernitur, 358. X.

Ariminenſe Concilium indictum, 359. I. Exploſa perfidia Ariana, Nicænam fidem probat, & Arianos excommunicat, 359. XIII. Idem jam finitum Legationem ad Conſtantium Imp. decernit, 359. XXIII.

Ariminenſe Concilium poſterius, & ejus Acta, 359. XXXIII. & *ſeqq.*

Ariminenſe Concilium duplex, 359. LII.

Ariminenſe Concilium legitimum, Catholicum fuit, 359. LI.

Ariminenſe Concilium ſpurium, hæreticum fuit, 359. LIV. & *ſeq.*

Ariminenſi Concilio adverſatus eſt magna conſtantia Liberius Papa, 357. LXX.

Ariminenſis Concilii Epiſcopi Orthodoxi exemplo Legatorum lapſi, 359. XXXVIII. Viginti tantum in fide Nicæna permanſerunt, *ibid.*

Ariminenſis Concilii Catholici Synodica de Baptiſmo Conſtantini, 324. LII.

Ariminenſium Orthodoxorum Epiſcoporum lapſus qualis exiſtimandus ſit, 359. XLV. Nequaquam lapſi in hæreſin, *ibid.*

Arimini congregati Epiſcopi inter ſe diviſi, 359. II.

Ariſton ex monacho Epiſcopus, 328. XXIII.

Ariſtotelis diſcipulus Ætius deterrimus hæreticus, 356. CXX.

Armeniæ Majoris Eccleſiæ florent ſub Conſtantino, 325. CCXII.

Armeniæ montes ab invicem diſſiti ob terræmotum, 340. XXXV.

Aroſtanes Epiſcopus in Magna Armenia interfuit Nicæno Concilio, 325. XXVII.

Arſaces Rex Minoris Armeniæ tributum pendebat Conſtantino, *ibid.*

Arſacius confeſſor prædixit terræmotum Nicomediæ, 358. V. Ejus obitus, *ibid.*

Arſacius eunuchus perſecutor Alexandriæ, 342. XXI.

Arſenii occiſi accuſatio rurſus illata in Concilium Tyrium, 335. XII.

Arſenius ſibi timens, latebras quæſivit, 335. XIII. Ejus latebris uſi ad ſuam cauſam Euſebiani, 335. XII. Se tandem periculo obtulit pro Athanaſio liberando, 335. XIII. Ejus in Synodo manifeſtatio, 335. XV.

Arſenius Epiſcopus Hipſelitarum ordinatur a Meletio, 326. VII.

Arſenius Epiſcop. fingitur occiſus ab Athanaſio, 332. I. Manus defuncti, quaſi Arſenii, ab adverſariis circumfertur, *ibid.*

Arſenius impenſe quæritur ab Athanaſio, 332. I. Ad loca remota amandatur cum ſuis, 332. III. Invenitur apud Tyrum, 332. IV.

Arſenius Epiſcopus & non presbyter, 332. V. Cur ab Athanaſio primum receſſerit, *ibid.*

Arſenius Epiſc. pœnitens ſcribit ad Athanaſium, 333. VIII.

Artemii martyris Præfecturæ, 358. XXV.

Artemius curat tranſlationem corporum ſanctorum Andreæ & Lucæ, *ibid.*

Ari-

Digitized by Google

Aruſpices Conſtantinus lege ſancita exagitat, 319. XIX.

Aruſpices conſulendos Conſtantinus ad Senatum reſcripſit, 321. XVIII.

Aruſpicina in magno pretio apud Romanos, 321. XXIV. & ſeq.

Aruſpices facile omnia ſolere in religionem Chriſtianam concitare, 324. XXXIV.

Aſclepas Epiſc. Gazæ exilium paſſus cauſa fidei, 340. XXVII.

Aſclepas Gazæ Epiſcopus Romam confugit ad Julium, 342. XLVII.

Aſclepæ Epiſcopi Gazæ cauſa cognita in Concilio Sardicenſi, 347. XXII. 347. XXXIX.

Aſiana Eccleſia diſcordiis agitata ob celebrationem diei Paſchatis diverſo ritu, 324. CLX.

Aſterius Cappadox nequiſſimus Arianorum, 325. CI. Immolat idolis, ibid. Ejus cauſa adverſus Marcellum, 335. XXX. Hanc tractatam ſcribit Socrates in Coocilio Jeroſolymitano, 335. LVII.

Aſterii impietas omnes excelluit, 336. XXXI.

Aſterius Armeniæ Dux ſub Conſtantio Imp. 350. X. Diploma a Conſtantino de Athanaſio attulit, 354. XVII.

Aſterius Epiſcopus in Arabia ſeceſſit ab Arianis, & adhæſit Catholicis in Concilio Sardicenſi, 347. XLI. Eius exilium, 348. III.

Aſterius Comes in Ægypto ſub Coostantio, 350. XXIX.

Athanaſius jam Alexandrinæ Eccleſiæ diaconus, in Nicæno Concilio Arium diſputando exagitat, 325. LI. Pars magna fuit Synodi Nicænæ, 325. LXX. Poſt Alexandrum creatur Epiſcopus Alexandrinus, 326. I. Ejus creatio quomodo ſe habuerit, & quando acciderit, ibid. Electio ejus divinitus præcognita & præſignificata, 326. V. Epiſcopatum declinans aufugit vivente adhuc Alexandro, ibid. Eum vix creatum adoriuntur Ariani, 326. VI. Quamdiu ſederit, ibid. Ejus perſecutiones incredibiles, ibid. Creatus Epiſcopus Alexandrinus, urget Meletianos illicita tentantes, 326. XIV. Reſiſtit Arii reſtitutioni, 327. III. Quid ab Euſebio Nicomedienſi patiatur, 327. IV. Inſtigante Euſebio experitur Conſtantinum iratum, ibid. Quid pro ſui defenſione ad Conſtaotinum reſcripſerit, 327. V. Ordinat Frumentium Epiſcopum Indorum, 327. X. Diœceſim Alexandrinam viſitat, 328. I. Item Monaſterium S. Pachomii, 328. II. Necnon Magnum Antonium, 328. V. Quæ illi munera attulerit, ibid. Modeſtia ejus in ſcribenda Vita Antonii laudata, ibid. Vitæ monaſticæ inſtituta Romam intulit, 328. XXI. Monachos complures creavit Epiſcopos, 328. XXIII. A Legatis ſuis apud Conſtantinum contra Meletianorum calumnias defenditur, 329. I. Rurſus a Meletianis & Euſebianis vexatur, ibid. Calumniam patitur de linteis pro Eccleſiis exactis a populo quaſi tributum, ibid. Novis iterum exagitatus calumniis, innocens probatur, 329. II. A Conſtantino vocatur Conſtantinopolim, 329. IV. Dimittitur cum honore, 329. V. Litteris Conſtaotini laudatur, 329. VIII. Iterum ab Arianis vexatur, 331. I. Rurſum accuſatur opera Meletianorum de fracto calice, & occiſo Arſenio, ibid. Ejus cauſa Delmatio a Conſtantino commiſſa, 331. IV. 332. I. Diaconum ſuum Thebaidem allegat ut Arſenium ibi latitantem quærat, 332. I. Mittit Macarium Conſtantinopolim ut Conſtantinum Imp. de Arſenio invento & calumniis detectis certiorem raddat, 333. I. Ad Conſtantinum de invento Arſenio ſcribit, ibid. Cæſaream ad Concilium proficiſci renuit, 334. VI. Cur ad Euſebianorum Concilium venire cunctaretur, 335. VI. In conſeſſu Tyrio ſtans ut reus agere cauſam jubetur, 335. VII. Quibus accuſationibus fuerit impetitus in Concilio Tyrio, 348. XI. Rurſus de nece Arſenii calumniam paſſus in conventu Tyrio, 335. XV. Innocens detectus, 335. XV. Patitur ibidem calumniam a meretrice, 335. XIV. Comparitione viventis Arſenii veneficus in conventu Tyrio acclamatur, 335. XV. Accuſatur ut incendiarius, 335. XVI. Tyrii iterum calumniam patitur de fractura calicis, 335. XVII. Circumventus calumniis, & injuſtitia oppreſſus, e Concilio Tyrio proficiſcitur ad Conſtantinum Imperatorem, 335. XXVI. In conciliabulo Tyrio condemnatur, 335. XXXVI. Non tamen a Catholicis Epiſcopis, 335. XXXVII. & ſeq. Obtinet a Conſtantino, ut Euſebiani Jeroſolymis Conſtantinopolim ſe conferrent, 335. II. Conſtantinopoli nonniſi in via permiſſus alloqui Conſtantinum, 335. V. Novis calumniis ab Euſebianis urgetur, 336. IX. Criminis majeſtatis accuſatur, ibid. A ſuis proditur, ibid. Calumniis oppreſſus a Conſtantino damnatur exilio, ibid. Jam damnatus ſententia Conſtantini in exilium, quid in eum libere dixerit, 336. IX. & ſeq. Ejus exilio totus orbis concuſſus eſt, ibid. Treveros exul delatus, honorifice ſuſceptus eſt, & bene habitus, 336. XXI. Modeſtia ejus cum interitum Arii deſcribit, 336. XLV. Ejus nomine litteræ ad Marcum Papam cujus ſint fidei, 336. LX. & ſeq. Eum reſtituendum eſſe, Conſtantinus moriens præcepit, 337. VIII. Revocatur Alexandriam ab exilio per Conſtantinum Juniorem, 338. III. & ſeq. Quamdiu in exilio manſerit, 338. I. Cum Alexandriæ commoratur, vexationem Arianorum patitur, 338. V. Ei crimini datum, quod abſque Synodi decreto ſit reſtitutus, ibid. Ejus cum Ario diſputatio commentitia, 338. VIII. Iterum ab Arianis vexatur, 339. I. Ejus legatio ad Julium Papam, ibid. Novis urgetur accuſationibus, 339. III. Defenditur, 339. VII. Romam venit, vocatus a Julio Papa ad dicendam cauſam, 340. IV. Annum & ſex menſes expectat Romæ Euſebianos, ibid. Veniens Romam, duxit ſecum Iſidorum & Ammonium, 340. V. Apud quos Romæ ſit hoſpitatus, 340. VI. Vitam Antonii Magni Romam attulit, 340. VII. Ejus adventus Romam valde proficuus, ibid. In Occidente propagavit Monachiſmum, ibid. Tamquam reus non recipitur Romæ ad communionem abſque fidei profeſſione, 340. XI. Scribit Romæ fidei Symbolum, ibid. Scriptorum ejus quæcumque fragmenta in magna habita veneratione, ibid. In Concilio Antiocheno accuſatur, 341. VII. Privatus ſede in Concilio Antiocheno, accipit ſucceſſorem Gregorium, 341. VIII. Ejus cauſa Romæ cognoſcitur in Concilio, 341. XLVI. In eodem Concilio abſolvitur, ibid. Romæ a Julio abſolutus revertitur Alexandriam, 342. XLIX. Ejus litteræ circulares de Gregorio Epiſcopo Alexandrino Ariano ad Catholicos Epiſcopos, ibid. Ejus defenſores Romæ accuſant Arianos, 341. LIII. Ejus epiſtola de clade Eccleſiæ Alexandrinæ ſub Gregorio, 342. III. & ſeqq. Clam fuga elabitur, 342. XII. Ejuſdem de vitando Gregorio Ariano Epiſcopo ad Catholicos admonitio, 342. XVIII. Rurſum Romam confugit ad Julium, 342. XXXIX. Romæ frequenter Synaxes agit, 342. XL. Bene habitus a Conſtante, 342. XLI. Rogatus a Conſtante ſcripſit Synopſin divinæ Scripturæ, ibid. Ultra triennium Romæ commoratur, 342. XLII. Quid ibi egerit, ibid. Cum viventis Antonii Vitam ſcripſerit, multa poſt facta prætermiſiſſe oportuit, 343. VI. Pallium

ejus a Paulo eremita expetitum ob ſidei Catholicæ Symbolum, *ibid.* Vocat S. Antonium Alexandriam ad confutandos Arianos, 349. IX. Ob eamdem cauſam etiam Pœmenem Abbatem Alexandriam accerſit, *ibid.* Roma Mediolanum vocatus a Conſtante, 346. III. Infamatur de congreſſu cum Conſtante, quaſi illum adverſus Conſtantium concitaſſet, 346. IV. Quid apud Conſtantem Imperatorem egerit, *ibid.* In Concilio Sardicenſi abſolvitur, 347. XVIII. Quæ crimina ipſi impoſuerint Ariani in Pſeudoſynodo Sardicenſi, 347. LXXXVII. 348. V. Ejus peregrinatio poſt Concilium Sardicenſe primo Naiſſum, inde Aquilejam, poſtea in Gallias, 348. XII. Tribus litteris revocatur in Patriam a Conſtantio Imperatore, 349. II. *& ſeqq.* Ad ſuam Eccleſiam reverſurus, venit ante Romam ad Julium Papam, 349. VI. Ejus laudes a Julio Papa prædicatæ, 340. VIII. Roma venit Antiochiam, 349. XI. Excipitur a Conſtantio Imperatore, *ibid.* A Conſtantio recipit juramentum fidelitatis, 340. XIII. Antiochiæ convenit cum Euſtathianis, 349. XIV. Conſtantii petitionem eludit, 349. XV. Veniens Laodicæam, quid ibi egerit, 349. XXII. Ejus cum Apollinare congreſſus, *ibid.* Luxit magnopere Conſtantem occiſum, atque laudavit, 350. V. Vexatur ab Arianis poſt obitum Conſtantis, 350. IX. Tutior redditur litteris Conſtantii Imperatoria, 350. X. In Palæſtinam proficiſcitur, ibique Concilio Jeroſolymis celebrato, lepſos Epiſcopos reſtituit, 350. XI. *& ſeq.* Conſtante defuncto, Alexandriam revertitur, 350. XVI. Ejus reditus quam fructuoſus fuerit, 350 XVII. Quod plurimi ſeſe Athanaſio adjungerent, Ariani ferunt ægerrime, 350. VI. Poſt reditum quærit ſubſcriptiones omnium Epiſcoporum, & ob id nuntios mittit, 350. XXV. Eidem conflatur calumnia ex ſuſceptione Legatorum Magnentii, 350. XXIX. Poſt mortem Conſtantii permiſſus agere in Eccleſia, 350. XXX. Reverſus Alexandriam, concionibus & Synaxibus adminiſtrandis ſemper intentus, 350. XXXI. Ob nimiam populi frequentiam agit Synaxin in baſilica nondum conſecrata, 350. XXXII. Cur poſt obitum Conſtantis bene habitus fuerit a Conſtantio, 350. XXXVII. Suppoſititia Conſtantii epiſtola quæritur ab Arianis dimoveri Alexandria, 351. XXXII. Accuſatur faviſſe Magnentio, 351. XXXIII. Ejuſdem de ſuſceptis Magnentii Legatis juſta excuſatio, 351. XXXIV. Iterum a Montano, Syriano, & Diogene vexatur, 354. XVII. Jure diploma a Conſtantio poſtulat, antequam Alexandria diſcedat, *ibid.* Cur ad Conſtantium proficiſci detrectet, 354. XX. Mittit quinque Epiſcopos Legatos ad Conſtantium, 354. XX. Ejus damnationi cur alii qui Epiſcopi Catholici ſubſcribant, 355. IX. *& ſeqq.* Damnatio ejus propoſita fuit in Conciliabulo Mediolanenſi, 355. XIII. *& ſeqq.* Magus habitus ſecundum rumores vulgi, ex Ammiano, 355. XL. Cauſa ejus defenditur a Liberio coram Conſtantio, 355. XLVIII. *& ſeq.* Defenditur ab Oſio adverſus Conſtantium Imperatorem, 355. LXII. Diram eamque noviſſimam ſub Conſtantio perſecutionem patitur, 356. II. *& ſeqq.* Quæ paſſus Alexandriæ ſub Syriano, 356. IV. *& ſeqq.* Quomodo fuga lapſus, 356. VII. Ejuſdem ultima fuga in eremum, 356. XII. Profecturus ad Conſtantium, novis exterretur nuntiis, 356. XV. In eremo delitescit, 356. XXV. Ejus in Conſtantium invectiva, 356. LIV. Ejus in eremo latebræ proficuæ, 356. LVII. Complura in latebris ſcripſit, *ibid.* Nempe epiſtolam ad Solitarios de rebus ab Arianis ad illud uſque tempus geſtis, *ibid.* Scripſit tunc etiam Conſolationem ad virgines, 356. LVIII. Item Apologiam de fuga ſua, 356. LIX. Item Apologiam contra Conſtantium, 356. LX. Item Apologiam ſecundam, 356. LXIV. Quibus fuerit calumniis circumventus ab Arianis, 356. LXI. Ejus fuga ſemper commendatione digna, 356. LIX. Ejus prophetia male accepta, magiæ inſimulatur, 356. LXII. E latebris ſcripſit ad Serapionem de Spiritu ſancto, 356. LXIV. Ejus litteræ ad Luciferum, 356. LXXIII. Ejus latebræ abſtruſiores in eremo, 356. LXXVII. LXXXI. Deliteſcenti in ciſterna miniſtraſſe virgo cum dicatur, quomodo accipiendum, 356. LXXXIII. Liberii litteris reſpuitur, 357. XLII. Ab Antonio melote & pallio donatur, 358. XXII. Ecripſit Vitam Antonii, 358. XXIV.

Athanaſius Epiſcopus Ancyræ in locum Baſilii ſuffectus, Catholicus, 350. CXIX.

Athenæ florentiſſimæ ſub Conſtantio, 354. XXII.

Athenæ, quod aſylum evaſerint impietatis, dirutæ, 354. XXXVI.

Athenis ludus adverſus novos diſcipulos exerceti ſolitus, 354. XXX.

Athenis profeſſores quanto ſtudio niterentur diſcipulos præoccupare, 354. XXX.

Attiens Epiſcopus Conſtantinopolitanus conſianat certum tempus Nicæni Concilii, 325. VIII.

Avaritia Præfectorum Conſtantini lege compreſſa, 331. XIV.

Avaritiam Præfectorum Conſtantinus verbis & legibus deteſtatus, 326. XCVI. *& ſeq.*

Audæus hæreſiarcha excitare conatur hæreſim Quartadecimanorum, 345. XXXVIII. Ejus ſuperba libertas Epiſcopos redarguentis, & totius Eccleſiæ Cenſorem agentis, 341. XXXIX. Cur ſe ab Eccleſis ſepararit, *ibid.* Cum ſuis ſequacibus manibus laborans, inde alitur, *ibid.* Ejus progreſſus, 341. XL. Relegatus ad barbaros, convertit plures Gothorum ad monaſticam profeſſionem ſectandam, *ibid.* Ejus errores, 341. XLI.

Audiani hæretici quando exorti, 342. XXXVIII. Affectant patientiam, 341. XXXIX. Eorum dogmata, 341. XL. *& ſeqq.* Iidem poſtea Antropomorphitæ dicti, morte quorumdam ſuæ ſectæ Epiſcoporum diſſipantur, 347. XVI.

Auctor retractat quæ dixerat de germanitate numiſmatis Criſpi Cæſaris cum imagine Salvatoris, 354. XIV. Ejus candor in pura conſectanda veritate, 356. LXII. Ejuſdem in diſponenda temporum ratione labores, 325. CCXVII.

Augures, aruſpices, arioli, & alii id genus homines lege Conſtantii vetiti, 358. XXVIII.

Auguris apud Romanos poteſtas ampliſſima, 322. XXIV.

Auguſtale in luco Daphnidis a Conſtantino ædificatum, in eodemque Helenæ matris ejuſdem Conſtantini ſtatua locata, 326. LVIII.

Auguſtinus monachiſmum cum clericali vita in Africa conjunxit, 328. XXII. Ignoravit legitimum Concilium Sardicenſe, 347. LXXIX.

Aulici Conſtantini a Conſtantio occiſi, 337. LXII.

Aulici Conſtantii male habent Spiridionem, 338. XIII.

Aulicos reſpicere ad orientem, non autem ad occidentem Solem, quid ſignificet, 336 V.

Aurargentum, vel Chryſargirum, 330. XXXVIII.

Aurargenti tributum a Conſtantino impoſitum, 330. XXXVI. Ab Anaſtaſio ſublatum, quale, 330. XXXVIII.

Aureus numerus index Paſchalis temporis, 323. CXIII.

Aurum æqua lance pendendum, 330. XXXIX.

Auri tributum ab argenti tributo diſtinctum, 330. XXXVIII. *& ſeq.*

Au-

Auri pretium tempore Honorii & Arcadii, 330. XXXIX.

Auxentius Arianorum deterrimus in locum Dionyſii ſubrogatus in Eccleſia Mediolanenſi, 355. XXXIV. Vafer ingenio ſub pallio Catholici nominis deliteſcere cur adeo ſtuduerit, 355. XXXV. S. Martino diſcipulo S. Hilarii inſidias Mediolani parat, 358. XXII. Concilio Ariminenſi interfuit, 359. III.

Azadanes martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVI.

B

Bacurius Rex Iberorum Chriſtianus, 327. XVII. Comes domeſticorum Conſtantini Imperatoris, *ibid.*

Balnea Gadarenſia deliciarum, turpitudinum, ac magicarum præſtigiarum promptuaria, 327. XXIV. & *ſeq.*

Balſamum ad luminaria S. Petri donavit Conſtantinus, 324. LVI. 324. LXV. Item ad luminaria baſilicæ S. Pauli, 324. LVI.

Bandenus Archimandrita martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XXI.

Baptiſma Arianorum quomodo nullius momenti, 325. LXXXVII.

Baptiſmus Conſtantini quando & qua occaſione acciderit, 324. XVII. & *ſeqq.* In Actis Silveſtri deſcribitur, 324. XXXIII. Quod ei collatus ſit paucis arbitris, valde probabile, 324. XLII. Idque Romæ, ex ipſo Euſebio probatur, 324. CCXXXVII.

Baptiſmi Conſtantini aſſertores Gentiles Scriptores, 324. XIX. 324. XXVII.

Baptiſmo Conſtantini Romæ collato qui adverſarentur, 324. XLII. & *ſeq.*

Baptiſmi iteratio fieri ſolita a Donatiſtis, ſublata, 348. XLI.

Baptiſterium Conſtantini egregie exornatum, 324. LV. Multiſque redditibus auctum, 324. LVII. & *ſeq.*

Barachiſius martyr cum Jona in Perſide ſub Sapore, 344. XXI.

Barbari tumultuantes a Conſtantino compreſſi, 319. II.

Barbari qua occaſione Chriſtianam religionem accepere, 327. XVI.

Barbari ad Conſulatus & ad Romanum Imperium aſciti, 337. XXVI.

Barbari ſæpe debellati a filiis Conſtantini, 337. LXXVIII.

Barbaſymes Epiſcopus martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVIII.

Barcæ martyrium, 356. XLV.

Baſilica S. Petri a Conſtantino erecta, 324. LXII. Et dona illi collata, 324. LXIV.

Baſilica S. Pauli a Conſtantino erecta, & dona illi collata, 324. LVI.

Baſilica Lateranenſis a Conſtantino erecta, 324. LVII. Et donis & redditibus aucta, 324. LXVIII. Dicta Baſilica Salvatoris, ad differentiam alterius profanæ, 324. LXIX.

Baſilica Ulpia, in qua Conſtantinus habuit Senatum, 324. LXXV.

Baſilica erecta a Conſtantino in Galliis Dei Genitrici Mariæ, 324. CXVI. Miraculum tunc editum, *ibid.*

Baſilica Vaticana ſubitario opere conſtructa, 324. CIII.

Baſilica ſanctæ Crucis Romæ erecta, 324. CVI. Donis aucta, *ibid.*

Baſilica S. Agnetis a Conſtantino erecta, 324. CVII. Quomodo eadem a Conſtantina Conſtantini filia conſtructa dicatur, 324. CVIII.

Baſilica S. Laurentii erecta a Conſtantino, & dona eidem tributa, 324. CXIII.

Baſilica erecta a Conſtantino SS. Marcellino & Petro, 324. CXV.

Baſilica Conſtantiniana Jeroſolymis, 326. XXXVI.

Baſilica Antiochiæ a Conſtantino erecta, 326. LXV. *Vide*, Templum, Eccleſia.

Baſilicæ a Conſtantino Romæ conſtructæ ſubitario opere, 324. CIII.

Baſilicæ aliæ plures a Conſtantino erectæ, 324. CXVI.

Baſilicæ a Conſtantino erectæ omnes abſque titulo ſui nominis, 324. CXVII.

Baſilicæ Romæ a Julio Papa factæ, 352. IV. Eædemque ornatæ ſacris imaginibus, *ibid.*

Baſilius memoria lapſus de tempore ſedis Hermogenis, 325. XXXIII. Imitator eſt, non auctor vitæ monaſticæ, 328. XIX. Neocæſareæ a S. Macrina fidei elementis imbuitur, 343. XIX. Ejus in ſtudiis progreſſus, 354. XXVIII. Athenas profectus, una cum Gregorio ibidem inſtituitur, 354. XXVII. & *ſeq.* Poſt Gregorium eo ſe contulit, *ibid.* A Gregorio gentili ſuo illic amice ſuſcipitur, & a condiſcipulorum ludibrio liberatur, 354. XXXI. In diſputatione a Gregorio adjuvatur, 354. XXXII. Ejuſdem cum Gregorio incredibilis amoris conjunctio, *ibid.* Ejus excellens eruditio, 354. XXXIII. Impollutum ſe ſervavit a ſuperſtitione Gentilium Athenis, 354. XXXVI. Prior Athenis receſſit, relicto invito Gregorio, 354. XXXVIII. Reverſus in patriam, vitam egit ſanctiſſimam, 354. XXXIX. Perfectiſſimæ virginitatis cultor, *ibid.* Numquam corpore, licet aliquando mente pollutus, 254. XXXIX. & *ſeq.*

Baſilius Ancyræ Epiſcopus creatus ab Arianis in locum Marcelli deponitur, 347. XX. 347. XLII. Epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV. Diſputat cum Photino, 357. VII. Quid apud Conſtantium poſt Concilium Seleucienſe, 359. LXXXVII. In Concilio Conſtantinopolitano ab Arianis damnatur, 350. XCIX.

Baſilina mater Juliani Cæſaris, 337. LV.

Baſſus Epiſcopus a Car epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.

Bedæ error de auctore cycli novennalis, 325. CXIII.

Bella Conſtantini adverſus Barbaros, 330. XLIX.

Bellum Sarmaticum geſtum a Conſtantino, 319. II.

Bellum adverſus Scythas, 330. XLIX. Confectum a Gallicano, 330. L.

Bellum Perſicum Conſtantinus parat, 336. LXVIII.

Bellum Perſicum in Meſopotamia, 338. XIX.

Bellum Perſicum ſub Conſtantio invaleſcens, 340. XLIV.

Bellum indictum a Conſtante in Conſtantium fratrem, niſi reſtituat Athanaſium & Paulum, 348. XIV.

Bellum Conſtantii adverſus Magnentium, 352. I.

Benedictus Epiſcopus Aquileiæ, cui ſucceſſit Fortunatianus, 337. LXIX.

Beſſæ amplexi vitam monaſticam ſub Conſtantino, 328. XVIII.

Bethlehemiticum templum a Conſtantino nomine Helenæ matris ſuæ ſtructum, 326. XXXVII.

Bibliotheca erecta Conſtantinopoli, 330. XXVI.

Bigamos ordinari prohibuit Nicænum Concilium, 325. CLIX.

Bithinicus Epiſcopus a Zelon epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.

Blacius Dux in Ægypto quid in S. Antonium, 342. XXV. Experitur divinam vindictam, *ibid.*

Blemii legatos miſerunt ad Conſtantinum, 325. CCVIII.

Bochres Epiſcopus martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVIII.

Bona Eccleſiæ relinquendi facta eſt poteſtas Chriſtianis a Conſtantino, 321. XVII.

Bonifacius Epiſcopus Donatiſta Romæ victuri cuidam Garbienſi ſubſtituitur, 355. IV.

Bonifacius Papa quo pacto citârit Canonem Concilii Sardicenſis nomine Concilii Nicæni, 347. CVIII.

Bovis ænei ſimulacrum, in quo martyrium paſſus eſt Antipas, 330. XVIII.

Breviatium Clericorum Meletianorum cur exigat Alexander, 325. CXXI.

Britanni Epiſcopi, tribus exceptis, recuſant annonam a Conſtantino Arimini elargitam, 319. II.

Byterrenſe Concilium, longe diverſo tempore ab Arelatenſi eſt habitum, 353. XXII. Quando, & qua occaſione celebratum fuerit, & a quibus, 356. CV.

Byzantinam Eccleſiam auctam Patriarchatu a Conſtantino, Græci meminerunt, 324. CXXI.

Byzantium a Conſtantino in novam civitatem deligitur, 324. CXLI. In ejus ædificatione quid acciderit, *ibid.* Civitas fuit jam olim percelebris, 324. CXLII.

Byzantium in Conſtantinopolim mutatur, & dedicatur, 330. I. & *ſeqq. Vide*, Conſtantinopolis.

C

CÆcilianus Epiſcopus Carthaginenſis interfuit Concilio Nicæno, 321. XXXIX.

Cæcilianus Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.

Cælibatus Clericorum jam inde a temporibus Apoſtolorum in uſu, 325. CLI. Ei favens Conſtantinus Imp. Leges eum damnantes abrogat, 320. VII. & *ſeqq.* Idem in Nicæno Concilio firmatur non deſtruitur, 325. CXLVIII

Cælibatus non exhaurit ſed ſecundat Romanum Imperium, 320. XIV. De Cælibatu veteres quid ſenſerint, 320. VIII.

Cære qualis civitas, 357. LVIII.

Cæſaræa dicta Eccleſia a Conſtantio Alexandriæ erecta, 310. XXXII.

Cæſareæ Palæſtinæ contra Athanaſium Concilium petitur ab Euſebianis, 334. VI.

Cæſaris dignitas titulo tenus aliquando, 356. XXVII.

Cæſarius Frater Gregorii Nazianzeni Alexandriam ſtudiorum cauſa ſe confert, 354. XXVII. Philoſophus jam & Medicus celeberrimus ut Conſtantinopoli ſubſiſtat induci nequit, ſed cum Gregorio reverſus eſt Nazianzum, 354. XL.

Cæſarius martyr pater ſuit Eudoxii perditiſſimi Ariani, 356. CXXIV.

Calculus Paſchalis ab Alexandrinis Epiſcopis exigebatur, 321. CX. & *ſeqq.* Iſque Romam primo mittebatur, unde aliæ eccleſiæ accipiebant, *ibid.*

Calepodius Epiſcopus Neapolitanus an miſſus ſit Legatus Apoſtolicus ad Concilium Sardicenſe, 347. X.

Calfurnius. *Vide*, Calpurnius.

Calicis fracti calumnia a Meletianis infertur in Athanaſium, 329. IV. 331. I. Eadem iterum refricata in Concilio Tyrio, 335. XVII.

Callenicus Epiſcopus a Peluſio epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.

Callinicus Epiſcopus Meletianus laudatus ab Epiphanio, 326. IX. Legatos cum collegis ad Conſtantinum Imperatorem contra Athanaſium, 329. II. Accuſator prodiit Athanaſii & Macarii in Concilio Tyrio, 331. XVII.

Calliſtus damnatus in Concilio Romano, 324. CXXVII.

Calpurnius, ſive Calfurnius, Urbis Præfectus ſub Conſtantino interfuit cum eodem Synodo Romanæ, 324. CXXVI.

Calpurnius pater S. Romanæ Virginis, 335. LVIII.

Calumnia alia Meletianorum in Athanaſium de indicto populo tributo, 329. II. Alia eorumdem in eumdem de fracto calice a Macario & maxima pecuniæ vi Philumeno cuidam Imperatoris adverſario ſubmiſſæ excogitata, 330. IV. Eadem de fracto calice a Macario reſtauratur, & alia de occiſo Arſenio ab Athanaſio attexitur, 331. I. Aliam in eumdem comminiſcuntur Euſebiani de frumento detinendo ne Conſtantinopolim devehatur, 336. IX. Aliæ novæ in Athanaſium ab Arianis comparatæ diluuntur, 339. VII. Iterum novæ ab iiſdem in eumdem congeſtæ, 356. LXI. Alia in Euſtathium Epiſcopum Antiochenum ab Arianis compoſita, 340. XXII. & *ſeq.* Alia ſtructa a Stephano Ariano Epiſcopo adverſus Legatos Sardicenſes, 348. IX. & *ſeq.*

Calumniæ victoris & Juliani in Conſtantinum diluuntur, 337. XXV.

Calumniis & mendaciis niti familiare eſt hæreticis, 347. LXXIX.

Canalium, dictus curſus publicus, 347. LV.

Candelabra cum luminibus in funere Conſtantini, 337. XI.

Canon antiquus Eccleſiæ, ut Romanus Epiſcopus cæteros omnes ſub ſe habeat, 325. CXXVI.

Canon Apoſtolicus alius, ne quis de una in aliam tranſeat Eccleſiam, 324. CLVI.

Canones Concilii Antiocheni, 341. XXIX. A collectoribus Canonum editi, quomodo recepti, 341. XXXIV. Qui de reſtitutione Epiſcopi per majorem numerum Epiſcoporum facienda ſtatuit reprobatur, 341. XXX. & *ſeqq.*

Canones Concilii Nicæni de Meletianis, 325. CXVIII. De Paſchate, 325. CXX. De Primatu Romanæ Eccleſiæ, ſancitus occaſione Meletianorum, ejuſque legitima lectio & interpretatio, 325. CXXIV. De Novatianis, 321. CXLII. Adverſus delinquentes, 325. CXLV. Ne clerici cum feminis habitent, 325. CXLIX. De Libris ſacris, 325. CLVIII. De eo quid Auctor ſentiat, *ibid.* De Bigamis non ordinandis, 325. CLIX. De Appellatione ad Romanum Pontificem, 321. CLX. Ut res cognita in minori Synodo, cognoſci valeat iterum a majori, 325. CLXI. De conficienda Formata, *ibid.* CLXII. Hunc non fuiſſe cum cæteris editum, ſed retentum ſecretum, 325. CLVII. De Hymno, Gloria Patri, 325. CLXXV.

Canonum Nicænorum numerus, 325. CLIX. CLXII.

Canones Concilii Romani ſub Silveſtro, 324. CXXIX. 325. CXCIX. Inter alios hic, ne ſedes prima ab aliis judicetur, 324. CXXXI.

Canones Concilii Sardicenſis, 347. LI. & *ſeqq.* Ejuſdem Concilii Canon de Appellatione ad Romanum Pontificem, cur citatus nomine Concilii Nicæni, 347. CVIII.

Canones minime ſanciendi, nec habendi rati abſque conſenſu Romani Pontificis, 341. VI.

Canones ab hæreticis editi interdum reperiuntur eſſe recepti, 341. XXXIV.

Capreta Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.

Carceres Conſtantinopolitani longe minores amplitudine civitatis, 330. XXVI.

Carponas cum aliis Legatus a Gregorio Ariano Epiſcopo Alexandrino ad Julium Papam mittitur, 339. XIII.

Carthaginenſis Synodus prima dicta, 348. XVII. Quando, & ſub quo Pontifice celebrata, 337. LXXII. 348. LXIII.

Carthaginenſium Epiſcoporum ſucceſſio, poſt Cæcilianum Rufus, poſt Rufum Gratus, 337. LXIX. 347. LV.

Catherius Epiſcopus ab Aſpona epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.

Caſſiodori error de exordio Imperii Conſtantini, 325. V. Ejus Conſulatus in Chronico interdum mendaces, 387. I. Male conciliat Sozomenum cum Theodoreto, 325. LIV.

Ca-

Digitized by Google

Caſtoris & Pollucis ſimulacra Conſtantinopoli poſita, 330. V.
Caſtrantes ſeipſos qua pœna affecti a Nicæno Concilio, 325. CXLVI.
Cataphronius Præfectus Ægypti ſub Conſtantio, perſecutor Alexandriæ, 342. XIX.
Cataphrygarum cauſa tractata in Concilio Nicæno, 325. CXLIV.
Catholici, abjecto fuco eloquentiæ, uti ſimplicitate verborum conſueverunt, 344. XI.
Catholici cum Arianis Romæ altercantur, 356. CXV.
Catholicum nomen nonniſi ex communicatione cum Romano Epiſcopo ſequiri poſſe, 322. III.
Cathecumenis nefas audire judicia Eccleſiaſtica, 335. XVIII.
Cecropius Epiſcopus Nicomediæ ob impietatem charus Conſtantio, 355. LX. Ejus interitus, 358. IV.
Cedrenus erroris arguitur de Metrodoro Philoſopho, 336. LXIX.
Cerealius Comes, unus ex Judicibus cognitoribus in Concilio Sirmienſi, 357. VII.
Chalcedonenſis Synodi conſeſſus qualis, 325. LVII.
Chreſtius cum ſociis in necem Conſtantis conſpirat, 350. I.
Chreſtus Theognidi in Epiſcopatu Nicæno ſubſtitutus, 329. XVIII.
Chriſti Filii Dei Divinitas. *Vide*, Filius Dei, & Divinitas.
Chriſti Salvatoris imago in numiſmate Criſpi, 324. XVI.
Chriſti nomen expreſſum in Labaro, 325. CVI. In clypeo Imperatoris, *ibid.*
Chriſti vice in medio conſeſſus Synodalis, liber Evangelii ponebatur, 325. LIX.
Chriſti & Apoſtolorum imagines quomodo ſolitæ pingi, 324. XL.
Chriſtus Deus ſæpius apparet Joſepho Judæo, & ut credat admonet, 327. XXIX. & *ſeq.* Quot clavis affixus fuerit, 326. LII.
Chriſtiana captiva convertit Iberos ad fidem, 327. XI.
Chriſtiana femina Crucis ſignaculo præſtigias dæmonum ſuperat, 327. XXVIII.
Chriſtianam Fidem Arius convellere conatur, 325. LXXXVIII. Ejus ampla ad diverſas gentes ſub Conſtantino facta propagatio, 325. CCXII. Eadem per Frumentium & Ædeſium ad Indos perlata, 357. VIII.
Chriſtianis bona ſua Eccleſiis relinquendi poteſtas a Conſtantino conceſſa, 321. XVII. Iterum ſub Conſtantino vexati, ab eodem, edicto edito redduntur ſecuri, 323. II. Eorumdem ad Conſtantinum acclamationes, 324. LXXX. In Perſide a Sapore exagitati, 343. XI. Cur demolirentur ſepulcra Gentilium, 340. XLV.
Chriſtiani contra Chriſtianos quando primum progreſſi ad bellum, 353. V.
Chriſtiani duces moliuntur necem Conſtanti Imperatori, 350. IV.
Chronica ſunt baſes hiſtoriæ, 325. CCXIII.
Chronicon Euſebii quale, *ibid.* A Hieronymo auctum, *ibid.* Ab eo quouſque perductum, *ibid.* CCXIV.
Chronographia per Conſules fidelior, 337. LXVII.
Chryſanthus Epiſcopus jam defunctus ſubſcripſit Nicænæ Synodo, 325. CLXXXII.
Chryſantius magus Juliano charus, 351. X.
Chryſargyrum tributum a Conſtantino indictum, 330. XXXVI. A quibus illud exigendum, *ibid.* Quale eſſet, & cur ſic dictum, 330. XXXVIII. & *ſeq.* Quanti pretii, 330. XXXIX.
Chryſargyrum ab Anaſtaſio Imperatore ſublatum quale fuerit, 330. XXXVIII.
Cicatrices Confeſſorum Conſtantinus oſculatur, 325. CXCII.
Circumcelliones, iidem Circelliones, facinoroſiſſimi Donatiſtarum, 331. IX. Iidem Duces Sanctorum appellati, 348. XIX. Iidem dicti Agnoſtici, 348. XXVI. Hos adverſus Legatos Conſtantis concitavit Donatus, *ibid.* Eorumdem in Africa graſſatio, 348. XXVII. Occiſi a militibus, martyres reputati, *ibid.* XXVIII.
Civitatem novam Romæ parem erigere parat Conſtantinus, Senatu Romano indigne ferente ipſum Gentilium ſacra deteſtari, 324. CXXXVIII.
Clades Eccleſiæ Alexandrinæ ſub Gregorio, 342. III. & *ſeq.*
Clades Eccleſiæ Occidentalis poſt Concilium Mediolanenſe, 355. XXX. & *ſeqq.*
Clarius presbyter in Africa quid coactus facere a Donatiſtis, 348. XXVIII.
Claudius Epiſcopus Viennenſis clarus ſub Conſtantino, 337. XLVII.
Claudius Epiſcopus in Piceno quid in Concilio Ariminenſi, 359. XLII.
Claudianus Epiſcopus Donatiſts Romæ agens Luciano item ſubſtituitur, 322. IV.
Clavi Chriſti Crucis reperti, 326. LI. In quos uſus converſi, 326. LII. Horum uno in mare jactato tempeſtas ſedata, *ibid.* Alter in Corona Conſtantini poſitus, *ibid.* Tertius in fræno equi, *ibid.* Miraculum de eo, 326. LIII. Quartus galeæ ſtatuæ Conſtantini inſertus, 326. LIII.
Clavorum Chriſti multiplicitas unde, 326. LIV.
Clavis quot Chriſtus fuerit crucifixus, 326. LII.
Clavi Crucis, & clavi quibus affixi ſunt Martyres, in honore habiti, 326. LIV.
Clemens Comes Legatus ad Conſtantium a Magnentio, 350. XXVIII.
Clementinus præfectus ſub Conſtantio, 357. XXIX.
Clericatus quæſtuarii prohibiti a Conſtantino, 320. XIX.
Clericatum appetentium multitudo unde tanta ſub Conſtantino, 320. XIX. & *ſeq.*
Clerici, eorum cælibatus in Nicæno Concilio firmatur, non deſtruitur, 325. XLIX. Eorumdem immunitati conſuluit Conſtantinus, 319. XXX. Item Conſtantius, 358. XVII. 353. XXXIII. Necnon Conſtantius & Conſtans, 349. XXVIII. Qui lucri tantum cauſa Clericatum appeterent, Conſtantini lege arcentur, 320. XIX. Necnon qui inde vacationem a publicis muneribus captarent, 326. LXXXIV. Ordinandi quomodo probarentur, 320. XXII. Paternorum bonorum ſucceſſio legibus Imperatorum iis denegata, 320. XXII. In Concilio Nicæno prohibiti habitare cum feminis, 325. XLIX. Fœneratores in eodem Concilio puniti, 325. CLIII. Ne de Eccleſia in Eccleſiam transferantur, ibidem ſancitum, *ibid.* CLIV. Ne vocentur ad Curiam, Conſtantinus reſcripſit, 330. LVI. Inobedientes quomodo coercendi, 341. XXXV. A Conſtantio exempti a collatione luſtrali, 356. CXXVII.
Clericorum cauſis non ſe immiſceant Judices ſæculares, 355. LXXIV. LXXXIII.
Clypeus Conſtantini Chriſti nomine inſignitus, 355. CCVI.
Cœnobiticæ vitæ Antonius auctor, 328. XVI.
Cœnobitarum inſtituta, 328. XXV.
Collectores Canonum receperunt Canones Concilii Antiocheni ab Arianis editos, 341. XXXIV.
Collegium ad ſepeliendos defunctos a Conſtantino inſtitutum, 336. LXXVI.
Colluthus una cum hæreſi ſua in Concilio Alexandrino damnatus, 319. XXIII.
Colluthus Junior Eccleſiam ſibi Iſchyræ ab Imp. erigendam obtinet, 335. XXXIX.

Co-

Colonienſe Concilium, cujus Acta fide vacillant, 346. VII. & ſeq.
Columna porphyretica erecta Conſtantinopoli titulo pietatis, 330. XV. Reliquiæ baſi poſitæ, ibid.
Comæ nimius cultus arguitur in Conſtantino, 337. XXVIII.
Cometa apparuit tempore obitus Conſtantini, 337. VII.
Comitatus, honor inſignis, a Conſtantino Chriſtianis inſignioribus collatus, 327. XVII.
Comites Conſtantii curant Synodum, 359. LXVIII. LXXI.
Communicare Memoriis Sanctorum quid, 322. VI.
Communicare cum hæreticis nec in cibo tempore neceſſitatis Euſebius Vercellenſis voluit, 356. XCVI. & ſeq.
Communicatio cum Romana Eccleſia facit aliquem eſſe Catholicum, 322. III.
Communicatio Catholica per Formatas litteras fieri ſolita, 325. CLXIII.
Communicatione Formatarum dignoſci Catholicum, 322. VI.
Communionem Romani Pontificis Donatiſtæ cur ſuffurari conati, 322. III. Item Ariani, 339. XIII.
Concilia bis in anno ex decreto Concilii Niceni ab Epiſcopis celebranda, 325. CLVI. Idem Euſebiani ſtatuunt, 332. XXXIV.
Concilia Provincialia frequentia poſt Nicænum Concilium, 325. CXCVII.
Concilia Arianorum qualia eſſe ſolerent, 341. III.
Concilia Epiſcoporum frequentia Romæ, 342. XXXIV.
Concilia frequentia cur cogerent Ariani, 344. VIII.
Concilia ab hæreticis Principibus congregata qualia eſſe ſoleant, 359. VI.
Concilii medius locus erat ſedes Evangelii; vice Chriſti ſedentis, 325. LIX.
Concilio, ubi de fide agitur, intereſſe non licere catechumeno, 355. XII.
Conciliorum Oecumenicorum decreta confirmantur a Romano Pontifice, 325. CC.
Conciliorum decreta abſque aſſenſu Romani Pontificis rata non haberi, 341. VI.
Concilium & Eccleſia idem, 321. XVII.
Concilium Generale abſque auctoritate Romani Pontificis congregare non licet, 325. X.
Concilium quodnam dicendum Oecumenicum, 347. VII. Quodnam Generale, 347. VIII. Quodnam Plenarium, ibid. IX.
Concilium Agrippinenſe, 346. VII. Ejus Acta fide vacillant, ibid. Alexandrinum Generale ſub Oſio legato, 319. XXIV. Antiochenum in Encæniis ab Arianis celebratum, 341. II. Quot ad illud Epiſcopi convenerint, 341. IV. Catholici quoque in eo, ibid. Quid ibi Ariani ſeorſim ab aliis egerint, 341. VIII. Ejus Acta, ibidem, Ejuſdem Synodica, 341. XXXIII. Haud recenſendum inter Catholica Concilia, ibid. XXXIV. Antiochenum ſecundum ab Arianis collectum, 344. I. Arelatenſe aliud ſub Conſtantio, 353. XXII. Ariminenſe duplex, legitimum & ſpurium, 359. LI. Ariminenſe legitimum a Conſtantio, 359. I. Ab eodem collectum, 359. II. Ejus Acta, 359. II. III. & ſeq. Rejicit perfidiam ab Arianis ſcriptam, & probat Concilii Niceni fidem, 359. X. & ſeq. Qualem finem acceperit, 359. XV. Ejus ad Conſtantium Epiſtola Synodalis, 359. XX. & ſeq. Jure dicendum Catholicum, 359. LI. Textus ejus depravatus reſtituitur, 324. LIII. Ariminenſe hæreticum quodnam, 359. LV. & ſeq. Ejus Acta, 359. XXXIX. & ſeq. Byterrenſe quando celebratum, 353. XXII. 356. CV. Geſta in eo, ibid. Ejus celebrandi cauſa quænam fuerit, 356. CVII. Carthaginenſe, ei innotuit Concilium legitimum Sardicenſe, 347. CV.
Carthaginenſe primum quando celebratum, 337. LXXII. 348. XVII. Sub Julio Papa factum, ibid. Poſt expulſos Epiſcopos Donatiſtas, 348. XL.
Cæſareæ Palæſtinæ doloſe petitur ab Euſebianis, 348. V. & ſeq.
Conſtantinopolitanum ex Euſebianis ſub Conſtantino collectum, 336. XXVIII. Cognoſcit cauſam Marcelli Ancyrani, 336. XXXI.
Conſtantinopolitanum celebratum ab Acacianis ſub Conſtantio poſt Seleucienſe, 359. LXXXIII. Ejus litteræ adverſus Aëtium, 359. XCIV. Quanta mala ex eo provenerint, 359. CXI. & ſeqq. Dictum Concilium reproborum, 359. CXIX. Jeroſolymitanum ſub Conſtantino qua ex cauſa collectum; & ex quibus provinciis Epiſcopi, 335. XLII. Quid ibi ſit actum, 333. XLIV. Vide, Jeroſolymitanum Concilium. Jeroſolymitanum a Maximo Epiſcopo Jeroſolymitano pro Athanaſio collectum, 350. XIII. Mediolanenſe Arianorum ſub Conſtantio, 344. V. 346. III. Mediolanenſe, in quo Valens & Urſacius recantarunt palinodiam, 350. XIX. Mediolanenſe aliud ſub Conſtantio, 333. II. Jure dicendum factio ſceleratorum, ibid. Trecentos habuit Epiſcopos congregatos, 353. XI. Cur idem ex Eccleſia tranſlatum ſit in Palatium, 353. X. Nicææ in Bithynia a Conſtantio indicitur, 358. VI. Sed irritum redditur, 358. VIII. Nicææ Thraciæ a Conſtantio congregatum, 359. XXVIII. XXXIII. Ibi geſta, 359 XXXV. & ſeqq. Nicænum decernitur, 324. CXXVIII. Vide Nicænum Concilium. Nicomediæ indictum prodigioſo terræmotu impeditur, 358. I. Romanum aliud ſub Silveſtro fidem facit de Baptiſmo Conſtantini, 324. XXIX. Romanum aliud poſt Baptiſmum Conſtantini ab eodem Silveſtro habitum, 324. CXXIV. In ejus conſeſſu, cæteris omnibus ſtantibus, ſoli ſedent Epiſcopi, ibid. CXXVI. Ejus Canones, 324. CXXIX. Romanum aliud poſt Nicænum ab eodem Silveſtro celebratum, 325. CXCIX. Romanum ſub Julio, 337. LXVII. Romanum aliud ſub Julio, in cauſa Athanaſii indictum, 340. I. Quando celebratum, 341. XLVI. Romanum aliud ſub eodem Julio contra Euſebianos habitum, 341. XXVIII. Sardicenſe a Julio Papa procuratum & indictum, 346. V. Quando celebrari cœptum, 347. I. Quot ad illud Epiſcopi convenerint, 347. III. Oecumenicum fuiſſe declaratur, 347. VII. Ad illud fruſtra Comites ab Arianis adducti, 347. XIV. Ejus congreſſum declinant Ariani, & fugam arripiunt, 347. XV. & ſeq. In eo damnatis Arianis, Athanaſius abſolvitur, ibid. XVI. Ab eodem cauſa Marcelli Ancyrani & Aſclepæ Gazenſis cognita, 347. XX. In eo damnati Epiſcopi Ariani, 347. XXII. Epiſtola ejus Synodalis ad Julium Papam, 347. XXV. & ſeqq. Ejuſdem Epiſtola circularis ad omnes Eccleſias, 347. XXXVII. Appendix ejus commentitia oſtenditur, 347. XLII. In eo nihil novi de fide actum, 347. XLIV. Damnatus in eo Photinus, 347. XLVIII. Canones ibi ſtatuti, 347. LI. & ſeqq. Latine a Latinis editum, Græce a Græcis, 347. LVII. Ejus duplex naufragium, 347. L. & ſeqq. Marcelli cauſa infamatum, ibid. Excuſatur, 347. LXVI. Nihil minus habuit a Nicæno, 347. CVII. Sardicenſe aliud, ab Arianis habitum, 347. LVIII. Ejus Acta, 347. LXX. & ſeqq. In eo nova fidei formula ab Arianis edita, 347. LXXI. Ignoratum ab Auguſtino, 347. LXXIX. Deperditum in Africa, 347. CVII. Seleucienſe ab Arianis indictum, 359. I. Quot Epiſcopi interfuerint,

rint, 350. LXV. Ejus Acta, 359. LXIX. & ſeqq. Ejuſdem Acta ex S. Hilario, 359. LXXXI. Cum Conſtantinopolitano unum a S. Gregorio Nazianzeno vocatum, 350. CXI. Sirmienſe quando celebratum, & qua occaſione, & quæ acta in eo, 357. I. & ſeqq. Nova fidei formula in eo conſcripta, 357. IX. Secunda fidei formula ibidem edita, 357. XI. Tyrium cogendum annuit Conſtantinus, 334. III. Vide Tyrium Concilium. Vaſenſe verſiculum Illum, ſicut erat &c. poſt Gloria Patri, &c. canendum ſtatuit, 325. CLXXVI. Quomodo prius a poſteriori Concilio diſcernendum, ibid.

Concubinatus lege Conſtantini ſublatus, 329. XX.

Confeſſio fidei ab Ario & Euzoio ſcripta, 335. XLVIII. Probata in Concilio Jeroſolymitano, 335. XLII.

Confeſſio fidei, cui perfidi Epiſcopi in Oriente ſubſcripſerunt, qualis, 359. XXXVI.

Confeſſio peccatorum apud Judæos quæ, 347. XVIII.

Confeſſionem coactam non exigere a nobis Deum, 324. LXXXII.

Confeſſorum cicatrices oſculatur Conſtantinus, 325. CXCII.

Confirmatio Nicænæ Synodi petitur a Silveſtro Papa, 325. CLXXI.

Confraternitas, Mortis dicta, quando cœpta, & quando reſtituta, 336. LXXVI.

Congiarium a Conſtantino datum Eccleſiis, 325. CXCIII.

Conjugati ſic interdum eligebantur Epiſcopi, ut deſinerent eſſe mariti, 355. LXXI.

Conſeſſus Nicæni Concilii quomodo ſe habuit, 325. LII. In Conſeſſu Synodali ſiniſtra pars dignior exiſtimata, 325. LVII. Ejus ratio, ibid. LVIII. In ejus medio thronus locari ſolitus, in quo vice Chriſti Evangelium ponebatur, 325. LIX.

Conſilium Conſtantini erigendæ novæ civitatis quale & unde, 324. CXXXIX.

Conſtans Imperator quando baptizatus, in Occidente imperat, 337. LII. Necis fraternæ excuſatur, 340. XLIII. Qualis erga Athanaſium fuerit, 342. XLI. Sibi ab Athanaſio breviarium divinæ ſcripturæ petit, ibid. Francos ſuperat, 342. XLV. Pro exulibus Epiſcopis litteras ad Conſtantium fratrem mittit, 342. XLVIII. Athanaſium Mediolanum accerſit, 346. III. De cuſtodienda fide Catholica ad Conſtantium ſcribit, 346. VI. De cogendo Concilio Sardicenſi cum fratre agit, ibid. Ad Catullinum de parcendis templis extra urbem poſitis reſcribit, 346. X. Omnia ubique deorum templa claudi jubet, ſacrificiaque prohibet, 346. XI Antiochiam ad Conſtantium fratrem Legatos mittit, 348. VII. Pro reſtitutione Athanaſii atque Pauli ad eumdem ſcribit, 348. XIII. & ſeq. In Africam, ad componendam ſciſſam Eccleſiam Legationem adornat, 348. XVIII. Eodem ad conciliandos cum Eccleſia Donatiſtas, eleemoſinas mittit, 348. XXI. Eccleſiæ Africanæ unitatem reſtituit, 348. XLIV. Quando, quomodo, ubi, & a quibus occiſus, 350. I. Chriſtianis Ducibus nimium fidens fœdiſſime fuit deceptus, 350. IV. Occiſus lugetur & laudatur ab Athanaſio, ibid. Ab eodem Martyr nominatur, ibid. V. Aliæ ejuſdem dignæ laudes, 350. VI. In aliquibus Conſtantino patri ſuo præferendus, ibid. Defunctus calumniam patitur ab Ethnicis Hiſtoricis, ſed purgatur, 350. VII. Eo ſuperſtite coactum Concilium Mediolani, in quo Valens & Urſacius recantarunt palinodiam, 350. XIX. Ejus obitus præmaturi cauſa a Gentilibus male cognita, 346. XI. Ejus opera egregia pro fide Chriſtiana breviter recenſita, 350. VI. Ejus fide Catholica laudatiſſima, 350. VII. Innocens ejus ſanguis vindictam a Deo obtinuit, 351. VI.

Conſtantia Filia Conſtantii Clori Nicomediæ agens, miro Chriſti Salvatoris imaginem videndi deſiderio tenetur, 324. XC. Quam cum ab Euſebio Pamphili Palæſtinæ Metropolitano expectaret, ab eodem Arianæ perfidiæ veneno inficitur, 324. XCII. Arianis favet, 327. II.

Conſtantia filia Conſtantini curata apud ſepulcrum Sanctæ Agnetis, 324. CVII. Eamdem Conſtantinam appellandam eſſe, tum ex antiqua Inſcriptione tum ex carmine Althelmi Anglorum Epiſcopi monet Auctor, 324. CVIII. Gallicano deſponſata, 330. LII.

Conſtantia civitas in honorem Conſtantiæ filiæ Conſtantii erecta, 326. LVIII. Ex Majuma, portu urbis Gazæ, 326. LXXX.

Conſtantiniana baſilica Jeroſolymis, 326. XXXVI.

Conſtantiniana Daphne cur ſic dicta, 351. IV.

Conſtantiniana Daphnenſis legio nova ſic dicta, ibid.

Conſtantina ſoror Conſtantis data Gallo in matrimonium, 350. XL.

Conſtantinopolis civitas quando & a quibus Deo dicata, 325. CXCV. Ventorum defectu fame vexatur, 326. CXCVIII. Dies ejus natalis celebrandus indicitur, 330. III. Quomodo dicatur B. Mariæ Virgini dedicata, ibid. IV. Ejus ſtructura & ornamenta, 330. IV. Caruit idolis, 330. VI. Ludibrii cauſa illic quædam deorum ſimulacra collocata, ibid. Spoliis aliarum civitatum aucta, 330. VII. Permultis Eccleſiis a Conſtantino ornata, ibid. 330. XVIII. Dicta nova Roma, 330. VIII. Eadem loca ibidem quæ Romæ ædificata, & nomina impoſita, ibid. Emula gloriæ Romæ, 333. IX. Ejus amplitudo & frequentia, ibid. Numquam æquari potuit veteri Romæ, 330. XIII. Æmula Romæ in omnibus, etiam quo ad Sedis Apoſtolicæ primatum, 330. XIV. Ædificiis veteribus ibidem magnifice ampliatis, tantum carceres humiles relicti, nec ampliati 330. XXVI. Civibus Romanis referta, ibid XXVII. Non tantum Juris Italici, ſed ipſius veteris Romæ prærogativa a Theodoſio Imperatore locupletata, 330. XXXII. Cædes magnæ ibidem inter Catholicos & Arianos agente Macedonio patratæ, 351. XLV.

Conſtantinopolitana bibliotheca a quo ædificata, 330. XXVI. Quot in ea librorum millia recenſita, ibid. Quando flammis abſumpta, ibid.

Conſtantinopolitana Eccleſia a quibuſdam, ſed falſo, inter Sedes Patriarchales annumerata, 324. CXXI. & ſeq. Parochia tantum fuit Heraclienſis Eccleſiæ, ibid. Multa de ea conficta refutantur, 324. CXXIII. De ea Sede in Concilio Nicæno nulla mentio, 325. CLI.

Conſtantinopolitani male habiti a Conſtantio Imperatore ob cædem Hermogenis, 342. XLVI.

Conſtantinopolitanis civibus annonam Imperatores annuam decrevere, 330. IX. Sed domos ædificantibus tantum, 330. X.

Conſtantinopolitanorum Epiſcoporum ſucceſſio, 340. XV.

Conſtantinopolitanum ſtudium litterarum florentiſſimum, 330. XXVI.

Conſtantinopolitanum Concilium Arianorum ſub Conſtantino, 336. XXIX. Aliud ſub Conſtantio poſt Seleucienſe, 359. LXXXIII. Quanta mala ex eo, 359. XCI. & ſeq. Inde Synodus reproborum appellatum, 359. CXIX.

Conſtantinus Conſtantii ex Helena filius barbaros Sarmatas tumultuantes ſæpius vicit, 319. II.

Scy-

Scythas, Gothos, & Sauromatas ſuperat, 319. III. Ad Arium litteras contumelioſas ſcribit, 310. VI. & ſeq. Ejus cum Ario dialogiſmus, 319. X. Furorem & laſciviam ex Homeri verſibus Ario exprobrat, 319. XI. Ex barbarorum motibus in Occidentem revocatur, 319. XXVIII. Aruſpices, lege in eos ſancita, damnat, 319. XXIX. Pro Clericorum immunitate reſcribit, 319. XXX. Ejuſdem adverſus libellos famoſos ſcribentes reſcriptum, ibid. Ex Oriente in Gallias venit, 320. III. Leges adverſus cælibatum ſancitas abrogat, 320. VI. Pii cælibatus amantiſſimus fuiſſe oſtenditor, 320. XIII. Et ab avaritia alienior, 320. XIV. Leges ejus Reipublicæ valde proficuæ, 320. XV. Lege ſancita teſtaotibus favet, ſcrupuloſa verborum poſitione abrogata, 320. XVI. Pœnas adverſos debitores olim ſtatutas tollit, 320. XVII. Qui lucri tantum cauſa Clericatum ambireot, eos clericos fieri vetat, 320. XIX. Adverſus raptores virginum & viduarum ſeveriſſimam legem edit, 320. XXIV. Donatiſtas incorrectos a Deo puniendos ab exilio relaxat, 321. II. Ejus de feriatione diei Dominicæ ſanctio, 321. XI. Pietas ejuſdem in ſanctificandis diebus ſacris laudatu, 321. XIII. & ſeq. Militibus Deum precandi ritum præſcribit, 321. XIV. Adverſus maleficos reſcribit, 321. XVI. Chriſtianis bona ſua Eccleſiis relinquendi facultatem concedit, 321. XVII. In pejus prolapſus Aruſpices conſuli debere decernit, 321. XVIII. Chriſtianitatis ejus certa indicia, 321. XXI. Jam Chriſtianus, cum Senatu adhuc Gentili magna dexteritate agit, 321. XXII. Pro Aruſpicina reſcribens, multa ſibi mala peperit, 321. XXII. XXIII. Ejus erga pauperes munificentia, 322. II. Ob partum Criſpi & Helenæ reis omnibus, quibuſdam tantum exceptis, indulget, 322. III. Pro Chriſtianorum ſecuritate reſcribit, 323. I. Unde viſus fuerit a Chriſtiana Religione deſciviſſe, ibid. Cur Criſpum filium & alios occidi juſſerit, 324. II. Conſtitutiones & leges Licinii abolet, 324. IV. Crimen ejus de nece ſuis illata ab Hiſtoricis pluribus mala retiretur, 324. V. Tempora ejus aurea, ſed Neroniana, 324. IX. Familiares ab eo juſſi occidi, 324. XII. Facti pœnitens, purgationem delicti quærit, 324. XVII. Et apud Chriſtianos tantum expiandi facinoris remedium per Baptiſmum invenit, ibid. Ejus Baptiſmus ex Gentilibus & Chriſtianis Scriptoribus ſatis probatus, 324. XXVII. Per Hiſpanum Ægyptium quomodo dicatur perſuaſus baptizari, ibid. Ab Oſio ad Baptiſmum ſuſcipiendum inductus, ibid. Petrus & Paulus Apoſtoli ei apparent, 324. XXXII. Ejus Baptiſmus in Actis Silveſtri deſcriptus, 324. XXXIII. Avitam ſuperſtitionem ex parte ſaltem reſumpſiſſe videtur, 324. XXXIV. A Fauſta uxore deceptus ad Gentilitatem redit, 324. XXXV. De ejus lepra, veritas aſſerta, 324. XXXVI. Silveſtrum ad ſe in Urbem accerſit, 324. XXXVIII. Quomodo putaverit Epiſcopos eſſe deos, 324. XXXIX. Apoſtolorum Petri & Pauli imagines a Silveſtro ei oſtenduntur, 324. XL. Baptiſmo initiatur, 324. XLI. Regium diadema pœnitentiæ cauſa deponit, ibid. A lepra curatur, ibid. Baptiſmus ei collatus, ſed paucis arbitris, 324. XLII. Scriptores ei Baptiſmum Romæ collatum negantes refelluntur, 324. LIII. LV. & ſeqq. Ejus baptiſmi Romæ collati aſſertor Euſebius, licet invitus, 324. XLIX. Poſt obitum ab omnibus pius & ſanctus prædicatus, 324. XLVIII. Ante obitum ſæpe ſacris interfuit, a quibus Cathecumenus arcetur, 324. XLIX. Coram Nicæno Concilio ſe baptizatum profitetur, ibid. Locum Baptiſmi inſigniter ornat, ibid. Eidem Baptiſterio multa donat, 324. LVIII. In ulbis poſitus quid ſanciverit, 324. LX. S. Petri baſilicam erigit, propriiſque humeris duodecim cophinos terra repletos adportat, 324. LXII. Quæ ornamenta & dona S. Petri baſilicæ contulerit, 324. LXIV. Romæ S. Pauli baſilicam erigit, eamdemque ornamentis & redditibus auget, 324. LXVI. Item baſilicam Lateranenſem, 324. LXVII. Effuſa ejus munificentia in ornandis ac ditandis Eccleſiis, 324. LXXII. A donis tamen templorum Gentilium deorum abſtinet, 324. LXXIII. Gentiles ad fidem hortatur, non cogit, 324. LXXIV. & ſeqq. Poſt Baptiſmum Senatuſconſultum habet in baſilica Ulpia, 324. LXXV. Sacerdotium Chriſtianæ religionis privilegiis illuſtrat, 324. LXXVIII. Publico edicto omnes ad Religionem capeſſendam hortatur, 324. LXXXIII. & ſeqq. Et beneficiis allicit, 324. XCII. Ejuſdem egregia fidei confeſſio edicto ſignificata, 324. LXXXVIII. Idololatriam lege lata prohibet, 324. XCIII. Eccleſiaſque Chriſtianorum amplioribus ſpatiis exædificari jubet, ibid. De erectione Eccleſiarum ad diverſos Epiſcopos litteras mittit, in primiſque ad Euſebium Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopum, 324. XCV. 324. CLIII. Ejus imago cum dracone pingi ſolita quid innuat, 324. CII. Immenſum ejus ſtudium & celeritas in erigendis Eccleſiis, 324. CIII. Ejus ad Menandrum de publicis ædificiis cito perficiendis reſcriptum, 324. CIV. Ejuſdem de architectis comparandis reſcriptum, ibid. Complura ejus ædificia ob nimiam celeritatem cito diruta, ibid. Contumelias a Gentilibus Chriſtianæ Religioni illatas pie ulciſcitur, 324. CV. Romæ Baſilicam S. Crucis erigit, 324. CVI. Item ibidem S. Agnetis baſilicam, ibid. Quibus eam donis ornaverit, 324. CIX. S. Laurentio baſilicam extruit, 324. CXIII. Martyrum Reliquias mirifice ornat, 324. CXIV. SS. Marcellino & Petro via Lavicana baſilicam erigit, 324. CV. Complures aliæ baſilicæ in Italia & aliis Occidentalibus regionibus maximis impenſis ab eo conſtructæ, 324. CXVI. In Gallia ſanctiſſimæ Dei genitrici Mariæ templum mirando opere ædificari ab eo mandatum, non ſine miraculo perficitur, ibid. Modeſtia prædicatur, quod nulli baſilicæ a ſe erectæ titulum nominis ſui appoſuerit, 324. CV. Trajanum contra facientem merito deridet, ibid. Donatio ejus Eccleſiæ Romanæ facta cujus ſit fidei, 324. CVIII. & ſeq. Romanæ Synodo ſub Silveſtro celebratæ intereſt, 324. CXXV. Ejus pia pro Chriſtiana religione officia, 324. CXXXII. A Senatu populoque Romano contumeliis laceſſitur, 324. CXXXII. Gentilium ſacra palam deteſtatur, 324. CXXXIII. Admiranda ejuſdem poſt ſuſceptum Baptiſma mutatio, 324. CXXXVIII. CLIX. Qua de cauſa Romam deſerere & novam civitatem erigere decreverit, 324. CXXXIX. Antiquum Ilium reſtaurare aggreditur, ibid. Eo tamen imperfecto relicto Byzantium reſtaurandum & amplificandum delegit, 324. CXLI. Quo tempore ab Urbe in Orientem receſſerit, 324. CXL. Ejus ad populum Antiochenum de Epiſcopi electione diſſidentem litteræ, 324. CXLVIII. Ejuſdem aliæ ad Arianos, qui Antiochiæ ad electionem Epiſcopi convenerant, 324. CLIV. Ejus imago ab Ægyptiis lapidatur, 324. CLVIII. Patientiæ ejuſdem egregium exemplum, 324. CLIX. In Orientem profecturus de Concilio univerſali celebrando a Silveſtro admonetur, 324. CLXII. Euſebii teſtificatione conſtat, Vicennalibus ejus celebratum eſſe Concilium Nicenum, 325. IV. 325. CLXXXVI. Vigilans ejus in convocando & celebrando Nicæno Concilio ſtudium, 325. XIV. Per publicas vecturas Epiſcopos ad

idem

idem Concilium convocat, 325. XV. Magno honore Epiſcopos Nicæam ad Concilium venientes excipit, 325. XVI. Ab Ariania adverſus alios Epiſcopos interpellatur, 323. XL. & ſeq. Libellos accuſationum ſibi ab iiſdem in Catholicos oblatos exuri juber, 325. XLII. Quantum ſacerdotibus detulerit, ibid. Ejus in Synodum ingredientis habitus atque modeſtin, 325. LIII. In Nicæno Concilio liberam unicuique eſſe voluit dicendi fiduciam, ibid. Ejus Oratio in Nicæno Concilio habita, 325. LIX. Cur potius Latine quam Græce in Concilio locutus fuerit, ibid. Quas partes in eodem Concilio ſuſtinuerit, 325. LXXI. In ejus gratiam Ariani rectæ fidei formulæ ſubſcribunt, 325 LXXII. Alios item Arianos a Magna Synodo condemnatos palinodiam recantare induxit, 325. LXXVII. Thaliam Arii edicto vetuit, 325. LXXXIII. Ejus ad Porphyrinm Poetam litteræ, quibus eumdem ab exilio revocat, 325. XC. Ejuſdem ad Alexandrinos tempore Concilii Nicæni de Arii condemnatione epiſtolæ, 323. XCI. Alia ejuſdem epiſtola de Paſchate una ab omnibus die agendo, 325. CV. & ſeq. Litteris ad Euſebium Pamphili datis, eumdem quod librum de Paſchatis myſterio ſcripſiſſet, collaudat, 325. CXIV. Acceſium Epiſcopum Novatianum ad Concilium evocat, quidque inter eos actum, 325. CXLII. Ejus erga Epiſcopos ſtudium finita jam Synodo, 325. CLXXXVIII. Ejuſdem ad eoſdem admonitio, 325. CXC. Cicatrices Confeſſorum exoſculatur, 325. CXCII. Inſignis ejus in omnes munificentia, 325. CXCIII. Poſt Concilium Nicænum adverſus Magiſtratus edictum promulgat, 325. CCIII. Gladiatores Lege prohibet, ibid. CCIV. Crucis ſupplicium ab eodem ſublatum, 325. CCV. Imagines ſuas Crucis ſigno decoras pingi voluit, 323. CCVI. Imago ejus Deum precantis inſtar in nummis expreſſa, ibid. Aliæ ejuſdem imagines repræſentantes eum cælum intuentem & orantem, 325. CCVII. Imaginem ſuam idolorum templis affigi vetuit, ibid. 326. LXXXI. Diverſarum Gentium Legationes accipit, Blemmium, Æthiopum, Indorum & Perſarum, 325. CCVIII. Litteræ ejuſdem pro Chriſtianis ad Regem Perſarum, 325. CCX. Dicta Perſarum Regi ſuſceptæ a ſe fidei rationem reddit, 325. CCXI. Meletianis poſt Nicænum Concilium nihil unquam Indulſit, 326. X. Privilegia Catholicæ Eccleſiæ Clericis conceſſa Meletianis adimit, 326. XV. & ſeq. Ejus adverſus hæreticos & ſchiſmaticos reſcriptum, ibid. Idololatriam peſſumdat, 326. XXVI. Totuſque eſt in ſacris ædificiis extruendis, 326. XXVII. Loca ſacra Jeroſolymis expurgat, & novis Eccleſiis erectis exornat, 326. XXIX. Ejuſdem de extruendis Jeroſolymis Eccleſiis ad Macarium Epiſcopum Litteræ, 326. XXXI. Nobiliſſima baſilica ab ipſo Antiochiæ erecta, Dominicum aureum appellata, 326. LXV. Alia item ſumptuoſiſſima Nicomediæ in Bithynia, ibid. Ad Quercum Mambre templum exædificari curat, de eoque erigendo ad Macarium litteras mittit, 326. LXVI. & ſeq. In monte Libano Veneris templum diruit, 326. XX. Item apud Ægeas Æſculapii, 326. LXXI. Panis ſimulacrum ab eo ſublatum, 326. LXXII. Turpitudines Gentium ſancita lege vetuit, 326. LXXIV. Non omnia Gentilium templa evertit, 326. LVIII. Idolis ſacrificia offerre edicto prohibet, 326. LXXIX. & ſeq. Turpia Sacra aboleri mandat, 326. LXXVII. Ea etiam Ægyptiis interdicit, ibid. Cubitum e Serapidis templo in Alexandrinam Eccleſiam transferri mandat, 326. LXXIX. Gentilium templorum donaria relinquit intacta, 326. LXXXI. Martyrum Memorias erigit, eorumque natales celebrari curat, 326. LXXXII. Occultas quoque turpitudines lege inſectatur, 326. LXXXIII. Quoſnam in Clerum adſcribi prohibuerit, 326. LXXXIV. Noleos in Tribunos dalinquens, divinitus a S. Nicolao admonetur, 326. XCIII. Ad S. Nicolaum una cum litteris dona mittit, 326. XCIV. Ejus de Ablavio vaticinium, 326. XCVI. Advocatorum rapinas reſcripto cohibet, 326. XCVII. Quo pacto in Sopatrum Philoſophum, tamquam in magum animadverti juſſerit, 326. XCVIII. Occaſione S. Nicolai, judicia & teſtimonia Epiſcoporum rata decernit, 326. XCIX. Ab Euſebio Nicomedienſi in Athanaſium commovetur, 327. IV. Quæ iratus ad Athanaſium ſcripſerit, ibid. Ejus religio qua occaſione ad barbaros propagata, 327. XVI. Nobiles viros in Chriſtum credentes honoribus cumulat, 327. XVII. Joſephum jam ex Judæo Chriſtianum Comitatus honore donat, 327. XVIII. S. Antonium litteris ſalutat, 328. VII. In delatores & calumniatores Meletianos juſte agit, 329. IV. & ſeq. Epiſcoporum cauſas cognoſcere ſuæ juriſdictionis non eſſe, ingenue fatetur, 329. VII. & ſeq. Euſebium Nicomedienſem cum aliis in exilium pellit, 320. VIII. & XII. Ejus de exilio Euſebii & ſucceſſoris ſubrogatione ad Nicomedienſes epiſtola, 320. IX. & XIII. Concubinatum ſancita lege tollit, 329. XX. Statua equeſtris ei Conſtantinopoli collocata, 330. VII. Conſtantinopolitanis civibus annonam donat, & qua occaſione, 330. X. Civitatem Conſtantinopolitanam Deo commendat, 330. XV. S. Michaeli Archangelo templum erigit, 330. XX. Ejus ad Euſebium de libris ſacris conſcribendis & Conſtantinopolim mittendis litteræ, 330. XXIV. Scientiarum ſcholas Conſtantinopoli erigit, 330. XXV. Bonarum Artium nutritor appellatus, ibid. Earumdem profeſſoribus privilegia Indulget, ibid. Novos Magiſtratus inſtituit, 330. XXIX. Pontem ſaxeum ſuper Danubium extruit, 330. XXXVII. A Zoſimo multiplicium tributorum accuſatur, 330. XXXIII. A canino dente Zoſimi eum lupum appellantis vindicatur, 330. XXXIV. A calumnia item Zoſimi de debitorum vexatione defenditur, 330. XXXVII. Præter Eccleſias, ſumptuoſiſſima etiam ædificia erexit, ibid. Tributum Folles appellatum indicit, 330. XXXVIII. Item aliud, Chryſargyrum dictum, ibid. An Senatoribus tributum Follis impoſuerit, 330. XLII. Illum tributa relaxaſſe non auxiſſe oſtenditur, 330. XLVII. & ſeq. Barbaris bellum infert, 330. XLIX. Scythas tributarios efficit, ibid. Quid pro Clericis adverſus Donatiſtas reſcripſerit, 330. LVI. Exules Epiſcopos Arianos in gratiam Conſtantii & Conſtantiæ reſtituit, 330. LVII. Delmatio Cenſori cognitionem cauſæ Athanaſii a Meletiania homicidii inſimulati committit, 331. IV. Avaritiam præfectorum lege edita coercet, 331. XIV. Ejus ad Athanaſium poſt inventum Arſenium litteræ, 333. II. Euſebianis de Tyrio Concilio cogendo aſſentitur, 334. II. Et ob id merito redarguitur, 334. III. Quibus verbis perſuaſus ſit ab Euſebianis inſtaurari judicium in Athanaſium, 334. IV. Ejus litteræ de Synodo Tyri celebranda, 334. VIII. Lege lata vetuit miſerabiles perſonas cogi Imperatorem adire, 334. X. Favit plus cæteris teſtamento militari, ibid. Ejus Tricennalia, 335. I. Ejuſdem de erigenda Eccleſia Iſchyræ reſcriptum, 335. XXXIX. & ſeq. Ejus ad Arium litteræ, quibus eum honorifice ad ſe accerſit, 335. XLIX. Concilii Jeroſolymitani Acta probat, 335. LIV. Ejus ad Euſebianos litteræ, 336. III. Euſebianos Jeroſolyma Conſtantinopolim venire jubet, ibid.

III. & ſeq. Regia ejus ab Aulicis Arianis ſepta, ab iiſdemque Catholicis acceſſus ad Imperatorem intercluſus, ibid. Ejus modeſtia in nimia laude vitanda, 336. VIII. Calumniatoribus & falſis teſtibus credens, Athanaſium in exilium ablegat, 336. IX. Utcumque excuſatur a Concilio Alexandrino item ab ipſo Athanaſio, 336. XI. Necnon a Theodoreto, 336. XVI. A Lucifero Calaritano hæreſeos inſimulatur, 336. XIV. Quid ad Antonium in cauſa Athanaſii exilio mulctati reſcripſerit, 336. XVII. Joannem Principem Meletianorum exilio damnat, 336. XVIII. Epiſcopos Ægypti Athanaſii communicatores e ſedibus ſuis pellit, 336. XIX. Filiis ſuis Imperium partitur, 336. XXV. Quos optime inſtituit, 336. XXVI. Ob relegatos Epiſcopos male audit, 336. XXXVII. Perſecutoris nomen non evaſit, ibid. Suſpicione labis Arianæ laborat, 336. XXXVIII. Ab Auctore defenditur, ibid. & ſeq. Eo vivo, nemo adverſus Nicænum Concilium mutire xuſus, ne quidem ipſi Euſebiani publice, 336. XL. In Perſas expeditionem parat, 336. LXVIII. Templum Apoſtolorum Conſtantinopoli extrui mandat, 336. LXX. Nequis Judæos inquietare audeat, lege cavet, 336. LXXV. Alia ejuſdem lex, Ne Judæi Chriſtianum mancipium poſſideant, ibid. Obitus ejus tempus, & ætas, 337. I. & ſeq. Quot annis imperarit, 337. II. Corporis ejus optima ac jugis valetudo, ibid. Senectus item viridis, ibid. Uſque ad ultimam ſenectutem Orationes conſcripſit, 337. V. Oratio ejuſdem noviſſima funebris, 337. VI. & ſeq. Veneno potatus interiit, 337. LIV. Filios ut ſibi a patruis caveant moneri curat, 337. VI. Ejus obitus tempore Cometes viſus, 337. VII. Ejus teſtamentum, & Imperii inter filios diviſio, 337. VIII. Jam moriturus, teſtamentum ſuum Presbytero Ariano credit, ibid. Moriens Athanaſium reſtituendum mandat, ibid. De conſuetudine cum Arianis excuſatur, 337. X. Ejus obitus ab eunuchis occultatus, ibid. Eunuchos infimo loco habuit, ibid. Corpus ejus Conſtantinopolim delatum, 337. XII. Funeris ejus pompa egregia, ibid. Ejus filii Auguſti nominati, 337. XIII. Ejus dignæ laudes, 337. XVII. Poſt obitum relatus in cælum in nummis effigiatus, ibid. & ſeqq. Imago ejus velata, & inſtar aurigæ cur in nummis cuſa, ibid. Ab Ethnicis etiam inter divos relatus, 337. XX. A Græcis Sanctus colitur, ibid. In veſtibulo baſilicæ Apoſtolorum ſepultus, 337. XXI. In ejus obitu quantus Romanorum luctus, 337. XXII. Effigies ejus & corporis habitudo, 337. XXIII. Ejus mores, 337. XXIV. Quomodo fuerit gloriæ militaris appetentiſſimus, 337. XXV. Ut nimia laudis avidus immerito a Victore carpitur, ibid. A Juliano Apoſtata ſugillatur, quod Magiſtratus in barbaros contulerit, 337. XXVI. Item quod voluptatibus & deliciis deditus fuerit, 337. XXVII. A calumniis adverſariorum vindicatur, 337. XXVI. Capitis & comæ ejus ornatus a dicto Juliano carpitur, 337. XXVIII. Solus poſt Trajanum Dacos domuit, 337. XXVII. Diadema perpetuo geſtare ſolebat, 337. XXIII. Cur ſtulti ſolia in gemmas & aurum mutarit, 337. XXIX. Davidis exemplum in eo ſecutus, ibid. Militiæ aſſuetus laborumque admodum patiens, 337. XXXII. Complura ſcripſit, 337. XXXIII. & ſeqq. Præcipue adverſus idola, ibid. Sæpe concionabatur, ibid. Dicendi imprimis peritus, 337. XXXIV. Omnis ejus felicitas ex Chriſtiana religione, 337. XXXVI. Gloria ejus ex conſuetudine cum Arianis nonnihil obſcurata, 337. XXXVI. & ſeqq. In dejiciendis Idolorum templis quam rationem inierit, 337. XLVI. 351. III. Filii ejus Imperium inter ſe partiuntur, 337. LII. Fratribus necem inferri mandat, 337. LIII. & ſeq. Memoriam Apollinis in Daphne abolere conatur, 351. III. Ei non cedit dæmon, ſed martyri Babylæ, 351. V. Corpus ejus a Macedonio in Eccleſiam S. Acacii martyris tranſlatum, 351. XLV. Ipſum baptizatum fuiſſe unde certo demonſtretur, 325. XII.

Conſtantinus alius Filius Conſtantii Clori ex Theodora quid in Conſtantinum fratrem, 337. VI. & ſeq.

Conſtantinus Conſtantini Magni Filius cum fratribus imperat, 337. XLVII. Athanaſium reſtituendum curat, 338. I. Ejuſdem litteræ pro Athanaſii reſtitutione, 338. II. Cur ab exercitu Conſtantis occiſus, 340. XLIII.

Conſtantius filius Conſtantii Clori ex Theodora a Conſtantii Conſtantini Magni filii militibus interemptus, 337. LIII.

Conſtantius Conſtantini Magni filius quando Cæſar creatus, 325. CLXXXVII. Idolorum templa penitus claudi juſſit, 326. LXXV. & ſeq. Ejus Quinquennalibus Conſtantinopolitana civitas dedicata, 330. I. Item exules Ariani Epiſcopi relaxati, 330. LVII. Nuptiæ ejus cum Euſebia quando celebratæ, 336. XXIII. Eunuchos plurimi fecit, 337. LXVI. 312. XXII. Militum erga eum concordia numiſmate Labaris Cruce & Chriſti nomine inſignito indicata, 337. XIII. Ejus in parentem defunctum pietas laudata, ibid. Partito jam cum fratribus Imperio, in Oriente imperat, 337. LII. In propinquos ſævit, 337. LIII. Gallum & Julianum haud fruſtra timet, interempto a militibus ſuis parente eorum Conſtantio, 337. LIX. Ejus cura & ſolicitudo in eis educandis eximia, ibid. Ablaſium occidi curat, 337. LXII. Alioſque parentis ſui Conſtantini aulicos, ibid. In eorumdemque locum ſibi Arianos aulicos eligit, 337. LXIII. Conjux ejus Ariana hæreſi infecta, 337. LXIV. Ejuſdem cubicularii omnes Ariani, ibid. Reſtitutioni Athanaſii invitus conſentit, 338. III. Metu tamen fratrum Imperatorum ei parcit, 338. V. Ad expeditionem in Perſas parandam, Antiochiam proficiſcitur, 338. X. Ulcere incurabili divinitus percuſſus, Pharaonis inſtar reſipiſcit, ibid. A Spiridione curatur, ibid. Quænam ei ægrotanti viſio oſtenſa, 338. XI. Spiridionis cognoſcendi deſiderio flagrat, 338. XII. Ejus cum Spiridione congreſſus, 338. XV. In gratiam Spiridionis Clericis immunitatem concedit, 338. XVII. Munificentia ejus in pauperes & Clericos quomodo Deus immuneratam non reliquerit, 338. XVIII. Deo fuit ingratiſſimus, 338. XXIII. Ejus in ambientes Magiſtratus conſtitutio, 338. XXVIII. Famoſos libellos lege vetat, 338. XXX. Item delatores occultos, ibid. Diverſis præliis quamvis parum felicibus cum Perſis conflixit, 340. XLIV. 345. I. Ejus contra Idololatras reſcriptum, 341. LX. Gentiles exagitando, pius videri vult, ibid. Paulum Epiſcopum Conſtantinopolitanum pelli jubet, 342. XLV. Quid in Conſtantinopolitanos Catholicos egerit, 342. XLVI. Antiochiam redit, ibid. Sodomiticum ſcelus lege ejus repreſſum, 342. L. Ejus cum Conſtantino patre compartio in bellis gerendis, 345. II. Epiſcopos Arianos ſecum ad bellum Perſicum ducit, ibid. Julianum externis ſcientiis imbuendum curat, 345. IX. & ſeq. Conſtanti de Concilio Sardicenſi cogendo aſſentitur, 346. VI. Filium Dei eſſe ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ, in litteris ad Sardicenſe Concilium ſcriptis fatetur,

tur, 347. XLVII. Litteris Athanaſium in ſuam Eccleſiam accerſit, 348. XII. Unde factum ut Conſtantem fratrem adeo timuerit, 348. XVI. Tres ejus ad Athanaſium litteræ de ejus Alexandriam reditu, 349. III. & ſeq. De reditu Athanaſii ad Conſtantem fratrem ſcribit, 349. VI. Athanaſium Antiochiæ excipit, 349. XI. Quid ibidem ab Athanaſio petierit, 349. XII. Athanaſio ſecuritatem jurat, 349. XIII. Ejuſdem binæ litteræ pro Athanaſii reſtitutione, 340. XVIII. Aliæ ejuſdem ad Præfectum Ægypti pro Athanaſio litteræ, 349. XXI. De Clericorum immunitate legem ſancit, 340. XXVIII. Ejuſdem ad Athanaſium poſt obitum Conſtantii litteræ, 350. X. Magnentii ad eumdem Legatio, 350. XXVIII. Eidem Athanaſio poſt Conſtantis obitum omnem ſecuritatem addicit, 350. XXX. Expeditionem adverſus Maxentium tyrannum parat, 350. XXXIX. Ad eam expeditionem nullos niſi Chriſtiana Religione imbutos admittit, 352. XV. Ejus in Athanaſium inconſtantia notata, 351. XXXI. Ejus nomine epiſtola ab Arianis confićta, quaſi Athanaſium ad ſe evocaret, 351. XXXII. Paulum Epiſcopum Conſtantinopolitanum iterum pellit, & Macedonium reſtituit, 351. XXXVI. Vetranionem tyrannum dolo capit, 352. XXI. Ejus in Maxentiam expeditio, 353. I. Quomodo Deus ei adverſus Maxentium faverit, cum eſſet Arianus, 353. II. Crucis vexillo confidit, 353. III. Ejus numiſma Labarum Cruce & Chriſti nomine inſignitum exhibens, ibid. A Valente de victoria adverſus Magnentium decipitur, 353. VIII. Ex proſperis deterior evadit, 353. X. Beneficis ſibi a Deo collatis fert hæreſi Arianæ accepta, 353. XI. Magna ejus ſuperbia, & inſolens faſtus, 353. XIII. Æternitatis titulos non reſpuit, ſed oblatos accipit, 353. XIV. In perſequendo Eccleſiam proſperis abutitur, 353. XV. Expugnato Magnentio Catholicos perſequi aggreditur & præcipue Athanaſium, ibid. & ſeq. Arelate Legatos Liberii Papæ recipit, 353. XVI. Quid actum cum illis, 353. XVII. Ejus adverſus Gentiles reſcriptum, 353. XXXII. Omnia facta Magnentii reſcripto infirmat, ibid. Aliud ejus de Clericorum immunitate reſcriptum, 353. XXXIII. Ejuſdem aliud de non infligendis pœnis debitoribus, 353. XXXIV. Diem ſuum natalem Arelate celebrat, ibid. Ejus ætas, ibid. In amicos Magnentii dire ſævit, ibid. Detinetur in Galliis, 354. IX. Gallum Cæſarem occidi jubet, 354. X. Et in amicos Galli Cæſaris ſævit, 354. XI. Concilium Mediolanenſe indicit, 355. II. Quia catechumenus, non interfuit Concilio in Eccleſia convocato, ſed illud ad ſe in Palatium evocat, 355. XII. Antichriſti ſpeciem gerit, dum ſuam Palatium vult eſſe Eccleſiam, 355. XIII. Euſebium Vercellenſem Epiſcopum ad Arianiſmum inducere conatur, 355. XVII. Magna ejuſdem in Concilio Mediolanenſi temeritas, 355. XXVI. Poſt Conciliabulum Mediolanenſe Eccleſiam dire perſequitur, 355. XXIX. Quibus nominibus dignus ab Hilario cenſeatur, 355. XXXII. Auxentium Dionyſio Epiſcopo Mediolanenſi ſurrogat, 355. XXXIV. Liberium Papam Mediolanum accerſit, 355. XXXIX. Oblationem ſuam a Liberio non receptam, in baſilicam S. Petri projici jubet, 355. XLIV. Cæteris perſecutoribus fuit deterior, 355. XLVIII. Ejus cum Liberio Papa dialogus, 355. XLIX. Munus ejus reſpuit Liberius, 355. LIV. Epiſcopos apoſtatas & impios charos habuit, 355. LX. Oſium perſequi aggreditur, 355. LXI. & ſeqq. Jubet omnes Orthodoxos Occidentales cum Arianis communicare, 355. LXIX.

In eum inſurgit Hilarius, 355. LXXII. Perſecutionis ejus acerbitas quanta, 355. LXXIX. Reſcriptum ejus de judicio Eccleſiaſtico, 355. LXXXIV. Ejus de creando Juliano Cæſare conſilium, 355. LXXXV. Africanam Eccleſiam acriter vexat, 355. XC. Ejuſdem adverſus magos & aruſpices reſcriptum, 356. I. Idololatrarum ſacrificia lege vetat, ibid. Alexandrinam Eccleſiam per Syrianum Ducem dire perſequitur, 356. II. & ſeq. Ad Alexandrinos ſcribens, Athanaſium plurimis calumniis proſcindit, 356. XX. & ſeqq. Eoſdem ad Arianiſmum inſtigat, utque Georgium Epiſcopum recipiant adhortatur, ibid. Quid adverſus Frumentium reſcripſerit, 356. XXIII. Antichriſtus ſæpe nominatur, 356. LIV. Patientiam affectat, 356. LXVIII. Luciferi ſtylo acerbiſſime proſcinditur, 356. LXX. Vermis Arii a Lucifero appellatur, 356. LXXI. Lucifero martyrium cupienti invidioſe parcit, 356. LXXX. Ejus Romam adventus quando acciderit, 356. CXII. A matronis Romanis pro reſtitutione Liberii Papæ convenitur, ibid. Victoriæ ſimulacrum cum ara hactenus in Capitolio relictum aufert, 356. CXVI. Ab Urbe citius recedere cogitur, 356. CXVII. Clericos a collatione luſtrali eximit, 356. CXXVII. Quid contra Liberium egerit, 357. XXXIX. Perſecutio ejus deterior fuit perſecutione Gentilium, 357. LIX. A Felice Papa damnatus, 357. LXII. Ejus de Clericorum immunitate ad Felicem reſcriptum, 357. LXVIII. Aliud ejuſdem de confirmatione privilegiorum Clericorum & Romanæ Eccleſiæ, ibid. Ejus ad Antiochenos adverſus Eudoxium & Ætium litteræ, 357. LXXVIII. Impietas ejus detecta, 357. LXXX. In ejus inconſtantiam & levitatem invehitur Hilarius, 357. LXXXI. Semper novas fides quærit, ibid. Ejus adverſus gladiatores reſcriptum, 357. LXXXIII. Ex Ægypto obeliſcum omnium maximum Romam vehendum, & in Circo erigendum curat, 357. LXXXIV. Aliud ejuſdem adverſus maleficos reſcriptum, 357. LXXXV. Patientiam affectabat, ſed per miniſtros furorem ſuum explebat, 357. LIX. Iterum Sarmaticus appellatus, 358. XXV. Novam legem adverſus magos ſancit, 358. XXVIII. Synodos Ariminenſem & Seleucienſem cogendas curavit, 359. I. Concilio Antiocheno in Encæniis celebrato etiam interfuit, 341. VII. Annonam Epiſcopis ad Synodum Ariminenſem vocatis dari juſſit, 359. II. Concilio Ariminenſi ſanctionibus favit, 359. VII. Ab Arianis Æternus appellatur, 359. VIII. Ejus ad Synodum Ariminenſem epiſtola, 359. XII. Legatos ex Concilio Ariminenſi miſſos detinet, 359. XXV. Ejuſdem aliæ ad Concilium Ariminenſe litteræ, 359. XXVI. Nicææ Thraciæ Concilium convocat, 359. XXVIII. Concilium Seleucienſe cogit, 359. LXV. Poſt Seleucienſe Concilium Epiſcopos Conſtantinopolim convocat, 359. LXXXIV. Juſta invectiva a Lucifero Calaritano urgetur, 359. CX. Ejus inconſtantia ab Ammiano Marcellino taxata, 359. CXXI. Idololatras & alios ſuperſtitioſos inſequitur, 359. CXXII. Rerum ejus ſtatus in pejus mutatur, 359. CXXIV.

Conſubſtantiale nomen in Concilio Jeroſolymitano ex confeſſione Arii ſublatum, 355. LIV.

Conſubſtantiale nomen tacuiſſe, confitendo tamen Dei ſubſtantiam, non facit quemquam hæreticum, 357. XLVIII.

Conſubſtantiale vocabulum a Patribus inventum in Niceno Concilio contra Arianam hæreſin, 325. LXV. & ſeq. Hæc vox omne Arianum commentum deſtruit, 325. LXVII. Quomodo invenit occaſione Arianorum, 325. LXVIII. Vox haud omnino nova, ſed a Patribus uſur-

ſurpata, *ibid.* Teſtantibus etiam Ethnicis, *ibid.*
Conſubſtantialis vocem Euſebius doloſe enervavit, 325. XCV. *& ſeq.*
Conſubſtantialis, & ſubſtantialis, inter ſe differunt, 347. LXXIV.
Conſubſtantialitatis vox in Concilio Antiocheno adimitur a Symbolo Nicæno, 341. XVIII. *& ſeq.*
Conſubſtantialitatis nomen, & non ſubſtantiæ, cur vitaverint Ariani, 344. IV.
Conſules haud apponi ſoliti in fidei decretis, ſecus in aliis, 325. CIII.
Conſules certius tempus ſignant, 337. LXVIII.
Conſules apponere ſolitos Arianos in ipſorum fidei formulis, 359. VIII.
Conſulum differentia unde, 346. II.
Conteſtatio Catholicorum Epiſcoporum in Concilio Tyrio, 335. XXII. Alia eorumdem ad Dionyſium Comitem in Concilio Tyrio, 335. XXIV. Alia Alexandri Epiſcopi Theſſalonicenſis ad Dionyſium in Concilio Tyrio, 335. XXV. Alia a Clero Alexandrino coram Legatis Tyrii Concilii facta, 335. XXX. Alia Clericorum Mareotis provinciæ ad Concilium Tyrium pro Athanaſio, *ibid.* XXXI. Alia Euſebii Epiſcopi Vercellenſis ad Patrophilum, 356. XCV.
Cophini duodecim, quibus collecta ſunt fragmenta panum a Chriſto multiplicatorum, Conſtantinopoli aſſervati, 330. XV.
Corepiſcopi munus, 357. LXVI.
Corona militia ex lauro haud improbata, 337. XXX.
Coronæ militum Chriſti nomine inſignitæ, 351. VII.
Coronam ex auro gemmiſque contextam Heliogabalus geſtabat, 337. XXVIII.
Corruptiæ dicti Donatiſtæ, 351. VIII.
Credimus, vox tertio in Symbolo Nicæno repetita, eamdem Divinitatem declarat in perſonarum trinitate, 325. LXXV.
Creſconius Epiſcopus Pſeudoſynodi Sardicenſis epiſtolæ ſubſcripſit, 347. CV.
Chriſtus, ſive Chreſtos, Epiſcopus ſuffectus Theognidi Nicæno, 325. LXXVII. 329. XVIII.
Chriſpinus Epiſcopus Patavinus ſub Conſtante, 346. IV.
Criſpus a Conſtantino contra Alemannos præmittitur, 319. XXVIII. Alemannos domat, 320. I. Pro eodem nuncupata vota publica, 320. III. Unde dictus fuerit novus Hippolyſus, *ibid.* 314. XI. Occiditur, 314. I. Necis ejus cauſa, 324. X. Ab omnibus laudatur, Chriſtianus fuiſſe probatur, 324. XIII. Ejus nobile numiſma cum imagine Salvatoris, 324. XV. Calumniam id quandoque paſſum, ab omni prorſus impoſturæ ſuſpicione vindicatur, 324. XIII. Ejus obitus ſilentio ab Euſebio ſuppreſſus, 325. CCIV.
Criſpi & Fauſtæ necis negatores Hiſtorici Græci, 324. VII. Aſſertores Hiſtorici Latini, 324. X.
Crux Chriſti tempore Conſtantini Jeroſolymis inventa, 326. XLII. Ejus inventionis hiſtoria a S. Ambroſio recitata, 326. XLIII. Quomodo diſcreta ab aliis, 326. XLV. Quæ tunc miracula acciderint, 326. XLVI. Qualis fuerit, 326. XLVIII. In partes diviſa, ejus pars una ad Conſtantinum miſſa, 326. XLIX. Præciſionis ſuæ damnum non ſentit, ſed augetur, 326. L. Non ſcandalo eſt, ſed gloriæ, 338. X. Gloria ejus & virtus ex rebus geſtis expenſa, 328. XII. *& ſeqq.*
Crux aurea baſilicæ Vaticanæ a Conſtantino donata, 324. LXIV. Alia ab eodem Baſilicæ S. Pauli, 324. LXVI.
Crux Romæ in deſtructi Veneris & Cupidinis templi loco erecta, 324. CV. Ibique in honorem Crucis Eccleſia extructa, 324. CVI.
Crux in dextera ſtatuæ Conſtantini ſuper columnam porphyreticam, 330. XV.
Crux contra Crucem primo armatur in expeditione Conſtantii adverſus Magnentium, 353. V.
Crucis ſigno imagines ſuas inſigniri voluit Conſtantinus, 325. CCVI. Idem lancea ejuſdem exprimebat, 325. CCVII. Eodem pallia Epiſcoporum ornari ſolita, 336. LXVI. Itemque omnia operimenta ſacra, *ibid.*
Crucis ſigni apparitio facta Jeroſolymis ſub Conſtantio, 355. XXIII. *& ſeqq.* Quid portenderit, 355. XXV.
Crucis ſignaculo femina Chriſtiana magicas incantationes ſuperat, 327. XXVIII. Eodem Julianus dæmonem abigit, 351. IX.
Crucis ſupplicium Conſtantinus Lege ſuſtulit, 325. CCV.
Crucis virtute Scythæ a Gallicano duce debellati, 330. LI.
Crucis virtus ſatis cognita Conſtantio filio Conſtantini, 353. I.
Cruces tres inventæ in antro ſepulcri, 326. XLVIII.
Cruces tres erectæ a Conſtantino Conſtantinopoli ob triplices Crucis viſiones, 330. XVI.
Cubicularii Conſtantii omnes Ariani, 357. LXIV.
Cubitus, menſura Nili ſublatus a templo Serapidis, 326. LXXIX.
Cue ex monacho Epiſcopus, 328. XXIII.
Culices fugant Regem Perſarum, & exercitum ejus, 338. XXII.
Curia quandoque ipſos Ordines municipiorum denotat, 330. LVI.
Curiales qui dicantur, *ibid.*
Cycli Novennalis quis auctor fuerit, 325. CXIII.
Cyclus Paſchalis ex decreto Nicæni Concilii, 325. CX. Ejus calculus Alexandro Epiſcopo Alexandrino tributus, *ibid.*
Cymathius Larandi Epiſcopus cauſa fidei exilium paſſus, 340. XXVII.
Cyrilli plures Epiſcopi Jeroſolymorum, 351. XXV. *& ſeq.*
Cyrillus Epiſcopus Jeroſolymitanus contra Eutychium, Semiarianis quo modo adhæſerit, 351. XXVIII. Ejuſdem litteræ ad Conſtantium Imp. 353. XXVI. Ab Arianis in exilium miſſus, 359. V. Crimina, ob quæ ab Acacianis abdicatus in Concilio Conſtantinopolitano, 359. CV. In Concilio Seleucienſi quid egerit, 359. LXXIX.
Cyrotos Epiſcopus a Roeo epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Cyrus Epiſcopus Berœnſis calumniam patitur ab Arianis, 340. XXVI. Ipſe exul cauſa fidei, 340. XXVII.

D

DAci monachiſmum amplexi ſub Conſtantino, 328. XVIII. Poſt Traianum ab uno Conſtantino ſuperati, 337. XXVII.
Dæmon idololatriam per Arianam hæreſim reſtituere conatur, 316. LXXXVI. Non cedit Conſtantio, ſed cedit Martyri, 351. V.
Damaſus poſt lapſum Liberii adhæſit Felici, 357. LXVI. A Liberio poſt Concilium Ariminenſe exturbato Vicarius relinquitur, 359. XLVII.
Daphne ſuburbium Antiochenum a Gallo reliquias martyris Babylæ eo transferente, a ſuperſtitione expurgatur, 351. I. Cur dicta Conſtantiniana, 351. IV.
Daphnes lucus ſtatua Helenæ ornatus, 326. LVII. Dictus Auguſtalis, & quare, *ibid.* *&* 311. II.

Dar-

Dardanarii qui eſſent, 330. XXXVI.
David coronatus auro & gemmis, 337. XXIX. Coronamque geſtavit a Melchom ſublatam, 337. XXX.
Dauſas Epiſcopus in Perſide martyr ſub Sapore, 344. XVIII.
Debitores ex lege Conſtantini gravioribus pœnis haudquaquam exagitandi, 320. XVIII. 330. XXXIV. Item Conſtantii, 353. XXXIV.
Decentius tyrannus cum Magnentio fratre & ipſe Chriſtianus, 350. II. A Magnentio Cæſar creatur, *ibid.* & 353. VI. Ejuſdem Decentii numiſma, 350. III. Laqueo ſibi vitam adimit, 353. VI.
Decreta Synodi œcumenicæ confirmat Romanus Pontifex, 325. CC.
Decreta Eccleſiaſtica non ſancienda abſque aſſenſu Romani Pontificis, 341. VI.
Decretum Nicæni Concilii de Paſchate, 325. CIX. & CXX. Aliud de Meletianis, 325. CXVIII.
Decretum ſextum Nicæni Concilii, ſancitum occaſione Meletianorum, 325. CXXIII. Ejus legitima lectio & interpretatio, 325. CXXIII. *& ſeq.* Aliud de Novatianis, 325. CXLIII. Aliud de libris hagiographis, 325. CLVIII. Aliud de Bigamis non ordinandis, 325. CLIX. Aliud de appellatione ad Romanum Pontificem, 325. CLX. Aliud de conficienda Formata, 325. CLXIII.
Decretorum Concilii Nicæni numeros, 325. CLVII. 325. CLXXX.
Decuriones & eorum filii cur vetiti a Conſtantino fieri Clerici, 320. XIX.
Dedicatio urbis Conſtantinopolitanæ in Quinquennalibus Conſtantii Cæſaris celebrata, 330. I.
Dedicatio Templi Jeroſolymitani decernitur, 335. XLI. Quando facta, & a quibus, *ibid.*
Defunctis non obtrectandum, 336. XLVI.
Defunctorum animas juvari precibus Sanctorum, 336. LXXI.
Defunctorum corporibus ſepeliendis Conſtantinus collegium inſtituit, privilegiiſque auxit, 336. LXXVI.
Defunctorum corpora quomodo ab Ægyptiis, conderentur, 358. XXIII.
Defenſor Molinæi inſignis imperitiæ ſuggillatur, 355. CXXXV.
Dei Judicium adverſus Semiarianos, 395. CI.
Delatores lege Conſtantii damnati, 330. XXX.
Delmatius Cenſor cauſam Athanaſii cognoſcendam accipit a Conſtantino, 331. IV. 332. I. Ceſſare jubetur, 333. I. Creatuſne fuerit Cæſar a Conſtantino, 336. XXVII. Idemne Cenſor, an Cæſar fuerit, *ibid.* A Conſtantis militibus occiditur, 337. LIV.
Demofilus Epiſcopus ab Coœ epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Demophilus Epiſcopus Arianus, Legatus apud Conſtantem, 344. V.
Demophilus Epiſc. ſubverſor Liberii, 357. XLI.
Deorum templa nequaquam a Chriſtianis Imperatoribus ſpoliata, 324. LXXII.
Deorum ſimulacra a Conſtantino deriſioni expoſita, 326. LIX. *& ſeqq.*
Deorum Gentium ludibria, 328. XII.
Deorum cultum penitus extirpandum eſſe, Julius Maternus ſuadere conatus eſt Imperatoribus Chriſtianis, 337. LXXV.
Dextera pars ſiniſtra minus digna eſt habita, in Synodali conſeſſu, 355. LVII. *& ſeq.* Idque exemplis comprobatum, *ibid.* Diabolus. *Vide*, Dæmon.
Diaconi ſingulis Parochiis duo, Romæ vero ſeptem a Concilio Romano ſub Silveſtro celebrato aſſignati, 324. CXXIX.
Diaconi ne Presbyteris Euchariſtiam impertiant, 325. CLIII.
Diadema Conſtantini cur non ex lauro, ſed ex gemmis, 337. XXIX.
Dialogiſmus Conſtantini & Arii, 320. X.
Dialogus Liberii Papæ cum Conſtantio Imperatore, 355. XLIX.
Dianæi laſi pœnitentia, 359. CXVII.
Didymus Alexandrinus a S. Antonio cæcitatem æquanimiter ferre monetur, 343. IX. Ex catholico factus Arianus, 356. LVI.
Dies Dominicus ex lege Conſtantini Imp. qua feriatione ſanctificandus, 321. XI. Ex decreto Concilii Nicæni uniformiter ab omnibus celebrandus, 325. CXV.
Diei & Conſulis nota Concilia & edicta Impp. conſignari ſolita, 325. III. Cur ea non æque Symbolo Nicæno ac decreto de Paſchatis celebratione appoſita, 325. CIII. In fidei definitione ab Orthodoxis nequaquam poni ſolita, 325. II. 325. CIII. Sed factitatum id ab hæreticis in ſuis fidei formulis, *ibid.* & 359. VIIII.
Diem feriæ ſextæ venerabatur Conſtantinus, 321. XII.
Dii crediti a Conſtantino Petrus & Paulus, 314. XXXIX.
Diœceſum diſtinctiones a temporibus Apoſtolorum inſtitutæ, 325. CXL.
Diodorus Epiſcopus ab Arianis poſt Concilium Laodicenſe in exilium miſſus, 348. III.
Diodorus Epiſcopus in Aſia exilium paſſus cauſa fidei, 340. XXVII.
Diogenes perſecutor Alexandriæ, 342. XIX.
Diogenes Epiſcopus epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Diogenes Notarius quid in Athanaſium, 355. XVII.
Dion Epiſcopus a Cæſarea, &
Dionyſius Epiſcopus ab Alexandria, epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſerunt, 347. CV.
Dionyſium Alexandrinum ſecum ſentire, Ariani gloriabantur, 344. XIII.
Dionyſii exigui tranſlationes fideliſſimæ, & ejus laudes, 325. CXXIII.
Dionyſius Conſularis præfectus a Conſtantino Concilio Tyrio, 334. IX. Ejus partes favere Euſebianis & Meletianis, opprimere innocentiam, omniaque miſcere terroribus & tumultu, 335. III. 355. X. Eum Comitem conteſtati ſunt Epiſcopi Catholici in dicto Concilio, 335. XXIV. Quid poſt hæc ad ſuos ſcripſerit, 335. XXVI.
Dionyſius Epiſcopus Laudæ ſub Conſtante, 346. IV.
Dionyſius Epiſcopus Mediolanenſis Protaſio ſuccedit, 346. IV. Subſcribit contra Athanaſium, ſed ſubſcriptionem revocat, 355. XVIII. XXI. Liberatus ab Euſebio, 355. XX. A Conſtantio Imp. in exilium mittitur, 355. XXI. In eoque moritur, 356. CIV. Venerandum ejus corpus a S. Baſilio Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo ad Ambroſium mittitur, *ibid.*
Dioſcoros, dictus locus ſupplicii prope Myras Lyciæ, 316. LXXXVIII.
Dioſcorus cum Creſcentio martyr Myri in Lycia, 315. LXXXVIII.
Diſputatio Athanaſii cum Ario commentitia, 315. LI. 338. VIII.
Diſputationes variæ in Nicæno Concilio, 315. L.
Divinationes omnes lege Conſtantii vetitæ, 358. XXVIII.
Divinitas Filii Dei quibus vocibus exponenda, 325. LXVI. Semper eadem in Eccleſia credita, teſtantibus etiam Ethnicis, 325. LXVIII. *& ſeq.*
Divinitatis tituli ſoliti offerri Imperatoribus ab Arianis, cum ipſi negarent Divinitatem Filii Dei, 335. XL. 336. VIII.

Dog-

Domicicum aureum Antiochenum a Conſtantino Imp. extructum, 326. LXV. Sub Conſtantio dedicatur, 341. I.
Dominicus dies celebrandus, 351. XL. 355. CXV.
Dominus Epiſcopus a Palladiano epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Domnes Epiſcopus in Silmio, cauſa fidei exilium paſſus, 340. XXVII.
Dona a Conſtantino collata baptiſterio, 324. LVIII. Alia collata baſilicæ Vaticanæ, 324. LXIV.
Dona collata eccleſiis a Conſtantino ſuperant illa templi Salomonis, vel Jovis Capitolini, 324. LXXI.
Dona Conſtantini data Epiſcopis, 324. CLXXX.
Dona templis oblata a Conſtantino ſervata integra, 336. LXXXI. & *ſeqq.*
Donorum a Conſtantino collatorum uni tantum Eccleſiæ Jeroſolymitanæ, Euſebius commentarium ſe ſcripſiſſe teſtatur, 324. LXXI.
Donorum Conſtantini effuſa copia, *ibid.*
Donatio Conſtantini multis fulcitur veriſimilibus conjecturis, 324. CXVIII. Haud probatur Edicto a Græcis depravato, 354. CXIX.
Donati duo factioſiſſimi eodem tempore vixere, 348. XL.
Donatus Ariana hæreſi infectum fuiſſe aſſerunt Hieronymus & Auguſtinus, 321. X.
Donatus alter a Donatiſtis creatur Epiſcopus Carthaginenſis, 331. VI. Ejus ſcripta, *ibid.* Donatiſtarum omnium audaciſſimus ac ſuperbiſſimus, 332. VII. Fingebat ſibi Deum e cælo locutum, *ibid.* Alia ejus portentoſa ſcelera, 331. VIII. Præfectos & Imperatorem ſpernit, 348. XXII. Suos eleemoſinam a Legatis Conſtantii Imperatoris recipere prohibet, *ibid.* Divinos honores affectat, 348. XXIII. In Conſtantem Imperatorem contumelioſus, 348. XXV. Tandem Carthagine expulſus, 348. XL.
Donatus Bagajenſis Epiſcopus Donatiſtas adverſus legatos Imperatoris Conſtantii convocat & concitat, *ibid.*
Donatus Donatiſta occiſus, pro martyre a ſuis habitus, 348. XXXII.
Donatiſtæ a Conſtantino ab exilio relaxantur, 322. II. Quo aſtu ex communicatione cum Epiſcopo Romano nomen ſibi Catholicum comparare ſategerint, 321. III. Cur Montenſes dicti fuerint, 321. VIII. Eorumdem Epiſcopi Romæ agentes qui, 325. IV. Præſtantiores eo miſſi, 322. VII. Appellati etiam fuere Campitæ, 321. VIII. Item Rupitani, *ibid.* Ex traditoribus facti ſchiſmatici, in hæreſes prolapſi, 331. IX. Quas præter Anabaptiſmum docuerint, *ibid.* & *ſeqq.* Arianis tamen in errore de SS. Trinitate, præeunte licet eorum corypheo Donato, haudquaquam conſenſere, 311. X. Clericos Catholicos rurſum vexant, 330. LVI. Donatum Epiſcopum Carthaginenſem in ſchiſmate creant, 332. VI. A Conſtantino per Leontium & Urſacium Præfectos coerciti, 332. X. Martyrii gloria æſtuantes, ſibi ipſis mortem inferebant, 332. XI. Primi adverſarii monaſtici nominis, 340. IX. Longe tamen ipſis deteriores Sacramentarii hæretici, 340. X. In Africa invaleſcunt, 348. XIX. Per Donatum tamquam per numen jurare ſoliti, 348. XXIV. Iidem prædones, dicti Circumcelliones, item duces Sanctorum, dira adverſus Catholicos perpetrant, 348. XXVI. & *ſeq.* Iidem Agnoſtici nuncupati, *ibid.* Provocantes milites, ab eis cæſi, & male habiti ſunt, 348. XXIX. & *ſeq.* Provocant ad unitatem munificentiam Imperatoris, *ibid.* Injuſta eorumdem de nece ſuorum querela, 348. XXXI. Catholicis Magiſtratibus injuſte perſecutionis calumniam impingunt, 348. XXXIV. Ignominiæ cauſa Chriſtianos nominabant Macarianos, vel Paganos, 348. XXXVIII. Male a Magiſtratibus mulctati, 348. XL. Epiſcopis eorum exturbatis, celebratum eſt Carthagine Concilium, 348. XLI. In eoque rebaptizatio eorum ſublata, *ibid.* Eorumque falſum martyrium cohibitum, 348. XLII.
Draco diabolus a Conſtantino nominatus, 324. XCV. Et pictus, 324. CII.
Draco occluſus a Silveſtro Papa expugnatus, 324. XCVII.
Draco ſacer Romæ colebatur, 324. XCIX.
Draco idem quod ſerpens, *ibid.*
Draco effictus pro vero ſuppoſitus, 324. C.
Draco Romæ ſub Leone IV. Papa, halitu venenoſo homines enecans, precibus fugatur, 324. CI.
Draco cur pingi ſolitus una cum imagine S. Silveſtri, 324. CII.
Draco ſuperatus pingi ſolitus una cum imagine Conſtantini, *ibid.*
Draco ventre haſta Labari transfixus in imagine Conſtantini, 325. CVI.
Draconem pede calcatum exemplo imaginum Conſtantini alii Imperatores in nummis expreſſere, *ibid.*
Dracones pluribus in locis viſi & a ſanctis viris occiſi, 324. CI.
Dracontius monachus Epiſcopatum ſuſcipere detrectat, 328. XXIII. Aſſenſus eſt tandem, factuſque confeſſor, 324. XXIV. Extorris cauſa fidei in Ægypto, 326. XLVII. Viſitatur a S. Hilarione monacho, *ibid.* XLVIII. Exilii ejus locus, 356. LII.
Drepanum civitas in Helenopolim mutatum, 326. LVIII.
Duces a Conſtantino inſtituti, 330. XXIX.
Duces Sanctorum nominati a ſuis Circumcelliones Donatiſtæ, 332. IX. 348. XIX.

E

Eccleſia antonomaſtice dicta Romana, 349. VI. & *ſeq.*
Eccleſia Catholica, ſtatus ejus florentiſſimus ſub Conſtantino, 334. CXXXV. A phalerato dicendi genere abhorret, 344. XI. Poſt Conciliabulum Mediolanenſe dire a Conſtantio vexatur, 333. XXIX. Non fundata ſuper homines, ut ipſis labentibus corruat, 357. XIX. Sed cum ab amicis dejicitur, ab adverſariis erigitur, *ibid.*
Eccleſia Ægypti ob Arianos & Meletianos diſcordis agitata, 324. CLVIII. Item Aſiana ob Paſchatis celebrandi ritum diverſum, 324. CLX.
Eccleſia Conſtantinopolitana Patriarchatu a Conſtantino aucta falſo a Græcis aſſeritur, 324. CXXI.
Eccleſia Occidentalis a Conſtantio Orthodoxos omnes cum Arianis communicare jubente exagitata, 355. XXIX. Status ejus poſt Ariminenſe Concilium admodum miſerandus, 359. LVIII.
Eccleſia Romana non a Conſtantino, ſed a Chriſto accepit Principatum, 324. CXX.
Eccleſia S. Petri a Conſtantino Romæ in Vaticano erecta, 324. LXII. Item aliæ, eæque præclariſſimæ Conſtantinopoli, 330. VII. Necnon aliæ Jeroſolymis, 326. XXXIII. & *ſeq.* 326. XLI. Eædemque picturis ornatæ, 326. XXXVI. *Vide*, Baſilica. Alia ab Helena in Monte Olivarum, & quid miri in ejuſdem ſtructura acciderit, 326. XXXIX. & *ſeq.* Aliæ ab eadem Jeroſolymis fabricatæ & pulcherrime ornatæ, *ibid.* Alia apud Iberos ædificata, in eaque columnæ miraculoſæ erectæ, 327. XIV. Alia Tiberiade ex Hadriani templo extructa, 327. XXVI.

Ec-

Digitized by Google

Eccleſiæ Chriſti dona & ornamenta plura ſunt quam olim fuere templi Salomonis, 324. LXXI.
Eccleſiæ Jeroſolymitanæ quæ dona Conſtantinus contulerit, *ibid.*
Eccleſiæ velis exornari ſolitæ, 359. III.
Eccleſiæ nondum conſecratæ uſui Synaxium adhibitæ, ob neceſſitatem, 350. XXXII.
Eccleſiis bona relinquendi, facta eſt a Conſtantino poteſtas, 321. XVII. Atque exinde Eccleſiæ divitiis auctæ, *ibid.*
Eddeſius Epiſcopus e Coo epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Edictum Conſtantini, quo vetuit Thaliam Arii, 325. LXXXIV. Alia ejuſdem cum adhuc eſſet in albis, 324. LX. Aliud ejuſdem poſt Baptiſmum, 324. LXXXIII.
Edictum Conſtantini Donationis fictitium comprobari, Joannes Diaconus auctor, 324. CXIX. & *ſeq.* Aliud ejuſdem adverſus omnes hæreticos, 326 XVI. Ejuſdem aliud, quo prohibuit ſacrificia idolorum, 326. LXXVI.
Edictum Conſtantii de Gregorio Ariano Alexandriam inducendo, 342. VI.
Electio Epiſcoporum ex gremio Eccleſiæ, cui datur, facienda, 342. XVI.
Eleemoſynas prohibent Ariani, 356. XL.
Elementa Græca in Formatis poſita quid ſignificent, 325. CLXIII. CLXVIII.
Eleuſius Epiſcopus Cyzici a Macedonio creatur, 352. XLI. Ob confeſſionem nominis Subſtantiæ Catholicus habetur, 357. XLIX. Ex Seleucienſi Synodo Conſtantinopolim a Conſtantio vocatur, 350. LXXXVII. Sede privatur, & in locum ejus Eunomius hæreſiarcha ſufficitur, 359. XCII. Ejus condemnatio, & crimina in eum objecta, 359. CIII.
Eloquentia uſi Ariani ad decipiendum, 344. XI.
Eloquentia qua occaſione uſi ſint ſancti Patres, *ibid.*
Elpidius Legatus cum Philoxeno in Orientem, 340. III. Iidem litteras Euſebianorum Romam detulerunt, 342. LV.
Embracius Epiſcopus a Niſilecto epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV. Item Emmonias Epiſcopus, *ibid.*
Emptores magiſtratuum a Conſtantio coerciti, 338. XXVIII. 339. XXI.
Encænia templi Jeroſolymitani decernuntur, 335. XLI. Quando fuerint celebrata, & qui ad ea convenerint, *ibid.*
Encænia templi Antiocheni in Quinquennalibus Conſtantii celebrata, 341. I.
Encolpius Epiſcopus Donatiſta Romæ agens Bonifacio ſucceſſit, 322. IV.
Ephrem Syrius diſcipulus & comes Jacobi Epiſcopi Niſibitæ adverſus Perſas, 338. XXII. XXVI. Ejus primordia, *ibid.* Viſiones illi oſtenſæ, *ibid.* XXVII. Ejus tempore terræmotus Orientem concutiens quid portenderit, 340. XXXIV.
Epictetus Epiſcopus in condemnationem Athanaſii Epiſcopi ſubſcripſit, 355. XXII.
Epictetus Epiſcopus Centumcellenſis Arianus interloquitur in dialogo Liberii cum Conſtantio, 353. LI. Perditiſſimus Arianus, & perſecutor, 351. LIX.
Epictetus alius, Epiſcop. Corinthiorum, 355. LX.
Epigramma de exilio & obitu Euſebii presbyteri Romani, 357. LVII.
Epiphanii error de ſubrogatione Theonæ in locum Alexandri, 326. IV. Alius ejuſdem de Achilla, *ibid.* Item de tempore obitus Meletii, 326. VIII. Necnon de tempore obitus Arii, 327. VII. Similiter de tempore exilii Athanaſii, 338. II. Denique de Photini patria, 342. XLIX.
Epiphanius Epiſcopus in Cypro S. Euſebium Epiſcopum Vercellenſem Scythopoli exulantem inviſit, 356. XC.
Epiſcopatus non eſt impedimento vitæ monaſticæ, 328. XXIII.
Epiſcopatus haud facile mutandi, 340 XVIII.
Epiſcopatus ſpe multi ad hæreſim illecti, 316. XVII.
Epiſcopus Antonomaſtice dictus eſt Romanus Pontifex, 349. VI.
Epiſcopus eligendus probe cognitus debet eſſe plebi, 342. XVII.
Epiſcopus ne ordinetur laicus niſi poſt longam probationem, 347. LVI.
Epiſcopus depoſitus ut non reſtituatur, niſi a Synodo majoris numeri, obi decretum, 341. XXX. A Catholicis improbatur, 341. XXXI.
Epiſcopus Tiberiadis Medici habitu Judæorum Patriarcham baptizat, 327. XIX.
Epiſcopum Romæ habere ſatagunt Donatiſtæ, 321. III.
Epiſcopi qui eſſe prohibeantur, 325. CLIV. & *ſeq.* Electi conjugati, deſinebant eſſe mariti, 355. LXXI. Omnes ex antiquo Canone ſubditi Romano Pontifici, 325. CXXVIII.
Epiſcopi ſanctiſſimi ex Monachis aſſumpti, 328. XXIII. Non deponendi, nec alii ſubrogandi abſque auctoritate Romani Pontificis, 336. XXXVI. 342. XXX. In vicis parviſque locis non ordinandi, 347. LIV. Sed nequaquam a judicio ſæculari judicandi, 325. XLIII. Præſidum ſententias aliquando irritabant, 326. LXXXIX. Ne duo ſint in una civitate, Nicænum Concilium decrevit, 325. CXLIII. De una in aliam ſedem tranſire ex canone Apoſtolico quomodo prohibeantur, 324. CLVI. 325. CLIV Sedes mutantes, nec laica communione digni, 347. LI. Vetiti peregrinari per alienas provincias & Eccleſias, *ibid.* LII. Niſi ab Imperatore vocati, ad Comitatum proficiſci iis non licet, 347. LV. Ultra tres hebdomadas a ſua Eccleſia non abſint, 347. LVI. In atriis baſilicarum ſepeliri ſoliti, 337. XXI. Damnati in Concilio poſſunt reſtitui per Romanum Epiſcopum, 341. XXX. & *ſeq.*
Epiſcopi qui ad Concilium Romanum ſub Conſtantino venerint, eorumque conſeſſus, 324. CXXVI.
Epiſcopi qui ſuggeſſerint Conſtantino celebrationem Concilii Nicæni, 325. XII. & *ſeq.*
Epiſcopi ex toto pæne orbe Nicæam convocati, 325. XIV. & *ſeq.*
Epiſcopi quomodo excipi ſoleant a Principibus, 325. XVII. Quot numero interfuerint Nicæno Concilio, 325. XVIII. Iidemque viri præclariſſimi, 325. XIX. & *ſeqq.* Eorumdem conſenſus, 325. LII.
Epiſcopi Ariani qui interfuerunt Nicæno Concilio, 325. XL. Subſcribunt fidei formulæ, 325. LXXII.
Epiſcopi duo defuncti Nicæno Concilio ſubſcripſiſſe referuntur, 325. CLXXXII.
Epiſcopi Nicæni Concilii abſoluta Synodo quomodo a Conſtantino habiti, 325. CLXXXVIII. Qualiter ab eodem admoniti, 325. CXC. Donis & muneribus ab eodem Conſtantino affecti, 325. CXCIII. Rogatu Conſtantini ad dedicationem civitatis Conſtantinopolitanæ proficiſcantur, 325. CXCVI. Ex Concilio Nicæno redeantes ad propria, Nicænos Canones evulgant, *ibid.* CXCVII.
Epiſcopi Meletiani per errorem laudati ab Epiphanio, 326. X.
Epiſc. Meletianorum Legati inſigniores, 326. XII.
Epiſcopi Ariani exules reſtituti ſunt Quinquennalibus Conſtantii, 330. LVII.
Epiſcopi Ariani qui convenerint ad Conciliabulum Tyrium, 335. III.
Epiſcopi Catholici in Conciliabulo Tyrio conteſtationis libellum offerunt, 335. XII.
Epiſcopi e Conciliabulo Tyrio convocantur Jeroſolymam, 335. XLI.
Epiſcopi Euſebiani, qui Jeroſolymis venere Conſtantinopolim, 336. VI.

Epiſcopi, qui pro Athanaſio ſteterant in Conciliabulo Tyrio, adverſus eum teſtimonium dicunt, 336. IX.
Epiſcopi Ægypti communicantes cum Athanaſio, e ſedibus pulſi a Conſtantino, 336. XIX. & ſeq.
Epiſcopi qui interfuere Rom. Concilio ſub Julio, 337. LXIX.
Epiſcopi Catholici adverſati Arianis in Concilio Antiocheno, 341. VI.
Epiſcopi ex diverſis provinciis confugiunt ad Julium Papam Romam, cujus patrocinio ſublevantur, 341. LII. 345. XXVI. 342. XLVII.
Epiſcopi Ægypti confeſſores in exilium acti, 342. XXII.
Epiſcopi in Perſide martyres ſub Sapore, 344. XVIII.
Epiſcopi qui interfuerint Concilio Colonienſi, 346. VIII.
Epiſcopi qui convenerint ad Concilium Sardicenſe, quot, & ex quibus locis, 347. III. Quique inter eos celebriores, 347. XI.
Epiſcopi Ariani primarii qui ad dictum Concilium Sardicenſe venere, 347. XII. Quinam in eodem Concilio damnati, 347. XVIII.
Epiſcopi Catholici, qui interfuerunt Concilio Sardicenſi, prohibiti ab Arianis redire ad ſuas Eccleſias, ſed in exilium miſſi, 348. IV. Per Conſtantium reſtituuntur, 349. XVII.
Epiſcopi Palæſtini, qui ſubſcripſerant contra Athanaſium, in Concilio Jeroſolymitano palinodiam recantant, 350. XI. & ſeq.
Epiſcopi Catholici aliqui cur conſenſerint in Athanaſii damnationem, 355. XVI.
Epiſcopi confeſſores exulant ex Concilio Mediol. 355. XXVII. Magnopere laudati, *ibid.* & *ſeq.*
Epiſcopi Ægypti, & Libyæ quid paſſi ſub Syriano Duce, & Georgio Epiſcopo Alexandrino, 356. IX. & *ſeq.*
Epiſcopi Ægypti, & Libyæ, & Pentapolis in perſecutione Arianorum in exilium ejecti, 356. XLVII. L. & *ſeqq.* Loca exilii cujuſque, *ibid.*
Epiſcopi Ariani ſuffecti in locum Catholicorum quales fuerint, 356. LIII.
Epiſcopi Ægypti ab Arianis etiam in Cappadociam relegati, 356. LIV. Nomina ſingulorum, *ibid.*
Epiſcopi exules cauſa Athanaſii, etiam in exilio defendunt ejus innocentiam, 356. LXV.
Epiſcopi omnes Galliarum ſeparant ſe a communione Saturnini Arelatenſis ſtudio S. Hilarii, 356. CVII.
Epiſcopi Ariani, cum quibus Liberius communicavit, 357. XLII.
Epiſcopi Semiariani qui eſſent, 358. XV.
Epiſcopi Galli recuſant annonam a Conſtantio largitam Arimini, 359. II.
Epiſcopi ad Concilium Ariminenſe quot convenerint, 359. III. Arimini congregati & detenti, petunt miſſionem a Conſtantio, 359. XXIV.
Epiſcopi Orthodoxi Arimini complures exemplo Legatorum lapſi, 359. XXXVIII. Viginti tantum integri permanſere, *ibid.* Quomodo a Valente decepti, 359. XXXIX.
Epiſcopi Orthodoxi in quo lapſi in Concilio poſteriori Ariminenſi, 359. XLV. Eorum excuſatio, quod nequaquam lapſi ſint in hæreſim, *ibid.*
Epiſcopi Occidentis coacti ſubſcribere Concilio Ariminenſi, 359. LX.
Epiſcopi Concilii Seleucienſis omnes hæretici, præter Hilarium & Ægyptios, 359. LXIX.
Epiſcopi totius Orientis exagitati poſt Concilium Seleucienſe, 359. CXIV. Compelluntur ad ſubſcriptionem, 359. CXII. Eorum excuſatio, 359. CXVI.
Epiſcoporum ordinatio qualiter facienda, 325. CLVI.
Epiſcoporum judicia firma habenda Conſtantinus ſanxit occaſione S. Nicolai, 326. XCIX.
Epiſcoporum abdicatio in Concilio Conſtantinopolitano, 350. CIV.
Epiſcoporum cauſas cognoſcere non eſt Imperatoris, 329. VIII.
Epiſcoporum Donatiſtarum Romæ agentium ſucceſſio, 321. IV. Eorumdem excellentia, 321. VII.
Epiſcoporum peccata tegenda, non propalanda, 325. XLIV.
Epiſcoporum dignitas reverenda, *ibid.*
Epiſcoporum conſeſſus in Synodis œcumenicis qualis eſſe ſoleret, 325. LVII. Ejus ratio redditur, *ibid.*
Epiſcoporum nomina, qui exilium paſſi ſunt ab Arianis, 340. XXVII.
Epiſcoporum Ægypti, Libyæ, & Thebaidis proſcriptio, 358. XXVI.
Epiſtola. *Vide infra*, Litteræ.
Epitaphium S. Marci Papæ, 336. LXVII.
Eremitæ in Ægypto ab Arianis dira paſſi, 356. LXXVI.
Evangelium S. Matthæi cum Actis Apoſtolorum inventum in Gazophylacio Judæorum, 327. XXII.
Evangelium ponebatur ſuper thronum in medio conſeſſus Synodalis, vice Chriſti, 325. LIX.
Evagrius corrigitur negans necem Criſpo a patre illatam, 324. IX.
Evagrius Antiochenus tranſtulit Vitam Antonii ex Græco in Latinum, 358. XXIV.
Evagrius Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.
Evagrius Præfectus Sericorum ſub Conſtantio, 350. XXIX.
Evathius Comes, unus ex Judicibus Cognitoribus in Concilio Sirmienſi, 357. VII.
Euchitæ hæretici ex Monachis orti, 328. XXXIII.
Euchariſtiam ne porrigant diaconi Presbyteris vetuit Synodus Nicæna, 325. CLIII.
Eudæmon Meletianus cum collegis Legatus ad Conſtantinum contra Athanaſium, 329. II.
Eudæmon Epiſcopus epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Eudoſius Epiſcopus a Germanicia, *ibid.*
Eudoxius quando Legationem ad Conſtantem Imp. obierit, 342. XLVIII. 343. V. Quando Gallo faviſſet, in exilium ejicitur, 354. X. Malis artibus Epiſcopatum Antiochenum ſubripit, 356. CVIII. Ejus cum Arianis diſſenſio propter Aëtium, 356. CXIX. Hæreticus quamvis ſceleſtiſſimus, filius tamen fuit Cæſarii martyris, 356. CXXIII. Litteris Conſtantii perſtringitur, 357. LXXVIII. Eadem cum Aëtio hæreſiarcha ſentire convincitur, 359. LXXXIX. Agit ut Semiariani in exilium pellantur, 359. XCII. Sedem Conſtantinopolitanam per tyrannidem occupat, *ibid.* & CIX.
Euſenius Epiſcopus ab Doriani epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV. item
Eugenius Epiſcopus, *ibid.*
Eugenius magiſter Conſtantis, 346. IV.
Eugeus Epiſcopus a Liſicia epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Eulalius Epiſcopus Antiochenus Arianus, 340. XXX.
Eulalius Epiſcopus ab Amantias epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Eulogius philoſophus, in Nicæno Concilio a Spiridione Epiſcopo victus, redditur Chriſtianus, 325. XLVII.
Eunomius exturbato Eleuſio Cyzici Epiſcopo in locum ejus ſufficitur, 359. XCII.
Eunuchi occultant obitum Conſtantini, ob idque Conſtantio percari, 337. X. A Conſtantino infimo loco habiti, *ibid.* Sub Conſtantio dominantur, 357. LXVI. Teſtamenta condendi fa-

Digitized by Google

facultatem iiſdem tribuit Conſtantius, 352. XXII. In Liberium Papam juſſu Conſtantii conſpirantes, Urbem timore concutiunt, 355. XLVI.

Evortius Epiſcopus Aurelianenſis clarus ſub Conſtantino, 337. XLVIII.

Euphraſius Epiſcopus Calaniæ, cauſa fidei exilium paſſus, 340. XXVII.

Euphrates Epiſcopus Colonienſis, 346. VII. Num a ſede depoſitus fuerit, *ibid.* Ex Concilio Sardicenſi ad Conſtantium Legatus, 348. I. Quid paſſus Antiochiæ dolo Arianorum, 348. V. VIII.

Euphronius presbyter Cæſarienſis ab Arianis deligitur in Epiſcopum Antiochenum, 324. CLV.

Eupſychius Epiſcopus Tyanenſis in Cappadocia, Concilio Nicæno interfuit, 325. XXXV.

Euſebia uxor Conſtantii Cæſaris Ariana, 336. XXIII. Munus ejus a Liberio reſpuitur, 355. LIV. Quid in Helenam conjugem Juliani, 356. CXXVI. Qualis ea eſſet femina, *ibid.*

Euſebiani hæretici laborant pro reſtituenda cum Ario hæreſi Ariana, 327. VI. Rurſum cum Meletianis in Athanaſium coeunt, 329. I. Iterum cum iiſdem Meletianis in Athanaſium inſurgunt, 331. I. Quid in Athanaſium rurſus ad Conſtantinum, 334. IV. & *ſeq.* De indicenda Tyri Synodo cum Conſtantino agunt, *ibid.* VI. Qui ad Concilium Tyrium convenerint, 335. III. Præſident ibi Judices, 335. IX. Decernuntur Legati in Concilio Tyrio in Ægyptum, 335. XXI. Eorumdem ibidem res geſtæ, 335. XXVII. & *ſeqq.* In eodem Concilio teſtes ſunt & Judices, 335. XXXVII. Eccleſiam Iſchyræ erigendam curant & Epiſcopatum, 335. XXXIX. Eorum machinæ in demoliendo Nicæno Concilio, 335. LIV. Tyro Conſtantinopolim a Conſtantio evocantur, 336. II. Jeroſolymis Conſtantinopolim veniunt, 336. VI. Novas calumnias in Athanaſium afferunt, 336. IX. Expoſcentes caput Athanaſii, 336. XI. Fruſtra quærunt in locum Athanaſii alium ſubrogare Epiſcopum, 336. XV. Numquam dici voluerunt Ariani, nec poſtea diu, 336. XXXIX. Strenue pro Ario pugnant Conſtantinopoli, 336. L. & *ſeq.* Obitu nefario Arii conſternantur, 336. LVII. Factio eorum potentiſſima effecta, 337. LXIV. & *ſeq.* Iterum in Athanaſium inſurgunt, 339. I. Eorum legatio ad Julium Papam, 339. IV. Deteguntur omnino eſſe Ariani, 339. X. 344. VI. Communionem Romani Pontificis ſuffurari conantur, 339. XIII. A Julio Synodum petunt, 339. XV. Apud Julium Papam accuſati, Romam ad Synodum vocantur, 340. I. & *ſeqq.* Eorum faſtus a Julio Papa notatur, 341. LV. Eorumdem in dictum Julium Papam querelæ, *ibid.* & *ſeq.* Convinci non poterant eſſe Ariani, 342. XXXIII. Ad Conſtantem Imperatorem litteras mittunt, 342. XL.

Euſebius Cæſarienſis de Conſtantini lege de teſtamentis condendis corrigendus, 320. XVI. In rebus Conſtantini potius eſt encomiaſta quam Hiſtoricus, 324. V. Necem Criſpo, Fauſtæ aliiſque domeſticis a Conſtantino illatam ſilentio præterit, *ibid.* & 324. XLVI. Conſtantinum apud Nicomediam baptizatum aſſerens, erroris arguitur, 324. XLV. & *ſeq.* Licet invitus, cogitur affirmare Baptiſmum Romæ Conſtantino eſſe collatum, 324. XLIX. De Donis Eccleſiæ Jeroſolymitanæ a Conſtantino collatis integrum librum conſcripſit, 324. LXXI. Litteræ ejus ad Conſtantiam Auguſtam veneno plenæ, 324. CXI. Cujus apud Patres æſtimationis fuerit, 324. CXII. Ab aliis inter Teopaſchitas cenſetur, *ibid.* Vafrities ejus in invertendo rerum geſtarum tempore ab Auctore notatur, 324. CXLIV. & *ſeqq.* In hiſtoria de Euſtathio falſitatis arguitur, *ibid.* A Conſtantino laudari ſe fingit, 324. CXLIX. A parte Arianorum in Epiſcopum Antiochenum deligitur, *ibid.* Dum contemptor laudis haberi cupit, appetitor ejus demonſtratur, 324. CLIII. Ejus Chronicon in annis Conſtantini corrigitur, 325. IV. Falſo creditus hymnum Deo in Nicæno Concilio cecinisse, 325. LIV. Nicænam fidem ſubſcriptione approbat, 325. XCII. Quid ad ſuos Cæſarienſes tempore Nicæni Concilii ſcripſerit, 325. XCIII. Profeſſionem fidei ſuæ illis tranſmittit, *ibid.* Qualis ea fuerit, 325. XCIV. Fraus ejus & dolus inſignis in explicanda voce, Conſubſtantiale, 325. XCVI. Pœnitentiam ejus falſam fuiſſe Athanaſius demonſtrat, 325. C. A quibuſdam perperam creditur Auctor Cycli novennalis, 325. CXIII. In Vicennalibus Conſtantini Orationem habuit, 325. CLXXX. Item in Ejuſdem Tricennalibus, *ibid.* & 335. XLI. Vafrum ejus in ſcribenda Synodi Nicænæ hiſtoria conſilium, 325. CLXXXIX. Germanum ejus Chronicon quale ſit, 325. CCXIII. Idem Hiſtoria dictum, 325. CCXV. Item Epitome, *ibid.* A S. Hieronymo auctum, 325. CCXVII. Dolus ejus malus Conſtantini edicta corrumpentis notatur, 326. XXII. A Potamone Heracleenſi Epiſcopo in Concilio Tyrio immolator idolorum arguitur, 335. VIII. Apoſtaſiæ ejuſdem alia teſtimonia, 335. IX. Conſtantinopoli de Laudibus Conſtantini Orationem habuit, 336. VII. In adulando nimium profuſus, a Conſtantino corripitur, *ibid.* & *ſeq.* Conſtantinum Chriſto æquiparat, *ibid.* De exitu Conſtantini inſidus Hiſtoricus, 337. VI. Quando obierit, 340. XXXVII. Ab Arianiſmo fruſtra excuſatur, 340. XXXVIII. Hæreticus licet, habitu tamen Catholico in ſcena luſit, 340. XL. Arianorum ſignifer dictus, *ibid.* Quomodo in Sanctorum Cathalogum irrepſerit, 340. XLI. Ejus ſcripta, 340. XLII. Vitam & res ejus geſtas deſcripſit Acacius ejus diſcipulus, & in ſede Epiſcopali ſucceſſor, *ibid.*

Euſebius Emiſenus ab Arianis Athanaſio ſufficitur, 341. VIII. & *ſeq.* Ejus res geſtæ, 341. IX. Ariana fuit hæreſi infectus, 341. X. Ei ab Arianis attributa miracula, *ibid.* A S. Hieronymo factionis Arianorum ſignifer appellatur, *ibid.* Ejus ſcripta qualia, 341. XI. Errore inter Sanctos relatus, *ibid.*

Euſebius eunuchus, primarius Conſtantii cubicularius, qualis fuerit, 337. LIV. Quid in Liberium Papam attentarit, 355. XLII. In dialogo Liberii cum Conſtantio interloquitur, 355. XLIX.

Euſebius Gadarenſis Concilio Antiocheno interfuit, 341. XXXVII.

Euſebius magus Juliano charus, 351. X.

Euſebius Nicomedienſis male fingitur Conſtantini baptizator, 324. XLVII. Ejus litteræ recitatæ, in Concilio Nicæno, 325. LXIV. Ejuſdem pertinacia, Nicæno Symbolo ſubſcribere detrectantis, 325. LXXVII. Ejus & Theognidis libellus ad Synodum Nicænam miſſus, 325. LXXVIII. Cum Meletianis conſpirat, 326. VIII. Se aulæ Imperatoriæ inſinuat, 327. II. Pro reſtitutione Arii in Eccleſiam Alexandrinam agit, 327. III. Conſtantinum in Athanaſium commovet, 327. IV. A Conſtantino in exilium pellitur, 329. VIII. Scelera ejus ex litteris Conſtantini recenſita, 329. IX. Cum Licinio adverſus Conſtantinum conſpiravit, *ibid.* Perfide chirographum ſuum Nicæni Concilii Actis ſubſcriptum delet, 329. XIX. Quinquennalibus Conſtantii Cæſaris ab exilio relaxatur, 330. LVII. Juliani cura ei commiſſa, 337. LVIII. Ejus arbitrio Conſtantius omnia di-

diſponit, 337. LXII. & ſeq. Ut novus Epiſcopus in locum Athanaſii Alexandriam mittatur ſatagit, 337. LXIV. Creatur Epiſcopus Antiochenus, 340. XVII. Sæpe ſedes mutavit, 340. XVIII. Exilium Euſtathii procurat, *ibid.* & *ſeq.* Alter Nabuzardam appellatur, *ibid.* Ariana fuit hæreſi infectus, 340. XXXI. Præfuit Concilio Antiocheno, 341. XXXVII. Malorum omnium Catholicis ab Arianis illatorum auctor, 342. XVII. Ejus obitus, 342. XLIII. Scelera ejuſdem recenſita, *ibid.* & *ſeq.*
Euſebius a Pergamo Epiſcopus epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Euſebius Presbyter Romanus poſt Liberii reverſionem martyrium ſubiit, 357. LVII. De exilio ejus & obitu Epigramma, *ibid.*
Euſebius Vercellenſis Epiſcopus a Conſtantio in exilium ejectus apud Joſephum Comitem hoſpitatur, 327. XX. Monaſticam vitam cum Clericali junxit, 328. XXII. Ejus ſtudium a Liberio Papa commendatum, 354. VI. & *ſeq.* Ab eodem Liberio patrocinium fidei & miſſæ Legationis ſuſcipere rogatur, *ibid.* & *ſeq.* Ad Synodum Mediolanenſem venire detrectat, 355. V. Per Legatos & litteras Arianorum ad Synodum Mediolanenſem vocatur, 355. VI. Conſtantio Imp. ad eamdem Synodum vocanti reſcribit, 355. VII. Sequitur Legatos Liberii ad Conſtantium, 355. VIII. In dicta Synodo contra Athanaſium ſubſcribere renuit, 355. IX. A Conſtantio Imp. ad Arianiſmum ſollicitatur, 355. XVII. Subſcriptionem a Dionyſio contra Athanaſium factam delet, 355. XVIII. Inſigni actu Arianos illuſit, 355. XIX. Quomodo Maximus de eo dicat, Hæreticis ſe hæreticum eſſe mentitus eſt, 355. 20. Apud Scythopolim in Paleſtina exulat, 356. XC. Eumdem ibidem exulantem complures Epiſcopi inviſunt, *ibid.* A Patrophilo in carcerem conjicitur, 356. XCI. Conteſtationis ejus ad Patrophilum libellus, 356. XCV. Cibum ab Arianis, dum eſſet in carcere, accipere renuit, 356. XCVI. Et quare, 356. XCVII. Ab Arianis dira paſſus, 356. XCVIII. Quæ demum ab Arianis paſſus ſit, 356. CIII. Ejus epiſtola ad ſuos in vinculis ſcripta, 356. CI. Ejuſdem ad Gregorium in Hiſpania Epiſcopum epiſtola, 357. XXXV.
Euſemius Epiſcopus a Pergamo epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV. Item
Euſemius Epiſcopus a Mignenia, *ibid.* Necnon
Euſtatius Epiſcopus ab Epiphania, *ibid.*
Euſtathiani hæretici ex monachis, 328. XXXIII.
Euſtathiani dicti Catholici Antiocheni, ob Euſtathium ipſorum Epiſcopum, 340. XXXIII. Ex canone Concilii Antiocheni, cum Arianis communicare compulſi, 341. XXXVI. Athanaſium Antiochiæ excipiunt, 349. XIV.
Euſtathius Epiſcopus Beroœnſis ob excellentiam meritorum translatus in Sedem Antiochenam, Paulino ſubrogatur, 324. CXLIV. & CLVII. Ejus excellentia, *ibid.* & 325. XXI. In ejus creatione tumultus Antiochiæ excitatur, 324. CXLIV. Contra Arium primus clariſſima tuba bellicum cecinit, 324. CLVII. Ad publicas Deo in Niceno Concilio gratias agendas deligitur, 325. XXI. 325. LIV. Ejus Oratio habita in Synodo Nicæna, 325. LV. Quomodo primum locum in dextera parte ſeſſionis habuiſſe dicatur, 325. LVI. Quando in exilium ejectus, 340. XX. & *ſeq.* Ejus depoſitio per Arianos facta, 340. XXII. Sub Conſtantio accidit, non ſub Conſtantino, 324. CLIV. Quas paſſus fuerit calumnias, 340. XXIII. & *ſeq.* In exilio moritur, 340. XXVIII. Dies ejus natalis quotannis celebratur, *ibid.* Eius ſcripta, *ibid.* Quamdiu ſederit, 340. XXX.
Euſtathius Epiſcopus Sebaſtenus damnatus in Concilio Sardicenſi, 347. XVIII. In condemnationem Athanaſii ſubſcribit, 355. XXII. Ab Imperatore Coſtantinopolim ex Seleucienſi Concilio vocatus, 359. LXXXVII. Crimina ei in Conſtantinopolitano Concilio objecta, ejuſdemque damnatio, 359. CII.
Euſtathius quidam faber ærarius Antiochiæ, pater fuit pueri, quem ſe meretricula ex Euſthio Antiocheno Epiſcopo concepiſſe jurabat, 340. XXIII.
Euſtolium Leontii caſtrati Epiſcopi Antiocheni concubina, 350. XXVII.
Euſtorgius Epiſcopus Mediolanenſis Romano Concilio ſub Julio I. celebrato ſubſcripſit, 337. LXIX.
Euthemon Epiſcopus a Thaneos epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Euthymius Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcribit, 355. XXII.
Euticius Epiſcopus a Philopopoli epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Eutropia filia Conſtantii Clori, 324. CVIII. Athanaſium Romæ hoſpitio excipit, 340. VI. 350. VIII. Ab Aniceto Præfecto Romæ occiſa, 350. VIII.
Eutropius, Epiſcopus Hadrianopolis, cauſa fidei exilium paſſus, 340. XXVII.
Euthychiani hæretici ex monachis, 328. XXXIII.
Eutychius Epiſcopus Eleuteropolis quomodo Acacio adverſus Cyrillum inhæſerit, 352. XXVII. & *ſeqq.* Male habuit Luciferum, 356. LXXX.
Euzoius ſocius Arii pœnitens in Niceno Concilio receptus, 325. LXXIX. Cum Ario ad Conſtantinum venire compellitur, 335. XLIX. & *ſeq.*
Exactionis duræ tributorum reprehenditur a Zoſimo Conſtantinus, 330. XXX.
Excommunicare Romanum Pontificem primi auſi ſunt Ariani, 347. LXX.
Exilia Orthodoxorum glorioſa & Eccleſiæ proficua, 356. LXXXIX.
Exilium paſſi quatuor Presbyteri Alexandrini cum Athanaſio, 336. XI.
Exilium Athanaſii in Galliis, 336. X. Quomodo exciperetur, 336. XI.
Exilium loco peregrinationis acceptum, 340. XIII.
Exilium Euſtathii Antiocheni quando acciderit, 340. XXI. Confeſſorum Epiſcoporum Ægypti, quando, 341. XXII. Item Orthodoxorum Epiſcoporum ex Concilio Mediolanenſi, 355. XXVII.
Exilium Epiſcoporum & aliorum poſt Concilium Mediolanenſe, 355. XXX. & *ſeq.*
Exomologeſin hæretici agere ſoliti Romæ coram Romano Pontifice, 350. XXIII.
Expiatio parricidii apud Gentiles non inventa, 324. XVI. & *ſeqq.* 324. XXIV.
Expiatio peccatorum apud *Platonicos* qualis, 324. XXIV.
Expiationes apud Gentiles pro cæde, 324. XXV.

F

FAbianus diaconus Romanus ſub Silveſtro, 324. CXXX.
Faces incenſæ cum candelabris in funere Conſtantini, 337. XII.
Fægadius Epiſcopus ſpectatæ fidei in Concilio Ariminenſi, 359. XXXVIII. Et ipſe tandem ſcripſit poſteriorem profeſſionem Ariminenſem, 359. XXXIX.
Faſit dux Circumcellionum Donatiſtarum in Africa, 348. XXVII.

Fa-

Faviſſæ Capitolinæ quæ, 324. XCVIII.
Faunos & Satyros reperiri aſſeritur, 343. IV. & ſeq.
Fauſta Maximiani Herculei filia impudicos oculos in Criſpum Cæſarem conjiciens, nova Phædra effecta, 320. III. 324. XI. A Conſtantino occidi juſſa, 324. I. & V. XI. Necis ejus cauſa, ibid. Conſtantinum ad Gentilitatem revocaſſe dicitur, 324. XXXV.
Fauſtinus perſecutor Alexandriæ, 342. XIX.
Feliciſſimus Dux Ægypti ſub Conſtantio, 350. XXIX.
Felicitas peccantium, ſumma infelicitas, 353. X.
Felix diaconus Liberio in exilium miſſo in Pontificatu ſubſtituitur, 355. LV. Fueritne Catholicus, 355. LVI. Ingreſſus ejus quomodo ſe habuerit, ibid. Ordinatio ejuſdem ab Arianis facta, 355. LVII. Liberio Papa exulante ipſe Romanus Pontifex eſſe non potuit, 355. LVIII. Sed tantum Corepiſcopus, ibid. Redeunti Liberio ceſſit, 356. CXIV. Quando cœperit haberi verus Pontifex, 357. LVI. Liberio jam Ariana communione polluto, eum magna ex parte populus & clerus ſequitur, 357. LVII. Exitus ejus qualis fuerit, 357. LVIII. Conſtantii miniſtrorum impetu potius, quam præcepto Conſtantii ſublatus, 357. LVIII. & ſeq. Obitus ejus quando contigerit, 357. LX. Num Conſtantium Imperatorem hæreſeos damnarit, 357. LXI. De eo multa mendaciter dicta, ibid. Ejus cauſa Romæ ſub Gregorio Papa XIII. diu ventilata, 357. LXII. Corpus ejus magno miraculo repertum eſt, & cum eo certa memoria de damnatione Conſtantii, ibid. Tuncque controverſia de Felice ceſſavit, ibid. Quamdiu ſederit, 357. LXVI. Cur in Catalogo Romanorum Pontificum prætermiſſus, ibid.
Femina reſuſcitata in Crucis inventione, 326. XLVII.
Femina Chriſtiana convertit Iberus ad fidem, 327. XI. Alia ſigno Crucis magicas artes ſuperat, 327. XXVIII.
Feminæ ex decreto Synodi Nicænæ vetitæ cum Clericis habitare, 325. XLIX.
Feminæ etiam amplexatæ ſunt vitam monaſticam, 328. XX.
Feminarum locus in Eccleſia a viris diſtinctus, 325. LVIII.
Femineo habitu notati milites deſertores, 337. XXVII.
Feriam ſextam venerabatur Conſtantinus, 321. XII.
Fides libera, non coacta, 324. LXXXII. LXXXIX.
Fides Catholica miraculis firmata, 328. XV. Miraculis item a S. Antonio propagata, 345. VIII. Magnum, cum impugnatur, accipit augmentum, 356. LXXI.
Fidei definitio nulla temporis nota a Patribus conſignari ſolita, 325. II.
Fidei formula. Vide, Formula.
Fidei Nicænæ formula ab Oſio ſcripta, 325. LXXIII. Nihil in Concilio Sardicenſi ei additum, 347. XLIV.
Fidei formulæ ab Arianis deſcriptæ ſub die & Conſule, 359. VIII.
Filetus Epiſcopus a Juliopoli, &
Filetus Epiſcopus a Gratia, epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſerunt, 347. CV.
Filii Dei divinitas quibus ſit vocibus exponenda, 325. XLVI. Semper eadem credita in Eccleſia, temporibus etiam Ethnicis, ibid.
Filius Dei quomodo dicatur genitus, & non factus, 325. LXX.
Flaccus Epiſcopus ab Jeropoli epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Flacillus Epiſcopus Antiochenus Arianus, 342. XXXI.

Florentius Epiſcopus ab Anchera epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Florentius Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcribit, 355. XXII.
Florentii Magiſtri officiorum litteræ ad Luciferum Calaritanum, 356. LXVI.
Florentius Epiſcopus communicans cum Arianis, a Deo punitur, 359. XLIV.
Florus perſecutor in Numidia, 348. XXXIII.
Folles tributi genus a Conſtantino impoſitum, 330. XXXV. Clariſſimis viris indictum, 330. XLII.
Folles triplicis generis, 330. XLIII. Nomen follis unde, 330. XLVI.
Fons Baptiſmatis Conſtantini egregie ab ipſo exornatus, 324. LVI.
Fontes ſcaturiere ubi celebratum eſt Nicænum Concilium, 325. CLXXXV.
Formata quomodo conficienda ex Nicæni Concilii decreto, 325. CLXII. & ſeq. Ea, num quis Catholicus eſſet, oſtendebatur, ibid. & 325. CLXVII. Ejus explicatio, 325. CLXVIII. Symbola fidei Catholicæ & communicationis cum Eccleſia Romana continebat, ibid. Cur ei nomen Petri Apoſtoli inſertum, 325. CLXIX.
Formula prima fidei ab Arianis Antiochiæ ſcripta, 341. XIX. Secunda ibidem ab iiſdem, 341. XX. Item tertia, 341. XXIII. Necnon quarta, 341. XXV. His pro tempore ad libitum uſi Ariani, 341. XXVIII. Alia prolixior Antiochiæ ab iiſdem Arianis edita, 344. II. Denique nova quædam nomine Concilii Sardicenſis ab iiſdem concepta, 347. LXXI.
Formula prima fidei Sirmienſis, 357. IX. Secunda, ibid. XI. Tertia, 357. XX. Secunda per tertiam aboletur, 357. XXIV. Tertia ab Arianis Arimini propoſita, 359. IX.
Fortunatianus Epiſcopus Aquileiæ, 357. LXIX. Idem aliquando Fortunatus, aliquando Fortunatus dictus reperitur, 357. LXXIII. Quid Arelate cum Arianis egerit, 353. XVII. Arianorum importunitate victus, Athanaſii damnationi ſubſcribit, ibid. Litteris a Liberio Papa non ſolum fruſtra monetur, 354. VIII. Sed ipſum Liberium ſubvertit, 357. XLI.
Frænum Conſtantini Chriſti clavo decorum, 326. LI. Celebre de eo miraculum, 326. LIII.
Franci a Conſtante victi, & in fœdus accepti, 342. XLV.
Frumentius cum Fratre ſuo Ædeſio a barbaris capitur, 327. VIII. Regi charus ordinatur Epiſcopus ab Athanaſio, 327. X.
Frumentius Epiſcopus Auxumeorum quid paſſus ſub Conſtantio, 356. XVIII. 356. XXIII.
Frumentum a Conſtantinopolitanis ob cædem Hermogenis ſublatum, 342. XLVI.
Fuga Athanaſii commendatione digna, 356. LIX.
Fulvius Urſinus vir peritiſſimus laudatus, 324. XIV.
Funus Conſtantini Imperatoris, 337. XI.

G

GAbbara apud Ægyptios dicta pollincta defunctorum corpora, 358. XXIII.
Gadarenſia balnea turpitudinum & magicarum præſtigiarum ſchola, 327. XXIV.
Gaddiabes Epiſcopus martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVIII.
Gaiſo auctor necis Conſtantis, 350. I.
Gajus Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcribit, 355. XXII.
Galla mater Galli Cæſaris, 337. LV.
Galliæ per ſanctum Martinum monachiſmum acceperunt, 328. XXII.
Galli Epiſcopi Saturninum Epiſcopum Arelatenſem Arianum averſantur, 356. CVII. Ab Hilario ante Concilium Ariminenſe præmonentur, 358. XI. Illorum ſilentium Hilario

 li-

ſuſpectum, 358. XIII. Annonam a Conſtantio Arimini elargitam recuſaut, 359. II.
Gallicanæ Eccleſiæ virginitas, 356. CXI.
Gallicanorum populorum fortis in fide Catholica tuenda conſtantia, 356. CVII. & ſeq.
Gallicanus Conſul bellum Scythicum confecit, 330. L. Ejus ad Chriſtum converſio, & abdicatio hujus ſæculi, 330. LII. & ſeq. Ejus dona Eccleſiæ oblata, 330. IV.
Gallieno Imperante religio Chriſtiana ad barbaros propagata, 327. XVI.
Gallus cum Juliano fratre a cæde ſubtrahitur, 337. LV. Ejus ætas, ibid. Ejuſdem educatio, 337. LVI. Qua ætate Clericatu initiatus ſit, 345. III. Ejus dona Mamanti martyri oblata, Deo accepta, 345. V. Uxorem habuit Conſtantinam Conſtantii ſororem, 324. CVIII. 350. XI. A Conſtantio Cæſar creatur, 351. I. Pietas ejus etiam Martyris teſtimonio commendata, 350. XLI. Daphnem Antiochiæ ſuburbium a Gentilium ſuperſtitione expurgat, 351. I. Eoque corpus S. Babylæ martyris transfert, ibid. Judæos tumultuantes comprimit, 353. XXV. A Conſtantio occidi jubetur, 354. X.
Gaudentius Epiſcopus Ariminenſis martyrio vita functus, 359. LX. Ejus acta quæ ſpuria, ibid. Non a Damaſo Papa ordinatus Epiſcopus, ibid.
Gaudentius magiſter tabellariorum ſub Conſtantino, 319. XXI. 327. I.
Gazæ templum idolorum, alias Marnæ, in Palæſtina, 326. LXXV.
Gazæ navale Maiuma appellatum, a Conſtantino in Conſtantiam civitatem mutatum, 326. LXXX.
Gelaſius Papa tres Sedes Patriarchales a S. Petro inſtitutas eſſe commemorat, 325. CXXIX.
Gemmis ornatum diadema Conſtantinus geſtabat, ante eum Heliogabalus, 337. XXVIII.
Gennadius de epiſtolis Julii Papæ hallucinatus, 352. V.
Gentiles ad fidem hortatus eſt, non autem coegit Conſtantinus, 324. LXXIV. & ſeqq. Illorum turpitudines a Conſtantino ſublatæ, 326. LXX. LXXIII. Eorumdem templa nequaquam omnia à Conſtantino dejecta, 326. LXXV. Sed maxima intacta relicta, & quare, 312. III. Quid in Virgines Catholicas Alexandrinas ſub Præfecto Philagrio tempore Legationis Tyriæ attentarint, 335. XXIX. Exemplo patientiæ Abrahami multi ad fidem converſi, 337. XLII. Eorum ſepulcra demolientes lege coerciti, 340. XLV. 349. XXVII. Cum Judæis in Chriſtianos Catholicos Alexandrinos armati, 341. VIII. Eorum Sacra Conſtantis lege vetita, & templa ubique claudi juſſa, 346. XI. Cur Pagani dicti ſint, 351. XVI. Dicti olim barbari, tantum, ibid. Sacra nocturna facere a Conſtantio vetiti, 353. XXXII.
Gentiles Hiſtorici Conſtantinum nimiæ profuſionis redarguunt, 324. LXXII. Conſtantem ob vetita ſacrificia, & deorum templa clauſa, citius ſublatum fuiſſe aſſerunt, 346. XI. In Conſtantem infenſi, eumdem calumnioſe infamant, 350. VII.
Gentiles Philoſophi venerunt ad Nicænum Concilium, adverſus Chriſtianam religionem ingenii ſui vires experturi, 325. XLV.
Gentilitia ſuperſtitio Cruce Chriſti proſtrata, 328. XII. Nova Conſtantii lege vetita, 356. I. & ſeq.
Georgii & Gregorii nomina inter ſe pluribus differentiis diſtincta, 345. XIV. Sæpe tamen confuſa, 345. XII. & ſeq.
Georgius in Eccleſiam Alexandrinam intruditur, 356. X. Qualis hic fuerit, 356. XI. Ejus in Catholicos graſſatio, 356. XIII.
Georgius Arethuſiorum ab Arianis in Epiſcopum Antiochenum deligitur, 324. CLV.
Georgius Cilix unde oriundus, 341. XV.
Georgius Epiſcopus Laodicenus de Euſtathio Epiſcopo Antiocheno erroris arguitur, 340. XXVI. Mendaciis plenam ſcripſit hiſtoriam, 341. IX. Multorum mendaciorum aſſertor ſimul arguitur, ibid. Scripſit etiam vitam Euſebii Emiſeni, 341. XI. Hæreticus Arianus quid contra Apollinares, 345. XXII. Excommunicat Apollinarem Juniorem ob congreſſum cum Athanaſio, ibid. Ejus adverſus Aëtium litteræ, 357. LXXVII. & ſeqq.
Geminius Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII. Ejus de tertia Profeſſione Sirmiana epiſtola, 357. XXVI. Ejuſdem profeſſio fidei adverſus Arianos, 359. XXX.
Gerontius Epiſcopus Limphaniæ epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Gladiatores lege lata a Conſtantino vetiti, 325. CCIV. Item a Conſtantio, 357. LXXXIII. Eorum uſus tamen vix antiquari potuit, 355. CCIV.
Glorificationis hymnus a Niceno Concilio auctus, 325. CLXXIII.
Gothi a Conſtantino ſubjugati, 310. II. 332. XLIX. Ab Audæo converſi, iidemque monaſticam vitam amplexati, 341. XLII. Monaſteria ædificant, ibid. Chriſtiani perſecutionem paſſi ab ipſorum Rege, ibid.
Gorgonius Dux in Ægypto perſecutor, 356. XLIII.
Græcæ litteræ in Formatis poſitæ ordem & Latinæ, 325. CLXIII. & ſeq.
Græcæ litteræ in Urbe ubique ſatis notæ, 344. III.
Græci cur liberaliter adeo probent Conſtantini donationem, 324. CXX. Eccleſiam Conſtantinopolitanam Patriarchatu a Conſtantino auctam fuiſſe volunt, ibid. Multaque de privilegiis eidem Eccleſiæ collatis fingunt, 324. CXXII.
Græcorum quam dubia fides eſſe ſoleat, exceptis ſanctis Patribus, 324. CXX.
Gratianus Imperator hallucinatur, dum Concilium Antiochenum inter Catholica Concilia numerat, 341 XXXVII. Ejuſdem error corrigitur de Legatis miſſis ad Concilium Sardicenſe, 347. X.
Gratus Epiſcopus Carthaginenſis Ruſi ſucceſſor, Concilio Romano ſub Julio I. celebrato interfuit, 337. LXIX. Item Concilio Sardicenſi, 347. LV. CV. Quid in Africam detulit, 347. CV. Conſtantem Imperatorem rogat, ut Eccleſiæ Africanæ miſerrime a Donatiſtis ſciſſæ ſubveniat, 348. XIX. Carthagine Concilium celebrat, 348. XLI.
Gregorius Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.
Gregorii Eliberitani Epiſcopi, & Oſii Acta refelluntur, 357. XXIX. & ſeq.
Gregorii & Georgii nomina differentia plures diſcriminant, 341. XIII. & ſeq.
Gregorius Cappadox Arianus cum Georgio Ariano confuſus ſæpe reperitur, 341. XIII. & 342. XIX. In Synodo Antiochena ab Arianis in locum Athanaſii Epiſcopi Alexandrini ſubſtituitur, ibid. & ſeq. Qualis fuerit, litteris Athanaſii declaratur, 341. XVI. & XLIX. Ab Arianis Alexandriam introducitur, 342. I. In Eccleſiam Alexandrinam Imperatoris edicto intruditur, 341. VI. Ejus in Alexandrinos ſibi communicare renuentes crudelitas, 342. XXII. Quamdiu ſederit, 342. XXXV. Sæviſſimus fuit perſecutor, 342. XXXVI. Ad Julium Papam Legationem mittit, 342. XXXVIII. A Synodo Sardicenſi Epiſcopatu privatur, 347. XXXV. Quando obierit, 349. I.

Gre-

Gregorius Gregorii Nazianzeni pater a Leontio Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo baptizatur, 325. XXIX. Quæ miranda in ejus Baptiſmo evenerint, *ibid. & ſeq.* Falſo prætextu ab hæreticis deceptus, 359. CXV. Lapſus ejus a filio excuſatur, *ibid.* & CXVIII.

Gregorius Nazianzenus civitatem Conſtantinopolitanam hyperbolice effert, 330. XIII. Ejus ætas tempore terræmotus Orientis, 340. XXXVI. De Juliano quid auguratus fuerit, 354. XXIV. Studiorum cauſa primo Cæſaræam, deinde Alexandriam ſe contulit, 354. XXVI. Inde Athenas profectus, una cum Baſilio ibidem inſtituitur, *ibid. & ſeqq.* Baſilium gentilem ſuum Athenas venientem amico admodum ſuſcipit, eumque a condiſcipulorum ludibrio liberat, 354. XXX. *& ſeq.* Baſilio diſputanti præſto fuit, 354. XXXII. Ejus pia vitæ inſtitutio Athenis, 354. XXXIV. *& ſeq.* Impollutum ſe ſervavit ab errore Gentilium, 354. XXXVI. Ejuſdem cum Baſilio incredibilis amoris conjunctio, *ibid.* Redeunte in patriam Baſilio, invitus ab Athenienſibus detinetur, 354. XXXVIII. Patriam repetens, Conſtantinopolim venit, ibidemque Cæſarium fratrem invenit, 354. XXXIX.

Gregorii Papæ Noni Legatio ad Orientales, 340. XIII. Ejuſdem ad eoſdem litteræ, 340. XIV.

Gregorius Præfectus, in quem Donatus Epiſcopus Carthaginenſis contumelioſus, 348. XXII.

Gregorii Thaumaturgi Eccleſia illæſa a terræmotu, 343. XIX.

H

HAdriani ædificium Tiberiade a Joſepho in Eccleſiam converſum, 327. XXVI.

Hadrianum gymnaſium Alexandriæ a Conſtantio, 350. XXXII.

Hadrianopolitani Martyres ſub Conſtantio, 348. II.

Hæreſiarchæ numquam reſtituendi, 327. I.

Hæreſiarchæ & hæretici pœnitentes Romam venire ſoliti, 350. XXIII.

Hæreſiarchæ, & eorum hæreſes. *Vide*, Hæreſis.

Hæreſum certa nomina.

Hæreſis Aetii in Oriente quo prætextu validata, 357. LXXVI. Antiochiæ detecta, 357. LXXVI. Et damnata, 359. XCV. Anomiana quando exorta, 357. LXXX. Apollinaris origo, & quid docuerit, 349. XXIII. In unum cum Ariana convenit, 349. XXVI. Audæi & Audianorum, qualis, 341. XL. Colluthiana quando & ubi exorta, 319. XXXIII. Donatiſtarum variis nominibus appellata, 321. IX. Eudoxii ſive Eudoxiana, Antiochiæ detecta, 359. LXXXIX.

Homuncioniſtarum, eademque Photini, 357. VIII. Sacramentariorum impuriſſima, 340. X.

Hæreſes in commune.

Hæreſis impugnans divinitatem Spiritus ſancti, 315. LI. 359. CXX.

Hæreſum noſtri temporis prima fundamenta jecerunt apoſtatæ, 340. X.

Hæretici.

Hæretici Gentilibus deteriores ſemper habiti, 324. CXXII. Edicto Conſtantini omnes damnati, 326. XXI. A privilegiis Eccleſiæ conceſſis excluſi, 339. XX. Semper inconſtantes, 341. XXIV. Aeriani, 328. XXXIII. Ariani, *ibid.* Antropomorphitæ, *ibid.* Audiani quando & a quo exorti, 341. XXXVI. Euchaitæ, 328. XXXIII. Euſtathiani, *ibid.* Eutychiani, *ibid.* Joviniani, *ibid.* Meſſaliani, 328. XXXIII. Meletiani, *ibid.* Origeniſtæ, *ibid.* Severiani, *ibid.* Ex monachis qui olim exorti, *ibid.* Photiniani, dicti Homuncioniſtæ, 357. VIII. Sacramentarii longe deteriores Donatiſtis, 340. X.

Hæretici fidei profeſſionem temporis nota conſignare ſolent, 355. II.

Hæretici odio habendi, 342. III. 341. XXV.

Hæretici noſtri temporis cæteris deteriores, 342. XLII.

Hæretici mendaciis niti ſolent & calumniis, 347. LXXIX.

Hæretici magis quam ſerpentes fugiendi, 343. VII.

Hæretici & hæreſiarchæ pœnitentes Romam venire ſoliti, 350. XXIII.

Hæretici ſupponunt falſas epiſtolas nomine Julii Papæ, 352. VI. Gentilibus crudeliores, 356. XXIX.

Hæreticis & ſchiſmaticis magno periculo indulgent Principes, 334. III. *& ſeq.*

Hæreticorum canones interdum a Catholicis recepti reperiuntur, 341. XXXIV.

Hæreticorum conſueta opera, 342. XXVII.

Hæreticorum inconſtantia, ut numquam in una eademque ſententia permaneant, 344. VIII.

Hæreticorum occaſione uſi eloquentia interdum Patres, 344. XII.

Hæreticorum communicatio tam deteſtanda, ut in carcere poſitus Euſebius Vercellenſis Epiſcopus potius fame mori delegerit quam ab Arianis cibum capere, 359. CXVI.

Hæreticum ſe eſſe fingere quovis prætextu non licere, 355. XXI.

Hannibalianus Conſtantinam Conſtantini Imp. filiam duxit uxorem, 324. CVIII.

Hecatis ſimulacrum præſtigiis Maximi immutatum, 352. X.

Helena Mater Conſtantini flevit Criſpum occiſum, 324. XVI. Romano Concilio cum Conſtantino interfuit, 324. CXXVI. & CXXXI. Ejus nomine templum unum a Conſtantino in Bethlehem, aliud in Monte Oliveti erectum, 326. XXXVII. Jeroſolymam petiit, 326. XXXVIII. Ibidemque duo templa erexit, *ibid.* XXXIX. S. Crucem quærit, & invenit, 326. XLII. Inſignis ejus pietas, 326. LV. Jeroſolymis miniſtrat ſacris virginibus, *ibid.* Luciani martyris ſepulcrum exornat, 326. LVII. Ejuſdem erga omnes munificentia, 326. LIX. Statua ei in loco Daphnes a Conſtantino erecta, 326. LVIII. Quando & quomodo obierit, 326. LIX. Ejus funus & ſepultura, 326. LX. Effigies ejus poſt mortem in nummis quomodo excuſa, 326. LXI. Moriens pia filio præcepta dedit, *ibid.* Romæ ſepulta, 326. LXII. Poſtea Conſtantinopolim deportata, *ibid.* Jeroſolymis Romam reverſa Helenianam baſilicam variis reliquiis ornat, *ibid.* De ea inſcriptiones, 326. LXIV.

Helena filia Conſtantini num gemella cum Criſpo fuerit, 322. III. Poſtea Juliano nubit, *ibid.* Quid paſſa ab Euſebia Auguſta, 356. CXXVI.

Helenæ plures, 322. III.

Heleniana baſilica Romæ, 326. LXIII.

Helenopolis ex Drepano in Bithynia, 326. LVIII.

Helenepontus ab Helena dictus, *ibid.*

Heliodorus Epiſcopus adjumento Hilario fuit in Græcis litteris, 355. LXX.

Heliogabalus gemmatum geſtabat diadema, 337. XXVIII.

Hellel, aliter Illil, Patriarcha Judæorum, 327. XIX. Baptizatur occulte, *ibid.*

Henricus Imperator lanceam Conſtantini dedit Othoni filio, 325. CVII.

Heraclianus Comes perſecutor Alexandriæ, 342. XIX.

Heraclides Epiſcopus Oxyrinchi Catholicus, 356. LV.

Heraclius Comes mittitur contra Athanaſium, 356. XXX. Perſecutio ab eo facta, 356. XXXI. Edicta de privatione Athanaſii, & confirmatione Georgii proponit, *ibid.*

Herbipolenſis Academiæ diſputatio de Symbolo Athanaſii, 240. XIII.
Hermenegildus recentior dictus ab Auctore Jacobus Marchio Bademus, *ibid.*
Hermias lavator pedum peregrinorum Alexandriæ ab Arianis dira paſſus, 356. XXXIX.
Herminus Epiſcopus Theſſalonicæ contra Athanaſium ſubſcribit, 353. XVII.
Hermogenes Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ perperam ponitur interfuiſſe Nicæno Concilio, 325. XXXIII.
Hermogenes Dux perſecutor, fautor Macedonii, quid Conſtantinopoli adverſus Paulum, 342. XLV. Idem a Catholica plebe occiſus, *ibid.*
Herpalio cum collegis miſſus a Conſtantino ad ſeditionem quamdam in Phrygia Superiori ſedandam Legatus, 326. LXXXVII.
Heſychius ab Arianis Romam miſſus communionem Romani Pontificis ſuffurari conatur, 339. XII.
Heſychius Caſtrenſis cum Muſaniano præfectus Concilio Sardicenſi, 347. XIII.
Hieronymi Rubei hiſtorici cum Auctore de ſucceſſione Ravennatum Epiſcoporum controverſia, 337. LXX.
Hieronymus Chronicon ſuum uſque ad Valentinianum iterum Conſulem produxit, 355. CCXIII. Ejuſdem in ordinando Euſebii Chronico mira diligentia, *ibid.* Auxit illud, 325. CCXVII. Chronicon ejus interdum inverſum, 350. XLI. Ejuſdem ſententia de lapſu Epiſcoporum Ariminenſis Concilii declaratur, 359. XLV. Vitam Antonii tranſtulit potius, quam ſcripſit, 358. XXIV.
Hilarion Abbas exules in Ægypto Epiſcopos viſitat, 356. XLVIII. Ejus ætas & profeſſio, 356. XLIX. Diem natalem S. Antonii celebrat, 358. XXIII.
Hilarius Comes Syriani contra Athanaſium in Ægypto, 354. XIX. 356. IV.
Hilarius Diaconus Romanæ Eccleſiæ Legatus a Liberio miſſus ad Conſtantium, 354. III. Nolens ſubſcribere contra Athanaſium poſt verbera exulat, 355. XVII. Ejus mira conſtantia verberibus ferendis, *ibid.*
Hilarius perſecutor Alexandriæ, 342. XIX.
Hilarius Epiſcopus Pictavienſis Sardicenſis Concilii nomine editam novam fidei Formulam recenſet, 347. LXXIII. *& ſeq.* Ejus inſtituti ratio, 347. LV. Quando in exilium ejectus, 355. XXVIII. 356. CIV. 356. CXI. Ejuſdem invectiva in Conſtantium de exilio Epiſcoporum, 355. XXXII. Quando creatus fuerit Epiſcopus Pictavienſis, 355. LXX. A S. Hieronymo magnopere laudatus, *ibid.* Quantumvis conjugatus, electus tamen Epiſcopus, *ibid.* Interdum de induſtria ſtylum depreſſit, 355. LXXI. Conſtantio pro Catholicis graviſſima perſecutione fatigatis libellum offert, 355. LXXIII. Cur ei ſicut aliis moleſtia ab Arianis non fuerit illata, 355. LXXXII. Quid ei Conſtantius indulſerit, 355. LXXXIII. Vigilans ejus pro fide Catholica ſtudium, 356. CIX. Ejus ſcientia de dogmatibus Eccleſiaſticis infuſa potius quam acquiſita, 356. CXI. Haud nactus legitimam fidei Sirmienſis Formulam, 357. XI. Catholicas eas putavit affertiones, in quibus nomen Subſtantiæ eſſet expreſſum, 347. XLVIII. Præmonet Gallos, ne decipiantur ab Arianis in Synodo, 358. XI. Librum de Synodis quando ſcripſerit, *ibid. & ſeq.* Ejus in admonendo Galliæ Epiſcopos ante Synodum Ariminenſem conſilium, 358. XV. Favit Semiarianis contra Arianos, 358. XVII. Quo conſilio id fecerit, *ibid. & ſeq.* Quid ad Orientales, *ibid.* Ad Concilium Seleucienſe ire compellitur, 359. LXVI. Ibique fides ejus explorata, 359. LIX. In eo cum Ægypti Epiſcopis tantum communicat, *ibid.*
Himerius profeſſor Athenis ſub Conſtantio, 354. XXV.
Hippocentaurus viſus Antonio, 343. II.
Hippolytus quidam hæreticus in Concilio Romano ſub Silveſtro celebrato damnatus, 324. CXXVII.
Hiſpanus nomine Ægyptius, auctor ſalutis Conſtantini, 324. XXVII. Quis hic fuerit, *ibid.*
Hiſtoria Euſebii duplex, 325. CCXV.
Hiſtoria de rebus Arii licet nota, tamen perplexa, 357. VII.
Hiſtorici negantes necem Criſpi & Fauſtæ hallucinati ſunt, 324. VII.
Hiſtorici Latini aſſertores necis Criſpi, 324. VIII.
Homeritæ a Theophilo converſi dicuntur, 354. XIV.
Homicidium apud Gentiles quomodo expietur, 324. XXVI.
Homines permixti alia ſpecie animalium ſæpe viſi, 343. II.
Homouſion & Homojuſion deleri placuit Arianis in Concilio Ariminenſi, 357. XII.
Homouſion, vox in Nicæno Concilio inventa ad perfectam deſtructionem hæreſis Arianæ, 325. LXVII. Haud nova, ſed a Patribus uſurpata, 325. LXVIII. Teſtantibus etiam Ethnicis, id ſemper in Eccleſia creditum, *ibid. & ſeq.*
Homuncioniſtæ hæretici quid docuerint, 357. VIII.
Honor præſtandus ſacerdotibus ab Imperatoribus, 325. XVI.
Hormiſdas Epiſcop. in Perſide martyr ſub Sapore, 344. XVIII.
Hoſpitium & hoſpites Athanaſii Romæ, 340. VI.
Humano ſanguine lepra curari ſolita, 324. XXXVI.
Hunni quando in Gallias irruperint, 346. IX.
Hymnum in Bacchi laudem quod cani audiverint Apollinares, excommunicantur a Theodoto Epiſcopo Laodicenſi, 349. XXII. *& ſeq.*
Hymnus Glorificationis auctus a Nicæno Concilio, 325. CLXXIII.

I

JAcobus quidam presbyter Perſa ſub Sapore martyrio coronatur, 344. XVI.
Jacobus Epiſcopus Niſibis Nicæno Concilio interfuit, 325. XXVI. Cum Alexandro Epiſcopo Conſtantinopolitano conatibus Arii ſtrenue reſiſtit, 336. L. Niſibin civitatem ab exercitu Perſarum obſeſſam miraculoſe defendit, 338. XVIII. *& ſeq.* Ejus obitus & ſepultura, 338. XXIV. Ejuſdem ſcripta, 338. XXV.
Jacobus Davy Epiſcopus Ebroicenſis Photii enormem errorem de tempore celebrationis Nicæni Concilii excuſare tentat, 325. XI.
Jacobus Marchio Bademus martyr noſtri temporis, 340. XIV.
Jamblicus philoſophus, idemque magus, quid in balneis Gadarenſibus, 327. XXV. *& ſeq.*
Januarius Epiſcopus Beneventanus eu miſſus fit Legatus ad Concilium Sardicenſe, 347. X.
Iberi per feminam Chriſtianam ad fidem converſi, 327. XI. Legatione ad Conſtantinum adornata Sacerdotes ſibi mitti poſtulant, 327. XV. Quinam populi fuerint, *ibid.*
Iberorum Rex denſiſſimis tenebris a Deo juſte punitur, 327. XIII. Dictus fuit Bacurius, 327. XVII.
Idola expoſita deriſioni a Conſtantino, 324. XLIX. & LXXIII. Quædam eorum templa a Con-

a Conſtantino ſpoliata, 326. XLIX.
Idolorum cultora a Conſtantino ſublata, 326. LXXV. A Theodoſio omnino ablata, 326. LXXVI.
Idolorum ſacra turpia a Conſtantino ſublata, 326. LXXVII. Eorumdem ſacra a Conſtantio vetita, 341. LX.
Idolum Pan a Conſtantino ſublatum, 326. LXXII.
Idololatriam reſtaurare conatur Arius, 325. LXXXVI. Virtute Crucis debellata, 328. XII. & ſeq.
Idololatriam penitus convellendam eſſe, Imperatoribus Chriſtianis perſuadere conatur Julius Maternus, 337. LXXV.
Idololatræ a Conſtantio exagitati, 341. LX.
Jeroſolyma a Conſtantino expurgata, & ſacris ædificiis exornata, 326. XXVII. Nova extructa ab eodem Conſtantino, 326. XXXIII. Templum Reſurrectionis ibidem erigitur, 326. XXX. Ibidem ſex templa a Conſtantino erecta, 326. XLI. Crux ſacra ibi inventa, 326. XLII. Ad Encænia templi ejus vocantur Tyro Epiſcopi a Conſtantino, 335. XLI. & ſeq. Devotionis ergo frequens eo peregrinatio, 326. LXIV. Ingens ibidem prodigium viſum de apparitione ſigni S. Crucis, 353. XXIII. & ſeq. Quid portenderit, 353. XXV.
Jeroſolymitanorum Epiſcoporum ſucceſſio, 351. XXV.
Jeroſolymitana Eccleſia ſubdita Cæſarienſi, 325. CXXXVIII. & ſeq. Ejus privilegia cognita a Niceno Concilio, ibid. Quænam ſint illa, 325. CXL. Dicta mater omnium, ibid. Turbinibus agitata, 349. XXII.
Jeroſolymitani templi a Conſtantino ædificati deſcriptio, 326. XXXIV.
Jeroſolymitani templi Encænia decernuntur, 335. XLI. Quando facta, & a quibus, ibid. Mariano Præfecto opus injunctum, 335. XLIII.
Jeroſolymitanum Concilium in dedicatione templi a Conſtantino convocatum, 335. XLI. & ſeq. Ex quibus locis Epiſcopi eo convenerint, ibid. Quid illic actum, ibid. In eo Arii confeſſio probata, ibid. Cur ab Euſebio Cæſarienſi Synodus illa adeo laudata, 335. XXXIX. Arius & Ariani in illa Synodo recepti, 335. XLVII. Ejuſdem Synodica, 335. LIII. Nullius fidei Concilium hoc habitum, idemque cum Tyrio exiſtimatum, ibique vox Conſubſtantialitatis ſilentio præterita, 335. LIV. & ſeq. Quorum cauſæ ibi tractatæ, 335. LVI.
Jeroſolymitanum Concilium ſub Athanaſio celebratum, 350. XII. Ejus epiſtola Synodalis de Athanaſio, 350. XIII. Nomina Epiſcoporum, qui illi interfuerunt, ibid.
Jeſu nomine Joſephus Judæus multa operatur miracula, 327. XXXI.
Ilium a Conſtantino in novam civitatem erigendam deligitur, 324. CXL. & ſeq.
Imagines piæ & ſacræ a Conſtantino expoſitæ, 324. CXXXVI. Templa Jeroſolymis ab eodem Conſtantino erecta iis ornata, 326. XXXVI. Similibus Silveſter Papa Urbis Eccleſias illuſtrat, 335. LVIII. Eaſdem Julius Papa baſilicis a ſe erectis inferri mandat, 352. IV.
Imagines Angelorum argenteæ, in baſilica Lateranenſi, 324. LXVIII.
Imagines Chriſti & Apoſtolorum Petri & Pauli ſimul pingi ſolitæ, 324. LXVIII. Chriſti Salvatoris in numiſmate Criſpi Cæſaris, 324. XV. Chriſti cum Deiparæ imagine a dextris, & Joannis Baptiſtæ a ſiniſtris, 325. LVIII. Ejuſdem Conſtantini cum dracone ſuperato pingi ſolitæ, 324. CII. Ejuſdem Conſtantini, Chriſti Cruce decoræ, 325. CCVI. Ejuſdem cum Labaro & ſerpente compreſſo, ibid.
Illas æmulati ſunt etiam alii Imperatores, ibid. Aliæ ejuſdem ipſum cælum aſpicientem exhibentes, 325. CCVII. Item aliæ eum expanſis manibus Deum precantem repræſentantes, ibid. Ejuſdem velatæ, & inſtar aurigæ in nummis cuſæ, 337. XVIII. Petri & Pauli oſtenſæ Conſtantino, 324. XL. Petri Apoſtoli a ſiniſtris, & Pauli a dextris formari ſolitæ in ſacris diplomatibus, 325. LVIII. S. Silveſtri cum dracone cur effingi ſolita, 324. CII.
Imagines ſuas noluit Conſtantinus affigi templis idolorum, 326. LXXXI. Idque edicto cavit, ibid.
Imagines Imperatorum quomodo exponerentur venerandæ, 348. XXXV.
Imaginibus argenteis exornatum baptiſterium Conſtantini, 324. LVII.
Imago Conſtantini lapidatur ab Ægyptiis, 324. CLVIII.
Imago ſive effigies S. Nicolai qualis, 326. XCV.
Imperatores chriſtiani legem Papiam adverſus cælibatum qui aboleverint, 320. VI. & XIV. Veriti nimium ditare Eccleſias, eis relinquendi bona ademerunt facultatem, 321. XVII. A donis templorum Gentilium abſtinuerunt, 324. LXXIII. Epiſcopos ad ſe venientes quomodo excipere debeant, 325. XVI. Eorum partes in Synodo quæ, 325. LXXI. In atrio baſilicæ Apoſtolorum ſepeliri ſoliti, 336. LXXIV. Ob id janitores Piſcatorum dicti, ibid.
Imperatorum Ethnicorum & Conſtantini antitheſes, 324. CXXXIII.
Imperium Romanum a Conſtantino filiis diviſum, 335. XXV. 337. LI.
Incantatores Conſtantinus lata lege damnavit, 321. XVI.
Indi Legatos ad Conſtantinum mittunt, 325. CCVIII. Eorum nonnulli per Frumentium & Ædeſium ad fidem perducti, 327. VIII. A Theophilo iterum in fide inſtituti, 334. XII. & ſeq.
Indulgentia Conſtantini in Donatiſtas, eos ab exilio relaxando, unde orta, 330. II.
Indulgentiam Conſtantinus reis omnibus ob partum Criſpi & Helenæ impertitur, 322. III.
Inſcriptiones de ſancta Helena matre Conſtantini, 326. LXIV.
Inſcriptionis antiquæ elegans tetraſtichon de Baſilicis Petri & Pauli a Conſtantino erectis, 324. LXVI.
Inventio S. Crucis, 326. XLII. Quæ tunc miracula accidere, 326. XLVI. Ejus hiſtoria, 326. XLIII.
Joannis Baptiſtæ imago argentea in Baptiſterio Conſtantini, 324. LVII. Ejuſdem imago cum imagine Chriſti & Mariæ Virginis quomodo pingi ſolita, 325. LVIII.
Johannes Chryſoſtomus ex canone Concilii Antiocheni preſſuram paſſus, 341. XXIX.
Joannes Epiſcopus Chriſtianorum in Perſide, Niceno Concilio interfuit, 325. CCIX.
Joannes duo Epiſcopi ſub Sapore in Perſide, martyrio coronati, 344. XVIII.
Joannes Epiſcopus Meletianus ab Epiphanio laudatus, 326. IX. Pro Meletianis ad Imperatorem legationem obit, ibid. Meletio in Epiſcopatu ſubrogatus, 326. XII. 335. IX. Ejuſdem pœnitentia, ibid. Ejus litteræ ad Conſtantinum, & Conſtantini litteræ ad eum, 333. IX. A Conſtantino vocatur, ibid. Conſtantinopolim profectus ab Euſebianis perſuadetur reſilire ab Athanaſio, 334. I. Novas contra Athanaſium calumnias ſtruit, ibid. & IV. A Conſtantino tandem exilio damnatur, 336. XVIII.
Joannes & Paulus aulici Conſtantiæ filiæ Conſtantini, 330. LII. Converſionis Gallicani vi-

ri

el clariſſimi auctores, *ibid.* Eorumdem Acta a quo conſcripta, *ibid.*
Jonas cum Barachiſio martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XXI.
Joſephus Judæus factus Chriſtianus, Comitatus honore donatur a Conſtantino, 327. XVIII. Adhuc Judæo ſæpe Chriſtus apparet, & ut credat admonet, 327. XXXI. Male a ſuis habitus, *ibid.* XXXII. Apoſtolatus munere fuit inſignitus, 327. XVIII. XXXIII. Scythopoli Epiſcopos Catholicos exulantes hoſpitio excipit, 327. XX. Inter cæteros, S. Euſebium Epiſcopum Vercellenſem, *ibid.* & 356. XC. Ab aquis divina ope liberatus, ad Conſtantinum ſe contulit, 327. XXXIV. Eccleſias in Palæſtina ædificat, 327. XXXVI. Adhuc Judæus in nomine Chriſti miracula operatur, 327. XXXVII.
Joviniani hæretici ex Monachis orti, 328. XXIII.
Ireneus presbyter Legatus Athanaſii ad Epiſcopos communicatorias Encyclicas Athanaſii litteras iis ſubſcribendas deferens, 350. XXV.
Iſaac Epiſcopus martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVIII.
Iſaac Epiſcopus a Lueto epiſtolæ pseudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Iſchyras pſeudoclericus depoſitus in Synodo Alexandrina ſub Legato Oſio, 359. XXIII. Presbyterum agens, ab Athanaſio deſiſtere jubetur, 328. II. Ad Meletianos transfugit, *ibid.* Meletianis inſtigantibus contra Athanaſium accuſationes inſtituit, 331. I. De falſa in Athanaſium accuſatione pœnitentiam agit, 331. II. Litteris ab Athanaſio veniam petit, 331. III. In Conciliabulo Tyrio Athanaſium denuo accuſare aggreditur, 333. XI. Qualis ſemper fuerit, *ibid.* & 335. XX. Agentibus Euſebianis Epiſcopus eligitur, eique ab Imperatore Eccleſia ædificatur, 335. XXXIX.
Iſidorus Mercator mendaciorum contextor arguitur, 356. LXI. Narratio ejus de Oſio & Gregorio Epiſcopo Eliberino refellitur, 357. XXIX. *& ſeq.*
Iſidorus comes Athanaſii Romam, 340. V.
Iſion Meletianus Legatus cum collegis ad Conſtantinum Imperatorem, 328. XXXII. A Conſtantino damnatur, 329. I.
Judas S. Crucis propalator, Chriſtianus effectus, Cyriacus appellatur, 326. L.
Judas Patriarcha Judæorum ſucceſſor Hellel, 327. XXIII. Ejus res turpiter geſtæ, *ibid.*
Judæi occaſione facinoris in Joſephum admiſſi, Conſtantini reſcripto coercentur, 327. XXXV. Magicis præſtigiis Joſephi ſtudium in erigendis Eccleſiis impedire conantur, 327. XXXVI. Eos non afficiendos moleſtia aliqua, legibus ſancit Conſtantinus, 336. LXXV. Vetiti reſcripto Conſtantii feminas Chriſtianas in uxores ducere, 339. XXI. in Palæſtina tumultuantes, a Gallo Cæſare compreſſi, 353. XXXV.
Judæi & Gentiles in Catholicos Chriſtianos Alexandrinus armati, 341. III.
Judæorum magiſtratus ſub Conſtantino, Patriarchæ, Apoſtoli, & alii, 327. XVIII.
Judæis inhærere, nefandum, 325. CVII.
Judaico more Paſcha celebrantes in Nicæno Concilio correcti, 324. CVI.
Judices cognitores quid agant in Synodis, 334. IX.
Judices cognitores præfecti a Conſtantio Synodo Sirmienſi, 350. VII.
Judices ſæculares abſtinere debent a cauſis Epiſcoporum, 355. LXXIV. LXXXIII.
Judicium Epiſcoporum ratum firmumque eſſe debere Conſtantinus conſtituit occaſione S. Nicolai, 326. XCIX.
Judicium ſæculare Ariani interpellant adverſus Epiſcopos, 325. XLI.
Julianus Apoſtata Conſtantinum de magiſtratibus in barbaros collatis calumniatur, 337. XXVI. Ejuſdem calumnia in Conſtantinum, quod deliciis deditus eſſet, 337. XXVII. Item comam Conſtantini carpit. 337. XXVIII. Sed etiam calumnioſe, 337. XXX. Quibus ſit parentibus ortus, 337. LV. Cum Gallo fratre a cæde liberatur, *ibid.* Ejus ætas, *ibid.* Ejuſdem educatio, 337. LVII. Et eruditio, *ibid.* Magiſter ejus primus fuit Mardonius, *ibid.* Adhibita illi cuſtodia, ne a Chriſtiana pietate deflecteret, *ibid.* Cura ejus Euſebio Nicomedienſi commiſſa, 337. LVIII. Quo ætatis anno clericatu initiatus fuerit, 345. III. Dona ejus Martyri oblata inſtar Caini reſpuuntur, 345. V. Mamanti martyri fruſtra templum erigere conatur, 345. VII. Ethniciſmo a Philoſophis Gentilibus Mardonio & Maximo imbuitur, *ibid. & ſeq.* Jamblichi Philoſophi ſtudioſiſſimus, 345. X. 351. XII. Adhuc adoleſcens deſcivit occulte a fide, 345. X. Ad diſcendum pernici fuit ingenio, 345. XI. Totus in captandis reſponſis de futuro, quod ambiebat, Imperio, 351. VIII. Signo Crucis dæmonem abigit, 351. IX. Semper cum Magis verſatur, 351. X. Plures ejus apoſtaſiæ recenſitæ, 351. XIII. Ad Conſtantium ſe confert, 354. XXII. Quas paſſus accuſationes, *ibid.* Athenas venit, 354. XXIII. De eo quid auguratus Gregorius Nazianzenus, 354. XXIV. Secretior ejus cauſa proficiſcendi Athenas, *ibid.* Eleuſiniis ſacris initiatus, & inter Eumolpidas relatus, *ibid.* A Conſtantio Cæſar creatur, 355. LXXXV. In Gallia favet Catholicis, 355. LXXXVII. Præcipue Hilario Epiſcopo Pictavienſi, *ibid.* 356. CV. Occulte ibidem ſupplicabat Mercurio, 356. VIII. Martinum inopportuno tempore miſſionem petentem redarguit, 356. CXXIV. Conjux ejus Helena ab Euſebia Auguſta vexata, 356. CXXVI. Ab exercitu acclamatus Auguſtus, 357. LXXXIII. In Galliis magiam exercet, 358 XXIX. Fovebat magos, quos dicebat Philoſophos, *ibid.*
Julius Papa Marco in ſede Pontificia ſuccedit, 336. LXVII. Synodum centum & ſexdecim Epiſcoporum Romæ celebrat, 337. LXVII. Nicænam Synodum etiam confirmat, 337. LXVIII Contra Athanaſium ab Arianis tentatur, 339. I. Legatos ab Euſebianis & ab Alexandrinis miſſos recipit, *ibid.* Quid cum eis geſtum, 339. XII. Quid tantum Arianis indulſerit, 339. XV. Euſebianos Romam ad Synodum vocat, 340. I. *& ſeq.* Legatos in Orientem mittit, 340. III. Ejus de electione Gregorii in locum Athanaſii querela, 341. XVII. Cauſam Athanaſii in Concilio Romano cognoſcit, 341. XLVI. Eumdemque abſolvit, *ibid.* Cauſam Marcelli Romæ in eodem Concilio cognoſcit, 341. L. Ab Euſebianis contemptui habetur, 341. LVI. Epiſcopos ab Ægypto profugos recipit, 342. XXVI. Receptis ab Euſebianis litteris quid egerit, 342. XXVIII. Ad Euſebianos quid reſcripſerit, 342. XXIX. Ejus ad Euſebianos exhortatio, 342. XXXI. Plures ejuſdem litteræ ad Euſebianos, *ibid.* Cur mitius cum Euſebianis agat, 342. XXXIII. Epiſcoporum Synodos frequenter convocat, 342. XXXIV. Legationem Gregorii Ariani Epiſcopi Alexandrini non admittit, 342. XXXV. Epiſcopos exules recipit, & pro eorum reſtitutione laborat, 342. XLVII. Pro iiſdem exulibus Epiſcopis litteras ſcripſit, *ibid.* Arianorum confeſſionem quartam Antiochiæ editam reſpuit, 344. IV. Legatos ad Conſtantem pro Synodo indicenda mittit, 346. III. De indictione Concilii Sardicenſis apud Conſtantem agit, *ibid.* Pro Athanaſio ad Conſtan-

Digitized by Google

ſtantem ſcribit, 346. IV. Epiſcopos ad Synodum Sardicenſem convocat, 346. V. Iidem per Legatos interfuit, 347. X. Litteras ex Synodo Sardicenſi accipit, 347. XXI. Ab Arianis in Concilio Philippis habito excommunicatur, 347. LXX. Athanaſium recipit, & litteris ejus ad Alexandrinos reditum comitatur, 349. VIII. Athanaſii laudes deprædicat, 349. IX. Libellum pœnitentiæ Urſacii & Valentis recipit, 350. XXI. Quando obierit, & quot annis ſederit, 352. I. Falſo illi exilium adſcribitur, 352. II. & ſeq. Baſilicæ duæ ab ipſo extructæ, & ſacris imaginibus pulcherrime ornatæ, 352. IV. Ejus res geſtæ & ſcripta, 352. V. Nomine ejus ab hæreticis ſcripta ſuppoſita, 352. VI. & ſeq. Ubi ſepultus ſit, & ſedes ejus quamdiu vacaverit, 352. IX.

Julius diaconus Romanus ſub Silveſtro, 324. CXXX.

Julius Epiſcopus Mediolanenſis Romano Concilio ſub Julio Papa celebrato interfuit, 337. LXIX.

Julius Firmicus Maternus Epiſcopus Mediolanenſis, 337. LXXV. Ejus pietatis ſtudium, ibid. Idololatriam ut penitus extermiuent, Imperatoribus perſuadere conatur, 337. LXXVI.

Julius Firmicus Maternus qui ſcripſit librum de Matheſi, diverſus ab eo qui ſcripſit adverſus errores profanæ religionis, 355. I.

Julius Antonius Sanctorius Cardinalis propugnator cauſæ Felicis, 357. LXIII.

Junior Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.

Junius Baſſus quando obierit, 358. XXVI.

Juramentum militare Chriſtianorum, 351. XVI.

Juſti cur ſimantur ſic affligi, 356. XII.

Juſtinus Imperator illuſus a mago, per frænum Conſtantini liberatur, 326. LIII.

Juvencus Hiſpanus ſub Conſtantino claruit, 337. XLVIII.

L

Labari forma, qualis, 337. XIII.

Labarum contra Labarum in expeditione Conſtantii adverſus Magnentium primo concurrere viſum, 353. V.

Laicus poſtulatus Epiſcopus diu ante probandus, 347. LVI.

Lampades præcedere ſolere Imperatores, 314. LXXXI. In lætitiæ ſignum eaſdem accendere jam olim in uſu, ibid.

Lampſacis, deſtructis a Parthenio Epiſcopo idolorum templis, Eccleſia erigitur, 337. XXXIX.

Lancea Conſtantini Crucis figuram exprimens ad poſteros Imperatores tranſmiſſa, 325. CCVII.

Lapſi Fideles, de iis a Niceno Concilio quid ſtatutum, 325. CXLV.

Latebræ Athanaſii in ciſterna quando & quomodo contigerint, 356. LXXXI.

Lateranenſis baſilica a Conſtantino erecta, & donis aucta, 324. LXVII.

Lateres quadrati quamplurimi in reſtauratione Baſilicæ S. Petri inventi, nomen Conſtantini exhibent, 324. LXII.

Latino ſermone Conſtantinus peroravit, & quare, 325. LX.

Latrinæ publicæ, locus obitus Arii, 336. LII. & ſeq.

Laurea cur a Conſtantino in diadema mutata, 337. XXIX.

Laureæ militum Chriſti nomine inſignitæ, 351. VII.

Laureæ militum Chriſtianorum imago, ibid.

Laurentio martyri baſilicam erexit Conſtantinus, 324. CXIII.

Lauricus intereſt Conc. Seleucienſi, 359. LXVIII.

Legati Apoſtolicæ ſedis qui Concilio Niceno interfuerint, 325. XX. Ad Synodos Oecumenicas pauciores tribus haud mitti ſoliti, ibid. Alii ab Arianis doloſe Antiochiæ detenti, 341. XLV. Iidem Romam redire permiſſi, 341. LIII. & ſeq. Quinam ad Sardicenſe Concilium miſſi, 347. X. Alii Conſtantium Arelate morantem de Concilio cogendo conveniunt, 353. XVI. Quid ab illis Ariani Epiſcopi expetierint, 353. XVII. Alii ad eumdem Conſtantium miſſi, 354. I. Ad Synodum Mediolanenſem venire detrectant, 355. IV. & ſeq. Poſtea tamen venire juſſi, Euſebium Vercellenſem ad eamdem invitant, 355. VIII. Contra Athanaſium ſubſcribere nolentes, a Conſtantio male affecti, 355. XVII. Et in Palæſtinam relegati, ibid.

Legatorum Apoſtolicæ Sedis locus in conſeſſu Synodali quis fuerit, 325. LIX.

Legati Æthiopum ad Conſtantinum miſſi, 325. CCVIII. Arianorum ad Julium Papam qui, quidve ab eodem petierint, 339. I. Eorumdem ex Concilio Antiocheno ad Conſtantem, 341. XL. Iidem Mediolani apud eumdem quid egerint, 344. V. & ſeq. Eorumdem alii Euſebium Vercellenſem ad Synodum Mediolanenſem invitantes, 355. VI. Arimineoſis Concilii a Conſtantio detenti, 359. XXV. Ab eodemque in impietatem adducti, 359. XXIII. Revertentes a Synodo excluſi, 359. XXXVIII. Athanaſii ad Conſtantinum, 329. I. Ejuſdem alii ad Epiſcopos communicatorias Athanaſii litteras ſubſignandas iis deferentes, 350. XXV. & ſeq. Blemiorum ad Conſtantium miſſi, 325. CCVIII. Euſebianorum a Conciliabulo Tyrio in Ægyptum decernuntur 335. XXI. Eorum nomina, ibid. Indorum ad Conſtantinum, 335. XXVII. Magnentii ad Conſtantium, 350. XXVIII. Saporis Perſarum Regis ad Conſtantinum, 325. CCVIII. Sardicenſis Concilii ad Conſtantium miſſi, qui fuerint, 348. I. Quid paſſi, 348. V. & ſeq. Seleucienſis Concilii ad Conſtantium, 359. LXXXIV.

Legatio Agrippinenſis Concilii adverſus Euphratem Epiſcopum collecti ad Urbem quando acciderit, 346. VIII. Alexandrini Concilii pro Athanaſio ad Julium Papam, 339. I. Quid in ea Romæ actum, 339. XII. Arianorum in Occidentem ad Imperatores, 338. VI. Eorumdem aliæ ad Conſtantem miſſæ, 342. XL. XLVIII. Eorumdem aliæ ad Conſtantium ex Concilio Arimineuſi, 359. XXV. Athanaſii ad Conſtantium, 354. XX. Conſtantini ad tumultuantes populos comprimendos, 326. XXIII. Conſtantis Imperatoris ad Conſtantium pro Sardicenſis Concilii ſtabilitate, 348. VII. Ejuſdem in Africam ad ſciſſam Eccleſiam uniendam, 348. XVIII. XXI. XXVIII. Euſebianorum ad Julium Papam, 338. XXIX. Quid per eam Romæ actum, 339. XII. Georgii Ariani ad Julium Papam, 342. XXXVIII. Iberorum ad Conſtantinum miniſtros Eccleſiæ ſibi mitti poſcentium, 327. XV. Indorum ad eumdem Conſtantinum, 336. XXIV. Julii Papæ ad Orientem, 340. III. Liberii ad Conſtantium, 354. I. 354. VI. Ejuſdem ad Concilium Ariminenſe, 359. III. Macarii ad Conſtantinum Imperatorem pro Athanaſio, 333. I. Magnentii ad Conſtantium, 350. XXVIII. Meletianorum ad Conſtantinum, 329. I. Orthodoxorum ex Concilio Ariminenſi ad Conſtantium, 359. XXIII. Oſii a Silveſtro in Orientem, 319. XXVI. Sardicenſis Concilii ad Conſtantium, 348. I. Tyrii Conciliabuli in Ægyptum, ejuſque res geſtæ ibidem per fas & nefas, 335. XXVII.

Legationes diverſarum gentium ad Conſtantinum, 325. CCVIII.

Leges Conſtantini variis temporibus latæ: Adverſus aruſpices, 319. XXIX. De Clericorum immunitate, *ibid.* XXX. Adverſus ſcribentes famoſos libellos, *ibid.* Pro cælibatu, 320. VI. Teſtantes a ſcrupuloſa verborum poſitione liberans, 320. XV. Ne debitores tormentis ſubiiciantur, 320. XVII. Ne Decurionum filii Curiæ obligati fiant Clerici, 320. XVIII. Adverſus raptores virginum, 320. XXIII. De ſacrificando die Dominico, 321. XI. Adverſus maleficos, 321. XVI. Pro Chriſtianis bona ſua Eccleſiæ relinquere deſiderantibus, 321. XVII. De conſulendis aruſpicibus, 321. XVIII. Pro pauperibus, 322. II. Pro ſecuritate Chriſtianorum, 323. I. Contra Licinii tyrannidem, 324. IV. De Chriſto ab omni orbe Romano colendo, 324. LX. Adverſus Chriſtum blaſphemantes, *ibid.* Adverſus Chriſtianis contumeliam inferentes, *ibid.* De Eccleſiarum privilegiis, *ibid.* De ſecuritate eorum qui ad Eccleſias confugerent, 324. LXI. Ne abſque Romani Pontificis licentia Eccleſiæ erigantur, 324. LXII. De idololatria penitus abolenda, 324. XCIV. De Eccleſiis ædificandis, *ibid.* Qua exemit Arſacem Regem a tributis, 325. XXVII. Qua vetuit Arii Thaliam, 325. LXXXIII. Adverſus Magiſtratus, 325. CCIII. De gladiatoribus, 325. CCIV. De nocentibus non crucifigendis, 325. CCV. Adverſus hæreticos & ſchiſmaticos, 326. XVI. XX. Adverſus Novatianos, 326. XVII. Qua vetuit Gentium turpitudines, 326. LXXIV. Quæ prohibuit ſacrificia idolorum, 326. LXXV. Adverſus turpitudines diverſas, 326. LXXXIII. De iis qui Clericatum lucri cauſa ambirent, 326. LXXXIV. Adverſus rapinas Advocatorum, 326. XCVII. De Judicio Epiſcoporum non infirmando, occaſione S. Nicolai lata, 326. XCIX. De concubinatu tollendo, 329. XX. Adverſus avaritiam Præfectorum, 331. XIV. Qua vetuit ne cogerentur miſerabiles perſonæ adire Imperatorem, 334. X. De teſtamento militari, *ibid.* Ne Judæi moleſtia afficiantur, 335. LXXV. Ne Judæi Chriſtianum mancipium poſſideant, *ibid.*

Lex Conſtantii adverſus ambientes Magiſtratus, 338. XXVIII. Adverſus famoſos libellos, 338. XXX. Adverſus delatores, *ibid.* Adverſus hæreticos, ne privilegiis Eccleſiæ conceſſis potiantur, 339. XX. Adverſus adulteros, *ibid.* Adverſus idololatras, 341. LX. Adverſus Sodomiticum ſcelus, 342. L. De ſervandis templis extra Urbem poſitis, 346. X. Qua vetita ſunt ſacrificia Gentilitia, 346. XI. Adverſus demolitores ſepulcrorum Gentilium, 349. XXVII. De Clericorum immunitate lata a Conſtantio & Conſtante, 340. XXVIII. Adverſus raptores virginum, *ibid.* De Clericorum immunitate, 353. XXXIII. De non infligendis pœnis debitoribus, 353. XXXIV. Ne Judices ſæculares judicent cauſas Clericorum, 355. LXXXIV. Adverſus magos, aruſpices, & idololatras, 356. I. De exemptione Clericorum a collatione luſtrali, 356. CXXVII. De immunitate Clericorum, & aliæ ab ipſo confirmatæ, 357. LXVIII. Adverſus gladiatores, 357. LXXXIII. Adverſus maleficos, 357. LXXXV. Adverſus magos, 358. XXVIII.

Lex Papia de cælibatu a quibus Imperatoribus decurtata, 320. VI. & *ſeqq.* 320. XIV.

Legio nova a Conſtantino ſcripta, dicta eſt Conſtantiniana Daphneníis, 351. IV.

Lenonibus a Conſtantino tributum impoſitum, 330. XXXVI.

Leo XI. ante Pontificatum Archiepiſcopus Florentinus collabentem S. Agnetis baſilicam reſtituit & exornavit, 324. CVIII.

Leo diaconus Legatus cum aliis in Concilio Sardicenſi, 347. XXIII.

Leonardus Juſtinianus erroris arguitur de loco Dioſcoros, 326. LXXXVIII.

Leonas Comes præſidet Concilio Seleucienſi, 359. LXXVII. Quid in Semiarianos, 359. LXXVIII.

Leontius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ Nicæno Concilio interfuit, 325. XXVIII. Patrem Gregorii Nazianzeni in via baptizat, *ibid.*

Leontius Epiſcopus Tripolis quid ad Euſebiam Auguſtam de reverentia exhibenda Epiſcopis, 325. XVI.

Leontius caſtratus occaſionem dat ſanciendi Canonis contra caſtratos in Nicæno Concilio, 325. CXLVII.

Leontius Præfectus miſſus in Africam ad coercendos Donatiſtas, 351. X.

Leontius Epiſcopus Antiochenus Arianus, 340. XXXI. Subſtitutus fuit in locum Stephani, *ibid.* & 348. XI. Euſtathianos quiete agere ſinit, 349. XVI. In condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 351. XXII. Moritur, 356. CXVIII.

Leontius Legatus in Africam ab Imperatore ad conciliandos Donatiſtas, 348. XXI.

Leontius Præfectus Urbi miniſter exilii Liberii, 351. XXXIX.

Leontius Comes unus ex Judicibus cognitoribus in Concilio Sirmienſi, 357. VII.

Lepra Conſtantini, 324. XXXVI. Curatur, 324. XLI.

Lepra humano ſanguine curari ſolita, 324. XXXVI.

Leucadas Epiſcopus ab Ilio, Epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.

Libanius profeſſor Athenis ſub Conſtantio, 334. XXV.

Libelli accuſationum oblati Conſtantino ab Arianis, qui eos combuſſit, 325. XLII.

Libelli famoſi Conſtantii lege damnati, 338. XXX.

Libellos famoſos ſcribentes lege damnat Conſtantinus, 319. XXX.

Libellus Conteſtationis Catholicorum Epiſcoporum in Concilio Tyrio, 335. XXII. Eorumdem Dionyſio Comiti oblatus, 335. XXIV. Alexandri Epiſcopi Theſſalonicenſis ad Dionyſium, 335. XXV. Clericorum Alexandrinorum ad Legatos Tyrios, 335. XXX. Euſebii Epiſcopi Vercellenſis ad Patrophilum, 356. XCV. Clericorum Mareotis provinciæ pro Athanaſio ad Concilium Tyrium, 356. XCVII. & *ſeq.* Eorumdem Præfectis Ægypti datus, 335. XXXIII.

Libellus Arii & Euzoii ad Conſtantinum, 335. L.

Libellus pœnitentiæ Valentis & Urſacii, 350. XXI.

Liber Evangelii loco Chriſti in medio conſeſſus Synodalis poni ſolitus, 325. LIX.

Libros emendatos Conſtantinopolim mitti Conſtantinus ab Euſebio petit, 330. XXIV.

Librorum ſacrorum catalogus ſcriptus in Nicæno Concilio, 325. CLVIII.

Liberii Papæ Acta de curatione Conſtantini a lepra, 324. XLII.

Liberius creatur Romanus Pontifex, 352. IX. Ejus probata virtus, *ibid.* Ipſius communionem ſtatim ſubripere conantur Ariani, 352. XI. Ægypti Epiſcopi ſtatim ad eum ſcribunt pro Athanaſio, *ibid.* Fictitiæ ejus de Athanaſii damnatione litteræ, 352. XIII. Arelatenſem ad Conſtantium Imperatorem Legatos mittit, 353. XVI. Ejus ad Euſebium Epiſcopum Vercellenſem epiſtolæ, 353. XX. 354. VI. & *ſeq.* Secundam ad Conſtantium legationem mittit, 354. I. Ejuſdem ad eumdem Conſtantium litteræ, 354. II. Ejuſdem aliæ ad Epiſcopos confeſſores exules, 355. XXXVI. & *ſeq.* Ab Imperatore Conſtantio Mediolanum accerſitur, & miro vexatus, 355. XXXIX.

XXXIX. Quid in eum Euſebius eunuchus, 355. XLII. Laudanda ejus in non ſubſcribendo contra Athanaſium conſtantia, 355. XLIII. Oblationem a Conſtantio miſſam reſpuit, 355. XLIV. Eamdem in baſilicam S. Petri illatam eiici mandat, *ibid.* Ab Urbe noctu ſubducitur, & ad Conſtantium Imperatorem mittitur, 355. XLV. Quid coram Conſtantio, 355. XLVII. Ejus cum dicto Conſtantio dialogus, 355. XLIX. Egregie cauſam Athanaſii coram Conſtantio defendit, 355. L. Pecuniam a Conſtantio ſibi miſſam reſpuit, 355. LIV. Item ab Euſebia Auguſta miſſam, *ibid.* In exilium mittitur, 355. LV. Ejus ab exilio revocationem matronæ Romanæ a Conſtantio efflagitant, 356. CXII. Lapſus ejus in Concilio Sirmienſi quomodo ſe habuerit, 357. XXXIX. Ex Patribus aſſeritur, 357. XL. Ab Imperatore Conſtantio per Domophilum & Fortunatianum tentatur atque ſubvertitur, 357. XLI. Ejus de damnatione Athanaſii & communicatione cum Arianis epiſtola, 357. XLII. Ejuſdem alia ad Urſacium, Valentem & Germinium Arianos, 357. XLIII. Alia ejuſdem ad Vincentium Epiſcopum, 357. XLIV. An dicendus ſit hæreticus, 357. XLV. Quam ſubſcripſerit ipſe fidei formulam, 357. XLVI. Profeſſus divinam in Filio ſubſtantiam & ſimilitudinem, 357. XLVII. Quod nomen Conſubſtantialis tacuerit, non ideo dicendus hæreticus, 357. XLVIII. Quam Sirmianam Profeſſionem approbarit, 357. L. & *ſeq.* Tertiæ non ſubſcripſiſſe oſtenditus, *ibid.* In quibus jure ſit reprehendendus, 357. LIV. Romam revertitur, 357. LV. Sed communio ejus reſpuitur, 357. LVI. Eo in Urbem reſtituto, perſecutione vexata eſt Romana Eccleſia, 357. LVII. Reditus ejus in Urbem quando contigerit, 357. LXVII. Poſteriore confeſſione diluit maculam, 357. LXX. & *ſeq.* Ei poſt Felicis obitum inter cæteros adhæſit Damaſus, *ibid.* Ejus conſtantia Ariminenſis Concilii tempore prædicata, 350. XLVI. Ejuſdem fidei profeſſio ad Athanaſium miſſa, 357. LXXII. Poſt lapſum, multorum Patrum commendatione laudatus, 357. LIV. & *ſeq.* Inter primarios fidei Catholicæ defenſores ab Athanaſio adnumeratus, *ibid.* In ſpiritualibus nuptiis S. Marcellæ virginis, ſororis S. Ambroſii Homiliam habuit, *ibid.* De conniventia cum Ætio in crimen adducitur, 357. LXVI. Cum reſtituitur, a Clero deſeritur, 358. I. Ad Concilium Ariminenſe legationem mittit, 359. III. Quanta paſſus poſt Concilium Ariminenſe, 359. XLVII. & *ſeq.* Ab Arianis damnatus, 359. L.

Liberius diaconus Romanus ſub Silveſtro, 324. CXXIX.

Libidines clandeſtinæ a Conſtantino legibus prohibitæ, 326. LXXXIII.

Licinianum gymnaſium Alexandriæ in Eccleſiam converſum, 350. XXXII.

Licinianus Licinii Imperatoris filius, in quem annum Conſulatus ejus inciderit, 319. 3. Quando occidi juſſus, 324. I. Necis ejus cauſa, 324. III.

Licinius, de ejus nece variæ ſententiæ, 324. III. Acta ejus a Conſtantino reſciſſa, 324. III.

Licinius Junior. *Vide*, Lucianus.

Linteum funebre, ad mortuorum corpora involvenda, jam a temporibus Conſtantini apud Chriſtianos in uſu, 337. XX.

Litteræ Alexandri Epiſcopi Theſſalonicenſis ad Athanaſium, 333. VI. Alexandrini Concilii encyclicæ, 339. IV. Alexandrinorum de perſecutione illata per Syrianum Ducem, 356. III. Antonii Magni ad Blacium contemptæ, 342. XXV. Arianorum Synodales nomine Concilii Sardicenſis, 347. LXVII. Arianorum ad Euſebium Vercellenſem, 355. VI. Ariminenſis Concilii ad Conſtantium Imperatorem, 359. XX. Aſii & Euzoii ad Conſtantinum Imperatorem, 335. XLIX. Arſenii pœnitentis ad Athanaſium, 333. VIII. Athanaſii ad Conſtantinum pro ſui defenſione, 327. V. Ejuſdem circulares adverſus Gregorium Arianum, 342. III. Ejuſdem aliæ de clade Eccleſiæ Alexandrinæ ſub Gregorio, 341. X. Item aliæ ejuſdem ad Luciferum, 356. LXXIII Aliæ ejuſdem ad eumdem, 356. LXVI. Clericorum Mareotis ad Concilium Tyrium, 335. XXVIII. Eorumdem aliæ ad Præfectos Ægypti, 335. XXXIII. Aliæ Conſtantini ad Arium, 329. VIII. & *ſeq.* Aliæ ad Euſebium Epiſcopum Cæſareæ Palæſtinæ, 324. XCV. Aliæ ad Antiochenos de electione Epiſcopi, 324. CXLVIII. Aliæ ad Euſebium Epiſcopum Cæſareæ Palæſtinæ, 324. CLIII. Aliæ ad Arianos, qui Antiochiæ electionis Epiſcopi cauſa convenerant, 324. CLIV. Aliæ ad Porphyrium Poetam, quibus eum ab exilio revocat, 325. XC. Aliæ ad Alexandrinos tempore Nicæni Concilii, 325. XCI. Ejuſdem aliæ ad Epiſcopos de Paſchate, 315. CV. Aliæ ad Euſebium de conficiendo libro de myſteriis Paſchatis, 325. CXIV. Aliæ ad Regem Perſarum pro Chriſtianis, 525. CCX. Aliæ ad Macarium de erigendis baſilicis Hieroſolymis, 326. XXXI. Ad eumdem aliæ de erigendo templo ad Quercum Mambre, 326. LXVII. Aliæ ejuſdem minaces ad Athanaſium, 327. IV. Ejuſdem aliæ pro Athanaſio, 329. V. & *ſeq.* Aliæ ad Nicomedienſes, de exilio Euſebii Epiſcopi Nicomedienſis, 329. IX. Aliæ ad Nicomedienſium Eccleſiam, 329. XIII. Ejuſdem aliæ ad Euſebium de litteris conſcribendis, 330. XXIV. Aliæ ad Athanaſium poſt inventum Arſenium, 333. II. Aliæ ejuſdem ad Joannem Epiſcopum Meletianum, 333. IX. Aliæ de indicendo Tyri Concilio, 344. VIII. Aliæ ejuſdem ad Arium, ut ad ſe veniat, 335. XLIX. Aliæ ad Euſebianos, ut veniant Conſtantinopolim, 336. III. & *ſeq.* Conſtantini Junioris ad populum Alexandrinum pro reſtitutione Athanaſii, 338. II. & *ſeq.* Conſtantii tres ad Athanaſium, de ejus reditu Alexandriam, 349. III. Ejuſdem duæ pro reſtitutione Athanaſii, 349. XIX. Aliæ ad Præfectos Ægypti pro Athanaſio, 349. XXI. Aliæ ejuſdem datæ poſt obitum Conſtantis ad Athanaſium, 350. X. Ejuſdem de fide ſcriptæ a Mediolanenſi populo non receptæ, 355. X. Aliæ ejuſdem ad Concilium Ariminenſe, 359. XI. Aliæ ad Alexandrinos pro ſuſceptione Georgii, 356. XIX. Ejuſdem aliæ adverſus Frumentium datæ, 356. XXIII. Aliæ ejuſdem ad Eccleſiam Antiochenam adverſus Eudoxium & Ætium, 357. LXXVIII. Conſtantis Imperatoris ad Conſtantium pro reſtitutione Athanaſii, & Pauli, 348. XIII. Conſtantinopolitani Concilii adverſus Ætium, 359. XCIV. Cyrilli Epiſcopi Jeroſolymorum ad Conſtantium de apparitione ſigni S. Crucis Jeroſolymis, 353. XXVI. Diſcipulorum Marcelli ad Epiſcopos in Diocæſarea exulantes, 347. LXV. Epiſcoporum in Oriente Semiarianorum contra Arianos, 359. XXXI. Euſebii Nicomedienſis, dicti Pamphili, ad Conſtantiam Auguſtam veneno plenæ, 324. XCI. Aliæ ejuſdem recitatæ in Synodo Nicæna, 325. LXIV. Aliæ ejuſdem & Theognidis ad Synodum Nicænam, 325. LXXVIII. Aliæ ejuſdem ad ſuos tempore Nicæni Concilii, 315. XCIII. Euſebianorum ad Julium Papam indigniſſimæ, 342. LIV. & *ſeq.* Eorumdem ad Conſtantem Imperatorem, 342. XL. Euſebii Vercellenſis Epiſcopi ad Conſtantium Imperatorem, 355. VII. Aliæ ad ſuos in vinculis

Digitized by Google

ſcriptæ, 356. XCII. Aliæ ad Patrophilum, 356. XCV. Aliæ ad Gregorium in Hiſpania Epiſcopum, 357. XXXV. Georgii adverſus Ætium, 357. LXXVII. Germinii de tertia profeſſione Sirmiana, 357. XXVI. Aliæ ejuſdem profeſſionem fidei adverſus Arianos continentes, 350. XXXI. Jeroſolymitani Concilii ad Alexandrinos, 350. XIII. Iſchyræ ad Athanaſium veniam de illata calumnia petentis, 332. III. Julii Papæ ad Euſebianos, 342. XXVI. Aliæ ejuſdem ad Eccleſiam Alexandrinam, 340. VIII. Aliæ ejus nomine falſo vulgatæ, 352. V. Legatorum Sedis Apoſtolicæ Euſebium Vercellenſem ad Synodum Mediolanenſem invitantium, 355. VIII. Liberii Papæ ſubdititiæ de Athanaſii damnatione, 352. XIII. Earum falſitas variis argumentis comprobatur, 352. XVII. Aliæ ejuſdem ad Euſebium Epiſcopum Vercellenſem, 353. XX. 354. VI. *& ſeq.* Ejuſdem aliæ ad Conſtantium Imperatorem, 354. II. Aliæ ejuſdem ad exules Epiſcopos confeſſores, 355. XXXVI. Ejuſdem aliæ ad Arianos Epiſcopos, 357. XLII. Aliæ ad Urſacium & Valentem, *ibid.* XLIII. Aliæ ad Vincentium Epiſcopum Capuanum, 357. XLIV. Luciferi Epiſcopi ad Florentium de Commentariis a ſe ſcriptis pro Athanaſio, 356. LXVII. Nicæni Concilii Synodicæ ad Ægyptios, 325. CXVII. Aliæ ad Silveſtrum Papam, 325. CLXXI. Orthodoxorum Concilii Ariminenſis ad Conſtantium, 359. XXVII. Oſii Epiſcopi Cordubenſis ad Conſtantium, 355. LXIV. Pittacia Meletiani de fuga & latebris Arſenii, 332. II. Sardicenſis Concilii ad Julium Papam, 347. XXIII. Eædem ex Bibliotheca Petri Pithœi caſtigatiores, 347. XXIV. Ejuſdem Concilii circulares ad omnes Eccleſias, 347. XXXVII. Silveſtri Papæ ad Nicænam Synodum mendoſiſſimæ, 325. CLXXI. Tyri Concilii ad Dionyſium Comitem Synodicæ, 435. XXIV. Urſacii & Valentis ad Julium Papam & Athanaſium, 350. XXI.

Litterarum ſcholæ in Oriente celebriores ſub Conſtantio, 354. XXVI.

Litteras ſcribit Conſtantinus ad Antonium, 328. VII.

Litteris pacificis Athanaſii ſubſcribunt omnes Epiſcopi Catholici, 350. XXIV.

Locus ſiniſter in conſeſſu Synodorum dignior habetur dextro, 325. LVIII. Ejus ratio redditur, *ibid.*

Longinus Epiſcopus Neocæſarienſis Nicæno Concilio interfuit, 325. XXXV.

Lucæ Evangeliſtæ corpus ex Achaia Conſtantinopolim quando & a quo translatum, 358. XXV.

Lucianus Donatiſta Romæ Macrobio ſufficitur, 321. IV.

Lucianus Presbyter Antiochenus, ſepulcrum ejus Drepani inſigni baſilica a S. Helena ornatur, 326. LVII. Nova fidei formula Antiochiæ ejus nomine ab Arianis promulgata, 341. XXII.

Lucifer Epiſcopus Calaritanus erroris arguitur, dum Conſtantino hæreſim impingit, 336. XIV. Ejus ex Sardinia Romam adventus, 353. XX. Ad Conſtantium a Liberio Papa Legatus mittitur, 354. I. & VI. Legatus Liberii in Concilio Mediolanenſi contra Athanaſium ſubſcribere recuſat, 355. XVII. In Palæſtinam relegatur, *ibid.* Defenſionem pro Athanaſio ad Conſtantium ſcribit, 356. LXV. Ejuſdem litteræ ad Florentium Magiſtrum Officiorum de ſua ſcriptione teſtimonium perhibentia, 356. LXVI. *& ſeq.* Infracto animo adverſus Conſtantium multa congerit, 356. LXIX. Scripta ſua ad Athanaſium mittit, 356. LXXV. Ejus laudes ab Athanaſio prædicatæ, 356. LXXVII. Itemque ſcriptorum ipſius, 356. LXXVIII. Ejuſdem ſcripta in Græcum converſa, 356. LXXIX. Martyrii gloriam ei invident Ariani, 356. LXXX. Exilii locum ſæpius mutare jubetur, *ibid.* Eleutheropoli ab Eutychio Epiſcopo Ariano male habitus, *ibid.* Pejus tamen a Turbone dicti Eutychii ſucceſſore, *ibid.*

Lucillus Epiſcopus Veronenſis Concilio Sardicenſi interfuit, 347. XI.

Lucius Epiſcopus a Baprino epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.

Lucius Epiſcopus Hadrianopolis Romam ad Julium Papam confugit, 342. XLVII. Sub Conſtantio martyrii coronam aſſequitur, 348. III.

Lucius Epiſcopus Moguntinus in Phrygiam relegatus, 355. XXII. Arianorum inſidiis ſtrangulatur, *ibid.*

Lumina cum candelabris in funere Conſtantini, 337. X.

Luminaria in ſignum lætitiæ accendi ſolita, 324. LXXXI.

Luminaribus Eccleſiæ S. Petri quot dona collata, 324. LXV.

Lupus Epiſcopus Tarſenſis Catholicus ab Athanaſio laudatur, 325. XXXVIII.

Lupus Conſtantinopolim perdens ex oraculis Sibyllinis, haudquaquam Conſtantinus dicendus, 330. XXXII.

Luſtratio a parricidio nulla apud Gentiles, 324. XXIV. Sed bona pro cæde juſta & hoſtium, 324. XXV. *& ſeq.*

M

MAares Epiſcopus in Perſide ſub Sapore martyrio coronatus, 344. XVIII.

Macarius Epiſcopus *Jeroſolymitanus* Nicæno Concilio *interfuit*, 325. XXI. A S. Athanaſio Confeſſoribus adnumeratur, *ibid.* Litteras accipit a Conſtantino de erigendo templo Jeroſolymorum, 326. XXXI. Eidem a dicto Conſtantino templum ad Quercum Mambre erigere mandatur, 326. LXVII. Ejus obitus, 331. XIII.

Macarius Legatus a Conſtante Imp. cum Paulo miſſus in Africam pro unienda ſciſſa Eccleſia, 348. XIX.

Donatiſtæ perſecutionem in ejus invidiam concitarunt, 348. XXXIII. *& ſeq.*

Macarius presbyter Legatus cum Api ab Athanaſio ad Conſtantinum, 329. I. A Meletianis fracti calicis accuſatur, 329. IV. 331. XVIII. Illata ei de fracto calice calumnia, in Athanaſium converſa, 333. II. Ab Athanaſio Conſtantinopolim mittitur, 333. IV. *& ſeq.* In conſeſſum Tyrium vinctus perducitur, 335. V.

Macarius, qui & Arius, Epiſcopus Petræ in Palæſtina, quid in Concilio Sardiceno, 347. XL. Ejus pro fide exilium, 348. II.

Macariana tempora quando cœpta, 348. XVII.

Macariani a Donatiſtis nominati Chriſtiani, 348. XXXVIII.

Macedonius Epiſcopus ab Amarquetias epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV. *item*,

Macedonius Epiſcopus a Jurito, *ibid.*

Macedonius cum Paulo de Epiſcopatu Conſtantinopolitano contendit, 340. XV. Unus ex Legatis Arianorum ex Concilio Tyrio, 340. XVI. In locum Euſebii Conſtantinopoli ab Arianis contra Paulum ſubrogatur, 342. XLIV. Catholicum ſe ſimulans, a Mediolanenſi Concilio Arianus detegitur, 344. V. Ejecto Paulo Epiſcopo Conſtantinopolitano a Conſtantio reſtituitur, 351. XXXVI. Ejus abdicatio quando contigerit, 352. XXXIX. *& ſeqq.* Ad-

ver-

verſus Catholicos Conſtantinopoli crudeliter agit, *ibid.* Novatianos ob fidem Conſubſtantialis venat, 352. XLII. Exquiſitis tormentis populum ad ſuam communionem cogere ſtudet, *ibid.* Eccleſias deſtruit, 351. XLIV. Corpus Conſtantini in Eccleſiam S. Acacii Martyris transfert, *ibid.* XLV. Eo auctore cædes magna inter Catholicos & Arianos facta, 351. XLVI. Ab Acacianis damnatur, 359. XCVIII.
Machetas presbyter Alexandrinus ex Catholico factus Arianus, 336. LVI.
Macrina alumna Gregorii Thaumaturgi Neocæſareæ vixit, & educavit Baſilium, 343. XIX.
Macrobius Epiſcopus Donatiſta Romæ Enculpio miam Donatiſtæ ſufficitur, 322. IV. Scriptor Eccleſiaſticus, 321. VII.
Magi in Perſide hoſtes Chriſtianorum, 343. XI. XV, 344. XVI.
Magi, quibuſcum Julianus aſſueverat, 351. X.
Magi lege Conſtantini dire exagitati, 326. XCVIII. Nec non Conſtantii, 356. I. 358. XXVIII. Sub nomine & pallio philoſophico latitabant, 358. XXIX. *Vide*, Malefici.
Magia Chriſti Croce oppoſita evaneſcit, 328. XIII.
Magiæ Maximi Epheſii ad Hecatis templum, 351. XI.
Magiam Philoſophi exercebant, 327. XXV. *& ſeq.*
Magicæ præſtigiæ Jamblichi in balneis Gadarenſibus, *ibid.*
Magicæ artes virtute ſignaculi S. Crucis ſuperatæ, 327. XXVIII. Item aqua benedicta, 327. XXVII.
Magiſtratus nova Conſtantini ſanctione in officio continentur, 325. CCIII.
Magiſtratus Novi a Conſtantino inſtituti, 330. XXIX.
Magiſtratus ambientes & emptores eorum a Conſtantio lege coerciti, 338. XXVIII.
Magnentii numiſma cum Chriſti nomine, 350. II.
Magnentius auctor necis Conſtantis, 350. I. Ejus functio & proditio, 350. IV. Titulo Chriſtianitatis proditionem occultat, *ibid.* Fictus potius quam verus Chriſtianus, *ibid.* Ei Athanaſium ſtuduiſſe Ariani effingunt, 351. XXXIII. In prælio adverſus Conſtantium ipſo quoque Labaru Chriſti nomine & Cruce inſignito utitur, 353. V. A Conſtantio ſuperatur, 353. VI. Tyrannidis ejus tempus, *ibid.* Fuga lapſus matrem & fratres occidit, *ibid.* Ipſe ſibi mortem conſcivit, *ibid.* Idolorum templa aperuit, & iis ſacrificia offerri ſivit, 353. XXXII. Ejus Acta a Conſtantio reſciſſa, *ibid.*
Maiuma navale Gazæ ſuperſtitionibus infame ad Chriſtianam religionem a Conſtantino convertitur, 326. LXXX. Tempore Juliani Apoſtatæ priſtinis impietatibus inficitur, *ibid.* Sub Theodoſio iterum liberatur, *ibid.* Haud procul a deſerto Hilarionis ſitum, 356. XLIX.
Malchi monachi res geſtæ ſub Sabiniano Duce, 350. CXXV.
Malefici ſive magi lege Conſtantini iterum exagitati, 322. XVI. Item Conſtantii, 357. LXXXV.
Mamanti martyri a Gallo & Juliano templum erigitur, 345. VII.
Marathonius Epiſcopus Nicomediæ creatus a Macedonio, 351. XLI.
Marcella Romana femina nobilis vitam monaſticam auctore Athanaſio ſectatur, 340. VII.
Marcellini & Petri baſilica a Conſtantino erecta, 324. CXV.
Marcellinus cum aliis in necem Conſtantis conſpirat, 350. I.
Marcellinus Comes unus ex Judicibus cognitoribus in Concilio Sirmienſi, 357. VII.
Marcellinus ſchiſmaticus Luciferianus multorum mendaciorum conſarcinator, 357. XXX.
Marcellus Epiſcopus Ancyræ, ejus cauſa in Concilio Jeroſolymitano tractata, 335. LVII. In Concilio Conſtantinopolitano cauſam dicit, 336. XXIX. In Nicæno Concilio Arianorum hoſtis fuit acerbiſſimus, *ibid.* Aſterium ſophiſtam inſenſum habuit, 336. XXXII. Excuſatur, 336. XXXIII. Falſa de eo hiſtoria, 336. XXXIV. Ab Athanaſio excuſatur, 336. XXXV. Agentibus Euſebianis a Conſtantino in exilium ablegatur, *ibid.* Euſebianos apud Julium Papam accuſat, 340. II. Cauſa ejus Romæ a Julio Papa cognita, 341. L. Fidei ſuæ libellum eidem Julio offert, 341. LI. Romæ cum aliis exul Julium Papam rerum ſuarum certiorem facit, 342. XLVII. Ejuſdem cauſa in Concilio Sardicenſi ventilata, 347. XX. Detectus poſtea hæreticus Sabellianus, haud levem maculam Sardicenſi Concilio inuſſit, 347. LX. *& ſeq.* Ab Athanaſio rejicitur, 347. XLII. Diu ſub Catholico pallio latuit, 347. LXIII. Cauſa ejus, teſte Epiphanio ambigua, *ibid.* Diſcipulorum ejus ad Epiſcopos in Diocæſarea exulantes epiſtola, 347. LXV. Poſt Sardicenſe Concilium male audit, 347. XLXVI. Ab Arianis in Pſeudoſynodo Sardicenſi hæreticus habitus, 347. LXXXI. Quos errores ipſi imputarint, *ibid. & ſeqq.* Ab iis excommunicatur, 347. LXXXIV. 347. XCVIII.
Marcellus Epiſcopus in Campania miſſus ad Conſtantium in Gallias Legatus, 353. XVI.
Marcianus martyr Conſtantinopoli ſub Macedonio, 351. XXXIX. Ejus nomine Eccleſia ibidem erecta, *ibid.* Martyrii ejus locus miraculis clarus, 351. XL.
Marcianus Præſes Arianus quid Arimini contra Gaudentium, 359. LX.
Marcus Silveſtro in Pontificatu ſuccedit, 336. I. Ejus nomine ad Athanaſium litteræ cujus ſint fidei, 336. LX. Quamdiu ſederit, & quando obierit, 336. LXIII. Res ab eo geſtæ breviter recenſitæ, 336. LXIV. Epiſcopo Oſtienſi pallium conceſſit, 336. LXV. In cœmeterio Balbinæ a ſe facto ſepelitur, 336. LXVII. Ejuſdem epitaphium, *ibid.*
Marcus Arethuſius Epiſcopus epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV. In Græcum vertit perfidiam Sirmianam, 357. XIII. Tertiæ Profeſſionis Sirmienſis fuit auctor, 357. XXV.
Marchio Badenus martyr noſtri temporis, 340. XIV.
Marchioniſſa Marchionis Badeni conjux ad fidem Catholicam feliciter converſa, *ibid.*
Mardonius Ethnicus primus Juliani Apoſtatæ magiſter, 337. LXVII. 345. IX.
Marcas Epiſcopus martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVIII.
Mareotica Acta per Legatos Tyrios qualia, 333. XXXIII. *& ſeq.*
Mareotis provincia Ægypti, ſtrenue ſe quondam Meletiano ſchiſmati oppoſuit, 328. II. Ejuſdem Provinciæ Clerici ſcribunt ad Concilium Tyrium, 335. XXXI. Eorumdem libellus datus Præfectis Ægypti, 335. XXXIII.
Mares Chalcedonenſis Epiſcopus Arianus, 325. XL. Formulæ Nicænæ fidei ſubſcribere noluit, 325. LXXVI.
B. Mariæ Virginis baſilica a Conſtantino in Galliis ædificata, 324. CXVI. In eaque raræ magnitudinis columnæ miraculoſe erectæ, *ibid.* Eidem civitas Conſtantinopolitana a dicto Conſtantino dedicata, 330. IV.
Marianus civis Romanus Conſtantinopoli inſignis memoriæ, 330. XXVII. A Conſtantino Jeroſolymam ad dedicationem templi curandam miſſus, 335. XLIII.
Marianus Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 333. XXII.

Mar-

Martialis poeta abſtinuit ab imitatione Sotadis, 325. LXXXII.
Martinus Epiſcopus Turonenſis ab Imperatore licet invito honoratus, 355. XXVIII. Monachiſmum in Gallias invexit, 328. XXII. Ejus ætas & Baptiſmus, 351. XVII. Quando militiæ adſcriptus, & quando ceſſarit, 351. XVIII. Miſſionis ejus cauſa, 351. XXII. Adhuc miles donativum reſpuit, 356. CXXIV. Sub Juliano in Galliis militans juſtam petit miſſionem, ibid. Futuram victoriam prædicit, 356. CXXV. Fidei cauſa multa paſſus, 358. XX. Manſit in Monaſterio Mediolanenſi, ibid.
Martyres in Perſide ſub Sapore Rege, 343. X. & ſeqq. 344. XIV.
Martyres Hadrianopolitani ſub Conſtantio, 348. III.
Martyribus memoriis Conſtantinus erigendas curavit, 326. LXXXII.
Martyrum immenſi cruciatus, ex Conſtantini edicto apparent, 324. LXXXVII.
Martyrum reliquiæ mirifice illuſtratæ per Conſtantinum, 324. CXIV.
Martyrum reliquias venditabant pſeudomonachi, 318. XXXII.
Martyrium appellatum templum Jeroſolymitanum, 326. XXXV.
Martyrium affectantes Donatiſtæ ſibi ipſis mortem inferebant, 331. XI.
Martyrium falſum Donatiſtarum a Concilio Carthaginenſi improbatum, 348. XLII.
Martyrius Epiſcopus Arianus Legatus ad Conſtantem, qualis eſſet a Concilio Mediolanenſi detegitur, 344. V.
Martyrius Conſtantinopoli ſub Macedonio martyrio afficitur, 351. XXXIX. Ibidem Eccleſia ejus nomine erecta, 351. XL. Locus martyrii ejus a ſpectris expurgatus, miraculis clarus, 355. XLII.
Marulus Donatiſta occiſus pro martyre a ſuis habitus, 348. XXXII.
Maſſiliani hæretici ex Monachis orti, 328. XXXIII.
Maternus Epiſcopus Mediolanenſis idem cum Julio Firmico Materno, 337. LXXIV. 346. IV.
Mathematici & omnes divinatores lege Conſtantii vetiti, 358. XXVIII.
Matrimonium inter Chriſtianos eſſe Sacramentum, 339. XX.
Matrimonium inter Judæos & Chriſtianos publico Conſtantii reſcripto vetitum, 339. XXI.
Maureandes Coepiſcopus cum Clericis ſuis ſub Sapore a Perſis captivus abducitur, 344. XVIII.
Mauſoleum Helenæ Romæ a Conſtantino erectum, 326. LXIV.
Maxido dux Circumcellionum in Africa, 348. XXVII.
Maximinus Treverenſis Epiſcopus Athanaſium exulem honorifice excipit, 336. XXI. Athanaſio Conſtantem Imp. alloquenti adfuit, 346. IV. Concilio Sardicenſi interfuit, 347. XL. Miſſus ad Conſtantium a Magnentio Legatus, 350. XXVIII.
Maximi Taurinenſis locus de Euſebio Vercellenſi elucidatus, 355. XXI.
Maximus Epiſcopus Jeroſolymitanus Macario ſuccedit, 331. XIII. A Paphnutio confeſſore e conſeſſu Tyrio ſubducitur, 335. XXXVII. Concilio Antiocheno intereſſe detrectat, 341. VI. In adventu Athanaſii Jeroſolymis Concilium cogit, 350. XI. Semper favit Athanaſio, 350. XIV.
Maximus Epiſcopus Moguntinus Lucio ab Arianis in exilio ſtrangulato ſufficitur, 353. XXII.
Maximus Epiſcopus Neapolitanus Catholicus ab Arianis dira paſſus, 359. LXI.
Maximus Præfectus Urbis ſub Conſtantino, 319. XXVIII.
Maximus Epheſius philoſophus magiſter Juliani poſt Mardonium, 345. VIII. Ejus præſtigiæ in templo Hecatis coram Juliano editæ, 351. XI.
Maximus Ægypti Præfectus, 354. XVII.
Medicæus Cardinalis Archiepiſcopus Florentinus, qui poſtmodum ad Pontificatum aſſumptus Leo XI. Appellatus fuit, S. Agnetis baſilicam collabentem reſtituit & exornavit, 324. CVIII.
Medici habitu Epiſcopus Patriarcham Judæorum baptizat, 327. XIX.
Mediolanum quomodo dicatur Metropolis Italiæ, 355. XXV.
Mediolanenſe Concilium Arianorum ſub Conſtante, 344. V. 346. III.
Mediolanenſe Concilium ſub Conſtantio, in quo Valens & Urſacius ſponte pœnitentiam agentes reverſi ſunt ad Eccleſiam, 350. XVIII. Quando celebratum, 350. XX. Aliud ſub eodem Conſtantio, 355. II. Qui & quot Epiſcopi ad illud convenerint, 355. III. Dicendum merito factio ſceleratorum, 355. IV. Legati Apoſtolici ad illud accedere detrectant, 355. V. Ejus ad Euſebium Vercellenſem epiſtola, 355. VI. Ex eccleſia in Palatium transfertur, 355. X. Tranſlationis ejus cauſa, 355. XI. Ejuſdem Acta, 355. XIII. & ſeqq.
Mediolanenſis populus non recipit epiſtolam Conſtantii de fide, 355. X. Mira ejuſdem populi conſtantia in fide catholica tuenda laudatur, 355. XII.
Mediolanenſis Eccleſia vitæ monaſticæ inſtituta ſuſcepit, 328. XXI. A Novantibus Romanæ prælata, 355. XXV.
Mediolanenſium Epiſcoporum vera ſucceſſio, 337. LXXIII. 346. IV. A Panvinio perperam texta, 337. LXIV.
Meletius Lycopolis Epiſcopus, temeritas ejus in Nicæno Concilio repreſſa, 325. CXIX. Pacinoroſæ ejus præſumptiones, 326. VII. Contra decreta Nicæna Arſenium Epiſcopum ordinat, ibid.
Meletius in locum Euſtathii ſubrogatus Epiſcopus Sebaſtenus, 359. CXIX.
Meletiani Arianis junguntur, 325. CXX. Iterum ad ſchiſma redeunt, 326. VII. Quando cum Arianis conſpirare cœperint, 326. VIII. Conqueſturi de Athanaſio ad Conſtantinum properant, 326. XIV. In Athanaſium calumnias ſtruunt, 326. XV. Privilegiis Catholicæ Eccleſiæ clericis conceſſis a Conſtantino privantur, 326. XVI. Rurſum in Athanaſium inſurgunt, 329. I. Eorumdem ad Imperatorem Conſtantinum Legatio, ibid. Cum Euſebianis iterum in Athanaſium conſpirant, ibid. & 331. I. Iſchyram contra Athanaſium fovent, ibid. Conſtantinus eos litteris ſuis deteſtatur, 333. II. & ſeq. Eorum partes in Concilio Tyrio, 335. X. & ſeq.
Meletiani clerici deſcripti ab Alexandro, 325. CXXII.
Meletiani Epiſcopi per errorem laudati ab Epiphanio, ibid. & 326. IX. XII.
Meletianum ſchiſma, de eo quid in Nicæno Concilio ſtatutum, 325 CXVIII.
Memoriæ Martyrum Conſtantinopoli a Conſtantino erectæ, 330. XIX. Item alibi, 326. LXXXII.
Mendaciis & calumniis niti hæreticis familiare eſt, 347. LXXIX.
Mennas Martyr, ejus Eccleſia Conſtantinopoli erecta, 330. XIX.
Menophantes Epiſcopus Epheſi Arianus, 325. XL. Qua occaſione Nicænæ fidei ſubſcripſerit, 325. XLVII. Pſeudoſynodo Sardicenſi ſubſcripſit, 347. CV.
Mercatores tantum teneri ad ſolvendum Chryſargyrum, 330. XXXVI.
Mercatores diu ante Conſtantinum pendebant tri-

tributum Aurum negotiatorium dictum, *ibid.*
Mercurialis Epiſcopus Livienſis quo anno obierit, 359. LX. Falſa de eo in Actis S. Gaudentii narrata, *ibid.*
Meretrix accuſat Athanaſium in Conventu Tyrio, 335. XIV.
Meretrix intromiſſa a Stephano Ariano Epiſcopo Antiocheno in cubiculum Legatorum, 348. VIII. *& ſeq.*
Meretricibus tributum impoſitum, 330. XXXVI.
Meropius Philoſophus duos puerulos ſecum ad Indos ducit, 327. VIII.
Metrodorus Philoſophus peregrinatus ad Indos, *ibid.* Ejus memoria ab Eunapio Ethnico hiſtorico ſuppreſſa, 327. I.
Metropolis Ægypti, 325. CXXVII.
Michaelis Archangeli templum, Conſtantinopoli a Conſtantino erectum, Michaelium appellatur, 330. XIX. *& ſeq.* Ejuſdem apparitio, ibidem facta, *ibid.*
Migdonius fluvius a Sapore impellitur in Niſibin obſeſſam, 338. XXI.
Milites Conſtantinus Deum precari docuit, 325. XIV.
Militum filii quoto ætatis anno militiæ adſcribendi, 331. XIX.
Militum laureæ Chriſti nomine inſignitæ, 315. VII.
Militari teſtamento plus cæteris Conſtantinus ſavit, 334. X.
Militiæ vitandæ cauſa quænam a quibuſdam excogitata, 320. XXI.
Militiæ deſertores femineo habitu a Conſtantino induti, 337. XXVI.
Milles Epiſcopus martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVIII. Everſa urbe cui præerat, Jeroſolymam peregrinatur, 344. XIX.
Miracula fidem Chriſtianam confirmant, 328. XV.
Miraculum editum in erectione baſilicæ Dei Genitricis Mariæ, 324. CXVI. Aliud quo Valentinianus Imperator compulſus eſt aſſurgere S. Martino, 325. XVII. Aliud in baptizatione Gregorii patris Gregorii Nazianzeni, 325. XXX. Alia Spiridionis Epiſcopi, 325. XXXVII. Aliud in erectione templi in monte Olivarum Jeroſolymis, 326. XL. Aliud in S. Crucis inventione, 326. XLVI. Aliud de ejuſdem S. Crucis incremento, 326. L. Aliud de frœno equi Conſtantini, 326. LIII. Aliud in ædificatione primæ Eccleſiæ apud Iberos, 327. CXIV. Aliud de aqua a Joſepho Judæo in nomine Jeſu benedicta, præſtigias Judæorum tollente, 327. XXVII. Alia in Eccleſia S. Michaelis Archangeli in ſuburbio Conſtantinopolitano patrata, 330. XXI. Aliud, quo Niſibis urbs ab hoſtibus obſeſſa defenditur, 338. XXI. Aliud quo eadem ab obſidione liberatur, 338. XXII. Aliud de mortuo reſuſcitato a Parthenio Epiſcopo Lampſaci, 337. XLI. Aliud de Eccleſia Dei, quæ cum deſeritur ab amicis erigitur ab adverſariis, 357. XIX.
Mocii martyria Eccleſia Conſtantinopoli a Conſtantino erecta, 330. XIX.
Mocius Epiſcopus in Perſide ſub Sapore martyrio affectus, 344. XVIII.
Molinæi defenſor inſignis imperitiæ ſugillatur, 325. CXXXV.
Monachi nomen unde, 340. IX. Nomen quidem novum, ſed res ipſa vetus, *ibid.*
Monachi nomen execrantes hæretici omnium peſſimi, 340. X.
Monachi ab Athanaſio in Epiſcopos allecti, 328. XXIII.
Monachi deviantes & apoſtatæ plurimi facti hæreſiarchæ, 328. XXXIII.
Monachi Ægypti pro Athanaſio ſoliciti, 356. XVII.
Monachi inobedientes quomodo coercendi, 348. XXXV.
Monachis proficientibus nulli meliores, monachis deficientibus nulli deteriores, 328. XXXII.
Monachiſmus. *Vide*, Monaſtica vita.
Monachorum diverſa genera, 328 XXVI.
Monachorum genus deterrimum quod, *ibid.* 328. XVXI.
Monaſteria multa ab Antonio erecta, 328. XVII.
Monaſteria ab Eccleſia Romana primo intra Urbem, vel in ſuburbiis ædificari cœpta, 328. XXI.
Monaſterium virginum S. Pachomii, 328. IV.
Monaſterium Mediolani in ſuburbiis erectum, 328. XXI.
Monaſtica vita & inſtitutio latiſſime ſub Conſtantino propagata, 328. XVIII. Etiam a feminis ſuſcepta, 328. XX. *& ſeq.* 340. VII. Ab Euſebio Vercellenſi Epiſcopo primum Clericatui juncta, 337. LXVII. *& ſeq.* A S. Martino in Gallias invecta, *ibid.* In Africam a S. Auguſtino, *ibid.* Romam vero & in Occidentem ab Athanaſio, 340. VII. Ad Gothos demum ab Audæo propagata, 341. XL. Quando etiam intra civitates invecta, 340. VIII. Epiſcopatui optime congruit, 328. XXIII.
Monaſtici nominis primi adverſarii Donatiſtæ, 340. X.
Monaſticum nomen novum, res antiqua, 340. IX.
Moniales in Eccleſia antiquitus, 328. XX. Earum admirandus profectus, *ibid.* Earumdem vitæ inſtitutum, 328. XXI.
Mons Olivarum inſigni ab Helena templo ornatur, 326. XXXIX. Miraculum in ejus ſtructura quale acciderit, 326. XL.
Monſtra tam terræ quam maris ſæpe viſa, 343. I.
Montanus Palatinus ficta Conſtantii epiſtola adverſus Athanaſium agit, 331. XXXIII. 334. XVII.
Montenſes dicti Donatiſtæ, 321. IV. Unde id nomen acceperint, *ibid.*
Mortis Confraternitas quando cœpta, & quando reſtituta, 336. LXXVI.
Mortua in Crucis inventione ſuſcitata, 326. XLVII.
Mortuis non obtrectandum, 326. LX.
Mortuis ſepeliendis Societas ſive Collegium a Conſtantino inſtitutum & privilegiis auctum, 336. LXXVI.
Muliercula Accuſatrix Euſtathii quid paſſa, 340. XXV.
Munificentia Conſtantini erga Eccleſias poſt Nicænum Concilium, 321. CXCIII.
Muſanianus Comes & Heſychius Caſtrenſis quo fine ab Arianis ad Concilium Sardicenſe invitati, 347. XIII.
Muſarum Heliconidum ſimulacra ludibrio a Conſtantino expoſita, 326. LXVIII.
Muſonius profeſſor Athenis ſub Conſtantio, 314. XXV.
Muſonius Epiſcopus defunctus Nicæno Concilio ſubſcripſiſſe dicitur, 321. CLXXXII.
Muſonius Epiſcopus quid in Concilio Ariminenſi ſuggeſſerit, 359. XLI.

N

NArciſſus Epiſcopus ab Anapoli, epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Nardinum oleum piſticum pro luminaribus Eccleſiæ a Conſtantino oblatum, 324. LXV.
Natalitia Sanctorum in Eccleſia exacte celebrari ſolita, 315. XXVII.
Nectarius Epiſc. Viennenſis clarus ſub Conſtantino, 337. XLVII.
Negotiatores. *Vide*, Mercatores,

Neophyti ex Concilii Nicæni decreto non ordinandi, 325. CLV.
Neocæſarea in Ponto, excepta Eccleſia, terræmotu ſubverſa, 343. XVIII. Cunabula S. Baſilii, 343. XIX.
Neocæſarienſis Eccleſia florentiſſima uſque ad Baſilii tempora, *ibid.*
Nepotianus Tribunus a Conſtantio in Superiorem Phrygiam jam deſectionem molientem eum copiis miſſus, 326. LXXXVII.
Nepotianus, Conſtantini ex ſorore nepos, Athanaſium Romam venientem hoſpitio excipit, 340. V. Conſtante a Maxentio e vivis ſublato, Romæ ſibi Imperium arripit, 350. VIII. Ab Aniceto Præfecto occiditur, *ibid.*
Nero expiationem a cæde matris fruſtra quærit, 324. XXVI.
Neſtoriani falſas epiſtolas nomine Julii Papæ ſupponunt, 352. VI.
Neſtorius Epiſcopus Pſeudoſynodi Sardicenſis epiſtolæ ſubſcripſit, 347. CV.
Neſtorius Præfectus Auguſtalis in Ægypto, 342. XXV. 349. XXI.
Nicæa Bithyniæ civitas delecta ad Synodum celebrandam, 325. XIV. Illuc Epiſcopi ex toto Orbe convocati, *ibid.* Mira quædam ex Concilio ibi celebrato eſt conſecuta, 325. CLXXXV. Ibidem Ariani ſub Conſtantio Concilium celebrandum decernunt, ſed fruſtra, 358. VI. & *ſeq.*
Nicææ Thraciæ Concilium convocatur a Conſtantio Imperatore, 359. XXVIII. Ejus blaſphemia ab Arianis, quaſi Nicæna Bithiniæ fidei formula promulgata, *ibid.*
Nicænum Concilium quando convocandum, unanimiter a Pontifice & Imperatore decernitur, 324. CXXVIII. Quorum perſuaſione a Conſtantino indictum, 324. CLXI. & *ſeq.* Quo anno fuerit celebratum, 325. I. IV. Etiam ex teſtimonio Attici, 325. VIII. Et qua de cauſa, 325. II. XII. Triennio id perduraſſe aſſerentes redarguuntur, 325. VI. & *ſeq.* Eodem anno & cœptum fuit & abſolutum, 325. VII. Vulgata ejus inſcriptio erroris arguitur, *ibid.* VIII. & *ſeq.* Non ſub Julio ſed ſub Silveſtro Papa celebratum, *ibid.* & *ſeq.* Ex quibus provinciis Epiſcopi ad illud convenerint, 325. XV. Et quot, 325. XVIII. Quique inter eos illuſtriores, 325. XIX. Conſeſſum ejus præceſſerunt diſputationes aliquæ, primo cum Gentilibus philoſophis, 325. XLV. Deinde cum Ario, 325. L. Ejus conſeſſus quomodo ſe habuerit, 325. LII. LVI. Quomodo Imperatoris ad dictum Concilium ingreſſus, 325. LIII. Omnium in eo de fide ſuffragia Conſtantinus voluit eſſe libera, *ibid.* In eodem Euſtathius Antiochenus, brevi admodum ad Imperatorem habita Oratione, hymnum Deo canit, 325. LIV. Conſtantinus ibidem poſtea ad Patres orationem habuit, 325. LIX. Acta ejuſdem Concilii deperdita, alia ſuppoſita, collecta alia ex fragmentis magis vera, 325. LXI. Actorum eorumdem ordo, *ibid.* Arii ibi lecta primo loco blaſphemia, & Euſebii Nicomedienſis litteræ recitatæ, 325. LXIII. & *ſeq.* Alexandrinæ Synodi ibidem Acta producta, 325. LXV. Quid in eo Concilio Conſtantinus, 325. XLI. In gratiam Conſtantini eidem Ariani ſubſcribunt, 325. LXXII. LXXVI. Cur idem Concilium Spiritus ſancti Divinitatem non pluribus ſtatuerit, 325. LXXIV. & *ſeq.* Arium & Arianos pœnitentes recipit, 325. LXIX. Quid de Paſchatis tempore definierit, 325. CII. Decretum de Paſchate quomodo conceperit, *ibid.* & CV. Paſchalis Cycli calculum Alexandro Epiſcopo Alexandrino conficiendum committit, 325. CX. De die Dominico celebrando quid ſtatuerit, 325. CXV. Meletianum ſchiſma componit, 325. CXVI. Ejus ad Ægyptios litteræ, 325. CXVII. Ejuſdem de iiſdem decretum, *ibid.* Quid de Meletio ipſo ſtatuerit, 325. CXVIII. De Paſchatis celebratione quid decreverit, 325. CXX. Sextus ejus canon Meletianorum occaſione ſtatutus, 325. CXXIII. Ejuſdem canonis lectio & interpretatio, *ibid.* & *ſeqq.* Romanæ Eccleſiæ primatum agnoſcit, *ibid.* Quid de Jeroſolymitana Eccleſia ſtatuerit, 325. CXXXVIII. Quid de Novatianis decreverit, 325. CXLII. Quid de Paulianis & Cataphrygis, 325. CXLIV. Lapſos tempore perſecutionis quomodo receperit, 325. CXLV. Ejuſdem Canones aliquot adverſus delinquentes ſtatuti, *ibid.* De ſe caſtrantibus quid ſtatuerit, 325. CXLVI. Clericos cum feminis habitare prohibet, 325. CXLIX. Clericorum cælibatum firmat, non deſtruit, 325. CL. Clericos fœneratores coercet, 325. CLIII. Ne Diaconi Presbyteris Euchariſtiam adminiſtrent interdicit, *ibid.* Diaconorum quorumdam faſtum reprimit, *ibid.* Tranſlationes Clericorum in diverſas ſedes inhibet, 325. CLIV. Neophytos non ordinandos decernit, 325. CLV. De Epiſcoporum ordinatione quid ſtatuerit, 325. CLVI. Ne excommunicatus ab uno, ab altero Epiſcopo recipiatur vetat, *ibid.* Provincialia Concilia ex ejus decreto quotannis bis celebranda, *ibid.* Canon ejus de Libris hagiographis, 325. CLVIII. Alius de Bigamis non ordinandis, 325. CLIX. Item alius de Appellatione ad Romanum Pontificem, 325. CLX. Alius item de Provocatione a minori Synodo ad majorem, 325. CLXI. Nec non alius de conficienda Formata, 325. CLXII. Ejuſdem Canonis declaratio, 325. CLXIII. Ejus ad Silveſtrum Papam litteræ, 325. CLXXI. Hymnum Glorificationis recepit & auxit, 325. CLXXIII. & *ſeq.* In eo myſteria quædam in numero & nominibus Patrum obſervata, 325. CLXXXI. Etiam a duobus defunctis Epiſcopis ſubſcriptum dicitur, 325. CLXXXII. Ejuſdem finis & præconia, 325. CLXXXIII. Nicææ civitati quid præſtiterit, 325. CLXXXV. Ex aliis Provincialibus Conciliis toto Orbe vulgatum, 325. CXCVII. A Silveſtro Papa confirmatum, 325. CLXXII. CXCIX. Item a Julio Papa, 337. LXXVIII. Antiochiæ exploditur, 341. XVII.
Nicænæ fidei formula ab Oſio ſcripta, 325. LXXIII. Ei in Concilio Sardicenſi nihil additum, 347. XLIV. Damnatio ejus in poſteriori Concilio Ariminenſi ab Arianis acclamata, 359. XLIII.
Nicænorum Canonum differentiæ, 325. CXLV. Eorumdem numerus, 325. CLVII. CLXXX.
Nicænum Symbolum ex epiſtola Athanaſii ad Jovianum Imp. ab Auctore deſcriptum, 325. LXXIII. Quando cœptum cani in Eccleſia, 325. CLXXVIII.
Nicephorus de tempore quo duravit Nicænum Concilium, arguitur, 325. VI. Et de eodem Concilio ſub Julio celebrato, 325. X. Etiam de Gregorio Epiſcopo Armeniæ, quem Nicænæ Synodo interfuiſſe aſſerit, 325. XXVII. Denique in rebus de Theophilo recenſitis, 354. XII.
Nicolaus Epiſcopus Myræ Concilio Nicæno interfuit, 325. XXXVI. Innoxios liberat, 326. LXXXVIII. Per viſum Conſtantino apparet, 326. XCIII. Itemque Ablavio, *ibid.* Innoteſcit Conſtantino, & muneribus donatur, 326. XCIV. Ejuſdem obitus & effigies qualis, 326. XCV. Ex oſſibus ejus unguentum ſcaturit, *ibid.* Ejus occaſione quid a Conſtantino ſancitum, 326. XCIX.
Nicomedia horrendo terræmotu concutitur, 358. II. Ibidem Cecropius Epiſcopus opprimitur, 358. IV. Ei terræmotum hunc imminere prædixerat Arſacius, 358. V.

NI-

Digitized by Google

Nicomedienſis Eccleſia ſomptuoſiſſime a Conſtantino erecta, 326. LXV. Eadem fulmine tacta quando conflagravit, 351. V.
Nicomedienſis Synodus a Conſtantio indicta, divinitus impeditur, 358. I.
Nilus fluxus, turpibus ſacris abolitis, uberior redditus, 326. LXXVII.
Niſibis a Rege Perſarum obſeſſa, 338. XX. Ab ejus Epiſcopo Jacobo miraculoſe defenditur, 338. XXI. Ejuſdem Jacobi patrocinio, hoſtibus in fugam actis, ab obſidione liberatur, 338. XXII.
Nobiliſſimatus dignitas, quæ, 336. XXVII.
Noconius Epiſcopus a Troade epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Noctis ſimulacrum velum obtendens quid innuat, 337. XIX.
Noe dolabra Conſtantinopoli aſſervata, 330. XV.
Nomen Dei a Judæis in Gazophylacio aſſervatum putatur, 327. XXXII.
Nomina clericorum Meletianorum cur Alexander Epiſcopus Alexandrinus, deſcribi voluerit, 325. CXXII.
Nomina Epiſcoporum qui epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſerunt, 347. CV. Aliorum, qui in condemnationem Athanaſii, 355. XXII.
Nomine *Jeſu* Joſephus adhuc Judæus operatur miracula, 327. XXXI.
Nonnius Epiſcopus a Laudocis epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Novatiani quomodo recepti in Nicæno Concilio, 325. CXLIII. Conſtantini reſcripto exagitati, 326. XVII. A Conſtantino numerati potius inter ſchiſmaticos, quam inter hæreticos, 326. XIX. Non tantum ſchiſmatici, ſed & hæretici fuerunt, *ibid.* A Novatiano Hiſtorico laudati, 326. XXIV. Diro a Macedonio ob fidem Conſubſtantialis vexati, 351. XLII.
Novatianorum cauſa in Concilio Nicæno tractata, 325. CXLII.
Novennalis Cycli quis auctor, 325. CXIII.
Novitas vocum quæ caret culpa, haudquaquam vitanda, 350. LXXXIII.
Numerus Aureus Paſchalis diei quotannis celebrandi facilis index, 325. CXIII.
Numerus Epiſcoporum Nicæni Concilii, 325. XVIII.
Numerus Nicænorum canonum, 325. CLVII. 325. CLXXX.
Numerus litterarum in Formatis poſitarum, 325. CLXIII.
Numiſma Conſtantii cum Labaro Cruce & Chriſti nomine inſignito, 353. III. Ejuſdem aliud cum dracone Cruce transfixo, 325. CCVI. Aliud ejuſdem in cælum relati, 337. XVIII. Ejuſdem alia Deum precantis effigiem exprimentia, 325. CCVI. Ejuſdem aliud cum Daphne, 351. IV. Criſpi Cæſaris cum imagine Salvatoris, 324. XV. Elucidatur & defenditur, 314, XIV. Decentii, Chriſti nomine inſignitum, 350. III. S. Helenæ ad ſuperos relatæ, 326. LI. Magnentii, Chriſti nomen præferens, 350. II. Aliud ejuſdem, ubi draco pede calcatus habetur expreſſus, 325. CCVI.
Numiſmata grandiora ab uſualibus nummis diſtincta, in quem uſum ab Imperatoribus cuſa, 353. IV.
Nummi uſuales aurei cum imagine Conſtantini cujus ponderis eſſent, 330. XL.
Nuptiæ Conſtantii Cæſaris cum Euſebia, 336. XXIII.

O

O, Littera in duas partes ab Audianis in quem uſum diviſa, 341. XLIII.
Oaſis Ægypti para Catholicorum exilio celebris, 356. XLVI.

Obeliſcus omnium maximus, Thebis a Conſtantino, ſi ſupervixiſſet, Conſtantinopolim transferendus, 330. VIII. Juſſu Conſtantii Alexandria Romam delatus, in Circo Maximo erigitur, 357. LXXXIV. A Sixto Papa V. in Lateranum tranſlatus Chriſti gloria conſecratur, *ibid.*
Oblatio Conſtantii Imperatoris a Liberio non recepta, ſed ejecta, 355. XLIV.
Oblationes ad Eccleſiarum ornatum & Dei cultum augendum olim etiam uſitatæ, 329. I.
Occidens monaſtica inſtituta auctore Athanaſio accipit, 340. VI.
Occidentalis Eccleſia dira perſecutione poſt Concilium Mediolanenſe vexata, 355. XXXVI.
Oecumenicum Concilium quodnam dicendum, 347. VII.
Olivarum mons Jeroſolymis Eccleſia ab Helena exornatus, 326. XXXIX. In Eccleſiæ ejus ſtructura quid miri acciderit, *ibid. & ſeq.*
Olympius Ænarum Epiſcopus poſt Concilium Sardicenſe ab Arianis in exilium miſſus, 348. III.
Olympius Comes ex Judicibus cognitoribus in Concilio Sirmienſi, 357. VII.
Olympius Epiſcopus Doliceus epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Olympii duo Epiſcopi in condemnationem Athanaſii ſubſcripſerunt, 355. XXII.
Onager facinus de intromiſſa meretrice ad cubiculum Legatorum ex Concilio Sardicenſi a Conſtantio ad Antiochenos miſſorum fatetur, 348. XI.
Optati Milevitani Commentarii locus decurtatus reſtitutus, 348. XLIV.
Optatus Patricius occiſus, 337. LIII.
Oraculum Sibyllæ Erythrææ de Ario, 319. XV. Aliud Apollinis de Chriſtianis, recitatum a Conſtantino, 324. LXXXV. Diræ perſecutionis cauſa, *ibid.*
Oratio Conſtantini ad Senatum in baſilica Ulpia, 324. LXXXVII. Alia ejuſdem in Synodo Nicæna, 325. L. Ejuſdem alia funebris, ab eo ſub vitæ finem recitata, 337. V. Euſebii in Vicennalibus Conſtantini dicti, 325. CLXXXVII. Euſtathii habita in Nicæno Concilio, 325. LV.
Orbis Catholicus quomodo ſe tempore Ariminenſis Concilii Arianum eſſe ingemuerit, 359. XLV.
Ordinari qui prohibeantur Epiſcopi, 325. CLV.
Ordinatio Epiſcoporum qualiter facienda, 325. CLVI.
Ordinationes a propriis Epiſcopi neglectas, viciniores Epiſcopi ſupplere tenentur, 347. LIV.
Origenes cur non in Nicæno Concilio damnatus, 325. LXXIV. Illud ſecum ſentire Ariani falſo jactitant, 344. XIII.
Origeniſtæ hæretici ex monachis orti, 328. XXXIII.
Orientales deſtruunt Sirmianam blaſphemiam, 357. XXIII. *& ſeq.* Quid ad eos Hilarius ſcripſerit, 358. XVIII.
Orientalis Eccleſiæ poſt Concilium Conſtantinopolitanum immenſa perſecutio, 359. CXII. 360. I.
Oſius Epiſcopus Cordubenſis in Ægypto generale Concilium celebrat, 319. XXII. Cur in unaquaque Synodo principem ſemper locum tenuerit, 319. XXV. Baptiſmi Conſtantini auctor putatus, 324. XXVII. Ad Orientales ob diſcordias Paſchatis cauſa obortas mittitur Legatus, 324. CLXI. Nicæno Concilio Silveſtri Papæ loco præfuit, 325. XX. Fidei formulam in eodem Concilio concepit, 325. LXXII. Munus ejus in Concilio Sardicenſi fuit, ſingulorum rogare ſententias, 347. X. 347. LI. *& ſeq.* Arianis in Concilio Sardicenſi quid promiſerit, 347. XVII. A Conſtantio tenta-

tur, 355. LXI. Ad ſuam Eccleſiam remittitur, 355. LXII. Litteris Conſtantii Imperatoris iterum tentatur, 355. LXIII. Quid ad eum reſcripſerit, 355. LXIV. Defendit Athanaſium, 355. LXV. Iterum a Conſtantio acceſſitur, 355. LXVIII. Invitus ad Concilium Sirmienſe perductus, 357. II. Ejus & Potami nomine blaſphemia Sirmienſis vulgata, 357. XIV. Vi coactus contra Athanaſium ſubſcripſit, *ibid.* Ejus lapſus nullum affert Eccleſiæ præjudicium, 357. XVI. Lapſus ejus a Sanctis Patribus lugetur, 357. XVII. Quem finem ſortitus ſit, 357. XXIX. *& ſeq.* Reſipuit, pœnitenſque ſacti deceſſit, 357. XXXI. Obitus ejus quando contigerit, 357. XXXIV. *& ſeq.*

Oſrœna Eccleſia florens ſub Conſtantino, 325. CCXXII.

Oſtienſis Epiſcopus ei pallium a Marco Papa collatum, 336. LXV.

Otho Imperator lanceam Conſtantini Imperatoris a patre Henrico accepit, 323. CCVII.

Oxyrinchus Civitas, cives ejus Arianos deteſtantur, 336. LV.

P

PAchomius, monaſterium ejus ſanctus Athanaſius inviſit, 328. III. Ejuſdem vivendi modus Romam a dicto Athanaſio illatus, 340. VII.

Palæſtini qui contra Athanaſium ſubſcripſerant, palinodiam recantant, 350. XI.

Palatini lege Conſtantini cohibiti, 325. CCIII.

Palatium pro Eccleſia habent Ariani, 355. X.

Palatium Conſtantini quibus picturis ornatum, 325. CCVII.

Palladium Trojæ Conſtantinopolim a Conſtantino translatum, 330. XV.

Palladius Magiſter Palatii ſub Conſtantio, 350. XXIX. Athanaſio litteras ſecuritatis a Conſtantio detulit, 354. XVIII.

Pallia dicta omnia operimenta ſacra eademque Crucibus ornari ſolita, 336. LXVI.

Pallium Epiſcopale ornamentum a Romano Pontifice dari ſolitum, 336. LXV.

Pallium Athanaſii, ſymbolum Catholicæ fidei, 343. VIII.

Pamphilus Presbyter Cæſarienſis, bibliotheca ejus nullam jacturam paſſa, 330. XXIV.

Pan idolum a Conſtantino ſublatum, 326. LXXII.

Pancratius Epiſcopus e Pernaſo epiſtolæ pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.

Pancratius presbyter Romanus a Liberio ad Conſtantium Legatus, 354. I. Nolens ſubſcribere contra Athanaſium in Concilio Mediolanenſi, in exilium mittitur, 355. XVII.

Panegyricum carmen artificioſiſſimum ad Conſtantinum Imp. ſcribens Porphyrius Poeta, ab exilio revocatur, 325. LXXXIX.

Panis a Domino multiplicati reliquiæ Conſtantinopoli aſſervatæ, 330. XV.

Pantagathus Epiſcopus a Gallia epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.

Panvinus item de ſucceſſione Epiſcoporum Mediolanenſium erroris arguitur, 337. LXXIII.

Papas Epiſcopus martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVIII.

Papia lex de decimatione a Conſtantino abrogata, 320. VI. Quoties & a quibus decurtata, 320. X.

Papia lex fiſcale rete, 320. XIV.

Paphnutii plures, & diverſæ fidei, 325. XXIV.

Paphnutius alter Thebaidis ſuperioris Epiſcopus ſtrenue ſe Ario opponit, 325. XXIII. Nicæno cuidam canoni quomodo obſtiterit, 325. CXLIX. In Concilio Tyrio pro Athanaſio pugnat, 335. XXIII. Apprehenſa manu Maximi Epiſcopi Jeroſolymitani e conſeſſu Tyrio diſcedit, 335. XXXVII.

Paphnotius confeſſor Meletianorum ad Conſtantinum Legatus, 326. IX. Qualis fuerit, 326. XI.

Parricidii expiatio apud Gentiles nulla, 324. XVII. *& ſeq.* 324. XXV.

Pars dextera minus digna ſiniſtra eſt habita in conſeſſu Synodali, 325. LVIII. Et quare, *ibid.*

Parthenius Epiſcopus Lampſaci vir inſignis quando claruerit, 337. XXXVIII. Idolorum templa diruit, & Eccleſiam ædificat, 337. XL. Mortuum ad vitam revocat, 337. XLI.

Paſchalis temporis Aureus numerus facillimus index, 325. CXIII.

Paſchatis diverſimode celebrari ſoliti cauſa Eccleſia Aſiana diſſenſionibus agitata, 324. CLX. Qui populi a communi ritu diſcreparint, 324. CLXI.

Paſchatis temporis quæſtio in Nicæno Concilio agitata, 325. CII. *& ſeq.*

Paſchatis decreto dies & Conſules appoſiti, 325. CIII.

Paſchatis tempus unum omnibus a dicto Concilio præfixum, 325. CVI. Idem Concilio Antiocheno ſtabilitum, 341. XXXVII.

Paſchatis cyclus ex decreto Nicæni Concilii inſtitutus, 325. CX. Ejus conficiendi cura Alexandro Epiſcopo Alexandrino demandata, *ibid.*

Paſchatis calculus omnibus communicandus ab Alexandrino Epiſcopo quotannis Romano Pontifici mitti ſolitus, *ibid.*

Paſchatis temporis Epiſcopi Alexandrini quamdiu fuerint promulgatores, 325. CXI.

Paſchatis Synaxes & Pentecoſtes frequentiſſimæ, 350. XXXII.

Paſcentius Comes Arianus quid cum ſancto Auguſtino, 357. XLVIII.

Paterius Ægypti ſub Conſtantino Præfectus, 310. XXI.

Patherius Rhetor inſignis ſub Conſtantino claruit, 337. XLVIII.

Patriarcha ſublimior apud Judæos magiſtratus, 327. XVIII.

Patriarcha Judæorum Hellel ſub Conſtantino, *ibid.* A Tiberiadis urbis Epiſcopo medicum ſe ſimulante baptizatur, 327. XVI.

Patricii dignitas a Conſtantino excogitata, 337. LIII.

Patrophilus Epiſcopus Scythopolitanus Arianus, 325. XL. Cuſtos fuit Euſebii confeſſoris exulis, 354. XC. Ejuſdem in Euſebium crudelitas, 356. XCIV.

Paulianorum cauſa in Concilio Nicæno tractata, 325. CXLIV.

Paulinus Philogonio in Epiſcopatu Antiocheno ſufficitur, 319. XXVII. Quando obierit, & quis ei ſucceſſerit, 324. CXLIV. Ejuſdem verſus de tranſlatione SS. Andreæ & Timothei per Conſtantinum facta, 336. LXXIII.

Paulinus Epiſcopus Tiburis litteras Urſacii & Valentis ad Julium Papam Athanaſio tranſmittit, 350. XX.

Paulinus Epiſcopus Treverenſis ex Conciliabulo Arelatenſi in exilium miſſus, 353. XXII. Quando & ubi vitam finierit, 359. CXXIII. Anniverſaria memoria ab Eccleſia celebratur, *ibid.*

Paulus Apoſtolus una cum B. Petro Conſtantino apparet, 324. XXXII. Ejus baſilica Romæ a Conſtantino erecta, 324. LVI. Donis item & redditibus aucta, *ibid.*

Paulus Apoſtolus a dextris, Petrus vero a ſiniſtris in ſacris Diplomatibus efformari ſolitus, 325. LVIII.

Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus creatus calumniis Euſebianorum impetitur, 340. XV.

In

Digitized by Google

In exilium pellitur, 340. XVII. Ejuſdem exilium ſæpe mutatum, 340. XIX. Quando Romam confugerit, *ibid.* A populo Conſtantinopolitano ſedi ſuæ reſtituitur, 341. XIV. Iterum ab Arianis expellitur, *ibid.* Romam confugit ad Julium Papam, 342. XLVII. Quando ad Conſtantem Imperatorem venerit, 342. XLVIII. Ejus peregrinationes, *ibid.* Ad Concilium Sardicenſe accedere prohibetur, 347. L. In Pſeudoſynodo Sardicenſi diverſorum criminum reus ab Arianis agitur, 347. LXXXIX. Per Conſtantem Imperatorem reſtituitur, 348. XII. Iterum ſub Conſtantio ſede pellitur, 351. XXXVI. Exul a Philippo Præſide ſtrangulatur, 351. XLVII. Ejus exilia ab Athanaſio recenſita, *ibid.*

Paulus Epiſcopus Larandis Arianus, 315. XL.

Paulus ex Monacho Epiſcopus, 318. XXIII.

Paulus Epiſcopus Neocæſareæ Euphrateſiæ confeſſor inſignia ſub Licinio quæ paſſus fuerit, 315. XXV.

Paulus primus eremita moritur, 343. I. Ejus Vita a Sancto Hieronymo ſcripta, ab hæreſicis recentioribus revocata in dubium, defenditur, 343. II. Moriens fidem Catholicam egregie teſtatam reddidit, 343. VI.

Paulus Epiſcopus Tyri Arſenium fugientem & Tyrii latentem detegit, 332. IV.

Paulus & Joannes aulici Conſtantiæ filiæ Conſtantini, 330. LII.

Paulus & Macarius a Conſtante Imp. ad Africanam Eccleſiam Donatiſtarum ſchiſmate diviſam Catholicæ unicodam miſſi Legati, 348. XVIII. Iiſdem Donatiſtæ invediam quomodo concitarint, 348. XXX. *& ſeq.*

Paulus Epiſcopus martyr in Perſide ſub Sapore, 344. XVIII.

Paulus Epiſcopus epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.

Paulus Epiſcopus in condemnationum Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.

Pauperes a Conſtantino magnopere ſublevati, 312. II.

Pax Eccleſiæ Africanæ ſub Conſtante reddita, 348. XLIV.

Peccantium felicitas, ſumma infelicitas, 313. X.

Peccatorum expiatio apud Platonicos qualis, 324. XXIV.

Peccatorum confeſſio apud Audæanos quæ fuerit, 341. XLIII. *& ſeq.*

Pegaſius cum Acindyno in Perſida ſub Sapore martyrio coronatur, 344. XXI.

Pergamus prædives amicus S. Antonii, 358. XXIII.

Peregrinatio Jeroſolymam frequens, 324. LXIV.

Perſæ Chriſtiani commendantur a Conſtantino, 325. CCX.

Perſæ Meſopotamiam invadunt ſub Conſtantio, 338. XIX. Chriſtianos inſectantur, 343. XI. Solem colunt, 343. XII. Romanorum propugnacula & munitiones ſub Conſtantio expugnant, 359. CXXIV. Virginibus Chriſtianis parcunt, *ibid.*

Perſarum Eccleſia Sapori Regi a Conſtantino commendatur, 325. CCIX. *& ſeq.*

Perſarum Eccleſia ſubjecta Antiochenæ, 344. XXIII.

Perſarum Epiſcopus Joannes Nicæno Concilio interfuit, 325. CCIX.

Perſarum exercitus a culicibus vincitur & fugatur, 338. XXII.

Perſarum perſecutio adverſus Chriſtianos ſub Conſtantino nulla, 336. LIX. *& ſeq.*

Perſarum perſecutionis annus ſecundus, 344. XIV.

Perſarum Rex Legatos cum donis amicitiæ ſignis ad Conſtantinum miſit, 325. CCVIII. *& ſeq.*

Perſarum Rex Legatos pacem rogaturos ad Conſtantinum mittit, 336. LXVIII.

Perſicam expeditionem Conſtantinus parat, & quo ſucceſſu, *ibid.*

Perſecutio & correctio longe inter ſe diverſa, 348. XXXIII.

Perſecutio Alexandrinæ Eccleſiæ ſub Gregorio & Philagrio, 341. I. *& ſeqq.* Ejuſdem noviſſima ſub Conſtantio, 356. II. Acrius ſævit, 356. XVIII. *& ſeq.* Arianorum cæteris crudelior, 355. LXXIX. Eorumdem in Palæſtina diriſſima, 356. XCIX. Eorumdem alia poſt Concilium Conſtantinopolitanum admodum dira, 359. CXII. *& ſeq.* Conſtantii poſt Conciliabulum Mediolanenſe, 355. XXIX. Recrudeſcit ſævius, 355. LIX. Ejus acerbitas, 355. LXXIX. *& ſeq.* Gentilium perſecutione deterior, 357. LIX. Sub Conſtantino qua occaſione renovata, 313. I. Macedonii adverſus Catholicos Conſtantinopoli, 351. XXXIX. Saporis Regis Perſarum adverſus Chriſtianos quando excitata, 343. XIII. *& ſeq.* 344. XIV. *& ſeq.*

Petri & Marcellini baſilica via Lavicana a Conſtantino erecta, 324. CXV.

Petronia familia ad Chriſtum converſa, 321. I.

Petrus Apoſtolus ejus baſilica Romæ a Conſtantino erecta, 324. LXII. Qualis ea fuerit, 324. LXIII. Quæ eidem dona a dicto Conſtantino collata, 324. LXIV. Nomen ejus in Formata cur apponi ſolitum, 325. CLXIX. Ejus nomine tres Sedes Patriarchales inſtitutæ, a quibus Romana primatum tenet, 325. CXXIX.

Petrus & Paulus Conſtantino apparent, 324. XXXII. Quomodo a dicto Conſtantino dii crediti, 324. XXXIX. Eorumdem imagines Conſtantino demonſtratæ, 324. XL.

Petri & Pauli atque Chriſti imagines ſimul pingi ſolitæ, *ibid.* In ſacris diplomatibus quomodo effigiatæ, 325. LVIII.

Petrus Clencherus auctor diſputationis de Symbolo Athanaſii, 340. XIV.

Petrus Epiſcopus in Ægypto falſum adverſus Athanaſium teſtimonium dicit, 336. IX.

Petrus Morinus vir diſertus, 329. VI.

Petrus presbyter Alexandrinus Legatos Athanaſii ad Epiſcopos, communicatorias Athanaſii litteras iis ſubſcribendas deferens, 350. XXVI.

Petrus Valvomeres raptor virginum capite plexus, 349. XXVIII.

Phædo philoſophus in Nicæno Concilio victus; Chriſtianus efficitur, 325. XLVII.

Phæno locus metallorum, ad quem damnati ſunt Confeſſores Alexandrini, 356. XXXVIII.

Philagrius Ægypti Præfectus favet Euſebianis, 335. XXVII. Immania ſcelera ab eo in Alexandrinos Catholicos perpetrata, 335. XXVIII. & 342. VIII. Qualis fuerit, 348. VIII. In Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Catholicos ſævit, 348. II. In Cappadocia perſecutionem promovet, 351. XLVII.

Philippis in Thracia convenientes Ariani Conciliabulum celebrant, illudque Sardicenſe Concilium appellant, 347. LXVIII.

Philippus Præſes Pauli Epiſcopi Conſtantinop. necator divinam expertus eſt vindictam, 352. XLVIII.

Philoſonius Epiſcopus Antiochenus quando obierit, & quamdiu ſederit, 329. XXVII. Inter Sanctos relatus anniverſaria memoria ab Eccleſia colitur, *ibid.*

Philon Epiſcopus fidei cauſa exul a S. Hilarione inviſitur, 356. XLVIII. Exilii ejus locus, 356. LII.

Philoſophi Gentiles Chriſtianæ religioni adverſaturi ad Nicænum Concilium convenere, 325. XLV.

Philoſophi Gentiles cum Antonio diſputant, ab eoque egregie ſuperantur, 328. IX.

Philoſophico pallio & nomine magi ſe ornant, 358. XXIX.

Philoſophus Nicæni Concilii Epiſcopos ludibrio habens a Spyridione confutatur, atque ad religionem Chriſtianam adducitur, 325. XLVI.

Philoſophus Alexandro Epiſcopo Conſtantinopolitano inſultans, ab eodem mutus redditur, 325. XLIX.

Philoſtorgius Arianus, 354. XIV. Qualia ejus ſcripta, 354. XVI.

Philoxenus a Julio Papa in Orientem legatus, 340. III. Quando Romam reverſus, 341. LV. Ab eodem Julio ad Concilium Sardicenſe Legatus mittitur, 347. X. 347. XXIII.

Philumenus tyrannus tempore Conſtantini, 319. IV.

Photiniani hæretici dicti Hommncioniſtæ, 357. VIII.

Photinus Sirmienſis Epiſcopus hæreſiarcha detectus, 342. XLIX. Idem Scotinus dictus, ibid. In Concilio Sardicenſi damnatur, 342. XLIX. Ejus blaſphemiæ, 347. XLVIII. Hæreſis ejus Arianorum Sirmienſis Concilii colligendi fuit prætextus, 357. II. Ejus ſcripta, 357. VI. Jam Sardicæ damnatus, a Conſtantio rurſum audiri petit, ibid. In Conventu Sirmienſi victus iterum & damnatus, 357. VIII. Cur ab Hilario ſæpe nominatus ſit Ebion, ibid.

Photii enormis error de celebrato Nicæno Concilio ſub Silveſtro & Julio, 325. XI. Hunc excuſare conatur Jacobus Davy Epiſcopus Ebroicenſis, ibid.

Photius doloſe negabat extare apud Græcos canones Concilii Sardicenſis, 347. LIX.

Phrygium, idem quod pallium, cur ſic dictum, 336. LXV.

Pictura, Vide, Imago.

Pietate læſa, omne regnandi conſilium inane redditur, 321. XXI.

Pinnis presbyteri Meletiani litteræ de latebris & fuga Arſenii, 331. II.

Piſon Epiſcopus a Troada, &

Piſon Epiſcopus a Vanis, epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſerunt, 347. CV.

Piſtus Epiſcopus Athenienſis Nicæno Concilio interfuit, 325. XXXV.

Piſtus Arianus Romam miſſus, 339. XIV. A Julio Papa rejicitur, ibid.

Placoton forum Conſtantinopoli Palladio Trojæ advecto ornatur, 330. XV.

Plato cædis expiationem qualem docuerit, 324. XXIV.

Pœmen Abbas ab Athanaſio Alexandriam vocatus, 343. IX.

Pœnitentia apud Audianos diverſa ab Eccleſiaſtica diſciplina, 342. XXXIX.

Polemoniacus pontus a Conſtantino in Helenopontum mutatus, 316. LVIII.

Polychronii præſumptuoſa de Eccleſia Jeroſolymitana ſententia, 325, CXLIX.

Pons ſuper Danubium a Conſtantino erectus, 330. XXXVIII.

Pontifex Romanus omnium Conciliorum decreta ut valida ſint, confirmare ſolet, 341. VI. Ex ejus communicatione quis nomen Catholicum adipiſcitur, 321. III. & ſeq. Judicium ejus ſemper expectandum, 342. XXIX. Ad eum appellare poteſt quilibet Epiſcopus, qui ſe injuſte ab aliis damnatum putet, 347. LII. Ab Arianis excommunicatur, 347 LXX.

Pontificum Romanorum legitima ſucceſſio, 325. IV.

Pontus Polemoniacus a Conſtantino in Helleſpontum mutatus, 326. LVIII.

Porphyrius a Conſtant. exilio mulctatur, librique ejus igni adjudicantur, 325. LXXXVII. Tempore Nicæni Concilii adhuc ſuperſtes, ibid. Palinodiam recantans ab exilio ſolvitur, 325. LXXXVIII. Quamdiu vixerit, & ubi mortem obierit, 325. LXXXIX. Cur Libanius ſophiſta eum ſenem Tyrium appellarit, ibid.

Porphyrianos vocandos eſſe Arianos, Conſtantinus publico edicto decrevit, 325. LXXXIV. & ſeq.

Potamii & Oſii Epiſcoporum nomine edita formula Sirmienſis blaſphema, 357. XIII.

Potamius longe diverſus a Potamone confeſſore, inde martyre, ibid.

Potamon Epiſcopus in Ægypto confeſſione clarus, in Maximini perſecutione oculo privatur, 325. XXII. In Conciliabulo Tyrio magna libertate in Euſebium Cæſarienſem invehitur, 335. VII. Conteſtationi adverſus Euſebianos ſubſcribit, 335. XXIII. & ſeq. In exilio ſub Gregorio & Philagrio Præſide Martyrii certamen conſummat, 325. XXII. 342. XXII.

Potamon apoſtata a S. Hilario dictus Potamius, divina vindicta perit, 359. LXIII.

Præfecti Prætorio quatuor a Conſtantino inſtituti, 330. XXIX.

Præfectorum avaritiam Conſtantinus lege lancita coercet, 331. XIV.

Præſidum judicia irritare ſolebant Epiſcopi, 356. LXXXVI.

Preces a Conſtantino militibus præſcriptæ, 321. XIV.

Presbyter quidam Arianus quomodo familiarina Conſtantiæ Auguſtæ innotuerit, 327. II. Ab eadem jam mortem obitura Conſtantino commendatur, ibid. Tabularum Conſtantini cuſtos ab ipſo Conſtantino decernitur, 337. VIII. Creditus hic Acacius Luſcus, 337. IX. Aulicos corrumpit, 337. LXIV.

Presbyteri poſt Epiſcopos ſtant in Synodo Rom. 324. CCXXV. Alias coram Epiſcopis ſedere ſoliti, 324. CCXXVI.

Principes ex vitiis aulicorum ſæpe infamantur, 353. CCIII. Hæreticis & ſchiſmaticis periculoſe parent, 334. II. & ſeq. Qui ſuper Epiſcopos ſibi poteſtatem arrogant, Antichriſti typum gerunt, 355. XV.

Priſcus diaconus Romanus a Silveſtro ordinatus, 324. CXXIX.

Priſcus magus Juliano Apoſtatæ charus, 355. X.

Privilegia Clericis a Conſtantio in gratiam S. Spiridionis conceſſa, 338. XVI.

Privilegia de immunitate Clericorum, & alia a Conſtantio collata & confirmata, 357. LXVIII.

Privilegia Gentilium Sacerdotum in Sacerdotes Chriſtianæ religionis tranſlata, 324. LXVIII.

Privilegia profeſſoribus bonarum artium indulta a Conſtantino, 330. XXV.

Proæreſius Epiſcopus a Sinope epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV. Rhetor inſignis, ſummis honoribus a Conſtantio affectus, 354. XXV.

Probianus unus ex Conſtantini Imp. ſatellitibus Conſtantinopoli in templo ſancti Michaelis Archangeli miraculoſe ſanatur, 330. XXII.

Probus Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.

Proculus Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.

Prodigia Conſtantino de novæ civitatis loco eligendo deliberanti oſtenſa, 324. CXLI.

Profeſſores Athenienſes quanto ſtudio ſibi olim diſcipulos allicere quæſierint, 354. XXVIII. & ſeq.

Protaſius Epiſcopus Mediolanenſis cui ſucceſſerit, & quando ſederit, 337. LXIX. 346. IV. Concilio Sardicenſi interfuit, 347. XI.

Proterius Epiſcopus Alexandrinus quantum Romanæ Eccleſiæ detulerit, 325. CXI.

Protogenes Epiſcopus Sardicenſis Nicæno Concilio

cilio

Digitized by Google

cilio interfuit, 325. XXXV. 347. XLIV. In Conciliabulo Sardicenſi ab Arianis abdicatur, 347. LXIX.
Provinciæ nominatæ, ex quibus Epiſcopi Nicæam convenere, 325. XV.
Provinciæ Romani Imperii inter filios Conſtantini diviſæ, 337. LI.
Pſeudomartyras Donatiſtæ unde orti, 331. XI.
Pſeudomonachi a S. Auguſtino deſcripti, 318. XXXI.
Publilius Optatianus Porphyrius Poeta Panegyricum carmen artificioſiſſimum ad Conſtantinum ſcribens ab exilio revocatur, 321. LXXXIX. & ſeqq. *Vide*, Porphyrius.
Puſices & alii martyres in Perſide ſub Sapore, 343. XVII.

O

QUadraginta martyres Alexandriæ ab Arianis crudeliter cæſi, 356. XLVI. LII.
Quæſtuarii Clericatus a Conſtantino lata lege prohibiti, 320. XIX.
Quatuor viri confeſſores Alexandriæ ab Arianis dira paſſi, 356. XXXIX.
Quercus Mambre templo a Conſtantino illuſtrata, 326. LXVI.
Querelarum libelli Conſtantino ab Arianis in Concilio Nicæno oblati, 325. XLI. Ab eodem cremantur, 325. XLII.
Quinquennalia Criſpi & Conſtantini Cæſarum Romæ celebrata, 320. I.
Quinquennalia Conſtantii, quibus Conſtantinopolis civitas dicata eſt, 330. I.
Quintianus Epiſcopus Gazæ ab Arianis in locum Aſclepæ creatus, 347. XX.
Quintianus Epiſcopus a Taxe epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Quintillus Epiſcopus in condemnationem Athanaſii *ſubſcripſit*, 355. XXII.
Quirius Epiſcopus a Marcota *epiſtolæ Pſeudoſynodi* Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV. Item.
Quirius Epiſcopus a Philadelfia, *ibid.*

R

RAptores virginum quibus pœnis a Conſtantino affecti, 320. XXIII.
Ravennates Epiſcopi Agapitus, & Severus, 337. LXIX. Eorum legitima ſucceſſio, *ibid.*
Regnandi ratio cum pietatis jactura damnoſa, 321. XXV. & *ſeq.*
Religio Chriſtiana ad diverſas gentes ſub Conſtantino dimanat, 315. CCXII. 316. XXV. Qua occaſione ad Barbaros propagata, 327. XVI. Eam liberam vult Conſtantinus, non coactam, 324. LXXXII.
Religione læſa, omne regnandi conſilium inane redditur, 321. XXVI.
Reliquiæ Martyrum a Conſtantino mirifice illuſtratæ, 314. CXIV.
Reliquiæ variæ Conſtantinopoli in baſi columnæ porphyreticæ a Conſtantino aſſervatæ, 330. XV.
Remoboth Monachorum genus deterrimum, 318. XXVI.
Reſcriptum Conſtantini ad Verinum adverſus famoſorum libellorum auctores, 319. XXX. Ejuſdem aliud ad Leontium contra ambientes magiſtratum, *ibid.* Aliud ejuſdem pro cælibatu, 320. VI. Ejuſdem aliud ad Baſſum adverſus maleficos, 321. XVI. Aliud ejuſdem de conſulendis Aruſpicibus ad Maximum, 321. XIX. Ejuſdem aliud ad Menandrum pro ſublevandis pauperibus fame preſſis, 322. II. Aliud ejuſdem ad Elpidium pro ſecuritate Chriſtianorum a Gentilibus vexatorum, 323. I. Ejuſdem aliud ad Conſtantium Præfectum Prætorio adverſus Licinii tyrannidem, 324. IV. Aliud ejuſdem ad Menandrum de operibus publicis citius conſummandis, 324. CIV. Ejuſdem aliud ad Felicem de Architectis comparandis, *ibid.* Aliud ejuſdem adverſus hæreticos & *ſchiſmaticos*, 326. XVI. Ejuſdem aliud ad Baſſum adverſus Novatianos, *ibid.* Aliud ejuſdem ad Magdalianum, quo ſacrificia idolis offerri vetuit, 326. LXXVI. Ejuſdem aliud ad Valentinum pro Clericis adverſus ſchiſmaticos Donatiſtas, 330. LVI. Aliud ejuſdem de erigenda Eccleſia Iſchyræ, 333. XL. Conſtantis ad Catullinum de ſervandis templis extra Urbem poſitis, 346. X.
Rheticius Epiſcopus Auguſtodunenſis quando floruerit, & ejus ſcripta, 337. XLVII.
Rhodanius Epiſcopus Toloſanus ex Conciliabulo Arelatenſi vel Byterrenſi in exilium miſſus, 353. XXII. 356. XC. Exul obiit, 359. CXXIII.
Roſilus Popilienſis Epiſcopus Catholicæ fidei propugnator inſignis, 359. LX.
Roma, ibidem Donatiſtæ Epiſcopum habere ſatagunt, 321. III. & *ſeq.* Publica *ejuſdem* poſt Conſtantini Baptiſmum hilaritas, 324. LXXXII. Egregia ejus monumenta *videre* neglexit Ammonius, 340. V. Adventu Athanaſii illuſtrata, 340. VI. & *ſeq.* Frequenter ibidem Concilia celebrata, 342. XXXIV. Eo hæreſiarchæ palinodiam recantaturi jam olim abire ſoliti, 350. XXXIII. Conflictatum ibidem inter Catholicos & hæreticos, cum ibi eſſet Conſtantius Imperator, 356. CXIV. & *ſeq.*
Roma non Conſtantinopolis, Urbis nomine ab Euſebio ſignificata, 325. LXII.
Roma vetus longe amplior & auguſtior nova Roma Conſtantinopoli, 330. XII. Earumdem comparatio, *ibid.*
Roma nova Conſtantinopolis. *Vide.*, Conſtantinopolis.
Romana, filia Calpurnii Urbis Præfecti, a S. Silveſtro baptizata, virginitatem coluit, 335. LVIII. Reliquiæ ejus Tuderti aſſervantur, ibidemque dies ejus anniverſaria *ſolemnius* celebratur, *ibid.* & *ſeq.*
Romana Eccleſia non a Conſtantino, ſed a Chriſto in Petro accepit principatum, 324. CXX. Calculum Paſchatis Alexandrinos Epiſcopos docuit, 323. CXI. Primatus ejus aſſertus in Nicæno Concilio, 325. CXXIV. & *ſeq.* Item a Gelaſio Papa in Concilio Romano, 325. CXXIX. Ejuſdem Epiſcopus ex antiquo canone omnes Epiſcopos ſub ſe habet, 325. CXXVIII. Privilegia eidem a Chriſto non ab hominibus collata, 325. CXXXI. & *ſeq.* Eamdem Alexandrinæ & Antiochenæ exæquatam calumnioſe ex Nicæno canone dicere Novatores, 325. CXXX. CXXXV. Cur oſa tantum Symbolo Apoſtolorum, 325. CLXXIX. Vitæ monaſticæ inſtituta ab Athanaſio allata amplexatur, 328. XXI. 340. VII. Judicium ejus expectandum, 342. XXX. Ceteris omnibus Eccleſiis eminet, 342. XLVII. Novam confeſſionem Arianam reſpuit, 344. IV. Totius Romani Imperii eſt metropolis, 355. XXIII. Vexatione Liberii terrore concuſſa, 355. XLV. Eam Ariani poſt Liberii exilium ſunt reveriti, 355. XLV. Iterum poſt reditum Liberii perſecutione vexata, 357. LVII. Ejus gubernationem divina providentia adminiſtrari oſtenditur, 359. LXIV.
Romanæ feminæ Conſulares monaſticam arripiunt diſciplinam auctore Athanaſio, 340. VII.
Romanæ matronæ pro Liberio Papa apud Conſtantium Romæ agentem intercedunt, 356. CXII. & *ſeq.*
Romana ſedes a nulla alia judicatur, 324. CXXXI.
Romani, eorumdem ad Conſtantinum jam ad Chri-

Chriſtum converſum acclamationes, 324. LXXX. A tributo Scythis pendi ſolito a Conſtantino liberati, 330. XLIX. Eorumdem luctus in funere Conſtantini, 337. XXII.
Romani Senatores, compleres Conſtantinum Conſtantinopolim ſecuti, 330. V. Eorumdem nomina, 330. XXVII.
Romanum Concilium aliud poſt Baptiſmum Conſtantini, ſub eodem Silveſtro celebratum, 324. CXXIV. In eo ſedent Epiſcopi, a quorum tergo ſtant presbyteri, 324. CXXVI. Ejus canones, 324. CXXIX. Ejuſdem Acta ſecunda, 324. CXXX. Aliud poſt Nicænum ſub eodem Silveſtro, 325. CXCIX. Appendix ei per errorem addita, 325. CCI. Aliud ſub Julio habitum, 337. LXVII. Quando id coactum, *ibid.* Quique ei interfuerint, 337. LXIX. Aliud ſub eodem Julio in cauſa Athanaſii convocatum, 340. I. 341. XLVI. Aliud ſub dicto Julio celebratum, 342. XXIX.
Romanus Clerus Liberium ob communicationem cum Arianis deteſtatur, 358. I.
Romanum Imperium a Conſtantino filiis diviſum, 336. XXV. 337. LII. 339. XXI.
Romanorum Pontificum vera ſucceſſio, 321. V.
Romanus Pontifex Conciliorum decreta, ut rata ſint, ſua auctoritate confirmat, 325. CXCVII. 341. VI. Ad eum legitime appellare cuilibet damnato Epiſcopo licet, 325. CLVIII. 347. LIII. In damnatione Epiſcoporum ejus ſemper expectanda ſententia, 336. XXXVI. 342. XXX. Ejus communicationem ſuffurari conantur Ariani, 339. XIII. Antonomaſtice Epiſcopus nuncupatur, 349. VI. Ipſius eſt hæreſiarchas pœnitentes, palinodiamque recantantes, Eccleſiæ reconciliare, 350. XIII.
Romanus Pontifex & ejus Legatus tempore Concilii Ariminenſis inconcuſſi permanſere, 359. XLVI.
Romas Epiſcopus in Perſide ſub Sapore martyrio affectus, 344. XVIII.
Rotamus, alias Rhodanius, Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.
Ruffinus de perperam facta verſione & interpretatione Nicæni canonis ſexti redarguitur, 325. CXXXIV. Jure a ſancto Hieronymo imperitiæ ſuggillatus, *ibid.* Error ejus de tempore obitus Arii, 327. VII. Alius ejuſdem de latebris Athanaſii in ciſterna, 335. XXXVIII. 356. LXXXI. Temporis ordinem diverſimode invertens a Socrate reprehenditur, 338. II. De rebus Gregorii Nazianzeni & Baſilii erroris arguitur, 354. XXXIX. Item de tempore exilii S. Hilarii, 355. XXVIII. Necnon de tempore perſecutionis Liberii, 359. XXXVIII.
Ruffinus alius munere Catholicus dictus, 350. XXIX.
Ruffinus Epiſcopus Catholicus martyr ſub Conſtantio, 359. LXIII.
Rufus Epiſcopus Carthaginenſis Cæciliano ſucceſſit, 337. LXIX.
Rupitani dicti Donatiſtæ, 321. VIII.

S

SAbellii hæreſis in Concilio Alexandrino ſub Legato Oſio iterum damnata, 319. XXIV.
Sabtoianos Epiſcopus a Chatimera epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Sabinianus ſive Sabinus Dux exercitus Conſtantii in Meſopotamia, 359. CXXIV.
Sabinus Heracleenſis Epiſcopus Macedonianus calumniæ convincitur, imperitum tantum & rudes Epiſcopos Nicæno Concilio interfuiſſe aſſerens, 325. XXXIX. Multorum mendaciorum arguitur, 326. II. Librum ſcripſit de Synodis, 342. XXXII. Erroris ſæpe arguitur, *ibid.* Ejuſdem mendacium refellitur, 344. III.
Sabinus Epiſcopus martyrio in Perſide ſub Sapore coronatus, 344. XVIII. Item,
Sabores Epiſcopus, *ibid.*
Sacerdotes quanto honore habiti a Conſtantino, 325. XLIII. Eorum peccata non propalanda, *ibid.* Quanto honore digni, 323. XLIV.
Sacerdotes Gentilium magno ſemper in honore & auctoritate habiti, 325. CXCIV. & *ſeq.*
Sacra nocturna lege Conſtantii vetita, 353. XXXII.
Sacrificia Conſtantini adicto prohibita, 326. LXXVI. Lege Honorii penitus ſublata, 326. LXXVII. Item Conſtantis, capitali in delinquentes pœna ſtatuta, 346. XI. Similiter Conſtantii, 356. I.
Sacrificia Ægyptiorum turpia a Conſtantino omnino abolita, 326. LXXVII.
Sacrilegi divinitus puniti ſceleris pœnas luunt, 356. XXXV.
Sadorh Epiſcopus martyr ſub Sapore, 344. XXI.
Salianus Prætor pro firmitate Concilii Sardicenſis a Conſtante miſſus Antiochiam ad Conſtantium Legatus, 348. VII. 348. XIV. Dictus idem fuit Salles, 348. XIV.
Salvatoris imago argentea in Baptiſterio Conſtantini, 324. LVI.
Sanctorum natalitia in Eccleſia celebrari ſolita, 319. XXVI.
Sanguis humanus lepram curat, 324. XXXVI.
Sapores Rex Perſarum ad Conſtantinum Legatos & munera mittit, cum eodemque fœdus init, 325. CCXIX. Meſopotamiæ bellum infert, Niſibinque obſidet, 338. XIX. Viſione quadam territus, & a culicibus victus, obſidionem Niſibis turpiter deſerit, 338. XXII. Adverſus Conſtantium bella movet, 340. XLIV. Chriſtianos perſequi aggreditur, 343. X.
Sarabaitæ Monachi qui & quales, 328. XXXI.
Sardica Thraciæ civitas a Sardi Minoris Aſiæ civitata diverſa, 347. III.
Sardicenſe Concilium a Julio Papa procuratum & indictum, 346. V. Quando celebrari cœptum, 347. I. Quot ad illud Epiſcopi convenerint, 347. III. Oecumenicum fuiſſe oſtenditur, 347. VII. Epiſcopi ſanctitata celebres, qui illi interfuerunt, recenſiti, 347. XI. In eo Comitibus ſtipati comparent Ariani, 347. XIII. Quid ibi actum ſit, *ibid.* & *ſeq.* Ejus epiſtola ad Julium Papam, 347. XXIII. Appendix ejus commentitia, 347. XLIV. Ejuſdem ficta tabula fidei ab Arianis circumlata, 347. XLV. Nihil in fide innovavit, *ibid.* Ejuſdem canones, 347. XLVII. Photinum damnavit, 347. XLVIII. Latinum a Latinis editum, Græcum a Græcis, 347. LVI. Duplex ejus naufragium, 347. LX. Excuſatur, 347. LXV. & *ſeq.*
Sardicenſe Concilium duplex ab Arianis confuſum, 347. LXVII.
Sardicenſe Conciliabulum ab Arianis habitum, 347. LXVIII. Ejus Acta, *ibid.* Nova fidei regula ab Arianis edita nomine Concilii Sardicenſis, 347. LXXI. Probatur ab Hilario, 347. LXXV. Epiſtola Synodalis ab Arianis ſcripta nomine Concilii Sardicenſis, 347. LXXVII.
Sardicenſe Concilium legitimum ab Auguſtino ignoratum, 347. LXXIX. Deperditum in Africa, 347. CV.
Sardicenſe Concilium Oecumenicum nihil minus habuit a Nicæno, 347. CVII. Ejus canon citatus a Zoſimo & Bonifacio nomine Nicæni, 347. CVIII.
Sardis Minoris Aſiæ civitas a Sardica Thraciæ civitate diverſa, 347. II.
Sarmatæ tumultuantes ſæpius a Conſtantino compreſſi

Digitized by Google

preſſi, 319. II. IV. Iterum a Conſtantio victi, 358. XXV.
Sauromatæ a Conſtantino ſubacti, 319. II.
Sauſes Monachi cœnobitæ dicti, 328. XXVI.
Satisfactio in Pœnitentia neceſſaria, 341. XLIV.
Saturninus Epiſcopus Arelatenſis cum Arianis communicat, 353. XVII. Eo agente S. Hilarius in exilium ejicitur, 356. CV. Ejus communionem omnes Epiſcopi Galliarum Hilarii cauſa averſantur, 356. CVI. & ſeq.
Saturninus Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.
Satyros ac Faunos reperiri aſſeritur, 343. IV. & ſeq.
Schiſma in Ægypto per Meletium conflatum in Concilio Nicæno compoſitum, 325. CXVI.
Schiſmatici quomodo coercendi, 341. XXXV.
Schiſmatici & hæretici Ethnicis ſemper deteriores inventi, 324. CXXI. 331. XI.
Schiſmatici qui dicendi, quive hæretici, ex ſententia ſanctorum Patrum, 326. XVIII. Iis magno periculo Principes indulgent, 354. III.
Scholæ litterarum celebriores in Oriente ſub Conſtantio, 354. XXV.
Scholæ ſcientiarum a Conſtantino erectæ Conſtantinopoli, 330. XXV.
Sciniphes exercitum Regis Perſarum Niſibin obſidentem fugant, 338. XXII.
Scripta antiqua, licet mendoſa, magni ſunt facienda, 350. XXXVI.
Scripturæ divinæ vocula una haud immutanda, licet barbara videri poſſit, 325. XLVIII.
Scripturæ divinæ librorum catalogus in Concilio Nicæno ſcriptus, 325. CLVIII.
Scithæ a Conſtantino ſuperati, 319. II. Ab eodem ſub tributum redacti, 350. XLIX.
Sebaſtianus perſecutor Alexandriæ, 342. XIX.
Sebaſtianus Manichæus Dux in Ægypto contra Catholicos, 356. XLI.
Secretarium dictus locus ſecretæ audientiæ, 332. XV.
Secundus Epiſcopus Pentapolitanus perſecutor fuit ſceleſtiſſimus, 356. XLV.
Secundus Epiſcopus Ptolemaidis Nicæno Concilio ſubſcribere noluit, 325. LXXVI.
Securis uſus in delinquentes ſub Conſtantino, 326. XCXVIII.
Sedes prima a nemine judicatur, 324. CXXXI.
Sedes Evangelii vice Chriſti ſedentis in medio Synodalis conſeſſus poni ſolita, 325. LIX.
Sedes tres Patriarchales S. Petri nomine inſtitutæ, e quibus Romana primatum tenet, 325. CXXIX.
Sedem Epiſcopalem Alexandrinæ Eccleſiæ frangens dat pœnas, 356. XXXV.
Sedes Epiſcopatus non facile mutandæ, 340. XVIII.
Sedium Epiſcopalium mutationes jam olim ex canone Apoſtolico prohibitæ, 324. CXLV. CLVI. Item in Nicæno Concilio vetitæ, 324. CLVI. Necnon in Concilio Sardicenſi, 347. LII. Quando licitæ, 324. CLVI.
Seleucienſe Concilium indictum, 358. X. Ejus Acta, 359. LXV. Quando celebratum, 359. LXVIII. Ejuſdem Acta ex S. Hilario, 359. LXXXI.
Semiariani cum Arianis Jeroſolymis digladiantur, 351. XXVII. Qui fuerint, ibid. Ancyræ in Galatia convenientes, Arianorum Sirmiana acta condemnant, 357. XXI. & ſeq. Eorum Epiſcopi qui eſſent, & quam fidei regulam ſectarentur, 358. XV. & ſeq. Quomodo viſi ſint Catholici, licet eſſent hæretici, ibid. His favit Hilarius adverſus Arianos, 358. XVII. Quo id conſilio fecerit, ibid. In Concilio Seleucienſi adverſos Acacianos digladiantur, 359. LXXI. Excommunicant Arianos, 359. LXXX. Juſto Dei judicio ab Arianis damnati, 359. CI. In pejus lapſi, Spiritus Sancti Divinitatem negant, 359. CXX.
Senatoribus tributum Follis a Conſtantino impoſitum, 330. XLII.
Senatus populuſque Romanus de Aruſpicina ſublata tumultuatur, 321. XXIII. Conſtantinum ſacra Gentilium palam deteſtantem contumeliis exagitat, 324. CXXXVIII.
Senex Tyrius dictus Porphyrius, 325. LXXXIX.
Sententia in Athanaſium a Conventu Tyrio prolata, 355. XXXVI.
Sententias capitis latas a Præſidibus, ſolebant Epiſcopi irritare, 326. LXXXIX.
Sepulcra Gentilium demolientes lege cohibiti, 340. XLV. 349. XXVII.
Sepulcra Imperatorum & Epiſcoporum in atriis baſilicarum collocari ſolita, 357. XXI.
Sepulcrum Domini inventum ab Helena, 326. XLVII. In eoque cruces tres & tabella tituli, ibid. & ſeq.
Serapammon Epiſcopus in Ægypto exul, 342. XXII.
Serapidis templum cubito Nili menſura ſpoliatur, 326. LXXXVIII.
Serapion ex Monacho Epiſcopus Thmueos fama celebris, 328. XXIII. Unus ex Legatis ab Athanaſio ad Conſtantium miſſis, 354. XX. Athanaſium de oborta adverſus Spiritum ſanctum hæreſi conſulit, 356. XLIV. Ab Antonio moriente melote donatur, 358. XXII.
Seras Ætianus, a Concilio Conſtantinopolitano ut impius damnatur, 359. XCV.
Sermonum de Vita S. Euſebii Vercellenſis, Auctor incertus, 355. XXIV.
Serpens ſacer olim Romæ colebatur, 324. XCIX. *Vide ſupra*, Draco.
Servatio, alias Servatius Epiſcopus Tongrenſis, Concilio Colonienſi interfuit, 346. IV. Item Sardicenſi, ibid. 347. X. Cum Maximino ad Conſtantium a Magnentio mittitur Legatus, 350. XXVIII. Spectatæ fidei in Concilio Ariminenſi, 359. XXXVIII. Et ipſe tandem lapſus, formulæ Ariminenſi poſteriori ſubſcripſit, 359. XXXIX.
Seſſiones plures Concilii Seleucienſis, 359. LXX.
Severiani hæretici ex Monachis orti, 328. XXXIII.
Severi textus inſigniter depravatus, 351. XXI. Ejuſdem de tempore exilii, S. Hilarii error, 355. XXVIII. 356. CV. Locus ejuſdem de Rhodanio Toloſano reſtituitur, 356. CIX.
Severus Epiſcopus a Cabula epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Severus Epiſcopus Ravennas Agapito ſucceſſit, 337. LXIX. Concilio Sardicenſi interfuit, 347. XI.
Silvanus Epiſcopus Gothus, Audianus, 341. XLII.
Silvanus Tarſenſis Acacianos in Concilio Seleucienſi varie urget, 359. XC.
Silveſter Comes dux militum in Africa, 348. XXIX.
Silveſter presbyter ordinatus a Marcellino Papa Oſium Legatum in Orientem mittit, 319. XXXIV. Latebræ ejus quando & qua occaſione obortæ, 313. II. 324. XXXIV. Acta ejus perantiquitus cognita haud reiicienda, 324. XXXI. A Conſtantino Imp. e Socrate in Urbem vocatur, 324. XXXV. Petri & Pauli imagines Conſtantino oſtendit, 324. XL. Draconem occluſum expugnat, 324. XCVII. Hinc imago ejus cum Dracone vincto pingi ſolita, 324. CII. Romæ Synodum convocat, 324. CXXIV. Titulum erigit, ibid. Fugæ ejus cauſæ plures, 324. CXXIX. & ſeq. Primus fuit auctor Conſtantino celebrandi Nicæni Concilii, 324. CLXII. A Nicæno Concilio litteras accipit, 325. CLI. Ejus ad dictum Concilium litteræ cur habeantur commentitiæ, ibid. Ni-

cæ-

cænum Concilium conſirmat, 325. CLXXII. Ejus rogationes ad Patres Romani Concilii poſt Nicænum celebrati, 325. CXCIX. Quando obierit, & quamdiu ſederit, 331. LVIII. Quot ordinationes habuerit, *ibid.* Eccleſias ſacris imaginibus ornavit, *ibid.* Præclara ejuſdem præconia, 325. LIX.
Simeon Seleuciæ & Cteſiphontis urbis Archiepiſcopus a Magis apud Saporem Perſarum Regem accuſatur, 343. XI. Inſigne ejus certamen, 343. XII. Et martyrium, 343. XVI.
Similitudinem confitentes negant æqualitatem, 358. XIX.
Simplicitas in dicendo Catholicis amica, 344. XI.
Simplicius Epiſcopus Auguſtodunenſis Concilio Sardicenſi interfuit, 347. XI.
Simulacra deorum a Conſtantino deriſioni expoſita, 326. LIX. Item Muſarum Heliconidum, 326. LXVIII.
Simulacra Caſtoris & Pollucis Conſtantinopoli a Conſtantino poſita, 330. V.
Simulacra idolorum Conſtantinopolim a dicto Conſtantino tranſlata, contemptui expoſita, ibidemque tamquam trophæa Chriſtianæ victoriæ erecta, 330. VI.
Simulacrum Helenæ ad lucum Daphnes poſitum, 326. LVIII.
Simulacrum Panis ſublatum a Conſtantino, 326. LXXII.
Simulacrum equeſtre Conſtantini Conſtantinopoli, 330. VIII. Columnæ porphyreticæ impoſitum, 330. XV.
Siniſtra pars dextera dignior eſt habita in Synodali conſeſſu, 325. LVIII. Ejus ratio redditur, *ibid.* Exemplis comprobatur, *ibid.*
Sirmiana profeſſio Arimini ab Arianis lecta, 359. VII.
Sirmienſe Concilium quo anno & qua occaſione celebratum, & quid in eo actum, 357. I. & *ſeq.*
Sirmienſis prima fidei profeſſio, 357. IX. Secunda, 357. XI. Tertia, 357. XX. Quando edita, 357. XXIV. Ejus auctor fuit Marcus Arethuſiæ Epiſcopus, 357. XXV. Secundæ formulæ blaſphemia abolетur, 357. XXIV.
Sixtus Senenſis Euſebii Pamphili defenſor redarguitur, 340. XLI.
Societas, ſive collegium, Mortis nuncupata a Conſtantino inſtituta, & privilegiis aucta, 336. LXXVI.
Socrates de Paphnutio confeſſore & Nicæno Concilio erroris arguitur, 325. CL. Item de tempore coitionis Meletianorum cum Arianis, 326. VIII. Nec non de ſepultura Helenæ ex Euſebii verbis male acceptis, 326. LXII. Similiter de Arii reſtitutione, 327. VI. & *ſeq.* Iterum de nominatione Macedonii facta a Paulo, 340. XVI. Item de exilio Euſtathii Antiocheni, 340. XXIX. Male Euſebium Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopum excuſat, 340. XXXVII. De Græcis Litteris in Urbe ignoratis erroris convincitur, 344. III. Item de tempore perſecutionis Liberii Papæ, 359. XLVI. Error ejuſdem de Gregorii Epiſcopi Alexandrini depoſitione, 342. XXXV. Ejuſdem alius de litteris Julii Papæ, 342. XLVII. Alius ejuſdem de adventu Pauli ad Concilium Sardicenſe, 347. L. Ejuſdem alius de Maximo Epiſcopo Jeroſolymitano, *ibid.* Alius de tempore exilii Paulini Epiſcopi Treverenſis, 355. XXVIII. Item de tempore ultimi Athanaſii exilii, *ibid.* Demum de tempore Concilii Ariminenſis, *ibid.*
Sodomiticum ſcelus Conſtantii lege repreſſum, 342. L.
Solidi pondus quanti æſtimationis eſſet, 330. XXXIX. Omnes unius ponderis eſſe ſolere, *ibid.*
Solidi ſeptuaginta libram auri conficiunt, 330. XL. Viginti libræ æris unius ſolidi continent pretium, *ibid.* Libra una argenti quinque ſolidorum eſt pretium, *ibid.*
Solis cultus apud Perſas, 343. XII.
Sopater Ethnicus philoſophus, Baptiſmatis Conſtantini aſſertor, 324. XIX. Qualis fuerit, 324. XXIII. Et quantus in aula Conſtantini, *ibid.* & 326. XCVIII. Inſidiis Ablavii occiditur, 324. XXIII. & 326. XCVIII.
Sotades poeta infamis, cujas & qualis fuerit, 325. LXXX. Eum turpiter imitatus Arius, Sotades Ægyptius appellatur, *ibid.* Eumdem ut nimis effeminatum vitat Martialis, 325. LXXXII.
Sotadici verſus quales, 325. LXXX.
Soſthenium dicta Eccleſia S. Michaelis Archangeli prope Conſtantinopolim a Conſtantino erecta, 330. XXII.
Sozomenus corrigitur de nece Criſpi, quam negat, 324. VII. Dum alios impudens arguit, hallucinatur, 324. XX. De Nicæno Concilio ſub Julio celebrato erroris arguitur, 325. X. Item dum Euſebio Pamphili tribuit quod erat Euſtathii, 325. LIV. Necnon de Paphnutio confeſſore, & Nicæno Concilio, 325. CXLIX. Similiter de electione Athanaſii, 326. II. Novatiana hæreſi infectus Novatianorum laudes deprædicat, 326. XXIV. Ejuſdem de reſtitutione Arii errores, 327. VII. Error ejuſdem de amplitudine civitatis Conſtantinopolitanæ, 330. XIII. Ejuſdem alius de tempore adventus Athanaſii ad Concilium Tyrium, 335. VI. Alius ejuſdem de tempore exilii Euſtathii Epiſcopi Antiocheni, 340. XXIX. Errores ejuſdem de Euſebio Emeſeno, 342. IX. De Gregorii Epiſcopi Alexandrini depoſitione iterum erroris convincitur, 342. XXXV. Item de adventu Pauli ad Concilium Sardicenſe, 347. L. Similiter de rebus Athanaſii a ſe ſcriptis, 354. XXI. Denique de latebris Athanaſii, & miniſterio virginis, 356. LXXXV. Necnon de apparitione ſanctæ Crucis tempore Conſtantii facta, 353. XXX. Item de tempore Synodi Ariminenſis, 355. XXVIII.
Spadones ſub Conſtantio dominantur, iidemque Ariani, 337. LXIV.
Spiridion Epiſcopus Trimithuntis in Cypro, Nicæno Concilio interfuit, 325. XXXVII. Ejus miracula, 325. XXXVIII. In Nicæno Concilio Gentilem philoſophum convincit & Chriſtianum reddit, 325. XLXIII. Paternarum traditionum obſervantiſſimus, Triphyllium unicam tantummodo voculam mutantem redarguit, *ibid.* Conſtantium Imperatorem curat, 338. X. Ejus cognoſcendi deſiderio tenetur Conſtantius, 330. XII. In Regia male excipitur, 338. XIII. Ejuſdem cum Conſtantio congreſſus, 338. XV. Omnium laudibus celebratur, 338. XVI.
Spiritum ſanctum a Patre Filioque procedere, in Athanaſii Symbolo expreſſum, 340. XII.
Spiritus ſancti Divinitatem impugnans hæreſis oborta poſt Nicænum Concilium ab Arianis potius, quam Ario, 325. LI. Ejuſdem Divinitas ſatis declarata in Concilio Nicæno, 325. LXIV. Divinitas ejuſdem a Semiarianis impugnatur, 359. CXX.
Sportæ ſeptem, quibus fragmenta ſeptem panum ab Apoſtolis ſunt aſſervata, Conſtantinopoli columnæ porphyreticæ incluſæ, 330. XV.
Stephanus Epiſcopus Antiochenus Arianus, 340. XXXI. Pſeudoſynodo Sardicenſi ſubſcripſit, 347. CV. In Legatos Sardicenſis Synodi calumniam ſtruit, 348. V. & *ſeq.* Deponitur, 348. XI.
Stephanus Magiſter in Ægypto ſub Conſtantio, 350. XXIX.

Stra-

Digitized by Google

Stratophilus, alias Patrophilus, Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.
Studium litterarum Conſtantinopoli a Conſtantino erectum, 330. XXV.
Suburbanum, & Suburbicarium; inter ſe diſcrepant, 325. CXXXV.
Suburbicariæ provinciæ quæ, 315. CXXXIX.
Suburbicarium, & Urbicarium, idem ſunt, *ibid.*
Subſtantia & Conſubſtantialitas inter ſe differunt, 347. LXXIV.
Subſtantiæ nomen proprium divinitatis, 325. LXV. *& ſeq.* Ethnicis id etiam de Chriſtiania teſtantibus, 325. LXIX. Ariani cur veriti non fuerint illud profiteri, Conſubſtantialis veru horruerint, 344. IV. A Semiarianis adverſos blaſphemias Sirmienſes reſtitutus, 357. XXII. Illud expreſſiſſe, ſatis ad fidem Catholicam inſinuandam, abſque uſu verbi Conſubſtantialia, 357. XLV. *& ſeq.* Ambiguum eſſe oſtenditur, 358. XIX. In Concilio Ariminenſi poſteriori rejectum, 350. XLI. Ab Arianis penitus ſublatum, 359. LXXXVI.
Succeſſio Epiſcoporum Conſtantinopolitarum, 340. XV.
Suidæ error de ætate Porphyrii, 325. LXXXIX.
Symbolum Antiochenum a Caſſiano recitatum a Catholicis editum, 342. XXVI.
Symbolum Apoſtolorum ſemper in uſu Eccleſiæ Romanæ, 325. CLXXIX.
Symbolum Athanaſii Romæ conſcriptum, 340. XI. Diu in archivis delituit, 340. XII. In lucem productum, pluribus linguis, a diverſis Chriſtianis recitatur, *ibid.* Treveris ſcriptum eſſe negatur, 340. XIII. *& ſeq.*
Symbolum Nicænum quando & a quo ſcriptum, 325. LXXIII. Quando in Eccleſia cani cœptum, 325. CLXXVIII.
Symmachi exprobratio in Conſtantem ob vetita ſacrificia, & templa claudi juſſa, 346. XI.
Synaxes acta aliquando ob neceſſitatem in Eccleſiis nondum conſecratis, 350. XXXII.
Synclitius & Gaudentius magiſtri tabellariorum ſub Conſtantino, 329. XXI. 327. I.
Synedios Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.
Synodica Epiſtola Concilii Alexandrini pro Athanaſio, 350. IV. *& ſeq.* Concilii Antiocheni, 341. XXXIII. Concilii Jeroſolymitani ad Dionyſium Comitem, 335. XXIV. Nicæni Concilii ad Silveſtrum Papam, 325. CLXXI. Synodi Sardicenſis ad Julium Papam, 347. XXIII. Eadem ex bibliotheca Petri Pithœi caſtigatior, 347. XXIV. Alia ejuſdem ad Ægyptios, 347. XXXI. Ejuſdem alia ad omnes Chriſti fideles, 347. XXXVII.
Synodicæ Patrum Concilii Ariminenſis textus corruptus reſtitutus, 324. LIII. *& ſeqq.*
Synodus. *Vide*, Concilium.
Synodus major an cognoſcere valeat res judicatas in Synodo minori, 325. CLXI.
Synopſis divinæ Scripturæ ab Athanaſio quando ſcripta, 342. XLI.
Syrianus Dux perſecutor Alexandriæ, 342. XIX. Quid in Athanaſium, 354. XVII. Orthodoxos dira perſequitur, 356. II. Ejus perfidia, 356. IX.
Syrus diaconus a Vercellenſibus, &c. ad Euſebium confeſſorem Legatus, 356. XCII.
Syſimius Epiſcopus a Perge epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.

T

TAbella tituli Crucis in antro ſepulcri inventa, 326. XLVIII.
Tabellionum Magiſtri ſub Conſtantino qui, 329. XXI. & 327. I.

Tabula draconem Cruce tranſfoſſum exhibens, Conſtantino mandante picta, & ante Palatii veſtibulum affixa, 325. CCVI.
Tabulæ imaginis Conſtantini Deum deprecantis, 325. CCVII.
Tabulam quamdam fidei Sardicenſis circumferebant Ariani, 347. XLV.
Tæmia vicus Lampſaci ab Abrahamio eremita ad Chriſtum converſus, 337. XLII.
Tarbulæ virginis egregium martyrii certamen, 344. XV.
Taurinus in Africam ab Imperatore miſſus ad Donatiſtas Legatus, 348. XXI. XXVIII.
Taurus Comes unus ex Judicibus cognitoribus in Concilio Sirmienſi, 357. VII. A Conſtantino Concilio Ariminenſi præpoſitus, 359. II. XXXVIII.
Templa ab Helena Jeroſolymis erecta, 326. XXXIX. Sex ibidem a Conſtantino extructa, 326. XLI. Alia ab eodem Conſtantinopoli, 330. XIX.
Templa Gentilium nequaquam ab Imperatoribus Chriſtianis ſpoliata, 324. LXII. Nonnulla a Conſtantino convulſa, 326. LXVIII. Haudquaquam tamen omnia dejecta, 326. LXXXI. Donaria iiſdem illata integra ſervari voluit, *ibid.* Iis tamen imaginem ſuam affigi vetuit, *ibid.* Eadem Conſtantino edicto clauſa, 326. LXXVI. Extra Urbem poſita non diruenda, Conſtans Imperator ſanxit, 346. X. Sed omnibus in locis ejuſdem Conſtantis lege claudi juſſa, 346. XI. Maxima cur a Conſtantino intacta relicta, 352. III.
Templum Æſculapii Conſtantini juſſu demolitum, 326. LXXI. Antiochenum quando dedicatum, 341. II. Apoſtolorum Conſtantinopoli a Conſtantino conſtruitur, 336. LXX. Ejus deſcriptio, *ibid.* In Bethlehem aliud ab eodem rectum, 326. XXXVII. Hadriani Tiberiade a Joſepho in Eccleſiam converſum, 327. XXVI. Jeroſolymitanum a Conſtantino erectum, ejuſque deſcriptio, 326. XXXIV. Idem Martyrion appellatum, 326. XXXV. Sacris picturis variis ornatum, 326. XXXVI. Ejus Encænia decernuntur, 335. XLI. Quando facta, & a quibus, *ibid.* Marnæ Gazæ a Conſtantino intactum relinquitur, 351. III. Michaelis Archangeli a Conſtantino in ſuburbio Conſtantinopolitano ædificatum, 330. XIX. In Monte Olivarum aliud, 326. XXXIX. Miracula in eo, 326. XL. Nicomediæ ſumptuoſiſſimum ab eodem erectum, 326. LXV. Ad Quercum Mambre aliud ab eodem, 326. LXVI. Veneris in Monte Libani dirutum, 326. LXX.
Temporis recta diſpoſitio in hiſtoria maximi omnium laboris, 325. CCXVII.
Temporis certa nota fidei confeſſio a Patribus conſignari minime ſolita, 325. I. *& ſeq.*
Terræmotus in Oriente tempore perſecutionis Arianorum commotæ, 340. XXXIV. De quo S. Ephrem Syrus, & Gregorius Nazianzenus tunc puer, *ibid. & ſeqq.*
Tertulliani locus de lege Papia declaratus, 310. XII.
Teſtamentum quibuſcumque verbis expreſſum valere Lege lata a Conſtantino ſtatuitur, 320. XV.
Teſtamentum Conſtantini, 337. VIII. Presbytero cuidam Ariano creditur, *ibid.*
Teſtimonia Epiſcoporum firma rataque habenda, occaſione S. Nicolai ſanxit Conſtantinus, 326. XCIX.
Thaiphales Scytharum Dux a Conſtantino ſuperatus, 330. XLIX.
Thaiphali populi tumultuantur, 326. LXXVII.
Thalaſius Scriptor hæreticus Arianus, 354. XIV.
Thalaſſus Comes unus ex Judicibus cognitoribus in Concilio Sirmienſi, 357. VII.
Thalia Arii infame poema, 319. XIV. 325. LXXX. In Concilio Nicæno prohibita, 325. LXXX.

LXXX. Sotadicis numeris ſcripta, *ibid.* Herodiadi filiæ ſaltatrici comparata, 323. LXXXII. Conſtantini lege vetita, 325. LXXXIII.
Thebani & Ægyptii ſchiſmate inter ſe diviſi, 324. CLVIII.
Thelapius Epiſcopus a Chalcedonia epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Theodolus Epiſcopus a Neocæſarea epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Theodori Balſamonis magna oſcitantia de antiquitate Patriarchatus ſedis Conſtantinopolitanæ refellitur, 324. CXX.
Theodorus diaconus Romæ ſub Silveſtro, 324. CXXX.
Theodorus Epiſcopus Tarſenſis Concilio Nicæno interfuit, 325. XXXVIII.
Theodorus Epiſcopus ab Heraclia epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Theodorus Cilix adverſus Photinum ſcripſit, 357. VIII.
Theodorus Oxyrinchi civitatis Epiſcopus Arianus, 356. LV. In Catholicos ejuſdem civitatis graſſatur, *ibid.*
Theodoretus erroris arguitur, dum Euſtathium poſt Philogonium ponit Epiſcopum Antiochenum, 319. XXVII. Ejuſdem de rebus Arii error, 317. VI. De tempore item exilii Euſtathii Epiſcopi Antiocheni erroris arguitur, 340. XXIX.
Theodoſius Imperator hoſtias idolis immolari omnino prohibuit, 386. LXXVI.
Theodotus Epiſcopus Laodicenſis fautor Arii, 325. XL.
Theodotus Epiſcopus Laodicenſis Georgii prædeceſſor ambos Apollinares ob hymnum de Baccho auditum excommunicat, 349. XXII. *& ſeq.*
Theogenes Epiſcopus a Liza epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Theognis, ſive Theogonius Epiſcopus Nicænus, Arianus, 325. XL. Concilio Niceno ſubſcribere noluit, 325. LXXVII. Ejuſdem libellus Synodo oblatus, 325. LXXVIII. A Conſtantino in exilium pellitur, 329. VIII. Ejus ſcelera, 329. XII. XIX. Quomodo chirographum ſuum deleverit, 329. XIX. Quinquennalibus Conſtantii ab exilio relaxatur, 330. LVII.
Theonas Marmaricæ Epiſcopus Arianus, 325. XL. Falſo dicitur poſt Alexandrum creatus Epiſcopus Alexandrinus, 326. IV.
Theophilus, quod Gallo faviſſet, a Conſtantio in exilium miſſus, 354. XI. Ejus res geſtæ, 354. XII. Ejuſdem ad Indos legatio a Philoſtorgio deſcripta, 354. XIII. Res ejus geſtæ a Philoſtorgio & Tharaſio hæreticis ſcriptæ fide carent, *ibid. & ſeq.*
Theophilus Epiſcopus Trajanopolis ab Arianis poſt Concilium Sardicenſe in exilium miſſus, 348. III.
Theophronius Epiſcopus Tyanenſis quid in Concilio Antiocheno, 341. XXII.
Thimaſareus Epiſcopus epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Thronus in medio conſeſſus Synodalis poni ſolitus, & ſuper eum liber Evangelii vice Chriſti, 325. LIX.
Thronus Epiſcopalis Alexandrinæ Eccleſiæ ignominia affectus non ſine ultione delinquentis, 356. XXXV.
Tiberiade in Palæſtina templum a Joſepho extruitur, 327. XXVI.
Ticonius Donatiſta acris ingenii vir, 321. IX.
Timotheus Epiſcopus epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV. Item
Timotheus Epiſcopus ab Aquilo, *ibid.*
Timotheus presbyter Athanaſii in Conventu Tyrio a meretricula accuſati perſonam agit, 335. XIV.
Titulus a Silveſtro Papa in Thermis Trajani expoſitus, 324. CXXV.
Titulus Crucis in antro ſepulcri inventus, 326. XLVIII.
Titulum ſui nominis publicis operibus & ædificiis a ſe erectis numquam affixit Conſtantinus, 324. CXVII. 337. XXIV. Contra Trajanus, 324. CXVII.
Titulum divinitatis ſoliti tribuere Ariani Imperatori, cum ipſi Filio Dei divinitatem negarent, 335. XL. 336. VIII.
Titulus æternitatis ab Arianis tributus Conſtantio, 359. VIII.
Toloſanus Epiſcopus ex Concilio Byterrenſi agitur in exilium, 356. CX.
Tormenta crudeliſſima paſſi Martyres in Perſide, ſub Sapore, 343. X. 344. XIV. Diriſſima a Macedonio excogitata, 351. XLIV.
Traditio & vetus obſervantia, ut hæretici & hæreſiarchæ apud Romanum Pontificem exomologeſin agant, 350. XXIII.
Trajanus gloriæ cupidus, cur a Conſtantino herba parietina ſit appellatus, 344. CXVII. 337. XXV.
Tranſlatio ſedium vetita a Niceno Concilio, 325. CLIV.
Tranſlatio corporum SS. Andreæ & Lucæ ex Achaia Conſtantinopolim Conſtantio Imperatore jubente facta, 358. XXV.
Treveris exulat Athanaſius, 336. XXI. An illic Symbolum ſcripſerit, 340. XIII. *& ſeq.*
Triaditza civitas, eadem Sardica, 347. II.
Tribunal Eccleſiaſticum a Conſtantino ſummo honore habitum, 326. XCVIII *& ſeq.*
Tribuni militum miſſi a Conſtantino Legati, 326. LXXXVII. Quid apud Nicolaum Myris, *ibid. & ſeq.* Calumniam patiuntur, 326. XCI. Quid in eos Ablavius, *ibid.* Damnati Nicolaum invocant, 326. XCII. Divinitus liberantur, 326. XCIV.
Tributa a Conſtantino non gravia impoſita, ut calumniatur Zoſimus, 330. XXXIII. Imo non aucta, ſed diminuta, 330. XXXIV. XLI.
Tributa ab Ethnicis Imperatoribus impoſita fuiſſe graviſſima, 330. XXXVII.
Tributum Chryſargyrum ab Anaſtaſio Imperatore ſublatum, quale, 330. XXXVIII.
Tributum auri a tributo argenti diverſum, & e contra, *ibid. & ſeq.*
Tributum Follet nominatum Senatoribus a Conſtantino impoſitum, 330. XXXV. XLI. *& ſeqq.*
Tributum lenonibus & meretricibus quando & a quo impoſitum, 330. XXXVI.
Tributum indixiſſe populo Alexandrino Athanaſius accuſatur, 329. I.
Tricennalia Conſtantini quando celebrata, 334. VII. 335. I.
Trinitas & unitas in Divinitate in Eccleſia credita teſtantibus id etiam Ethnicis, 325. LVIII. *& ſeq.*
Trinitatis nomina in Formatis poni ſolita, 325. CLXIII.
Tripodes Apollinis a Conſtantino ludibrio expoſiti, 326. LXVIII.
Triphyllius Ledrenſis Epiſcopus, comes Spiridionis, 338. XII. Ob voculæ unius mutationem acriter a Spiridione reprehenſus, 325. XLVIII.
Tritones, marini homines, ſæpe viſi, 343. III.
Tryphon Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubcripſit, 355. XXII.
Tumultus Antiochiæ in creatione Euſtathii Epiſcopi excitatus, 324. CXLIV.
Turbo Epiſcopus, Arianus Luciferum Calaritanum confeſſorem peſſime habuit, 356. LXXX.
Turcæ per lupos ſignificati, qui ex Sybillino oraculo Conſtantinopolim perdituri eſſent, 330. XXXII.
Tychonius, *Vide*, Ticonius.
Tyria Acta Romam allata, & illic cognita, 339. XVI. Eorum exemplar Alexandriam miſſum, *ibid.*

Ty-

Tyrium Concilium petunt Euſebiani, 334. I. Conſtantinus injuſte indulget, 334. II. Litteris Conſtantini indictum, 334. VIII. Conciliabulum Arianorum merito appellandum, 335. I. Quaodo habitum, 335. II. In eo comes & militea, atque etiam accuſatores iidem & Judicea, 335. I. Quot & quales Epiſcopi ad id convenerint, 333. III. Non conventum Patrum ſed apparitnram fiſcalem præ ſe ferebat, 333. V. Conſeſſus ejus quam iniquus, 335. VII. Quid ibidem Potamon in Euſebium, *ibid.* In eo Euſebiani ſunt Judices, & Meletiani accuſatores, 333. X. Quæ crimina ibi in Athanaſium objecta, 335. XI. Ei ingeſta eſt accuſatio Athanaſii de Arſenio occiſo, 335. XII. In eodem meretrix Athanaſii accuſatrix prodiit, 335. XIV. Variæque aliæ calumniæ in Athanaſium productæ, 335. XVI. *& ſeqq.* Legatos in cauſa Athanaſii, eoſdemque Epiſcopos Meletianos in Ægyptum decernit, 335. XXI. Conteſtatio ibi facta ab Epiſcopis Catholicis adverſus Euſebianos, 335. XXII. *& ſeqq* Libelli conteſtationum illic editi, *ibid.* Fert ſententiam in Athanaſium, 335. XXVI. Qualis hæc fuerit, 336. XIX. Epiſcopi ejus a Conſtantino Imp. Jeroſolymam ad Encænia convocantur, 335. XL. *& ſeq.* Dictum Concilium Jeroſolymis continuatum, 335. LV.

V

Valens & Urſacius Arianus, & non Theopaſchitæ, 347. XLIII. In Concilio Sardicenſi veniam petunt, *ibid.* Ambo Epiſcopi errones Concilii Sardicenſis decreto cohibentur, 347. LII. Mediolanum ad Concilium perguni, ibique palinodiam recantant, 350. XVIII. Romam ſe ad Julium Papam conferunt, 350. XX. *& ſeq.* Eorumdem pœnitentiæ libellus, 350. XXI. Litteris pacificis Athanaſii ſubſcribunt, 350. XXIII. Quid in Concilio Sirmienſi, 357. XXIII. In Concilio Ariminenſi damnantur, 359. XIII. *& ſeq.* Idem Valens epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV. De victoria adverſus Magnentium obtenta ſe ab Angelo certiorem redditum eſſe Conſtantio Imp. doloſe perſuadet, 353. VIII. Calamum & chartam de manu Euſebii Epiſcopi Vercellenſis in Synodo Mediolanenſi extorquet, & quare, 355. IX. Sub ſpecie Orthodoxiæ Epiſcopos Arimini congregatos decipit, 359. XL. Ejus anathematiſmi, 359. XLII. Ejuſdem in Concilio Ariminenſi poſteriori inanis tergiverſatio, 359. XLIV.
Valens Comes a Magnentio ad Conſtantinum miſſus Legatus, 350. XXVIII. *& ſeq.* 350. XXXVII.
Valentinianus Imperator, quantumvis invitus, S. Martino aſſurgere cogitur, 323. XVII.
Valentinus Epiſcopus Arelatenſis, 346. VII.
Valerius Maximus Baſilius Urbis Præfectus, 315. XXVIII.
Vaſa diverſa donata baſilicæ S. Petri a Conſtantino, 324. LXIV. Ipſis Gothia admiranda & veneranda, *ibid.*
Vaſa ſacra magno in honore habita, 333. III.
Vaſenſe Concilium in quo reſtituendum, 323. CLXXVII.
Vaticana baſilica a Conſtantino erecta, 324. LXII.
Vela ſeu linteamina Eccleſiæ offerri ſolita, 329. I.
Velum Judicis venale ne ſit, lege prohibet Conſtantinus, 331. XIV.
Velum hieroglyphicum noctis, mortis, immortalitatis, &c. 337. XIX.
Velatæ virgines quid exprimant, *ibid.*
Venantius Fortunatus aſtipulatur hiſtoriæ draconis a Silveſtro Papa ſuperati, 324. XCVIII.

Venenum Conſtantino a fratribus propinatum, 337. VI. 337. LIV.
Veneris templum in monte Libano a Conſtantino dirutum, 326. LXIX.
Venerius Agens in rebus Liberium in exilio affligit, 357. XLIV.
Verbi Dei incarnatio non eſt ignominia, ſed gloria, 318. XI.
Vercellenſis Eccleſiæ ſtudium erga Euſebium confeſſorem exulem, 356. XCII.
Verinus Vicarius in Africa ſub Conſtantino, 319. XXX. 322. II.
Veſpaſianus quod obſequium præſtiterit in reſtitutione Capitolii, 324. LXII.
Veſtales virgines Romæ draconis fuiſſe altrices, ut commentum refellitur, 324. XCVIII.
Vetranio tyrannus in Pannonia, 350. VIII. Eum Conſtantius præoccupare ſatagit, 351. XXIII. A Conſtantio dolo capitur, 352. XXI.
Vicennalia Conſtantini, quibus celebratum eſt Nicænum Concilium, 323. I. 325. CLXXXVI.
Victor Garbienſis Epiſcopus Donatiſta quo fine Romam miſſus, 322. III.
Victor Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 335. XXII.
Victor hiſtoricus, illius calumnia de appetitu laudis in Conſtantinum refellitur, 337. XXIV. Item de perpetuo diademate, 337. XXVIII.
Victoria idolum Capitolii a Conſtantio ſublatum, 336. CXVI.
Victoriæ ex cultu veræ religionis acceptæ, 337. LXXVIII.
Victorinus damnatus in Concilio Romano, alius a Pictavienſi, 324. CXXVII.
Victorinus Epiſcopus Pictavienſis & martyr calumniam paſſus, *ibid.*
Vigilius Epiſcopus Tridentinus dialogos ſcripſit, in quibus Athanaſium cum Ario diſputantem induxit, 323. LI. *& ſeq.* De capitulis ad confeſſionem Nicænam additis erroris convincitur, 347. LVI.
Vincentius, Victor & Oſius, in Concilio Nicæno Sedis Apoſtolicæ Legati, 325. XX.
Vincentius Epiſcopus Capuanus in Campania Mediolani apud Conſtantem, 346. IV. An Legationem ad Concilium Sardicenſe obierit, 347. X. A Concilio Sardicenſi ad Conſtantium Imperatorem Legatus miſſus, 348. I. Quid paſſus Antiochiæ, 348. V. *& ſeq.* A Liberio Papa ad Conſtantium in Gallias iterum Legatus, 353. XVI. Conſtantii & Arianorum importunitate victus, damnationi Athanaſii ſubſcribit, 353. XVII. Lapſus ejus admodum lugubris, 353. XXI. Sed non in impietatis barathrum præcipitatus, *ibid.* Liberii Papæ ad Concilium Ariminenſe Legatus, 359. III. Ejuſdem ibidem conſtantia prædicata, 359. XLVI.
Vindicta divina in Blacium Arianum litterarum Antonii Magni contemptorem, 342. XXV.
Virgines Deo dicatæ ubi abundant, ibi nuptæ ſunt fertiliores, 320. XIV.
Virgines moniales, earumque inſtituta, 328. XIX. XXIX.
Virgines Deo dicatas Chriſti ſponſas vocat Eccleſia, 336. XXVIII.
Virgines Alexandrinæ quæ ab Ethnicis ſub Præfecto Philagrio paſſæ, 335. XXIX.
Virgines Alexandrinæ quæ paſſæ ab Arianis, 342. IX.
Virgines Ægyptiæ quid paſſæ ſint ab Arianis ſub Conſtantio, 356. XXVIII. XXXIII. *& ſeq.*
Virgines ſanctimoniales quæ paſſæ in Palæſtina, 356. C.
Virgines Chriſtianæ cuſtoditæ a Perſis, 359. CXXIV.
Virgines & viduæ donatæ a Conſtantino perpetua annona, 325. CXCII.

Virginum monaſterium S. Pachomii, 328. IV.
Virginum ſacrarum immenſa multitudo in Eccleſia Dei, 325. CXCV.
Virginum ſacrarum laudes, 356. XXVII.
Virginum raptores lege Conſtantini coerciti, 320. XXIII. Item Conſtantii & Conſtantis, 349. XXVIII.
Virgo rapta non clamans, qua pœna digna, 320. XXIII.
Virgo miniſtraſſe dicitur Athanaſio in ciſterna deliteſcenti, 356. LXXXII. & ſeq. Quomodo id contingere potuerit, 356. LXXXVIII.
Viri illuſtres ſub Conſtantino, 337. LXIX.
Virorum locus in Eccleſiis a parte ſiniſtra, fœminarum vero a dextra, 325. LVIII.
Viſio Conſtantio ægrotanti facta, 338. XI. Aliæ Sapori Perſarum Regi apud Niſibin factæ, 338. XXI. Aliæ S. Ephrem Syro oſtenſæ, 338. XXVII. Aliæ Antonio Magoo de Arianis, 339. XVII.
Viſiones Angelorum vel Sanctorum animarum, quid divinum præ ſe ferre ſoleant, 304. XXXIX.
Vitalianus Epiſcopus in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355. XXII.
Vitalis Epiſcopus a Tyro epiſtolæ Pſeudoſynodi Sardicenſis ſubſcripſit, 347. CV.
Vitellius Afer Donatiſta Catholicos ut perſecutores perſtrinxit, 348. XL.
Voces novæ ob novas hæreſes jure ſunt adhibendæ, 355. LXXXV.
Vota publica pro Criſpo nuncupata, 320. III.
Urbicariæ provinciæ quæ, 325. CXXXV. & ſeq.
Urbicarium, & Suburbicarium, idem, ibid.
Urbicarium aliud a Suburbano, 325. CXXXVI.
Urbicus diaconus Liberii in exilio miniſter, 357. XLIV.
Urbis nomine non Conſtantinopolis, ſed Roma ab Euſebio ſignificata, 326. LXII.
Uranius Gothus Epiſcopus Audæi ſucceſſor, 341. XL.
Urſacius miſſus in Africam ad coercendos Donatiſtas Præfectus, 331. X. De eo Donatiſtarum querela, ibid. & 348. XXX. Interitus ejus a Conſtantino Chriſtianis exprobratur, 331. X.
Urſacius & Valens tantum Ariani fuere, non autem Theopaſchitæ, 347. XLIII. In Concilio Sardicenſi veniam petunt, ibid. Ambo Epiſcopi errones Concilii Sardicenſis decreto cohibentur, 347. LII. Mediolani in Concilio palinodiam recantant, 350. XIX. Eorumdem pœnitentiæ libellus, 350. XXI. Sponte id ab eis factum eſſe declaratur, 352. XXX. Romam ſe ad Julium Papam conferunt, 350. XX. & ſeq. Litteris pacificis Athanaſii ſubſcribunt, 350. XXIV. Una cum aliis Mediolani in Palatio conveniunt, & quare, 355. X. & ſeq. In condemnationem Athanaſii ſubſcribunt, 355. XXII. Quid in Concilio Sirmienſi, 357. XXIII. In Concilio Ariminenſi damnantur, 359. XIV.
Urſus Tribunus a Conſtantino in ſuperiorem Phrygiam jam defectionem molientem cum copiis miſſus, 306. LXXXVII.
Uſthazanes eunuchus reſipiſcit, & martyrium conſummat, 343. XIII.
Uſuram exercere Clericis a Niceno Concilio interdictum, 325. CLIII.

X

XEnodochiorum auctor Zoticus civis Romanus Conſtantinopoli, 330. XXVIII.

Z

ZOnaras de Patriarchatus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ initio erroris arguitur, 324. CXXI.
Zoſimus Conſtantinum avaritiæ arguens, calumniæ convincitur, 320. XIV. Item, dum ait Conſtantinum debitores tormentis affligere juſſiſſe, 320. XVIII. Alia ejuſdem de Conſtantini religione calumnia refellitur, 321. XXI. Locus ejus de Ægyptio ſuadente Conſtantino Baptiſmum elucidatur, 324. XXVI. & ſeq. Ejuſdem textus ex Evagrio reſtituendus, ibid. Novos magiſtratus a Conſtantino creatos calumniatur, 330. XXIX. Conſtantinum lupum appellans refellitur, 330. XXXII. Item Conſtantinum de tributorum vexatione ſuggillans, 330. XXXIII. & ſeq. Quando ſcripſerit, 330. XXXV. Calumnia ejus de Chryſargyro a Conſtantino impoſito arguitur, 330. XXXVII. Item de Follis tributo Senatoribus impoſito, 330. XLII. Ejuſdem de tempore creationis Galli Cæſaris error, 351. XXI.
Zoſimus Papa cur canonem Concilii Sardicenſis nomine Concilii Nicæni citaverit, 347. CVIII.
Zoſimus Epiſcopus Neapolitanus in locum Maximi ab Arianis ſufficitur, 359. LXI. Ab eodem Maximo excommunicatus, prodigioſe vexatur, ibid. Epiſcopatui renuntians, priſtinæ ſanitati reſtituitur, 359. LXII.
Zoticus Romanus civis, Præfectus Conſtantinopoli, pietate clarus, 330. XXVIII. Conſtantinopoli primus Xenodochium erexit, ibid.

IN-

Digitized by Google

INDEX
CRITICÆ
HISTORICO-CHRONOLOGICÆ
P. ANTONII PAGII
QUÆ IN HOC TOMO CONTINETUR.

A

ÆThiopia & India citerior ſolo nomine differunt, 327. VII. & ſeq. In ea S. Frumentius Evangelium prædicavit, ibid. XIII. & ſeq. Conſtantio regnante fidem amplexa non eſt, ibid. XX. & ſeq. A Rufino & aliis interior India vocatur, ibid. XXII. & ſeq.
Æthiopes ex India Orientalibus originem ducunt, 327. XI.
Æthiopum converſionis hiſtoriæ ſynopſis, ibid. XIV. & ſeq.
Alexander moritur, 326. III.
Alexander Epiſcopus Byzantinus quo anno obierit, 340. IX. S. Athanaſii condemnationi non ſubſcripſit, 340. X.
Alexandrina Synodus in cauſa Athanaſii quo anno coacta, 339. VII. Epiſcoporum numerus, qui ei interfuerunt, aſſignatur, ibid.
Alexandrinæ Synodi duæ adverſus Arium errorem ſuum ſpargere incipientem indicuntur, 325. VII.
Alexandrinæ Eccleſiæ invaſiones duæ contra Athanaſium factæ, earumque tempora & diverſitas indicantur, 341. XXVI. & ſeq.
Anaſtaſis & Martyrium Jeroſolymitanum, non duæ, ſed una baſilica, 326. XII. Quo anno conſtructa, ibid. XIII.
Ancyrana Synodus contra Eudoxium Antiochenum Epiſcopum quo anno habita, 357. VI. & 358. IV. Epiſtola in ea Synodo lecta ad Patres in illa congregatos non directa, 357. VII. Quæ in eadem geſta ſint, expenditur, 357. VIII. & ſeq.
S. Andreæ Apoſtoli Reliquiæ quandonam Conſtantinopolim tranſlatæ, 356. XIII. & 357. I.
Antiocheni Templi a Conſtantino M. incœpti & ſub Conſtantio abſoluti encænia, occaſio Synodi Antiochenæ Julii Papæ temporibus celebratæ, 341. VI.
Antiochenorum Epiſcoporum Arianorum ſeries, 340. XXI. & ſeq.
Antiochenum Concilium, huic Fidei profeſſio adverſus Paulum Samoſatenſem edita, falſo adſcribitur, 325. XXIII.
Antiochenum Concilium in Encæniis vulgo dictum, ab Orientalibus non indictum ut Synodum Romanam vitarent, 341. III. Quæ contra hanc ſententiam afferuntur argumenta diluuntur, ibid. IV. & ſeq. A pluribus ut Arianorum Conciliabulum in toto falſo hactenus creditum, ibid. VII. & XIII. Patrum qui ei interfuerunt numerus conſignatur, ibid. VIII. Quot inter illos factionis Arianæ extiterint oſtenditur, ibid. IX. & ſeq. Ex eo quod Julius PP. & Maximus Jeroſolymorum Epiſcopus huic non interfuerint, nihil contra ejus auctoritatem concludendum, ibid. XI. Illius decreta de rebus Eccleſiaſticis probatiſſima & per omnem Eccleſiam recepta, ibid. XIII. Quæ in ipſo contra regulas acta non toti Concilio, ſed Euſebianorum circiter quadraginta actis in fine illius habitis, adſcribenda, ibid. VI. & ſeq. Quatuor in eo editæ fidei formulæ adducuntur & examinantur, ibid. XIV. XV. XVIII. & XXXIV. Concilium non adverſus Arianos, ſed adverſus Sabellianos poſt Nicænam Synodum redivivos coactum, ibid. XVIII. & ſeq. Canones XXV. in eodem ſtabiliti nec Arianorum ſunt figmenta, nec alteri Concilio provinciali Antiochiæ habito attribuenda, ibid. XX. & ſeq. Synodica item illius genuina demonſtratur, ibid. XXI.
Antiochenum Concilium, in quo fidei formula μακρόστιχος dicta fuit promulgata, quo anno ab Arianis celebratum, 344. II. & 345. III.
Antiochenum Concilium adverſus Athanaſium, 354. XIV. Quo anno habitum, ibid. XV.
Antiochenum Concilium ab Eudoxio Antiocheno Epiſcopo poſt ſecundam Sirmienſem Synodum habetur, 357. X. In eo Subſtantiæ nomen perinde ac in ſecundo Sirmienſi damnatur, ibid.
Antiochenum Concilium in quo Euſtathius Antiochiæ præſul depoſitus, quo anno coactum, 327. & 340. XXIX.
S. Antonii Vita ab Athanaſio extremos ætatis dies agente ſcripta, 318. III. Nonniſi poſt Antonii mortem exarata, 358. II. S. Antonii obitus ab anno CCCLVI. non removendus, ibid.
Appellationum jus Romano Pontifici aſſeritur, 347. VI. & ſeqq.
Arelas ab Honorio Imperatore dicta Mater omnium Galliarum & Prætoriana Galliarum præfectura exornata, 332. VI.
Arelatenſe Concilium in quo citatur Vaſenſe pro Gloria Patri &c. quo anno celebratum, 313. XLVI.
Ariani excluſi a privilegiis Clericis conceſſis a Conſtantino Magno, 316. VIII.
Ariani anno CCCXL. omnes Conſtantinopoleos Eccleſias invadunt, 340. XX. Per quadraginta circiter annos eas obtinent, ibid. Iiſdem poſt id temporis a Theodoſio Magno excluduntur, ibid.
Arianorum Epiſcoporum, qui poſt Euſtathium Antiochenam rexerunt Eccleſiam, ſeries expenditur, 340. XXI. & ſeqq.

Ari-

Digitized by Google

Ariminenſis Oecumenica Synodus anno CCCLIX. quintis Conſtantii Aug. quinquennalibus celebri, ab Occidentalibus celebratur, 359. II.

Arius nolens acquieſcere Concilii Nicæni decretis exilio mulctatur, 325. XXX. Ante Theogniom & Euſebium ab exilio revocatur, 327. III. Sed nonniſi poſt oblatum ſatisfactionis libellum, ibid. IV. Arius in Synodo Jeroſolymitana admiſſus, 340. XIII. Ejus & non alterius Arii mentio in Synodica ejuſdem Synodi, ibid. XIV. & XVI. Arius Jeroſolymitanæ Synodo libellum offert, ibid. XVII. Extra Eccleſiæ communionem obiit, ibid. XV.

Athanaſius fit Epiſcopus Alexandrinus, 326. III. Epiſcopatum fugit, ibid. IV. Athanaſius coram Conſtantino accuſatur quod de pendendis Eccleſiæ linteis tributum indixiſſet, 329. II. & 331. II. Annus quo hæc cauſa agitata fuit annotatur, 327. V. & ſeqq. 328. II. Athanaſius ad Synodum Cæſarienſem pro ejus cauſa indictam tarde venit, 334. III. Athanaſius in Synodo Conſtantinopolitana ex Euſebianis conflata, Treviros in exilium mittitur, 336. IV. Athanaſii epiſtola ad Marcum Papam pro exemplaribus Concilii Nicæni, & Marci ad Athanaſium reſponſio purum ſunt figmentum, ibid. XI. Athanaſius exilio ſolutus patriæ redditur, 338. V. & ſeq. Quo anno hæc acciderint ſtabilitur, ibid. Argumenta in oppoſitum adducta rejiciuntur, ibid. II. & ſeqq. Cpolim porrexit ſedente Paulo Epiſcopo Cpolitano, 340. XII.

Athanaſius a Julio Papa evocatus Romam pergit, 340. II. Quomodo ad eamdem urbem confugiſſe dicatur, ibid. III. Ab Euſebianis denuo calumnias patitur & accuſatur, 341. XXII. Ejus cauſa in fine Concilii Antiocheni & nonniſi poſt conditos canones agitatur, ipſeque deponitur, ibid. XXII. & ſeq. Canon vi cujus depoſitus fuit, quotus ordine ſit examinatur, ibid. XXIV. Ab Euſebio cum ſociis doloſe agentibus confictus oſtenditur, ibid. XXV. Athanaſii Epiſtola ad Orthodoxos ferendam tantum Alexandrinæ Eccleſiæ invaſionem a Georgio factam reſpicit, ibid. XXVI. & ſeq. & 342. II. In ea nulla Euſebii ſit mentio, 341. XXXI. Annus quo ea ſcripta annotatur, 356. X.

Athanaſius a Gregorio pſeudo-Epiſcopo ſede ſua pellitur, 341. XXXIII. & 342. II. Romam navigat, at ſemel tantum, 342. X. & ſeqq. Mortuo Gregorio iterum Alexandriam redit, 347. II. & 350. III. Quamdiu ejus exilium duraverit, explicatur, 350. IV.

Athanaſius Georgio Alexandrino Epiſcopo creato, adhuc tamen non adveniente, & Syriano Duce perſecutionem movente, Alexandria fugit, 356. III. Annus & dies fugæ indicantur, ibid. III. & V. Circa eamdem fugam difficultates quædam adductæ ſolvuntur, ibid. III. & ſeq. Athanaſius paulo poſt fugam e ſolitudine rediens, contra quam vulgo creditum, Alexandriam intrat, ibid. VI. Ibi deliteſcit uſque dum Georgio adveniente quæſitus, denuo egredi cogatur, ibid. VIII. & ſeq. Antequam fugam ſecunda vice arripiat & in ſolitudine degens, Conſtantium adire meditatur, ibid. XI. Eodem tempore ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ dat Epiſtolam encyclicam, ibid. XII. & 357. XI.

Athanaſius non eſt Auctor Symboli fidei, *Quicumque vult*, 340. VI. & ſeqq.

Axumæ Abiſſinorum Regiæ priſcus ſitus, 327. XXV. Axumitæ Indi erant, ibid. XII. Axumitarum ſitus, 354. IX. & ſeq.

B

BAſilius Ancyræ Epiſcopus cum Photino diſputare in Concilio Sirmienſi a Conſtantio Auguſto jubetur, 351. X. Ancyranam Synodum convocat, in qua Homi & aliorum formula damnata, 357. VIII.

Britannicum bellum a Conſtante Auguſto quo anno geſtum, 337. XII. & 343. V.

C

CÆſarienſis Synodus pro cauſa Athanaſii diſcutienda quo anno indicta, 332. II. Quo anno celebrata, 334. II. Errores circa illius indictionem & celebrationem adducuntur & refelluntur, ibid.

Carthaginenſe Concilium ſub Grato Epiſcopo e Sardicenſi reduce congregatum in canonum Africanorum collectione non memoratur & quare, 348. IV.

Chriſtiani a Judæorum injuriis vindicantur, 336. XIII.

Chriſtianos ad Luſtrorum ſacrificia compelli gravi pœna vetat Conſtantinus M. 323. II. & ſeq.

Chryſargyrum quale tributum ſit, examinatur, 330. VI. Multo ante Conſtantinum M. tempore inſtitutum fuiſſe, oſtenditur, ibid. A Theodoſio Juniore Conſtantinopoli abrogatum fuit, ibid.

Clerici in Numidia conſtituti, a Donatiſtis ad Curiam & ejus munera coacti, hoc onere a Conſtantino M. liberantur, 330. X.

Clericis plures immunitates conceduntur, 353. XIII.

Colonienſe Concilium quo anno celebratum, 346. VI.

Concilia Eccleſiæ conſenſu ab Imperatoribus olim convocata, & quare, 325. XI. & ſeq.

Conſtans Conſtantini M. natu minor filius, Cæſar creatur, 333. II. Ejus nuncupatio minus recte ad aliud tempus dilata, ibid. Extincto Patre, paulo poſt Auguſtus acclamatur, 337. VI. Faſtis dat nomen propter titulum *Auguſti* prius initum, 339. I. Conſtantinum fratrem occidit, 340. XXVI. Auguſtei Imperii Decennalia exhibet, 341. II. Secundum Conſul procedit, ſimulque Auguſtei Imperii Quinquennalia celebrat, 342. I. Gentilium ſacrificia aboleri, & aras dirui jubet, ibid. XVIII. Eorumdem templa conſervat, ſed in hæc ingreſſum vetat, ibid. Quo anno tale edictum emiſerit, annotatur, ibid. Pacatis Galliis in Britannos movet, 337. XII. & 343. V. Annum tertio aperit, 346. I. Auguſtei Imperii edit Decennalia, ibid. II. Imperii Cæſarei dat Quindecennalia, 347. I. Ejus varia reſcripta anno CCCXLIX. data recenſentur, 349. III. A Magnentio in Galliis occiditur, & quo anno 350. II. Ex anno ejus obitus Imperii duratio manifeſtatur, ibid.

Conſtantinopolis quo anno & menſe fundata, 324. XIX. & ſeq. Ejus ædificationis tempus perperam a Petavio & Cangio tardius conſignatum, ibid. XXI. & ſeq. Ex codice Theodoſiano confirmatur, ibid. XXIII. Gothofredi ſententia circa Conſtantinopoleos ædificationem refellitur, ibid. XXIV. Item Baronii, ibid. XXV. Conſtantinopolis dedicationis annus aſſignatur, 330. IV.

Conſtantinopolitana Synodus ab Euſebianis, Euſebio Nicomedienſi Præſide, tam adverſus Athanaſium, quam Marcellum habita, 336. IV. & ſeq. Per multos menſes continuata, ibid. VII.

Conſtantinopolitana Synodus anno CCCLIX.

Quin-

Quintis Conſtantii Auguſti Quinquennalibus ſacro celebratur, & in inſequenti continuatus, 350. III.

Conſtantinus quintum aſſumit Conſulatum, 319. I. Adverſus Sarmatas bellum gerit, *ibid.* III. Ad Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum & ad Arium ſcribit & quo anno, *ibid.* IV. Mores populi Romani in melius vertere ſtudet, *ibid.* X. Haruſpices privatim conſulendos prohibet, *ibid.* XI. Publice tamen conſuli poſſe decernit, *ibid.* Sed hoc ſub quibuſdam conditionibus, 321. VI.

Sextum Conſul Quindecennalia imperii Cæſarei exhibet, 320. I. II. & IV. Quando Decennalia exhibuit, in Gallia non ſubſtitit, *ibid.* VII. Ex eo quod haruſpicinam abſolute non vitaverit, in deterius lapſum non inferendum, 321. IV. Ut Eccleſiæ bona ex teſtamento relicta poſſidere poſſint, lege ſancit, *ibid.* V. Auguſtei ejus Imperii Quindecennalinrum annus indicatur, 322. II. Chriſtianos ad luſtrorum ſacrificia compelli, gravi pœna inhibet, 323. II. Atrocem in Chriſtianos perſecutionem non movit, *ibid.* IV. *& ſeq.* Crudelitatis immerito accuſatur ob uxoris, filii & amicorum necem, 324. XII. Conſtantinum Nicomediæ, non Romæ baptizatum, Patrum teſtimonio comprobatur, *ibid.* V. Imo & ipſius Synodi Ariminenſis, *ibid.* VI. Lepra quæ hunc Imperatorem affixerit, & qua per baptiſmum a Silveſtro PP. acceptum ſanatus fuerit, Antiquis omnibus ignota & fabuloſa, *ibid.* VII. Ex Conſtantini pietate ejus baptiſmus deduci non poteſt, *ibid.* XIII. Conſtantinum in Arianum dogma declinaſſe perperam aſſeritur, *ibid.* XIV. Quomodo intelligendus Hieronymus qui hoc dixerit, explicatur, *ibid.* Conſtantini rebaptizatio reiicitur, *ibid.* XV. Conſtantini donatio in favorem Eccleſiæ, ut præſumitur facta ſuppoſititia, *ibid.* XVI. A quo & quo tempore conficta fuerit, indicatur, *ibid.*

Conſtantinus Romanæ Synodo, quam Silveſtrum PP. poſt ejus baptiſmum congregaſſe vulgo jactatur, non interfuit, 324. XVII. Synodum Nicænam convocavit, 325. VIII. Imperii Cæſarei Vicennalia uno menſe dilata nonniſi poſt Concilium Nicænum, Nicomediæ celebrat, *ibid.* XLVII. *& ſeq.* Gladiatorios Ludos in Oriente ſolum abolet, *ibid.* L. Septimum init Conſulatum, 326. I. Romam venit, & dies adventus annotatur, *ibid.* XV. *& ſeq.* Ibi Auguſtei Imperii Vicennalia exhibet, *ibid.* II. At hæc cum Nicomedienſibus, ut vulgo fit, non confundenda, 325. XLVII. & 326. II. Arianos & Meletianos a privilegiis Clericis conceſſis arcet, 326. VIII. Adverſus Novatianos Legem ſtatuit, *ibid.* IX. Jeroſolymis Baſilicam extruit, *ibid.* XII. *& ſeq.* Poſt mortem Helenæ matris, in hujus honorem Helenopolim condit, *ibid.* XVII. Octavum Conſul procedit, 329. I. In Epiſtola ad Nicomedienſes de Arianis, non de Meletianis queritur, *ibid.* IV. Varias Peregrinationes ſuſcipit, quæ narrantur, *ibid.* V. Quinta edit Quinquennalia, 330. II. Immunitatem a muneribus Curialibus Clericis quibuſcumque, etiam inferioris Ordinis in Numidia degentibus largitur, *ibid.* X. Judæorum Archiſynagogos, Presbyteros &c. a civilibus & perſonalibus muneribus immunes declarat, *ibid.* XI. Quatuor Præfectos Prætorio inſtituit, 332. IV. & 337. IV. Sub iis Imperii quinque Diœceſes inſtituit, *ibid.* Templa & idola everti jubet, 333. IV. Ad exemplum Julii Cæſaris Literatis privilegia indulget, *ibid.* V. Pupillos, viduas & ægrotos in Comitatum trahi prohibet, 334. IV. Sarmatas a Servis patria pulſos recipit, *ibid.* V. An anno CCCXXXIV. Cæſarei Imperii Tricennalia ediderit, incompertum, ſed ſequenti Tricennalia Auguſtei Conſtantinopoli celebraſſe certiſſimum, 335. II. Dalmatium Cæſarem dicit, *ibid.* IV. & 336. IX. Poſt quadraginta annorum pacem, adverſus Perſas expeditionem ſuſcipit & quo anno, 336. X. Chriſtianos a Judæorum injuriis lege vindicat, *ibid.* XIII. Hanc legem in perverſum ſenſum male trahit Baronius, *ibid.* Conſtantinus M. moritur, 337. II. Annus & dies mortis illius aſſignantur, *ibid.* Quandiu imperaverit, annotatur, *ibid.* III. Quot annis vixerit, *ibid.* IV. Honores a Chriſtianis Conſtantino poſt mortem impenſi recenſentur, *ibid.* V. In iis impendendis Chriſtianos non idololatraſſe contra Philoſtorgium oſtenditur, *ibid.* Quanto tempore, extincto Conſtantino, duraverit interregnum, & quomodo per illud regnaſſe, ſit intelligendum, aperitur, *ibid.* VI.

Conſtantinus Junior quo anno & die Cæſar dictus, 320. III. Faſtis dat nomen, ob adeptam prioribus annis Cæſaream dignitatem, 320. I. *& ſeq.* Conſul ſecundum procedit, 321. I. Imperii Cæſarei exhibet Quinquennalia, quæ male in annum CCCXX. retrahuntur, 320. III. & 321. II. Tertium init Conſulatum, 324. I. Decennalia celebrat, 325. II. & XLVIII. Diverſo tamen anno, ab illo, quo Patris Vicennalia Romana edita ſunt, 324. II. Quartum non quintum Conſul procedit, 329. I. Ejus Quindecennalinrum annus notatur, *ibid.* Vicennalia Cæſarei Imperii edit, 333. II. Eorum indicia adducuntur, *ibid.* II. & IV. Menſibus circiter tribus poſt patris mortem Auguſtus renuntiatur, 337. VI. Poſt tres Imperii annos a Conſtante frater occiditur, 340. XXVI.

Conſtantius Gallus, *Vide*, Gallus Conſtantius.

Conſtantius, Conſtantini M. filius quo anno & die Cæſar levatus, 323. VI. & 325. XLIX. Primum init Conſulatum cum Patre Romana Vicennalia exhibituro, 326. I. Hujus loco perperam Conſtantinus Cæſar Conſul profertur, *ibid.* Imperii Cæſarei quinquennalia celebrat, 327. II. & 330. III. Uxorem accipit, ſed non Euſebiam, 35*. VIII. Tres ejus uxores recenſentur, *ibid.* Paucis menſibus a patris interitu Auguſtus acclamatur, 337. VI. Conſul ſecundum procedit ob Auguſteam dignitatem prius adeptam, 330. I. Imperii Cæſarei Vicennalia edit, 341. II. Faſtis tertio nomen dat & quinquennalia Auguſtei imperii exhibet, 342. I. Conſul quartum Auguſtea celebrat Decennalia, 346. I. *& ſeq.* Quo anno Gentilium Templa occludi juſſerit, annotatur, *ibid.* III. Auguſtei imperii edit quindecennalia, 351. I. & 353. VI. Quintum init Conſulatum, ſed extra Magnentii ditionem, 352. I. Vetranionem imperium affectantem in ordinem redigit, 350. II. 351. II. & 353. IX. Magnentium etiam tyrannum ad Murſam profligat, 351. II. & IV. Eum ad Alpes Cottias iterum debellat, 353. III. Sextum Conſul Cæſarei imperii Tricennalia exhibet, 353. I. II. & V. Arelate Obeliſcum erigi jubet, *ibid.* VI. Sacrificia nocturna a Magnentio permiſſa prohibet, *ibid.* XII. Tricennaliorum occaſione Clericos multis immunitatibus honorat, *ibid.* XIII. Septimum aſſumit Conſulatum, 354. I. Arianiſmum in Aethiopia & Arabia felici diſſeminandum curat, *ibid.* VII. *& ſeqq.* Auguſtei imperii Vicennalia celebrat, 355. I. Faſtis octavo nomen dat, ut videlicet Juliani, quem Cæſarem creaverat, ſit collega, 356. I. Adverſus maleficos, & iterum adverſus ſimulacrorum cultum & ſacrificia legem emittit, *ibid.* II. Romam venit & quo tempore, *ibid.* XIII. Nonum in ea urbe init Conſulatum, ibique ſeptima Cæſarei Imperii quinquennalia, & ſimul de Ro-

mani

Digitized by Google

mani nominis hoſtibus agit triumphum, 336. XIII. & *ſeq.* & 337. I. Ibidem Obeliſcum erigit, 337. XVIII. Palatinis quidem & militibus nominatim Gladiatorios ludos vetat, ſed hos non omnino abolet, *ibid.* XIX. Magicarum artium uſum lege prohibet, *ibid.* XX. Copiatas, ſeu Foſſarios a luſtrali collatione reddit immunes, *ibid.* XXI. Auguſtei imperii quinta exhibet quinquennalia, 339. I.

CONSULES.

Conſtantius Aug. V. & Licinius Cæſar 319.
Conſtantinus Aug. VI. & Conſtantinus Cæſar 320.
Criſpus Cæſar II. & Conſtantinus Cæſar II. 321.
Petronius Probianus & Anicius Julianus 322.
Severus & Rufinus 323.
Criſpus Cæſar III. & Conſtant. Cæſar III. 324.
Anicius Paulinus & Anicius Julianus 325.
Conſtantinus Aug. VII. & Conſtant. Cæſar 326.
Flavius Valerius Conſtantinus & Maximus 327.
Januarius & Juſtus 328.
Conſtantinus Aug. VIII. & Conſtantius Cæſar IV. 329.
Gallicanus & Symmachus 330.
Baſſus & Ablavius 331.
Pacatianus & Hilarianus 332.
Fl. Valerius Julius Delmatius & M. Aurelius Zenophilus 333.
L. Aeontius Optatus & Anicius Paulinus Junior 334.
Julius Conſtantius & Ceionius Rufius Albinus 335.
Nepotianus & Facundus 336.
Ti. Fabius Titianus & Felicianus 337.
Urſus & Polemius 338.
Conſtantius Aug. II. & Conſtans Aug. 339.
Acindynus & Proculus 340.
Marcellinus & Probinus 341.
Conſtantius Aug. III. & Conſtans Aug. II. 342.
M. Mæcius Memmius Furius Placidus & Fl. Piſidius Romulus 343.
Leontius & Saluſtius 344.
Amantius & Albinus 345.
Conſtantius Aug. IV. & Conſtans Aug. III. 346.
Euſebius & Rufinus 347.
Fl. Philippus & Fl. Salia 348.
Ulpius Limenius & Aco Fabius Catullinus 349.
Sergius & Nigrinianus, 350.
Anno CCCLI. Nulli in Imperio Rom. Conſules creati.
Decentius & Paulus, 352.
Conſtantius Aug. VI. & Conſtantius Gallus Cæſar II. 353.
Conſtantius Aug. VII. & Conſtantius Gallus III. 354.
Arbetio & Lollianus, 355.
Conſtantius Aug. VIII. & Julianus Cæſar, 356.
Conſtantius Aug. IX. & Julianus Cæſar II. 357.
Neratius Cerealis & Datianus, 358.
Flavius Euſebius & Hypatius, 359.

Copiatæ quid ſint & quodnam illorum officium explicatur, 357. XXI.
Criſpus Conſtantini Magni filius Cæſar renunciatur & quo anno ac die, 320. III. Ejus quædam numiſmata explicantur, 320. V. Annum denuo aperit, 321. I. Quinquennalia Imperii Cæſarei celebrat, *ibid.* II. Hæc perperam ab anno CCCXX. diſtracta, 320. III. Cum Helena avia Romam petit, 322. III. Tertium Conſul procedit, 324. I. Decennalia exhibet, *ibid.* I. & *ſeq.* & 325. II. At non eodem anno, quo Conſtantinus Pater Romana Vicennalia, 324. II. & 325. XLVIII. Juſſu patris occiditur, 324. III. Annus dies & locus mortis annotantur, *ibid.* IV. & 325. XLVIII.
Crucis apparitio in Oriente Conſtantii Auguſti temporibus, quo anno & die acciderit, ſtabilitur, 353. VII. & *ſeq.*
Cymatius Antaradi Epiſcopus, Euſebianorum fraude in exilium pellitur, 356. VI.
Cyrillus Jeroſolymorum Epiſcopus Maximo adhuc in vivis ſuccedit, 351. VII. & *ſeq.* Sedis illius initium certis temporum characteribus ſtabilitur, *ibid.* Ab Acacio Cæſareæ Philippi Epiſcopo depoſitus, & quare, *ibid.*

D

Dalmatius ſeu Delmatius Hannibaliani Dalmatii Cenſoris & Conſtantini M. Fratris filius annum aperit, 333. I. Cæſar creatur, 333. IV. & 336. IX. A Conſtantio Aug. occiditur, 337. VIII.
Daphnes in qua Helenæ ſtatua a Conſtantino Magno repoſita, ubinam ſita, 351. III. Diverſa ob aliis ejuſdem nominis locis, oſtenditur, *ibid.*
Decennalia & id genus feſta a nullo Imperatore repetita, 326. II. Ab ultimis id genus feſtis ſemper deducta, 354. II.
Decentius, Magnentii tyranni frater, Romæ & in regionibus, quæ Magnentio parebant, Conſul ordinarius procedit, 352. I. Devicto fratre, ſe ſe apud Senonas laqueo ſuſpendit, 353. III.
Dius Epiſcopus celeberrimus Gangrenſi Concilio præfuit, 309. V.
Donatiſtæ ab exilio ſolvuntur, & iiſdem religionis ſuæ exercendæ, libertas conceditur, 325. III.

E

Eudoxius, Leontio Antiochiæ Epiſcopo defuncto, illius ſedem occupat & quo anno, 356. XV. Antiochiæ Concilium celebrat, 357. X. Ab Antiochena Eccleſia ad Conſtantinopolitanam transfertur, 359. IV.
Eulalius Arianus, poſt Paolinum Antiochenæ Eccleſiæ admovetur, 340. XXI. Tribus tantum menſibus ſedet, *ibid.*
Euphrates duo Colonienſes Epiſcopi inter ſe non confundendi, 346. VI.
Euphration Balanearum Epiſcopus, Euſebianorum fraudibus in Synodo Conſtantinopolitana exulare juſſus, 336. VI.
Euphronius, Arianus Eulalio in ſede Antiochena ſubrogatur, unoque tantum & pancis menſibus poſt ordinationem ſuperſtes vivit, 340. XXII.
Euſebia Conſtantii Aug. uxor ſecunda, quo anno illi deſponſata, 336. VIII.
Euſebius Nicomedienſis Conſtantinum Magnum baptizavit, 354. V. & *ſeq.* Nondum Arianiſmum profitebatur, *ibid.* XIV. Formulæ fidei Nicænæ ſubſcribit, 355. XXVI. Condemnationi tamen Arii ſubſcribere recuſat, *ibid.* Exilio mulctatur, *ibid.* XXIX. & 329. III. Non duos, ſed unicum tantum ſatisfactionis libellum offert, & hoc non Concilio Nicæno, 355. XXVI. & *ſeq.* In particulari Concilio a Conſtantino collecto deponitur, non in Nicæno, *ibid.* XXVIII. & *ſeq.* Ab exilio revocatur, 327. V. Catholicos Epiſcopos vexat, at Alexandrum utpote jam mortuum deponere non poteſt, *ibid.* Ad Julium Papam pro cauſa Athanaſii Legatos mittit, ſed ante Concilium Antiochenum, 339. II. V. & *ſeq.* Julio item Papæ judicium cauſæ Athanaſii per eoſdem legatos offert, *ibid.* IV. Ad ſedem Conſtantinopolitanam tranſit, hujuſque tranſlationis annus indicatur, 340. XX. Auctor eſt canonis Antiocheno Concilio adſcripti, vi cujus depoſitus eſt Athanaſius, *ibid.* XXIV. & *ſeq.* Mori-

Digitized by Google

ritur, 341. XV. Arianorum partes licet ſemper foverit, pacem nihilominus cum Julio & Eccleſia Catholica ad obitum uſque retinuit, *ibid.*
Euſebius Cæſarienſis Arianæ hæreſi favet ante Concilii Nicæni celebrationem, 325. XXXII. Poſtea ad Catholicos accedit, *ibid.* An inter Arianos vel Catholicos annumerandus ſit, incertum, *ibid.* Orationem in Tricennalibus Conſtantini Magni habet, 335. III. & *ſeq.* At non ipſa Tricennaliorum die, *ibid.* Quo anno eam recitaverit, aperitur, 335. III. Illius Chronicon ad quem uſque annum perductum ſit, quove anno oblatum, indicatur, 325. LI. Quo item anno Hiſtoriam ſuam publicarit, oſtenditur, 326. XVIII. & *ſeq.* Agapio in Eccleſia Cæſarienſi prædeceſſori immediate ſuccedit, 340. XXIII. Moritur, *ibid.* In Sanctorum numerum nullo modo reponendus, *ibid.* XXIV. Error contrarius profligatur, ejuſque origo detegitur, *ibid.* Librorum Vitæ Conſtantini Auctor Euſebius demonſtratur, *ibid.* XXV.
Euſebius Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopus & Sancti Baſilii immediatus deceſſor, ipſe eſt, quem die XXI. Junii colit Eccleſia, 340. XXIV.
Euſtathius ſine tumulto creatur Antiochenus Epiſcopus, 324. XXVI. Hujus inaugurationis annus indicatur, *ibid.* Quandonam tumultus contra ipſum excitatus & ipſe in exilium miſſus, *ibid.* XXVII. & *ſeq.* Quo pacto Nicænæ Synodo præfuiſſe dicatur, 325. XVII. & *ſeq.* In Antiochena Synodo deponitur, 327. III. & 340. XIX. Exilio itidem mulctatur, *ibid.*
Eutropius Epiſcopus Hadrianopoleos in Conſtantinopolitana Synodo ab Euſebianis celebrata exul amandatur, 336. VI.

F

FAuſtina Conſtantii Aug. uxor tertia, 336. VIII.
Felix II. ab Arianis, exulante Liberio, ordinatur, 357. XVI. Sedet annis tribus plus minus, *ibid.* Sede pulſus moritur, *ibid.* Inter ſummos Pontifices & Martyres collocandus, 355. III. & 357. XVI. & *ſeq.* Quomodo Martyr dici poſſit, explicatur, 357. XVII.
Fidei formula prima quæ in Concilio Antiocheno dicitur edita, cujus initium eſt, *Nos neque ſequaces Arii fuimus*, ſolis Euſebianis ſe ad Concilium præparantibus adſcribenda, 341. XIV.
Fidei formula ſecunda in eodem Concilio Antiocheno conſcripta, non ab Euſebianis doloſe agentibus edita, ſed a toto Concilio, 341. XV. Ea Arianæ hæreſi oppoſita demonſtratur, *ibid.* XVI. Fidei formula tertia in eodem a Teophronio Tyanenſi Epiſcopo compoſita, & promulgata, ab Orthodoxis etiam Epiſcopis fuit ſubſcripta tamquam Catholica, 341. XVIII. Unde petenda ſit illius condendæ cauſa, aperitur, *ibid.*
Fidei formula quarta Concilio Antiocheno adſcripta, non a Concilio, ſed ab Euſebianis quibuſdam poſt illud exarata, & quare, 341. XXXIV. & *ſeqq.*
Fidei formula quinta, *μακρόστιχος* nominata, quo anno ab Arianis ſive Euſebianis contexta, 344. II. & 345. III. Ad Occidentales Epiſcopos miſſa & ab iiſdem recuſata, 344. II. & *ſeq.*
Fidei Catholicæ Symbolum quod incipit, *quicumque vult ſalvus eſſe*, falſo adjudicatur divo Athanaſio, 340. VI. Conjecturæ contrariæ everuntur, *ibid.* VII. Auctor illius detegitur, *ibid.* VIII.

Florentius Præfectus Prætorio, Theodoſio Juniori ſuadet ut Chryſargyrum Conſtantinopoli aboleat, 330. VI. Et ne quid Principis ærarium ex hoc depereat, prædia ſua tributo ſubſignat, *ibid.*
Folles, quos Conſtantinum Magnum clariſſimis viris tributum impoſuiſſe, ſcribit Zoſimus, duplicis generis, 330. VII.
Forma regendi Imperii per Conſtantini Magni tempora uſurpata expenditur, 335. VIII.
S. Frumentius a Baronio in duos perperam diviſus, 327. VII. Evangelium in India Citeriori ſeu in Æthiopia prædicavit, *ibid.* XII. & *ſeq.* Quo tempore in Æthiopiam profectus ſit, *ibid.* XV. & *ſeqq.*

G

GAllus Conſtantius dictus fit Cæſar, 351. II. Conſul procedit, 352. I. Secundum init Conſulatum, 353. I. & *ſeq.* Tertium annum aperit, 354. I. Occiditur, *ibid.* V.
Gangrenſis Synodus celebratur, 319. V. Huic non præeſt Hoſius, ſed ſolum intereſt, *ibid.* Ejus epocha adducitur, *ibid.* VI. & 357. XV.
Gentiles ad Luſtrorum ſacrificia Chriſtianos cogere a Conſtantino magno prohibentur, 323. II. Gentilium ſacrificia Conſtantis Imp. juſſu abolentur, 341. XVIII. Item a Conſtantio, 353. XII.
Georgius ab Arianis in Concilio Antiocheno adunatis miſſus, Alexandrinam Eccleſiam, Athanaſio pulſo, & adjuvante Philagrio ſilio, Ægypti præfecto anno CCCLVI. occupat, 341. XXXII. & 354. IX. Scelera in ejus entrooiſſimo patrata recenſentur, 356. VII. Tempus quo Alexandriam advenit, indicatur, *ibid.* VIII.
Gladiatorii Ludi a Conſtantino in Oriente prohibiti, per reliquum orbem Romanum adhuc vigent, 325. L. A quibus Imperatoribus fuerint poſtea modificati & omnino ſublati, indicatur, *ibid.* & 357. XIX.
Glorificationis hymnus a quo principium habuerit, & quando uſurpari cœperit, 325. XLVI.
Gregorii S. Gregorii Nazianzeni patris, ætas diſcutitur, 354. XIII.
S. Gregorii Nazianzeni nativitatis tempus ſtatuitur, 354. XI. & *ſeqq.* Erroris contrarii fundamentum delegitur, *ibid.* Quoto vitæ anno Gregorius Athenas reliquerit indicatur, *ibid.* XIII.
Gregorius ab Antiocheno Euſebianorum Conciliabulo Alexandrinus Pſeudo-Epiſcopus creatus, hanc Eccleſiam, comitante Philagrio patre, Ægypti Præfecto invadit, 341. XXXIII. & 342. II. Eam invaſionem diverſam eſſe a ſecunda per Georgium anno CCCLVI. Facta, ex ipſo Athanaſio demonſtratur, 341. XXXIII. Quo anno Gregorius e vivis exceſſerit, oſtenditur, 348. II. & 349. II.

H

HÆretici privilegiis Clero conceſſis uti a Conſtantino Magno prohibentur, 326. VIII.
Hannibalianus ſeu Delmatius Conſtantini Magni ex patre tantum frater, 335. L.
Haruſpicina privata a Conſtantino M. prohibetur, 319. XI.
Helena Conſtantini M. mater, in Vicennalibus

Digitized by Google

Romanis filii Auguſta renuntiatur, 336. XIV. Monetam charactere ſuo cuſam diſtribuere permittitur, *ibid.* Menſe Auguſto Romæ e vivis excedit, *ibid.* XIV. *& ſeq.*
Helenopolis quo anno condita, 326. XVII.
Hermogenes magiſter militum a Conſtantino Aug. miſſus, ut Paulum, quem Cpolitani in ſedem reſtituerant, deponeret, a Populo truncatur & in mare præcipitatur, 342. XVI.
Heſychius Diaconus pro Euſebianis in cauſa Athanaſii ad Julium PP. mittitur, 340. II.
Homeritarum ſitus indicatur, 354. VII. & X.
Honoratus, primus urbis Conſtantinopoleos a Conſtantio Auguſto quinta Imperii Auguſtei quinquennalia adente Præfectus creatur, 359. III. Ejuſdem Conſtantii juſſu præeſt Synodo Cpolitanæ, *ibid.*
Hoſius Epiſc. Cordubenſis S. Silveſtri nomine cum Presbyteris Vito & Modeſto Nicænæ Synodo præſidet, 325. XI. *& ſeq.* Prior in Concilio ſedit & cur, *ibid.* XIV. Ejus in eo Concilio præſidentia ab ejus meritis immerito deducta, *ibid.* XV. Hoſius Concilio non præfuit ut Legatus Conſtantini, *ibid.* XVI. Quam celebre ejus nomen fuerit, explicatur, *ibid.* XIII. Hoſius in ſecunda Synodo Sirmienſi, Conſtantii Aug. metu Arianæ fidei formulæ ſubſcribit, 351. XIV. & 357. V. Mortis ejus tempus indicatur, 357. XI.

I

Jeroſolymitana Eccleſia dedicatur, 335. VI. Diverſa, quæ ſortita eſt, nomina indicantur, *ibid.*
Jeroſolymitanum Concilium Arium ſuſcipit, 340. XIII. In eo, ſicut & in ejus Synodica Arii Hæreſiarchæ mentio, *ibid.* XIV. XVI. *& ſeq.*
Imperium Romanum quomodo regeretur ſub finem imperii Conſtantini M. 335. VIII.
Imperium Romanum inter ſe partiuntur Conſtantini M. filii, 337. VII. Quales provinciæ unicuique contigerint, annotatur, *ibid.*
Imperium Romanum penes unum redit, 354. VI.
India citerior cum India Orientali a Baronio confunditur, 327. VII. India citerior & Æthiopia ſolo nomine differunt, *ibid.* VIII. *& ſeq.* In ea S. Frumentius Evangelium prædicavit, *ibid.* XIII. *& ſeqq.*
Joannes & Paulus, illorum Acta a Surio recitata pluribus ſpuriis demonſtrantur, 330. IX.
Iſidorus Mercator Conſtantini donationem in favorem Eccleſiæ Romanæ fabricaſſe, non ſine fundamento dicitur, 324. XVI.
Julianus Aug. quo anno natus, 331. IX. Ei octenni mors intentatur, a quo periculo liber evadit, *ibid.* At non Euſebiæ Conſtantii uxoris beneficio, *ibid.* Mediolani Cæſar creatur, & Galliis præponitur, 355. IV. Faſtis dat nomen ob adeptam Cæſaream dignitatem, 357. I.
Julius Firmicus Maternus, quo tempore ſcripſerit, & floruerit, 337. XI. Diverſus a Julio Materno Mediolanenſi Epiſcopo, *ibid.*
Julius Papa Marco ſuccedit, 336. XII. Athanaſium Romam evocat, 340. II. Ad Euſebianos mittit Legatos, eos ad Romanam Synodum convocandi cauſa, & quo anno id egerit, ſtabilitur, *ibid.* IV. Sedet annos quindecim, menſes duos & dies ſex 352. II. Annus & dies ejus emortualis aſſignatur, *ibid.* Quamdiu poſt ipſum ſedes Romana vacaverit exprimitur, *ibid.* III. Decretales ejus duæ fictitiæ, *ibid.*

L

Leontius Antiochenus Epiſcopus, Eudoxii deceſſor, moritur 356. XV. & 358. IV.
Liberius poſt Julium Papam Romæ ſedet, 352. III. Initium Pontificatus illius conſignatur, *ibid.* Tempus Epiſtolæ, quam ad Conſtantium Aug. dedit, in qua de Orientalibus Legatis conqueritur, & ab eodem Auguſto Concilium adunari poſtulat, recte in Annalibus annotatum, 354. II. *& ſeq.* & 355. II. Concilium tertium Mediolanenſe impetrat, 354. II. & IV. Liberius in ſecunda Sirmienſi Synodo cum Hoſio labitur, 357. II. Fidei formulæ a tertia Sirmienſi Synodo editæ ſubſcribit & in ſedem reſtituitur, 357. XII. & 358. IV. Quo anno & die poſt exilium Romam redierit examinatur, 357. XIV.
Licinius Cæſarei Imperii Quindecennalia celebrat, 319. II. Auguſtei item Quindecennalia, 322. II.
Licinius Licinii Auguſti filius quo anno & die Cæſar levatus, 320. III. Imperii Cæſarei Quinquennalia celebrat, 322. II. Conſtantini Juſſu interimitur, 324. III.
S. Lucæ Apoſtoli Reliquiæ quo anno Conſtantinopolim tranſlatæ, 356. XIII. & 357. I.
Luſtrorum ſacrificia qua de cauſa ſub Conſtantino Magno a Romanis celebrata, 323. II. *& ſeq.* Ad ea Chriſtianos compellere vetat Conſtantinus, *ibid.*

M

Macarius Presbyter ab Athanaſio ad Conſtantinum Magnum Conſtantinopolim mittitur, & quo anno, 333. III.
Macarius Presbyter ab Euſebianis ad Julium Papam adverſus Athanaſium legatur, 340. II.
Macedonius ab Euſebianis in ſedem Conſtantinopolitanam, Euſebio Nicomedienſi mortuo intruditur, 342. XVI. Propter multa crimina exauctoratur, 359. IV.
Macarius Epiſcopus Jeroſolymorum quo anno mortuus ſit, indicatur, 331. III.
Magnentius quo anno imperium in Galliis invaſerit, annotatur, 345. II. & 350. II. Romæ & in Provinciis ſuæ ditionis Conſul procedit, 351. I. Ad Murſam cum Conſtantio pugnat, & vincitur, 351. II. & IV. Certaminis annus & dies indicantur, *ibid.* IV. Roma & Italia, quo ſe poſt cladem receperat, per Conſtantii Duces abigitur, 352. IV. Iterum ad Alpes Cottias adverſus Conſtantium prælium init, iterumque debellatur, 353. III. Lugdunum fugit, ibique poſt tres Imperii annos & menſes ſex ſeipſum interimit, *ibid.*
Marcellus Ancyræ Epiſcopus ab Euſebianis in Synodo Conſtantinopolitana, in qua Athanaſius exulare juſſus eſt, Epiſcopatu deponitur & exilio mulctatur, 336. V. *& ſeq.* Ad ſuam ſedem reverſus iterum de hæreſi accuſatur, ejus cauſa in Antiocheno Concilio examinatur, ibique damnatur, 341. XIX. Romam petit & in Synodo cauſam ſuam dicit, 342. XIII. Innocens declaratur, *ibid.* XIV. Poſt novam in Synodo Sardicenſi obtentam abſolutionem, ab hæreſis ſuſpicione eum liberare, aliqui fruſtra contendunt, 347. II. Ab Athanaſio tamen, & poſtea ab omnibus hæreticus fuit agnitus, *ibid.* III. *& ſeq.*
Marcus Papa S. Silveſtro die decima octava Januarii in Dominica ſuccedit, 336. II. Quandiu

diu ante ipſum ſedes vacaverit, indicatur, *ibid.* Sedis ejus duratio, ejuſdemque poſt ipſum vacatio annotatur, *ibid.* XII. Dies item emortualis aſſignatur, *ibid.*

S. Martini Turonenſis Epiſcopi Chronotaxis ex Severo Sulpicio deducenda, 371. VI.

Martyrium Jeroſolymitanum ac Baſilica eadem cum Anaſtaſi, 326. XII. Quo anno conſtructum ſit, *ibid.* XIII.

Martyrius Diaconus ad Julium Papam contra Athanaſium ab Euſebianis mittitur, 340. II.

Maximus Jeroſolymorum Epiſcopus ab Arianis in Synodo depoſitus, 351. VII. Hujus depoſitionis annus indicatur, *ibid.* VIII. Quandiu ſederit, annotatur, *ibid.*

Mediolanenſes Synodi duæ omnino diſtinguendæ, una videlicet quæ Concilium Sardicenſe præceſſerit, alia vero quæ idem Concilium ſubſecuta ſit, 344. IV. & *ſeq.*

Mediolanenſis Synodus prior quo anno coacta, 344. V. & VII. Ejus Epocha in obſcuro poſita, diverſimode a diverſis aſſignatur, *ibid.* IV. Fidei formulam *μακρόστιχος* appellatam a Legatis Orientalibus ſibi oblatam reſpuit, *ibid.* III.

Mediolanenſis Synodus ſecunda quo anno celebrata, 347. VIII. IX. XVI. & *ſeq.* & 350. VI. Variæ circa illius epocham adducuntur opiniones, 347. VIII. Cauſæ quæ Epiſcopos ad illam celebrandam coegerint, expenduntur, *ibid.* XIV. & *ſeq.*

Mediolanenſis Synodus tertia, ſub Liberio Papa anno CCCLV. primis anni menſibus cogitur, 354. IV. & 355. II. In ea Athanaſii damnationi ſubſcribitur, *ibid.*

Meletiani a privilegiis Clericis conceſſis arcentur a Conſtantino M. 326. VIII.

Melitinenſis in Armenia Synodus, quo anno habita, indicatur, 357. XV.

Meropius Philoſophus quo tempore cum S. Frumentio in Æthiopiam profectus, 327. XIV. & *ſeqq.*

Metrodorus Philoſophus non in Æthiopiam, ſed in veram Indiam perrexit, 327. XIV. XVI. & *ſeq.* Cauſa non fuit ruptæ pacis inter Conſtantinum & Perſas, *ibid.* XVIII. & *ſeqq.*

N

Nicænum Concilium quo anno celebratum, 325. III. Quo menſe, *ibid.* III. & VII. Ante Conſtantini Magni Vicennalia cœptum & finitum, *ibid.* IV. A Conſtantino de conſenſu Silveſtri Papæ coactum, *ibid.* VIII. Qui ei Silveſtri nomine præfuerint, indicatur, *ibid.* XI. In Eccleſia, non in Imperatoris Palatio habitum fuiſſe, certum, *ibid.* XIX. Quomodo qui illud in Palatio celebratum contendunt, ſint intelligendi, aperitur, *ibid.* XX. Quis primus in eodem Concilio Conſtantinum, ſit allocutus, oſtenditur, *ibid.* XXI. Fidei quidem formulam, Canones & Epiſtolam Synodicam in eo ſcripſerunt Patres, & ſubſcriptionibus firmaverunt, at Acta Concilii nulla ſcriptis fuere mandata, *ibid.* XXIII. & XXVI. Sextus hujus Concilii Canon, de Epiſcoporum ordinatione venit intelligendus, *ibid.* XXXVIII. In eo item Canone agitur de jure Patriarchico, *ibid.* XLII. Hunc Canonem reſtringens Ruſinus ad Suburbicarias ſolum Provincias rejicitur, *ibid.* XLIII. Quo ſenſu Rufini expoſitio admittenda, *ibid.* XLIV. Hujus Concilii Canones, quos vocant *Arabicos* a ſectis Orientalibus agniti, & ut legitimi publicati, ſuppoſititii ſunt, *ibid.* XLV.

Nicænum Symbolum ut novam Catholicæ fidei teſſeram, poſt ejuſdem urbis Concilium ſtatim Græci omnes aſſumunt, 355. XXIV. Cur ab Eccleſia Occidentali ſerius legi cœperit, inſinuatur, *ibid.* Cur etiam in quibuſdam Eccleſiis prius cantatum, in aliis autem tardius aperitur, *ibid.* XXV. Inter Latinos Hiſpani primi, Richaredis Regis conſilio, illud uſurpant, *ibid.* Hos paulo poſt quædam Gallicanæ Eccleſiæ ſequuntur, *ibid.* Romana tandem cantare incipit, & quare, *ibid.*

Niſibis a Perſis anno, quo Conſtantinus Magnus mortuus, obſidione cingitur, 338. VII. Iterum ſub Conſtantio ab iiſdem per menſes quatuor tentata, 350. V.

Novatiani Eccleſias, quas ſchiſmate durante Catholicis abſtulerant, reddere jubentur, 326. IX. Eorum conditio ſub Conſtantino Magno melior fuit, quam aliorum hæreticorum, *ibid.* X. Novatiani Romæ diu pacati fuere, *ibid.* XI.

O

Obeliſci in Quinquennalibus & id genus ſolemniis de more ab Imperatoribus erecti, 355. VI.

Obeliſci Arelatenſis erectio non Conſtantino Magno, ſed Conſtantio ejus filio attribuenda, 353. V.

Obeliſcus a Conſtantio Romæ erigitur, 357. XVIII.

Orationes diverſæ in Imperatorum Tricennalibus & id genus feſtis a diverſis recitari ſolitæ, 336. III.

Oſius Epiſcopus Cordubenſis, *Vide*, Hoſius.

P

Pacis Templum a Conſtantino Magno Conſtantinopoli extructum, diverſum a Templo *Sophia* eadem in civitate erectum, 330. V.

Pagani quare & quando Pagani nuncupati, 351. V.

Patriarchæ in Synodis ordinari ſoliti, 326. V. Statim poſt ordinationem Synodicas ad alios Patriarchas per Legatos mittunt, *ibid.* VI. Miſſarum ſolennia in mutuæ inter illos communionis indicium cum iiſdem Legatis celebrant, *ibid.* VII.

Patriarchatus Romani termini examinantur, 325. XXXIV. & *ſeq.* Opinio Salmaſii circa eos adducitur & refellitur, *ibid.* XXXV. & XXXVII.

Paulinus Antiochenſis Epiſcopus Philogonii ſucceſſor, 319. VII. & *ſeq.* Ob pravos mores dignitate movetur, *ibid.* VIII. Diverſus a Paulino qui a ſede Tyri ad Antiochenam tranſlatus eſt, *ibid.*

Paulinus Euſtathii ſucceſſor in ſede Antiochena, diverſus a priori Paulino, 329. VIII. & *ſeq.* E ſede Tyri ad Antiochenam transfertur, 340. XXI. Euſtathii ſucceſſorem in hac Eccleſia fuiſſe, certum, *ibid.* Per breve admodum tempus ſedet, ita ut a multis Auctoribus omittatur, *ibid.*

Paulus in Epiſcopatu Conſtantinopolitano Alexandri ſucceſſor Conſtantini Magni temporibus Epiſcopus adhuc non erat, 341. IX. Ante eam dignitatem adeptam a Conſtantino in exilium pulſus, 340. XI. & *ſeq.* Quo anno ſedere cœperit, indicatur, *ibid.* IX. & XVII. Ab Epiſcopatu quidem Euſebianorum factione depoſitus, ſed non de novo relegatus, *ibid.* XIX.

XIX. Poſt Euſebii Nicomedienſis obitum Sedi Conſtantinopolitanæ ab Orthodoxis cum tumultu reſtituitur, 342. XVI. A Conſtantio iterum deturbatur & Singaram, dein Emeſam ferreis catenis vinctus exul perducitur, *ibid.* XVII. Ante Sardicenſe Concilium in ſedem reſtitutus fuit, 348. III. Huic tamen Synodo non intereſt, & quare, *ibid.* Moritur, 351. IX.
Paolus primus Eremita, quo anno defunctus, 343. II. Sub hujus Sancti nomine militans Congregatio, quo auctore, quove tempore inſtituta, *ibid.*
Pentecoſtes feſtum pro quinquaginta diebus illud præcedentibus ab Antiquis uſurpatum, 353. IX. *& ſeq.*
Perſecutio anno Chriſti CCCXXIII. excitata, commentitia, 323. IV. *& ſeq.*
Perſecutionis in Perſide ſub Sapore Rege edictæ epocha adducitur, 343. III.
Perſicum bellum ſub Conſtantini Magni obitum denuo inſtauratum, 336. X. & 338. VII. Sub Conſtantio ejus filio ardet, 345. II.
Perſicum aliud bellum ſub eodem Conſtantio initum, 358. III.
Philagrius Ægypti Præfectus annis CCCXXXV. & CCCXLI. Gregorium Alexandrinam Eccleſiam invadentem, in eamdem ſedem inducit, 341. XXVIII.
Philarius Philagrii filius Ægypti etiam Præfectus anno CCCLVI. Georgium in ſecunda ſedis Alexandrinæ invaſione comitatur, 341. XXIX. *& ſeq.* Iſtius a Patre diſcrimen annotatur, *ibid.*
Philogonius Antiochenſis Eccleſiæ Præſul ſub Licinio Aug. moritur, 319. VII.
Photinus in ſecunda Mediolanenſi Synodo damnatur, 344. III. & 347. V. & XV. In Synodis etiam Antiochena ſecunda & Sardicenſi, *ibid.* In Romana item, non vero in Sirmienſi a Petavio excogitata, 349. VII. In priori Sirmienſi ſede ſua dejicitur, 351. X. *& ſeq.*
Placillus, ſeu Flacillus Arianus Antiochenus Epiſcopus circa annum, CCCXXX. Euphronio ſuccedit, 340. XXII. Tyri Conciliabulo adeſt, *ibid.* Poſt annos duodecim, quibus ſedit, moritur, *ibid.*
Pontifices Romani nec per ſe, nec per Legatos, pluribus Conciliis interfuere, 341. XIII.
Porphyrius uſque ad Concilium Nicænum vitam non produxiſſe, certum, 325. XXXIII.
Potamius civitatis Odiſſiponæ Epiſcopus, tamquam hæreticus ab Hoſio repulſus, 357. V. In ſecunda Sirmienſi Synodo blaſphemam fidei formulam conſcribit, *ibid.*
Præfecti prætorio quatuor a Conſtantino Magno in unius locum ſubrogati, nec, ut antea militibus præſunt, nec Imperatorum comites, nec Cæſareorum exercituum ſupremi Magiſtri dicuntur, 332. IV.
Præfectura Galliarum Treviris Arelatem translata ab Honorio Imperatore, 332. VI.

Q

QUinquennalia Patrum in nummis filiorum, & a contra filiorum in nummis patrum, aliquando inſcripta, 350. VI.

R

REbaptizatio Conſtantini Magni rejicitur, 324. XV.
Romana Synodus quam Conſtantino præſente, & ſtatim poſt illius baptiſmum Silveſter Papa coegiſſe dicitur, omnino commentitia, 324. XVII. Hujus ſuppoſitionis adducuntur rationes, *ibid.* XVII. *& ſeq.*
Romana Synodus ſub Julii Pontificis anno primo ab Iſidoro Mercatore conficta, 337. X.
Romana Synodus in cauſa Athanaſii & Marcelli Ancyrani quæ anno CCCXL. fuerit inchoata, & anno CCCXLI. continuata, ſine fundamento ſuppoſita, 341. XXXVII. & 342. VI. Argumenta quibus eam tuetur Baronius in medium adducuntur, 342. VII. & X. Sed refelluntur, *ibid.* VIII. *& ſeq.*
Romana Synodus in cauſa Athanaſii quando nam coacta, 340. V. 341. XXXVII. & 342. III. *& ſeq.*
Romana Synodus in cauſa Valentis & Urſacii cogitur, 349. IV. Ejus Epocha ſtabilitur, 349. IX. & 350. VI. Biennio poſt ſecundam Mediolanenſem habitam fuiſſe demonſtratur, 350. VI.

S

SApientiæ ſeu Sophiæ Templum Conſtantinopolitanum cum Pacis Templo non confundendum, 350. V.
Sapores perſecutionem in Chriſtianos excitat, 343. III.
Sardicenſis Synodus, non a Julio Papa, ſed ab Imperatoribus indicta, & quo anno, 346. IV. Adverſa ſententia refellitur, *ibid.* V.
Scythicum bellum quo anno a Conſtantino M. geſtum, 330. VIII. & 332. III. Conſtantino Cæſare duce confectum, 332. III.
Seculares Ludi nec etiam a Conſtantio Aug. ſunt celebrati, 348. V.
Secundus, Ptolemaidis in Libya Epiſcopus, formulæ fidei a Nicæna Synodo expreſſæ, neque Arii condemnationi, niſi poſt exilium ſubſcribit, 325. XXVI.
Seleucenſe Concilium eodem, quo Ariminenſe, anno ab Orientalibus Epiſcopis habitum, 359. II.
Silvanus in Galliis rebellat, & die viceſimanona a rebellione Coloniæ extinguitur, 355. IV. Ad quem annum referri debeant & illius defectio, & interitus, aſſignatur, *ibid.*
Silveſtri Pontificis Acta omnino ſuppoſititia, 325. IV. *& ſeq.* Hujus Sancti Pontificis latebræ in monte Soracte, & in Urbem a Conſtantino revocatio fabuloſæ, *ibid.* Annis viginti & uno, menſibus undecim ſedet, & moritur Conſtantio & Albino Coſſ. 335. VII.
Simeon & alii ſub Sapore Perſarum Rege martyres quo anno occiſi ſint, declaratur, 343. III. *& ſeq.*
Sirmienſis Synodus, quæ poſt biennium ſecunda Mediolanenſem ſecuta fuerit, ſuppoſititia, 349. IV.
Sirmienſis Synodus prior, nonniſi poſt Romanam in cauſa Valentis & Urſacii, & in qua Photinus damnatur, celebrata, 349. VI. & 351. XII. *& ſeq.* Ejus vera Epocha ſtabilitur, 351. X. *& ſeq.* & 357. IV. Fidei formula in hoc Concilio ſcripta, a Marco Arethuſio non dictata, 351. XV. Ab Athanaſio & Hilario diverſimode habita, *ibid.*
Sirmienſis Synodus poſterior anno CCCLVII. exeunte celebrem, cum priori anno CCCLI. coacta non confundenda, 357. II. Ejus Epocha *ibid.* Non in hac Synodo, ut volunt aliqui, ſed in priori damnatus Photinus, *ibid.* IV. Formula fidei in eadem exarata, & ab Hoſio ſubſcripta, non a toto Concilio, ſed a paucis Epiſcopis Arianis, & præſertim Occidentalibus, edita, *ibid.* V.
Sirmienſis Synodus tertia, in qua Liberius Papa in ſuam ſedem reſtitutus fuit anno CCCLVIII. habita, 358. IV. & 357. XII. *& ſeq.*

Digitized by Google

S. Sophiæ Templum cum Templo Pacis non confundendum, 330. V.

Stephanus Arianus Eccleſiæ Antiochenæ poſt Placillum anno CCCXLII. admovetur, 340. XXII.

Suburbicariæ Provinciæ Romano Pontifici ſubjectæ, quæ & quot, 325. XXXV. Male a Salmaſio imminutæ, ibid. XXXVII. De iis Rufini ſententia adducitur, ibid. XL. Diverſimode tamen ea intellecta, ibid. XLI.

Suburbicariarum regionum Epiſcopi ad Romani Pontificis ordinationem pertinent, 325. XXXIX.

Sylvanus Epiſcopus Cirtenſis in exilium mittitur, 320. VIII. Exilio ſolvitur, 321. III.

Symbolum Conſtantinopolitanum in Nicæni loco ſufficitur, 325. XXIV. *Vide*, Nicænum Symbolum.

S. Syncliticæ Vita, an ab Athanaſio ſcripta ſit, obſcurum, 328. III.

T

THeognius, ſive Theonas Nicææ Epiſcopus, neque fidei formulæ a Concilio Nicæno ſtabilitæ, neque Arii condemnationi ſubſcribit, 325. XXVI. In exilium mittitur, ibid. XXIX. Quo in loco libellum ſatisfactionis offert, ſed non in Concilio Nicæno, ibid. XXVII. Ab Epiſcopatu deponitur, ac in Concilio particulari a Conſtantino coacto, non vero in Nicæno, ibid. XXVIII. & ſeq. Ab exilio revocatur, 327. V. Fidei formulæ Concilii, & Arii damnationi poſt exilii ærumnas ſubſcribit, ibid. XXVI. Reverſus Catholicos Epiſcopos vexat, ſed Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum cum Euſebio & reliquis sociis depoſuiſſe, falſum, 327. V.

Theophilus Monachus a Conſtantio Imp. mittitur ad diſſeminandum Arianiſmum in Æthiopia & Arabia Felici, 354. VII. & ſeq. Uſque ad veram Indiam penetravit, ibid. IX.

S. Thomas Apoſtolus in India citeriori ſeu Æthiopia martyrium paſſus non eſt, 327. IX. & ſeq.

S. Timothei corpus quandonam Conſtantinopolim tranſlatum, 356. XIII.

Trevirenſis civitas Galliarum Metropolis, 332. VI. Civilis tamen non Eccleſiaſtica, ibid. V. Præfectura Prætoriana cohoneſtata, ibid.

Tyria Synodus, 335. V.

V

VAlens & Urſacius, *Vide*, Urſacius.

Vaſenſe Concilium primum, per Pſalmodiam cantari jubet *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto*, 325. XLVI.

Vaſenſe Concilium ſecundum, quod perperam tertium dicitur, ſtatuit, ne poſt *Gloria Patri* &c. addatur, *ſicut erat in principio* &c. contra eos qui Dei filium a tempore cœpiſſe blaſphemant, 325. XLVI.

Vetranio Sirmii Auguſtus acclamatur, 350. II. Hujus nuncupationis dies & annus aſſignantur, ibid. Decimo poſt menſe imperio deponitur, 351. II. & 352. IV.

Vigilius Epiſcopus Tapſenſis, fidei Symboli vulgo Athanaſio attributi Auctor videtur, 340. VIII.

Vincentius Presbyter Nicænæ Synodo pro Silveſtro Romano Pontifice cum Hoſio & Vito præeſt, 325. XI.

Vitus Presbyter cum Hoſio Epiſcopo Cordubenſi & Vincentio Presbytero Nicæno Concilio pro Silveſtro Papa præſidet, 325. XI.

Urſacius & Valens a Concilio Sardicenſi damnati, ſecundæ Mediolanenſi Synodo porrecto libello, in Eccleſiæ communionem recepti, 347. X. & ſeq. Julium Papam in Concilio Romano adeunt, 349. VIII. Ab eo iterum in eodem Concilio, non vero in Sirmienſi, communionis gratiam recipiunt, 347. XII. & ſeq. & 349. VII & ſeq. Hoc tamen pacto, ut ſe falſo Athanaſium accuſaſſe & impoſterum ejuſdem communionem amplecti velle profiteantur, 347. XII. Quod & præſtant, ibid.

Digitized by Google

INDEX
ANIMADVERSIONUM
In quo Conſules annorum, cætera vero paginarum numero indicantur.

Aſteriſcus ad Conſules indicat novas in Pagium emendationes.

A

ALexander Epiſcopus Alexandrinus qua die obierit, 162.
An SS. Andreæ, & Timothæi lypſana tranſlata fuerint Conſtantinopolim ſub Conſtantio, vel Conſtantino Magno, 587.
Athanaſius quando ordinatus Epiſcopus Alexandrinus, 163. Ejus fuga, & obitus, *ibid.*

C

CAnones Neocæſarenſes & Ancyrani poſtponuntur Nicænis in ea collectione canonum Eccleſiæ univerſæ, quam citat Concilium Chalcedonenſe, & quare? 3.
Chronicon Orientale quid de obitu Alexandri Epiſcopi Alexandrini, 162.
Confeſſio Fidei quam Clerici Galatiæ cum Marcello Ancyrano per Eugenium Diaconum aliiſque mittunt ad Athanaſium, 431.

C O N S U L E S.

FL. Valerius Aur. *Conſtantinus* Aug. V. & Fl. Valer. Licinianus Licinius Cæſar. 319.
Fl. Valerius Aur. *Conſtantinus* Aug. VI. & Fl. *Conſtantinus* jun. Cæſar. 320.
Fl. Julius *Criſpus* Cæſar II. & Fl. *Conſtantinus* jun. Cæſar. II. 321.
. . . Petronius Probianus, & . . . Anicius *Julianus*. 322.
* . . . Acilius *Severus*, & . . . Vettius *Rufinus*. 323.
Fl. Julius *Criſpus* Cæſar III. & Fl. *Conſtantinus* jun. Cæſar. III. 324.
* . . . *Paulinus*, & . . . . *Julianus*. 325.
Fl. Valer. Aur. *Conſtantinus* Aug. VII. & *Conſtantius* Cæſar 326.
Fl. Valerius *Conſtantinus*, & . . . . *Maximus*. 327.
. . . . *Januarius*, & . . . . *Juſtus*. 328.
Fl. Valer. Aur. *Conſtantinus*, Aug. VIII. & Fl. *Conſtantinus* jun. Cæſar. IV. 329.
. . . . . *Gallicanus*, & . . . . *Symmachus*. 330.
. . . . *Baſſus*, & . . . . *Ablavius*. 331.
. . . . *Pacatianus*, & . . . . *Hilarianus*. 332.
Fl. Valerius Julius *Delmatius*, & M. Aurelius *Zenophilus*. 333.
* L. Ranius *Acontius Optatus*, & . . . . . Anicius *Paulinus* junior. 334.
Julius *Conſtantius*, & . . . Ceionius Rufius *Albinus*. 335.
. . . . *Nepotianus*, & . . . . *Facundus*. 336.
* . . . . *Titianus*, & . . . *Felicianus*. 337.
. . . *Urſus*, & . . . *Polemius*. 338.
Fl. Julius *Conſtantius* Aug. II. & Fl. Jul. *Conſtans* Aug. 339.
* L. Aradius Valerius *Proculus*, & . . . . Acindynus. 340.
* Fl. Avonius *Marcellinus*, & . . . Cælius *Probinus*. 341.
Fl. Julius *Conſtantius* Aug. III. & Fl. Julius *Conſtans* Aug. II. 342.
M. Mæcius Memmius Furius Balburius Cæcilius *Placidus*, & Fl. Piſidius *Romulus*. 343.
* . . . *Leontius*, & Fl. *Salluſtius*. 344.
. . . . *Amantius*, & . . . . *Albinus*. 345.
Fl. Julius *Conſtantius* Aug. IV. & Fl. Julius *Conſtans* Aug. III. Item poſt *Amantii*, & *Albini* conſulatum. 346.
. . . *Euſebius*, & . . . . . *Rufinus*. 347.
Fl. *Philippus*, & Fl. *Salia*. 348.
. . . *Limenius*, & . . . Aco Fabius *Catullinus*. 349.
* Fl. *Anicius Sergius*, & . . . . *Nigrinianus*. 350.
Magn. *Magnentius*, & . . . *Gaiſo*. Item: Poſt conſulatum *Sergii*, & *Nigriniani*. 351.
* Fl. Julius *Conſtantius* Aug. V. & Fl. Julius *Conſtantius Gallus* Cæſar. 352.
Item Magn. *Magnentius*, & *Decentius*, ſeu *Decentius*, & *Paulus*.
Fl. Julius *Conſtantius* Aug. VI. & Fl. Julius *Conſtantius Gallus* Cæſar. II. 353.
Fl. Julius *Conſtantius* Aug. VII. & Fl. Julius *Conſtantius Gallus* Cæſar. III. 354.
* . . . . *Arbetio*, & . . . Mavortius *Lollianus*. 355.
Fl. Julius *Conſtantius* Aug. VIII. & Fl. Claudius *Julianus* Cæſar. 356.
Fl. Julius *Conſtantius* Aug. IX. & Fl. Claudius *Julianus* Cæſar. II. 357.
* . . . Neratius *Cerealis*, & Ti. Fabius *Datianus*. 358.
* Fl. *Euſebius*, & Fl. *Hypatius*. 359.

Criſpus Conſtantini filius veneno a Patre ſublatus, 58. Prodit id Sidonius Apollinaris, *ibid.*

E

EUſebius Cæſarienſis Arianæ ſententiæ favit etiam poſt Synodum, 258. Docet id Photius, *ibid.* Et Origenis erroribus fuiſſe aſperſum, *ibid.*

Gan-

G

GAagrenſis Synodus poſt Nicænam I. conſtituenda eſt, 3. Pluribus probatur, *ibid.* An illi Hoſius interfuerit non ſatis exploratum, *ibid.*

M

MArcelli orthodoxia ex Fidei Confeſſione ad Athanaſium per Eugenium miſſa probatur, 432. Quo anno eam ediderit, *ibid.* Ejus obitus, *ibid.*

Michael Syncellus Hieroſolymitanus amplecti ſe profitetur Nicænam Synodum 318. Patrum in Templo S. Sophiæ, 103. Qua ætate florebat, *ibid.*

P. Montfaucon quid de anno, quo Confeſſio Fidei a Marcello ad Athanaſium miſſa, 432.

N

NIcæna Synodus Gangrenſem præceſſit, 3. Nicæni Patres in Eccleſiam, non in Palatium convenere, 103.

O

ORdinationes, qua die peragendæ, 507. Quid de hoc Pagius contra Papebrochium, *ibid.*

P

PAgius errat in die obitus Alexandri Epiſcopi Alexandrini, 262. Ejus error patet ex auctoritate Chronici Orientalis, & animadverſionibus P. Sollerii, *ibid.* Merito arguitur a P. Sollerio, dum agit de ordinatione Athanaſii Epiſcopi Alexandrini, 263. Dubia ſunt quæ affirmat de dicti Athanaſii morte, *ibid.* An bene corrigat Damaſi Chronicon, 507.

S

P. SOllerius quid de obitu Alexandri Epiſcopi Alexandrini, 262. Quid de ordinatione Athanaſii Epiſcopi Alexandrini, 263.

F I N I S.

A01 1469677

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google